onis ingreſſu dñi matrẽ cõmendat legentibus:& tanq̃ teſtis locuples dignã quæ ad
tale munꝰ eligeretᷣ:aſtruit:ꝙ in cubiculo:ꝙ ſola:ꝙ ſalutata ab angelo tacet:& mota ẽ
in ĩtroitu eius:ꝙ ad uirilis ſexus ſpeciẽ peregrinã turbatᷣ aſpectus uirginis. Itaqꝫ q̃uis
eſſet humilis:præ uerecũdia tamẽ nõ reſalutauit:nec ullũ reſponſum retulit: niſi ubi
de ſuſcipienda dñi generatiõe cognouit:ut qualitatẽ effectꝰ diſceret:nõ ut ſermonẽ
refelleret. In ipſa quoqꝫ oratiõe noſtra multũ uerecũdia placet:multũ conciliat grãæ
apud deũ noſtrũ. Nõne hæc prætulit publicanũ: & cõmendauit eũ: qui nec oculos
audebat ad cælum leuare? Ideo iuſtificatur magis dñi iudicio:q̃ ille phariſæꝰ: quem

1. Petri. 3. deformauit præſumptio. Ideoqꝫ oremus in incorruptione quieti & modeſti ſpiritꝰ:
qui eſt ante deũ locuples: ut ait Petrus: Magna igiť modeſtia: quæ cum ſit etiã ſui iu-
ris remiſſior: nihil ſibi uſurpans: nihil uendicans: & quodãmodo inter uires ſuas cõ-
tractior: diues eſt apud deũ: apud quẽ nemo diues. Diues eſt modeſtia: quia portio
dei eſt. Paulus quoqꝫ orationẽ deferri præcepit cũ uerecũda & ſobrietate. Primam
hanc & quaſi præuiã uult eſſe orationis futuræ: ut nõ glorieť peccatoris oratio: ſed
quaſi colorẽ pudoris obducat: qui quo plus defert uerecũdiæ de recordatione de-
Tulliꝰ li. 1. de officio decori lictũ: eo uberiorẽ meretur gratiã. Eſt etiã in ipſo motu: geſtu: inceſſu: tenẽda uere-
cundia. Habitus em̃ mentis: in corporis ſtatu cerniť. Hinc homo cordis noſtri abſcõ-
ditus: aut leuior: aut iactantior: aut turbidior: aut cõtra grauior: & conſtantior & pu-
rior: & maturior eſtimatur. Itaqꝫ uox quædã eſt animi: corporis motꝰ. Meminiſtis fi
lij quendã amicũ cũ ſedulis ſe uidereť cõmendare officijs: hoc ſolo tamẽ in clerum a
me nõ receptũ: ꝙ geſtus eius plurimũ dedeceret: Alterũ quoqꝫ cũ in clero repperiſ-
ſem: iubere me ne unq̃ præiret mihi: quia uelut quodã inſolẽtis iceſſus uerbere ocu
los feriret meos: Idqꝫ dixi: cũ reddereť poſt offenſam muneri: hoc ſolũ excepi: nec
fefellit ſentẽtia. Vterqꝫ em̃ ab eccleſia receſſit: ut qualis inceſſus ꝓdebať: talis ꝑfidia
animi demonſtrareť. Nãqꝫ alter arrianæ infeſtationis tẽpore fidẽ deſeruit: alter pe-
cuniæ ſtudio ne iudiciũ ſubiret ſacerdotem ſe noſtrum negauit. Lucebat in illorum
inceſſu imago leuitatis: ſpecies quædã ſcurrarũ ꝑcurſantiũ. Sunt etiã qui ſenſim am-
bulando imitanť hiſtrionicos geſtus: & quaſi quædã fercula pomparũ: & ſtatuarũ
motus nutantiũ: ut quotienſcũqꝫ gradũ transferũt: modulos quoſdã ſeruare uideã-
tur. Nec curſim ambulare honeſtũ arbitror: niſi cũ cauſa exigit alicuius periculi: uel
iuſta neceſſitas: Nam plærũqꝫ feſtinãtes anhelos uidemus torquere ora: quibꝰ ſi cau
ſa deſit feſtinationis neceſſariæ: næuus iuſtæ offenſioniſ eſt. Sed nõ de his dico: qui-
bus rara ꝓperatio ex cauſa naſcitur: ſed quibꝰ iugis & cõtinua in naturã uertiť. Nec
in illis ergo tanq̃ ſimulacrorum effigies ꝓbo: nec in iſtis tanq̃ excuſſorum ruinas. Eſt
etiã greſſus ꝓbabilis: in quo ſit ſpecies auctoritatis: grauitatiſqꝫ pondus: trãquillitatiſ
ueſtigium: ita tamẽ ſi ſtudium deſit atqꝫ affectio: ſed motus ſit purꝰ ac ſimplex: Nihil
em̃ fucatũ placet: motũ natura informet. Si qđ ſane in natura uitij eſt: induſtria emẽ
det: ut ars deſit nõ deſit correctio. Q̃ ſi etiã iſta ſpectanť altiꝰ: quãtomagis cauẽdũ
eſt: ne quid turpe ore exeat. Hoc em̃ grauiter coinquinat hominẽ. Nõ em̃ cibus in-
quinat hominẽ: ſed iniuſta obtrectatio: ſed uerborũ obſcænitas. Hæc etiã uulgo pu-
dori ſunt: In noſtro uero officio: nullũ uerbũ qđ inhoneſte cadat nõ incutit uerecun
diã. Et non ſolum nihil ipſi indecoꝝ loqui: ſed ne aurẽ quidẽ debemus hmõi præbe-
re dictis: ſicut Ioſeph ne incõgrua ſuæ audiret uerecũdiæ: ueſte fugit relicta: qm̃ quẽ
delectat audire: alterũ loqui prouocat. Intelligere quoqꝫ qđ turpe ſit: pudori maxi-
mũ eſt: Spectare uero ſi quid huiuſmodi fortuitu accidat quãti horroris eſt? Quod
ergo in alijs diſplicet: nũquid poteſt in ſeipſo placere? Nec hoc ipſa natura nos do-
cet: quæ ꝑfecte quidẽ omnes partes noſtri corporis explicauit: ut & neceſſitati con-
ſuleret & gratiam uenuſtaret. Sed tamen eas quæ decori aſpectu forent: in quibus
formæ apex quaſi in arce quadam locatus: & figuræ ſuauitas: & uultus ſpecies emi-
neret: operandiqꝫ uſus eſſet paratior: obuias atqꝫ apertas reliquit: Eas uero in quibꝰ
eſſet naturale obſequium neceſſitatis: ne deforme ſui præberent ſpectaculum: par-
tim tanq̃ in ipſo emendauit atque abſcondit corpore: partim docuit & ſuaſit tegen-
das. Nõne igitur ipſa natura eſt magiſtra uerecundiæ: Cuiꝰ exemplo modeſtia ho-
minũ (quã a modo ſcientiæ quid deceret appellatã arbitror) id qđ in hac noſtri cor-
poris fabrica abditũ repperit: operuit & texuit: ut oſtiũ illud tegebatur qđ ex tranſ
uerſo faciendũ in arca illa Noe iuſto dictũ eſt: in qua uel eccleſiæ uel noſtri figura eſt
corporis: ꝑ qđ oſtium egeruntť reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex: ſic noſtræ ſtu
duit uerecũdiæ: ſic decoꝝ illud & honeſtũ in nr̃o cuſtodiuit corpore: ut uelut ductꝰ
quoſdam aquæ: exitus cuniculorũ noſtrorũ poſt tergũ relegaret: atqꝫ ab aſpectu no
ſtro auerteret: ne purgatio uẽtris uſum oculorũ offenderet. De quo pulchre Apl̃s



ait: Quæ uideť inquit mẽbra corporis infirmiora: neceſſariora ſũt. Et quæ putamꝰ 1. Cor. 12.
ignobiliora eſſe mẽbra corporis: his abundantiorẽ honorẽ circũdamꝰ: & quæ inho-
neſta ſunt noſtra: honeſtatẽ abundantiorẽ habent. Etem̃ imitatõe naturæ induſtria
auxit gratiã. Qđ alio loco etiã altius interꝑtati ſumus: ut nõ ſolũ abſcondamꝰ ab ocu
lis: uerũ etiã quæ abſcondenda accepimꝰ: eoꝝ indicia uſuſqꝫ mẽbroꝝ ſuis appellatio
nibus nũcupare indecoꝝ putemus. Deniqꝫ ſi caſu aperianť hæ partes: cõfundiť ue-
recundia: ſi ſtudio: impudẽtia eſtimať. Vnde & filius Noe Cham offenſam retulit: Geñ. 9.
quia nudatũ uidens patrẽ riſit. Qui autẽ operuerũt patrẽ: acceperũt benedictionis
gratiã. Ex quo mos uetus: & in urbe roma: & in plæriſqꝫ ciuitatibꝰ fuit: ut filij cũ parẽ
tibus puberes uel generi: nõ lauarẽt: ne paternæ reuerẽtiæ auctoritaſ minueretur: li
cet plæriqꝫ ſe & in lauacro quantũ poſſunt tegãt: ne uel illic ubi nudũ totũ eſt corpꝰ:
hmõi intecta portio ſit. Sacerdotes quoqꝫ ueteri more ſicut in Exodo legimus: bra-
chas accipiebãt: ſicut ad Moyſen dictũ ẽ a dño: Et facies illis brachas lineas: ut tegať Exo. 28.
turpitudo pudoris: a lumbis uſqꝫ ad femora erũt: & habebit eas Aaron & filij eiꝰ: cũ
intrabunt in tabernaculũ teſtimonij: & cũ accedent ſacrificare ad aram ſancti: & nõ
inducẽt ſuꝑ ſe pctm̃: ne morianť. Qđ nõnulli nr̃oꝝ ſeruare adhuc feruntť: plæriqꝫ ſpi
ritali interꝑtatione ad cautionẽ uerecũdiæ: & cuſtodiã caſtitatis dictũ arbitranť.

In omnibus actibus uiriliter agendum: nec quicq̃ affectatum aut fœmineũ attem-
ptandum. Ca. XIX.

d Electauit me diutius in partibus demorari uerecundiæ: quia ad uos loque-
bar: qui aut bona eius ex uobis recognoſcitis: aut dãna ignoratis. Quæ cum
ſit omnibus ætatibus: ꝑſonis: tẽporibus & locis apta: tamẽ adoleſcẽtes: iuue-
nileſqꝫ annos maxime decet. In omni aũt ſeruandũ ætate: ut deceat qđ agas: & con- Tullius li. 1. de officio decori
ueniat: & quadret ſibi ordo uitæ ſuæ. Vnde Tullius etiã ordinẽ putat in illo decore
ſeruari oportere: idqꝫ poſitũ dicit in formoſitate: ordine: ornatu ad actionem apto.
Quæ difficile ait loq̃ndo explicari poſſe: & iõ ſatis eſſe intelligi. Formoſitatẽ aũt cur
poſuerit: nõ ſatis itelligo. Quis em̃ ille uires corporis laudet: nos certe in pulchritu
dine corporis locũ uirtutis nõ ponimus: gratiã tamẽ nõ excludimꝰ: quia uerecũdia
& uultus ipſos ſolet pudore perfundere: gratioreſqꝫ reddere. Vt em̃ artifex in mate
ria cõmodiore meliꝰ operari ſolet: ſic uerecũdia in ipſo quoqꝫ corporis decore plus
eminet: ita tamen ut etiã ipſe nõ ſit affectatuſ decor corporis: ſed naturalis: ſimplex:
neglectus magis q̃ expetitus: nõ ꝓcioſis & albentibus aduitus ueſtimẽtis: ſed cõmu-
nibus: ut honeſtati uel neceſſitati nihil deſit: nihil accedat nitori. Vox ipſa nõ remiſ-
ſa: nõ fracta: nihil fœmineũ ſonans: qualẽ multi grauitatis ſpecie ſimulare cõſuerunt:
ſed formã quandã & regulã ac ſucũ uirilem reſeruans. Hoc eſt em̃ pulchritudinẽ ui-
uendi tenere: cõuenientia cuiqꝫ ſexui & ꝑſonæ reddere. Hic ordo geſtorũ optimꝰ:
hic ornatus: ad omnẽ actionẽ accõmodus. Sed ut molliculũ & infractũ: aut uocis ſo-
num: aut geſtũ corporis non ꝓbo: ita neqꝫ agreſtem ac ruſticũ. Naturam imitemur.
Eius effigies: formula diſciplinæ: forma honeſtatis eſt.

Vt cõuiuia extranea: & acceſſus uiduarũ caueanť & uirginũ. Ca. XX.

h Abet ſane ſuos ſcopulos uerecundia: non quos ipſa inuehit: ſed quos ſæpe
incurrit. Si intẽperantiũ incidamꝰ conſortia: qui ſub ſpecie iocũditatis uene-
num infundũt bonis: hi ſi aſſidui ſunt: & maxime in conuiuio: ludo: ac ioco:
eneruant grauitatẽ illã uirilem. Caueamꝰ itaqꝫ ne dũ relaxare animũ uolumus: ſol-
uamus omnẽ harmoniã: quaſi concentũ quendã bonorũ operũ. Vſus em̃ cito inflec
tit naturã. Vnde q̃ prudenter factis conuenire eccleſiaſticis: & maxime miniſtrorũ
officijs arbitror: declinare extraneorũ cõuiuia: uel ut ipſi hoſpitales ſitis peregrinan
tibus: uel ut ea cautiõe nullus ſit opprobrio locꝰ. Cõuiuia quippe extraneorũ occu-
patiões habẽt: cũ etiã epulãdi ꝓdũt cupiditatẽ. Surrepũt etiã fabulæ frequẽter de
ſæculo ac uoluptatibꝰ: claudere aures nõ potes: ꝓhibere: putať ſuꝑbiæ: ſurrepũt eti
am præter uoluntatẽ pocula. Melius eſt tuæ domui ſemel excuſes neceſſitati ſatiſfa
ciendo q̃ alienæ frequẽter: & ut ipſe ſobrius ſurgas. Tñ ex aliena inſolẽtia cõdẽnari

nõ debet præſentia tua. Viduarũ ac uirginũ domos niſi uiſitãdi gratia iuniores adi
re nõ eſt opus. Et hoc cũ ſeniorıbꝰ: hoc eſt: uel cũ epiſcopo: uel ſi grauior eſt cã cũ p̃
ſbyteris. Quid neceſſe eſt: ut demus obtrectandi locũ ſæcularibꝰ? Quid opus eſt: ut
ille quoq; uiſitationes crebre accipiãt auctoritatẽ? Quid ſi aliqua illarũ forte labatᷣ?
Cur alieni lapſus ſubeas inuidiã? Q̃ multos etiã fortes illecebra decepit? Quãti nõ
dederũt errori locũ: & dederunt ſuſpitioni? Cur nõ illa tẽpora quibꝰ ab eccleſia ua-
cas: lectioni impẽdas? Cur nõ chriſtũ reuiſas: chriſtũ alloquariſ: chriſtũ audias? Illum
alloquimur cũ oramus: illũ audimus cũ diuina legimus oracula: Quid nobis cũ alie-
nis domibuſ? Vna eſt domus: quæ oẽs capit. Illi potius ad nos ueniãt: qui nos requi-
rũt. Quid nobis cũ fabulis? Miniſteriũ altaribꝰ chriſti: nõ obſequiũ hoibus deferẽdũ
recepimꝰ. Humiles nos eſſe decet: mites decet: mãſuetos: graues: patientes: modũ
tenere in oibꝰ: ut nullũ uitiũ eſſe in moribus: uel tacitꝰ uultꝰ: uel ſermo annũciẽt.

De iracundia in ſe reprimenda: & in alijs pace mitiganda: exemplum de Iacob &
Dauid. Ca. XXI.

c Aueatur iracundia: aut ſi præcaueri nõ poteſt: cohibeatᷣ. Mala em̃ lex pecca
ti indignatio eſt: quæ ita animum perturbat: ut rationi non relinquat locum.
Primum eſt igitᷣ ſi fieri poteſt ut morum trãquillitas uſu quodam affectioni
ſuæ ꝓpoſito in naturã uertatur. Deinde qm̃ ita plærũq; motus infixus eſt naturæ ac
moribus: ut euelli atq; euitari nõ queat: ſi præuideri nõ potuerit: ratione reprimatᷣ.
Aut ſi prius occupatus fuerit animus: ab indignatione q̃ conſilio proſpici ac ꝓuideri
potuerit: ne occuparetᷣ: meditare quomõ motũ animi tui uincas: iracundiã tẽperes.
Ro.12. Reſiſte iræ ſi potes: cede ſi nõ potes: qa ſcriptũ eſt: Date locũ iræ. Iacob fratri indig
Gen.27. nanti pie ceſſit: & Rebeccæ: id eſt: patientiæ inſtructus cõſilio: abeſſe maluit & pere
grinari q̃ excitare fratris indignationẽ: & tunc redire cũ fratrẽ mitigatũ putaret. Et
ideo tantã apud deũ inuenit gratiã. Quibus deinde obſequijs: quantiſ muneribꝰ fra
trem ipſum recõciliauit ſibi: ut ille præreptæ benedictioniſ nõ meminiſſet: meminiſ-
ſet delatæ ſatiſfactioniſ. Ergo ſi præuenerit & præoccupauerit mentẽ tuã iracundia:
& aſcenderit in te: nõ relinquas locũ tuũ. Locus tuus: patiẽtia eſt: locus tuus ſapien-
tia eſt: locus tuus ratio eſt: locus tuꝰ ſedatio indignationis eſt. Aut ſi te contumacia
reſpondẽtis mouerit: & ꝑuerſitas impulerit ad indignationẽ: ſi nõ potueris mitiga-
Ps.33. re mẽtem: reprime linguã tuã. Sic em̃ ſcriptũ eſt: Cohibe linguã tuã a malo: & labia
tua ne loquantur dolũ. Deinde inquire pacẽ: & ſequere eam. Pacẽ illam ſancti Iacob
uide: qua primũ ſedato animũ. Si nõ præualueris: frenos linguæ impone tuæ. Dein
de recõciliationis ſtudiũ nõ prætermittas. Hæc oratores ſæculi de noſtris uſurpata
in ſuis poſuere libris. Sed ille ſenſus huiꝰ habet gratiã: qui prior dixit. Vitemus ergo
aut tẽperemus iracundiã: ne ſit eius aut in laudibus exceptio: aut in uitijs exaggera
tio. Nõ mediocre eſt: mitigare iracundiam: nõ inferius q̃ oino nõ commoueri. Hoc
noſtrũ eſt: naturæ illud. Illæ deniq; cõmotiones in pueris innoxiæ ſunt: quæ plus ha
bent gratiæ: q̃ amaritudinis. Et ſi cito pueri inter ſe mouẽtur: facile ſedantᷣ: & maiori
ſuauitate in ſe recurrũt. Neſciunt ſe ſubdole artificioſeq; tractare. Nolite hos cõtem
Math.18. nere pueros: de quibus dñs ait: Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli: non
intrabitis in regnũ cælorũ. Itaq; & ipſe dñs: hoc eſt: dei uirtuſ: ſicut puer cũ maledice
retur: nõ remaledixit: cũ ꝑcuteretur: nõ repcuſſit. Ita ergo te cõtempera: ut quaſi pu
er iniuriam nõ teneas: maliciã nõ exerceas: omnia a te innocẽter ꝓficiſcantᷣ. Nõ cõ-
ſideres quid ab alijs in te referatur: locũ tuum ſerua: ſimplicitatem & puritatẽ tui pe
ctoris cuſtodi. Noli reſpondere irato ad iracundiã eius: ſiue imprudẽti ad imprudẽ-
tiam eiꝰ. Cito culpa culpã excutit. Si lapides teraſ: nõne ignis erũpit? Ferũt gentiles
ut in maius omnia uerbis extollere ſolent archytæ tarentini dictum philoſophi: qđ
ad uillicũ ſuum dixerit: O te infœlicẽ: q̃ te affligerem niſi iratus eſſem. Sed etiã Da-
uid & armatam dexterã in indignatione cõpreſſerat. Et quanto plus eſt nõ remale-
dicere: q̃ nõ uindicare? Et bellatores aduerſus Nabal ad ultionem paratos: Abigail
deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus: tempeſtiuis quoq; interceſſionibus



nõ ſolum cedere nos: ſed etiã delectari oportere. Eouſq; autẽ delectatus eſt: ut hñ-
diceret interuenientẽ: quo ab ſtudio uindictæ reuocatꝰ foret. Iã dixerat de inimi-
cis ſuis: Qm̃ declinauerũt in me iniquitates: & in ira moleſti erãt mihi: Audiamꝰ tur- Ps.54.
batus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ: & uolabo & requie-
ſcam? Illi ergo ad iracundiã ꝓuocabant: hic tranquillitatẽ eligebat. Iam dixerat: Ira- Ps.4.
ſcimini & nolite peccare. Moralis magiſter: qui naturalẽ affectũ inflectendũ magis
ratione doctrinæ: q̃ extirpãdũ nouerat: moralia docet. Hoc eſt: Iraſcimini ubi culpa
eſt: cui iraſci debeatis. Nõ poteſt em̃ fieri: ut nõ rerum indignitate moueamur: alio-
quin nõ uirtus: ſed lenitudo & remiſſio iudicatᷣ. Iraſcimini ergo ita: ut a culpa abſti-
neatis. Vel ſic: Si iraſcimini: nolite peccare: ſed uincite ratione iracundiã. Vel certe
ſic: Si iraſcimini: uobis iraſcimini: quia cõmoti eſtis: & nõ peccabitis. Qui em̃ ſibi ira-
ſcitur quia cito cõmotus eſt: deſinit iraſci alteri. Qui aũt uult irã ſuã iuſtã ꝓbare: plus
inflammatᷣ: & cito in culpam cadit. Melior eſt autẽ ſm Salomonẽ: qui iracundiã con Prouer.16.
tinet: q̃ qui urbem capit: quia ira etiã fortes decepit. Cauere igitᷣ debemus: ne in per
turbationes prius incidamus: q̃ animos noſtros ratio cõponat. Examinat em̃ mentẽ
plærũq; aut ira: aut dolor: aut formido mortis: & improuiſo ꝑcellit ictu. Ideo præue-
nire pulchrum eſt cogitatione: quæ uoluendo mentẽ exerceat: ne repentinis exci-
tetur cõmotionibus: ſed iugo quodã rationis & habenis cõſtricta miteſcat.

De cogitationibus & appetitu: & bipertito loquendi modo. Ca. XXII.

ſ Vnt aũt gemini motus: hoc eſt: cogitationũ & appetitus: alteri cogitationũ:
alteri appetitus: nõ confuſi: ſed diſcreti & diſpares. Cogitationes ue℞ exqui
rere & quaſi emolere muneris habent: appetituſ ad aliquid impellit agendũ
atq; excitat. Itaq; ipſo genere naturæ ſuæ: & cogitationes tranquillitatẽ ſedatiõis in-
fundunt: & appetitus motũ agendi excutit. Ita ergo informati ſumus: ut bonarum
rerũ ſubeat animũ cogitatio: appetitus aũt rationi obtẽperet (ſi uere ut illud deco-
rum cuſtodiamus: animũ uolumus intẽdere) ne rationẽ excludat rei alicuiꝰ affectꝰ:
ſed ratio qđ honeſtati cõueniat: examinet. Et qm̃ ad conſeruationẽ decoris ſpec-
tare diximus: ut ſciamus in factis dictiſue quis modus: prior autẽ ordo loquẽdi q̃ fa-
ciendi eſt: ſermo in duo diuiditur: In colloquiũ familiare: & in tractatũ diſceptatio-
neq; fidei atq; iuſticiæ. In utroq; ſeruandũ ne ſit aliqua perturbatio: ſed tanq̃ mitis &
placidus: & beniuolentiæ plenus & gratiæ: ſine ulla ſermo ducatᷣ cõtumelia. Abſit
ꝑtinax in familiari ſermone cõtentio: quæſtiones em̃ magis excitare inanes: q̃ utili-
tatis aliquid afferre ſolet. Diſceptatio ſine ira: ſuauitas ſine amaritudine ſit: monitio
ſine aſperitate: hortatio ſine offenſione. Et ſicut in omni actu uitæ id cauere debemꝰ
ne rationẽ nimius animi motꝰ excludat: ſed teneamꝰ cõſilij locũ: ita etiã in ſermone
formulã eam animi tenere cõuenit: ne aut ira excitetur: aut odiũ: aut cupiditatis no-
ſtræ: aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia. Sit igitur ſermo hmõi de ſcripturis ma
xime. Quid em̃ magis nos oportet loqui: q̃ de conuerſatione optima: adhortatione
obſeruationis: diſciplinæq; cuſtodia? Habeat caput eius rationẽ: & finis modũ. Ser-
mo enim tedioſus iras excitat. Q̃ uero indecorũ: ut cum omnis cõfabulatio habere
ſoleat incrementũ gratiæ: habeat næuum offenſionis. Tractatus quoq; de doctrina
fidei: de magiſterio cõtinentiæ: de diſceptatione iuſticiæ: de hortatione diligentiæ:
nõ unus ſemp: ſed ut ſe dederit lectio nobis & arripiendus eſt: & ꝓut poſſumus ꝓſe
quendus. Neq; nimiũ ꝓlixus: neq; cito interruptus: ne uel faſtidiũ derelinquat: uel
deſidiam ꝓdat atq; incuriã. Oratio ſit pura: ſimplex: dilucida: atq; manifeſta: plena
grauitatis & ponderis: nõ affectata elegãtia: ſed nõ intermiſſa gratia.

Q̃ ioca quæ philoſophi ponunt inter officia: penitus ab eccleſia ſint remouen-
da. Ca. XXIII.

m Vlta præterea de ratione dicendi dant præcepta ſæculares uiri: quæ nobis
prætereunda arbitror: ut de iocandi diſciplina. Nam licet interdum honeſta
ioca ac ſuauia ſint: tamẽ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. Quoniã quæ in ſcri
pturis ſanctis non reperimus: ea queadmodũ uſurpare poſſumus? Cauendũ eſt etiã

Luc.6. in fabulis:ne inflectant grauitatē ſeuerioris ꝓpoſiti. Væ uobis qui ridetis quia flebi-
tis:ait domin⁹:& nos ridendi materiã requirimus:ut hic ridentes: illic fleamus? Nō
ſolum ꝓfuſos: ſed omnes etiã iocos declinãdos arbitror. Plenū tñ grauitatis & gra-
tiæ ſermonē eſſe :nō indecorū eſt. Nam de uoce quid loquar:quã ſimplicē & purã
eſſe ſatis arbitror? Canorã autē eſſe:naturæ eſt:nō induſtriæ. Sit ſane diſtincta ꝓnū-
ciationis modo:& plena ſuci uirilis:ut agreſtem ac ſubruſticum fugiat ſonum:nō ut
rithmū affectet ſcænicū:ſed myſticum ſeruet.

De tribus quæ in uita actiua neceſſario ſunt obſeruanda:& ꝙ appetitū rationi ce-
dere conueniat. Ca. XXIIII.

d E ratione dicendi ſatis dictum puto:nunc de actione uitæ quid cōgruat cōſi-
deremus. Tria aūt in hoc genere ſpectanda cernimus. Vnum: ut rationi ap
petitus nō reluctet̃. Hoc em̃ ſolūmodo poſſunt officia noſtra illi decoro con
uenire. Si em̃ appetitus rationi obediat:facile id qđ deceat in omnib⁹ officijs cōſer-
uari poteſt. Deinde ne maiore ſtudio q̃ res ip̃a eſt quæ ſuſcipit̃:uel minore:aut par-
uam magno ambitu ſuſcepiſſe:aut magnã inferiore deſtituiſſe uideamur. Tertium
de moderatione ſtudiorū operūqꝫ noſtrorum. De ordine quoqꝫ rerū: & de oppor-
tunitate temporū:nō diſſimulandū puto. Sed primū illud quaſi fundamentū eſt om
nium:ut appetituſ rationi pareat. Secundū & tertiū: idē eſt:hoc eſt:in utroqꝫ mode
ratio. Vacat em̃ apud nos ſpeciei liberalitas:quæ pulchritudo habetur:& dignitatis
cōtemplatio. Sequit̃ de ordine rerum:& de opportunitate temporū. Ac per hoc
tria ſunt:quæ uideamus:utrū in aliquo ſanctoꝝ cōſummata poſſim⁹ docere. Primū
igit̃ ipſe pater Abraã:qui ad magiſteriū futuræ ſucceſſiōis informat⁹ & inſtruct⁹ eſt:
Gen.12. iuſſus exire de terra ſua:& de cognatione ſua:& de domo patris ſui:nōne multipli-
citate neceſſitudinis præſtrictus affectu: tamē appetitū rationi obedientē præbuit?
Quē em̃ terræ ſuæ:cognationis:domus quoqꝫ ꝓpriæ gratia:nō delectaret? Et hunc
ergo mulcebat ſuorum ſuauitas:ſed imperij cæleſtis & remunerationis æternæ cō-
ſideratio mouebat ampliuſ. Nonne cōſiderabat uxorem imbecillē ad labores:tene-
ram ad iniurias:decorã ad incentiua inſolentiū:ſine ſummo nō poſſe duci periculo?
Et tamē ſubire omnia:q̃ excuſare cōſultius dijudicauit. Deinde cū deſcenderet in
ægyptum:monuit ut diceret ſe ſororē eſſe:non uxorē ipſius. Aduerte quãti appeti-
tus. Timebat uxoris pudori:timebat ꝓpriæ ſaluti:ſuſpectas habebat ægyptiorū li-
bidines:& tamē præualuit apud eum ratio exequēdæ deuotionis. Cōſiderauit em̃
ꝙ dei fauore ubiqꝫ tutus eſſe poſſet:offenſo aūt domino:etiã domi nō poſſet illæſus
manere. Vicit igit̃ appetitū ratio: & obedientē ſibi præſtitit. Capto nepote:non ꝑ-
territus:neqꝫ tot regum turbat⁹ populis:bellū repetijt:uictoria potitus:prædæ par-
tem cui⁹ ipſe fuit auctor recuſauit. Promiſſo quoqꝫ ſibi filio:cū conſideraret emortui
corporis ſui uires depoſitas:ſterilitatē coniugis:& ſupremã ſenectutem:etiam cōtra
uſum naturæ deo credidit. Aduerte cōuenire oïa. Appetit⁹ nō defuit:ſed repreſſus
eſt anim⁹ æqualis gerēdis: qui nec magna ꝓ uilibus:nec minora ꝓ magnis duceret.
Prudētem talis decet diſtributio:quæ auctoritate quadrifidæ innitat̃. Moderatio
erat illi ꝓ negocijs:ordo rerum:opportunitas temporū:menſura uerborū. Ecce ſe-
narij habes perfectionē. Fuit Abraam fide primus:iuſticia præcipuus:in prælio ſtre
nuus:in uictoria nō auarus:domi hoſpitalis:uxori ſedulus. Sanctum quoqꝫ eius ne-
potem Iacob delectabat domi ſecurū degere:ſed mater uoluit eum peregrinari: ut
daret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum:cōſilij ſalubritas. Exul a domo:ꝓ
fugus a parentibus:ubiqꝫ tamen cōuenientem menſurã negocijs tenuit: & tempo-
ribus opportunitatē reſeruauit. Acceptus domi parētibus:ut alter maturitate pro-
uocatus obſequij benedictionē daret:alter amore pio ꝓpenderet. Fraterno quoqꝫ
iudicio prælatus:cū cibum ſuum fratri cedendum putaſſet:delectabatur utiqꝫ alimē
to ẜm naturam:ſed ẜm pietatē ceſſit petito. Paſtor domino gregis fidus: ſocero ge-
ner ſedulus:impiger in labore:in conuiuio parcus:in ſatiſfactione præuius: in remu-
neratione largus. Denique ſic fraternam mitigauit iracundiã:ut cuius uerebatur in-



imicitias adipiſceretur gratiã. Quid de Ioſeph loquar:qui utiqꝫ habebat cupidita-
tem libertatis:& ſuſcepit ſeruitij neceſſitatem? Q̄ ſubditus in ſeruitute: q̃ in uirtute
conſtans:q̃ benignus in carcere: ſapiens in interpretatione: in poteſtate moderat⁹:
in ubertate ꝓuidus:in fame iuſtus:ordinem laudis rebus adiungens: & opportuni-
tatem tēporibus:æquitatem populis officij ſui moderatione diſpēſans? Iob quoqꝫ
iuſtus:ſecundis atqꝫ aduerſis rebus irreprehenſibilis:patiens:gratus deo atqꝫ accep
tus:uexabatur doloribus:ſed ſe conſolabatur. Dauid etiã fortis in bello:patienſ in
aduerſis:in hieruſalem pacificus:in uictoria manſuetus:in peccato dolens: in ſenec-
tute prouidus:rerum modos:uices temporꝝ:ꝑ ſingulaꝝ ſonos ſeruauit ætatū:ut mi
hi uideatur nō minus uiuendi genere: q̃ canēdi ſuauitate prædulcis moralē deo ſui
fudiſſe meriti cantilenã. Qđ his uiris principalium uirtutū officium defuit? Quarū
primo loco conſtituerūt prudentiam:quæ in ueri inueſtigatione uerſat̃: & ſcientiæ
plenioris infundit cupiditatem. Secūdo iuſticiã: quæ ſuum cuiqꝫ tribuit:alienū non
uendicat:utilitatē ꝓpriam negligit:ut communē æquitatē cuſtodiat. Tertio fortitu
dinem:quæ & in rebus bellicis excelſi animi magnitudine: & domi eminet: corpo-
riſqꝫ præſtat uiribus: Quarto temperãtiã:quæ modū ordineqꝫ ſeruat omnium:quæ
uel agenda uel dicenda arbitramur.

Q̄ uirtutes quattuor principales:in patribus noſtris non mediocriter ſint cōſum
matæ. Ca. XXV.

h Aec forſitan aliquis dicat primo loco poni oportuiſſe:quoniã ab his quat-
tuor uirtutibus naſcuntur officiorum genera. Sed hoc artis eſt: ut primo
officium definiatur:poſtea certa in genera diuidatur. Nos autem artem
fugimus:exempla maiorū ꝓponimus: quæ neque obſcuritatem afferunt
ad intelligendum:neque ad tractandum uerſutias. Sit igitur nobis uita maiorum di-
ſciplinæ ſpeculum:non calliditatis commentariū:imitandi reuerentia:non diſputã-
di aſtutia. Fuit igitur in ſancto Abraam primo loco prudētia: de quo dicit ſcriptura:
Credidit Abraam deo:& reputatum eſt illi ad iuſticiã. Nemo enim prudēs: qui de- Gen.15.
um neſcit. Deniqꝫ inſipiens dixit: Quia non eſt deuſ. Nam ſapiens nō diceret. Quo- Ps.52.
modo enim ſapienſ:qui nō requirit auctorem ſuum:qui dicit lapidi:Pater me⁹ es tu:
qui dicit diabolo:ut Manichæus:Auctor meus es tu? Quomodo ſapiens ut Arrian⁹
qui mauult imperfectū auctorem habere atque degenerē:q̃ uerum atqꝫ perfectum?
Quomodo ſapiens: ut Marcion atque Eunomius: qui malūt deum malum q̃ bonū
habere? Quomodo ſapiens:qui deum ſuum non timet? Initium enim ſapientiæ ti- Ecci.1.
mor domini. Et alibi habes: Sapientes nō declinant de ore domini:ſed tractãt in cō-
feſſionibus ſuis. Simul quoqꝫ dicendo ſcriptura : Reputatum eſt ei ad iuſticia:alteri-
us uirtutis gratiam ei detulit. Primū igitur noſtri definierunt prudentiam in ueri cō
ſiſtere cognitione. Quis enim illorum ante Abraam:Dauid:Salomonem? Deinde
iuſticiam ſpectare ad ſocietatem generis humani. Denique Dauid ait: Diſperſit de- Ps.111.
dit pauperibus: iuſticia eius manet in æternum. Iuſtus miſeretur: iuſtus cōmodat.
Sapienti & iuſto:totus mundus diuitiarum eſt . Iuſtus cōmunia pro ſuis habet: ſua
pro cōmunibus. Iuſtus ſeipſum priuſq̃ alios accuſat. Ille enim iuſtus: qui nec ſibi par- Prouer.18.
cit:& occulta ſua latere nō patitur . Vide q̃ iuſtus Abraam. In ſenectute ſuſceperat
filium per repromiſſionē:repoſcenti domino negãdum ad ſacrificium (q̃uis unicū)
non putauit. Aduerte hic omnes uirtutes quattuor:in uno facto. Fuit ſapientiæ deo
credere:nec filij gratiam anteferre auctoris præcepto. Fuit iuſticiæ:acceptum red-
dere. Fuit fortitudinis: appetitum ratione cohibere. Ducebat hoſtiam pater:inter-
rogabat filius:temptabatur affectus patrius:ſed nō uincebatur. Repetebat filius ap
pellationem paternam:compungebat paterna uiſcera:ſed non minuebat deuotio-
nem. Accedit & quarta uirtus temperantia. Tenebat iuſtus & pietatis modum: &
executionis ordinē. Deniqꝫ dum ſacrificio neceſſaria uehit: dum ignem adolet: dū
filium ligat:dum gladium educit: hoc immolandi ordine meruit: ut filium reſerua-
ret. Quid ſapiētius ſancto Iacob:qui deū uidit facie ad faciem:& meruit benedictio-

nem? Quid iuſtiꝰ eo: qui ea quæ acquiſierat oblatis muneribꝰ cũ fratre diuiſit? Quid
fortius eo: qui cũ deo luctatus eſt? Quid modeſtius eo: qui modeſtiã ita & locis &
tẽporibus deferebat: ut filiæ iniuriã mallet prætexere cõiugio q̃ uindicare: eo ꝙ in-
ter alienos poſitus amori potius cõſulendũ: q̃ odia colligenda cẽſebat? Noe q̃ ſapi-
ens: qui tantã fabricauit arcam? Quã iuſtus: qui ad ſemen omniũ reſeruatus: ſolus ex
omnibꝰ & præteritæ generationis ſupſtes eſt factus: & auctor futuræ: mũdo potius
& uniuerſis magis q̃ ſibi natꝰ? Quã fortis: ut diluuiũ uinceret? Quã tẽperans: ut diluuiũ
toleraret? Et quando introiret: qua moderatione degeret: quando coruum: quãdo
columbã dimitteret: quando reciperet reuertentes: quãdo exeundi oportunitatẽ
captaret: agnoſceret?

Vt falſa ꝓ ueris uſurpare caueamus: qđ eſt prudentiæ. Ca. XXVI.

i Taqꝫ tractant in ueri inueſtigatione tenendum illud decorũ: ut ſummo ſtu-
dio requiratur quid uerum ſit: non falſa pro ueris ducere: non obſcuris uera
inuoluere: nõ ſuperfluis uel implexis atqꝫ ambiguis occupare animũ. Quid
tam indecorum: q̃ uenerari lignum qđ ipſi faciunt? Quid tam obſcurũ: q̃ de aſtrono
mia & geometria tractare quod ꝓbant: & ꝓfundi aeris ſpacia metiri: cælum quoqꝫ
& mare numeris includere: relinquere cauſam ſalutis: erroris quærere? An non ille
eruditus in omni ſapientia ægyptiorũ Moyſes ꝓbauit iſta? Sed illam ſapientiã detri
mentum & ſtulticiã iudicauit: & auerſus ab ea: intimo deũ quæſiuit affectu. Ideoqꝫ ui
dit: interrogauit: audiuit loquẽtem. Quis magis ſapiẽs: q̃ ille quem docuit deus: qui
omnẽ ſapientiã ægyptiorum: omniũqꝫ artium potẽtias operis ſui uirtute uacuauit?
Nõ hic incognita ꝓ cognitis habebat: hiſqꝫ temere aſſentiebať: Quæ duo in hoc ma
xime naturali atqꝫ honeſto loco uitanda dicũt: q ſibi nec cõtra naturã eſſe nec turpe
iudicant ſaxa adorare: & a ſimulacris auxiliũ petere: quæ nihil ſentiant. Quanto igi-
tur excelſior uirtus eſt ſapiẽtia: tantomagis enitendũ eſſe arbitror nobis: ut aſſequi
eam poſſimus. Itaqꝫ ne quid contra naturã: ne quid turpe atqꝫ indecorum ſentiamꝰ:
duo hæc: id eſt: & tẽpus & diligentiã ad conſideratione rerum examinãdi gratia cõ
ferre debemus. Nihil eſt em̃ magis quo homo cæteris animãtibus præſtet: q̃ ꝙ rati-
onis eſt particeps: cauſas rerum requirit: generis ſui auctorẽ inueſtigandũ putat: in
cuius poteſtate uitæ neciſqꝫ noſtræ poteſtas ſit: qui mundum hunc ſuo nutu regat:
cui ſciamus rationẽ eſſe reddendam noſtroꝝ actuum. Nihil eſt em̃ qđ magis ꝓficiat
ad uitam honeſtã: q̃ ut credamus eum iudicẽ futurum: quẽ & occulta non fallant: &
indecora offendãt: & honeſta delectent. Omnibꝰ igitur hominibꝰ ineſt ſm naturã
humanã uerum inueſtigare: qđ ad ſtudium cognitionis & ſcientiæ trahit: & inquirẽ
di infundit cupiditatem. In quo excellere uniuerſis pulchrũ uidetur: ſed paucorum
eſt aſſequi: qui uoluẽdo cogitationeſ: conſilia examinãdo: nõ mediocrẽ impendunt
laborem: ut ad illud beate honeſteqꝫ uiuẽdum peruenire poſſint: atque operibꝰ ap-
Matth.7. propinquare. Nõ em̃ qui dixerit: inquit: mihi domine dñe: intrabit in regnum cælo
rum: ſed qui fecerit ea quæ dico. Nam ſtudia ſcientiæ ſine factis: haud ſcio an etiã in-
uoluant magis q̃ adiuuent.

Quã uirtutes quattuor ita ꝑplexæ ſint: ut ab inuicẽ ſeparari nequeãt. Ca. XXVII.

Tulliꝰ li.1.de origine honeſti ex quatuor fõtibꝰ

p Rimus igitur officij fons prudentia eſt. Quid em̃ tam plenũ officij: q̃ deferre
auctori ſtudium atqꝫ reuerentiã? Qui tamẽ fons & in uirtutes deriuatur cæ-
teras. Neqꝫ em̃ poteſt iuſticia ſine prudẽtia eſſe: cum examinare quid iuſtũ:
quid ue iniuſtũ ſit: nõ mediocris prudentiæ ſit. Summus in utroqꝫ error. Qui em̃ iu-
ſtum iudicat iniuſtum: iniuſtũ autẽ iuſtum: execrabilis erit apud deũ. Vt quid abun-
dant iuſticiæ imprudenti: Salomon ait? Neqꝫ iterũ prudentia ſine iuſticia eſt. Pietas
em̃ in deũ: initium intellectus. Quo aduertimus illud ab huiꝰ ſæculi trãſlatũ magis q̃
inuentũ ſapiẽtibus: quia pietas fundamẽtũ eſt omniũ uirtutũ. Iuſticiæ aũt pietas eſt
prima in deũ: ſecũda in patriã: tertia in parẽtes: Itẽ in oẽs: quæ & ipſa ſm naturæ eſt
magiſteriũ. Siquidẽ ab ineunte ætate ubi primũ ſenſus infundi cœperit: uitã amamꝰ
tãq̃ dei munꝰ: patriã parẽteſqꝫ diligimꝰ: Deinde æquales quibꝰ ſociari cupimꝰ: Hinc



charitas naſciť: quæ alios ſibi præfert: nõ quærens quæ ſua ſunt: in quibꝰ eſt principa
tus iuſticiæ. Omnibꝰ quoqꝫ animãtibus innaſciť: primũ ſalutẽ tueri: cauere quæ no-
ceant: expetere quæ ꝓſint: ut paſtũ: ut latibula quibꝰ ſe a ꝑiculis: imbribꝰ: ſole defen
dant: qđ eſt prudẽtiæ. Succedit quoqꝫ ut omniũ genera animantiũ: cõgregabilia na
tura ſint. Primo generis ſui ac formæ cõſortibus: tum etiã cæteris: ut uidemꝰ boues
armẽtis: equos gregibus: & maxime pares paribꝰ delectari. Ceruos quoqꝫ ceruis: &
plærũqꝫ hominibꝰ adiungi. Iam de ꝓcreandi ſtudio & ſobole: uel etiã generantiũ qd
loquar amore: in quo eſt forma iuſticiæ præcipua? Liquet igiť & has & reliquas cog
natas ſibi eẽ uirtutes. Siqdẽ & fortitudo quæ uel in bello tueť a barbaris patriã: uel
domi defendit infirmos: uel a latronibꝰ ſocios: plena ſit iuſticiæ: & ſcire quo conſilio
defendat atqꝫ adiuuet: captare etiam tempoꝝ & locoꝝ oportunitates: prudẽtiæ ac
modeſtiæ ſit. Et tẽperantia ipſa ſine prudẽtia modũ ſcire nõ poſſit: oportunitatẽ no
ſcere: & ſm mẽſurã reddere ſit iuſticiæ. Et in omnibꝰ iſtis magnanimitas neceſſaria
ſit: & quædã fortitudo mẽtis: plærũqꝫ & corporis: ut quis qđ uelit poſſit implere.

Primũ qđ philoſophi dicunt: et ſecundũ iuſticiæ munus apud nos excludi: terti-
um uero a noſtris mutuatum. Ca. XXVIII.

i Vſticia igitur ad ſocietatẽ generis humani: & ad cõmunitatẽ referť. Societa
tis em̃ ratio diuidiť in duas ꝑtes: iuſticiã & beneficentiã: quã eandẽ liberalita
tem & benignitatẽ uocant. Iuſticia mihi excelſior uideť: liberalitas gratior.
Illa cenſurã tenet: iſta bonitatẽ. Sed primũ ipſum qđ putant philoſophi iuſticiæ mu
nus: apud nos excludiť. Dicunt em̃ illi eam primã eſſe iuſticiæ formã: ut nemini quiſ
noceat niſi laceſſitꝰ iniuria. Qđ euãgelij auctoritate uacuať. Vult em̃ ſcriptura: ut ſit
in nobis ſpiritꝰ filij hominis: qui uenit cõferre gratiã: nõ inferre iniuriã. Deinde for-
mã iuſticiæ putauerũt: ut quis cõmunia: id eſt: publica ꝓ publicis habeat: priuata ꝓ
ſuis. Nec hoc quidem ſm naturã. Natura em̃ oĩa omnibꝰ in cõmune ꝓfudit. Sic em̃
deus generari iuſſit omnia: ut paſtus omnibꝰ cõmunis eſſet: & terra ergo foret om-
niũ quædã cõmunis poſſeſſio. Natura igiť ius cõmune generauit: uſurpatio ius fecit
priuatũ. Quo in loco aiũt placuiſſe ſtoicis: quæ in terris gignanť: omnia ad uſus ho-
minũ creari. Homines aũt hominũ cauſa eſſe generatos: ut ipſi inter ſe alijs alij ꝓdeſ
ſe poſſint. Vnde hoc: niſi de noſtris ſcripturis dicendũ ſumpſerũt? Moyſes em̃ ſcrip
ſit: quia dixit deꝰ: Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã & ſm ſimilitudinẽ: & habeat Gen.1.
poteſtatẽ piſciũ maris: & uolatiliũ cæli: & pecorũ: & omniũ repentiũ ſuper terrã. Et
Dauid ait: Omnia ſubiecisti ſub pedibus eiꝰ: oues & boues uniuerſas: inſuꝑ & peco- Ps.8.
ra campi: uolucres cæli: & piſces maris. Ergo oĩa ſubiecta eſſe homini de noſtris didi
cerũt: & ideo cenſent ꝓpter hominẽ eſſe generata. Hominẽ quoqꝫ hominis cauſa
generatũ eſſe in libris Moyſi reperimꝰ: dicente dño: Nõ eſt bonũ eſſe hominẽ ſolũ: Gen.2.
faciamꝰ ei adiutoriũ ſimile ſibi. Ad adiumentũ ergo mulier data eſt uiro: quæ gene-
raret: ut homo homini adiumento foret. Deniqꝫ anteq̃ mulier formareť: dictum eſt
de Adam: Nõ eſt inuentus adiutor ſimilis illi. Adiumentũ em̃ homo niſi de homine
habere nõ poterat. Ex omnibꝰ igiť animalibꝰ nullũ animal ſimile: & ut abſolute dica-
mus: nullus adiutor hominis inuẽtus eſt. Muliebris igiť ſexus adiutor expectabať.
Ergo ſm dei uolũtatẽ: uel naturæ copulã: inuicẽ nobis eſſe auxilio debemus: certa-
re officijs: uelut in medio oẽs utilitates ponere: & ut uerbo ſcripturæ utar: adiumẽ-
tũ ferre alter alteri: uel ſtudio: uel officio: uel pecunia: uel operibꝰ: uel quolibet mo-
do: ut inter nos ſocietatis augeať gratia: nec quiſq̃ ab officio uel periculi terrore re-
uoceť: ſed omnia ſua ducat: uel aduerſa: uel ꝓſpera. Deniqꝫ ſanctꝰ Moyſes ꝓ popu-
lo patrũ bella ſuſcipere grauia nõ reformidauit: nec regis potẽtiſſimi trepidauit ar-
ma: nec barbaricæ imanitatis expauit ferociã: ſed abiecit ſalutẽ ſuã: ut plæbi liberta-
tẽ redderet. Magnꝰ itaqꝫ iuſticiæ ſplẽdor: quæ alijs potiꝰ nata q̃ ſibi: cõitatẽ & ſocie-
tatẽ noſtrã adiuuat: excelſitatẽ tenet: ut ſuo iudicio oĩa ſubiecta habeat: opẽ alijs fe-
rat: pecuniã cõferat: officia nõ abnuat: ꝑicula ſuſcipiat aliena. Quis nõ cuperet hanc
uirtutis arcem tenere: niſi prima auaricia infirmaret atqꝫ inflecteret tãtæ uirtutis ui-

gore‹ Etē̄ dū augere opes:aggerare pecunias:occupare terras poſſeſſionib⁹ cupi
mus:præſtare diuitijs:iuſticiæ formā exuimus:beneficētiā cōmunē amittim⁹. Quō
ē̄ poteſt iuſtus eſſe:qui ſtudet eripere alteri qđ ſibi quærat‹ Potētiæ quoq; cupidi
tas:formā iuſticiæ uirilē effœminat. Quō ē̄ poteſt ꝓ alijs interuenire: qui alios ſibi
ſubijcere conatur:& infirmo aduerſus potentes opem ferre:qui ipſe grauem liber-
tati affectat potentiam‹

Iuſticiam & fidem hoſtibus etiam exhibendam. Ca. XXIX.

Vanta autē iuſticia ſit:ex hoc intelligi poteſt:ꝙ nec locis: nec ꝑſonis: nec tē-
q poribus excipit̄:quæ etiā hoſtib⁹ reſeruat̄:ut ſi cōſtitutus ſit cū hoſte:aut lo-
cus aut dies prælio:aduerſus iuſticiā putet̄: aut loco præuenire: aut tēpore.
Intereſt ē̄ utꝝ aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiat̄:an ſupiore gratia: uel
aliquo euentu. Siquidē uehemētiorib⁹ hoſtib⁹ & infidis:& his qui amplius læſerint
uehementior refert̄ ultio:ut madianitis:qui ꝑ mulieres ſuas plæroſq; peccare fece-
rāt ex plebe iudæoꝝ:unde & dei in populū patrū iracundia effuſa eſt. Et ideo factū
eſt:ut nullū Moyſes uictor ſupeſſe pateret̄. Gabaonitaſ aūt qui fraude magis q̃ bello
tēptauerant plebē patrū:nō expugnaret Ieſus:ſed cōditionis impoſitæ afficeret in-
4. Reg. 6. iuria. Syros uero Heliſæus quos obſidētes in ciuitatē duxerat momentaria cæcita-
te ꝑcuſſos:cū quo ingrederent̄ uidere nō poſſent:uolēti regi iſrael ꝑcutere nō acq-
eſceret dicens: Nō ꝑcuties quos nō captiuaſti in lancea & in gladio tuo:pone eis pa
nem & aquā ut manducēt & bibant:& remittant̄: & eant ad dominū ſuū: ut hūani-
tate ꝓuocati gratiā repræſentarēt. Deniq; poſtea in terrā iſrael uenire piratæ ſyriæ
deſtiterūt. Si ergo in bello iuſticia ualet:quantomagis in pace ſeruanda eſt‹ Et hanc
gratiā ꝓpheta his detulit:qui ad eū corripiendū uenerāt. Sic ē̄ legimus: ꝙ in obſi-
dionē eius miſerat rex ſyriæ exercitū ſuū:cognito ꝙ Heliſæus eſſet: qui cōſilijs & ar
gumentationibus eius obuiaret omnib⁹. Quē uidēs exercitū Gieçi ſeruus ꝓphetæ:
de ſalutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit ꝓpheta:Noli timere:qm̄ plures nobi-
ſcum ſunt:q̃ cū illis. Et rogante ꝓpheta ut aperirent̄ oculi ſeruo ſuo:aperti ſunt. Vi-
dit itaq; Gieçi totū mōtē equis repletū & curribus in circuitu Heliſæi. Quib⁹ deſcen
dentibus:ait ꝓpheta:Percutiat dn̄s cæcitate exercitū ſyriæ. Quo impetrato :dixit
ad ſyroſ: Venite poſt me:& ducā uos ad hominē quē quæritis. Et uiderunt Heliſæū
quē corripere geſtiebant:& uidētes tenere nō poterāt. Liquet igit̄ etiā in bello fidē
& iuſticiā ſeruari oportere:nec illud decorū eſſe poſſe: ſi uiolet̄ fides. Deniq; etiam
aduerſarios molli ueteres appellatione nominabant:ut ꝑegrinos uocarent. Hoſtes
ē̄ antiquo ritu peregrini dicebant̄. Qđ æque etiā ipſū de noſtris aſſumptū dicere
poſſum⁹. Aduerſarios ē̄ ſuos hebræi allophilos:hoc eſt:alienigenas: latino appel-
1. Reg. 4. labant uocabulo. Deniq; in libro regnorū primo ſic legimus:Et factum eſt in diebus
illis:cōuenerūt alienigenæ in pugnā ad iſrael. Fundamentū ergo eſt iuſticiæ fides.
Iuſtorum ē̄ corda meditant̄ fidem:& qui ſe iuſtus accuſat: iuſticiā ſupra fidem col
locat. Nam tunc iuſticia ei⁹ apparet:ſi uera fateat̄. Deniq; & domin⁹ ꝑ Eſaiam: Ecce
Eſa. 28. inquit mitto lapidē in fundamentū ſyon:id eſt chriſtū in fundamētū eccleſiæ. Fides
ē̄ omniū chriſtus. Eccleſia autē quædā forma iuſticiæ eſt:cōmune ius omniū. In cō
mune orat:in cōmune operat̄: in cōmune tēptat̄. Deniq; qui ſeipſum ſibi abnegat:
ipſe iuſtus:ipſe dignus chriſto eſt. Ideo & Paulus fundamētum poſuit chriſtum: ut
ſupra eum opera iuſticiæ locaremus:quia fides fundamētū eſt:In operibus autē aut
malis iniquitas:aut bonis iuſticia eſt.

Tulli⁹ li. 1. quē admodū ex bn̄ficentia q̃ iuſticie cōiūcta ē officia maneant.

De beneficentia. Ca. XXX.

Ed iam de beneficētia loquamur:quæ diuidit̄ etiā ipſa in beniuolentiā & li-
ſ bertatē. Ex his igit̄ duab⁹ conſtat beneficētia:ut ſit ꝑfecta. Nō ē̄ ſatis eſt bn̄
uelle:ſed etiā bn̄facere. Nec ſatis eſt iteꝝ bn̄facere: niſi id ex bono fōte:hoc
2. Cor. 9. eſt:ex bona uolūtate ꝓficiſcat̄. Hilarē ē̄ datorē diligit de⁹. Nā ſi inuit⁹ facias: quæ ti
1. Cor. 9. bi merces ē‹ Vn̄ Apl's generaliter inqt: Si uolēs hoc ago:mercedē habeo:ſi inuit⁹:di
ſpēſatio mihi credita ē. In euāgelio quoq; mltas diſciplinas accepim⁹ iuſtæ liberalita



tis. Pulchrū ē igit̄ bn̄ uelle:& eo largiri cōſilio: ut ꝓſis:nō ut noceas. Nā ſi luxurioſo
ad luxuriæ effuſionē: adultero ad mercedē adulterij largiēdū putes:nō ē bn̄ficētia
iſta ubi nulla ē beniuolētia. Officere ē̄ iſtud ē:nō ꝓdeſſe alteri:ſi largiaris ei q cōſpi
ret aduerſus patriā:qui cōgregare cupiat tuo ſumptu ꝑditos:qui īpugnent eccleſiā.
Nō eſt hæc ꝓbabilis liberalitas:ſi adiuues eū qui aduerſus uiduam & pupillos graui
decernit iurgio:aut ui aliqua poſſeſſiones eoꝝ eripere conat̄. Nō ꝓbatur largitas: ſi
qđ alteri largit̄:alteri quis extorqueat:ſi iniuſte quærat:& iuſte diſpenſandū putet:
niſi forte: ut ille Zachæus:reddas quadruplū prius ei quē fraudaueris: & gētilitatis
uitia fidei ſtudio & credētis operatione cōpenſes. Fundamentū igit̄ habeat liberali-
tas tua. Hoc primū quærit̄:ut cū fide cōferas: fraudem nō facias oblatis: ne dicas te
plus cōferre & minus cōferas. Quid ē̄ opus eſt dicere:Fraus ꝓmiſſi eſt: in tua po-
teſtate eſt largiri qđ uelis. Fraus fundamentū ſoluit:& opus corruit. Nūquid Petrus Act. 5.
ita indignatiōe efferbuit:ut Ananiā extingui uellet: uel uxorē ei⁹‹ Sed exēplo eo-
rum noluit perire cæteroſ. Nec illa ꝑfecta eſt liberalitas:ſi iactantiæ cauſa magis q̃ mi
ſericordiæ largiaris. Affect⁹ tuus nomen imponit opi tuo. Quō a te ꝓficiſcit̄: ſic æſti
mat̄. Vides q̃ moralē iudicē habeas‹ Te conſulit:quō opus tuū ſuſcipiat:mentē tuā
pri⁹ interrogat. Neſciat inqt ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua. Nō de corpore loqt̄: Matth. 6.
ſed etiā unanim⁹ tu⁹:frater tu⁹ qđ facis neſciat:nedū hic mercedē quæris iactātiæ:illic
remunerationis fructū amittas. Perfecta aūt eſt liberalitas: ubi ſilētio qs tegit op⁹ ſuū:
& neceſſitatibus ſingulorū occulte ſubuenit:quē laudat os pauperis: & nō labia ſua.

Deinde ꝑfecta liberalitas fide:cauſa:loco:tēpore cōmēdat̄:ut primū operis circa
domeſticos fidei. Grandis culpa:ſi ſciēte te fidelis ægeat:ſi ſcias eū ſine ſumptu eſſe:
fame laborare: erumnā ꝑpeti:qui præſertim ægere erubeſcat: ſi in cauſā ceciderit:
aut captiuitatis ſuoꝝ:aut calūniæ:& non adiuues:ſi ſit in carcere:& pœnis & ſuppli-
cijs ꝓpter debitū aliqđ iuſtus excruciet̄. Nā & ſi oibus debet̄ miſericordia: tn̄ iuſto
ampli⁹:ſi tēpore afflictionis ſuæ nihil a te impetret:ſi tēpore ꝑiculi quo rapit̄ ad mor
Job. 29. tē:plus apud te pecunia tua ualeat:q̃ uita morituri. De quo pulchre Iob dixit: Bn̄di-
ctio ꝑituri in me ueniebat. Perſonaꝝ quidē de⁹ acceptor nō eſt:qa nouit oia. Nos au
tē oibus quidē debem⁹ miſericordiā. Sed qa plæriq; fraude eā quærūt: & fingūt ærū
nā:ideo ubi cauſa manifeſtat̄:ꝑſona cognoſcit̄:tēpus urget :largi⁹ ſe debet ꝓfūdere
miſericordia. Nō ē̄ auar⁹ dn̄s eſt:ut plurimū quærat. Beat⁹ qdē q dimittit oia:& ſe
Luc. 21. quit̄ eū:Sed & ille beat⁹ ē: qui qđ habet ex affectu facit. Deniq; duo æra uiduæ illi⁹
diuitū munerib⁹ prætulit:qa totū illa qđ habuit cōtulit. Illi aūt ex abūdātia partē exi
guā cōtulerunt. Affect⁹ igit̄ diuitē collationē aut pauperē facit: & preciū rebus ipo
3. Reg. 19. nit. Cæteꝝ deus nō uult ſimul effundi opes: ſed diſpēſari:niſi forte ut Heliſæ⁹ q bo-
ues ſuos occidit:& pauit paupes ex eo qđ habuit: ut nulla cura teneret̄ domeſtica:
ſed relictis oibus in diſciplinā ſe ꝓpheticā daret. Eſt etiā illa ꝓbanda liberalitas:ut ꝓ-
ximos ſeminis tui nō deſpicias:ſi egere cognoſcas. Melius eſt ē̄ ut ipſe ſubuenias
tuis:quib⁹ pudor eſt ab alijs ſumptū depoſcere:aut alicui poſtulare ſubſidiū neceſſi-
tati:nō tn̄ ut illi ditiores eo fieri uelint:qđ tu poſſes cōferre inopibus. Cauſa ē̄ præ-
ſtat:nō gratia. Neq; ē̄ ꝓpterea te dn̄o dicaſti:ut tuos diuites facias: ſed ut uitā tibi
ꝑpetuā fructu boni operis acqras:& p̄cio miſerationis pctā redimas tua. Putāt ſe pa
rum poſcere:p̄ciū tuū quærūt:uitæ tuæ fructū adimere cōtendūt. Et accuſat ꝙ eum
diuitē nō feceris:cū te ille uelit æt̄næ uitæ fraudare mercede. Cōſiliū præmiſim⁹:au
ctoritatē petamus. Primū igit̄ neminē debet pudere:ſi ex diuite pauꝑ fiat:dū largit̄
pauperi:qa chriſtus pauꝑ fact⁹ eſt cū diues eſſet:ut nos ſua inopia ditaret. Dedit re-
gulam quā ſequamur:ut bona ratio ſit exinaniti patrimonij: ſi quis pauperū famem
2. Cor. 8. reppulit:inopiā ſubleuauit. Vnde & cōſiliū in hoc do: Apoſtol⁹ dicit. Hoc ē̄ uobis
utile ē:ut chriſtū imitemini. Cōſiliū bonis datur:correptio errantes coercet. Deniq;
q̃ſi bonis dicit: Qui nō tm̄ facere ſed & uelle cœpiſtis ab anno præterito. Perfectorū
utrūq; eſt nō pars. Itaq; docet:& liberalitatē ſine beniuolētia:& beniuolētiā ſine libe
ralitate nō ee ꝑfectā. Vn̄ ad ꝑfectū hortat̄ dicēs: Nūc ergo & facere cōſummate: ut

queadmodũ ꝓmpta eſt in uobis uolũtas faciẽdi:ita ſit & ꝑficiẽdi ex eo qđ habetis. Si
enĩ uolũtas ꝓmpta eſt: ſm id qđ habet accepta eſt: nõ ſm id qđ nõ habet. Nõ enĩ ut
alijs refectio ſit:uobis aũt anguſtia:ſed ex æqͥlitate in hoc tẽpore ueſtra abũdantia ſit
ad illorũ inopiã:ut & illorũ abundãtia ſit ad ueſtrã inopiã:ut fiat æqualitas:ſicut ſcri/
1.Cori.8. ptum eſt:Qui multũ:nõ abundauit:& qui modicũ nõ minorauit. Aduertimus que/
admodũ & beniuolentiã:& liberalitatẽ:& modũ cõprehendit: & fructum atq; ꝑſo/
nas.Ideo modũ:quia impfectis dabat conſiliũ.Nõ enĩ patiuntur anguſtias:niſi impfe
cti.Sed & ſi quis eccleſiã nolens grauare in ſacerdotio aliquo conſtitutꝰ:aut miniſte/
rio:nõ totũ qđ habet cõferat:ſed operet̃ cũ honeſtate quantũ officio ſatis eſt:nõ mi
hi impfectus uidetur.Et puto ꝙ hic anguſtiã nõ animi ſed reifamiliariſ dixerit:De ꝑ/
ſonis autẽ puto dictũ:ut ueſtra abundãtia ſit ad illorum inopiã: & illorũ abundantia
ad ueſtrã inopiã: id eſt:ut populi abũdantia ſit bonæ opationis ad illorũ ſubleuandã
alendi inopiã:& illorũ abundãtia ſpiritalis:adiuuet in plæbe inopiã meriti ſpiritalis:
& conferat ei gratiã. Vnde exemplũ optimũ poſuit:Qui multũ:nõ abũdauit:& qui
modicũ:nõ minuit.Bene hortat̃ ad officiũ miſericordiæ oẽs homines iſtud exẽplũ:
qm̃ & qui plurimũ auri poſſidet nõ abundat:qa nihil eſt quicqd in hoc ſæculo eſt: &
qui exiguũ habet nõ minuit:quia nihil eſt qđ amittit. Res ſine diſpendio eſt:quæ to
ta diſpendiũ eſt.Eſt etiã ſic intellectꝰ bonꝰ:Qui plurimũ habet:& ſi nõ donat:nõ abũ
dat:quia quantũuis acquirat:eget ſemp qui plus cõcupiſcit.Et qui exiguũ habet: nõ
minuit:quia nõ multũ eſt qđ pauperẽ paſcit.Similiter ergo & ille pauper qui cõfert
ſpiritalia ꝓ pecuniarijs:& ſi plurimũ habeat gratiæ:nõ abũdat. Non enĩ onerat gra/
tia:ſed alleuat mentẽ.Sed etiã ſic poteſt intelligi:Nõ abundas o homo. Quantũ eſt
Luc.7. enĩ qđ accepiſti: & ſi tibi multũ eſt? Iohãnes quo nemo maior eſt inter natos mulie/
rum:inferior tamẽ erat eo qui minor eſt in regno cælorũ.Poteſt & ſic intelligi:Non
abundat dei gratia corporaliter:quia ſpiritalis eſt. Quis eiꝰ poteſt aut magnitudinẽ
aut latitudinẽ cõprehendere quã nõ uidet? Fides ſi fuerit ſicut granũ ſinapis:mõtes
transferre põt: & nõ tibi datur ultra granũ ſinapis.Si in te abundet gratia:eſt ueren
dũ ne mens tua tanto munere incipiat extolli:quia multi ſunt qui ab altitudine cor/
dis ſui grauiꝰ corruerũt:q̃ ſi nullã habuiſſent dei gratiam.Et qui parum habet:nõ mi/
nuit:quia nõ eſt corporeũ ut diuidat̃:& qđ parum uidet̃ habenti:plurimũ eſt cui ni
hil deeſt.Cõſideranda etiã in largiẽdo ætas atq; debilitas:nõnunq̃ etiã uerecundia:
quæ ingenuos ꝓdit natales:ut ſenibus plus largiaris: qui ſibi labore iam nõ quæunt
uictũ quærere.Similiter & debilitas corporis:& hæc iuuãda ꝓmptius:Tũ ſi quis ex
diuitijs cecidit in egeſtatẽ:& maxime ſi nõ uitio ſuo:ſed aut latrocinijs:aut ꝓſcripti/
one:aut calũnijs quæ habebat amiſit.Sed forte dicat aliquis: Cæcus uno loco ſedet
& prætерit̃:& iuuenis ualidus frequẽter accipit. Verũ eſt:qa obripit ꝓpt̃ importu/
nitatẽ.Nõ eſt illud iudicij:ſed tedij.Nam & dñs ait in euãgelio:de eo qui iam clauſe
rat oſtiũ ſuũ:Si qs oſtiũ eiꝰ ꝓcacius pulſet:qa ſurget & dat illi ꝓpter importunitatẽ.

De repẽdenda beneficẽtia his q ꝓmeruerũt:& maxime deo.Ca.XXXI.

p Vlchrũ quoq; eſt:ꝓpenſiorẽ eius haberi rationẽ:qui tibi aut beneficiũ ali/
qđ aut munus cõtulit:ſi ipſe in neceſſitatẽ incidit. Quid enĩ tam cõtra offi
ciũ:q̃ nõ reddere qđ acceperis? Nec menſura pari ſed uberiore reddẽdũ
arbitror:& uſum penſandũ beneficij:ut tanto ſubuenias:quanto eius erũ/
nã repellas.Etenĩ ſuperiorẽ nõ eſſe in referendo q̃ in cõferendo beneficio: hoc eſt:
minorẽ eſſe:qm̃ qui prior cõtulit:tẽpore ſuperior eſt:humanitate prior. Vnde imi/
tanda nobis eſt in hoc quoq; natura terrarũ:quæ ſuſceptũ ſemen multiplicatiori ſo/
let numero reddere q̃ acceperit. Ideo eſt tibi ſcriptum: Sicut agricultura eſt homo
inſipiens:& tanq̃ uinea homo egens ſenſu. Si reliqueris eũ:deſolabit̃. Sicut agricul/
tura ergo etiã ſapiens:ut tanq̃ fœnerata ſibi maiore menſura ſemina ſuſcepta reſtitu
at. Terra ergo aut ſpontaneos fructꝰ germinat:aut creditos uberiore cumulo refũ/
dit ac reddit. Vtrũq; debes quodã hæreditario uſu parẽtis:ne relinquaris ſicut infæ
cundus ager. Eſto tñ ut aliquis excuſare poſſit ꝙ non dederit: quõ excuſare põt ꝙ



nõ reddiderit? Nõ dare cuiq̃ uix licet:nõ reddere uero nõ licet.Ideo pulchre Salo/
mon ait:Si ſederiſ cœnare ad menſam potẽtis:ſapienter intellige ea quæ apponunt̃ Prouer.23.
tibi: & mitte manũ tuã: ſciens ꝙ oportet te talia præparare. Si aũt inſatiabilis es:no/
li cõcupiſcere eſcas eius.Hæc enĩ obtinent uitã fallam:quã nõ imitari cupientes:ſen
tentias ſcripſimus.Conferre gratiã:bonũ eſt:at qui referre neſcit duriſſimꝰ. Huma/
nitatis exẽplũ:ipſa terra ſuggerit.Spontaneos fructꝰ miniſtrat quos nõ ſeueris:mul/
tiplicatũ quoq; reddit qđ acceperit. Negare tibi pecuniã numeratã nõ licet: quõ li/
cet acceptã nõ referre gratiã? In Prouerbijs quoq; habes:ꝙ ita plurimũ redhibitio
iſta gratiæ apud deum cõſueuit ualere:ut etiã in die ruinæ inueniat gratiam: qñ poſ
ſunt præpõderare peccata.Et quid alijs utar exemplis: cũ dñs ipſe remunerationẽ
uberiorẽ ſanctoꝝ meritis in euãgelio polliceat̃:atq; exhortet̃ ut operemur bonum
opus dicens:Dimittite:& dimittet̃ uobis: date & dabit̃ uobis:menſurã bonã: com/ Luc.6.
motã:ſupeffluentẽ dabunt in ſinũ ueſtrum? Itaq; & illud cõuiuiũ Salomonis: nõ de
cibis ſed de operibꝰ eſt bonis. Quo enĩ melius epulant̃ animi q̃ bonis factis? Aut qd
aliud tam facile poteſt iuſtoꝝ explere mentes:q̃ boni operis cõſcientia? Qui aũt io/
cundior cibus:q̃ facere uoluntatẽ dei? Quẽ cibum ſibi ſolũ dñs abundare memora/
bat:ſicut ſcriptũ eſt in euãgelio:Meus cibus eſt:ut faciã uoluntatẽ patris mei qui eſt Ioh.4.
in cælo.Hoc cibo delectemur:de quo ait ꝓpheta:Delectare in dño.Hoc cibo dele/ Pſ.36.
ctant̃:qui ſuperiores delectationes mirabili ingenio cõprehenderũt:qui poſſunt ſci
re:qualis ſit illa munda & intelligibilis mentis delectatio.Edamus ergo panes ſapiẽ/
tiæ:& ſaturemur in uerbo dei: quia non in ſolo pane ſed in omni uerbo dei uita eſt Deut.8.
hominis facti ad imaginem dei. De poculo uero ſatis expreſſe dicit ſanctꝰ Iob: Sicut Iob.29.
terra expectans pluuiam:ſic & iſti ſermones meos.

Licet utræque partes ſint beneficentiæ:beniuolentiã tamen liberalitati præpon/
derare. Ca.XXXII.

p Vlchrũ eſt ergo ut diuinaꝝ ſcripturarũ humeſcamꝰ alloqo: & quaſi ros ſic in
nos dei uerba deſcẽdant.Cũ igitur ſederis ad illã menſam potẽtis: intellige
quis ſit iſte potẽs:& in paradiſo delectationis poſitꝰ: atq; in cõuiuio ſapiẽtiæ
collocatꝰ:cõſidera quæ apponunt̃ tibi. Scriptura diuina:cõuiuiũ ſapiẽtiæ eſt:ſingu/
li libri:ſingula ſunt fercula.Intellige priꝰ quæ habeant̃ i ferculis dapes:& tunc mitte
manũ:ut ea quæ legis uel quæ accipis a dño deo tuo:operibꝰ exequaris:& collatã in
te gratiã officijs repræſentes:ut Petrus & Paulus:qui euãgeliçando uicẽ quãdã lar/
gitori muneris reddiderũt:ut poſſint ſinguli dicere:Gratia aũt dei ſum id qđ ſum:& 1.Cori.15.
gratia eius in me egena nõ fuit:ſed abũdantius illis omnibꝰ laboraui. Alius ergo fru/
ctum accepti beneficij:ut aurũ auro:argentũ argento repẽdit:alius laborẽ:aliꝰ haud
ſcio an etiã locupletius ſolũ reſtituit affectũ. Quid enĩ ſi reddendi nulla facultas ſup/
petit? In beneficio reddẽdo plus animus q̃ cenſus operat̃: magiſq; præpõderat be/
niuolentia:q̃ poſſibilitas referendi muneris. Gratia enĩ in eoipſo qđ habet refertur.
Magna igitur beniuolẽtia:quæ etiã ſi nihil cõferat plus exhibet:& cũ in patrimonio
nihil habeat:largit̃ pluribus:idq; facit ſine ullo ſui diſpendio:& lucro omniũ.Et ideo
præſtat beniuolẽtia ſupra ipſam liberalitatẽ. Ditior hæc moribus: q̃ illa muneribus.
Plures enĩ ſunt qui indigẽt beneficio:q̃ qui abundant.Eſt aũt beniuolentia cõiuncta
liberalitati:a qua ipſa liberalitas ꝓfiſciſcit̃:cũ largitatis affectũ ſequit̃ largiendi uſus:
eſt ſeparata atq; diſcreta. Vbi enĩ deeſt liberalitas:beniuolẽtia manet cõmuniſ quæ/
dam parens omniũ:quæ amicitiã connectit & copulat:in cõſilijs fidelis:in ꝓſperis læ
ta:in triſtibus mœſta:ut unuſquiſq; beniuolẽtis ſe magis q̃ ſapientis credat cõſilio:ut
Dauid cũ eſſet prudẽtior:Ionathæ tamẽ iunioris cõſilijs acquieſcebat. Tolle ex uſu
hominũ beniuolentiã:tanq̃ ſolẽ e mundo tuleris:ita erit:qa ſine ea uſus hominũ eſſe
nõ poteſt:ut pegrinanti mõſtrare uiam:reuocare errantẽ:deferre hoſpitiũ.Nõ igit̃
mediocris uirtus:de qua ſibi plaudebat Iob dicens:Foris aũt non habitabat hoſpes: Iob.31.
ianua mea omni uenienti patebat.Aquam de aqua ꝓfluẽti dare:lumẽ de lumine ac/
cendere:beniuolentia eſt.Itaq; in his eſt omnibꝰ tanq̃ fons aquæ reficiẽs ſitientẽ:taq̃

lumen qđ etiā in alijs luceat:nec illis deſit: ꝙ de ſuo lumine alijs lumē accēderint. Eſt
etiā illa beniuolētiæ liberalitas:ut ſi quod habes debitoris chirographū: ſcindens re
ſtituas:nihil a debitore cōſecutꝰ debiti. Qđ exemplo ſui facere nos debere Iob ſan-
ctꝰ admonet. Nā qui habet nō mutuaṫ:qui n̄ habet: nō liberat ſyngraphū. Quid igi-
tur etiā ſi ipſe nō exigas: auaris hæredibus reſeruas:qđ potes cū beniuolētiæ laude
ſine dāno pecuniæ repræſentare? Atqꝫ ut plenꝰ diſcutiamꝰ:beniuolentia a domeſti
cis primū ꝓfecta pſonis:id eſt:a filijs:parentibus:fratribus: p cōiunctionū gradus in
ciuitatū ꝑuenit ambitū:& de paradiſo egreſſa mundū repleuit. Deniqꝫ cū in uiro &
fœmina beniuolentem deus poſuiſſet affectum: dixit: Erunt ambo in una carne: &
in uno ſpiritu. Vnde ſe Eua ſerpenti credidit: quoniā quæ beniuolētiam acceperat:
eſſe maliuolentiam nō opinabatur.

Beniuolentiam in eccleſia maxime:& earundem uirtutum hominibus perſeuera
re.Ca.XXXIII.

Vgetur beniuolētia cœtu eccleſiæ:fidei cōſortio:initiandi ſocietate:pcipien
a dæ gratiæ:neceſſitudine:myſteriorū cōmunione.Hæc em̄ etiā appellatōes
neceſſitudinū:reuerentiā filiorū:auctoritatē & pietatem patrū: germanita-
tem fratrū ſibi uendicāt. Multū igitur ad cumulandā ſpectat beniuolentiā neceſſitu-
do gratiæ. Adiuuant etiā parium ſtudia uirtutū. Siquidē beniuolētia etiā morum fa
cit ſimilitudinē. Deniqꝫ Ionathas filꝰ regis imitabaṫ ſancti Dauid manſuetudinē: ꝓ-
Ps.17. pter qđ diligebat eum. Vnde & illud: Cū ſancto ſanctꝰ eris:nō ſolū ad cōuerſatione:
ſed etiā ad beniuolētiam deriuādū uideṫ. Nā utiqꝫ & filij Noe ſimul habitabāt:& nō
erat in his morū cōcordia. Habitabant etiā in domo patris Eſau & Iacob: ſed diſcre-
pabant. Nō em̄ erat beniuolētia inter eos:quæ ſibi præferret alterū:ſed magis cōtē-
tio:quæ præriperet benedictionē. Nā cum alter prædurus:alter māſuetus eſſet: in-
ter diſpares mores:& ſtudia cōpugnantia:beniuolentia eſſe nō poterat. Adde:quia
ſanctꝰ Iacob paternæ degenerē domus uirtuti præferre nō poterat. Nihil aūt tā con
ſociabile:ꝙ cū æquitate iuſticia:quæ uelut comparē & ſociā beniuolētiā facit: ut eos
quos pares nobis credimꝰ diligamus. Habet aūt in ſe beniuolentia etiā fortitudinē.
Nam cū amicitia ex beniuolētiæ fonte ꝓcedat:nō dubitat ꝓ amico grauia uitæ ſuſ-
tinere pericula. Et ſi mala mihi:inquit:euenerint:p illum ſuſtineo.

De laude beniuolētiæ:quæ ſumma eſt iuſticiæ.Ca.XXXIIII.

Eniuolentia etiā gladiū iracūdiæ extorquere cōſueuit. Beniuolentia facit:ut
Prouer.27. b amici uulnera utilia magis ꝙ uoluntaria inimici oſcula ſint. Beniuolētia facit:
ut unus fiat ex pluribꝰ:qm̄ & ſi plures amici ſint unus fiunt:in quibꝰ unꝰ ſpiri-
tus & una ſentētia eſt. Simul aduertimꝰ etiā correptiones in amicitia gratas eē: quæ
aculeos habent:dolores nō habent. Cōpungimur em̄ cenſorijs ſermonibꝰ:ſed beni
uolentiæ delectamur ſedulitate. Ad ſummā nō omnibꝰ eadē ſemp officia debentur:
nec pſonarū ſemp:ſed plærūqꝫ cauſarū & tēpoꝝ prælationes ſunt:ut uicinū quis in-
Ibidem. terdū magis ꝙ fratrē adiuuerit. Qm̄ & Salomon dicit: Melior eſt uicinꝰ in ꝓximo:ꝙ
frater longe habitās. Et ideo plærūqꝫ amici ſe beniuolētiæ quiſqꝫ committit:ꝙ fratris
neceſſitudini. Tantū ualet beniuolētia:ut plærūqꝫ pignora uincat naturæ.

De fortitudine:quam ſine iuſticia uirtutem non eſſe manifeſtis declaratur indi-
cijs.Ca.XXXV.

Atiſ copioſe iuſticiæ loco honeſti naturā & uim tractauimꝰ:Nūc de fortitudi
ſ ne tractemus:quæ uelut excelſior cæteris:diuidiṫ in res bellicas & domeſti-
cas. Sed bellicarū rerū ſtudiū a noſtro officio iam alienū uideṫ:qa animi ma-
gis ꝙ corporis officio intēdimꝰ:nec ad arma iā ſpectat uſus noſter:ſed ad pacis nego
cia. Maiores aūt noſtri:ut Ieſus naue:Hieroboal:Samſon:Dauid:ſūmā rebus quoqꝫ
bellicis retulere gloriā. Eſt itaqꝫ fortitudo uelut excelſior cæteris:ſed nūꝙ incomi-
tata uirtus. Nō em̄ ſeipſam cōmittit ſibi:alioqn fortitudo ſine iuſticia:iniquitatis ma-
teria eſt. Quo em̄ ualidior eſt:eo ꝓmptior eſt:ut inferiorē deprimat: cū in ipſis rebꝰ
bellicis iuſta bella an iniuſta ſint:ſpectādū puteṫ. Nunꝙ Dauid niſi laceſſitus bellum



intulit. Itaqꝫ prudentiā fortitudinis comitē habuit in prælio. Nā & aduerſus Goliam
imanē mole corporis uirū:ſingulari certamine dimicaturꝰ: arma quibꝰ oneraret re-
ſpuit. Virtus em̄ ſuis lacertis magis ꝙ alienis integumentis innittiṫ. Deinde eminus
quo grauiꝰ feriret:ictu lapidis hoſtē interemit:poſtea nunꝙ niſi cōſulto dn̄o bellum
adorſus eſt. Ideo in omnibꝰ uictor prælijs:uſqꝫ ad ſummā ſenectam manu ꝓmptus:
bello aduerſum titanas ſuſcepto:ferocibus bellator miſcebaṫ agminibus: gloriæ cu-
pidus:incurioſus ſalutis. Sed nō hæc ſola præclara fortitudo eſt:ſed etiā illoꝝ glori
oſam fortitudinē accipimꝰ:qui p fidē magnitudine animi obſtruxerūt leonū ora:ex Heb.11.
tinxerunt uirtutē ignis:effugarūt aciem gladij:cōualuerunt de infirmitate fortes:q
nō comitatu & legionibus ſuccincti:cōmunē cū multis uictoriā:ſed nuda uirtute ani
mi ſingularē de perfidis retulerunt triumphū. Qꝫ inſuperabilis Daniel:qui circa late
ra ſua rugientes nō expauit leones. Fremebāt beſtiæ:& ille epulabaṫ.

Fortitudinē maxime in animo & cōtēptu reꝝ cōſtare labentiū.Ca.XXXVI.

On igiṫ in uiribus corporis & lacertis tantūmodo fortitudinis gloria eſt: ſed
n magis in uirtute animi. Neqꝫ in inferēda ſed depellēda iniuria lex uirtutis ē.
Qui em̄ nō repellit a ſocio iniuriā ſi pōt:tam in uitio eſt:ꝙ ille qui facit. Vnde
ſanctus Moyſes hinc prius orſus eſt tēptamēta bellicæ fortitudinis. Nam cū uidiſſet Exo.2.
hebræū ab ægyptio iniuriā accipientē:defendit ita ut ægyptiū ſterneret:atqꝫ in are-
na abſconderet. Salomon quoqꝫ ait:Eripe eū qui duciṫ ad mortē. Vnde igiṫ hoc:uel Prouer.24.
Tullius:uel etiā Panetius:aut ipſe Ariſtoteles trāſtulerint apertū eſt ſatis: ꝙꝙ etiam
his duobus antiquior dixerit Iob: Saluū feci pauperē de manu potentis: & pupillū Iob.29.
cui adiutor nō erat:adiuui. Bn̄dictio perituri in me ueniebat. Nōne hic fortiſſimus:
qui tā fortiter ꝑtulit impetꝰ diaboli:& uicit eum uirtute mētis ſuæ? Neqꝫ uero de eiꝰ
dubitandū fortitudine:cui dicit dn̄s: Accinge ſicut uir lumbos tuos:ſuſcipe altitudi- Iob.40.
nem & uirtutē:oēm autē iniurioſum humiliato. Apl'us quoqꝫ ait:Habetis fortiſſimā Heb.6.
cōſolationē. Eſt ergo fortis q ſe in dolore aliquo cōſolaṫ. Et reuera iure ea fortitudo
uocaṫ:qn̄ unuſquiſqꝫ ſeipſū uincit:irā cōtinet: nullis illecebris emolliṫ atqꝫ inflectiṫ:
nō aduerſis ꝑturbaṫ:nō extolliṫ ſecūdis:& quaſi uento quodā uariaꝝ reꝝ circūferṫ
mutatione. Quid aūt excelſiꝰ & magnificētius: ꝙ exercere mentē: afficere carnē &
in ſeruitutē redigere:ut obediat imperio:cōſilijs obtēperet:ut in adeundis laboribꝰ
impigre exequaṫ ꝓpoſitū animi ac uolūtatē? Hæc igiṫ prima uis fortitudinis(qm̄
in duobus generibꝰ fortitudo ſpectaṫ animi)Primo ut externa corporis ꝓ minimis
habeat:& qſi ſupflua deſpiciēda magis ꝙ expetēda ducat. Secundo:ut ea quæ ſūma
ſūt:oēſqꝫ res in qbꝰ honeſtas & illud decoꝝ præponēdū cerniṫ:præclara animi intē-
tiōe uſqꝫ ad effectū pſequaṫ. Quid em̄ tā præclaꝝ: ꝙ ut ita aīm tuū informes:ut neqꝫ
diuitias:neqꝫ uoluptates: neqꝫ honores in maximis cōſtituas:neqꝫ in his ſtudiū oē co
teras? Qđ cū ita affectꝰ animo fueris:neceſſe eſt ut illud honeſtū ac decorū præpo-
nendū putes:illiqꝫ mentē ita intēdas tuā:ut qcqd acciderit quo frāgi animi ſolēt: aut
patrimonij amiſſio: aut honoris īminutio: aut obtrectatio infideliū: quaſi ſuperior n̄
ſentias. Deinde ut te ſalutis ipſiꝰ pericula ꝓ iuſticia ſuſcepta nō moueant. Hæc uera
fortitudo eſt:quā habet chriſti athleta:qui niſi legitime certauerit nō coronaṫ. An
mediocre tibi uideṫ præceptū fortitudinis? Tribulatio patientiā operaṫ:patiētia ꝓ- Ro.5.
bationē:ꝓbatio uero ſpem. Vide quot certamina: & una corona. Qđ præceptū nō
dat: niſi qui eſt cōfortatꝰ in chriſto Ieſu: cuius caro requiē non habebat: afflictio un-
diqꝫ:foris pugnæ:intus timores. Et ꝙuis in periculis:in laboribus plurimis:in carceri- 2.Cor.7.
bus:in mortibus poſitꝰ:animo tn̄ nō frangebaṫ: ſed præliabaṫ adeo ut potētior ſuis
fieret infirmitatibus. Itaqꝫ conſidera quēadmodū eos qui ad officia eccleſiæ acce-
dunt:deſpicientiā rerum humanarū habere deceat. Si ergo mortui eſtis cū chriſto Col.2.
ab elementis huiꝰ mundi:quid adhuc uelut uiuētes de hoc mundo decernitis? Ne
tetigeritis:ne attaminaueritis:ne guſtaueritis:quæ ſunt oīa ad corruptelā ipſo uſu.
Et infra: Si ergo cōſurrexiſtis cū chriſto:quæ ſurſum ſunt quærite. Et iterū: Mortifi- Col.3.
cate ergo mēbra ueſtra:quæ ſūt ſup terrā. Et hæc quidē adhuc oībus fidelibꝰ. Tibi

… fili cõtemptũ diuitiarũ: ꝓphanarũ quoq; & aniliũ fabularũ ſuadet declinatiõnẽ:
… nihil pmittens niſi qd te exerceat ad pietatẽ: qa corporalis exercitatio nulli rei uſui
… ſt: pietas aũt ad omnia utilis. Exerceat ergo te pietas ad iuſticiã: cõtinẽtia ad man-
… ſuetudinẽ: ut fugias iuuenilia opera: cõfirmat⁹ & radicatus in gratia: bonũ fidei ſub-
… eas certamẽ: nõ te implices negocijs ſæcularibus: qm̃ deo militas. Etem̃ ſi is q impe-
rator militat a ſuſceptionibus litiũ: actu negociorũ forenſiũ: uenditione merciũ ꝓhi
betur hũanis legibus: quãtomagis qui fidei exercet militiã: ab omni uſu negociatio-
nis abſtinere debet: agelluli ſui cõtentus fructib⁹ ſi habet: ſi nõ habet: ſtipendiorũ ſu-
Ps.36. orum fructu? Siquidẽ bon⁹ teſtis eſt: qui dicit: Iuuenis fui & ſenui: & nõ uidi iuſtũ de
relictũ: nec ſemẽ ei⁹ quærẽs panẽ. Ea eſt em̃ trãquillitas animi & tẽperãtia: quæ neq;
ſtudio acquirendi afficit: neq; egeſtatis metu angitur.

Mala æquanimiter toleranda: & interdũ etiã declinanda. Ca. XXXVII.

e St etiã quæ dicit uacuitas animi ab angoribus: ut neq; in dolorib⁹ molliores
ſimus: neq; in ꝓſperis elatiores. Q̃ ſi hi qui ad capeſſendã rẽpublicã adhor-
tant aliquos: hæc præcepta dant: quãtomagis nos qui ad officiũ eccleſiæ uo-
camur: talia debem⁹ agere quæ placeãt deo: ut & prætẽdat ĩ nobis uirt⁹ chriſti: & ita
… mus noſtro ꝓbati imperatori: ut mẽbra noſtra arma iuſticiæ ſint: arma nõ carnalia
… quib⁹ peccatũ regnet: ſed arma fortia deo: quibus peccatũ deſtruat? Moriat ca-
ro noſtra: ut in ea oĩs culpa moriat: & quaſi ex mortuis uiuentes: nouis reſurgamus
… pibus ac morib⁹. Hæc ſũt plena honeſti & decori officij ſtipendia fortitudinis. Sed
quia in omnib⁹ quæ agim⁹: nõ ſolũ qd honeſtũ: ſed etiã quid poſſibile ſit quærim⁹: ne
forte aggrediamur aliquid qd nõ poſſimus exequi: unde nos tẽpore pſecutionis de
ciuitate in ciuitatẽ cedere: immo ut ipſo uerbo utar: fugere uult domin⁹: ne temere
aliquis dum martyrij deſiderat gloriã: offerat ſe periculis: quæ fortaſſe caro infirmi-
or aut remiſſior animus ferre ac tolerare nõ queat.

Q̃ ꝓuidentia magnũ munimen fortitudinis ſit. Ca. XXXVIII.

Quæ rurſus ꝓpter ignauiã cedere qs ac deſerere fidẽ debet: metu piculi. Qua
n Ec rurſus ꝓpter ignauiã cedere qs ac deſerere fidẽ debet: metu piculi. Qua
gratia præparãdus eſt anim⁹: exercẽda mens: ſtabiliẽda ad cõſtãtiã: ut nulliſ
pturbari anim⁹ poſſit terrorib⁹: nullis frãgi moleſtijs: nullis ſupplicijs cedere.
Quæ difficile quidẽ ſuſtinent. Sed qa oĩa ſupplicia grauiorꝫ ſuppliciorꝫ uincunt for
midine: Ideo ſi cõſilio firmes animũ tuũ: nec a ratione diſcedendũ putes: & ꝓponas
diuini iudicij metũ: ppetui ſupplicij tormẽta: potes animi ſubire tolerantiã. Hoc igit
diligẽtiæ eſt: ut qs ſe ita cõparet. Illud ingenij: ſi qs põt uigore mẽtis præuidere quæ
futura ſũt: & tanq̃ añ oculos locare: qd poſſit accidere: & qd agere debeat: ſi ita acci-
derit definire: interdũ duo & tria ſil uoluere: aĩoq; conijciat: aut ſingula aut cõiũcta
accidere poſſe: & aut ſingulis aut cõiunctis diſponere act⁹ quos intelligat ꝓfuturos.
Fortis ergo eſt uiri: nõ diſſimulare cũ aliqd imineat: ſed prætẽdere & tanq̃ explora-
re de ſpecula q̃dã mẽtis: & obuiare cogitatione ꝓuida reb⁹ futuris: ne forte dicat po
ſtea: Ideo iſta icidi: qa nõ arbitrabar poſſe euenire. Deniq; niſi explorent aduerſa: ci-
to occupãt: Ut in bello iprouiſus hoſtis uix ſuſtinet: & ſi imparatos iueniat facile op
primit: ita animũ mala inexplorata plus frangũt. In his ergo duob⁹ illa ẽ animi excel
lẽtia: ut primũ anim⁹ tu⁹ bonis exercitat⁹ cogitationib⁹: mũdo corde qd uerꝫ & ho-
Math.5. neſtũ eſt uideat. Beati em̃ mũdo corde: qa ipſi etiã deũ uidebũt: atq; id qd honeſtũ
eſt ſolũ bonũ iudicet. Deinde nullis pturbet occupationib⁹: nullis cupiditatib⁹ fluc-
tuet. Neq; uero id qſq̃ facile facit. Quid em̃ tã difficile: q̃ deſpicere tanq̃ ex arce aliq̃
ſapiẽtiæ opes: aliaq; oĩa: quæ plæriſq; uident magna & præcelſa: Deinde ut iudiciũ
tuũ ſtabili rõne cõfirmes: & quæ iudicaueris leuia tanq̃ nihil ꝓfutura cõtẽnas. Dein-
de: ut ſi qd acciderit aduerſi: idq; graue & acerbũ putet: ita feras: ut nihil præt natu-
Job.1. rã accidiſſe putes: cũ legeris: Nudus ſũ nat⁹: nud⁹ exibo: quæ dñs dedit dñs abſtulit:
& utiq; & filios amiſerat & facltates: ſeruesq; ĩ oĩb⁹ pſonã ſapiẽtis & iuſti: ſicut ille ſer
uauit q ait: Sicut dño placuit ita factũ ẽ: ſit nomẽ dñi bñdictũ. Et ĩfra: Sicut una inſipiẽ-
Job.2. tiũ mulierꝫ locuta es. Si bona ſuſcepim⁹ de manu dñi: quæ mala ſũt nõ ſuſtinebim⁹?



Fortitudinẽ aduerſus omnia uitia dimicare debere. Ca. XXXIX.

On eſt igit mediocris nec diſcreta a cæteris animi fortitudo: quæ bellũ cum
n uirtutib⁹ gerat: ſed quæ ſola defendat ornamẽta uirtutũ omniũ: & iudicia cu
ſtodiat: & quæ inexpiabili prælio aduerſus oĩa uitia decernat: iuicta ad labo-
res: fortis ad pericula: rigidior aduerſus uoluptates: dura aduerſus illecebras: quib⁹
aurẽ deferre neſciat: nec (ut dicit) aue dicat: pecuniã negligat: auariciã fugiat tãq̃ la-
bem quandã quæ uirtutẽ effœminet. Nihil em̃ tã cõtrariũ fortitudini: q̃ lucro uinci.
Frequẽter pulſis hoſtibus: inclinata in fugã aduerſariorũ acie: dũ exuuijs cæſorꝫ ca-
pitur præliator: inter ipſos quos ſtrauit miſerãdus occubuit: & triũphis ſuis deiectæ
legiones dũ ſpolijs occupant: hoſtẽ in ſe reuocarũt qui fugerat. Fortitudo igit tam
imanẽ peſtẽ repellat & ꝓterat: nec tẽptet cupiditatibus: nec frangat metu: quia uir
tus ſibi conſtat: ut fortiter oĩa pſequatur uitia: tanq̃ uirtutis uenena: iracundiã uelut
quibuſdã ꝓpulſet armis: quæ tollat cõſiliũ: & tanq̃ ægritudinẽ uitet. Gloriæ quoq; ca
ueat appetentiã: quæ frequẽter nocuit ĩmoderatius appetita: ſp aũt uſurpata. Quid
horũ ſancto Iob: uel in uirtute defuit: uel in uitio obrepſit? Quõ laborẽ ægritudinis:
frigoris: famis: ptulit? Quõ deſpexit ſalutis periculũ? Nũquid rapinis diuitiæ coacer
uatæ: de quib⁹ tanta inopib⁹ affluebant? Nũquid auaricia: cenſus: aut uoluptatis ſtu
dia cupiditateſq; excitauit? Nũquid triũ regũ iniurioſa cõtentio: uel ſeruorꝫ cõtume
lia in iram excuſſit? Nũquid gloria ſicut leuẽ extulit: qui iprecabat grauia ſibi: ſi unq̃
uel nõ uoluntariã cælauerit culpã: uel reueritus eſſet multitudinẽ plæbis: quo min⁹
annũciaret eã in cõſpectu omniũ? Neq; em̃ cõſentaneæ ſũt uitijs uirtutes: ſed ſibi cõ
ſtãt. Quis igit tã fortis. q̃ ſctũs Iob? Cui ſecũdus adiudicari põt: q parẽ uix repperit?

Virtutẽ bellicam noſtris etiã non inuſitatam. Ca. XL.

ſ Ed fortaſſe aliquos bellica defixos gloria tenet: ut putẽt ſolã eẽ prælialẽ for-
titudinẽ: & ideo me ad iſta deflexiſſe: qa illa noſtris deforet. Q̃ fortis Ieſus
naue: ut uno prælio quinq; regeſ captos ſterneret cũ pplis ſuis? Deinde cum Joſue.10.
aduerſum gabaonitas ſurgeret præliũ: & uereret ne nox impediret uictoriã: magni-
tudine mẽtis & fidei clamauit: Stet ſol: & ſtetit ſol: donec uictoria cõſummaret. Ge- Judic.7.
deon in trecentis uiris de ingenti pplo & acerbo hoſte reuexit triumphũ? Ionathas 1.Reg.14.
adoleſcẽs uirtutẽ fecit in magno prælio. Quid de machabæis loquar? Sed prius de
pplo dicã patrũ: qui cũ eſſent parati ad repugnãdũ ꝓ tẽplo dei: & ꝓ legitimis ſuis: 1.Machab.2.
dolo hoſtiũ die laceſſiti ſabbati: maluerũt uulneribus offerre nuda corpora q̃ repug
nare: ne uiolarent ſabbatũ. Itaq; oẽs læti ſe opulerũt morti. Sed machabæi cõſide-
rantes ꝙ hoc exẽplo gens oĩs poſſet perire: ſabbato etiã cũ ipſi in bellũ ꝓuocarent:
ulti ſunt innocẽtiũ necẽ fratrũ ſuorꝫ. Unde poſtea ſtimulat⁹ rex Antioch⁹: cũ bellũ
accẽderet p duces ſuos Lyſiam: Nicanorẽ: Gorgiã: ita cũ oriẽtalib⁹ ſuis & aſſyrijs at-
tritus eſt copijs: ut quadraginta & octo milia in medio cãpi a tribus milib⁹ ꝓſterne-
rent. Virtutẽ ducis Iudæ machabæi de uno ei⁹ milite cõſiderate. Nãq; Eleaçarus cũ 1.Machab.6.
ſupeminentẽ cæteris elephantẽ lorica ueſtitũ regia aduerteret: arbitrat⁹ ꝙ in eo eſ-
ſet rex: curſu cõcito in mediũ legiõis ſe ꝓripuit: & abiecto clypeo utraq; manu inter-
ficiebat beſtiã: atq; intrauit ſub eã: & ſubiecto gladio interemit eã. Itaq; cadẽs beſtia
oppꝛſſit Eleaçarũ: atq; ita mortuus eſt. Quãta igit uirtus animi: primo ut mortẽ nõ ti
meret: deinde ut circũfuſus legionibus inimicorꝫ: incõfertos raperet hoſtes: mediũ
penetraret agmen: & cõtẽpta morte ferocior: abiecto clypeo: utraq; manu uulnera
tæ molẽ beſtiæ ſubiret ac ſuſtineret: poſt intra ipſã ſuccederet: quo pleniori feriret
ictu: cui⁹ ruina incluſus magis q̃ oppreſſus: ſuo eſt ſepultus triũpho. Nec fefellit opi-
nio uirũ: q̃uis regius fefellerit habitus. Tãto em̃ uirtutis ſpectaculo defixi hoſtes: in-
ermẽ occupatũ incurſare nõ auſi: poſt caſũ ruẽtis beſtiæ ſic trepidauerunt: ut ipares
ſe oẽs uni⁹ uirtuti arbitrarent. Deniq; rex Antiochus: q cũ centũ uiginti milibus ho- M.Lyſie fili⁹.
minũ armat⁹ uenerat: & cũ triginta duob⁹ elephãtis: ita ut ab ortu ſolis p ſingulas be
ſtias uelut montes quidã armorꝫ coruſco tanq̃ lampadibus ardentibus refulgerent:
unius territus fortitudine pacem rogaret. Itaq; Eleaçarus hæredem uirtutis ſuæ pa-

cem reliquit. Sed hæc triumphatorum ſint.
Fortitudinē nō ſolū in uincēdo: ſed etiā plus in tolerando cōſtare. Ca. XLI.
Erū qa fortitudo nō ſolū ſecūdis rebus: ſed etiā aduerſis ꝓbat̃: ſpectemus Iu-
u dæ machabæi exitū. Is eñ poſt uictū Nicanorē regis Demetrij ducē: ſecuri-
or aduerſus uiginti milia exercitꝰ regis: cū nongētis uiris bellū adorſus: uolē-
1. Machab. 9. tibꝰ his cedere ne multitudine opprimerent̃: glioſā magis mortē: q̄ turpē fugā ſua-
ſit: Ne crimē inqt noſtræ relinquamꝰ gl̃iæ. Itaqꝫ cōmiſſo prælio: cū a primo ortu diei
in ueſperā dimicaret̃: dextrū cornu in quo ualidiſſimā manū aduertit: hoſtiū aggreſ
ſus facile auertit. Sed dū fugiētes ſequit̃: a tergo uulneri locū præbuit: Itaqꝫ glorioſi-
orē triūphis locū mortis inuenit. Quid Ionathan fratrē eiꝰ attexā: qui cū parua ma-
nu aduerſus exercitꝰ regios pugnans: deſertꝰ a ſuis & cū duobꝰ tantū relictus repara
uit bellū: auertit hoſtē: fugitātes ſuos ad ſocietatē reuocauit triūphi: Habes forti-
tudinē bellicā: in q̄ nō mediocris honeſti ac decori forma eſt: ꝙ mortē ſeruituti præ-
2. Machab. 7. ferat ac turpitudini. Quid aūt de martyꝝ dicā paſſiōibꝰ: Et ne longiꝰ uagemur: nū
minorē de ſupbo rege Antiocho machabæi pueri reuexerūt triūphū: q̄ parentes ꝓ
prij: Siqdē illi armati: iſti ſine armis uicerūt. Stetit inuicta ſeptē puerorū cohors: re-
gijs cincta legionibꝰ: defecerūt ſupplicia: ceſſerūt tortores: nō defecerūt martyres.
Alius coriū capitis exutꝰ. ſpēm mutauerat: uirtutē auxerat. Alius linguā iuſſus am-
putādam ꝓmere: rn̄dit: Nō ſolos dn̄s audit loquētes: q audiebat Moyſen tacentē.
Plus audit tacitas cogitatōes ſuoꝝ: q̄ uoces oim̄. Linguæ flagellū times: flagellū ſan
guinis n̄ times: Habet & ſanguis uocē ſuā: qua clamat ad deū: ſicut clamauit i Abel.
Quid de matre loquar: quæ ſpectabat læta filioꝝ: quot funera tot trophæa: & mori-
entiū uocibus tanq̄ pſallentiū cātibꝰ delectabat̃: pulcherrimā uētris ſui citharā in fi-
lijs cernēs: & pietatis harmoniā oī lyræ numero dulciorē: Quid de bimulis loq̄r:
q añ palmā uictoriæ acceperūt: q̄ ſenſum naturæ: Quid de ſctā Agne: quæ in duarū
maximaꝝ reꝝ poſita piculo: caſtitatis & ſalutis: caſtitatē ꝓtexit: ſalutē cū imortalita
te cōmutauit: Nō prætereamꝰ etiā ſanctū Laurentiū: qui cū uideret Sixtū epm̄ ſu-
um ad martyriū duci: flere cœpit: nō paſſionē illius ſed ſuā remanſionē. Itaqꝫ his uer-
bis appellare cœpit: Quo ꝓgrederis ſine filio pater: Quo ſacerdos ſancte ſine dia-
cono ꝓperas: Tu nūq̄ ſacrificiū ſine miniſtro offerre cōſueueras. Quid in me ergo
diſplicuit pater: Nū degenerē ꝓbaſti: Expire certe: utrū idoneū miniſtrū elegeris.
Cui cōmiſiſti dn̄ici ſanguinis cōſecrationē: cui cōſūmandoꝝ conſortiū ſacramētoꝝ:
huic conſortiū tui ſanguinis negas. Vide ne pericliteẽ iudiciū tuū: dū fortitudo lau-
dat̃. Abiectio diſcipuli: detrimētū eſt magiſtri. Quid ꝙ illuſtres & præſtātes uiri di-
ſcipuloꝝ certaminibus q̄ ſuis uincunt: Deniqꝫ Abraā filiū obtulit: Petrus Stephanū
præmiſit: Et tu pat̃ oſtēde in filio uirtutē tuā: offer quē erudiſti: ut ſecurus iudicij tui
comitatu nobili puenias ad coronā. Tunc Sixtꝰ ait: Nō ego te fili derelinquo ac de-
ſero: ſed maiora tibi debent̃ certamina. Nos q̄ſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipi
mus: te q̄ſi iuuenē manet glorioſior de tyrāno triūphus. Mox uenies: flere deſiſte:
poſt triduū me ſeq̄ris. Inter ſacerdotē & leuitā hic mediꝰ numerꝰ decet. Nō erat tuū
ſub magiſtro uincere: q̄ſi adiutorē quæreres. Quid cōſortiū paſſionis meæ expetis:
Totā tibi hæreditatē eiꝰ dimitto. Quid præſentiā meā requiris: Infirmi diſcipuli ma
giſtrū præcedant: fortes ſequant̃: ut uincāt ſine magiſtro: q iam nō indigēt magiſte-
rio. Sic & Helias Heliſæū reliquit. Tibi ergo comēdo nr̄æ uirtutis ſucceſſionē. Talis
erat cōtentio: digna ſane: de qua certarēt ſacerdos & miniſter: qs prior pateret̃ pro
chriſti noīe. In fabulis ferunt tragicis: excitatos theatri magnos eſſe plauſus: cū ſe Py
lades Oreſtem diceret: Oreſtes (ut erat) Oreſtē ſe eſſe aſſeueraret: ille ut ꝓ Oreſte
necaret̃: Oreſtes ne Pyladē ꝓ ſe pateret̃ necari. Sed illis n̄ licebat uiuere: ꝙ uterqꝫ eſ
ſet paricidij reꝰ: alt̃ q feciſſet: alter q adiuuiſſet. Hic Laurētiū ſctm̄ ad hoc nullꝰ urge-
bat niſi amor deuotiōis: tn̄ & ipſe poſt triduū: cū illuſo tyrāno impoſitꝰ ſup craticulā
exureret̃. Aſſū eſt inqt: uerſa & māduca. Ita animi uirtute uincebat ignis naturā.
Poteſtates nō irritandas: & adulationibus nō attendendū. Ca. XLII.



Auendū etiā reor: nedū aliq nimia gl̃iæ ducunt̃ cupiditate: inſolētiꝰ abutant̃
c ptātibꝰ: & plærūqꝫ auerſos a nobis aīos gentiliū: in ſtudia pſecutiōis excitēt
atqꝫ inflāmēt ad iracundiā. Itaqꝫ ut illi pſeuerare poſſint & ſupplicia uincere:
quātos perire faciūt: Proſpiciendū etiā: ne adulātibus aperiamus aurē. Emolliri eñ
adulatione: nō ſolū fortitudinis nō eſſe: ſed etiā ignauiæ uidet̃.
De temperantia & eius partibus. Ca. XLIII.
Voniā de tribus uirtutibꝰ diximꝰ: reſtat ut de q̄rta uirtute dicamꝰ: quæ tēpe-
q rātia ac modeſtia uocat̃: In qua maxīe trāq̄llitas animi: ſtudiū māſuetudinis:
moderatiōis gr̄a: honeſtatis cura: decoris cōſideratio ſpectat̃ & quærit̃. Or
do igit̃ quidā uitæ nobis tenēdus eſt: ut a uerecūdia prima quædā fundamēta ducā-
tur: quæ ſocia ac familiaris eſt mētis placiditati ꝓteruiā fugitās: ab omni aliena luxu:
ſobrietatē diligit: honeſtatē fouet: decoꝝ illud reqrit. Seq̄t̃ cōuerſatōis electio: ut
adiūgamur ꝓbatiſſimis quibuſqꝫ ſeniorībꝰ. Nāqꝫ ut æq̄liū uſus dulcior: ita ſenū tuti-
or eſt: q magiſterio quodā & ductu uitæ colorat mores adoleſcentiū: & uelut muri-
ce ꝓbitatis inficit. Nāqꝫ ſi hi q ſunt ignari locorū: cū ſollertibꝰ uiarū iter adoriri geſti-
unt: quātomagis adoleſcētes cū ſenibus debēt nouū ſibi iter uitæ aggredi: quo minꝰ
errare poſſint: & a uero tramite uirtutis deflectere: Nihil eñ pulchriꝰ: q̄ eoſdē & ma
giſtros uitæ & teſtes habere. Quærendū eſt etiā in oī actu: qd pſonis: tpibꝰ cōueni
at atqꝫ ætatibꝰ: quid etiā ſinguloꝝ ingenijs ſit accōmodū. Sæpe eñ qđ alterū decet:
alterū nō decet. Aliud iuueni aptū: aliud ſeni: aliud in piculis: aliud in rebus ſecūdis.
Saltauit ante arcā dn̄i Dauid: nō ſaltauit Samuel. Nec ideo ille reprhēſus: ſed magis
iſte laudatꝰ. Mutauit uultū corā rege: cui nomē Achis. At hoc ſi feciſſet remota for- 1. Reg. 21.
midine quo minus cognoſceret̃: nequaq̄ leuitatis reprehenſione carere potuiſſet.
Saul quoqꝫ uallatus choro ꝓphetarum: etiā ipſe ꝓphetauit: & de ſolo quaſi indigno 1. Reg. 19.
memoratum eſt: Et Saul inter ꝓphetas.
Officio ſibi congruo quenqꝫ ſtudere debere. Ca. XLIIII.
Nuſquiſqꝫ igit̃ ſuū ingeniū nouerit: & ad id ſe applicet qđ ſibi aptū elegerit.
u Itaqꝫ qd ſeq̄t̃ priꝰ cōſideret. Nō ſolū nouerit bona ſua: ſed etiā uitia cognoſ-
cat: æqualē ſe iudicē ſui præbeat: ut bonis intēdat: uitia declinet. Aliꝰ diſting
uendæ lectioni aptior: aliꝰ pſalmo gratior: aliꝰ exorciȥādis q malo laborāt ſpiritu ſolli
citior: aliꝰ ſacrario opportunior habet̃. Hæc oīa ſpectet ſacerdos: & qd cuiqꝫ cōgruat
id officij deputet. Quo etem̄ unūquēqꝫ ſuū ducit ingeniū: aut qđ officiū decet: id ma
iore iplet gr̄a. Sed id cū in oī uita difficile ſit: tn̄ i nr̄o actu difficillimū ē. Amat. n. unuſ-
quiſqꝫ ſeq uitā parētū. Deniqꝫ plæriqꝫ ad militiā ferunt̃: quoꝝ militauerūt parentes:
alij ad actiōes diuerſas. In eccl'iaſtico uero officio nihil iuenias rariꝰ: q̄ eū q ſequat̃ in-
ſtitutū pr̄is: uel qa graues deterrēt actꝰ: uel qa in lubrica ætate difficilior abſtinentia:
uel qa alacri adoleſcētiæ uidet̃ uita obſcurior: & iō ad ea cōuertunt̃ ſtudia: quæ plau
ſibiliora arbitrant̃. Præſentia qppe plures q̄ futura præferūt. Illi aūt præſentibꝰ: nos
futuris militamus. Vnde quo præſtātior cauſa: eo debet cura eſſe attētior.
De pulchro & honeſto. Ca. XLV.
Eneamus igit̃ uerecūdiā: & eā quæ totiꝰ uitæ ornatū attollit modeſtiā. Non
t eñ mediocre ē: rebꝰ ſingulis modū ſeruare atqꝫ ipartiri ordinē: in quo uere
prælucet illud qđ decoꝝ dicit̃: qđ ita cū honeſto iungit̃ ut ſeparī nō q̄at. Si-
quidē & qđ decet: honeſtū eſt: & qđ honeſtū ē decet: ut magis i ſermone diſtinctio
ſit: q̄ in uirtute diſcretio. Differre eñ ea int̃ ſe intelligi pōt: explicari n̄ pōt. Et ut co-
nemur aliqd eruere diſtinctiōis: honeſtas uelut bona ualitudo eſt: & quædā ſalubri-
tas corporis: decus aūt tanq̄ uenuſtas & pulchritudo. Sicut ergo pulchritudo ſupra
ſalubritatē ac ualitudinē uidet̃ excellere: & tn̄ ſine his eſſe nō pōt: neqꝫ ullo ſeparari
modo: qm̄ niſi bona ualitudo ſit: pulchritudo eſſe ac uenuſtas non pōt: ſic honeſtas
decoꝝ illud in ſe cōtinet: ut ab ea ꝓfectū uideat̃: & ſine ea eſſe nō poſſit. Velut ſalu-
britas igit̃ totius opis actuſqꝫ nr̄i honeſtas eſt: & ſicut ſpēs eſt decoꝝ: qđ cū honeſta-
te cōfuſum opiniōe diſtinguit̃. Nā & ſi in aliquo uideat̃ excellere: tn̄ in radice ē ho-

neſtatis:ſed flore præcipuo:ut ſine ea decidat:in ea floreat. Quid eñ ē honeſtas:ni-
ſi quæ turpitudinē:q̄ſi mortē fugiat? Quid uero ĩhoneſtũ:niſi qđ ariditatē ac mortē
afferat? Virēte igit̃ ſubſtãtia uirtutis:decorũ illud tanq̄ flos emicat:qa radix ſalua ē.
At uero ꝓpoſiti nr̄i radice uitioſa:nihil germinat. Habes hoc in nr̄is aliquãto expſſi
Pſ.92. us. Dicit eñ Dauid:Dñs regnauit:decorē induit. Et Ap̄lus ait: Sicut in die: honeſte
Ro.13. ãbulate. Qđ græce dicit̃ εὐσχημόνως. Hoc aũt ꝓprie ſignificat:bono habitu:bo
na ſpecie. Deꝰ ergo primũ hoīem cũ cōderet:bona habitudine:bona mēbroꝝ cōpo
ſitione formauit:& optimã ei ſpēm dedit: remiſſionē nō dederat pc̄tōꝝ:ſed poſtea
q̄ renouauit cũ ſpũ:& infudit ei gratiã:q uenerat in ſerui forma: & in hoīs ſpecie: aſ-
ſũpſit decorē redēptionis hũanæ. Et ideo dixit ꝓpheta:Dñs regnauit: decorē indu
Pſ.64. it. Deinde alibi dicit: Te decet hymnꝰ deꝰ in ſyon. Hoc eſt dicere:Honeſtũ eſt:ut te
1.Cor.14. timeamꝰ:te diligamꝰ:te precemur:te honorificemus. Scriptũ eſt eñ:Oīa ur̄a hone-
ſte fiãt. Sed poſſumꝰ & hoīem timere:diligere:rogare:honorare. Hymnꝰ ſpecialiter
1.Timoth.2. deo dicit̃. Hoc tanq̄ excellētius cæteris credere eſt decorũ:qđ deferimus deo. Mu-
lierē quoq; in habitu ornato orare conuenit:ſed ſpecialiter eã decet orare uelatã:&
orare ꝓmittentē caſtitatē cum bona cōuerſatione.

Qꝫ naturalia pulchra ſint & honeſta: Turpia uero cōtra naturã. Ca. XLVI.

St igit̃ decorũ qđ præminet:cuiꝰ diuiſio gemina eſt. Nã eſt decoꝝ:q̄ſi gene-
e rale:qđ p uniuerſitatē fundit̃ honeſtatis:& quaſi in toto ſpectat̃ corpore. Eſt
etiã ſpeciale:qđ in pte aliq̄ enitet. Illud generale ita ē: ac ſi æq̄bilē formã atq;
uniuerſitatē honeſtatis in oī actu ſuo habeat cōcinentē:cũ oīs ſibi eius uita cōſentit:
nec in ulla aliqua re diſcrepat. Hoc ſpeciale:cũ aliquē actũ in ſuis habet uirtutibꝰ præ
minentē. Simul illud aduerte:ꝙ & decoꝝ eſt:ſm naturã uiuere:ſm naturam dege-
1.Cor.11. re:& turpe eſt qđ fit cōtra naturã. Ait eñ Ap̄ls quaſi interrogãs: Decet mulierē nō
uelatã orare deũ? Nec ipſa natura nos docet. Qꝫ uir qdē ſi comã habeat ignominia
eſt illi:qm̃ cōtra naturã eſt. Et iterũ dicit:Mulier uero ſi capillos habeat:glīa ē illi. Eſt
eñ ſm naturã: qm̃quidē capilli ꝓ uelamine ſũt. Hoc eſt eñ naturale uelamē. Perſo-
nã igit̃ nobis & ſpēm natura ipſa diſpēſat: quã ſeruare debemꝰ: utinãq; & innocētiã
eiꝰ cuſtodire poſſimus:nec acceptã nr̄a malicia mutaret. Habes hunc decorē gene-
ralē:qa fecit deꝰ mũdi iſtiꝰ pulchritudinē:Habes & p partes: qa cũ faceret deꝰ lucē:
& diē noctēq; diſtingueret:cũ conderet cælũ:cũ terras & maria ſepararet:cũ ſolē &
lunã & ſtellas cōſtitueret lucere ſup terrã:ꝓbauit ſingula. Ergo decorum hoc: qđ in
ſingulis mũdi partibꝰ elucebat:in uniuerſitate reſplenduit:ſicut ꝓbat ſapiētia:dicēs:
Prouer.8. Ego erã cui applaudebat:cũ lætaret̃ orbe pfecto. Similiter ergo & in fabrica huma-
ni corporis grata eſt uniuſcuiuſq; mēbri portio. Sed plus in cōmune cōpoſitio mem
brorũ apta delectat:ꝙ ita ſibi quadrare & cōuenire uideant̃.

Quarũ paſſionũ reſtrictione:pulchrũ illud poſſit acquiri. Ca. XLVII.

I quis igit̃ æquabilitatē uniuerſæ uitæ:& ſingularũ actionũ modos ſeruet:or-
ſ dinē quoq; & cōſtantiã dictorũ atq; operũ: moderationēq; cuſtodiat: in eius
uita decoꝝ illud excellit:& quaſi in quodã ſpeculo elucet. Accedat tñ ſuauis
ſermo:ut cōciliet ſibi affectũ audientiũ:gratũq; ſe uel familiaribꝰ:uel ciuibꝰ:uel ſi fie-
ri põt oībus præbeat:neq; adulantē ſe:neq; adulandũ cuiq̄ exhibeat. Alterũ eñ cal-
liditatis eſt:uanitatis alterũ. Nō deſpiciat qd de ſe unuſquiſq;: & maxime uir optimꝰ
ſentiat: Hoc eñ modo diſcit bonis deferre reuerētiã. Nã negligere bonoꝝ iudicia:
uel arrogantiæ:uel diſſolutionis eſt:quoꝝ alteꝝ ſupbiæ aſcribit̃: alterũ negligētiæ.
Caueat etiã motꝰ animi ſui. Ipſe eñ ſibi & obſeruandus & circũſpiciēdus eſt:& ut ad
uerſum ſe cauēdus:ita etiã de ſe tuēdus. Sunt eñ motus: in quibꝰ eſt appetitꝰ ille: q
quaſi quodã ꝓrumpit impetu. Vnde græce ὁρμή dicit̃:qđ ui quadã ſe repente ꝓri
piat. Nō mediocris in his uis quædã animi atq; naturæ ē. Quæ tñ uis gemina ē. Vna
in appetitu:altera in ratiōe poſita:quæ appetitũ refrenet & ſibi obedientē præſtet:
& ducat quo uelit: & tanq̄ ſedulo magiſterio edoceat qd fieri: qd euitari oporteat:
ut bonæ dominatrici obtēperet. Solliciti eñ debemꝰ eē: ne qd temere aut icurioſe



geramꝰ:aut quicq̄ oīno cuiꝰ ꝓbabilē nō poſſimꝰ rationē reddere. Actus eñ nr̄i cauſa:
& ſi nō oībus reddit̃:tñ ab oībus examinat̃. Nec uero habemꝰ:in quo nos poſſimus
excuſare. Nã & ſi uis quædã naturæ in omni appetitu ſit:tñ idē appetitus ratiōi ſub-
iectus eſt lege naturæ ipſiꝰ:& obedit ei. Vnde boni ſpeculatoris eſt: ita prætendere
aīo:ut appetitꝰ neq; præcurrat rationē neq; deſerat:ne præcurrēdo ptur bet atq; ex-
cludat:eãq; deſerēdo deſtituat. Perturbatio tollit cōſtantiã:deſtitutio ꝓdit ignauiã:
accuſat pigriciã. Perturbata eñ mēte latiꝰ ſe ac longiꝰ fundit appetitus:& tanq̄ effe-
rato impetu frenos ratiōis nō ſuſcipit:nec ulla ſentit aurigæ moderamina:qbus poſ-
ſit reflecti. Vnde plærũq; nō ſolũ dũ animus exagitat̃ amittit̃ ratio:ſed etiã inflãmat̃
uultus:uel iracũdia:uel libidine:palleſcit timore:uoluptate ſe nō capit: & nimia ge-
ſtit lætitia. Hæc cũ fiunt:abijcit̃ illa naturalis quædã cenſura grauitaſq; morũ:nec te-
neri põt illa quæ in rebꝰ gerendiſ atq; cōſilijs ſola põt auctoritatē ſuã:atq; illud qđ de-
ceat tenere cōſtantia. Grauior aũt appetitꝰ ex indignatione nimia naſcit̃:q̄ acceptæ
plærũq; accendit iniuriæ dolor. De quo ſatis nos pſalmi quē in præfatione poſuimꝰ
præcepta inſtruũt. Pulchre aũt & hoc accidit: ut ſcripturi de officijs:ea præfationis
noſtræ aſſertione uteremur:quæ & ipſa ad officij magiſteriũ ptineret.

De tribus generibus hominũ:iniurias accipientiũ: & ꝙ perfectio etiã hic quodã-
modo ſit imperfecta. Ca. XLVIII.

Ed quia ſupra: ut oportebat:pſtrinximꝰ:quēadmodũ unuſq̄ſq; cauere poſſit
ſ ne excitet̃ accepta iniuria:uerētes ne præfatio ꝓlixior fieret:nũc de eo ube
rius diſputandũ arbitror. Locus eñ opportunꝰ eſt:ut in ptibꝰ tēperãtiæ dica
mus:quēadmodũ reprimat̃ iracũdia. Tria itaq; genera eē hoīm iuriã accipiētiũ:in
ſcripturis diuinis demōſtrare uolumꝰ ſi poſſumꝰ. Vnũ ē eoꝝ qbꝰ pc̄tōr inſultat:cōui
tiat̃ iniqtate. At his qa deeſt iuſticia:pudor creſcit: auget̃ dolor. Horũ ſil'es plurimi
de meo ordine:de meo numero. Nã mihi infirmo ſi qs iniuriã facit:forſitan:licet in-
firmꝰ:donē iniuriã meã. Si crimē obijciat:nō ſũ tãtus:ut ſim cōtentꝰ cōſcientia mea:
etiã ſi me eius obiectioni alienũ nouerim: ſed cupio abluere ingenui pudoris notã
tanq̄ infirmꝰ. Ergo oculũ ꝓ oculo & dentē ꝓ dente exigo:& cōuitiũ cōuitio repen- Deut.19.
do. Si uero is ſum q ꝓficiã:& ſi nōdũ pfectus:nō retorqueo cōtumeliã: & ſi influat il-
le cōuitiũ:& inũdet aures meas cōtumelijs:ego taceo:& nihil reſpōdeo. Si uero p-
fectus ſim (uerbi gratia loquor) nã ueritate infirmꝰ ſũ. Si ergo pfectꝰ ſim:bñdico ma-
ledicentē:ſicut benedicebat & Paulus:q ait:Maledicimur:& bñdicimus. Audierat 1.Cor.4.
eñ dicentē:Diligite inimicos ueſtros:orate ꝓ calũniãtibꝰ & pſequētibꝰ uos. Ideo er Matth.5.
go Paulꝰ pſecutionē patiebat̃ & ſuſtinebat:qa uincebat & mitigabat hũanũ affectũ:
ꝓpoſitæ mercedis gratia:ut filiꝰ dei fieret:ſi dilexiſſet inimicũ. Tñ & ſanctũ Dauid in
hoc quoq; genere uirtutiſ imparē Paulo nō fuiſſe edocere poſſumꝰ: Qui primo qdē 2.Reg.16.
cũ malediceret ei filiꝰ Semei:& crimina obijceret:tacebat & humiliabat̃: & ſilebat a
bonis ſuis:hoc eſt:bonorũ opeꝝ cōſcientia:deinde expetebat maledici ſibi: qa ma-
ledicto illo diuinã exqrebat miſericordiã. Vide aũt quō & humilitatē & iuſticiam &
prudentiã emerēdæ a dño gratiæ reſeruauerit. Primo dicit: Ideo maledicit mihi:qa
dñs dixit illi:ut maledicat. Habes humilitatē:qa ea quæ diuinitꝰ imperabant̃: æqua-
nimiter quaſi ſeruulus ferēda arbitrabat̃. Iterũ dixit:Ecce filiꝰ meus q exiuit de uen
tre meo quærit animã meã. Habes iuſticiã. Si eñ a noſtris grauiora patimur: cur in-
digne ferimꝰ quæ inferunt̃ ab alienis? Tertio ait:Dimitte illũ ut maledicat:qm̃ dixit
illi dñs:ut uideat hũiliationē meã:& retribuet mihi dñs ꝓ maledicto hoc. Nec iã ſo-
lũ cōuiciantē ptulit:ſed etiã lapidantē & ſequentē:illæſũ reliquit:quinetiã poſt uicto-
riã petēti ueniã libēter ignouit. Qđ eo inſerui:ut euãgelico ſpiritu ſanctũ Dauid nō
ſolũ inoffēſũ:ſed etiã gratũ fuiſſe cōuitiãti docerē: & delectatũ potius q̄ exaſperatũ
iniurijs:ꝓ quibus mercedē ſibi reddendã arbitrabat̃. Sed tamē q̄uis pfectus: adhuc
pfectiora quærebat. Incaleſcebat iniuriæ dolore q̄ſi hō:ſed uincebat ſpũ:q̄ſi bonꝰ mi-
les. Tolerabat q̄ſi athleta fortis:patiētiæ aũt finis ꝓmiſſoꝝ expectatio:& nō dicebat:
Notũ fac mihi dñe finē meũ:& numerũ dierũ meoꝝ:qui eſt:ut ſciã quid deſit mihi. Pſ.38.

1.Corī.15. Finē illũ quærit ꝓmiſſoꝝ cæleſtiũ: uel illũ qñ unuſquiſq; ſurget in ſuo ordine: primi
tiæ chriſtus: deinde hi q ſunt chriſti: qui in aduentũ eiꝰ crediderũt: deinde finis. Tra
dito eñ regno deo & patri: & euacuatis oībus ptãtibus: ut Apl's dixit: perfectio inci
pit. Hic ergo impedimentũ: hic infirmitas etiã ꝑfectoꝝ: illic plena ꝑfectio. Ideo & di
es illos requirit uitæ æternæ qui ſũt: nõ q prætereunt: ut cognoſcat qd ſibi deſit: quæ
terra ſit repromiſſionis: ꝑpetuos fructus ferens: quæ prima apud patrē manſio: quæ
ſecũda: quæ tertia: in quibꝰ ꝓ rõne meritoꝝ unuſquiſq; requieſcit. Illa ergo nobis ex
petẽda: in qbus ꝑfectio: in quibꝰ ueritas eſt. Hic umbra: hic imago: illic ueritas. Vm
bra in lege: imago in euãgelio: ueritas in cæleſtibꝰ. Ante agnus offerebať: offerebať
uitulus: nunc chriſtꝰ offerť: ſed offerť quaſi hõ: qſi recipiens paſſionē: & offert ſeipſe
quaſi ſacerdos: ut peccata noſtra dimittat. Hic in imagine: ibi ĩ ueritate: ubi apud pa
trē ꝓ nobis quaſi aduocatꝰ interuenit. Hic ergo in imagine ambulamꝰ: ĩ imagine ui
demus: illic facie ad faciē: ubi plena ꝑfectio: qa ꝑfectio omnis in ueritate eſt.

De uanitate calcanda. Ca. XLIX.

e Rgo dũ hic ſumus: ſeruemꝰ imaginē: ut ibi ꝑueniamꝰ ad ueritatē. Sit in nobis
imago iuſticiæ: ſit imago ſapiẽtiæ: q̃ ueniemꝰ ad illũ diē: & ſm imaginē eſtima
bimur. Nõ ĩueniat in te aduerſariꝰ imaginē ſuã: nõ rabiē: nõ furorē. In his eñ
1.Petri.5. imago neqciæ ē. Aduerſariꝰ eñ diabolus ſicut leo rugiẽs quærit quē occidat: quē de
uoret. Nõ inueniat auri cupiditatē: nõ argẽti aceruos: nõ uitioꝝ ſimulacra: ne aufe
Iob.14. rat tibi uocē libertatis. Vox eñ libertatis illa eſt: ut dicas: Veniet huiꝰ mũdi prĩceps:
& in me inueniet nihil. Itaq; ſi ſecurus es: ꝙ in te nihil inueniat: cũ uenerit ꝑſcrutari:
Geñ.31 dices illud qđ dixit ad Laban Iacob patriarcha: Cognoſce ſi qd tuorũ eſt apud me.
Merito beatꝰ Iacob apud quē nihil Laban ſuũ potuit reperire. Abſconderat eñ Ra
chel ſimulacra deoꝝ eius aurea & argentea. Itaq; ſi ſapiã: ſi fides: ſi cõtẽptus ſæculi: ſi
Pſ.39. gratia tua abſcõdat oēm ꝑfidiã: beatꝰ eris: quia nõ reſpicis in uanitates & inſanias fal
ſas. An mediocre eſt tollere uocē aduerſario: ut arguẽdi te nõ poſſit habere auctori
tatē? Itaq; qui nõ reſpicit in uanitateſ: nõ cõturbať: qui eñ reſpicit cõturbať: & uaniſ
ſime quidē. Quid eſt eñ cõgregare opes: niſi uanũ? qa caduca quærere: uanũ eſt ſa
tis. Cũ aũt cõgregaueris: q ſcias: an poſſidere liceat tibi? Nõne uanũ eſt ut mercator
noctibuſ ac diebꝰ cõficiat iter quo aggerare poſſit theſauri aceruoſ: merces cõgerat:
cõturbeť ad preciũ ne forte minoris uendat q̃ emerit: aucupeť locoꝝ precia: & ſu
bito aut latrones in ſe inuidia famoſæ negociationis excitet: aut nõ expectatis ſere
niorībꝰ flatibus: dũ lucrũ quærit: naufragiũ impatiẽs moræ incidat? An nõ cõturbať
etiã ille uane: q ſũmo labore coaceruat: qđ neſciat cui hæredi relinq̃t? Sæpe qđ aua
rus ſũma cõgeſſerit ſollicitudine: præcipiti effuſione dilapidat hæres luxurioſus: &
diu quæſita: turpis helluo: præſentiũ cæcus: futuri ĩprouidus: q̃dã abſorbet uoragi
ne. Sæpe etiã ſperatꝰ ſucceſſor inuidiã partæ acqrit hæreditatis: & celeri obitu extra
neis aditæ ſucceſſionis tranſcribit cõpendia. Quid ergo uane araneã texis: quæ ina
nis & ſine fructu eſt: & tanq̃ caſſes ſuſpẽdis inutiles diuitiarũ copias: quæ & ſi fluãt ni
hil ꝓſunt: imo exuunt te imaginē dei: & induũt terreni imaginē? Si tyrãni aliqs ima
ginē habeat: nõne obnoxiꝰ eſt dãnatiõi? Tu deponis imaginē æťni ĩperatoris: & eri
gis in te imaginē mortis. Eijce magis de ciuitate aīæ tuæ imaginē diaboli: & attolle
imaginē chriſti. Hæc ĩ te fulgeat in tua ciuitate: hoc eſt: ĩ anima reſplendeat: quæ ob
Pſ.72. litterat uitioꝝ imagines. De quibus ait Dauid: Domine: in ciuitate tua: ad nihilũ de
duces imagines eorũ. Cum eñ depinxerit illã hieruſalē dñs ad imaginē ſuam: tunc
aduerſariorum omnis imago deletur.

Q officioꝝ grã miniſtros altaris maxīe deceat: qđ teſtimonio leuitici cõprobať.
(Ca. L.

Vod ſi euãgelio dñi etiã ppl's ipſe ad deſpiciẽtiã opũ informatꝰ atq; inſtitutꝰ ē: q̃ntomagiſ uos leuitas oportet ťrenis ñ teneri cupiditatibꝰ: quoꝝ
deꝰ portio ē. Nã cũ diuidereť a Moyſe poſſeſſio terrena pꝛm pp'lo: excepit
leuitas dñs a terrenæ poſſeſſiõis cõſortio: ꝙ ipſe illis eſſet funiculus hæreditatis. Vñ
Pſ.15. ait Dauid: Dñs ꝑs hæreditatis meæ & calicis mei. Deniq; ſic appellať leuita: ipe meꝰ:



uel ipſe ꝓ me. Magnũ ergo munꝰ eiꝰ: ut de eo dñs dicat: ipſe meꝰ. Vel quēadmodũ Matth.17.
Petro dixit de ſtatere in ore piſcis repto: Dabis eis ꝓ me & ꝓ te. Vnde & Apl's cũ 1.Timoth.3.
ep̃m dixiſſet debere eſſe ſobriũ: pudicũ: ornatũ: hoſpitalē: docibilē: nõ auarũ: nõ liti
gioſum: domui ſuæ bene præpoſitũ: addidit: diaconos ſimiliter oportet eſſe graueſ:
nõ bilingues: nõ multo uino deditos: nõ turpe lucꝝ ſectãtes: habẽtes myſteriũ fidei
in cõſcientia pura. Et hi aũt ꝓbenť primũ: & ſic miniſtrent: nullũ crimē habẽtes. Ad
uertimus quãta in nobis requiranť: ut abſtinẽs ſit a uino miniſter dñi: ut teſtimonio
bono fulciať: nõ ſolum fideliũ: ſed etiã ab his qui foris ſunt. Decet eñ actuũ operũq;
noſtrorũ teſtem eſſe publicam exiſtimationē & atteſtationē: ne derogeť muneri: ut
qui uidet miniſtrũ altaris cõgruis ornatũ uirtutibus: auctorē prædicet: & dñm uene
reť: qui tales ſeruulos habeat. Laus eñ dñi: ubi mũda poſſeſſio: & innocens familiæ
diſciplina. De caſtimonia aũt quid loquar: qñ una tantũ nec repetita ꝑmittiť copu
la? Et in ipſo ergo cõiugio lex eſt: nõ iterare coniugiũ: nec ſecũdæ cõiugis ſortiri cõ
iunctionē. Qđ plæriſq; mirũ uideť: cur etiã ante baptiſmũ iterato cõiugio ad electio
nem muneris & ordinationis prærogatiuã impedimẽta generenť: cum etiã delicta
obeſſe nõ ſoleant: ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramẽto. Sed intelligere debemꝰ: qa in
baptiſmo culpa dimitti põt: lex aboleri nõ põt. In coniugio nõ culpa ſed lex eſt. Qđ
culpæ eſt igiť in baptiſmate relaxať: qđ legis eſt: in cõiugio nõ ſoluitur. Quõ autem
põt hortator eſſe uiduitatis: qui ipſa cõiugia frequẽtauerit? Inoffenſum aũt exhibẽ
dũ & immaculatũ miniſteriũ: nec ullo cõiugali coitu uiolandũ cognoſcitis: qui inte
gro corpore: incorrupto pudore: alieni etiã ab ĩpo cõſortio cõiugali: ſacri miniſterij
gratiã recepiſtis. Qđ eo nõ prætereij: quia in plæriſq; abditioribꝰ locis cũ miniſteriũ
gererent: uel etiã ſacerdotiũ: filios ſuſceperũt: & id tanq̃ uſu ueteri defendunt: qñ ꝑ
interualla dieꝝ ſacrificiũ deferebať: & tñ caſtificabať etiã ppl's ꝑ biduũ aut ꝑ triduũ
ut ad ſacrificiũ purꝰ accederet: ut in ueteri teſtamẽto legimꝰ: Et lauabat ueſtimenta Exo.19.
ſua. Si ĩ figura tãta obſeruãtia: quãta in ueritate? Diſce ſacerdos atq; leuita: qd ſit la
uare ueſtimẽta tua: ut mundũ corpꝰ celebrãdis exhibeas ſacramẽtis. Si ppl's ſine ab
lutione ueſtimentoꝝ ſuoꝝ ꝓhibebať accedere ad hoſtiã ſuã: tu illotꝰ mente pariter
& corpore: audes ꝓ alijs ſupplicare: audes ꝓ alijs miniſtrare? Nõ mediocre officiũ
leuitaꝝ: de quibꝰ dñs dicit: Ecce eligo leuitas de medio filiorũ iſrael ꝓ oī primogeni Numeri.3.
to aperiente uuluã ĩ filijs iſrael: redemptiões eorũ erũt iſti: & erũt mihi leuitæ. Mihi
eñ ſanctificaui primogenitũ in terra ægypti. Cognouimus: qa nõ inter cæteros leui
tæ cõputanť: ſed oībus præferunť: q eligunť ex oībus: & ſanctificanť: ut primogeni
ta fructuũ atq; primitiæ quæ dño deputanť: in quibꝰ eſt uotorũ ſolutio: & redẽptio
pctõꝝ. Nõ accipies inqt eos inť filios iſrael: & cõſtitues leuitas ſup tabernaculũ teſti
monij: & ſup oīa uaſa eiꝰ aſtare: & ſup quæcũq; ſunt in ipſo. Ipſi tollãt tabernaculũ: &
oīa uaſa eiꝰ: & ipſi miniſtrẽt in eo: & in circuitu tabernaculi caſtra ipſi cõſtituãt: & ꝓ
mouẽdo: tabernaculũ ipſi deponãt leuitæ: & cõſtituẽdo caſtra: rurſũ ipſum taberna
culũ ipſi ſtatuãt. Alienigena quicũq; acceſſerit: morte moriať. Tu ergo electus ex oī
numero filioꝝ iſrael: inter ſacros fructꝰ qſi primogenitꝰ eſtimatꝰ: præpoſitꝰ taberna
culo: ut prætẽdas in caſtris ſctitatis & fidei: ad quæ ſi alienigena acceſſerit morte mo
rieť: poſitꝰ ut operias arcã teſtamẽti. Nõ eñ oẽs uidẽt alta myſterioꝝ: qa operiunť a
leuitis: ne uideãt qui uidere nõ debẽt: & ſumãt q ſeruare nõ pñt. Moyſes deniq; cir
cũciſionē uidit ſpiritalē: ſed opuit eã ut ĩ ſigno circũciſionē præſcriberet. Vidit & açi
ma ſincæritatis & ueritatis: uidit paſſionē dñi: operuit açymis corpalibꝰ açyma ueri
tatis: operuit paſſionē dñi: agni uel uituli imolatiõe: & boni leuitæ ſeruauerũt myſte
riũ fidei ſuæ ſub hoc tegmine: & tu mediocre putas: qđ cõmiſſũ ē tibi. Primũ ut alta
dei uideas: quod eſt ſapiẽtiæ: deinde ut excubias ꝓ pp'lo deferas: qđ eſt iuſticiæ: ca
ſtra defendas: tabernaculũq; tuearis: qđ eſt fortitudinis: teipſum cõtinẽtē ac ſobriũ
præſtes: qđ ē tẽperãtiæ. Hæc uirtutũ genera principalia: cõſtituerũt etiã hi q foris
ſunt: ſed cõitatis ſuperiorē ordinē quã ſapiẽtiæ iudicauerũt: cũ ſapiẽtia fundamẽtũ
ſit: iuſticia opꝰ ſit: qđ manere nõ põt niſi fũdamẽtũ habeat. Fundamẽtũ aũt xp̃s eſt. 1.Corī.3.

Eccl.1. Prima ergo fides: quæ eſt ſapiẽtiæ: ut Salomon dicit: ſecutꝰ patrẽ: Initiũ ſapientiæ ti-
Deut.6. mor dñi. Et lex dicit: Diliges dñm deũ tuum: diliges ꝓximũ tuũ. Pulchrũ eſt igitur:
ut gratiã tuã atq; officia in ſocietatẽ humani generis cõferas. Sed primũ illud deco-
rũ eſt: ut qđ habes p̃cioſiſſimũ: hoc eſt: mentẽ tuã (qua nihil habeſ præſtãtiꝰ) deo de-
putes. Cũ ſolueris auctori debitũ: licet ut opera tua in beneficentiã & adiumẽta ho-
minũ cõferas: atq; opẽ feras neceſſitatibus: aut pecunia: aut officio: aut etiã quocũq;
munere: qđ late patet in ueſtro miniſterio: Pecunia: ut ſubuenias: debito obligatũ li
beres. Officio: ut ſeruãda ſuſcipias: quæ metuit amittere: q deponẽda credidit. Offi-
ciũ eſt igiť depoſitũ ſeruare ac reddere. Sed interdũ cõmutatio fit: aut tẽpore: aut
neceſſitate: ut ñ ſit officiũ reddere qđ acceperis: Vt ſi quis cõtra patriã opem barba-
ris ferens pecuniã apertus hoſtis repoſcat: aut ſicui reddaſ cũ aſſit qui extorqueat: ſi
furenti reſtituas cũ ſeruare nõ queat: ſi inſanienti gladiũ depoſitũ nõ neges quo ſe il
le interimat: nõne ſoluiſſe cõtra officiũ eſt? Si furto quæſita ſciens ſuſcipias: ut frau-
deť qui amiſerat: nõne contra officiũ eſt? Eſt etiã cõtra officiũ nõnunꝗ ſoluere ꝓmiſ
Matth.14. ſum: ſacramentũ cuſtodire: ut Herodes: qui iurauit qm̃ quicqd petitus eſſet daret fi
Judic.11. liæ Herodiadis: & necẽ Iohannis præſtitit: ne ꝓmiſſũ negaret. Nã de Iepte qd dicã:
qui imolauit filiã ſuã: quæ ſibi uictori prima occurrerat: quo uotum impleret qđ ſpo-
ponderat: ut qcqd ſibi primũ occurriſſet offerret deo. Melius fuerat nihil tale ꝓmit-
tere: ꝗ ꝓmiſſũ parricidio ſoluere. Hæc quãti cõſilij ſit ꝑſpicere: nõ ignoratis. Et ideo
eligatur leuita: qui ſacrariũ cuſtodiat: ne fallatur conſilio: ne fidẽ deſerat: ne mortẽ ti
meat: ne quid intẽperantius gerat: ut ſpecie ipſa grauitatẽ præferat: nec ſolũ animũ:
ſed etiã oculos cõtinentes habere quẽ deceat: ne uel ipſe frontẽ ſobrietatis fortuitꝰ
Matth.5. uiolet occurſus: Qm̃ qui uiderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã: adulterauit eam in cor-
de ſuo. Ita adulteriũ nõ ſolũ facti colluuione: ſed etiã aſpectus intẽtione cõmittitur.
Magna hæc uideneť ac nimis ſeuera: ſed in magno munere nõ ſupflua: qñ tãta eſt le-
Deut.33. uitarum gratia: ut de his Moyſes in benedictionibꝰ diceret: Date Leui ueros eiꝰ: da-
te Leui manifeſtos eius: date Leui ſortẽ ſuffragij ſui: & ueritates eiꝰ uiro ſancto: quẽ
tẽptauerũt in tẽptationibꝰ: maledixerũt ſup aquã cõtradictionis: Qui dicit patri ſuo
& mři ſuæ: nõ noui te: & fres ſuos nõ cognouit: & filios ſuos abdicauit: hic cuſtodiat
uerba tua: & teſtamentũ tuũ obſeruabit. Illi ergo ueri eiꝰ & manifeſti eiꝰ: qui nihil in
corde doli habeãt: nihil fraudis occultent: ſed uerba eiꝰ cuſtodiãt: & in corde ſuo cõ
ferant: ſicut cõferebat & Maria: qui ſuos parẽtes officio ſuo nõ mouerint præferen-
dos: qui uiolatores oderint caſtitatis: pudicitiæ ulciſcaneť iniuriã: nouerint officiorũ
tẽpora: qđ maiꝰ: qđ minus ſit: qđ cuiq; aptũ ſit tẽpori: & ut id ſolũ ſequaneť qđ hone-
ſtũ eſt. Sane ubi duo honeſta: id qđ honeſtiꝰ eſt: præponẽdũ putent. Hi iure bene-
dicti. Si quis ergo manifeſtet iuſticias dei & incenſum ponat: benedic dñe uirtutem
ipſius: opera manuũ eius ſuſcipe: ut gratiam ꝓpheticæ benedictionis inueniat apud
eum qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

Sancti Ambroſij epiſcopi Liber officioꝝ primus explicit.

Sequitur Annotatio capitulornm Libri ſecundi eiuſdem.

Honeſtate uitam acquiri beatam. Ca. I.
Beatitudinẽ multis & diuerſis modis philoſophos eſtimaſſe: ſed iuxta noſtros in co
gnitione diuina ſolũmodo & bonis operibus conſtare. Ca. II.
Omnia philoſophoꝝ apud nos argumenta uaneſcere: qui aut in ſola reꝝ ſciẽtia: aut
uoluptate: aut cõmoditate corporis & externa beatitudinẽ cõſtituere. Ca. III.
Beatitudinẽ doloribꝰ & neceſſitatibꝰ adipiſci: exẽpla de patribus. Ca. IIII.
Quæ putaneť bona plærũq; impedimento eſſe ad beatã & æternam uitã: & quæ ma
la: materias quaſdam eſſe uirtutũ & æternarum beatitudinũ. Ca. V.
De utili nõ queſtuoſo illo: ſed iuſto & honeſto. Ca. VI.
Vtilitatẽ præcipue fide & dilectiõe & æqtate metiẽdã: exẽpla de Dauid & Moyſe:
qui idcirco maxiẽ diligebaneť a pp̃lis: qa ꝓ ipſis ſeſe obiectarẽt periculis. Ca. VII.



Cõſilia plurimũ ad cõciliationẽ ualere alioꝝ: qđ claruit in Salomone. Ca. VIII.
Virtutes oẽs indiuiduas ſed opinione uulgi ſeiũctas: nec tñ apud ipſũ uulgus alterã
ſine altera cõprobari: nõ ſolũ a phis: ſed plus etiã intimaeť a noſtris. Ca. IX.
Myſtica interpretatio ſup Salomone & regina Saba. Ca. X.
Qꝫ a ꝓbis uiris cõſilium ſit requirendũ: exempla de patribus. Ca. XI.
Improbos homines licet prudẽtes uideantur fugiendos. Ca. XII.
Sapientiã uitioſos homines ſibi uendicare nõ debere: quippe quæ nullum conſorti-
um cũ uitijs poteſt habere. Ca. XIII.
Qꝫ prudentia omnibꝰ uirtutibus ſit aſſocia: maxime in cupiditate calcãda. Ca. XIIII.
De liberalitate ꝗ ñ ſolũ facltatũ diſpſiõe ſed & beniuolẽtia cõſtat & cõſilio. Ca. XV.
De ſobrietate quæ & temperãtia: in liberalitate ſeruãda: exemplũ de Ioſeph & eius
prudẽtiſſimo per interpretationẽ ſomnij conſilio. Ca. XVI.
Aequalis meriti uiro cõſiliũ ſit requirẽdũ: Introducuneť Paulus & Ioſeph. Ca. XVII.
Qꝫ mali conſiliarij ſæpe fiant in ruinam: Introducitur Roboam cõſilio iuuenum de-
ceptus. Ca. XVIII.
Iuſticia & beniuolentia & affabilitate nõ fucata plurimos poſſe cõciliari. Ca. XIX.
Ad cõmẽdatiões hoim plurimũ ualere ſi ꝓbatis adhæreãt: exẽpla de pr̃ibꝰ: & diſpa-
res etiã ætate: uitæ delectari ſilitudine: exẽplũ poniť de Petro & Iohãne. Ca. XX.
De laude miſeratõis & hoſpitalitatis: & malo ꝓductõis & ĩanis fauoris: & hoc maxie
in ſacerdotibꝰ rep̃hendiť qui oĩa ornate & ordinate agere debent. Ca. XXI.
De modo inter remiſſionẽ & ſeueritatẽ conſeruando: & ꝙ ſimulata remiſſio grauio-
res aliquãdo cauſas adoriaeť: exemplũ de Abſalon. Ca. XXII.
Qꝫ pecunia redempti non diu fidem cuſtodiant: quia quos ſemel pecunia redeme-
ris: ſemp ſe remiſſione & adulatione putãt redimendos. Ca. XXIII.
Bonis tantũ actibus ad honores nitendũ: maxime eccleſiaſticos: nec inferiores ordi
nes ſimulatis uirtutibus epiſcopo derogare: nec itẽ epiſcopum clero eſſe inuidum:
ſed iuſtũ in omnibꝰ maxime in iudicando. Ca. XXIIII.
Fauores & bñficia plus pauperibꝰ ꝗ diuitibꝰ eroganda: qa de eo ꝙ diues forte dedi-
gnaeť paup maximã tibi habet gratiã: & ꝙ bñficia nõ ſola pecunia fiãt. Ca. XXV.
De malo auariciæ: exempla de Balaam: & Achab: & Dalila. Ca. XXVI.
De benignitate: & ꝙ excõmunicatio tardius ſit exerenda. XXVII.
De bono cõpaſſionis: & ꝙ ſacris eccleſiarum theſauris nõ ſit parcendũ tempore ne-
ceſſitatis: Exempli cauſa induciť Laurẽtius: & ipſe Ambroſius. Ca. XXVIII.
Depoſita uiduaꝝ: imo omniũ fidelium in eccleſia cũ ſui etiã periculo cõſeruãda: ex-
emplũ de Onia & Heliodoro: & ſeipſo: & Ticinẽſi epiſcopo. Ca. XXIX.
Qui fugiendi: & qui ſint in bono çelandi. Ca. XXX.
Finis.

Sancti Ambroſij epiſcopi officioꝝ Liber ſecũdus incipit.

Honeſtate uitam acquiri beatam. Ca. I.

ſ Vperiore libro de officijs tractauimus: quæ conuenire honeſtati ar-
bitrabamur: in qua uitã beatã poſitã eſſe mĩme dubitabamꝰ: quã ſcri-
ptura appellat uitã æternã. Tantꝰ eñ ſplendor honeſtatis eſt: ut uitã
beatã efficiãt: trãquillitas cõſciẽtiæ: & ſecuritas innocẽtiæ. Et ideo ſi-
cut exortꝰ ſol: lunæ globũ & cætera ſtellaꝝ abſcondit lumina: ita ful-
gor honeſtatis: ubi uero & incorrupto uibrat decore: cætera quæ pu
taneť bona ſm uoluptatẽ corporis: aut ſm ſæculũ clara & illuſtria: obumbrat. Beata
plane: quæ nõ alienis eſtimaeť iudicijs: ſed domeſticis p̃cipiť ſenſibus: tanꝗ ſui iudex.
Neq; eñ populares opiniones ꝓ mercede aliqua requirit: neq; ꝓ ſupplicio pauet.
Itaq; quo minus ſequitur gloriã: eo magis ſup eam eminet. Nam qui gloriam requi-
runt: his iam merces præſentium: umbra futurorũ eſt: quæ impediat uitã æternam:
qđ in euãgelio ſcriptũ eſt: Amen dico uobis: receperũt mercedẽ ſuã: de his ſcilicet q Matth.6.

uelut tuba canẽdo uulgare liberalitatẽ ſuã quã faciũt circa pauperes:geſtiũt. Similiť
& de ieiunio qď oſtẽtatiõis cauſa faciũt: Habent inqt mercedẽ ſuã. Honeſtatis igiť
eſt uel miſericordiã facere uel ieiuniũ deferre in abſcõdito:ut mercedẽ uidearis a ſo
lo deo tuo quærere:nõ etiã ab hoibus. Nã qui ab hoib⁹ quærit :habet mercedẽ ſuã:
qui aũt a deo:habet uitã æternã:quã præſtare nõ põt niſi auctor æternitatis:ſicut il
Luc.23. lud eſt: Amen dico tibi:hodie mecũ eris in paradiſo. Vnde expreſſius ſcriptura uitã
æternam appellauit eam quæ ſic ſit beata:ut nõ hominũ opinionibus eſtimanda re
linqueretur:ſed diuino iudicio cõmitteretur.

Beatitudinem multis & diuerſis modis philoſophos eſtimaſſe: ſed iuxta noſtros
in cognitione diuina ſolũmodo & bonis operib⁹ conſtare. Ca. II.

Taq; philoſophi:beatã uitã:alij in nõ dolendo poſuerũt:ut Hieronym⁹: Alij
i in reꝝ ſciẽtia:ut Herillus:q audiens ab Ariſtotele & Theophraſto mirabili-
ter laudatã eſſe reꝝ ſcientiã:ſolã eã quaſi ſummũ bonũ poſuit: cũ illi eã quaſi
bonũ:nõ quaſi ſolũ bonũ laudauerint. Alij uoluptatẽ dixerũt:ut Epicur⁹. Alij ut Cal
lipho :& poſt cũ Diodor⁹: ita interptati ſunt: ut alter ad uoluptatẽ:alter ad uacuita-
tẽ doloris:conſortiũ honeſtatis adiungerent:q; ſine ea nõ poſſit eſſe beata uita. Ze-
non ſtoic⁹:ſolũ & ſummũ bonũ qď honeſtũ eſt. Ariſtoteles aũt & Theophraſtus &
cæteri peripatetici:in uirtute quidẽ:hoc eſt:in honeſtate uitã beatã eſſe: ſed cõple-
ri eius beatitudinẽ etiã corporis uoluptatib⁹ atq; externis bonis aſſeruerũt. Scriptu
ra autẽ diuina:uitã beatã in cognitione poſuit diuinitatis: & fructu bonæ opationis.
Deniq; utriuſq; aſſertionis euãgelicũ ſuppetit teſtimoniũ. Nã & de ſcientia ita dicit
Joh.17. dñs Ieſus:Hæc eſt aũt uita æterna:ut cognoſcãt te ſolũ uerũ deum:& quẽ miſiſti Ie-
Matth.19. ſum chriſtũ. Et de operib⁹ ita reſpõdit:Omnis qui reliquerit domũ:uel fratres:aut ſo
rores:aut patrẽ:aut matrẽ:aut uxorem:aut filios:aut agros ,ppter nomẽ meũ: cen-
tuplũ accipiet:& uitã æternã poſſidebit. Sed ne eſtimeť hoc recens eſſe:& prius
tractatum a philoſophis:q̃ in euangelio prædicatum: anteriores euangelio philoſo-
phi:id eſt: Ariſtoteles:& Theophraſtus uel Zenon atq; Hieronym⁹:ſed poſterio-
res ,pphetis:accipiant:q̃ longe anteq̃ philoſophoꝝ nomẽ audireť:p os ſancti Dauid
Ps.93. utrũq; apte uideať expſſũ. Scriptũ eſt eñ: Beat⁹ hõ quẽ tu erudieris dñe: & de lege
Ps.111. tua docueris eũ. Habem⁹ & alibi:Beat⁹ uir qui timet dñm:in mãdatis eius cupiet ni-
mis. Docuim⁹ de cognitione:cui⁹ præmiũ æternitatis fructũ eſſe cõmemorauit:adij
ciens ,ppheta:quæ ſint in domo hui⁹ timẽtis dñm:uel eruditi in lege:& cupientis in
Ibidem. mandatis diuinis:Gloriæ inqt & diuitiæ in domo ei⁹:& iuſticia eius manet in ſæculũ
ſæculi. De operib⁹ quoq; in eodẽ pſalmo ſubiunxit uitæ æternæ ſuppetere præmiũ
uiro iuſto. Deniq; ait:Beat⁹ uir qui miſereť & cõmodat: diſponet ſermones ſuos in
iudicio:quia in ſæculũ nõ cõmouebiť. In memoria æterna erit iuſt⁹. Et infra: Diſper-
ſit dedit pauperib⁹:iuſticia eius manet in æternũ. Habet ergo uitã æternã fides: qa
fundamentũ eſt bonũ. Habẽt & bona facta:qa uir iuſtus & dictis & reb⁹ ,pbať. Nã &
ſi exercitat⁹ ſit in ſermonib⁹:& deſidioſus in operib⁹:prudentiã ſuã factis repellit. Et
graui⁹ eſt ſcire qd facias:nec feciſſe qď faciendũ cognoueris. Contra quoq; ſtrenuũ
eſſe in operib⁹:affectu infidum:ita eſt ac ſi uitioſo fundamẽto pulchra culminũ uelis
eleuare faſtigia:qď quo plus ſtruxeris:pl⁹ corruit:qa ſine munimẽto fidei:bona opa
non poſſunt manere. Infida ſtatio in portu naue pforat:& arenoſum ſolũ cito cedit:
nec põt impoſitæ ædificationis ſuſtinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij: ubi uir-
tutũ pfectio:& quædã in factis atq; dictis æqualitas eſt ſobrietatis.

Omnia philoſophorũ apud nos argumẽta uaneſcere: qui aut in ſola reꝝ ſcientia:
aut uoluptate:aut cõmoditate corporis & externa beatitudinẽ cõſtituere. Ca. III.

T quoniã ſola rerũ ſcientia exploſa eſt: uel quaſi inanis ſm philoſophiæ diſ-
e putationes ſupfluas:uel quaſi ſemipfecta ſententia: cõſideremus q̃ enodem
de eo diuina ſcriptura abſoluat ſententiã:de quo tam multiplices & implica-
tas atq; cõfuſas uidemus eſſe quæſtiones philoſophiæ. Nihil eñ bonũ ſcriptura niſi
qď honeſtũ aſſerit:uirtutẽq; in omni rerũ ſtatu beatam iudicat:quæ neq; augeať bo



nis corporis:uel externis:neq; minuať aduerſis:nihilq; beatũ:niſi qď a peccato alie-
nũ ſit:plenũ innocẽtiæ:plenũ gratiæ dei. Scriptum eſt eñ:Beatus uir qui nõ abijt in Ps.1.
cõſilio impiorũ:& in uia peccatorũ nõ ſtetit:& in cathedra peſtilentiæ nõ ſedit: ſed
in lege dñi fuit uolũtas eius. Et alibi:Beati immaculati in uia:qui ambulãt in lege do-
mini. Innocẽtia igitur & ſciẽtia:beatũ faciũt. Bonæ quoq; operationis mercedẽ eſſe Ps.118.
beatitudinẽ uitæ æternæ:ſuperi⁹ aduertimus. Reſtat igiť:ut ſpreto patrocinio uo
luptatis:aut doloris metu (quoꝝ alterum quaſi infractum & molliculũ:alterum qua-
ſi euiratũ & infirmũ deſpuiť) in ipſis doloribus uitã beatam eminere demonſtrem.
Qď facile doceri põt:cũ legerimus: Beati eſtis: cũ uobis maledicẽt & pſequẽtur:& Matth.5.
dicent omne malũ aduerſum uos:mentiẽtes ,pter iuſticiam. Gaudete & exultate:
qm merces ueſtra copioſa eſt in cælo. Sic eñ pſecuti ſunt & ,pphetas ante uos. Et ali
bi:Qui uult uenire poſt me:abneget ſemetipſum:& tollat crucẽ ſuã & ſequať me. Matth.16.

Beatitudinẽ doloribus & neceſſitatibus adipiſci:exẽpla de patribus. Ca. IIII.

St ergo beatitudo & in doloribus: quos plena ſuauitatis uirtus cõprimit &
e coercet:ipſa ſibi domeſticis opibus abundans:uel ad cõſcientiã:uel ad grati-
am. Neq; eñ parum beat⁹ Moyſes:cum ægyptiorũ uallatus populis:& mari
clauſus: p fluctus ſibi & populo patrũ:pedeſtrẽ uiam pijs meritis inueniſſet. Quan-
do aũt fortior:q̃ tunc erat Moyſes:cũ extremis circũuent⁹ periculis: nõ deſperabat
ſalutẽ:ſed exigebat triumphũ? Quid Aaron:quãdo ſe beatiorẽ credidit: q̃ tunc qñ
medius ſtetit inter uiuos ac mortuos:& obiectu ſui ſtatuit mortẽ:ne ad uiuorũ tran-
ſiret agmina a cadaueribus mortuorũ? Quid de puero Daniele loquar:q tam ſapiẽs
erat:ut inter leones fame exaſperatos:nulla beſtialis ſæuiciæ formidine frangereť:
Ita alienus a metu ut poſſet epulari: nec uereretur ne ad paſtũ exemplo ſui feras ,p-
uocaret? Eſt ergo & in dolore uirtus: quæ ſibi bonæ ſuauitatẽ exhibeat cõſcientiæ:
& ideo indicio eſt:q; nõ minuat dolor uirtutis uoluptatem. Sicut ergo nulla uirtuti
deceſſio beatitudinis p dolorẽ:ita etiã nulla acceſſio per uoluptatẽ corporis:aut cõ-
modorũ gratia. De quibus pulchre Apoſtol⁹ ait: Quæ mihi lucra fuerũt: hæc duxi Phil.3.
,pter chriſtũ detrimenta eſſe. Et addidit: Propter quẽ oĩa duxi dãna: & eſtimo ut
ſtercora:ut chriſtũ lucrifaciã. Deniq; Moyſes damnũ ſuum credidit theſauros eſſe Heb.11.
ægyptiorũ:& opprobriũ dominicæ crucis prætulit:nec tunc diues cũ abũdaret pe-
cunia:nec poſtea pauper cũ egeret alimẽto:niſi forte tũc alicui min⁹ beatus uidere-
tur fuiſſe:cũ in deſerto quotidiana alimonia ſibi & populo ſuo deforet. Sed qď ſũmi
boni ac beatitudinis nemo negare audeat:mãna ei:hoc eſt:panis angelorũ miniſtra
batur e cælo:carnes quoq; quotidiana pluuia totius plæbis epulis redundabãt. He-
liæ quoq; ſancto panis ad uictum deerat:ſi quæreret:ſed nõ uidebať deeſſe:quia nõ
quærebať. Itaq; diurno coruorũ obſequio:mane panis: caro ad ueſperã deferebať.
Nũquid ideo minus beat⁹:quia pauper erat ſibi? Minime. Immo eo magis beat⁹: qa
deo diues. Alijs eñ q̃ ſibi diuitem eſſe præſtat:ut iſte erat:qui tẽpore famis cibũ a ui
dua petebat:largiturus ei ut hydria farinæ p trienniũ & ſex mẽſes nõ deficeret:& p
quotidianos uſus olei uas uiduæ inopi ſufficeret ac miniſtraret. Merito ibi uolebat
Petrus eſſe:ubi iſtos uidebat. Merito in mõte cũ chriſto in gloria apparuerũt: qa &
ipſe paup factus eſt:cũ diues eſſet. Nullũ ergo adminiculũ præſtãt diuitiæ ad uitã be
atã. Qď euidẽter dñs in euãgelio demõſtrauit dicẽs: Beati pauperes: qm ueſtrũ eſt Luc.6.
regnũ dei. Beati qui nunc eſuriunt & ſitiunt iuſticiã: quia ipſi ſaturabũtur. Beati qui
nunc fletis:quia ridebitis. Itaq; pauptatẽ:famẽ:dolorẽ:quæ putanť mala: nõ ſolũ im
pedimento nõ eſſe ad uitã beatã:ſed etiã adiumẽto:euidẽtiſſime ,pnũciatũ eſt.

Quæ putanť bona plærũq; impedimẽto eſſe ad beatã & æternã uitã:& quæ ma-
la:materias quaſdã eſſe uirtutũ & æternarũ beatitudinũ. Ca. V.

Ed & illa quæ uidenť bona:diuitias:ſatietatẽ: læticiã:expertẽ doloris:detri-
ſ mento eſſe ad fructum beatitudinis:dñico declaratũ iudicio liquet:cũ diciť:
Væ uobis diuitibus:qui habetis conſolationẽ ueſtrã: Væ uobis qui ſaturati Ibidem.
eſtis:quia eſurietis. Et illis qui rident:quia lugebunt. Sic ergo nõ ſolũ adminiculo nõ

ſunt ad uitā beatā:corporis aut externa bona:ſed etiā diſpēdio ſunt.Inde em̄ beatus
3.Reg.21. Nabuthe etiā cum lapidaret̓ a diuite:qa pauper & infirmus aduerſus opes regias ſo
lo erat affectu & religione diues:ut pecunia regali nō cōmutaret paternæ uineæ hæ
reditatē:eoq; perfectus:quia ſanguine ꝓprio defenderet iura maiorū ſuorum. Inde
quoq; miſer Achab ſuo iudicio:qui pauperem necari fecerat: ut ei⁹ poſſideret uine/
am.Certū eſt:ſolum & ſummū bonū eſſe uirtutē:eāq; abūdare ſolum ad uitæ fructū
beatæ:nec externis aut corporis bonis:ſed uirtute ſola uitā præſtari beatam: ꝑ quā
uita æterna acquiritur. Vita em̄ beata fructus præſentiū:uita aūt æterna ſpes futuro
rum eſt.Et ſunt tamē qui in hoc corpore tam infirmo:tā fragili:impoſſibilē uitam be
atam putāt:in quo neceſſe eſt angi: dolere: deplorare:ægreſcere: quaſi uero ego in
corporis exultatione dicā uitam beatā cōſiſtere:& nō in altitudine ſapientiæ: ſuaui/
tate cōſcientiæ:uirtutis ſublimitate.Nō em̄ in paſſione eſſe:ſed uictorē eſſe paſſiōis
beatū eſt:nec frangi tēporalis motu doloris metuentē accidere hæc quæ grauia ad
uim doloris ferunt̓:cæcitatē:exilium:famē:ſtuprum filiæ:amiſſionē liberorū. Quis
neget beatū Iſaac:qui nō uidebat in ſenectute:& beatitudines ſuis benedictionibus
cōferebat? An nō beatus Iacob:qui ꝓfugus patria domo:mercēnarius paſtor exili/
um ſuſtinuit:filiæ pudicitiā ingemuit eſſe temeratā:famem ꝑtulit? Non ergo beati:
quorū fide deus accipit teſtimoniū:cū dicitur:Deus Abraam:deus iſaac:de⁹ Iacob?
Miſera eſt ſeruitus:ſed nō miſer Ioſeph:immo plane beatus:cū dominæ libidines in
ſeruitute poſitus coerceret.Quid de ſancto Dauid loquar:qui triū filiorū deplora/
uit obitū:Ammon & Abſalon:atq; infantuli ex ea quæ fuit Vriæ nati:& qđ his duri⁹
inceſtum filiæ Thamar? Quō nō beatus:de cui⁹ ſucceſſione beatitudinis auctor ex/
Ioh.20. ortus eſt:qui plurimos fecit beatos? Beati em̄ qui nō uiderunt & crediderunt. Fue/
runt & ipſi in ſenſu infirmitatis:ſed cōualuerunt de infirmitate fortes. Quid laborio
ſius autē ſancto Iob:uel in domus incendio: uel filiorū decē interitu mometario: uel
doloribs corporis? Nunquid minus beatus:ꝗ ſi illa nō ꝑtuliſſet:in quibus magis ꝓba
tus eſt? Eſto tamen:fuiſſe in illis aliquid acerbitatis.Et ſi putaueris: quē uirtus animi
nō abſcondit dolorem? Neq; em̄ ꝓfundū mare negauerim:quia uadoſa littora ſunt:
Neq; cælū lucidum:quia interdū obtexit̓ nubibus. Neq; terrā fæcundā:quia aliqui/
bus locis ieiuna glarea eſt: Aut lætas ſegetes: quia intermixtā ſolāt habere ſterilem
auenā.Similiter puta:beatæ meſſem cōſcientiæ interpellari aliquo acerbo dolore.
Nōne totius manipulis uitæ beatæ ſiquid forte accidit aduerſi atque amaritudinis:
tanq ſterilis auena abſconditur:aut tanꝗ lolij amaritudo frumenti ſuauitate obduci/
tur? Sed iam ad ꝓpoſita pergamus.

De utili:nō queſtuoſo illo:ſed iuſto & boneſto.Ca.VI.

Vperiore libro ita diuiſionē fecimus: ut primo loco eſſet boneſtū ac deco/
ſ rum:a quo officia ducerent̓:ſecundo loco quid utile. Et quēadmodū in pri/
mo diximus:quia inter boneſtū & decorum eſt quædā diſtinctio:quæ magis
intelligi ꝗ explicari poſſit:ſic & cū utile tractamus:conſiderandū uidet̓ quid utilius.

Vtilitatē autē nō pecuniarij lucri eſtimatione ſubducimus:ſed acquiſitione pieta
1.Timoth.4. tis:ſicut Apoſtolus ait:Pietas aūt ad omnia utilis eſt:ꝓmiſſionē habens uitæ præſen
tis & futuræ.Itaq; in ſcripturis diuinis:ſi diligēter quæramus:ſæpe inuenimus:qđ ho
1.Cor.6. neſtum eſt:utile uocari.Omnia mihi licent:ſed nō omnia utilia ſunt. Supra de uitijs
loquebat̓.Nūc ergo dicit:Licet peccare ſed nō decet.In poteſtate ſunt peccata:ſed
nō ſūt honeſta.Luxuriari ꝓmptū ē:ſed nō iuſtū.Nō em̄ deo eſca: ſed uētri colligit̓.
Ergo quia qđ utile:id etiā iuſtum:iuſtū eſt:ut ſeruiam⁹ chriſto:qui nos redemit.Ideo
iuſti qui ꝓ eius nomine morti ſe obtulerūt? Iniuſti qui declinauerūt:de quibus dicit̓:
Ps.29. Quæ utilitas in ſanguine meo:dū deſcēdo in corruptionē? Id eſt:quis iuſticiæ meæ
ꝓfectus? Vnde & illi: Alligemus iuſtū:quia inutilis eſt nobis:id eſt: iniuſtus: qui nos
arguit:cōdemnat:corripit.Licet hoc poſſit etiā ad auariciā hominū impioꝝ deriua/
ri:quæ ꝑfidiæ uicina eſt. Sicut i Iuda ꝓditore legim⁹:qui auariciæ ſtudio & pecuniæ
cupiditate:laqueū ꝓditionis incurrit atq; incidit. De hac igit̓ tractādū eſt utilitate:



quæ ſit plena honeſtatis:ſicut ipſis uerbis definiuit Apl'us dicens:Hoc aūt ad utilita 1.Cor.7.
tē ueſtrā dico:nō ut laqueū inijciā uobis:ſed ad id qđ honeſtū eſt. Liquet igit̓ qđ ho
neſtū ē:utile & iuſtū eē:& qđ utile:honeſtū & iuſtū:& qđ iuſtū utile & honeſtū. Ne/
q; em̄ mihi ad mercatores lucri cupidine auaros:ſed ad filios ſermo ē:& ſermo de of
ficijs:quæ uobis (quos elegi in miniſterium dn̄i) inculcare geſtio atq; infūdere:ut ea
quæ mentib⁹ ac moribus ueſtris uſu atq; inſtitutione inolita atq; impreſſa ſunt: etiā
ſermone ac diſciplina aperiant̓. Itaq; de utilitate dictur⁹:utar illo uerſiculo ꝓphetī
co:Declina cor meū in teſtimonia tua:& nō in auariciam: ne utilitatis ſonus excitet
pecuniæ cupiditatē.Deniq; aliqui habēt:Declina cor meū in teſtimonia tua: & non Ps.118.
ad utilitatē:hoc eſt:illam queſtuū nundinas aucupantē utilitatē: illā uſu hominū ad
pecuniæ ſtudia inflexam ac deriuatā. Vulgo em̄ hoc ſolū dicūt utile qđ queſtuoſū.
Nos autē de ea tractamus utilitate: quæ damnis quærit̓: ut chriſtū lucremur: cuius
queſtus eſt pietas cū ſufficientia.Magnus ꝓfecto queſtus quo pietatē acquirimus:
quæ apud deū diues eſt:nō caducis facultatibus:ſed munerib⁹ æternis:in quib⁹ non
tēptatio lubrica:ſed cōſtans & ꝑpetua ſit gratia.Eſt ergo utilitas:alia corporalis: alia
pietatis:ſicut diuiſit Apl'us.Corporalis em̄ exercitatio ad modicū inquit utilis eſt:pi 1.Timoth.4.
etas autē ad omnia utilis eſt.Quid aūt tam honeſtū:ꝗ integritas? Quid tam decoꝝ:
ꝗ immaculatū ſeruare corpus:& inuiolatū atq; incōtaminatū pudorē? Quid etiā tā
decoꝝ:ꝗ ut uidua uxor defuncto coniugi fidem ſeruet? Quid etiā hoc utilius: quo
regnū cæleſte acquirit̓? Sunt em̄ qui ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū cælorum.

Vtilitatē præcipue fide ac dilectiōe & æqtate metiēdā:exēpla de Dauid & Moy
ſe:qui idcirco maxīe diligebant̓ a ppl'is:qa ꝓ ipſis ſeſe obiectarēt periculis.Ca.VII.

Si igitur nō ſolum familiare contuberniū honeſtatis & utilitatis: ſed eadem
ɔ quoq; utilitas quæ honeſtas.Ideo & ille qui regnū cælorū uolebat omnibus
aperire:nō qđ ſibi utile quærebat ſed qđ oib⁹. Vnde ordo quidam nobis &
gradus faciēdus eſt:etiā ab his uſitatis & cōmunibus ad ea quæ ſunt præcellentia:ut
ex pluribus utilitatis colligam⁹ ꝓfectū. Ac primū nouerimus nihil tā utile ꝗ diligi:ni
hil tam inutile:ꝗ non amari.Nā odio haberi:exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaq;
id agamus:ut omni ſedulitate cōmendem⁹ exiſtimationē opinionēq; noſtrā:ac pri/
mū placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectū hominū. Popularis
em̄ & grata eſt omnib⁹ bonitas:nihilq; qđ tā facile illabat̓ humanis ſenſib⁹. Ea ſi man
ſuetudine morū ac facilitate aī moderatione præcepti: & affabilitate ſermonis:uer/
borūq; onere:patienti quoq; ſermonū uice: modeſtiæq; adiuuet̓ gratia: incredibile
quātū ꝓcedit ad cumulū dilectionis.Legimus em̄ nō ſolū in priuatis: ſed etiā in ipſis
regibus: quātū facilitas blandæ affabilitatis ꝓfecerit:aut ſupbia uerborūq; obfuerit
tumor:ut regna ipſa labefactaret:& poteſtatē ſolueret.Iā ſi quis cōſilio:uſu: miniſte/
rio:officijs popularē cōprehēdat gratiā:aut ſi quis periculū ſuū ꝓ uniuerſa plæbe of
ferat:nō eſt dubiū ꝙ tantū charitatis a plæbe in eū refundat̓:ut populus ſalutē eius
& gratiā ſibi præferat. Quātas Moyſes a populo illatas abſorbebat contumelias: &
cū dn̄s in inſolētes uindicare uellet:ſe tn̄ ꝓ populo offerebat frequēter:ut indignati
oni diuinæ plæbē ſubduceret. Quā miti ſermone poſt iniurias appellabat populū:cō/
ſolabat̓ in laboribus:delinibat oraculis: fouebat operib⁹.Et cū deo cōſtanter loque/
retur:hoīes tn̄ humili & grata appellatione affari ſolebat.Merito eſtimat⁹ eſt ſupra
homines:ut & uultum ei⁹ nō poſſent intēdere:& ſepulturā ei⁹ nō repertā crederent:
quia ſic ſibi toti⁹ plæbis mētes deuinxerat:ut plus eū ꝓ manſuetudine diligerent:ꝗ
ꝓ factis admirarent̓. Quid ei⁹ imitator ſanct⁹ Dauid:electus ex omnib⁹ ad plæbē re/
gendā: ꝗ mitis & blandus:humilis ſpiritu: ſedulus corde: facilis affatu? Ante regnū
ſe ꝓ omnib⁹ offerebat:rex cū oībus æquabat ſuam militiā: & particbat̓ laborem:for
tis in prælio: māſuet⁹ in imperio:patiēs in cōuitio: ferre magis ꝓmptus ꝗ referre in/
iurias.Ideo tam carus erat oībus:ut iuuenis ad regnū etiā inuitus peteret̓: reſiſtens
cogeret̓: ſenex ne prælio intereſſet a ſuis rogaret̓: ꝙ mallent oēs ꝓ ipſo periclitari:
ꝗ illum ꝓ omnibus.Ita ſibi gratis officijs plæbem obligauerat.Primū ut in diſcordijs

populi exulare in hebron mallet: q̃ in hieruſalem regnare. Deinde ut etiam in hoſte
poſitam uirtutem diligeret: iuſticiam etiam his qui arma cõtra ſe tulerant æque ac
ſuis præſtandã putaret. Deniq; fortiſſimũ aduerſæ partis ꝓpugnatorem Abner du
cem: & inferentẽ prælia miratus eſt: & orantẽ pacis gratiã: non aſpernatus: honora
uit cõuiuio: interemptũ inſidijs: doluit & fleuit: pſecutus exequias: honeſtauit: mor
tem ultꝰ: cõſcientiæ fidẽ præſtitit: quã filio inter hæreditaria iura tranſcripſit: magis
ſollicitꝰ: ne innocẽtis mortẽ inultam relinqueret: q̃ quo ſuã mortẽ doleret. Nõ medi
ocre iſtud præſertim in rege: ſic obire humilitatis munia: ut communẽ ſe exhiberet
etiã infimis: alieno periculo cibũ nõ quærere: potũ recuſare: peccatũ fateri: ſeq; ipſũ
ꝓ populo offerre morti: ut in ſe diuina indignatio cõuerteret: cũ ferienti angelo of
2. Reg. 24. ferẽs ſe diceret: Ecce ſum ego qui peccaui: & ego paſtor malũ feci: & iſte grex quid
fecit? Fiat manus tua in me. Nam quid alia dicã: ꝙ dolũ meditantibus os ſuũ nõ ape
riebat: & tanq̃ nõ audiens: nullum ſermonẽ referendũ putabat: Nõ reſpondebat cõ
uitijs: cũ ſibi derogaret̃ orabat: cũ malediceretur benedicebat. Ambulans in ſimpli
Ps. 101. citate: & ſuperborꝝ fugitans arrogantiã: ſectator extitit immaculatorꝝ. Qui cinerem
miſcebat alimentis ſuis: cũ peccata ꝓpria deploraret: & potum ſuũ temperabat fleti
bus. Merito ſic expetitꝰ eſt ab uniuerſo populo: ut uenirẽt ad eum oẽs tribus iſrael:
2. Reg. 5. dicẽtes: Ecce nos oſſa tua & caro tua ſumus: & heri & nudiuſtertius cũ eſſet Saul &
regnaret ſup nos: tu eras qui ꝓducebas & inducebas iſrael. Et dixit tibi dñs: Tu pa
ſces populũ meũ. Et quid plura de eo dicã: de quo hmõi dei ꝓceſſit ſententia: ut de
eo diceret: Inueni Dauid ſm cor meũ? Quis enĩ in ſanctitate cordis & iuſticia ſicut
iſte ambulauit: ut impleret uoluntatẽ dei? Propter quẽ & delinquẽtibus poſteris eiꝰ
uenia data: & prærogatiua eſt reſeruata hæredibus. Quis igit̃ nõ diligeret eũ: quẽ
uidebat ita carũ amicis: ut qa ipſe ſincære amicos diligebat: æque diligi ſe a ſuis ami
cis arbitraretur? Deniq; parẽtes eum filijs ſuis: filij præferebãt parẽtibꝰ. Vnde gra
1. Reg. 20. uiter indignatus Saul ꝑcutere Ionathan filiũ ſuũ haſta uoluit: quia pluris apud eum
ualere Dauid amicitiã iudicabat: q̃ uel pietatem uel auctoritatẽ paternã. Etenim ad
incentiuũ charitatis cõmunis plurimũ ꝓficit. Si quis uicẽ amãtibus reddat: nec mi
nus redamare ſe ꝓbet: q̃ ipſe amatur: idq; amicitiæ fidelis faciat exemplis. Quid enĩ
tã populare q̃ gratia? Quid tam inſitũ naturæ: q̃ ut diligentẽ diligas? Quid tam ino
litũ atq; impſſum affectibus humanis: q̃ ut eũ amare inducas in animũ: a quo te ama
Eccl. 29. ri uelis? Merito ſapiẽs dicit: Perde pecuniã ꝓpter fratrẽ & amicũ. Et alibi: Amicum
Eccl. 22. ſalutare nõ erubeſcam: & a facie illius nõ me abſcondã. Siquidẽ uitæ & immortali
tatis medicamentũ in amico eſſe: eccleſiaſticꝰ ſermo teſtatur. Et ſummũ in charitate
1. Cor. 13. præſidiũ nemo dubitauerit: cũ Aplus dicat: Omnia ſuffert: omnia credit: oia ſperat:
omnia ſuſtinet: charitas nunq̃ cadit. Ideo Dauid nõ cecidit: quia carus fuit omnibus:
& diligi a ſubiectis q̃ timeri maluit. Timor enĩ tẽporalis tutaminis ſeruat excubias:
neſcit diuturnitatis cuſtodiã. Itaq; ubi timor deceſſerit: audacia obrepit: qm̃ fidẽ nõ
timor cogit: ſed affectus exhibet. Prima ergo ad cõmendationẽ noſtri eſt charitas.
Bonũ eſt ergo teſtimoniũ habere de plurimorũ dilectione. Hinc naſcit̃ fides: ut cõ
mittere ſe tuo affectui nõ uereant̃ etiam alieni: quẽ pluribus carũ aduerterint. Simi
liter etiã ꝑ fidem ad charitatẽ peruenit̃: ut qui uni aut duobus præſtiterit fidẽ: tanq̃
influat in animos uniuerſorũ: & omniũ acquirat gratiam.

Cõſilia plurimorũ ad cõciliationẽ ualere aliorꝝ: qd̃ claruit in Salomone. Ca. VIII.

d Vo igitur hæc ad cõmendationẽ noſtri plurimũ operãtur: charitas & fides:
& tertiũ hoc ſi habeas qd̃ in te admiratione dignũ plæriq; exiſtiment: & iure
honorandũ putent. Et quia conſiliorũ uſus maxime conciliat homines: ideo
prudentia & iuſticia in unoquoq; deſiderant̃: & ea expectantur a pluribꝰ: ut in quo
ea ſint illi deferat̃ fides: quo poſſit utile cõſiliũ ac fidele deſideranti dare. Quis enĩ ei
ſe cõmittat: quẽ nõ putet plus ſapere: q̃ ipſe ſapiat qui quærit cõſiliũ? Neceſſe eſt igi
tur: ut præſtantior ſit a quo conſiliũ petitur: q̃ ille eſt qui petit. Quid enĩ cõſulas ho
minem: quẽ non arbitreris poſſe melius aliquid reperire: q̃ ipſe intelligis? Quod ſi cum



inueneris qui uiuacitate ingenij: mentis uigore atq; auctoritate præſtet: & accedat
eo ut exemplo & uſu paratior ſit: præſentia ſoluat pericula: ꝓſpiciat futura: denun
ciet imminẽtia: argumenta expediat: remediũ ferat in tempore: paratus ſit nõ ſolũ
ad conſulendũ ſed etiam ad ſubueniendũ: huic ita fides habetur: ut dicat qui conſi
lium petit: Et ſi mala mihi euenerint: per illũ ſuſtineo. Huiuſmodi igitur uiro ſalutẽ
noſtram & exiſtimationẽ cõmittimus: qui ſit (ut ſupra diximꝰ) iuſtus & prudens. Fa
cit enĩ iuſticia: ut nullus ſit fraudis metus: facit etiam prudentia: ut nulla erroris ſuſ
pitio ſit. Promptius tñ nos iuſto uiro q̃ prudẽti cõmittimꝰ: ut ſm uſum uulgi loquar.
Cæterũ ſapiẽtiũ definitione: in quo una uirtus eſt: cõcurrũt cæteræ: nec poteſt ſine
iuſticia eſſe prudentia. Quod etiã in noſtris inuenimus. Dicit enĩ Dauid: Iuſtus autẽ Ps. 36.
miſeretur: & fœnerat. Quid fœneret iuſtus: alibi dicit: Iocundus uir qui miſeretur & Ps. 111.
fœnerat: diſponet ſermones ſuos in iudicio. Ipſum illud nobile Salomonis iudicium:
nõne ſapiẽtiæ plenum ac iuſticiæ eſt? Itaq; ſpectemus illud ſi ita eſt. Duæ inquit mu 3. Reg. 3.
lieres in conſpectu regis Salomonis ſteterunt: & dixit una ad eũ: Audi me domine:
Ego & hæc mulier in uno habitantes cubiculo: ante diem tertiũ partu edito ſingu
los filios ſuſcepimus: & eramus una: arbiter nullus domi: nec ulla alia fœmina nobiſ
cum niſi nos ſolæ: & mortuꝰ eſt filius eius hac nocte: ut obdormiuit ſuper eũ: & ſur
rexit media nocte: & accepit filium meũ de ſinu meo: & collocauit eũ in ſinu ſuo: &
filiũ ſuum mortuũ poſuit in ſinu meo. Et ſurrexi mane: ut lactarem paruulũ: & inue
ni eum mortuũ: Et conſideraui illũ diluculo: & nõ erat filius meus. Et reſpondit alte
ra. Non: ſed filius meus eſt hic qui uiuit: filius autẽ tuus qui mortuus eſt. Et hæc erat
contentio: cũ utraq; filium ſibi uendicaret ſuperſtitẽ: defunctũ autem ſuũ negaret.
Tunc rex iuſſit afferri macheram: & infantẽ diuidi: & ſingulas parteſ dari ſingulis: di
midiam uni: & dimidiã alteri. Exclamauit mulier quæ uero erat affectu percita: Ne
quaquã domine infantẽ diuidas: detur potius illi & uiuat: & nõ interficias eum. At
reſpondit altera: Neq; meus neq; huiꝰ ſit infans: diuidite eum. Et ſtatuit rex dari in
fantem ei mulieri quæ dixerat: nolite interficere eum: ſed date eum illi mulieri: quia
mota ſunt inquit uiſcera eius in filio ſuo. Itaq; nõ immerito æſtimatus eſt intellectus
dei in eo eſſe: in quo occulta ſunt dei. Quid autẽ occultius: q̃ internorũ uiſcerum te
ſtimonia: in quæ ſapientis intellectus uelut quidã pietatis deſcendit arbiter: & uelut
quandã genitalis alui uocem eruit: qua maternus patuit affectus: qui elegerat filiũ
ſuum uel apud alienam uiuere: q̃ in cõſpectu matris necari? Sapientiæ igitur fuit: la
tentes diſtinguere cõſcientias: ex occultis eruere ueritatem: & uelut quadã mache
ra ita ſpiritus gladio penetrare: nõ ſolum uteri: ſed etiã animæ & mentis uiſcera. Iu
ſticiæ quoq; ut quæ ſuum necauerat: alienũ nõ tolleret: ſed uera mater reciperet ſu
um. Deniq; etiam ſcriptura hoc ꝓnunciat. Audiuit inquit omnis iſrael hoc iudiciũ: Ibidem.
quod iudicauit rex: & timuerũt a facie regis: eo ꝙ intellectus dei in eo eſſet: ut face
ret iuſticiã. Deniq; & ipſe Salomon ita popoſcit ſapientiã: ut daretur ſibi cor prudẽs
audire & iudicare cum iuſticia.

Virtutes omnes indiuiduas: ſed opinione uulgi ſeiunctas: nec tamen apud ipſum
uulgus alteram ſine altera comprobari: nõ ſolum a philoſophis: ſed plus etiam inti
matur a noſtris. Ca. IX.

I Iquet igitur etiã ſm ſcripturam diuinã quæ antiquior eſt: ſapientiã ſine iuſti
cia eſſe nõ poſſe: quia ubi una earum uirtutum: ibi utraq; eſt. Daniel quoq; q̃
ſapienter alta interrogatione fraudulentæ accuſãtionis deprehendit men
daciũ: ut calumniatorꝝ ſibi reſponſio nõ conueniret. Prudentiæ igitur fuit uocis ſuæ
teſtimonio reos ꝓdere. Iuſticiæ quoq; nocentes ſupplicio dare: innocentẽ ſubduce
re. Eſt ergo indiuiduũ ſapiẽtiæ atq; iuſticiæ cõtuberniũ: ſed uulgi uſu diuiditur una
quædã forma uirtutum: ut tẽperantia ſit in deſpiciendis uoluptatibus: fortitudo ſpe
ctetur in laboribus & periculis: prudentia in delectu bonorum: ſciens cõmoda & ad
uerſa diſtinguere: iuſticia quæ ſit bona cuſtos iuris alieni: & uindex ꝓprietatis: ſuũ
cuiq; conſeruans. Sit igitur nobis cõmunis opinionis gratia: quadripartita hæc facta

diuiſio:ut ab illa ſubtili diſputatione philoſophiæ ſapiētiæq; quæ limandæ ueritatis
cauſa quaſi ex adito quodā eruitur retrahētes pedem: forenſem uſum ac populare
ſenſum ſequamur. Hac igit̃ diuiſione ſeruata:reuertamur ad propoſitū.Prudētiſ/
ſimo cuiq; cauſam noſtrā cōmittimus:& ab eo cōſilium promptius q̄ a cæteris poſci/
mus.Præſtat tamē fidele iuſti conſiliū uiri:& ſapientiſſimi ingenio frequēter præpō
Prouer.27. derat.Vtilia eñ uulnera amici:q̄ alienorū oſcula.

Myſtica interpretatio ſup Salomone & regina Saba.Ca.X.

Eniq; quia iuſti iudiciū eſt:ſapientis autē argumentū.In illo cenſura diſcepta
d tionis:in hoc calliditas inuentionis.Q2 ſi utrūq; conectaſ:erit magna conſilio
rum ſalubritas: quæ ab uniuerſis ſpectatur admiratione ſapientiæ & amore
iuſticiæ:ut omnes quærant audire ſapientiā eius uiri:in quo utriuſq; uirtutis copula
ſit.Sicut quærebant omnes reges terræ uidere faciē Salomonis:& audire ſapientiā
5.Regl.10. eius:ita ut & Saba regina ueniret ad eum:& tēptaret eum in quæſtionibus.Et uenit
inquit:& omnia locuta eſt quæ habebat in corde ſuo: & audiuit omnē ſapientiā Sa/
lomonis:nec ullum uerbū præteriuit eam. Quæ ſit iſta: quā nihil prætereat: nec ſit
aliquid quod ei non annūciauerit Salomon uerus:cognoſce o homo ex his quæ au/
dis loquentē.Verus eſt inquit ſermo quē audiui in terra mea de ſermonibus tuis:&
de prudentia tua:& nō credidi his qui dicebant mihi:donec ueni:& uiderunt oculi
mei:& nunc nō eſt nec dimidia quidē pars ſm ea quæ annūciabantur mihi: Appo/
ſuiſti bona ſuper omnia quæ audiui in terra mea.Beatæ mulieres tuæ:& beati pueri
tui qui aſſiſtunt tibi:qui audiunt omnē prudentiā tuā. Intellige conuiuiū ueri Salo
monis:& quæ apponūtur in eo cōuiuio intellige ſapienter:& conſidera in qua terra
cōgregatio nationū audierit famam ſapientiæ ueræ atq; iuſticiæ:& quibus eū uide/
2.Cori.4. rit oculis:cōtemplantibus utiq; quæ nō uidentur. Quoniam quæ uidentur tēpora/
lia ſunt:quæ aūt non uidentur æterna. Quæ ſunt beatæ mulieres: niſi ille de quibus
dicitur:Quia multæ uerbū dei audiunt & pariunt? Et alibi: Quicūq; enim uerbum
Matth.12. dei fecerit:ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Qui etiam pueri tui beati qui aſſi/
ſtunt:niſi Paulus qui dicebat: Vſq; in hunc diē ſto ꝓteſtans minori ac maiori.Et Sy/
meon qui expectabat in templo ut uideret conſolationē iſrael? Quomō ergo dimit
ti poſceret:niſi quia aſſiſtens domino:diſcedendi habere facultatē non poterat: niſi
uoluntatē domini adeptus eſſet? Exempli cauſa ꝓpoſitus nobis Salomon eſt:a quo
certatim ut audiretur eius ſapientia poſtulabatur.

Q2 a probis uiris conſiliū ſit requirendū:Exemplā de patribus.Ca.XI.

Oſeph quoq; nec in carcere feriat⁹ erat:quo minus de rebus incertis cōſule
i ret.Cui⁹ cōſiliū ægypto uniuerſæ ꝓfuit:ut nō ſentiret ſeptē annorū ſterilita
tē:alioſq; populos miſeræ famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regaliū
cōſultorum arbiter factus:cōſilijs ſuis emēdauit præſentia:annūciauit futura.Ex his
eñ quæ frequenter interpretatus oſtenderat ueri ſe eſſe annunciū:fides ei in omni/
bus deferebatur.Sed etiā tertius locus de his qui admiratione digni æſtimarentur:
Ioſeph:Salomonis & Danielis exemplo decurſus uidetur.Nam quid de Moyſe lo/
quar:cui⁹ omnis iſrael quotidie cōſilia præſtolabatur:quoꝝ uita fidem faciebat pru
dentiæ:admirationēq; eius augebat? Quis ſe nō cōmitteret conſilio Moyſi:cui ſeni/
ores ſiqua ſupra ſuum intellectū & uirtutē eſſe arbitrarentur dijudicanda ſeruabāt?
Ezech.28. Quis Danielis conſilium refugeret:de quo ipſe deus dixit: Quis Daniele ſapienti/
or? Aut quomodo dubitare homines de eorum mētibus poſſent:quibus deus tan/
tam conferebat gratiā? Moyſi conſilio bella conficiebātur:Moyſi meritis de cælo af
fluebat alimonia:potus e petra.Q5 purus Danielis anim⁹:ut mulceret barbaros mo
res:mitigaret leones? Quæ in illo temperātia? quāta animi & corporis cōtinentia?
Nec immerito mirabilis factus omnibus:quādo quod uehementer admirantur ho/
mines:regalibus fultus amicitijs:aurum nō quærebat:nec delatum ſibi honorē plu/
ris faciebat q̄ fidem.Quinetiā periclitari malebat ꝓ lege domini:q̄ ꝓ gratia hominis



inflecti.Nam de ſancti Ioſeph quē pene prætererā caſtimonia & iuſticia quid dicā:
quarū altera illecebras heriles reſpuit:refutauit præmia:altera mortē contempſit:
metum reppulit:carcerē præoptauit? Quis hūc priuatæ cauſæ ad cōſulendū ido/
neum nō iudicaret:cuius ferax animus & mens fertilis:temporis ſterilitatem quo/
dam conſiliorum & cordis ubere fæcundauit?

Improbos homines licet prudentes uideantur fugiendos.Ca.XII.

Ducrtimus igitur:ꝙ in acquirendis conſilijs plurimū adiungat uitæ ꝓbi/
a tas:uirtutū prærogatiua:beniuolentiæ uſus:frugalitatis gratia. Quis eñ
in cœno fontē requirat? Quis e turbida aqua potū petat? Itaq; ubi luxu/
ria eſt:ubi intēperantia:ubi uitiorum cōfuſio:quis inde ſibi aliquid hauri/
endum exiſtimet? Quis nō deſpiciat morū colluuionem? Quis utilem cauſæ alie/
næ iudicet:quē uidet inutilem uitæ ſuæ? Quis iterum improbū:maliuolum:contu
meliosum:non fugiat: & ad nocendum paratū? Quis non cum omni ſtudio decli/
net? Quis uero(q̄uis inſtructū ad conſilij opem:difficilem tamē acceſſu) ambiat:in
quo ſit illud:tanq̄ ſi quis aquæ fontē præcludat? Quid eñ ꝓdeſt habere ſapientiā:
ſi conſilium neges? Si cōſulendi intercludaſ copiam:clauſiſti fontē:ut nec alijs influ
at:nec tibi ꝓſit.Pulchre autē & de illo conuenit: qui habens prudentiā:commacu/
lat eam uitiorum ſordibus:eo ꝙ aquæ exitum cōtaminet. Degeneres animos uita
arguit.Quomodo eñ eum potes iudicare cōſilio ſuperiorē: quem uideas inferio/
rem moribus? Supra me debet eſſe:cui me cōmittere paro. An uero idoneū eum
putabo:qui mihi det conſiliū: qđ non dat ſibi: & mihi eum uacare credā: qui ſibi nō
uacet:cuius animū uoluptates occupent:libido deuinciat: auaricia ſubiuget: cupi/
ditas perturbet:quatiat metus? Quomodo hic cōſilij locus: ubi nullus quieti? Ad/
mirandus mihi & ſuſpiciendus cōſiliarius:quem ꝓpitius dominus patribus dedit:
offenſus abſtulit.Huius imitator debet eſſe:qui poteſt conſiliū dare: & alienā a ui/
tijs cuſtodire prudentiā:quia nihil inquinatū in illā incurrit.

Sapientiā uitioſos homines ſibi uendicare non debere: quippe quæ nullum cō/
ſortium cū uitijs poteſt habere.Ca.XIII.

Vis igitur tanq̄ uultu ſpeciē præferat pulchritudinis: & beluinis poſteri/
q oribus ac ferinis unguibus formæ ſuperiorіſ dehoneſtet gratiam:cū tam
admirabilis & præclara forma uirtutū ſit:& ſpecialiter pulchritudo ſapi/
entiæ:ſicut ſeries ſcripturæ indicat? Eſt eñ hæc ſpecioſior ſole:& ſup om
nem ſtellarum diſpoſitionē:luci cōparata inuenitur prior.Lucē etenim hanc ſuſci/
pit nox:ſapientiā autē nō uincit malicia. Diximus de eius pulchritudine:& ſcrip/
turæ teſtimonio cōprobauimus:ſupereſt ut doceamus ſcripturæ auctoritate nullū
ei contuberniū cū uitijs eſſe:ſed indiuiduā cum cæteris uirtutibus cōiunctionē:cu/
ius ſpirit⁹ eſt diſertus:ſine inquinamēto:certus:ſanctus:amans bonū:acutus: qui ni
hil uetet benefacere:benignus:ſtabilis:certus:ſecurus: omnē habens uirtutē: om/
nia ꝓſpiciens.Et infra:Sobrietatē eñ docet & iuſticiā & uirtutē.

Q2 prudētia oibus uirtutibus ſit aſſocia:maxime in cupiditate calcāda.Ca.XIIII.

Mnia igitur operatur prudētia:cū omnibus bonis habet conſortiū.Nam
o quomodo poteſt utile conſiliū dare:niſi habeat iuſticiā:ut induat conſtā/
tiā:mortē nō reformidet:nullo terrore:nullo reuocetur metu:nulla adu/
latione a uero deflectendū putet:exiliū non refugiat:quæ nouerit ſapiē/
ti patriam mundū eſſe:egeſtatē nō timeat:quæ nihil deeſſe ſapienti ſciat: cui totus
mundus diuitiarū eſt? Quid eñ præcellſius illo uiro:qui auro moueri neſciat:contē
ptum habeat pecuniarū:& uelut ex arce quadam deſpiciat hominū cupiditates?
Qđ qui fecerit:hunc homines ſupra hominē eſſe arbitrātur. Quis eſt inquit:& lau Eccl.31.
dabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita ſua. Quomodo eñ non admirādus:qui
diuitias ſpernit:quas plæriq; ſaluti ꝓpriæ prætulerunt? Decet igitur omnes cenſu/
ra frugalitatis:cōtinentiæ auctoritas:& maxime cum qui honore præſtet: ne præ/

minentē uirum theſauri poſſideant ſui: & pecunijs ſeruiat: qui præeſt liberis. Illud
magis decet: ut ſupra theſaurũ ſit animo: & infra amicũ obſequio. Humilitas enim
gratiã auget. Hæc plena laudis & digna primario uiro: nõ cõmunē cum tyrijs ne-
gociatoribus & galathis mercatoribꝰ habere turpis lucri cupidinem: nec omne bo
num locare in pecunia: & tanq̃ mercennario munere quotidianos numerare quæ-
ſtus calculari compendio.

De liberalitate: quæ non ſolum facultatũ diſperſione: ſed & beniuolentia cõſtat
& conſilio. Ca. XV.

Vod ſi ab his ſobriũ gerere animũ: laudabile eſt: quãto illud præſtantius
q ſi dilectionē multitudinis liberalitate acquiraſ: neq; ſuperflua circa impor
tunos: neque reſtricta circa indigẽtes? Plurima aũt genera liberalitatis
ſunt: nõ ſolum quotidiano ſumptu egentibꝰ (quo uitã ſuam ſuſtinere poſ
ſint diſponere ac diſpēſare alimoniã) uerũ etiam his qui publice egere uerecũdan-
tur conſulere ac ſubuenire: quatenus cõmunis egenorum alimonia nõ exhauriat.
De eo em̃ loquor q̃ præeſt alicui muneri: ut ſi officiũ ſacerdotis gerat: aut diſpēſato
ris: ut de his ſuggerat epiſcopo: nec reprimat ſi quē poſitũ in neceſſitate aliqua co-
gnouerit: aut deiectum opibus ad inopiæ neceſſitatē redactum: maxime ſi nõ effu-
ſione adoleſcentiæ: ſed direptione alicuius & amiſſione patrimonij in eam recide-
rit iniuriam: ut ſumptũ exercere diurnũ non queat. Summa etiã liberalitas: capti-
uos redimere: eripere ex hoſtiũ manibus: ſubtrahere neci homines: & maxime fœ
minas turpitudini: reddere parentibus liberos: parētes liberis: ciues patriæ reſtitu
ere. Nota ſunt hæc nimis illyrici uaſtitate & thraciæ: quãti ubiq; ueniales erãt toto
captiui orbe: quos ſi reuoces unius ꝓuinciæ numerũ explere nõ poſſint. Fuerũt ta
men qui etiã quos eccleſiæ redemerũt in ſeruitutē reuocare uellēt: ipſa grauiores
captiuitate: qui inuiderent alienã miſericordiam. Ipſi ſi in captiuitatē ueniſſent ſer-
uirent liberi: ſi uenditi fuiſſent ſeruitutis miniſteriũ non recuſarent: & uolunt alie-
nam libertatē reſcindere: qui ſuam ſeruitutē nõ poſſent reſcindere: niſi forte preci-
um recipere emptori placeret: in quo tamē nõ reſcinditur ſeruitus: ſed redimitur.
Præcipua eſt igitur liberalitas: redimere captiuos: & maxime ab hoſte barbaro q̃
nihil deferat humanitatiſ ad miſericordiã: niſi ꝙ auaricia reſeruauerit: ad redempti
onem æs alienũ ſubire: ſi debitor ſoluendo non ſit: atq; artetur ad ſolutionē quæ ſit
in re debita: & inopia deſtituta: enutrire paruulos: pupillos tueri. Sunt etiã qui uir-
gines orbatas parētibus tuēdæ pudicitiæ gratia conubio locent: nec ſolum ſtudio
ſed etiã ſumptu adiuuent. Eſt etiam genꝰ illud liberalitatis qđ Apoſtolus docet: ut
1. Timoth. 5. ſi quis fidelis habet uiduas ſubminiſtret illis: ut earum alimonijs eccleſia nõ graue-
tur: ut his quæ ueræ uiduæ ſunt ſufficiat. Vtilis igitur huiuſmodi liberalitas: ſed nõ
cõmunis omnibus. Sunt em̃ plærique etiã uiri boni: qui tenues ſunt cenſu: conten-
ti quidē exiguo ad ſui uſum: ſed nõ idonei ad ſubſidium leuandæ paupertatis alie-
næ: Tamē ſuppetit aliud beneficentiæ genꝰ: quo iuuare poſſint inferiorē. Eſt enim
duplex liberalitaſ: una quæ ſubſidio rei adiuuat: id eſt: uſu pecuniæ: altera quæ ope
rum collatione impēditur: multo frequēter ſplendidior: multoq; clarior. Quanto
illuſtrius Abraam captam armis uictricibuſ recepit nepotem: q̃ ſi redemiſſet? Quã-
to utilius regem pharaonem ſanctus Ioſeph conſilio prouidentiæ iuuit: q̃ ſi contu-
liſſet pecuniam? Pecunia enim unius ciuitatis nõ redemit ubertatem: ꝓſpicientia
totius ægypti per quinquenniũ famem reppulit. Facile autem pecunia conſumi-
tur: conſilia exhauriri neſciunt. Hæc uſu augentur: pecunia minuitur: & cito defi-
cit atque ipſam deſtituit benignitatem: ut quo pluribus largiri uolueris: eo paucio-
res adiuues: & ſæpe tibi deſit quod alijs conferendum putaueris. Conſilij autem
operiſque collatio: quo in plures diffunditur: eo redundantior manet: & in ſuũ fon
tem recurrit. In ſe enim refluit ubertas prudētiæ: & quo pluribus fluxerit: eo exer-
citius fit omne quod remanet.



De ſobrietate: que & tēperantia: in liberalitate ſeruanda: Exemplũ de Ioſeph &
eius prudentiſſimo per interpretationē ſomnij cõſilio. Ca. XVI.

Iquet igitur debere eſſe liberalitatis modũ: ne fiat inutilis largitas: cuiꝰ ſo-
l brietas tenenda eſt: maxime ſacerdotibꝰ: ut non ꝓ iactantia ſed ꝓ iuſticia
diſpenſent. Nuſquã em̃ maior auiditas petitionis: Veniunt ualidi: ueniũt
nullam cauſam niſi uagandi habētes: & uolunt ſubſidia uacuare paupe-
rum: exinanire ſumptũ: nec exiguo cõtenti maiora quærunt: ambitu ueſtiũ captan
tes petitionis ſuffragium: & nataliũ ſimulatione licitantes incrementa queſtuũ. His
ſi quis facile deferat fidem: cito exinanit pauperũ alimonijs ꝓfutura cõpendia. Mo
dus aſſit largiendi: ut nec illi inanes recedãt: neq; tranſcribat uita pauperũ in ſpolia
fraudulētorũ. Ea ergo mēſura ſit: ut neq; hũanitas deſerat: nec deſtituat neceſſitas.
Plæriq; ſimulãt debita ſe tueri: & tñ exutos: ſit ueri examen. Exutos ſe ꝑ latrocinia
deplorãt: ut iniuria fidē faciat: aut agnitio ꝑſonæ: quo ꝓpenſiꝰ iuuet. Ab eccleſia re-
ligatis ſumptuſ impartiēdus: ſi deſit eis alendi copia. Itaq; qui modũ ſeruat: auarus
nulli: ſed largus omnibus eſt. Non em̃ ſolas aures præbere debemus audiēdis pre-
cantium uocibus: ſed etiã oculos conſiderandis neceſſitatibus. Plus clamat opera-
tori bono debilitas: q̃ uox pauperis. Neq; uero fieri poteſt: ut non extorqueat am-
plius importunitas uociferantiũ: ſed nõ ſemper impudētiæ locus ſit. Videndus eſt
ille: qui te nõ uidet: requirendus eſt ille qui erubeſcit uideri. Ille etiã clauſus in car-
cere occurrat tibi: ille affectꝰ ægritudine mētē tuam perſonet qui aures nõ poteſt.
Quo plus te operari uiderit populus: magis diliget. Scio plæroſq; ſacerdotes: quo
plus contulerunt plus abundaſſe: quoniã quicunq; bonum operariũ uidet ipſi con-
fert: qđ ille ſuo officio diſpenſet: ſecurus ꝙ ad pauperē ſua perueniat miſericordia.
Nemo em̃ uult niſi pauperi ꝓficere ſuam collationē. Nam ſi quē aut immoderatũ
aut nimis tenacem diſpenſatorem uiderit: utrũq; deſpiciet: ſi aut ſuperfluis eroga-
tionibus diſſipet alieni fructus laboris: aut recondat ſacculis. Sicut igitur modus li-
beralitatis tenendus eſt: ita etiam calcar plærũq; æ adhibendum uidetur. Modus
ideo: ut quod benefacis id quotidie facere poſſis: ne ſubtrahas neceſſitati quod in-
dulſeris effuſioni. Calcar propterea: quia meliꝰ operatur pecunia in pauperis cibo
q̃ in diuitis ſacculo. Caue ne intra loculos tuos includas ſalutem inopum: & tanquã
in tumulis ſepelias uitam pauperum. Potuit donare Ioſeph totas opes ægypti: &
effundere theſauros regis: noluit tamen de alieno effuſus uideri: maluit frumenta
uendere: q̃ donare eſurietibus: quia ſi paucis donaſſet pluribus defuiſſet. Eam libe-
ralitatē probauit: quæ abũdaret omnibꝰ. Patefecit borrea ut omnes emerēt ſubſi-
dium frumentariũ: ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerent: quoniã qui
alieno utitur ſuũ negligit. Itaq; primũ omniũ coaceruauit pecunias: deinde inſtru-
menta cætera: ad poſtremum iura terrarũ regi acquiſiuit: non ut omnes exueret
ſuo: ſed fulciret: publicum tributũ conſtitueret: quo ſua tutius habere poſſent. Qđ
ita fuit gratum omnibus quibus terras ademerat: ut non uenditionem ſui iuris: ſed
redemptionem ſalutis putarent. Deniq; dixerunt: Sanaſti nos: inuenimus gratiam Gen. 47.
in conſpectu domini noſtri. Nam & de proprietate nihil amiſerant: qui ius recepe-
rant: & de utilitate nihil perdiderant: qui acquiſierant perpetuitatē. O uirum mag-
num qui nõ largitatis ſuperfluæ temporalem captauit gloriam: ſed perpetuã com-
moditatem conſtituit ꝓuidentiæ. Fecit enim ut tributis populi ſe iuuarēt ſuis: nec
in tempore neceſſitatis aliena ſubſidia deſiderarent. Melius enim fuit conferre ali-
quid de fructibus: q̃ totum de iure amittere. Quintam portionem collationis ſta-
tuit: & in prouidendo perſpicatior: & in tributo liberalior. Denique nunquam
poſtea ægyptus huiuſmodi famē pertulit. Q; præclare autem collegit futura: Pri- Gen. 41.
mum q̃ argute regalis interpres ſomnij ueritatem expreſſit. Somnium regis pri-
mum hoc fuit. Septem iuuencæ aſcendebant de flumine uiſu decore: & pingues
corpore: & ad oram paſcebantur fluminis. Aliæ quoque uitulæ uiſu deformes ac

ieiunæ corpore: poſt illas iuuencas aſcendebant de flumine: & iuxta eas in ipſo ri-
parum choro paſcebantur: & uiſæ ſunt hæ uitulæ tenues atq; exiles deuorare illas
quæ præſtabant & forma & gratia. Et ſomniū ſecundū hoc fuit: Septē ſpicæ pin
gues: electæ & bonæ de terra ſurgebant: & poſt eas ſeptē ſpicæ exiles & uento cor-
ruptæ ac marcidæ ſe ſubijcere moliebantur: & uiſum eſt ꝙ lætas & uberes ſpicas:
ſteriles ſpicæ & tenues deuorauerūt. Hoc ſomniū ita aperuit ſanctus Ioſeph: eo ꝙ
ſeptem iuuencæ ſeptē anni forent: & ſeptem ſpicæ ſimiliter ſeptem anni forent: ex
fœtu & fructu interpretatꝰ tempora. Fœtus em̄ iuuencæ annū exprimit: & fructus
ſegetis annū conſumat integrum. Quæ ideo aſcendebant de flumine: ꝙ dies anni
ac tempora: fluminis prætereunt modo & curſim labūtur. Annos itaq; ſeptē pri-
ores: uberes terræ fertiles ac fæcundos declarat futuros. Poſteriores autē alios ſep
tem annos ſteriles atq; infæcundos: quorū ſterilitas abſumptura foret ubertatē ſu-
periorū. Qua gratia ꝓſpiciendū admonuit: ut uberioribus annis congregaretur
ſubſidiū frumentariū: quod ſuſtentare poſſet inopiam futuræ infæcūditatis. Quid
primū mirer? Ingenium quo in ipſum ueritatis deſcendit cubile: an cōſiliū quo tam
graui atque diuturnæ ꝓſpexit neceſſitati: an uigilantiam atq; iuſticiā: quarum alte-
ra impoſito ſibi tanto munere cōgregauit tam multiplices cōmeatus: altera æqua-
litatem per omnes ſeruauit? Nā de magnanimitate quid loquar: ꝙ uenditus a fra-
tribus in ſeruitutē nō retulit iniuriam: ſed famē depulit? Quid de ſuauitate qua di-
lecti fratris præſentiā pia fraude quæſiuit: quē ſimulato per elegantiam furto reum
ſtatuit rapinæ: ut obſidem teneret gratiæ? Vnde merito ei a patre dicitur: Filiꝰ am-
Gen.49. pliatus meus Ioſeph: filius meus ampliatus: çelotes filius meꝰ: filius meus adoleſcē-
tior. Adiuuet te deus meus: & benedicat te benedictione cæli a ſummo: benedicti
one terræ habentis oīa ꝓpter benedictiones patris tui & matris tuæ. Præualuit ſup
benedictiones montiū manētium & deſideria collium æternorum. Et in Deutero-
Deut.33. nomio: Qui uiſus eſt inquit in rubo: ueniat ſuper caput Ioſeph: & ſuper uerticē ip-
ſius: honorificus inter fratres ſuos primitiuꝰ: tauri decus eius: cornua unicornis cor
nua ipſius. In ipīs gentes uentilabit ſimul uſq; ad extremum terræ. Ipſi decem milia
effraim: & ipſi milia manaſſes.

Aequalis meriti uiro conſilium ſit requirendum: Introducuntur Paulus & Io-
ſeph. Ca. XVII.

Alis itaq; debet eſſe qui conſiliū alteri det: ut ſeipſum formā alijs præbe-
t at ad exemplū bonorum operū: in doctrina: in integritate: in grauitate:
ut ſit eius ſermo ſalubris atque irreprehēſibilis: conſiliū utile: uita hone-
1.Cor.7. ſta: ſententia decora. Talis erat Paulus: qui conſiliū dabat uirginibus: ma
giſteriū ſacerdotibus: ut primū ſeipſum præberet nobis formā ad imitādum. Ideo
& humiliari ſciebat: ſicut ſciuit & Ioſeph: qui ſummo ortus patriarcharū genere: nō
dedignatus degenerē ſeruitutē: exhibebat eā obſequijs: illuſtrabat uirtutibus. Sci
uit humiliari: qui & uenditores & emptorē paſſus eſt: & dominū appellabat eum.
Gen.39. Audi humiliantem ſe: Si dominꝰ meus præter me nihil ſcit in domo ſua: & omnia
quæcūq; habet dedit in manus meas: neq; ſubtractum eſt a me quicquā præter te:
quæ uxor illius es: quomodo faciā uerbum malū hoc: & peccabo coram dn̄o? Ple-
na uox humilitatis: plena caſtimoniæ. Humilitatis: quia deferebat domio honori-
ficentiam: quia referebat gratiam. Plena quoq; caſtimoniæ: quia turpi flagicio con-
taminari: graue peccatū putabat. Talis igitur debet eſſe cōſiliarius: qui nihil nebu-
loſum habeat: nihil fallax: nihil fabuloſum: nihil ſimulatū: quod uitā eius ac mores
refellat: nihil improbū ac maliuolū: quod auertat conſulentes. Alia ſunt em̄ quæ fu
giuntur: alia quæ contemnuntur. Fugimus ea quæ poſſunt nocere: quæ malicioſe
poſſunt innoxam ſerpere: ut ſi is qui conſulitur dubia ſit fide: & pecuniæ auidus: ut
poſſit precio mutari: ſi iniurioſus: hic fugitur ac declinatur. Qui uero uoluptarius:



intēperans: & ſi alienus a fraude: tamē auarus & cupidior lucri turpis: hic cōtemni-
tur. Quod em̄ ſpecimen induſtriæ: quē fructum laboris edere poteſt: q̄ recipere ani
mo curam ac ſollicitudinē: qui ſe torpori dederit atq; ignauiæ? Ideo boni uir conſilij
dicit: Ego autē didici: in quibus ſcio ſufficiens eſſe. Sciebat em̄ omnium malorū radi
cem eſſe auariciam: & ideo ſuo cōtentus erat: alienū non requirebat. Satis mihi in-
quit eſt quod habeo: ſiue parum ſiue plurimū habeam: mihi plurimū eſt. Expreſſius
aliquid dicendū uidetur. Signato uerbo uſus eſt. Sufficit mihi inquit in quo ſum: id
eſt: nec deeſt nec ſuperfluit. Nō deeſt: quia nihil quæro ampliꝰ. Nō ſuperfluit: quia
non ſolum mihi habeo: ſed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterū de omnibꝰ dici po-
teſt: quia ſufficiebant illi præſentia: hoc eſt: non honorē maiorem: nō obſequia ube-
riora deſiderabat: non gloriæ immodicæ cupidus: aut gratiā indebite quærebat: ſed
debiti finem certaminis: patiens laboris: ſecurus meriti præſtolabatur. Scio inquit
& humiliari. Non ergo indocta humilitas: ſed quæ habeat ſui modeſtiam & ſcientiā
laudatur. Eſt em̄ humilitas formidinis: eſt & imperitiæ atque ignorātiæ. Ideo & ſcri-
ptura ait: Et humiles ſpiritu ſaluabit. Præclare ergo dixit: Scio & hūiliari: id eſt: quo Ps.33.
in loco: qua moderatione: quo fine: in quo officio: in quo munere. Neſciuit phariſæ-
us humiliari: ideo deiectus eſt: ſciuit publicanus: ideo iuſtificatus eſt. Sciebat & abū
dare Paulus: qui animū habebat diuitem: & ſi theſaurum diuitis non habebat. Scie-
bat abundare: quia nō quærebat datum in pecunia: ſed requirebat fructū in gratia.
Poſſumus & ſic intelligere: quia ſciebat abundare: qui poterat dicere: Os noſtrū pa- 2.Cor.6.
tet ad uos o corinthij: cor noſtrū dilatatum eſt. In omnibus erat imbutus: & ſatura-
ri & eſurire. Beatus qui ſciebat ſaturari in chriſto. Non ergo illa corporalis ſed ſpiri-
talis eſt ſaturitas: quā operatur ſcientia. Et merito ſcientia opus eſt: quia nō in pane Deut.8.
ſolo uiuit homo: ſed in omni uerbo dei. Ergo qui ſic ſciebat ſaturari & ſic eſurire: ſcie
bat ut ſemper noua quæreret: eſurire: & ſitire dominū. Sciebat eſurire: qui ſciebat:
quia eſurientes manducabunt: ſciebat & poterat abundare: qui nihil habebat: & poſ
ſidebat omnia.

Q mali conſiliarij ſæpe fiant in ruinam: Introducitur Roboam conſilio iuuenum
deceptus. Ca. XVIII.

Gregie itaq; uiros alicui præſidentes muneri cōmendat iuſticia: Ecōtra in-
e iquitas deſtituit atq; impugnat. Exēplo nobis eſt ſcriptura quæ dicit: quia
cum populus iſrael poſt mortē Salomonis rogaſſet filiū eius Roboam: ut 3.Reg.12.
releuaret ceruices eorum a ſeruitute dura: & paterni imperij temperaret
auſteritatē: illum ſpreto ſenili conſilio de ſuggeſtione adoleſcentiū reſponſum de-
diſſe huiuſmodi: quia & onus adijceret ſuper patris iugū: & leuiora grauioribus ſup
plicijs mutaret. Quo reſponſo exaſperati populi reſponderūt: Nō eſt nobis portio
cum Dauid: neq; hæreditas in filijs Ieſſe. Reuertere unuſquiſq; in tabernacula tua iſ-
rael: quoniam hic homo neque in principem neq; in ducem erit nobis. Itaque deſer
tus a populo ac deſtitutus: uix duarum tribuum ꝓpter Dauid meritum habere po-
tuit ſocietatem.

Iuſticia & beniuolētia & affabilitate nō fucata plurimos poſſe conciliari. Ca. XIX

Laret ergo quoniā & æquitas imperia cōfirmet & iniuſticia diſſoluat. Nā
c quomō poteſt malicia regnum poſſidere: quæ ne unā quidem priuatā po
teſt regere familiā? Summa igitur benignitate opus eſt: ut nō ſolum publi
ca gubernacula ſed etiā priuata iura tueamur. Plurimū iuuat beniuolētia:
quæ omnes ſtudet beneficijs amplecti: deuincire officijs: oppignerare gratia. Affa-
bilitatē quoque ſermonis diximus ad cōciliandā gratiam ualere plurimū. Sed hanc
uolumus eſſe ſincæram ac ſobriā ſine ulla adulatione: ne ſimplicitatē ac puritatem
alloquij dedeceat ſermonis adulatio. Forma enim eſſe debemus cæteris: nō ſolum
in opere: ſed etiam in ſermone: in caſtitate: ac fide. Quales haberi uolumus: tales ſi-
mus: & qualem affectū habemus: talem aperiamus. Neq; dicamus in corde noſtro

uerbum iniquũ: quod abſcondi putemus ſiletio ab eo qui audit in occulto dicta: qui
occulta facit: & cognoſcit ſecreta uiſcerum: qui ſenſum uiſceribus infudit. Ergo tan-
quã ſub oculis conſtituti iudicis: quicquid gerimus: in luce poſitum putemus: ut om-
nibus manifeſtetur.

Ad cõmendatiões hominũ plurimũ ualere ſi ꝓbatis adhæreant: Exempla de pa-
tribus. Et diſpares etiam ætate: uitæ delectari ſimilitudine: Exemplũ ponitur de Pe-
tro & Iohanne. Ca. XX.

p

Lurimũ itaqꝫ ꝓdeſt unicuiqꝫ bonis iungi. Adoleſcẽtibus quoqꝫ utile: ut cla
ros & ſapientes uiros ſequantur: quoniã qui cõgredit̃ ſapiẽtibus: ſapiens
eſt: qui autem cohæret imprudentibꝰ agnoſcitur. Et ad inſtructionẽ itaqꝫ
bonis iungi plurimũ ꝓficit: & ad ꝓbitatis teſtimoniũ. Oſtendunt eñ ado-
leſcentes eorũ ſe imitatores eſſe: quibus adhæſerint: & ea conualeſcit opinio: ꝙ ab
his uiuendi acceperint ſimilitudinẽ: cum quibus cõuerſandi hauſerint cupiditatem.
Inde tantus Ieſus naue: ꝙ eum nõ ſolum erudiuit ad legis ſcientiã Moyſi copula: ue-
rumetiã ſanctificauit ad gratiam. Deniqꝫ cũ in eius tabernaculum diuina refulgeret
præſentia: & uideretur maieſtas domini: ſolus erat in tabernaculo Ieſus naue. Moy
ſes cũ deo loquebatur: Ieſus pariter nube ſacra tegebatur. Preſbyteri & populꝰ de-
orſum ſtabant: Ieſus cũ Moyſe ad accipiendã legem aſcẽdebat. Omnis populus in-
tra caſtra erat: Ieſus extra caſtra in tabernaculo teſtimonij. Cum columna nubis de
ſcenderet & loqueretur cũ Moyſe: quaſi fidus aſtabat miniſter. Nec exiebat de ta-
bernaculo iuuenis: cũ ſeniores longe poſiti diuina trepidarent miracula. Vbiqꝫ igit̃
inter admiranda opera & reuerenda ſecreta ſancto Moyſi indiuiduus adhærebat.
Vnde factũ eſt: ut qui fuerat ſociuſ cõuerſationis: fieret ſucceſſor poteſtatis. Merito
uir huiuſmodi euaſit: ut ſiſteret fluminũ curſus: diceret: Stet ſol: & ſtaret ſol quaſi eiꝰ
ſpectator uictoriæ noctem differet: diẽ ꝓduceret. Qđ quidẽ Moyſi negatũ eſt: ſolus
eligeretur: ut populũ introduceret in terram repromiſſionis. Magnus uir fidei mi-
raculis: magnus triumphis. Illius auguſtiora opera: huiꝰ ꝓſperiora. Vterqꝫ igitur di-
uina ſubnixus gratia: ultra humanã proceſſit conditionẽ. Ille mari: hic cælo impera-
uit. Pulchra itaqꝫ copula ſeniorũ atque adoleſcentiũ. Alij teſtimonio: alij ſolatio ſũt:
alij magiſterio: alij delectationi. Omitto ꝙ Abrææ adhæſit Loth adoleſcentulus eti-
am ꝓficiſcenti: ne forte hoc ꝓpinquitatis magis fuiſſe exiſtimetur: & neceſſariæ po
tius q̃ uoluntariæ adiunctionis. Quid de Helia atqꝫ Heliſæo loquamur? Licet nõ ex-
preſſe Heliſæum iuuenẽ ſcriptura ſignificauerit: aduertimus tamẽ & colligimus iu-
uniorẽ fuiſſe. In actibꝰ apoſtolorũ Barnabas Marcum aſſumpſit: Paulus Silan: Pau-
lus Timothæum: Paulus Titũ. Sed illis ſuperioribus uidemus diuiſa officia: ut ſeni-
ores conſilio præualerent: iuueniores miniſterio. Plærũqꝫ etiam uirtutibꝰ pares: diſ-
pares ætatibus: ſui delectantur copula: ſicut delectabant̃ Petrus & Iohannes. Nam
adoleſcentẽ legimus in euãgelio Iohannẽ & ſua uoce: licet meritis & ſapientia nulli
Sap. 4. fuerit ſeniorũ ſecundus. Erat eñ in eo ſenectus uenerabilis morũ: & cana prudẽtia.
Vita eñ immaculata: bonæ ſenectutis ſtipendiũ eſt.

De laude miſerationis & hoſpitalitatis: & malo prodigalitatis & inanis fauoris: &
hoc maxime in ſacerdotibus reprehẽditur: qui omnia ornate & ordinate agere de-
bent. Ca. XXI.

a

Diuuat quoqꝫ hoc ad ꝑfectum bonæ æſtimationis: ſi de potentis manibus
eripias inopem: de morte damnatũ eruas: quãtum ſine perturbatione fie
ri poteſt: ne uideamur iactantiæ magis cauſa facere: q̃ miſericordiæ: & gra
uiora inferre uulnera: dum leuioribus mederi deſideramus. Iam ſi oppreſ
ſum opibus potentis: & factione magis q̃ ſceleris ſui precio grauatum liberaueris:
egregiæ conualeſcit opinionis teſtimonium. Commendat plæroſque etiã hoſpitali-
tas. Eſt enim publica ſpecies humanitatiſ: ut peregrinus hoſpitio nõ egeat: ſuſcipiat̃
officioſe: pateat aduenięti ianua. Valde id decorum totius eſt orbis exiſtimatione:



peregrinos cum honore ſuſcipere: nõ deeſſe menſæ hoſpitalitatis gratiã: occurrere
officijs liberalitatis: explorare aduentus hoſpitum. Quod Abrææ laudi eſt datũ: qui
ante ianuam ſuã ſpeculabatur: ne forte præteriret peregrinus aliquis: & diligenter
prætẽdebat excubias ut occurreret: ut præueniret: ut rogaret: ne tranſiret hoſpes:
dicens: Domine ſi inueni gratiã ante te: ne prætereris puerũ tuum. Et ideo ꝓ hoſpi- Geñ. 18.
talitatis mercede: fructũ poſteritatis recepit. Loth quoqꝫ nepos eius: non ſolũ gene Geñ. 19.
re: ſed etiã uirtute ꝓximus: ꝓpter hoſpitalitatis affectum: ſodomitana a ſe ſuiſqꝫ ſup
plicia detorſit. Decet igitur hoſpitalẽ eſſe: benignũ: iuſtum: nõ alieni cupidũ: immo
de ſuo iure cædentẽ: potius aliqua ſi fuerit laceſſitus: q̃ aliena iura pulſantẽ: fugitan-
tem litium: abhorrentẽ a iurgijs: redimentẽ concordiã & tranquillitatis gratiam. Si-
quidẽ de ſuo iure uirum bonũ aliquid relaxare: non ſolũ liberalitatis: ſed plærũqꝫ eti
am cõmoditatis eſt. Primũ diſpendio litis carere nõ mediocre eſt lucrum. Deinde
accedit ad fructum quo auget̃ amicitia: ex qua oriũtur plurimæ cõmoditates: quæ
contẽnenti aliquo in tẽpore poſtea fructuoſæ erunt. In officijs autẽ hoſpitalibꝰ: om-
nibus quidẽ humanitaſ impartięda eſt: iuſtis autẽ uberior deferenda honorificẽtia.
Quicũqꝫ enim iuſtũ receperit in nomine iuſti: mercedẽ iuſti accipiet: ut dominus ꝓ Matth. 10.
nunciauit. Tanta autẽ eſt apud deũ hoſpitalitatis gratia: ut ne potus quidẽ aquæ fri
gidæ a præmijs remuneratiũis immunis ſit. Vides quia Abraam deũ recepit hoſpi-
tio dũ hoſpites quærit? Vides quia Loth angelos ſuſcepit? Vnde ſcis an & tu cum
ſuſcipis hoſpitem ſuſcipias chriſtũ? Licet in hoſpite ſit chriſtus: quia chriſtus in pau-
pere eſt: ſicut ipſe ait: In carcere eram: & ueniſtis ad me: nudus eram: & operuiſtis Matth. 25.
me. Suaue eſt igitur nõ pecuniæ: ſed gratiæ ſtudere. Verum hoc malũ iamdudum
humanis influxit mentibus: ut pecunia honori ſit: & animi hominũ diuitiarũ admi-
ratione capiantur. Inde ſe immerſit auaricia: ueluti quædam honorum ariditas offi-
ciorum: ut homines damnũ putent: quicquid præter morẽ impenditur. Sed etiam
in hoc aduerſus auariciam (ne quod afferre poſſit impedimentum) proſpexit ſcrip
tura uenerabilis: dicens: Quia melior eſt hoſpitalitas cum oleribus. Et infra: Melior Prouer. 15.
eſt panis in ſuauitate cum pace. Non enim ꝓdigos nos docet eſſe ſcriptura ſed libe-
rales. Largitatis eñ duo ſunt genera: Vnum liberalitatis: alterum prodigæ effuſio-
nis. Liberale eſt hoſpitio ſuſcipere: nudum ueſtire: redimere captiuos: non haben-
tes ſumptũ iuuare. Prodigũ eſt: ſũptuoſis effluere conuiuijs & uino plurimo. Vnde
legiſti: Prodigum eſt uinũ: & cõtumelioſa ebrietas. Prodigum eſt popularis fauoris Prouer. 20.
gratia exinanire ꝓprias opes. Qđ faciũt qui ludis circenſibus uel etiã theatralibꝰ &
muneribus gladiatorijs uel etiã uenationibꝰ patrimoniũ dilapidant ſuũ: ut uincãt ſu
periorũ celebritates: cũ totũ illud ſit inane qđ agũt: Qñquidẽ etiã bonorũ operum
ſumptibus immoderatũ eſſe nõ deceat. Pulchra liberalitas erga ipſos quoqꝫ paupe
res menſurã tenere: ut abundes pluribꝰ: nõ cõciliandi fauoris gratia ultra modũ flu-
ere. Quicqd ex affectu puro ac ſincero ꝓmitur: hoc eſt decorũ: nõ ſuperfluas ædifica-
tiones aggredi: nec prætermittere neceſſarias. Et maxime ſacerdoti hoc conuenit:
ornare dei templũ decore cõgruo: ut etiã hoc cultu aula dñi reſplendeat: impenſas
miſericordiæ cõueniętes frequętare: quantũ oporteat largiri peregrinis: nõ ſuperflua
ſed cõpetentia: nõ redũdantia ſed cõgrua humanitati: ne ſumptu pauperꝝ: alienã ſi-
bi quærat gratiã: ne reſtrictiorẽ erga clericos aut indulgẽtiorẽ ſe præbeat. Alterum
eñ inhumanũ: alterũ ꝓdigum: ſi aut ſũptus deſit neceſſitati coꝝ: quos a ſordidis ne
gociationis aucupijs retrahere debeas: aut uoluptati ſuperfluat.

De modo inter remiſſionẽ & ſeueritatẽ cõſeruando: & ꝙ ſimulata remiſſio graui-
ores aliquãdo cauſas adoriat̃: exemplũ de Abſalon. Ca. XXII.

q

Vinetiã uerborum ipſoꝝ & præceptoꝝ eſſe menſurã cõuenit: ne aut nimia
remiſſio uideat̃: aut nimia ſeueritas. Plæriqꝫ eñ remiſſiores malũt eſſe: ut ui-
deantur boni eſſe. Sed nihil ſimulatũ & fictũ ueræ uirtutis eſſe certũ eſt: qn-
etiã diuturnũ eſſe nõ ſolet. In principio uernat: in ꝓceſſu tanq̃ floſculus diſſipatur &
ſoluitur: qđ autẽ uerũ ac ſincerũ alta radice fundat̃. Et ut exẽplis aſſertiones noſtras

ꝓbemus(qm̄ quæ ſimulata ſunt diuturna eſſe nõ poſſũt:ſed tanq̄ ad tẽpus uirẽtia ci
to decidunt)ex ea familia ex qua nobis plurima ad uirtutis ꝓfectũ exẽpla arcerſiui
2.Reg.15. mus:unũ ſimulationis & fraudis ꝓferamꝰ teſtimoniũ.Abſalon erat Dauid regis filiꝰ
decore inſignis:egregius forma:præſtãs iuuentute:ita ut uir talis in iſrael nõ reperi
ret:a ueſtigio pedis uſq; ad uerticẽ immaculatꝰ.Is fecit ſibi currꝰ: & equos: & uiros
quinquaginta:qui præcurrerẽt ante eũ.Surgebat diluculo:& ſtabat ante portam in
uia:& ſi quẽ aduertiſſet regis iudicia quærentẽ:accedebat ad eũ dicens: Ex qua ciui
tate es tu? Reſpondit ille:Ex tribu una ſum de tribubꝰ iſrael ſeruus tuus.Referebat
Abſalon:Verba tua bona ſunt & directa:& qui te audiat nõ eſt tibi datꝰa rege.Quis
cõſtituet me iudicẽ?Et quiſq; ad me ueniet:cuicũq; fuerit iudiciũ neceſſariũ:iuſtifi
cabo illũ.Talibus delinibat ſingulos ſermonibꝰ.Et cũ accederẽt adorare eũ: exten
dens manꝰ ſuas:app̄bendebat atq; oſculabat eos.Sic cõuertit in ſe corda omniũ:dũ
blandiciæ hmõi intimoꝝ tangũt uiſcerũ ſenſum.Sed delicati iſti & ambitioſi:elege
runt honorabilia & grata ad tp̄s & iocũda.Vbi aũt parua ꝓceſſit dilatio:quã prudẽs
omniũ ꝓpheta pauliſper cedẽdo interponẽdã putauit:nõ potuerũt tolerare ac ſuſ
tinere.Deniq; non dubitans de uictoria Dauid: cõmendabat filiũ dimicaturis: ut ei
parcerent.Ideoq; nec prælio intereſſe maluit:ne uel referre arma parricidæ licet ui
deret:ſed tñ filio.Liquet igit ea eſſe ꝑpetua ac ſolida quæ uera ſunt: & quæ ſincere
potius q̄ dolo cõgregant.Ea uero quæ ſimulatione atq; aſſentatione parata ſunt:nõ
poſſe diu perſeuerare.

Q pecunia redempti nõ diu fidem cuſtodiãt:quia quos ſemel pecunia redeme
ris:ſemꝑ ſe remiſſione & adulatione putant redimẽdos.Ca.XXIII.

q Vis igitur uel illos qui pecunia ad obedientiã redimunt:uel eos qui aſſenta
tione inuitant:fidos ſibi arbitret? Nã & illi frequenter ſe uendere uolunt:&
iſti imperia dura ferre nõ poſſunt: Leui aſſentatiuncula facile capiunt:ſi per
ſtrinxeris uerbo:immurmurãt:deſerũt:infeſti abeunt:indignãtes relinquũt: impe
rare malunt q̄ obedire. Quaſi obnoxios beneficio: ſubiectos ſibi debere eſſe exiſti
mant:quos præpoſitos ſibi habere debeãt.Quis igit ſibi fideles putet:quos uel pe
cunia uel adulatione ſibi obligandos crediderit?Nã & ille qui pecuniã acceperit:ui
lem ſe & deſpectum indicat:niſi ſæpe redimat:Itaq; frequẽter expectat preciũ ſuũ:
& ille qui obſecratione ambitus uidet:uult ſemꝑ ſe rogari.

Bonis tantũ actibus ad honores nitendũ:maxime eccleſiaſticos:nec inferiores or
dines ſimulatis uirtutibus epõ derogare:nec itẽ epiſcopũ clero eſſe inuidum:ſed iu
ſtum in omnibus:maxime in iudicando.Ca.XXIIII.

e Rgo bonis actibus & ſincero ꝓpoſito nitendũ ad honorẽ arbitror: & maxi
me eccleſiaſticũ:ut neq; reſupina arrogantia: uel remiſſa negligẽtia ſit: neq;
turpis affectatio:& indecora ambitio.Ad omnia abũdat animi directa ſimpli
citas:ſatiſq; ſeipſa cõmendat.In ipſo uero munere:neq; ſeueritatẽ eſſe duram cõue
nit: nec nimiã remiſſionẽ: ne aut poteſtatẽ exercere: aut ſuſceptũ officium nequaq̄
implere uideamur. Enitendũ quoq; ut beneficijs atq; officijs obligemus plurimos:
& collatã reſeruemus gratiã:ne iure beneficij fiant immemores:qui ſe grauiter læ
ſos dolent.Sæpe em̄ uſu uenit:ut quos gratia foueris uel aliquo ſuperiore cumula
ueris gradu: auertas ſi indigne aliquẽ eis præponendũ iudices. Sed & ſacerdotẽ be
neficijs ſuis uel iudicijs fauere cõuenit:ut æquitatẽ cuſtodiat:& preſbytero uel mini
ſtro deferre ut parẽti. Neq; eos q ſemel ꝓbati ſunt arrogantes eſſe oportet:ſed ma
gis tanq̄ memores gratiæ:humilitatẽ tenere:neq; offendi ſacerdotẽ:ſi aut preſbyter
aut miniſter:aut quiſq̄ de clero:aut miſericordia:aut ieiunio:aut integritate: aut do
ctrina:aut lectione exiſtimationem accumulet ſuã.Gratia em̄ eccleſiæ: laus doctoris
eſt:bonũ opus alicuius prædicari:ita tamẽ ſi nullo ſtudio fiat iactantiæ.Laudent em̄
unũquẽq; ꝓximoꝝ labia:& nõ ſuũ os:& cõmendent opera non ſtudia ſua. Cæterũ
ſi quis nõ obediat epiſcopo:extollere atq; exaltare ſeſe deſiderãs:obumbrare meri
ta epiſcopi ſimulata affectatiõe doctrinæ:aut humilitatis:aut miſericordiæ: is a uero



deuius ſuperbit: Quoniã ueritatis ea eſt regula:ut nihil facias cõmendãdi tui cauſa:
quo minor alius fiat:neq; ſi quid boni habeas:id ad deformationẽ alteriꝰ & uitupe
rationẽ exerceas. Nõ defendas improbũ: & ſancta indigno cõmittẽda arbitreris:
neq; iterũ urgeas & impugnes:cuius crimẽ nõ deprehenderis.Nã cum in omnibus
iniuſticia cito offendat:tum maxime in eccleſia:ubi æquitatẽ eſſe oportet:ubi æqua
litatẽ habere decet:ut nihil ſibi potẽtior plus uindicet:nihil uſurpet ditior. Siue em̄
pauper ſiue diues in chriſto unum ſunt. Nihil ſanctior plus ſibi arroget.Ipſum enim
parem eſſe:eſt humiliorem eſſe.Sed nec perſonam alterius accipiamus in iudicio:
gratia abſit: cauſam merita decernant. Nihil ſic opinionem : immo fidem grauat:q̄
ſi in iudicando potẽtiori dones cauſam inferioris:uel pauperem innocentem argu
as:diuitẽ excuſes reum culpæ.Pronũ quippe eſt genus hominũ fauere honoratio
ribus:ne læſos ſe putent:ne uicti doleãt.Sed primũ ſi offenſam uereris:non recipias
iudiciũ: ſi ſacerdos es:aut ſi qſq̄ alius: nõ laceſſas. Licet tibi ſilere in negocio:dumta
xat pecuniario:q̄q̄ ſit cõſtantiæ adeſſe æquitati.In cauſa aũt dei: ubi cõmunionis pe
riculum eſt:etiã diſſimulare:peccatũ eſt non leue.

Fauores & beneficia plus pauperibus q̄ diuitibus eroganda:quia de eo qd diues
forte dedignatur:pauper maximam tibi habet gratiam:& ꝙ beneficia nõ ſola fiant
pecunia.Ca.XXV.

q Vid aũt tibi ꝓdeſt fauere diuiti? An quia citius amantẽ remuneret? His em̄
fauemus frequẽtius:a quibus referẽdæ uicem ſperamus gratiæ. Sed eo ma
gis infirmo & inopi nos ſtudere cõuenit:quia ꝓ eo qui nõ habet: remunera
tionẽ ſperamus a domino Ieſu:qui ſub ſpecie cõuiuij generalem uirtutis edidit for
mã:ut his potius noſtra cõferamus beneficia:qui nobis ea nõ poſſunt repræſentare:
dicens:ad cõuiuiũ atq; epulas nõ eos qui diuites ſunt:ſed q pauperes inuitãdos.Di
uites em̄ rogari uident:ut ipſi quoq; nobis reddant conuiuiũ.Pauperes(quia nõ ha
bent qd reſtituant)cũ acceperint:remuneratorẽ nobis faciũt dominũ:qui ſe ꝓ pau
pere obligandũ obtulit.Ad ipſum quoq; ſæculi uſum collatio beneficij facta in pau
peres magis q̄ in locupletes:plus iuuat:quia diues dedignat beneficiũ: & pudet eũ
debitorẽ eſſe gratiæ :Quinetiam id qd collatum ẽ ſibi:meritis ſuis arrogat:qd uelut
debitũ acceperit:uel ideo datũ ſit: eo ꝙ is qui dedit reddẽdum ſibi a diuite uberius
æſtimauerit. Ita in accipiendo beneficio eoipſo ꝙ acceperint diuites:dediſſe ſe ma
gis q̄ accepiſſe exiſtimant: Pauper uero & ſi nõ habet unde reddat pecuniã : refert
gratiã.In quo certũ eſt:ꝙ plus reddat q̄ acceperit.Pecunia em̄ nũmo ſoluitur:gratia
autẽ nunq̄ exinanitur.Reddendo uacuat pecunia:gratia autẽ & habendo ſoluitur:
& ſoluẽdo retinetur.Deinde qd diues refugit:pauper fatet:ꝙ ſit obligatꝰ debito:ſi
biq; ſubuẽtũ: nõ honori ſuo delatũ putat:donatos ſibi arbitratur filios: uitã redditã:
ſeruatã familiam.Quanto igitur meliꝰ:apud bonos q̄ apud ingratos locare benefici
um? Vnde dominꝰ ad diſcipulos ſuos ait: Nolite poſſidere aurũ: neq; argentũ:neq; Matth.10.
pecuniam:qua uelut falce:pullulantẽ in pectoribus humanis ſuccidit auariciã.Petrꝰ
quoq; claudo (qui ex utero matris ſuæ portabatur)ait:Argẽtũ & aurum nõ habeo: Act.3.
ſed qd habeo do tibi.In nomine Ieſu chriſti naçareni: ſurge & ambula.Itaq; pecuniã
nõ dedit:ſanitatẽ dedit. Quãto meliꝰ eſt ſalutẽ habere ſine pecunia: q̄ pecuniã ſine
ſalute. Surrexit claudus qd nõ ſperabat:pecuniã nõ accepit quã ſperabat. Sed hæc
uix in ſanctis domini reperiũtur:ut diuitiæ cõtemptui ſint.

De malo auariciæ:Exempla de Balaam:& Achan:& Dalila.Ca.XXVI.

c Aeterum ita incubuerũt mores hominũ admiratione diuitiarũ:ut nemo niſi
diues honore dignus putet.Neq; hic recens uſus: ſed iamdudũ :qd peiꝰ eſt:
inoleuit hoc uitiũ humanis mentibus. Siquidẽ cũ hierico magna ciuitas tu Joſue.6.et.7.
barum ſacerdotaliũ ſono corruiſſet:& Ieſus naue potiret uictoria: cognouit infirma
tam eſſe uirtutẽ populi per auariciã atq; auri cupiditatẽ.Nam cũ de ſpolijs urbis in
cenſæ:ſuſtuliſſet Achan ueſtẽ auream & ducenta argẽti didrachmata:& lineam au
ream:oblatus domino negare non potuit:ſed ꝓdidit furtũ.Vetus igitur & antiqua

auaricia eſt:quæ cũ ipſis diuinæ legis cœpit oraculis:immo ꝑpter ipſam reprimẽdã
lex dei data eſt.Propter auariciã Balac putauit Balaam præmijs poſſe tẽptari:ut ma
ledicerct populũ patrũ:& uiciſſet auaricia:niſi domin⁹ a maledicto eũ abſtinere uc/
tuiſſet.Et ꝑpter auariciã præcipitat⁹ Acham:in exitiũ deduxerat totã plæbẽ paren
tum.Itaq; Ieſus naue:qui potuit ſolẽ ſtatuere ne ꝓcederet:auariciã hominũ non po/
tuit ſiſtere ne ſerperet.Ad uocẽ eius ſol ſtetit:auaricia nõ ſtetit.Sole itaq; ſtante cõ/
fecit Ieſus triumphũ:auaricia autẽ ꝓcedẽte pene amiſit uictoriã. Quid fortiſſimũ
oim Samſon?Nõne Dalilæ mulieris ſuæ dilectæ auaricia decepit?Itaq; ille q rugiẽtẽ
leonẽ manibus diſcerpſit ſuis: q uinct⁹ & alienigenis tradit⁹: ſine ullo adiutore ſolus
diſſolutis uinculis:mille ex his pemit uiros: q funes intextis neruis uelut mollia ſpar
ti fila dirupit:is ſup genua mulieris inflexa ceruice truncat⁹ inuicti crinis ornatu præ
rogatiuam ſuæ uirtutis amiſit.Influxit pecunia in gremiũ mulieris:& a uiro diſceſſit
gratia.Feralis igitur auaricia:illecebroſa pecunia:quæ habenteſ cõtaminat:nõ habẽ
tes nõ iuuat.Eſto tamẽ ut aliquando adiuuet pecunia:inferiorẽ tamẽ & ipſum deſi/
rantem.Quid ad eum:qui nõ deſiderat:qui nõ requirit: qui auxilio eius nõ indiget:
ſtudio nõ flectitur?Quid ut alijs ſit ille copioſior qui habet?Nũquid idcirco honeſti
or quia habet quo honeſtas plærũq; amittitur: quia habet quod cuſtodiat: magis q̃
qđ poſſideat?Illud em̃ poſſidemus quo utimur: Quod autẽ ultra uſum eſt: nõ utiq;
habet poſſeſſionis fructũ:ſed cuſtodiæ periculum.

De benignitate:& ꝙ excõmunicatio tardius ſit exerenda.Ca.XXVII.

D ſummã nouimus ꝙ pecuniæ cõtemptus iuſticiæ forma ſit:& ideo auariciã
a declinare debemus:& omni ſtudio intendere:ne quid faciamus unq̃ aduer/
ſus iuſticiã:ſed in omnibus geſtis & operibus cuſtodiam⁹ eam. Si uolumus
cõmendare nos deo:charitatẽ habeamus:unanimes ſim⁹:humilitatẽ ſequamur: al/
terutrũ exiſtimantes ſuperiorẽ ſibi.Hæc eſt em̃ humilitas:ſi nihil ſibi qs arroget:ſed
inferiorem ſe eſſe exiſtimet.Epiſcopus ut mẽbris ſuis utaꝛ clericis:& maxime mini/
ſtris qui ſunt uere filij:quẽ cuiq; uiderit aptũ muneri ei deputet. Cum dolore ampu
tatur etiã quæ putruit pars corporis:& diu tractatur ſi poteſt ſanari medicamẽtis:&
ſi nõ poteſt:tũc a medico bono abſcindiꝛ.Sic epiſcopi affectus boni eſt: ut optet ſa/
nare infirmos:ſerpẽtia auferre ulcera:adurere aliqua: nõ abſcindere: poſtremo qđ
ſanari nõ poteſt cum dolore abſcindere. Vnde pulcherrimũ illud præceptũ magis
eminet:ut cogitemus non quæ noſtra ſunt:ſed quæ aliorum. Hoc enim modo nihil
erit:quod uel irati noſtro indulgeamus affectui: uel fauẽtes noſtræ plus iuſto tribu/
amus aliquid uoluntati.

De bono cõpaſſionis:& ꝙ ſacris eccleſiarũ theſauris nõ ſit parcẽdũ tẽpore neceſ/
ſitatis:Exempli cauſa induciꝛ Laurẽtius:& ipſe Ambroſius.Ca.XXVIII.

Oc maximũ incentiuũ miſericordiæ:ut cõpatiamur alienis calamitatib⁹: ne/
b ceſſitates aliorũ quantũ poſſumus iuuemus:& plus interdũ q̃ poſſum⁹. Me/
lius eſt em̃ ꝓ miſericordia cauſas præſtare: uel inuidiã perpeti: q̃ prætẽdere
inclementiã:ut nos aliq̃n in inuidiã incidamus. Quia cõfregerimus uaſa myſtica:ut
captiuos redimeremus:qđ arrianis diſplicere potuerat: nec tã factũ diſpliceret q̃ ut
eſſet qđ in nobis reprehẽderẽt. Quis aũt eſt tã durus:immitis: ferre⁹:cui diſpliceat
ꝙ homo redimiꝛ a morte:fœmina ab impuritatib⁹ barbarorũ:quæ grauiores morte
ſunt:adoleſcẽtulæ:uel pueruli:uel infantes ab idoloꝝ cõtagijs:quibus mortis metu
inquinabanꝛ?Quã cauſam nos & ſi nõ ſine ratiõe aliqua geſſim⁹: tñ ita in populo ꝓ/
ſecuti ſumus:ut cõfiteremur:multoq; fuiſſe cõmodius aſtruerem⁹:ut animas dño q̃
aurum ſeruaremus.Qui em̃ ſine auro miſit apoſtolos:& eccleſias ſine auro cõgrega
uit.Aurum eccleſia habet:nõ ut ſeruet:ſed ut eroget:ut ſubueniat in neceſſitatibus.
Quid opus eſt cuſtodire qđ nihil adiuuat?An ignoramus quãtum auri atq; argen/
ti de tẽplo domini aſſyrij ſuſtulerint?Nõne melius cõflant ſacerdotes ꝑpter alimo/
niam pauperũ:ſi alia ſubſidia deſint:q̃ ſacrilegus cõtaminata aſportet hoſtis? Nõne
dicturus eſt dominus:Cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurũ:



ut miniſtraſſeſ alimoniã:Cur tot captiui deducti i cõmertio ſũt:nec redẽpti? Cur tot
ab hoſte occiſi ſũt? Meli⁹ fuerat:ut uaſa uiuẽtiũ ſeruares:q̃ metallorũ.His nõ poſſet
reſponſum referri.Quid em̃ diceres? Timui ne tẽplo dei ornatus deeſſet. Reſpon/
deret: Aurũ ſacramenta nõ quærũt:neq; auro placent:quæ auro nõ emunꝛ.Ornat⁹
ſacramentoꝝ:redemptio captiuoꝝ eſt.Et uere illa ſunt uaſa precioſa: quæ redimũt
animas a morte. Ille uerus eſt theſaurus dñi:qui operaꝛ qđ ſanguis ei⁹ operat⁹ eſt.
Tunc uas dominici ſanguiniſ agnoſciꝛ:cũ in utroq; uiderit redemptionẽ:ut calix ab
hoſte redimat:quos ſanguis a peccato redemit. Q̃ pulchrũ ut cũ agmina captiuoꝝ
ab eccleſia redimũtur:dicaꝛ:Hos chriſtus redemit:Ecce auꝝ qđ ꝓbari poteſt:Ecce
aurũ utile:Ecce aurũ chriſti:qđ a morte liberat:Ecce aurũ quo redimiꝛ pudicitia:ſer
uatur caſtitas.Hos ergo malui uobis liberos tradere:q̃ aurum reſeruare.Hic nume/
rus captiuorũ:hic ordo præſtantior eſt:q̃ ſpecies poculorũ.Huic muneri ꝓficere de
buit aurũ redemptoris:ut redimeret periclitãtes. Agnoſco infuſum auro ſanguinẽ
chriſti:nõ ſolũ irrutilaſſe:uerũetiã diuinæ operationis impreſſiſſe uirtutẽ redẽptio/
nis munere. Tale aurum ſanct⁹ martyr Laurẽtius dño reſeruauit: A quo cũ quære/
renꝛ theſauri eccleſiæ:ꝓmiſit ſe demonſtraturũ:Sequẽti die pauperes duxit.Inter/
rogatus ubi eſſent theſauri quos ꝓmiſerat:oſtẽdit pauperes dicens: Hi ſunt theſau
ri eccleſiæ.Et uere theſauri:in quib⁹ chriſt⁹ eſt:in quib⁹ chriſti fides eſt.Deniq; Apo
ſtolus ait:Habemus theſaurũ iſtũ in uaſis fictilibus.Quos meliores theſauros habet 2.Cor.4.
chriſtus:q̃ eos in quib⁹ ſe eſſe dixit? Sic em̃ ſcriptũ eſt:Eſuriui:& dediſtis mihi mãdu Matth.25.
care:ſitiui:& dediſtis mihi bibere:hoſpes eram:& collegiſtis me. Et infra: Qđ enim
uni horũ feciſtis:mihi feciſtis. Quos meliores Ieſus habet theſauros:q̃ eos in quibus
amat uideri.Hos theſauros demõſtrauit Laurenti⁹:& uicit: ꝙ eos nec pſecutor po/
tuit auferre.Itaq; Ioachim qui aurũ in obſidione ſeruabat:nec diſpenſabat alimoniæ
cõparandæ:& aurũ uidit diripi:& ſe in captiuitatẽ deduci.Laurẽtius q auꝝ eccleſiæ
maluit erogare pauperibus:q̃ pſecutori reſeruare:ꝓ ſingulari ſuæ interp̃tationis ui/
uacitate ſacram martyrij accepit coronã.Nũquid dictũ eſt ſancto Laurẽtio: Nõ de/
buiſti erogare theſauros eccleſiæ:uaſa ſacramentoꝝ uendere? In quos uſus uaſa ec/
cleſiæ ſint diſpartienda:uel qualiter: quibus ex cauſis: tantum opus eſt: ut quis fide
ſincæra & pſpicaci ꝓuidentia munus hoc impleat.Sane ſi in ſua aliquis deriuat emo
lumẽta:crimẽ eſt:Sin uero pauperib⁹ erogat: captiuũ redimit:miſericordia eſt.Ne/
mo em̃ poteſt dicere:cur pauper uiuit. Nemo põt queri:quia captiui redempti ſũt.
Nemo põt accuſare:qa templũ dei ædificatũ ẽ.Nemo põt indignari: quia humãdis
fideliũ reliquijs ſpacia laxata ſũt. Nemo põt dolere:quia in ſepulturis chriſtianorũ:
requies defunctorũ eſt.In his tribus generib⁹ uaſa eccleſiæ etiã initiata cõfringere:
cõflare:uendere licet.Opus eſt ut de eccleſia myſtici poculi forma nõ exeat: ne ad
uſus nefarios ſacri calicis miniſteriũ transferaꝛ.Ideo intra eccleſiã primũ quæſita ſũt
uaſa quæ initiata nõ eſſent:deinde cõminuta:poſtremo cõflata:p minutas erogati/
ones diſpenſata egentibus: captiuorũ quoq; precijs ꝓfecerunt . Q̃ ſi deſunt noua:
& quæ nequaquã initiata uideãtur:in huiuſmodi uſus quos ſupra diximus :arbitror
omnia pie poſſe conuerti.

Depoſita uiduaꝝ:imo omniũ fideliũ in eccleſia cũ ſui etiã periculo conſeruanda:
Exemplũ de Onia & Heliodoro:& ſeipſo:& Ticinẽſi epiſcopo.Ca.XXIX.

Llud ſane & diligẽter tuendũ eſt:ut depoſita uiduaꝝ intemerata maneãt:ſi/
i ne ulla ſeruẽtur offenſione:non ſolũ uiduarũ:ſed etiã omniũ.Fides em̃ exhi/
bẽda eſt omnib⁹:ſed maior eſt uiduarũ cauſa & pupillorũ. Deniq; hoc ſolo
uiduarũ nomine(ſicut in libris Machabæoꝝ legim⁹) cõmendatũ tẽplo omne ſerua/ 2.Mach.
tũ eſt.Nã cũ indiciũ factũ eſſet pecuniarũ:quas i tẽplo hieroſolymis maximas repe/
riri poſſe Symon nefarius Antiocho regi ꝓdidit:miſſus in hieruſalẽ Heliodorus ad
templũ uenit:& ſũmo ſacerdoti aperuit indicij inuidiã:& aduẽtus ſui cauſam. Tunc
ſacerdos depoſita eſſe dixit uiduarũ uictualia & pupillorum: quædã aũt hircani To
biæ uiri ſancti:eaq; demõſtrauit.Argenti talẽta quadringẽta erant:auri uero ducen

ta. Quæ cũ Heliodor⁹ creptũ ire uellet: & regis uẽdicare cõmodis: ſacerdotes ante
altare iactauerũt ſe: induti ſacerdotales ſtolas: & deũ uiuũ qui depoſitis legẽ dede-
rat: flentes inuocabant cuſtodem ſe præceptoꝝ præſtare ſuorũ. Vultus uero & co-
lor ſũmi ſacerdotis imutatus: declarabat dolorẽ animi: & mẽtis intẽtæ ſollicitudinẽ.
Flebãt oẽs: ꝙ in cõtemptũ locus uẽtur⁹ foret: ſi nec in dei tẽplo tuta fidei ſeruaret̃ cu
ſtodia: accinctæq; mulieres pectus: & clauſæ uirgines pulſabãt ianuas: ad muros alij
currebant: ꝑ feneſtras alij ꝓſpectabant: oẽs ad cælũ tendebãt man⁹: orantes: ut ſuis
dñs adeſſet legib⁹. Heliodorus aũt nec bis territ⁹: qđ intẽderat urgebat: & ſatellitib⁹
ſuis ærariũ ſepſerat: Tũ ſubito apparuit illi terribilis eques: armis præfulgẽs aureis:
equus aũt ei⁹ erat inſigni ornat⁹ opertorio. Alij quoq; duo iuuenes apparuerunt in
uirtute inclyta: decore grato: cũ ſplẽdore gloriæ: ſpecioſi amictu: q circũſteterũt eũ:
& utraq; ex parte flagellabant ſacrilegũ: ſine ulla intermiſſione cõtinuato uerbere.
Quid multa? Circũfuſus caligine in terrã cõcidit: & euidẽti diuinæ opatiõis indicio
exanimatus iacebat: nec ulla ſpes in eo reſidebat ſalutis. Oborta eſt læticia metuẽti-
bus: metus ſupbis: deiectiq; ex amicis Heliodori quidã rogabãt Oniã ut uitã poſce-
ret ei: qm̃ ſupremũ gerebat ſpiritũ. Rogante itaq; ſacerdote ſũmo: ijdẽ iuuenes iteꝝ
Heliodoro apparuerũt: iſdem amicti ueſtibus: & dixerunt ad eũ: Oniæ ſũmo ſacer-
doti gratias age: ꝓpter quẽ tibi uita eſt reddita: Tu aũt exptus flagella dei: uade &
nuncia tuis oĩbus: quantã cognoueris tẽpli religionẽ: & dei ptãtem. His dictis nõ cõ
paruerunt. Heliodor⁹ itaq; recepto ſpiritu: hoſtiã dño obtulit: Oniæ ſacerdoti grãs
egit: & cũ exercitu ad regẽ reuertit̃: dicens: Si quẽ habes hoſtẽ aut inſidiatorẽ rerũ
tuaꝝ: illuc eũ dirige: & flagellatũ recipies eũ. Seruãda ẽ igit̃ filij depoſitis fides: ad-
hibẽda diligẽtia. Egregie hinc ueſtrũ eniteſcit miniſteriũ: ſi ſuſcepta impſſio potẽtis
quã uel uidua uel orphani tolerare nõ q̃ant: eccleſiæ ſubſidio cohibeat̃: Si oſtẽdatis
plus apud uos mãdatũ dñi: q̃ diuitis ualere gratiã: Meminiſtis ipſi quotiẽs aduerſus
regales impetus ꝓ uiduarũ: imo omniũ depoſitis certamẽ ſubierim⁹. Cõmune hoc
uobiſcũ: mihi recens exẽplũ eccleſiæ Ticinẽſis ꝓferã: quæ uiduæ depoſitũ qđ ſuſce-
perat amittere periclitabat̃. Interpellãte em̃ eo qui ſibi illud imperiali reſcripto uẽ-
dicare cupiebat: clerici cõtendebãt auctoritatẽ. Honorati quoq; & interceſſores da-
ti: nõ poſſe præceptis imperialib⁹ obuiare ferebãt. Legebat̃ reſcripti forma directi-
or magiſter officioꝝ ſtatuta agẽs in rebus iminebat. Quid plura? Traditũ erat. Tñ
cõicato mecũ cõſilio: obſedit ſanctus epus ea cõclauia: ad quæ tranſlatũ illud depoſi
tũ uiduæ cognouerat. Qđ ubi nõ potuit auferri: receptũ ſub chirographo eſt. Po-
ſtea iterũ flagitabat̃ ex chirographo: Præceptũ imperator iterauerat: ut ipſe per ſe
metipſum nos cõueniret. Negatum eſt: et expoſita diuinæ legis auctoritate: & ſerie
lectionis: & Heliodori periculo: uix tandẽ rationẽ impator accepit. Poſt etiã tẽptata
fuerat obreptio: ſed præuenit ſanctus epiſcop⁹ ut redderet uiduæ qđ acceperat. Fi-
des interim ſalua eſt: oppreſſio nõ eſt formidini: quia iã res nõ fides periclitat̃.

Qui fugiendi: & qui ſint in bono çelandi. Ca. XXX.

Ilij fugite improbos: cauete inuidos. Inter improbũ & inuidum hoc intereſt.
Improbus ſuo delectat̃ bono: inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala: hic f
bona odit: ut ꝓpe tolerabilior ſit: qui ſibi uult bene: q̃ qui male omnibus. Filij
ante factũ cogitate: & cũ diutius cogitaueritis: tunc facite quod ꝓbatis. Laudabilis
mors cũ occaſio datur: rapiẽda eſt ilico. Dilata gloria fugit: nec facile cõprehendit̃.
Fidem diligite: qm̃ per fidẽ & deuotionẽ Ioſias magnũ ſibi ab uniuerſis amorẽ acqui
ſiuit: quoniã celebrauit paſcha domini: cũ eſſet annorũ decẽ & octo: quẽadmodum
nemo añ eũ. Zelo itaq; ut uicit ſupiores: ita & uos filij çelũ dei ſumite. Exqrat uos dei
çelus & deuoret: ut unuſquiſq; ueſtrum dicat: Exquiſiuit me çelus dom⁹ tuæ. Apl'us
Ps. 68. chriſti çelotes dict⁹ ẽ: Quid de Apl'o dico? Ipſe dñs ait: Zel⁹ dom⁹ tuæ comedit me.
Phil. 4. Sit ergo int̃ uos dei çelus: nõ iſte humanus quẽ inuidia generat: Sit inter uos pax:
quæ ſup omnẽ ſenſum eſt. Amate uos inuicẽ. Nihil charitate dulci⁹: nihil pace grati-
us. Et uoſipſi ſcitis: ꝙ præ cæteris uos ſemp dilexi & diligo: Quaſi uni⁹ patris filij: co-



aluiſtis in affectum germanitatis. Quæ bona ſunt tenete: & deus pacis & dilectionis
erit uobiſcũ in domino Ieſu: cui eſt honor: gloria: magnificẽtia: poteſtas: cum ſpiritu
ſancto in ſæcula ſæculorũ Amen.

Sancti Ambroſij epiſcopi Liber officiorũ ſecundus explicit.

Sequitur Annotatio capitulorum Libri tertij eiuſdem.


Qꝫ ſancti & in quiete maxima operent̃ & mira: oſtendit̃ ex Moyſe & Heliſæo. Ca. I.
Honeſtum & utile apud chriſtianos unũ eſſe: qui nõ cõmodantẽ temporalia ſequi-
mur ſed æterna. Ca. II.
De calũnia reprimenda: & beneficentia cunctis exhibenda: Exemplũ de harmonia
membrorũ: quæ ſingula ſingulis obſequuntur. Ca. III.
Alienis incõmodis noſtra lucra non quærenda. Ca. IIII.
Nihil a ſapientib⁹ niſi qđ honeſtũ ſit expetendũ: & honeſtati ſalutẽ quoq; poſtponẽ-
dam: in quo Dauid maxime cõmendatur & Iohannes. Ca. V.
Famis tempore ſubueniendũ: nec auaræ partis incubandũ: uel precia captanda: Ex
empla de Ioſeph: & diuite auaro in euangelio. Ca. VI.
Peregrinos tempore famis urbe nõ arcẽdos: qđ nõ ſolum inhoneſtum: ſed & inuti-
le ꝓpoſitis cõprobatur exemplis. Ca. VII.
Honeſtatem ſaluti quoq; prælatam a deo cõprobari: Exempla de Ioſue & Caleb: &
cæteris exploratoribus. Ca. VIII.
Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere: & omnes honeſtatem Dauid &
Nabuthe imitari debere. Ca. IX.
Vitia uirtutibus oblitterari: & perfidis etiã ac fraudulẽtis fidem oportere cuſtodiri:
qđ Ioſue gabaonitis intimat̃ exhibuiſſe. Ca. X.
Auaros & fraudulentos interdũ cupitis fraudari: ſemp autẽ apud deũ maliuolẽtiæ
reatu obnoxios teneri. Fabula de quodã Syracuſano: & paradigma de Doech idu
mæo: & Annania mentioſo. Ca. XI.
De malo temerarij iuramẽti: paradigma de Herode & Iepte: & ꝙ filia ei⁹ ſpõte ſua
die cõdicta reuerſa: fidẽ illoꝝ pcellat pythagoreoꝝ q ſe uadeſ inuicẽ dederũt. XII.
Quantum periculũ Iudith honeſtatis intuitu ſubierit. Ca. XIII.
Qꝫ ſemp honeſtatẽ ſequat̃ utilitas: qđ licet apud hoies aliter ſæpe cõtingere uideat̃:
apud deũ tñ ppetuo ita eſſe cõprobat̃. Ad exẽplũ ductis in mediũ Heliſæo: Iohã-
ne baptiſta: ducibus græcoꝝ & romanoꝝ: & Suſanna: Moyſe: Raguel: filijs iſrael:
qui iminente captiuitate ignẽ potius ſacrificij q̃ theſauros abſcondere uoluerunt:
Et de hiſ qui uxorẽ leuitæ ab habitatorib⁹ gabaa ſtupro enectã bello ſũt ulti: Lepro
ſis quoq; q nutu diuino fugato de obſidione ſamariæ ſyrioꝝ exercitu fugã eoꝝ po
tius in ciuitatẽ indicare: q̃ reptis incũbere decreuerunt. Ca. XIIII.
Laus honeſtatis: magnanimitate Heſter: & fide Ionathæ commendatur & Abime-
lech. Ca. XV.
De moderamine amicitiæ cõſeruandæ: clauditur uolumen. Ca. XVI.


Finis.

Sancti Ambroſij epiſcopi officiorũ Liber tertius incipit.

Qꝫ ſancti & in qete maxima operent̃ & mira: oſtendit̃ ex Moyſe & Heliſæo. Ca. I.

Auid ꝓpheta docuit nos: tanq̃ in ampla domo deambulare in corde
noſtro: & cõuerſari cũ eo tanq̃ cũ bono cõtubernali: ut ipſe ſibi dice-
d ret: & loqueret̃ ſecũ: ut eſt illud: Dixi: cuſtodiã uias meas. Salomon Ps. 38.
quoq; fili⁹ eius ait: Bibe aquã de tuis uaſis: & de puteorũ tuorũ fonti- Prouer. 5.
bus: hoc eſt: tuo cõſilio utere. Aqua em̃ alta: cõſiliũ in corde uiri. Ne-
mo inquit alienus particeps ſit tibi: fons aquæ tuæ ſit tibi ꝓpri⁹: & io-
cundare cũ uxore tua: quæ eſt tibi a iuuentute. Ceru⁹ amicitiæ: & pullus gratiarũ cõ
fabulentur tecum. Nõ ergo primus Scipio ſciuit ſolus nõ eſſe: cum ſolus eſſet: nec

minus negocioſus cũ ocioſus eſſet. Sciuit ante ipſum Moyſes: qui cũ taceret clama/
bat: cum ocioſus ſtaret præliabatur: nec ſolum præliabat̃: ſed etiã de boſtibus quos
non cõtigerat triumpbabat: Adeo ocioſus ut man⁹ eius alij ſuſtinerent: nec minus q̃
cæteri negocioſus qui ocioſis manib⁹ expugnabat boſtẽ: quẽ non poterant uincere
qui dimicabant. Ergo moyſes & in ſilentio loquebat̃: & in ocio operabatur. Cui⁹ au
tem maiora negocia: q̃ buius ocia: qui quadraginta diebus poſit⁹ in monte: totam le
Ps. 48. gem cõplexus eſt: & in illa ſolitudine qui cũ deo loqueretur nõ defuit? Vnde & Da
uid ait: Audiam quid loquat̃ in me deus. Et quãto plus eſt: ſi cũ aliquo deus loquatur
q̃ ipſe ſecum? Tranſibãt apoſtoli: & umbra eorũ curabat infirmos. Tangebãtur ue/
3. Reg. 17. ſtimenta eorum: & ſanitas deferebat̃. Sermonẽ locutus eſt Helias: & pluuia ſtetit:
nec cecidit ſuper terrã tribus annis & ſex menſibus. Iterũ locutus eſt: & bydria fari/
næ nõ defecit: & uas olei toto famis diuturnæ tp̃e non eſt exinanitũ. Et q̃m plæroſq;
delectant bellica: Quid eſt præſtantius exercit⁹ magnis lacertis: an ſolis meritis cõ/
4. Reg. 6. feciſſe præliũ? Sedebat Heliſæus in uno loco: & rex ſyriæ magnã belli molem infe/
rebat populo patrũ: diuerſiſq; conſilioꝝ acerbabat fraudibus: & circũuenire inſidijs
moliebatur: ſed omnes eius apparatus ꝓpbeta deprebendebat: & uigore mentis
per gratiã dei ubiq; præſens: cogitationes boſtiũ ſuis annũciabat: & monebat quib⁹
cauerent locis. Qđ ubi regi ſyriæ manifeſtatum eſt: miſſo exercitu clauſit ꝓpbetam.
Orauit Heliſæus: & omnes illos cæcitate percuti fecit: & captiuos intrare ſamariã:
qui uenerant obſidere eum. Cõferamus boc ocium cũ aliorum ocio. Alij em̃ requi/
eſcendi cauſa: abducere animũ a negocijs ſolent: & a conuentu cœtuq; bominũ ſub
trabere ſeſe: & aut ruris petere ſecretum: captare agrorũ ſolitudines: aut intra urbẽ
uacare animo: indulgere quieti & tranqllitati. Heliſæ⁹ autẽ aut in ſolitudine iordanẽ
tranſitu ſuo diuidit: ut pars defluat poſterior: ſuperior autẽ in fontem recurrat: aut
in carmelo reſoluta difficultate generandi: inopinata ſterilem cõceptione fæcũdat:
aut reſuſcitat mortuos: aut ciborum temperat amaritudines: & facit farinæ admixti
one dulceſcere: aut decem panibus diſtributis reliquias colligit plæbe ſaturata: aut
ferrum ſecuris excuſſum: & in fluuij iordanis merſum ꝓfundo miſſo in aquas ligno
facit ſupernatare: aut emundatione leproſum: aut ſiccitatẽ imbrib⁹: aut famem mu/
tat fæcũditate. Quando ergo iuſtus ſolus eſt: qui cũ deo ſemper eſt? Quãdo ſolita/
Ro. 8. rius eſt: qui nunquã ſeparatur a chriſto? Quis nos inquit ſeparabit a dilectione cbri/
ſti? Confido quia neq; mors: neq; uita: neq; augelus. Quãdo autem feriatur a nego/
cio: qui nunquã feriatur a merito: quo cõſũmatur negociũ. Quibus autẽ locis circũ/
ſcribitur: cui totus mũdus diuitiarũ poſſeſſio eſt? Qua æſtimatione definit̃: qui nũq̃
opinione cõprebenditur? Et em̃ quaſi ignorat̃ & cognoſcit̃: quaſi morit̃ & ecce ui/
uit: quaſi triſtis & ſꝑ lætior: ut egen⁹ & largus: ut qui nibil babeat & poſſideat oĩa. Ni
bil em̃ ſpectat uir iuſtus: niſi qđ cõſtãs & boneſtũ eſt. Et ideo etiã ſi alij uideat̃ paupꝫ:
ſibi diues eſt: qui nõ eoꝝ quæ caduca ſed eoꝝ quæ æterna ſunt: æſtimatiõe cẽſet̃.

Honeſtũ & utile apud cbriſtianos unũ eſſe: qui non cõmodantẽ temporalia ſequi
mur ſed æterna. Ca. II.

T quoniã de duobus ſuperioribus locis diximus: in quibus boneſtũ illud &
c utile tractauimus: ſequitur utrũ boneſtatem & utilitatẽ inter ſe cõparare de/
beamus: & quærere quid ſit ſequendũ. Sicut em̃ ſupra tractauimus: utrũ bo/
neſtum illud an turpe eſſet: & ſecundo loco: utrũ utile an inutile: ſimiliter boc loco
utrũ boneſtum ſit an utile: nõnulli requirendũ putant. Nos autẽ monemus: ne bæc
inter ſe uelut cõpugnantia inducere uideamur: quæ iam ſupra unũ eſſe oſtendim⁹:
nec boneſtũ eſſe poſſe niſi qđ utile: nec utile niſi quod boneſtũ: quia nõ ſequimur ſa
pientiã carnis: apud quã utilitas pecuniariæ iſtius cõmoditatis pluris babet̃: ſed ſapi
entiã quæ ex deo eſt: apud quã ea quæ in boc ſæculo magna æſtimant̃ ꝓ detrimen/
to babentur. Hoc em̃ catortboma qđ perfectũ & abſolutũ officiũ eſt: a uero uirtutis
fonte ꝓficiſcit̃. Cui ſecundũ eſt cõmune officiũ: qđ ipſo ſermone ſignificat̃: non eſſe
arduæ uirtutis ac ſingularis: qđ poteſt plurimis eſſe cõmune. Nam pecuniæ cõpen/



dia captare familiare multis: elegantiori cõuiuio & ſuauioribus delectari epulis uſi/
tatum eſt. Ieiunare autem & cõtinentẽ eſſe paucorum eſt: & alieni cupidũ non eſſe
rarum eſt. Contra autem detrabere uelle alteri & non eſſe contentum ſuo. Nam in
boc cum plæriſq; conſortiũ eſt. Alia igitur prima: alia media officia. Prima cum pau/
cis: media cũ pluribus. Deniq; in iiſdẽ uerbis frequenter diſcretio eſt. Aliter em̃ bo/
num deũ dicimus: aliter bominẽ: aliter iuſtũ deũ appellamus: aliter bominẽ. Simili/
ter & ſapientẽ deũ aliter dicimus: aliter bominẽ. Qđ & in euãgelio docemur: Eſto/ Matth. 5.
te ergo uos ꝑfecti: ſicut & pater ueſter qui in cælis eſt perfect⁹ eſt. Ipſum Paulũ lego
ꝑfectũ & nõ ꝑfectum. Nã cũ dixiſſet: Nõ qđ iã acceperim: aut iam ꝑfect⁹ ſim: ſequar Phil. 3.
aũt ſic ut cõprebẽdã: ſtatim ſubiecit: Quicũq; ergo ꝑfecti ſum⁹. Duplex ẽ em̃ forma
ꝑfectiõis: Alia medios: alia plenos numeros babẽs. Alia bic: alia ibi. Alia ſm̃ bominis
poſſibilitatẽ: alia ſm̃ ꝑfectionẽ futurã. Deus aũt iuſtus ꝑ omnia: ſapiens ſuꝑ oĩa: ꝑfec/
tus in omnib⁹. Inter ipſos quoq; bomines diſtantia eſt. Aliter Daniel ſapiens: de quo
dictum eſt: Quis daniele ſapientior: aliter alij ſapientes. Aliter Salomon: qui replet⁹ Ezech. 28.
eſt ſapientia ſuper omnẽ ſapientiã antiquorum: & ſuꝑ omnes ſapientes ægypti. Ali/
ud eſt em̃ cõmuniter ſapere: aliud ſapere perfecte. Qui cõmuniter ſapit: ꝓ tempo/
ralibus ſapit: pro ſe ſapit: ut alteri detrabat aliquid: & ſibi adiungat. Qui perfecte ſa/
pit: neſcit ſua ſpectare cõmoda: ſed ad illud quod æternum eſt: quod decorum atq;
boneſtũ toto affectu intendit: quærens nõ qđ ſibi utile eſt: ſed qđ omnib⁹. Itaq; bæc
ſit formula: ut inter duo illa boneſtũ atque utile errare nequeam⁹: eo q̄ iuſtus nibil
alteri detrabendũ putet: nec alterius incõmodo ſuum cõmodum augeri uelit. Hãc
formã tibi præſcribit Apoſtolus dicens: Omnia licent: ſed nõ omnia expediũt. Om/ 1. Cor. 10.
nia licent: ſed nõ omnia ædificant. Nemo qđ ſuũ eſt quærat: ſed quod alterius. Hoc
eſt: nemo cõmodũ ſuum quærat: ſed alterius: nemo bonorem ſuũ quærat: ſed alteri/
us. Vnde & alibi dicit: Alter alterum exiſtimãtes ſuperiorẽ ſibi: nõ quæ ſua ſunt ſin/ Phil. 2.
guli cogitantes: ſed quæ aliorũ. Nemo etiã ſuam gratiã quærat: nemo ſuã laudẽ: ſed
alterius. Quod euidẽter etiam in Prouerbijs declaratũ eſſe aduertimus: dicẽte ſan/
cto per Salomonẽ ſpiritu. Fili ſi ſapiens fueris: tibi ſapiens eris & ꝓximis: Si autẽ ma
lus euaſeris: ſolus bauries mala. Sapiens em̃ alijs conſulit ſicut iuſtus: quando quidẽ
conſors ſui eſt utriuſq; forma uirtutis.

De calumnia reprimenda: & beneficẽtia cunctis exbibenda: Exemplũ de barmo
nia membrorũ: quæ ſingula ſingulis obſequuntur. Ca. III.

I quis igitur uult placere omnibus ꝑ omnia: quærat nõ qđ ſibi utile eſt: ſed qđ
ſ multis: ſicut quærebat & Paulus. Hoc eſt em̃ cõformari chriſto: alienum nõ
quærere: nibil alteri detrabere ut acquirat ſibi. Cbriſtus em̃ domin⁹ cũ eſſet
in forma dei: exinaniuit ſe ut formã ſuſciperet bominis: quã operũ ſuorum locuple/
taret uirtutibus. Tu ergo expolias: quẽ cbriſtus induit? Tu exuis: quẽ ueſtiuit cbri/
ſtus? Hoc em̃ agis: quãdo alterius detrimento: tua cõmoda augeri expetis. Cõſide/
ra o bomo: unde nomẽ ſumpſeris: ab bumo utiq; quæ nibil cuiquã eripit: ſed omnia
largitur omnib⁹: & diuerſos in uſum omniũ animantiũ fructus miniſtrat. Inde appel
lata bumanitas: ſpecialis & domeſtica uirtus bominis: quæ conſortẽ adiuuet. Ipſa te
doceat forma tui corporis: mẽbrorũq; uſus. Nũquid mẽbrũ tuũ alteri⁹ mẽbri officia
ſibi uẽdicat: ut ocul⁹ officiũ oris: aut os oculi officiũ ſibi uẽdicet: aut man⁹ pedũ mini
ſteriũ: aut pes manuũ? Quinetiã ipſa man⁹ dextera ac ſiniſtra diſpartita babent offi
cia plæraq;: ut ſi uſum cõmutes utriuſq; aduerſum naturã ſit: priuſq; totũ boĩem exu
as: q̃ membroꝝ tuoꝝ miniſteria cõuertas: ſi aut de ſiniſtra cibũ ſuggeras: aut de de/
xtera fũgaris miniſterio ſiniſtræ: ut reliqas ciboꝝ abluas niſi forte poſcat neceſſitas.
Finge bãc & da oculo uirtutẽ: ut poſſit detrabere ſenſũ capiti: auditũ aurib⁹: mẽti co
gitatõẽſ: odoratũ narib⁹: ori ſaporẽ & ſibi cõferat: nõne oẽm ſtatũ diſſoluet naturæ?
Vnde pulcbre Aplus ait: Si totũ corpus oculus: ubi audit⁹? Si totũ auditus: ubi odo 1. Cor. 12.
ratus? Omnes ergo unũ corpus ſumus & diuerſa mẽbra: ſed oĩa corpori neceſſaria.
Non em̃ poteſt membrũ mẽbro dicere: nõ es mibi neceſſariũ: quinetiã ipſa quæ ui/

plærūq; tuendi
detur infirmiora mēbra eſſe:multomagis neceſſaria ſunt: & maiorē
ſe requirunt ſollicitudinē.Et ſi quid dolet membrū unū: cōpatiunt̃ ei membra om/
nia.Vnde q̄ graue eſt ut detrahamus aliquid ei cui nos cōpati oportet: & cui debe/
mus cōſortiū miniſterij ei fraudi & noxæ ſimus? Hæc utiq; lex naturæ eſt: quæ nos
ad omnē ſtringit humanitatē:ut alter alteri tanq̄ unius partes corporis inuicē defe/
ramus. Nec detrahēdū quicq̄ putemꝰ:cū cōtra naturæ legem ſit: nō iuuare. Sic em̄
naſcimur ut cōſentiant membra mēbris:& alterū alteri adhæreat: & obſequant̃ ſibi
mutuo miniſterio. Q̄ ſi unū deſit officio ſuo: impediant̃ & cætera. Q̄ ſi eruat oculū
manus:nōne ſibi operis ſui uſum negauit? Si pedē uulneret:quantoꝝ ſibi actuū ꝓfe
ctum inuiderit? Et quanto grauius eſt totū hominē q̄ unū membrū detrahi? Iam ſi in
uno membro totū corpus uiolat̃:utiq; in uno homine cōmunio totius humanitatis
ſoluitur:uiolat̃ natura generis humani:& ſanctæ eccleſiæ cōgregatio:quæ in unū cō
nexum corpus atq; compactū unitate fidei & charitatis aſſurgit.Chriſtus quoq; do/
minus qui ꝓ uniuerſis mortuus eſt:mercedē ſanguinis ſui euacuatā dolebit. Quid
ꝙ etiā ipſa lex domini hanc formā tenendā edocet:ut nihil alteri detrahas tui cōmo
di ſeruandi grā:cū dicit: Nō trāſferas terminos antiquos quos ſtatuerūt pr̄es tui:cū
uitulū errantē fratris tui reducendū præcipit:cū furē mori iubet:cū uetat mercēna/
riū debita mercede fraudari: cū pecuniā ſine uſuris reddendam cenſet? Subuenire
eīn nō habēti humanitatis eſt:duriciæ autē plus extorquere q̄ dederis. Etem̄ ſi ideo
iops auxilio tuo æguit:qa nō habuit:unde de ſuo redderet:nōne impiū eſt:ſi ſub hu
manitatis ſimulatione amplius ab eo poſcas: qui nō habebat unde minus ſolueret?
Abſoluis igitur alteri debitorē:ut cōdemnes tibi:& hanc humanitatē uocas: ubi eſt
iniquitatis auctio.Hoc præſtamꝰ cæteris animātibus:qđ alia genera animantiū con/
Pſ.36. ferre aliquid neſciūt.Feræ autē eripiunt:homines tribuūt.Vnde & pſalmiſta ait:Iu/
ſtus miſeret̃ & tribuit.Sunt tamē quibus & feræ cōferant.Siquidē collatione ſobo/
lem ſuā nutriunt:& aues cibo ſuo pullos ſatiant ſuos:homini aūt ſoli tributum eſt:ut
omnes tāq̄ ſuos paſcat.Debet̃ iſtud ipſo naturæ iure: Quod ſi nō licet nō dare:quō
detrahere licet? Nec ipſæ leges nos docent:quæ ea quæ detracta ſunt alicui cū in/
iuria perſonæ aut rei ipſiꝰ cumulo:reſtitui iubent:quo furem a detrahēdo:aut pœna
deterreāt:aut multa reuocent. Pone tamē ꝙ aliquis poſſit aut pœnam nō timere:
aut multæ illudere:Nūquid dignū eſt ut aliqui alteri detrahāt? Seruile hoc uitiū: &
familiare ultimæ cōditioni: adeo contra naturā:ut inopia magis hoc extorquere ui/
deat̃:q̄ natura ſuadere.Seruoꝝ tamē occulta furta:diuitum rapinæ publicæ. Quid
aūt tā cōtra naturā:q̄ uiolare alterū tui cōmodi cauſa:cū ꝓ omnibꝰ excubandū:ſub/
eundas moleſtias:ſuſcipiendū laborē:naturalis affectus pſuadeat:& glorioſum uni/
cuiq; ducatur:ſi periculis ꝓprijs quærat uniuerſorū tranquillitatē:multūq; ſibi unuſ/
quiſq; arbitret̃ gratius excidia patriæ reppuliſſe:q̄ ꝓpria pericula:præſtantiuſq; eſſe
exiſtimet:ꝙ operā ſuam patriæ impenderit:q̄ ſi in ocio poſitus tranquillā uitam uo/
luptatum copijs functus egiſſet?

Alienis incōmodis:noſtra lucra nō quærenda.Ca.IIII.

b Inc igit̃ colligitur:ꝙ homo qui ſm̄ naturæ formatus eſt directionē ut obedi/
at ſibi: nocere non poſſit alteri.Quod ſi cui noceat naturam uiolet:neq; tan/
tum eſſe cōmodi qđ adipiſci ſeſe putet:quantū incōmodi qđ ex eo ſibi acci/
dat.Quæ em̄ pœna grauior:q̄ interioris uulnus conſcientiæ? Qđ ſeuerius iudiciū q̄
domeſticū:quo unuſquiſq; ſibi eſt reus: ſeq; ipſe arguit ꝙ iniuriā fratri indigne fece/
rit? Qđ non mediocriter ſcriptura cōdemnat dicens:Ex ore ſtultoꝝ baculus contu
meliæ.Stulticiæ igitur cōdemnat̃:qui contumeliā facit.Nōne hoc magis fugiendū:
q̄ mors:q̄ diſpendium:q̄ inopia:q̄ exilium:q̄ debilitatis dolor? Quis em̄ uitiū corpo/
ris:aut patrimonij damnum:non leuius ducat uitio animi: & exiſtimationis diſpen/
dio? Liquet igitur id expetēdum & tenendum omnibus: quod eadem ſingulorū
ſit utilitas:quæ ſit uniuerſorum: nihilque iudicandū utile: niſi quod in commune ꝓ/
ſit.Quomodo enim poteſt uni prodeſſe: quod inutile ſit omnibus? Mihi certe non



uidetur:qui inutilis eſt omnibꝰ: ſibi utilis eſſe poſſe. Etenim ſi una lex naturæ oībus:
una utiq; utilitas uniuerſoꝝ.Q̄ ſi una utilitas uniuerſoꝝ:ad cōſulendū utiq; omnibꝰ
naturæ lege cōſtringimur.Nō eſt ergo eiꝰ qui cōſultū uelit alteri ſm̄ naturā:nocere
ei aduerſus legē naturæ.Etem̄ ſi hi qui in ſtadio currūt:ita ferunt̃ præceptis informa
ri atq; inſtrui:ut unuſquiſq; celeritate:nō fraude cōtendat:curſuq; quantū pōt ad ui
ctoriā ꝓperet:ſupplātare autem alterum aut manu deijcere nō auſit:quātomagis in
hoc curſu uitæ iſtius:ſine fraude alteriꝰ & circūſcriptione:gerēda nobis uictoria eſt?
gerent gladiũ aduerſus fratres ſuos de tribu Beniamin:dum ulciſci uolunt iniuriam
pudicitiæ:quia temeratores caſtitatis non ſufferebantur. Itaq; in eo bello cæſa ſunt
utrimq; ſexagintaquinq; milia bellatorũ:& exuſtæ urbes.Et cum inferior primo fu-
iſſet populus iſrael:tamẽ nec aduerſi metu belli percitus uindicãdæ caſtitatis ſeque
ſtrauit dolorem. Ruebat in prælium:uel ſanguine ſuo paranſ cõmiſſi flagitij diluere
4. Reg. 6. notam. Et quid mirũ ſi populo dei decorũ illud atq; honeſtũ curæ fuit: quãdo etiã
leproſis(ſicut in libris Regnorũ legimus)honeſtatis nõ defuit conſideratio: Fames
erat magna in ſamaria:quia obſederat eam ſyrorũ exercitus. Rex militares excubi-
as ſupra muꝝ ſollicitus reuiſebat:Interpellauit eũ mulier dicens: Perſuaſit mihi hæc
mulier ut afferrẽ filiũ meũ:& attuli:& coximus & comedimus eũ: & ꝓmiſit ut & ip-
ſa poſtea filium ſuum afferret:& carnes illius ſimul manducaremus.Nunc autem fili
um ſuum abſcondit:& non uult eum afferre. Motus rex q non ſolum humanis ſed
etiam parricidalibus cadaueribus mulieres paſtæ uiderentur:& tam atrocis calami-
tatis exemplo percitus:Heliſæo ꝓphetæ mandauit necem:cuius in poteſtate fore



crederet:ut obſidionem ſolueret: ꝓpulſaret famem:uel quia nõ permiſerat regi ut
percuteret ſyros quos cæcitate perfuderat. Sedebat Heliſæus cũ ſenioribus in he-
thel:& priuſq̃ introiret ad eum regis nũcius ait ad ſeniores uiros:Si uidiſtis: quoniã
filius homicidæ illiꝰ miſit auferre caput meũ? Et introiuit nuncius: & mandatũ regis
pertulit:denuncians præſens capitis periculũ.Cui reſpondit ꝓpheta:Hac hora diei 4. Reg. 7.
craſtina:mẽſura ſimilaginis ſiclo:& duæ mẽſuræ hordei ſiclo in porta ſamariæ.Et cũ
miſſus a rege nũcius nõ crediſiſſet:dicens:Si pluerit dominus abundantiã de cælo
frumẽti:nec ſiquidẽ id poſſe effici:Dixit ad eũ Heliſæus:Quia non credidiſti:oculis
tuis uidebis:& nõ manducabis.Et factus eſt ſubito in caſtris ſyriæ uelut quadrigarũ
ſonus:& uox multitudinis & uox magnæ uirtutis atq; ingens belli tumultus: & arbi
trati ſunt ſyrij: q rex iſrael in ſocietatẽ aduocaſſet prælij regẽ ægypti:& regẽ amor-
reorum:& fugerunt diluculo:relinquẽtes tabernacula ſua:quoniã uerebant̃ ne im-
prouiſo aduentu nouorũ opprimerent̃ hoſtiũ:& cõiunctis regũ uiribus nõ poſſent
reſiſtere.Id incognitũ ſamariæ erat:quoniã uicti metu & fame tabidi:nec prætende-
re audebãt. Erant autẽ leproſi quattuor ad portã ciuitatis:quibus uita erat ſuppli-
cium:& mori lucrũ:& dixerunt ad ſe inuicẽ:Ecce nos hic ſedemꝰ:& morimur.Si in-
gredimur urbem:moriemur fame:ſi manemus hic nullũ ſubſidium uiuẽdi ſuppetit
nobis:Eamus in caſtra ſyriæ:aut cõpendium mortis erit:aut ſalutis remediũ. Perre-
xerunt itaq; & intrauerũt caſtra:& ecce omnia nuda hoſtiũ.Ingreſſi tabernacula:pri
mum repertis alimẽtis fugauerũt famem:deinde auri & argenti quantũ potuerunt
diripuerũt.Et cũ ſoli prædæ incũberent:diſpoſuerunt tamẽ regi nũciare fugiſſe ſy-
rios:quia id honeſtũ arbitrabantur:q̃ repreſſo indicio fouere fraudis rapinam.Quo
indicio egreſſus eſt populus:& diripuit caſtra ſyriæ: & cõmeatꝰ hoſtiũ: Abundãtiã
fecit annonæ:uilitatẽ reddidit:ut ſm ꝓpheticum dictũ menſura ſimilaginis ſiclo: &
duæ menſuræ hordei pari precio couſtarẽt.In hac lætitia plæbis:nuncius ille in quo
requieſcebat rex:cõſtitutus in porta:inter exeuntiũ feſtinationẽ & remeantiũ exul
tationem:conculcatus a plæbe mortuus eſt.

Laus honeſtatis:magnanimitate Heſter: & fide Ionathæ commendatur & Abi-
melech.Ca.XV.

q Vid Heſter regina:nonne ut populum ſuum periculo exueret (qđ erat de-
corum atq; honeſtum)morti ſe obtulit:nec immitis regis trepidauit furorẽ?
Ipſe quoq; rex perſarum ferox atq; tumido corde: tamẽ decorũ iudicauit in-
dici inſidiarum quæ ſibi paratæ forent gratiam repræſentare: populũq; liberũ a ſer-
uitute eripere:eruere neci:nec parcere neci eiꝰ qui tã indecora ſuaſiſſet.Deniq; quẽ
ſecundũ a ſe præcipuũ inter omnes amicos haberet: cruci tradidit: q dehoneſtatũ
ſe eius fraudulentis cõſilijs animaduertiſſet. Ea eñ amicitia ꝓbabilis quæ honeſta
tem tuetur:præferenda ſane opibus:honoribus:poteſtatibus: honeſtati uero præ-
ferri non ſolet:ſed honeſtatem ſequi. Qualis fuit Ionathæ:qui pro pietate nec offen
ſam patris: nec ſalutis periculum refugiebat.Qualis fuit Abimelech:qui pro hoſpi-
talis gratiæ officijs necem potius ſui q̃ proditionem fugientis amici ſubeundam ar-
bitrabatur.

De moderamine amicitiæ conſeruandæ:clauditur uolumen.Ca.XVI.

n Ihil igitur præferendum honeſtati:quæ tamen ne amicitiæ ſtudio prætherea-
tur:etiam hoc ſcriptura admonet. Sunt enim plæræq; philoſophoꝝ quæſti-
ones:utrũ amici cauſa quiſquã contra patriam ſentire nec ne debeat: ut ami-
co obediat:utrum oporteat ut fidem deſerat:dum indulget atq; intẽdit amici com-
moditatibus.Et ſcriptura quidem ait:Claua & gladiꝰ & ſagitta ferrata: ſic homo eſt Prouer. 25.
teſtimonium dans falſum aduerſus amicum ſuum.Sed conſidera quid aſtruat.Non
teſtimonium reprehendit dictum in amicum: ſed falſum teſtimonium. Quid enim
ſi dei cauſa: quid ſi patriæ cogatur aliquis dicere teſtimonium ? Nunquid præpon-
derare debet amicitia religioni: præponderare charitati ciuium? In his tamen ipſis
rebus requirenda eſt ueritas teſtimonij: ne amicus appetatur amici perfidia: cuius

fide abſolui debebat. Amicus itaqꝫ neque noxio gratificari debet: neque innocen-
ti inſidiari. Sane ſi neceſſe ſit dicere teſtimonium: ſi quid in amico uitij cognoue-
rit corripere occulte: ſi non audierit corripere palam. Sunt enim bonæ correptio-
nes: & plærūqꝫ meliores: q̃ tacita amicitia. Et ſi lædi ſe putat amicus: tu tamen corri-
pe. Et ſi amaritudo correptionis animū eiꝰ uulneret: tu tamē corripere ne uerearis.
Prouer.27. Tolerabiliora ſunt eñ amici uulnera: q̃ adulantiū oſcula. Errantē igitur amicū corri-
pe: innocentē amicum ne deſeras. Conſtans eñ debet eſſe amicitia: pſeuerare in af-
fectu. Nō puerili modo amicos mutare uaga quadā debemus ſentētia. Aperi pectꝰ
tuum amico: ut fidelis ſit tibi: & capias ex eo uitæ tuæ iocunditatē. Fidelis enim ami
cus: medicamētū eſt uitæ & immortalitatis gratia. Defer amico ut æquali: nec te pu
deat ut præuenias amicū officio. Amicitia eñ neſcit ſuperbiā. Ideo eñ ſapiens dicit:
Eccl.22. Amicum ſalutare non erubeſcas. Nec deſeras amicū in neceſſitate: nec derelinquas
eum: neqꝫ deſtituas: quoniā amicitia uitæ adiumētū eſt. Ideo in ea onera noſtra por-
temus: ſicut Apoſtolus docuit. Dicit eñ his quos eadē complexa eſt charitas. Etem
ſi amici ſecundæ res amicos adiuuant: cur nō & in aduerſis amici rebus amicorū ad-
iumentū ſuppetat? Iuuemus cōſilio: cōferamus ſtudia: cōpatiamur affectu. Si neceſ-
ſe eſt: toleremus ꝓpter amicū etiam aſpera. Plærūqꝫ inimicitiæ ſubeundæ ſunt ꝓ-
pter amici innocentiā: ſæpe obtrectationes. Si reſtiteris uel reſponderis cū amicꝰ ar
guitur & accuſat̃: nec te pœniteant eiuſmodi offenſiones. Iuſti eñ uox eſt: Et ſi mala
mihi euenerint ꝓpter amicum ſuſtineo. In aduerſis eñ amicꝰ ꝓbatur. Nam in ꝓſpe-
ris amici omnes uidentur. Sed ut in aduerſis amici patientia & tolerātia neceſſaria
eſt: ſic in ꝓſperis auctoritas cōgrua eſt: ut inſolentiā & extollentiā amici reprimat &
Job.19. redarguat. Q̃ pulchre in aduerſis poſitus Iob dicit: Miſeremini mei amici mei miſe-
remini. Non quaſi abiecta uox iſta eſt: ſed quaſi cenſoria. Nā cum iniuſte arguitur ab
amicis: reſpōdit: Miſeremini mei amici. hoc eſt: miſericordiā debetis facere. Oppri-
mitis autē uos & impugnatis hominem: cuius erūnis compati ꝓ amicitia uos opor-
tebat. Seruate igit̃ filij initam cū fratribus amicitiā: qua nihil eſt in rebus humanis
pulchrius. Solatium quippe uitæ huius eſt: ut habeas cui pectus aperias tuum: cum
quo arcana participes: cui cōmittas ſecretum pectoris tui: ut colloces tibi fidelem ui
rum: qui in ꝓſperis gratulet̃ tibi: in triſtibus cōpatiatur: in perſecutionibus adhorte
tur. Q̃ boni amici hebræi pueri: quos a ſui amore nec fornacis ardētis flamma diui-
2.Regl.1. ſit. De quo loco: ut ſuperiꝰ diximꝰ: bene ait ſanctus Dauid: Saul & Ionathas ſpecioſi
& chariſſimi: inſeparabiles in uita ſua: & in morte nō ſunt ſeparati. Hic eſt amicitiæ
fructus: nō ut fides ꝓpter amicitiā deſtruatur. Non poteſt eñ homini amicus eſſe:
qui deo fuerit infidus. Pietatis cuſtos amicitia eſt: & æqualitatis magiſtra: ut ſuperi-
or inferiori ſe exhibeat æqualē: inferior ſuperiori. Inter diſpares enim mores nō po
teſt eſſe amicitia: & ideo couenire ſibi utriuſqꝫ debet gratia. Nec auctoritas deſit in-
feriori: ſi res popoſcerit: nec humilitas ſuperiori. Audiat quaſi parem: quaſi æqualē:
& ille quaſi amicus moneat: obiurget nō iactātiæ ſtudio: ſed affectu charitatis. Neqꝫ
monitio aſpera ſit: neqꝫ obiurgatio contumelioſa. Sicut eñ adulationis fugitans ami
citia debet eſſe: ita etiam aliena inſolentiæ. Quid eſt eñ amicus: niſi conſors amoris:
Ad quē animū tuū adiungas atqꝫ applices: & ita miſceas ut unū uelis fieri ex duobꝰ:
cui te alteri ut tibi cōmittas: a quo nihil timeas: nihil ipſe commodi tui cauſa inhone
ſtum petas? Nō eñ uectigalis amicitia eſt: ſed plena decoris: plena gratiæ. Virtꝰ eſt
eñ amicitia: nō queſtus: quia nō pecunia quærit̃: ſed gratia: nec licitatione precioꝝ:
ſed cōcertatione beniuolentiæ. Deniqꝫ meliores amicitiæ ſunt inopū plærūqꝫ q̃ di-
uitum: & frequēter diuites ſine amicis ſunt: quibꝰ abundant pauperes. Nō eſt enim
uera amicitia: ubi eſt fallax adulatio. Diuitibus itaqꝫ plærique aſſentatorie gratifican
tur: Erga pauperem nemo ſimulator eſt. Verum eſt: quicquid defertur pauperi: hu
ius amicitia inuidia uacat. Quid amicitia precioſius: quæ angelis communis & ho-
Luc.16. minibus eſt? Vnde & dominus Ieſus dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammo-
na: qui recipiant uos in æterna tabernacula ſua. Ipſe nos deus amicos ex ſeruulis



facit: ſicut ipſe ait: Iam uos amici mei eſtis: ſi feceritis quæ ego præcipio uobis. Dedit Job.15.
formā amicitiæ quā ſequamur: ut faciamus amici uoluntatē: ut aperiamꝰ ſecreta no-
ſtra amico quæcūqꝫ in pectore habemus: & nos illius arcana nō ignoremus. Oſtēda-
mus illi nos pectus noſtrum: & ille nobis aperiat ſuū. Ideo inquit: Vos dixi amicos: Ibidem.
quia omnia quæcūqꝫ audiui a patre meo nota feci uobis. Nihil ergo occultat amicus
ſi uerus eſt: effundit animū ſuū: ſicut effundebat myſteria patris dominꝰ Ieſus. Ergo
qui facit mandatū dei amicus eſt: & hoc honorat̃ noīe. Qui eſt unanimis: ipſe ami-
cus eſt. ꝙ unitas animorū in amicis ſit: neqꝫ quiſquā deteſtabilior: q̃ qui amicitiam læ
ſerit. Vnde in ꝓditore dominus hoc grauiſſimū inuenit quo eius cōdemnaret perfi
diam: ꝙ gratiæ uicem nō præſentauerit: & cōuiuijs amicitiæ uenenū maliciæ miſcu-
erit. Itaqꝫ ſic ait: Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus: qui ſemꝑ mecū Pſ.54.
dulces capiebas cibos. Hoc eſt: nō poteſt ſuſtineri iſtud: qa unanimiſ appetiſti eum:
qui tibi donauerat gratiā. Nam ſi inimicꝰ meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem utiqꝫ:
& ab eo qui me oderat abſconderē me. Inimicꝰ uitari poteſt: amicus nō poteſt: ſi in-
ſidiari uelit. Illū cauemus cui nō cōmittimus conſilia noſtra: hunc cauere non poſſu-
mus: cui cōmiſimus. Itaqꝫ ad aceruandā peccati inuidiā nō dixit: tu uero ſeruus meꝰ:
apoſtolus meus: ſed unanimis meus: hoc eſt: nō meus ſed etiam tuus ꝓditor es: qui
unanimū ꝓdidiſti. Dn̄s ipſe cū a tribꝰ regibꝰ offenſus eſſet: q ſancto Iob honorē nō
detuliſſent: ignoſcere his ꝑ amicū maluit: ut amicitiæ ſuffragiū remiſſio fieret pecca-
torū. Itaqꝫ rogauit Iob: & dn̄s ignouit. Profuit illis amicitia: quibꝰ obfuit inſolentia.
Aec apud uos depoſui filij: quæ cuſtodiatis in animis ueſtris: quæ utrū aliqd
b ꝓfectus habeant uos ꝓbabitis: Interim copiam multā exemplorum afferūt.
Nam ꝓpe omnia maiorū exempla: plurima quoqꝫ dicta: his tribus incluſa li-
bris tenentur: ut & ſi ſermo nihil deferat gratiæ: ſeries tamen uetuſtatis quodam cō
pendio expreſſa: plurimū inſtructionis conferat.

Sancti Ambroſij epiſcopi Liber officiorū tertius explicit.

Capitulorū libri p̄rimi de Uocatione omniū gentiū sancti Ambrosij epi: recollecta annotatio.

De ꝓpositiōe questionū q̄ īter defensores liberi aribitrij: ⁊ p̄dicatores grē dei vertū tur: intentione q̄ꝫ auctoris ac tractandoꝝ ordine: iuxta quem primitus ꝺ volūtatis humanę motibꝰ ⁊ gradibus disputandū est: de redargutione p̄terea quorūdā non sane inter voluntatē ⁊ gratiam dei discernẽtium. Ca. I.

Qꝫ omni humanę voluntati naturaliter q̄lišcūq; insit volūtas: Et de distinctiōe volūtatis in naturalē: animalē: ⁊ spiritalez. Qꝫ etiā diuina ꝓuidētia q̄uis electū sibi populū specialibus ad pietatez direxerit institutis: nulli t̄n nationi hominū bonitatis suę dona subtraxerit. Ca. II.

De pulchra ac subtili huius q̄stionis tractatione: Utrū cum bonę voluntatis homo esse incipit: eadem q̄ in ipso erat corrigaꝛ volūtas: an alia ei quā non habebat: et q̄ priori repugnet: detur. Queadmodū etiā cum in diuinis scripturis salus generaliꝛ omnibꝰ hoībꝰ ꝓmittiꝛ: ꝓ parte hoīuz oēs homines nominenꝛ. Ca. III.

De solutiōe calūniosę obiectiōis qua q̄daz dicunt auctorē ꝑ superius dicta ꝯtradicere aplo diffinienti: Qꝫ deus velit omnes hoīes saluos fieri: ⁊ in agnitionē veritatꝭ venire. Et ꝙ ꝓfūditas diuinitatꝭ mysterioꝝ atq; iudicioꝝ a nobis non sit p̄q̄rēda. Ca. IIII.

Cur anterioribꝰ sęculis dimissę sint oēs gētes ingredi vias suas: vno t̄m israele excepto: ⁊ ad cognitionē veritatꝭ electo. Et quare deꝰ vni homini det gratiam: alteri autem deneget. Ca. V.

Qualis sit natura hūana sine grā. Ca. VI.

Cur saluator oīuz hoīuz: nō oībus dederit hunc sensum vt cognoscerent verū deuz. Cur etiam q̄dam paruuli salui fiant renati: alij pereant non renati. Ca. VII.

A quo fonte nascaꝛ fides: ⁊ vnde habeatur spūs fidei. Et queadmodū hęc fides deꝛ s̄m mēsurā ꝓ arbitrio largiētis. Ca. VIII.

Qꝫ a dn̄o deo oīa virtutū dona diriganꝛ et disponanꝛ. Et ꝙ omnia in manu eiꝰ sint. Atq; deus sit auctor oīs boni. Ca. IX.

Finis

Sācti Ambrosij epi ꝺ Uocatiōe omniū gentiū liber p̄rimꝰ: In quo dissoluit pugnaz disputatiōis quę īter defensores liberi arbitrij et p̄dicatores gratię dei agitur: fęliciter incipit.

De ꝓpositione q̄stionū quę īter defensores liberi arbitrij: ⁊ prędicatores gratię dei vertūtur: intētione quoq; auctoris: ac tractādoꝝ ordine: iuxta quē primitꝰ de volūtatis humanę motibꝰ ⁊ gradibus disputanduz est. De redargutione p̄terea quorūdā nō sane int̄ voluntatē ⁊ gratiā dei discernētiū: Ca. I.

Inter defensores liberi arbitrij et prędicatores gratię dei: magna et difficilis dudū vertitur q̄stio. Quęritur enī vtrum velit deꝰ oēs homines saluos fieri. Et quia negari hoc nō pōt: cur voluntas oīpotentis nō impleatur: inquiritur. Cunq; hoc s̄m voluntates hominū fieri videatur: gratia videꝛ excludi: q̄ si meritis redditur: constat eam nō donum esse sed debitū. Unde iterum q̄ritur: cur hoc donum sine quo nemo saluꝰ ē: ab eo qui oīes saluari vult: non omnibus conferatur. Atq; ita cōtrariarum disputationū nullus terminus reperitur: dum non discerniꝛ quid manifestū: quid sit occultuz. De hac igiꝛ compugnātia opinionuz qua mensura ⁊ tēperantia sentiendū sit: quātuz dominꝰ adiuuerit: annitar inq̄rere: exercēs atq; discutiens moduluz facultatis meę in his quę cordi meo sobrie (quātuz arbitror) inhęserūt: vt si in eas regulas ꝓcesserit stilus: q̄ nihil offensionis: nihil habeāt prauitatis: non solū nobis: sed ⁊ alijs vtile sit: ad aliquē nos limitem p̄uenisse: quē nō debeamus excedere. Primitus itaq; ꝺ volūtatꝭ humanę motibus ⁊ gradidus disputādū ē. Inter quā ⁊ gratiā dei quorūdā nō sana discretio est: existimantiū ꝙ p̄dicatiōe gratię liberū negetur arbitriū: nec aduertētiuz eadem regula sibi posse obijci: ꝙ gratiā negent: cum eam humanę voluntatis nō ducem volunt esse sed comitē. Si enī tolliꝛ volūtas: vbi ipsa est verarū origo virtutū? Si tolliꝛ gratia: vbi ipsa est bonorū causa me-

ritorum?

**Qꝺ omni hũane voluntati natu raliter qualiſcũqꝫ inſit volũtas. Et de diſtinctione volũtatis in natu/ ralē: animale: ꝛ ſpiritalē. Qꝺ etiaꝫ diuina ꝓuidētia quis electuꝫ ſibi populum ſpecialib⁹ ad pietate di/ rexerit inſtitutis: nulli tamē natio/ ni hominũ bonitatis ſuę dona ſub traxerit: Ca. II.**

ſ Ed iam auxiliāte chriſto qꝺ tractā/ do cōcepimus: inchoemus. Omi animę humanę quātũ itelligere at/ qꝫ experiri datur: naturaliter q̄liſcũqꝫ ineſt volũtas: q̄ aut appetitur qꝺ placet: aut de/ clinat̃ qꝺ diſplicet. Hui⁹ volũtatis (quātũ ad naturalē pertinet motum ex vitio primę p̃uaricationis infirmum) genera ſunt deo: ſm quę volũtas hominis aut ſenſualis aut animalis eſt. Sed cuꝫ adeſt gratia dei: acce dit ei per donum ſpiritus tertium genus: vt poſſit fieri ſpiritalis. Et per hunc excel/ lentiorem motum om̃es affectus vndecũqꝫ naſcentes supernę rationis lege diȷ̈udicet.

Senſualis igit̃ voluntas quā ꝛ carnalem poſſumus dicere: non erigitur ſupra eũ mo tum qui ꝺ corporis ſenſibus naſcitur: qua/ lis ē in animis paruulorum: qui lꝫ nullo iu/ dicio rationis vtantur: oſtendũt tamen ali/ quid ſe velle: aliquid nolle: cum vidēdo: au diendo: odorando: guſtādo: tangēdo: et ea quibus delectant̃ amāt: ꝛ ea quibus offen/ duntur oderunt. Quid autem ē amare: niſi velle? aut quid eſt odiſſe niſi nolle? Habent ergo etiam ipſi voluntatē ſuam: quę etſi ꝓ/ uidendi ꝛ cōſulendi impos atqꝫ ignara ſit: i his tamē amat agere quę carnis ſenſibus blādiuntur: donec vigor rationalis ingenȷ̈ per maturiora miniſteria corporis excitet̃: ꝛ ad famulantiũ ſibi membrorꝫ vſum: nō ali/ eno motu: ſed ſua lege moueatur. Ab hoc ergo ſenſuali appetitu: i quo remanēt hi q̄s etiaꝫ in annis maiorib⁹ excordes videmus ꝛ fatuos: ad animalem ſurgit̃ voluntatem: quę priuſq̄ ſpiritu dei agatur: etiaꝫ ſi ſupra ſenſualem motum ſeſe attollere pōt: tamen ſine ſui amoris participatiōe: in terrenis oc ciduiſqꝫ verſatur. In hac humana etiā in/ genia ſi corporeę voluptati nō turpiter ſer/ uiant: et cupiditates ſuas iuſticię atqꝫ ho/ neſtatis legibus temperēt: nihil ſupra mer/ cedem glorię tēporalis acquirũt. Et cũ prę/ ſentem vitam decēter exornēt: ęternę tamē beatitudinis p̄miũ nō habent: quia rectas actiones ꝛ bona ſtudia ſua non ad eius lau dem atqꝫ honorē referũt: a quo acceperũt: vt in ipſa animali diſcretione ſublimius ſa/ parent: ꝛ excellenti⁹ cęteris eniteſcerēt. Cũ em̃ q̄dam non ſoluꝫ ad inſtituta vtiliſſima/ rũ artiũ ꝛ doctrinas liberaliũ diſciplinarũ: ſed etiam ad inquiſitionē ſummi boni aciē mentis intenderint: ꝛ inuiſibilia dei: p ea q̄ Ro. 1. facta ſunt: intellecta cōſpexerint: nō agētes gratias tamē deo: nec ꝯfitentes illũ ſibi eſſe huius facultatis auctorem: ſed dicentes ſe eſſe ſapientes: hoc ē nō in deo: ſed in ſemet/ ipſis gloriātes: quaſi ad veritatis inſpecti/ onem: ſuis ſtudȷ̈s atqꝫ ratiōib⁹ ꝓpinquaſ/ ſent: euanuerũt in cogitatiōib⁹ ſuis. Et qꝺ illumināte dei gratia inuenerāt: obcęcante ſupbia pdiderunt: relapſi a ſupna luce ad te nebras ſuas: hoc eſt ab incōmutabili atqꝫ ęterno bono: ad mutabilē corruptibilemqꝫ naturā. Cũ ergo tales i amorē ſui recidũt ꝛ ita ſibimet placēt: vt totũ qꝺ in ſe lauda/ bile iudicant: non ad dona dei referant: ſed ſibi vendicēt: ꝛ ſtudio ꝓprię volũtatis aſcri bant: ꝓcul ab illa ſpiritali exulant volunta te: ꝛ nihil in ſe habēt quo ad vitā ꝓuehant̃ ęternam: incipientes in ſemetipſis etiam il/ la temporalia dei dona corrumpere: ꝛ a bo/ no eorum vſu in cōſuetudinem inumerabi/ lium trāſire vitiorum. Quis em̃ ſcriptuꝫ ſit: Qꝫ cuꝫ diſpertiret excelſus gētes: quem admodũ diſperſit filios adaꝫ: ſtatuit termi/ nos gentium ſm numerũ angelorũ dei: ꝛ fa cta eſt portio domini: populus eius iacob: funiculus hęreditatis ei⁹ iſrael. Et ſcriptuꝫ ſit dominũ dicere ad iſrael: Eritis mihi ſan cti: quia ego ſanctus ſum: domin⁹ deus ve/ ſter: qui ſegregaui vos ab omnib⁹ gētibus eſſe mihi. Et quis ſcriptũ ſit i libro heſter: dicēte mardochęo: Gratias tibi dñe quoni/ am feciſti noua ſigna ꝛ prodigia: qualia nō ſunt facta in gentib⁹: diuidēs om̃e ſęculuꝫ i ſortes duas: elegiſti vnā tibi populi tui: re/ linquēs aliā gentib⁹. Et paul⁹ et barnabas dicāt: Et nos mortales ſum⁹ ſimiles vobis Act. 14. homles annũciātes vobis ꝯuerti ad deum viuũ: q̇ fecit cęluꝫ ꝛ terrā ꝛ mare ꝛ omnia q̄ in eis ſunt: q̇ in p̄teritis generationibus di miſit oēs gentes ingredi vias ſuas. Quis ergo hęc ꝛ multa ſimilia veritatis ſcriptura ꝓnũciet: ſm ipſaꝫ tamen credimus ꝛ piȷ̈ſſi/



me ꝯfitemur: q̄ nunq̄ vniuerſitati hoiuꝫ di uinę ꝓuidentię cura defuerit. Quę lꝫ exce/ ptum ſibi populũ ſpecialibus ad pietatem direxerit inſtitutis: nulli tamen nationi ho/ minũ bonitatis ſuę dona ſubtraxit: vt pro/ pheticas voces ꝛ p̄cepta legalia cōuincerēt̃ in elemētorꝫ obſequȷ̈s ac teſtimonȷ̈s acce/ piſſe. Unde ꝛ inexcuſabiles facti ſũt: qꝛ de/ os ſibi dei dona fecerũt: ꝛ q̄ creata erāt ad vtendũ: venerati ſũt ad colendũ. In quā impietatē etiaꝫ illa gens quā ſibi ab oibus gētibus dñs ſegregauit: tota tranſiſſet: niſi miſcōię ſuę ꝓpoſitum ſuſtentandis electo/ rũ lapſibus p̄tendiſſet. Nam plenę ſũt pa ginę veteris teſtamēti de iſraelitice defecti/ onis relatu: vt aperte appareat diuinę ſemp fuiſſe grę q̄ non omnis ille popul⁹ diſceſſit a domino. Ita hũana natura in primi ho minis p̄uaricatiōe viciata: etiā inter benefi cia: inter p̄cepta ꝛ auxilia dei: ſemp in dete/ riorē eſt ꝓcliuior voluntatē: cui cōmitti nō eſt aliud q̄ dimitti. Hęc itaqꝫ voluntas va/ ga: incerta: inſtabilis: imperita: infirma ad efficiendũ: facilis ad audēdũ: in cupiditati/ bus cęca: in honoribus tumida: curꝭ anxia: ſuſpitionib⁹ inquieta: glorię q̄ virtutũ aui/ dior: fame q̄ ꝯſciētię diligentior: ꝛ p omneꝫ ſui experientiā miſerior fruendo his q̄ cōcu piuerit: q̄ carendo: nihil in ſuis habet viri/ bus niſi periculi facilitatē. Quoniā volun/ tas mutabilis quę non ab incōmutabili vo lũtate regit̃: tāto citi⁹ ꝓpinquat iniquitati: quanto acrius intendit̃ actioni. Qdiu er/ go homini ea placēt q̄ deo diſplicent: volũ/ tas ei⁹ animalis eſt. Quia etiaꝫ ſi in bonis morib⁹ agat: male adhuc viuit: ſi non in dei gloriā viuit. Hoc eſt em̃ ꝓpriũ ꝛ p̄cipuũ pi/ orum: vt in domino gloriētur: nec ſe niſi in deo diligāt. Bene em̃ ſe amant: q̇ in ſe opa dei amant. Nam ꝛ deus hoc amat i nobis qꝺ ipſe fecit: et hoc odit qꝺ ipſe nō fecit. Si ergo opus dei amamus in nobis: bonā vo/ lũtatē recte amam⁹ in nobis: q̄ vtiqꝫ ſi op⁹ dei non eſſet: amāda nō eſſet. Quis aũt ho mo (niſi male volũtatis fuerit) bonam in ſe non amat voluntatē: q̄ ſuperni agricolę pri Matth. 15. ma plantatio ē. Dicēte em̃ veritate: Omis plantatio quā nō plantauit pater meus cę/ leſtis: eradicabit̃: Quicquid nō ē eradican/ dum: manifeſtũ ē: a patre eſſe plātatũ. Bo/ na autē volũtas oiuꝫ virtutũ germen ē pri/ mũ. Quę inixa origini ſuę in illa ęterna ꝛ i/ cōmutabili volũtate requieſcit: vt vere ſit ſpi ritalis: Om̃ qui adhęret deo: vnus ſpũs ē: I. Cor. 6. dum p cōmunionē illuminātis ꝛ illumiati: iuſtificātis ꝛ iuſtificati: regēt̃ ꝛ ſubditi: ois actio ad vnum refert̃: ꝛ qꝺ ad vnũ refertur: vtriuſqꝫ ē. Quia nec a deo alienari pōt qꝺ dedit: nec ab hoie qꝺ accepit.

**De pulchra ac ſubtili huius q̄ſti/ onis tractatione: Utrũ cum bonę volũtatis hō eſſe incipit: eadē q̄ in ipſo erat corrigat̃ volũtas: an alia ei quā non habebat: et q̄ priori re/ pugnet: detur. Quēadmodũ etiaꝫ cum in diuinis ſcripturis ſalus ge neraliter omnib⁹ hominib⁹ ꝓmit/ tit̃: ꝓ parte hominũ oēs homines nominent̃: Ca. III.**

h Ic tractandũ videt̃: vtrũ cuꝫ bonę volũtatis eſſe homo incipit: eadeꝫ q̄ in ipſo erat: corrigat̃ volũtas: an alia ei quā nō habebat ꝛ q̄ priori repugnet: detur. Qꝺ vt euidētius appareat: alti⁹ id nō pigeat inquirere. Oēs hoies in p̄mo ho/ mine ſine vitio cōditi ſumus: et oēs naturę noſtrę incolumitatē: eiuſdē hōis p̄uarica/ tione perdidimus. Inde tracta mortalitaſ: inde multiplex corporis animiqꝫ corruptio: inde ignorantia ꝛ difficultas: curę inutiles: illicitę cupiditates: ſacrilegi errores: timor van⁹: amor noxius: iniuſta gaudia: pęnitē/ da ꝯſilia: ꝛ nō minor miſeriarꝫ multitudo q̄ criminũ. His ḡ atqꝫ alȷ̈s malis in naturā humanā irruētibus: fide pdita: ſpe relicta: itelligentia obcęcata: volũtate captiua: ne/ mo i ſe vnde repararet̃ inuenit: qꝛ etſi fuit q̇ naturali itellectu conatus ſit vitȷ̈s relucta/ ri: huius tm̃ tpis vitaꝫ ſteriliter ornauit: ad veras aũt virtutes ęternamqꝫ beatitudinē nō ꝓfecit. Sine cultu em̃ veri dei: etiā q̄ vir tus videt̃ eſſe: peccatũ eſt: nec placere vllus deo ſine deo pōt. Qui vero deo nō placet: cui niſi ſibi ꝛ diabolo placet? A quo cũ ho/ mo ſpoliaret̃: nō volũtate: ſꝫ volũtatis ſani tate p̄uat⁹ ē. Quia nec detrudi ab innocētię ſtatu poſſet: niſi voluntate peccaret. Quę ḡ nat̃a erat bona: q̄litate facta eſt mala: Et ille animi mot⁹ q̇ nunq̄ pōt ſine aliquo eſſe amore: hoc eſt ſine aliq̄ volũtate: nō pdidit appetitũ: ſed mutauit affectũ: id recipiēs de ſiderio: qꝺ debuit refutare iudiciō. Cum igit̃ homo ad pietatē redit: de q̇ ideo dictũ eſt: Spũs vadēs ꝛ nō rediēs. Quia niſi illũ Ps. 77.

deus ꝯuerteret:non rediret:non fit nouum
figmentũ nouaqꝫ creatura: nõ alia i eo crea
tur ſubſtãtia:ſꝫ eadeʒ q̃ fuerat labefactata:
reparat̃. Nec aliud ab eo aufert̃ niſi vitium
qḋ natura non habuit. Fuit eñ in adã na
tura ſine vitio:q̇ ꝑ volũtatis inobediẽtiam
mala multa ꝯtraxit:⁊ i poſteros magis ma
giſqꝫ multiplicãda trãſfudit. Que vt vin
cantur atqꝫ in nihilũ deducant̃: non efficit
niſi gratia ſaluatoris:q̇ opus ſuũ opere ſuo
1. Ioh. 3. reparat. Sicut eñ dicit iohẽs apl's: In hoc
apparuit fili⁹ dei: vt ſoluat opa diaboli. Et ſi
cut rũpit vincula captiui: ſic veſtit nudita
tẽ ſpoliati:ſic ſanat vulnera ſauciati: vt qḋ
in ipſo agit:etiaʒ per ipſum geratur. Cui
vtiqꝫ ꝯtra hoſtem ſuum nõ expedit ſine ꝓte
ctore ꝯfligere. Cum illo eñ habet certamẽ:
a quo aliquãdo ſuperatus eſt. Non ergo fi
dat de viribus ſuis:q̃ etiam cum eſſent inte
gre:non ſteterũt:ſed per illuʒ querat victo
riam: q̇ ſolus nõ ẽ victus ⁊ omnibus vicit:
Etſi querit: nõ dubitet querendi affectum
ab illo ſe accepiſſe quem q̃rit. Nec qꝛ ſpi
ritu dei agitur:ideo ſe putet liberũ arbitriũ
non habere:qḋ ne tunc q̇deʒ perdidit quã
do diabolo volũtate ſe dedit:a quo iudiciũ
voluntatis deprauatũ eſt nõ ablatũ. Qḋ
ergo non interfectum eſt per vulnerantem:
non tollitur per medentẽ:vulnus ſanatur:
non natura remouet̃. Sed qḋ in natura pe
rijt:nõ reſtituit̃ niſi ab auctore nature. Di
Hiere. 31. cit domin⁹: Et diſponã domui iſrael: ⁊ do
mui iude teſtamẽtũ nouũ:non ſm teſtamẽ
tum qḋ diſpoſui patribus eoruʒ in die qua
apprehendi manum eorum: vt educerẽ illos
de terra egypti:quia ipſi non pſeuerauerũt
in teſtamento meo: et ego eos neglexi dicit
dominus: Quia hoc ẽ teſtamẽtũ qḋ diſpo
nã domui iſrael poſt dies illos: dicit domi
nus: Dabo leges meas in ſenſu ipſorum:et
in corde ipſoꝝ ſcribam eas: ⁊ ero illis i deũ:
et ipſi erunt mihi in populũ. Et nõ docebit
vnuſquiſqꝫ ꝓximum ſuũ: ⁊ vnuſquiſqꝫ fra
trem ſuuʒ dicens: Cognoſce dominũ: quia
omnes cognoſcẽt me a puſillo eoꝝ vſqꝫ ad
magnũ:quia ꝓpitius ero iniquitatib⁹ eoꝝ:
⁊ peccatoꝝ eorum memor nõ ero. Et dabo
illis viam alteram ⁊ cor aliud: vt me timeãt
omnes dies in bonũ ipſis ⁊ filijs eorũ poſt
eos: ⁊ conſtituam illis teſtamentũ eternum
qḋ non auertam poſt eos: ⁊ timorem meuʒ
dabo in cor eorum ne diſcedant a me: ⁊ viſi
tabo eos vt bonos eos faciam. Per eſaiam
quoqꝫ de gratia ſua dominus qua ex omni
bus hominib⁹ nouam creaturã facit: eadeʒ
ꝓnunciat dicens: Ecce faciam noua q̃ nunc Eſa. 42.
orientur: ⁊ cognoſcetis ea: ⁊ faciam i deſer
to viam: ⁊ in ſicca terra flumina. Benedicẽt
me beſtie agri: ſirene et filie ſtrutionũ q̈ de
derim in deſerto aquam et flumina in ſicca
terra ad potãdũ genus meum electum: po
pulum meum quem mihi acquiſiui vt enar
rent virtutes meas. Et iterum: Per ipſum Eſa 45.
me iuro: niſi exibit de ore meo iuſticia: ⁊ ver
ba mea non auertentur: quia mihi flectetur
omne genu: ⁊ ꝯfitebitur omnis lingua deo.

Si ergo impoſſibile eſt iſta non fieri: quia
nec incerta ꝓſciẽtia dei eſt: nec mutabile cõ
ſilium nec inefficax volũtas: nec falſa ꝓmiſ
ſio: omnes iſti de quib⁹ hec ꝓdicta ſunt: ſine
cuiuſqꝫ exceptione ſaluãtur. Dat eñ leges
ſuas in ſenſũ ipſoꝝ: eaſqꝫ in cordibus eorũ
digito ſuo ſcribit: vt agnitionem dei nõ do
ctrine humane opere ſed magiſterio ſummi
eruditoris accipiãt. Quia neqꝫ qui plãtat: 1. Cori. 3.
neqꝫ qui rigat eſt aliquid: ſed qui incremen
tum dat deus. Omñes hi a puſillo vſqꝫ ad
magnum cognoſcũt deum: quia vt venirẽt
ad chriſtũ: a patre audierũt atqꝫ didicerũt:
omnes educti ab errore dirigunt̃ in viaʒ vi
te: omñib⁹ corde mutato recta ſapere ⁊ recta
velle donatur: omnibus timor quo in man
datis dei erudiãtur inſeritur. Fit in deſerto
via: ⁊ terra arida fluminib⁹ irrigatur: vt qui
prius ad ꝯfitenduʒ deũ: os non aperiebãt:
⁊ velut muta atqꝫ irrationabilia animalia i
feritatem tranſierãt beſtiarum: diuinorum
eloquiorũ fontibus mundati benedicunt ⁊
laudãt deũ: enarrãtes virtutes ⁊ mirabilia
miſericordie ei⁹ qui elegit eos ⁊ in filios ad
optauit ac noui teſtamenti fecit heredes.

Si autẽ (vt apl's loquit̃) hoĩs confirmatũ
teſtamẽtũ nemo ſpernit aut ſuperordinat:
quomodo fieri poteſt: vt ex vlla parte diui
na promiſſio reſoluatur? Manet prorſus ⁊
quotidie impletur qḋ abrae domin⁹ ſine cõ
ditiõe ꝓmiſit: ſine lege donauit: Quia etſi
q̇daʒ quibus hec ꝓdicata ſunt: nõ credide
runt: incredulitas eorum fidem dei nõ eua
cuauit. Eſt eñ deus verax: omnis autẽ ho Ro. 3.
mo mendax. Et illi quidem qui audito euã
gelio credere noluerũt: inexcuſabiliores fa
cti ſunt: q̈ſi nullum preconiũ veritatis au
diſſent. Sed certum eſt eos apud ꝓſcientiã



dei: abrae filios non fuiſſe: nec in illoꝝ ſorte
Gen. 26. numeratos: ḋ quibus dictũ eſt: Benedicẽ
tur in ſemine tuo omñes tribus terre. Credi
Hiere. 31. turos eñ ꝓmiſit qui dixit: Et non docebit
vnuſquiſqꝫ ꝓximũ ſuum: ⁊ vnuſquiſqꝫ fra
trem ſuum: dicẽs: Cognoſce dominũ: quia
omnes cognoſcẽt me a puſillo eorũ vſqꝫ ad
magnum. Reconciliandos ꝓmiſit q̇ dixit:
Propitius ero iniquitatib⁹ eorum: ⁊ pecca
torum eorũ memor nõ ero. Obedituros ꝓ
miſit q̇ dixit: Dabo illis viam alteraʒ ⁊ cor
aliud vt timeãt me omñes dies. Perſeuera
turos ꝓmiſit qui dixit: Timorem meũ da
bo in cor eorũ ne diſcedant a me: ⁊ viſitabo
eos: vt bonos eos faciã. Poſtremo omnes
Eſa. 45. ſine cuiuſqꝫ exceptione ꝓmiſit q̇ dixit: Per
memetipſũ iuro niſi exibit de ore meo iuſti
cia: ⁊ verba mea nõ auertent̃: quia mihi fle
ctetur omñe genu: ⁊ confitebitur oĩs lingua
deo. Hic ſi dicamus nõ fieri qḋ deus iura
uit eſſe faciendũ: falſitatem deo (qḋ abſit) ⁊
mendaciũ aſcribimus veritati. Si auteʒ vt
pietas fideſqꝫ pſuadent: dei verba nõ exci
dũt: ⁊ ſit omnino qḋ ſtatuit: quomodo no
bis veracis ꝓmiſſionis firmitas apparebit:
cum multa adhuc hominũ milia demonijs
ſeruiãt: ⁊ idolis genu flectãt: niſi huiuſmo
di denunciatiões dei ſm illam incõmutabi
lem ſciẽtiam editas nouerim⁹: in qua apud
illum iam vniuerſitas humana diſcreta eſt:
⁊ ſiue de bonis ſiue de malis loquatur: ita
vni⁹ partis meminit: quaſi neminẽ hoiuʒ
2. Cori. 5. ꝓtermittat. Naʒ cũ dicit apoſtol⁹: Vete
ra tranſierunt: ecce facta ſunt omnia noua:
nunquid non omnes homines videt̃ dixiſ
Col. 1. ſe renouatos? Aut cuʒ dicit: Quia i ipſo cõ
placuit omnẽ plenitudineʒ habitare: ⁊ per
ipſum recõciliari omñia in ipſo: Nũquid nõ
ita loquit̃ quaſi neminẽ velit exortem hui⁹
Heb. 1. recõciliationis intelligi? Aut cũ ait: Nouiſ
ſimis iſtis diebus locutus eſt nobis in filio
quem conſtituit heredẽ vniuerſorũ? Nũq̇d
aliud ſonat forma ſentẽtie q̈ omnes homi
nes in chriſti hereditate a patre eſſe tranſcri
Ps. 2. ptos: ſm ꝓphetiam dauid dicentis: Poſtu
la a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditateʒ tuã
⁊ poſſeſſionẽ tuaʒ terminos terre? Dicente
Ioh. 12. eñ domino: Si exaltat⁹ fuero a terra: omñia
traham ad me: Nõne vniuerſorum videtur
ꝓmiſſa cõuerſio? Aut cũ de eccleſia ꝓpheta
Eſa. 40. tur ⁊ dicit̃: Omñis vallis replebitur: ⁊ omñis
mons ⁊ collis humiliabitur: et erunt praua
in directa: ⁊ aſpera in vias planas: Nunq̇d
vllus hominũ videtur omiſſus q̇ nõ ſignifi
catus ſit chriſto eſſe ſubdendus? Quid cuʒ
dicitur: Et veniet omnis caro in conſpectu Eſa. 66.
meo vt adorent in hieruſalem: dicit domi
nus? Aut illud: Et erit i diebus illis: Effun
dam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem? Iohel. 2.
Aut illud: Alleuat domin⁹ omnes qui cor Ps. 144.
ruunt: ⁊ erigit omñes eliſos: Nunq̇d non ita
ꝓnunciatũ eſt quaſi ab hoc dei munere ne
mo diſcret⁹ ſit? Habet ergo populus dei
plenitudinẽ ſuam: ⁊ q̈uis magna pars ho
minũ: ſaluãt̃ gratiã aut repellat aut negli
gat: in electis tamẽ ⁊ ꝓſcitis atqꝫ ab omniũ
generalitate diſcret̃: ſpecialis quedã cenſe
tur vniuerſitas: vt de toto mundo tot⁹ mũ
dus liberatus: ⁊ de omnib⁹ hominib⁹ omñes
homines videantur aſſumpti. Sicut etiã
cum de impijs ſermo eſt: ita locutionẽ ſuaʒ
diuinus ſtilus ordinat: vt ea que de quadã
parte dicũtur: ad omnes homines ptinere
videantur. Veluti eſt illud qḋ ait iohãnes Ioh. 3.
baptiſta: Qui de celo venit: ſuper omñes ẽ:
qḋ vidit ⁊ audiuit: teſtificatur ⁊ teſtimoniũ
eius nemo accipit. Aut illud apoſtoli: Oẽs Phil. 2.
que ſua ſunt querũt non q̃ ieſu chriſti. Aut
illud qḋ pſalmus dauiticus canit: Domin⁹ Ps. 13.
de celo proſpexit ſuper filios hominũ vt vi
deat ſi eſt intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerũt: ſimul inutiles facti
ſunt: non eſt qui faciat bonum nõ ẽ vſqꝫ ad
vnũ. His igitur ⁊ alijs documẽtis q̃ poſ
ſunt ab inquirentib⁹ numeroſiora proferri:
non dubie demonſtrat̃: interdum ⁊ ꝓ parte
terre: omnẽ terram: ⁊ pro parte mundi totũ
mundũ: ⁊ ꝓ parte hominũ omnes homĩes
nominari: quorum tamen diſcretionẽ plerũ
qꝫ ſcriptura cito aperit: vt ſenſus legent̃ ab
vniuerſitatis appellatione ad partem que i
telligenda eſt trãſferat̃. Sicut eſt illud apo
ſtoli dicentis: Predicamus ieſum chriſtum 1. Cori. 1.
crucifixum: iudeis q̇dem ſcandalũ: gentib⁹
autem ſtulticiã. Ipſis vero vocatis iudeis
atqꝫ grecis chriſtum dei virtutem ⁊ dei ſapi
entiam. Nunquid ipſis chriſtus virtus q̇
bus ſcandalũ: aut ipſis ſapientia quib⁹ ſtul
ticia? Sed quoniã quidã ex eiſdem iuſtifica
buntur fide: quidam autẽ ſua impietate ob
durabunt̃: vnum credentium ⁊ non creden
tium genus ſub vocatorum appellatiõe diſ
creuit: vt quos a fide ſignificabat alienos:
eos q̈uis audiſſent euangelium: oſtẽderet

vocationis extraneos. Hac regula ꝑ eſaiã
Eſa.42. ꝓmittit ſermo diuinꝰ dicens: Educã cęcos
in viam quam non nouerunt: ⁊ ſemitas q̃s
neſciunt calcabũt. Et faciam illis tenebras
illuceſcere: ⁊ praua in directum. Hęc verba
faciam: ⁊ non derelinquam eos. Sꝫ q̇ð ſeq̇/
tur: Ipſi autem cõuerſi ſunt retro: ad partẽ
quandam generis ipſorum referenduꝫ eſt:
nõ ad eos quibus ait: Nõ derelinquã eos.
Eſa.43. Iterum dicit dominus ad iacob: Noli me/
tuere: quia tecum ſum. Ab oriente adducã
ſemen tuum: ⁊ ab occaſu colligam te. Dicã
aq̄loni adhuc ⁊ aphrico: noli vetare: adhuc
filios meos ð terra longinqua: ⁊ filias me/
as a ſũmo terrę: omnes in quibus vocatuꝫ
eſt nomẽ meum: In gloriam enim meã pa/
raui illum: ⁊ finxi ⁊ feci illum. Qꝫ autem ſe/
quitur: Et ꝓduxi plebem cęcam: ⁊ oculi eo/
rum ſunt cęci: et ſurdas aures habent: non
poteſt eis vlla ratione ꝯgruere: quos in glo
riam ſuam paraſſe ſe dicit. In his quippe
omnibus verbis quę ð vno hominũ gene/
re dicuntur: alijs ꝑſonis priora: alijs poſte/
riora ꝯueniũt. Apud apoſtolum quoqꝫ q̇ð
in parte populi agitur: ſub totiꝰ populi nũ/
cupatiõe narratur: ⁊ in reliquis plenitudo
cenſetur. Cum eñ de iudęorum obcęcatiõe
diſſereret: ⁊ quoſdaꝫ ex ipſis gratia ſaluos
Ro.11. fieri demonſtraret: Dico ergo inquit: nũq̇d
repulit deus populũ ſuuꝫ? Abſit. Nã ⁊ ego
iſraelita ſum ex ſemie abraã de tribu benia/
min: non repulit deus plebem ſuam quã ꝑ̄/
ſciuit. Plebs ergo ꝑ̄ſcita: plebs non repul/
ſa: hi ſunt qui in chriſto iuſtificati ſunt. Et
q̇ð de omĩ iſraele dici videtur: in his tm̃ q̃s
ſibi gratię electio reliquos fecit oſtenditur:
ſicut ſequẽtia apoſtolici ſermonis enarrãt.
Adiũgit eñ ⁊ dicit: An neſcitis in helia q̇d
dicit ſcriptura: quẽadmoduꝫ ĩterpellat de/
um aduerſus iſrael? Domie ꝓphetas tuos
occiderũt: altaria tua ſuffoderunt: ⁊ ego re/
lictus ſum ſolus: ⁊ quęrũt animaꝫ meã. Sꝫ
quid dicit illi reſponſum diuinum? Reli/
qui mihi ſeptem milia virorum qui nõ cur/
uauerũt genu baal. Sic ergo inquit: Et in
hoc tempore reliquię per electionem gratię
ſaluę factę ſunt. Si autẽ gratia: iam non ex
operibus: Alioq̇n gratia iã non eſt gratia.
Nõ ergo omĩs iſrael reprobatus: nec omĩs
electus eſt: ſed partẽ cęcitas voluũtaria auer
tit: partẽ ſibi illuminatio gratuita reſerua/
uit: ⁊ tamẽ ita de eis ſermo habetur: vt ⁊ in
his qui pereũt: ⁊ in his qui ſalui fiũt: nulla
totiꝰ generis videatur facta diſcretio. Nã
cũ legiẗ: Scðm euãgelium quidem inimici
propter vos: ſm electionem autẽ dilecti ꝓ/
pter patres: ita locutio ſonat: tanq̃ eoſdeꝫ
dicat dilectos quos dixit inimicos. Sꝫ hãc
caligineꝫ apl's ipſe deterſit dicendo: Quia
cęcitas ex parte in iſrael contigit: vt vnum
genꝰ in duas ſpecies intelligeremus eſſe di
uiſũ: ⁊ oẽm hominẽ: oẽm plenitudinẽ: oẽm
iſraelem: non ſemper ad vniuerſitatem: ſed
plęrũqꝫ ad partem eſſe referenduꝫ. Inter
has autẽ formulas locutionũ: etiam illã in
ſcripturis dictioneꝫ debemus aduertere: q̃
id quod ad diuerſorũ temporũ homines ꝑ/
tinet: ita promittitur quaſi de vna eiuſdeꝫ
ętatis generatione dicatur. Sicut eſt quod
ſanctus petrus apoſtolus ſcribẽs ſui ⁊ futu
ri tẽporis gentibus ait: Vos autem genus 1.Petri.2.
electum: regale ſacerdotiũ: gens ſancta: po
pulus acquiſitionis: vt virtutes annũcietis
eius qui ð tenebris vos vocauit in admira
bile lumen ſuũ: qui aliquãdo non populꝰ:
nũc autẽ populꝰ dei: q̇ nõ ꝯſecuti miſcðiaꝫ:
nunc autẽ miſericordiã conſecuti. Nũq̇d
cũ pręðicarẽtur hęc: adhuc illi homines per
manebant: quos omnes deus in pręteritis
generationibꝰ dimiſerat ingredi vias ſuas:
⁊ idem ipſi qui prius traditi fuerant volun
tatibus ſuis: nunc ð tenebris in lumen ad/
mirabile vocabantur? Nõne illi iam defece
rant: iam in hoc mũdo non erant: nec ab er/
rore ad veritatẽ reditus olim mortuis ſupe
rebat? Et tamẽ ꝙ poſt multa ſęcula gratia ĩ
poſteris impiorũ ſit: loquendi conſuetudo
perſtrinxit: vt ipſi videantur nunc eligi qui
prius fuerant derelicti. Pertinent autẽ hęc
non ad eoſdẽ homines ſed ad eiuſdẽ gẽtis
homines: ⁊ vocatio quę illuxit prope mun/
di finẽ: ad pręteritã non recurrit ętatẽ. Ita
modo quodã ⁊ ipſi ⁊ nõ ipſi ſunt: de q̇bus
⁊ quibus iſta dicuntur: dũ in aliquo ſpecia/
li a generalibus nõ diuidũtur: in aliquo ve
ro a cõmunibꝰ ſeparanẗ.

## De ſolutione calumnioſę obiecti onis qua quidam dicunt auctorẽ per ſuperiꝰ dicta cõtradicere aplo diffinienti: Qð deus velit oẽs homines ſaluos fieri: ⁊ in agnitioneꝫ veritatis venire. Et ꝙ ꝓfunditas diuinorũ myſteriorũ atqꝫ iudiciorũ a nobis nõ ſit ꝑquirẽda: Ca. IIII.



Sed cũ legerint hęc vel audierint: q̇
amant calũnioſa certamina: dicent
nos ꝑ huiuſmodi diſputatiões apo
1.Timoth.2. ſtolo cõtradicere diffiniẽti: Qꝫ deus omẽs
hoies velit ſaluos fieri: ⁊ in agnitionẽ veri/
tatis venire. Quã particulã verboꝝ apo
ſtoli ita nos integre pleneqꝫ ſuſcipimus: vt
nihil ei de ꝑ̄cedẽtibus ſiue ſubiectis quę ad
ipſam ꝑtinent ſubtrahamꝰ. Quoniã vt cę/
tera diuinoꝝ eloquioruꝫ teſtimonia ſeque/
ſtremus: hic locus ſufficit ad euacuãdũ q̇ð
calũnioſe obijciunt: ⁊ ad defendendũ quod
impie diffiteẗ. Scribẽs itaqꝫ ad timothęũ
Ubi.s. paulus apoſtolus ait: Obſecro igitur ꝑ̄mo
oiuꝫ: fieri obſecrationes: poſtulatiões: gra/
tiarũactiones pro omnibus hominibus: ꝓ
regibus ⁊ oibus qui in ſublimitate ſunt: vt
quietã ⁊ trãquillã vitã agamus in omĩ pie/
tate ⁊ caſtitate. Hoc eñ bonũ eſt ⁊ acceptũ
coram ſalutari noſtro deo: qui omẽs hoies
vult ſaluos fieri: ⁊ in agnitionẽ veritatꝭ ve/
nire. Unus eñ deus et vnus mediator dei
⁊ hominũ homo chriſtus ieſus qui dedit re
dẽptionẽ ſemetipſũ pro oibus. De hac er
go doctrinę apoſtolicę regula q̃ eccleſia vni/
uerſalis imbuitur: ne in diuerſũ intellectuꝫ
noſtro euagemur arbitrio: quid in ipſa vni/
uerſalis eccleſia ſentiat requiramꝰ: q̄ nihil
dubiũ eſſe poterit in ꝑ̄cepto: ſi obediẽtia cõ
cordet in ſtudio. Pręcepit itaqꝫ apoſtolus:
ĩmo per apoſtolũ dñs qui loquebaẗ in apo
ſtolo: fieri obſecrationes et poſtulationes:
gratiarũactiones ꝓ omnibus hominibꝰ: ꝓ
regibus: ac ꝓ his qui in ſublimitate ſunt.
Quã legẽ ſupplicationis: ita oiuꝫ ſacerdo/
tũ: ⁊ omniũ fideliũ deuotio concorditer te/
net: vt nulla pars mũdi ſit: ĩ qua huiuſmo/
di orationes nõ celebrenẗ a populis chriſti/
anis. Supplicat ergo vbiqꝫ eccl'ia deo: non
ſolũ ꝓ ſanctis et in chriſto iã regeneratis: ſꝫ
etiã ꝓ oibꝰ infidelibꝰ ⁊ inimicis crucꝭ chriſti:
ꝓ omnibꝰ idolorũ cultoribꝰ: pro omnibus
qui chriſtũ ĩ mẽbris ipſius perſequũtur: ꝓ
iudęis quorum cęcitati lumen euangelij nõ
refulget: pro hęreticis et ſciſmaticis qui ab
vnitate fidei ⁊ charitatis alieni ſũt. Quid
auteꝫ pro iſtis petit: niſi vt relictis erroribꝰ
ſuis conuertantur ad deum: accipiant fidẽ:
accipiant charitatem: ⁊ de ignorantię tene/
bris liberati: in agnitionem veniant verita
tis? Qð quia ipſi pręſtare ſibi nequeũt: ma
lę conſuetudinis pondere oppreſſi ⁊ diaboli
vinculꝭ alligari: neqꝫ deceptiões ſuas euin/
cere valent: quibꝰ tã pertinaciter inhęſerũt:
vt quãtũ amanda eſt veritas: tantũ diligãt
falſitatẽ: miſericors ⁊ iuſtus dominꝰ ꝓ om/
nibus ſibi vult hominibꝰ ſupplicari: vt cum
videmus de tam ꝓfundis malis ĩnumeros
erui: nõ ambigamus deum ꝑ̄ſtitiſſe: q̇ð vt
pręſtaret: oratus eſt: ⁊ gratias agentes pro
his qui ſalui facti ſunt: ſperemus etiaꝫ eos
qui nondũ illuminati ſũt: eodeꝫ diuinę gra
tię opere eximendos de poteſtate tenebra/
rũ: vt in regnũ dei priuſq̃ de hac vita exeãt
transferãẗ. Qð ſi aliquos ſicut videmꝰ ac/
cidere: ſaluãtis gratia ꝑ̄terierit: ⁊ ꝓ eis ora/
tio eccleſię recepta non fuerit: ad occulta di
uinę iuſticię iudicia referendũ. Et agnoſcẽ/
dũ eſt ſecreti huius ꝓfunditatẽ nobis ĩ hac
vita patere non poſſe. Ex parte eñ ſcimus 1.Corī.13.
⁊ ex parte ꝓphetamus: ⁊ videmꝰ nũc ꝑ ſpe/
culũ in ęnigmate. Nec ſapientiores aut ſci/
entiores beatiſſimo apoſtolo ſumꝰ: q̇ cũ de
gratię potentia diſputaret: magnoꝝ myſte
riorũ ingreſſus arcanum: ijs quę impoſſibi
le erat enarrare: ſuccubuit. Cum eñ dixiſ/
ſet: Nolo vos ignorare fratres myſterium Ro.11.
hoc: vt non ſitis vobiſipſis ſapientes: quia
cęcitas ex parte in iſrael ꝯtigit: donec pleni
tudo gentiuꝫ intraret: et ſic omĩs iſrael ſal/
uus fieret: ſicut ſcriptũ eſt: Ueniet ex ſyon
q̇ eruat ⁊ auertat impietates ab iacob: et h̄
illis a me teſtamentũ: cũ abſtulero peccata
coꝝ. Scðm euangeliũ q̇dem inimici ꝓpter
vos: ſm electionem vero dilecti ꝓpter pa/
tres. Sine pęnitentia eñ ſunt dona ⁊ voca
tio dei. Sicut eñ aliquãdo ⁊ vos nõ credi/
diſtis deo: nunc autẽ miſericordiã conſecu/
ti eſtis ꝓpter illoꝝ incredulitatem: ita ⁊ iſti
nũc nõ crediderũt ĩ veſtra miſcðia: vt ⁊ ipſi
miſericordiã ꝯſequanẗ. Concluſit eñ deus
omĩa ĩ incredulitate vt oiuꝫ miſereaẗ. Cuꝫ
ergo hęc diuinoꝝ operũ myſteria ſupra mẽ
ſuras humanę intelligẽtię excellẽtia: q̃dam
mẽtis ſuę ꝓfudiſſet exceſſu: totã expoſitio/
nis rationẽ tranſtulit ad ſtuporẽ: ⁊ admira/
tor eoꝝ quę protulerat exclamauit ⁊ dixit:
O altitudo diuitiaꝝ ſapientię ⁊ ſciẽtię dei: Ubi.s.
q̃ incõprehẽſibilia ſũt iudicia eiꝰ: ⁊ inueſti/
gabiles vię eius. Quis eñ cognouit ſenſũ
dñi? aut q̃s ꝯſiliariꝰ eiꝰ fuit? aut q̃s prior de/
dit illi ⁊ retribueẗ ei? Qm̃ ex ipſo ⁊ ꝑ ipſũ et
ĩ ipſo ſũt oia. Ipſi gl'ia ĩ ſęcl'a ſęcloꝝ amen.

## Cur anterioribꝰ ſęculis dimiſſę

**ſint oēs gentes ingredi vias ſuas: vno tm̄ iſraele excepto: ⁊ ad cognitionē veritatꝭ electo. Et quare deꝰ vni homini det gratiam: alteri aūt deneget: Ca. V.**

Remiſſa em̄ docentis aſſertio locū
dabat multimodę queſtioni: vt va
riatę ꝑ tot populos ac tempora gra
tię dei cauſa quęreret: Cur ſcilicet anteriori
bus ſeculis dimiſſę eſſent om̄es gentes in-
gredi vias ſuas: vno tm̄ iſraele qui diuinis
eloquijs erudiretur: excepto: ⁊ ad cognitio-
nem veritatis electo: cuius infidelitas locū
tandez ſaluandis gentibus fecerit: tanq̄ ſi
vnus populus i fide ſui generis ꝑmaneret:
miſericordia dei cęteris ſe nationibus p̄ſta-
re nō poſſet. Cur deniqꝫ ipſi quorum dimi-
nutio ſalus gentibꝰ eſt: ab obcęcatione ſua
non liberentur priuſq̄ ingrediatur gētium
plenitudo: quaſi illuminari cum omnibus
nequeant: qui omnes facta omniū gentiuz
adoptione ſaluādi ſūt. Aut quomodo oīs
iſrael ſublata obcęcatione ſaluandꝰ ſit: cuiꝰ
innumerabilis multitudo in ſua infidelita-
te deficiens: ad tempora ſaluandis ꝓmiſſa
non peruenit. Vel quomodo ipſaꝝ gētiū:
quarum prius nō eſt facta vocatio: dicatur
nunc ingredi plenitudo: Cum tanta promi-
ſcuę ętatis ⁊ conditionis hominuz milia in
omnibꝰ nationibus quę ſunt ſub cęlo: ſine
chriſti iuſtificatione moriant̄. Sed horum
myſteriorū iudiciorūqꝫ cauſas pius ⁊ doctꝰ
magiſter maluit ad altitudinem diuitiaruz
ſapientię dei ſcientięqꝫ ſuſpēdere: q̄ iuſtiſ-
ſimę veritatis ⁊ miſericordiſſimę bonitatis
ſubtractum ab humana cognitione ſecretū
temeraria inquiſitiōe diſcutere: nihil omit-
tens de his quę non oportet ignorari: nihil
contrectās de his quę nō licet ſciri. Mul-
ta em̄ ſunt in diſpenſatione opeꝝ diuinoꝝ:
quoꝝ cauſis latentibꝰ ſoli monſtrāt̄ effectꝰ:
vt cum pateat qđ geritur: nō pateat cur ge-
ratur negocio in mediū deducto: ⁊ in occul-
tum rōne ſubducta: vt i eadē re ⁊ de inſcru-
tabilibꝰ p̄ſumptio comprimat̄: ⁊ de manife
ſtis falſitas refutet̄. Neqꝫ em̄ ſi neſcio cur
ille grecus creetur: hic barbarus: iſte in diui
tijs: ille in egeſtate naſcat̄: hūc valida ꝓce-
ri corporis pulchritudo ſublimet: illū debi-
liū membrorū exilitas contracta deformet:
iſte a catholicis editus in veritatis cunabu
lis nutriat̄: ille hereticoꝝ ꝓgenies cum ipſo
lacte matrꝭ hauriat virus erroris. Si deni-
qꝫ mille alias differētias in habitu corpoꝝ:
in qualitatibꝰ animorū: in conditione tem-
porū: i more regionū: dijudicare nō poſſū:
ideo ꝙ omniuz horū deus ſit conditor atqꝫ
ordinator: ignoro. Qui vtiqꝫ ſinguloꝝ ho-
minū ita ⁊ corpora creauit ⁊ ſpiritꝰ: vt p̄ter
illā ſecuturā ex vniuſcuiuſqꝫ ſtudio volūta-
riam diuerſitatē: ipſa conditionis exordio
diſſimilima numeroſitate variaret. Tur-
barēt aūt nos ⁊ i diuerſum diſtraherēt mul-
tę vaniloquoꝝ opiniones: q̄ de incognoſci
bilibus deuenire i incōuenientia p̄ſumpſe-
rūt: ⁊ has originales inęqualitates fatis q̄
nlla ſūt: ⁊ ſideribꝰ deputarūt: niſi certiſſima
noticia teneremꝰ deū creatorē de elemētis
naturalibꝰ ꝓut vult vas vnumquodqꝫ for-
mare: ⁊ vnā naturā aīaꝝ: vnā naturā corpo
rū: placitꝭ ſibi tēperare mēſuris: Quę vtiqꝫ
opera dei humanę intelligentię cognoſcibi
lia eſſent ſi inoteſcere debuiſſent: ⁊ manife-
ſtaretur cur ita quidqꝫ fieret: niſi ꝙ ita fieret
ſcire ſufficeret. Dicit dn̄s ad moyſen: Quis Exo. 5.
dedit os homini: ⁊ quis fecit mutum ⁊ non
audientē: videntē ⁊ cęcum: nonne ego dn̄s
deus? Et ꝑ eſaiam: Nōne ego fęcundū ⁊ ſte
rilem feci dicit dn̄s? In libro eccleſiaſtico le
gitur: Bona ⁊ mala: vita ⁊ mors: pauꝑtas Eccl. 11.
⁊ honeſtas a deo ſūt. Et iob dicit: Abūdāt
tabernacula p̄donū ⁊ audacter ꝓuocāt de-
um: cū ipſe dederit oīa in manibus eoꝝ. Et
idē đ oīuz rerū humanaꝝ ꝓfectu ⁊ defectu
diſputās: omneſqꝫ mutationes ad iudicia
dei referēs: Apud ipſū eſt inquit ſapiētia ⁊ Job. 12.
fortitudo: ipſe habet ꝯſiliū ⁊ itelligētiā. Si
deſtruxerit: nemo eſt q̄ ędificet: ſi incluſerit
hoiez: nullus eſt q̄ aperiat: ſi ꝯtinuerit aq̄s:
om̄ia ſiccabuntur: ſi emiſerit eas: ſubuertēt
terrā. Apud ipſū ē fortitudo ⁊ ſapiētia: ipſe
nouit ⁊ decipientē ⁊ eū q̄ decipitur: adducit
conſiliarios in ſtultum finē: ⁊ iudices in ſtu
porem. Balteum regum diſſoluit: ⁊ pręcin-
git fune renes eorū: ducit ſacerdotes inglo-
rioſos: ⁊ optimates ſupplantat: cōmutās la
biū veraciū: ⁊ doctrinā ſenū auferēs: effun-
dens deſpectionem ſuper p̄ncipes: ⁊ eos q̄
oppreſſi fuerant: releuās: qui reuelat ꝓfun-
da de tenebris: ⁊ producit in lucem vmbrā
mortis: qui multiplicat gētes ⁊ perdet eas:
⁊ ſubuerſas i integrum reſtituet. Qui immu-
tat cor p̄ncipum terrę: ⁊ decipit eos: vt fru-
ſtra incedant per inuium: palpabunt quaſi



in tenebris ⁊ non in luce: ⁊ errare eos faciet
quaſi ebrios. Et iterum idez dicens: Volū-
tatem dei irritam eſſe nō poſſe. Ipſe enim
inquit ſolus eſt: ⁊ nemo auertere poteſt co-
gitationē eius: ⁊ anima eius quodcūqꝫ vo-
luerit: hoc fiet. Liberat̄ pars hominū parte
pereunte: etſi hoc voluntatum meritis veli-
mus aſcribere: vt malos neglexiſſe gratia:
bonos aūt elegiſſe videatur: reſiſtet nobis
inumerabilium cauſa populoruz: quibus ꝑ
tot ſecula nulla cęleſtis doctrinę annuncia-
tio coruſcauit: nec meliores fuiſſe eoruz po-
ſteros: poſſumus dicere de quibus ſcriptū
Eſa. 9. eſt: Gentium populus qui ſedebat in tene-
bris lucem vidit magnam: ⁊ ſedētibꝰ i tene-
bris ⁊ vmbra mortis: lux orta ē illis. Et ad
1. Petri. 2. quos apoſtolus petrus dicit: Vos autē ge
nus electum: regale ſacerdotium: gens ſan-
cta: populus acquiſitionis: vt virtutes an-
nuncietis eius qui de tenebris vos vocauit
in tam admirabile lumen ſuum: qui quōdā
non populus nunc autē populus dei: quo-
rum aliquando non eſt miſertus: nunc aūt
miſeretur. Non ergo meritis minorum tri-
buitur qđ non meruere maiores: par em̄ im
pietas: ⁊ patres accuſabat ⁊ filioſ: eademqꝫ
ignorantię cęcitas omnes ſimul in eoſdem
mergebat errores. Sed cur illorum non mi
ſertus ⁊ horum miſertus ſit deus: quę ſcien
tia comp̄hēdere: quę poteſt inueſtigare ſa-
pientia? Latet diſcretionis iſta ratio: ſ; non
latet ipſa diſcretio. Non intelligimus iudi-
cantem: ſed videmus operantem. Quid ca
lamniamur iuſticię occultę: qui gratias de-
bemus miſericordię manifeſtę? Laudemus
⁊ veneremur qđ agitur: quia tutuz eſt neſci-
re qđ tegitur. Reſpice autem ⁊ ad vniuerſa-
lem multitudinem paruulorum: in quibus
excepto illo quo in damnationem naſcitur
gens humana delicto: nec pręterita poſſūt
merita nec futura cenſeri. Om̄es em̄ de qui
bus nūc loquimur: ante vllum intelligētię
vſum: ante liberum voluntatis arbitrium:
alij ad ęternam beatitudinē regenerati: alij
ad perpetuam miſeriam tranſeunt non re-
nati. Si originalem culpam fateris: omnis
numerus in reatu eſt: ſi moralem innocētiā
queris: omnis ſumma ſine vitio eſt. Nō in-
uenit qđ diſcernat humana iuſticia: ſed ha-
bet qđ eligat inenarrabilis gratia dei. In
abſcondito eſt conſilium: ſed non latet do-
num: opus exerit pietas: cauſam obſcurat
poteſtas. Sz tam indubitabile eſt qđ nō vi
detur q̄ qđ videtur: quia auctori manifeſti
operis negari confeſſio etiam incognitę nō
poteſt ęquitatꝭ. Qz ſi ⁊ ad illos dirigas mē-
tis intuituz qui longam agētes in flagitijs
⁊ ſceleribus ętatem: ſacramento baptiſma-
tis chriſti in ipſo vitę fine renouātur: ⁊ ſine
vllo ſuffragio bonorum operum in regni cę
leſtis conſortium tranſferuntur: quo intel-
lectu diuinuz iudicium comprehendes: ni-
ſi vt indubitāter agnoſcas gratuita eſſe dei
munera? Et ſicut nulla ſunt tam deteſtāda
facinora: quę poſſint gratię arcere donum:
ita nulla poſſe tam pręclara opera exiſtere:
quibus hoc qđ gratis tribuitur: per retribu
tionis iudiciuz debeatur. Vileſceret em̄ re-
demptio ſanguinis chriſti: nec miſericordię
dei humanorum operū prerogatiua ſuccū-
beret: ſi iuſtificatio quę fit per gratiam: me-
ritis pręcedentibus deberetur: vt non mu-
nus largientis ſed merces eſſet operantis.
Vnde autez poſſet probari ꝙ ad euacuan-
dum originale peccatum nulla idonea eſſet
induſtria: niſi ⁊ impij ⁊ facinoroſi: per laua-
crum chriſti aſſumerentur in regnum: agno
ſcerentqꝫ qui in ſua iuſticia gloriātur: q̄ ni-
hil dignum agere poſſint adoptione filioꝝ
dei: ſi ad regenerationis non peruenerunt
ſacramentum: cum eadem qua ſceleſtiſſimi
peccatores cōditione teneātur: pares futu-
ri in ſanctificatione: ſi affuerit regeneratio:
ſimul perituri: ſi ceſſauerit ablutio? Si ergo
etiam ex nequiſſimis in ipſo vitę exitu gra-
tia inuenit quos adoptet: cum tamen mul-
ti etiam qui minus nocentes videntur: do-
ni huius alieni ſunt: quis h̄ aut ſine diſpen
ſatione dei fieri aut ſine profunda dicat ęq̄-
tate decerni? Qđ vtiqꝫ non ideo iniquū eſt
quia occultum eſt: ſed ideo ęquum eſt: quia
iudiciuz dei eſſe non dubium eſt. Qđ enim
ab illius pendet arbitrio: qua ſententia iu-
dicari debeat: priuſq̄ iudicetur: incertū eſt.
Cum autem res ad finem ſuum venerit: ne-
mini liberum ē de exitu conqueri: quia cer-
tiſſimum eſt: nihil aliter deum facere debu-
iſſe q̄ fecerit: Qui multimodę vocatiōis va
rietatem ad vnam gratiam pertinentē etiā
illa regula euangelicę comparatiōis aſtru-
xit: qua oſtēdit patremfamilias diuerſo tē-
pore conducentem operarios vineę ſub pa
ctione denarij: quo vitę ęternę ſignificatur
ęq̄litaſ: vbi ſine dubio hora vndecima itro-

miſſi in vineā: totiꝰ diei operarijs exequati:
iſtoꝝ: de qbus nūc loquimur: ꝓferūt ſortē:
quos ad cōmendandā grē excellētiā in de/
fectu diei ⁊ ꝯcluſione vitę diuina indulgen/
tia munerauit: nō labori ꝓciū ſoluēs: ſed di
uitias bonitatis ſuę in eos q̄s ſine operibꝰ
elegit: effundēs: vt etiā hi q̄ in multo labo/
re ſudarunt: nec ampliꝰ q̄ nouiſſimi accepe/
runt: intelligāt donū ſe grę non opeꝝ acce/
piſſe mercedē. Unde ſi et nos aduerſū pſeʒ
familias murmuremꝰ: eo ꝙ nouiſſime voca
ti totiꝰ diei operarijs coequent: nec ampliꝰ
multa opa q̄ pene nulla mereantur: dicetur
Matth. 20. nobis qđ vni eoꝝ reſponſū ē: Amice nō fa/
cio tibi iniuriā: nōne ex denario conueniſti
mecū? Tolle qđ tuū ē ⁊ vade: volo auteʒ ⁊
huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. Aut non li/
cet mihi de re mea facere qđ volo? Aut ocu/
lus tuꝰ nequā eſt: q2 ego bonus ſum? Certe
huic calūniatori iniuſta videbat̃ hęc largi/
tas: ⁊ qđ eruditionis retulit? quid rōnis ac/
cepit? Non eſt ei diſpenſatiōis huiꝰ reuela/
ta iuſticia: nec ad inſpectionē ſecreti latentꝭ
admiſſus ē: ſed vt a diſcutiēdis dei iudicijs
abſtineret: oppoſita eſt ei bonitas miſeran/
tis ⁊ volentis poteſtas. Quaſi illi ⁊ ab apo
Ro. 9. ſtolo diceret̃: O homo tu q̄s es q̄ reſponde
as deo? Nūq̄d dicit figmentū ei q̄ ſe finxit:
quare me feciſti ſic? Oibus ꝙ hoib9 cuiuſli/
bet generis: cuiuſlibet conditionis ⁊ ętatis
cauſa ꝑcipiendę grę voluntas dei eſt: apud
quā ratio electiōis abſcōdita eſt: ab ea grā
incipiētibꝰ meritis quā accipe ſine meritis.
Quę ſi poſſent bona eſſe ſine grā: non dice/
Joh. 3. ret̃: Niſi q̄s renatꝰ fuerit ex aq̄ ⁊ ſpirituſan/
Joh. 6. cto: nō intrabit in regnū cęloꝝ. Et niſi mā/
ducaueritis carnē filij hois: ⁊ biberitis ſan/
guinē eius: non habebitis vitam in vobis.
Sed diceret̃: Niſi q̄s fuerit iuſtus et bonꝰ:
beatus in ęternū eſſe nō poterit. Nec opus
eſſet ꝑ aquā ⁊ ſpiritū renaſci: ſi ꝑ mandatuʒ
ſufficeret erudiri. Et euacuaret̃ fides: q̄ cre/
dit ꝑ baptiſmū oīa peccata dimitti: ſi gra
tia non malis ⁊ impijs: ſ; bonis ⁊ rectis do/
ceret̃ impendi. Origo itaq; verę vitę verę q;
iuſticię in regenerationis ē poſita ſacramē/
to: vt vbi homo renaſcit̃: ibi etiam ipſarum
vtutū veritas orią̃t. Et incipiūt ad ꝑpetuā
gloriaʒ ꝓficere ꝑ fidem: q̄ vix ad tēporalem
vanę laudis poterāt ꝑuenire mercedē. Si/
ue eñ iudęus legis ſciētia tumēs: ſiue gręcꝰ
ſtudio ſapientię naturalis inflatus: priuſq̄
iuſtificet̃ ꝑ fidē chriſti: ꝯcluſus eſt ſub pecca/
to. Et ſi in ſua infęlicitate perſtiterit: ira dei
manet ſuꝑ eū: illa ſcʒ in adę ꝓuaricatiōe cō/
tracta: De q̄ apl's loquit̃ dicēs: Et vos cuʒ Eph. 2.
eſſetis mortui delictis ⁊ peccatis veſtris: in
q̄bꝰ aliq̄n ambulaſtis ſm ſęculū mūdi huiꝰ:
ſm ꝑncipem poteſtatis aeris huius: ſpiritꝰ
q̄ nunc operat̃ in filios diffidentię: in quibꝰ
⁊ nos aliq̄n ꝯuerſati ſumus i deſiderijs car/
nis noſtrę: faciētes voluntatē carnis ⁊ cogi
tationū: ⁊ eramus natura filij irę: ſicut ⁊ cę/
teri. Et iterum: Qui eratis illo tꝑe ſine chri Ubi. s.
ſto: alienati a ꝯuerſatione iſrael: ⁊ hoſpites
teſtamentoꝝ: ꝓmiſſionis ſpem non haben
tes: ⁊ ſine deo in mūdo. Et iteꝝ: Eratis ali/ Eph. 5.
quando tenebrę: nunc auteʒ lux in dño. Et
iteꝝ: Gratias agentes patri: q̄ dignos nos Col. 1.
fecit in partem ſortis ſāctoꝝ in lumine: qui
eripuit nos d̄ tenebris ⁊ poteſtate tenebra/
rum: ⁊ tranſtulit in regnum filij dilectionis
ſuę. Et iteꝝ: Eramꝰ eñ ⁊ nos aliq̄n inſipiē/ Titū. 3.
tes: increduli: errantes: ſuiētes deſiderijs ⁊
voluptatibus varijs: in malicia et inuidia
agentes: odibiles: odientes inuicem: Cum
autē benignitas ⁊ humanitas apparuit ſal/
uatoris noſtri: non ex operibus iuſticię q̄ fe
cimus nos: ſed ſm ſuam miſericordiam ſal/
uos nos fecit per lauacrum regenerationis
ſpiritusſācti quē effudit in nos abunde per
ieſum chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iu/
ſtificati grā ipſius: hęredes ſimus ſm ſpem
vitę ęternę.

## Qualis ſit natura humana ſine gratia: Ca. VI.

Et vt breuiſſime pateat: q̄lis ſit na/
tura humana ſine gratia: dicat iu/
das apoſtolus: quid agat vel igno/
rantia imperitorum: vel doctrina ſapiētiū.
Hi autem inquit quęcūq; quidem ignorāt Jude. 1.
blaſphemant: quęcunq; autem naturaliter
vt muta animalia norunt: in his corrūpūt̃.
Dicat etiam ſub verbis zacharię euāgeliſta
lucas: ante illuminationē gratię in qua hu
manum genus nocte verſetur: ⁊ de q̄bꝰ ig/
norātię tenebris: dei populus eruat̃: Et tu Luc. 1.
inquit puer propheta altiſſimi vocaberis:
preibis eñ añ faciem domini parare vias
eius: ad dandā ſcientiā ſalutis populo eiꝰ:
in remiſſionē peccatorum ipſorum: propter
viſcera miſericordię domini: in quibꝰ viſita
uit nos oriēs ex alto: lucere his q̄ i tenebris
⁊ vmbra mortis ſedēt: ad dirigēdos pedes



noſtros in viā pacis. Hęc autem viſcera mi
ſericordię dominꝰ non ad vnius tm̄ populi
redemptionē: ſed omniū nationū impēdit ſa/
lutē: dicēte euāgeliſta: Quia ieſus moritu/
rus erat ꝓ gente: non tm̄ ꝓ gente: ſed etiaʒ
vt filios dei diſperſos cōgregaret in vnum.
Hoc eñ agit illa vox domini: quę ꝑ quādaʒ
pietatis tubā toto terraꝝ orbe reſonātem:
oēs homies ⁊ inuitat ⁊ cōuenit. Nam cuʒ
Matth. 11. dixiſſet: Cōfiteor tibi pater domie cęli ⁊ ter
rę: quia abſcondiſti hęc a ſapiētibꝰ ⁊ prudē/
tibꝰ: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: qm̄
ſic beneplacitū eſt ante te: addidit: Oia mi/
hi tradita ſūt a patre meo: ⁊ nemo nouit fi/
lium niſi pater: neq; patrē quis nouit niſi fi
lius: et cui voluerit filiꝰ reuelare. Et deinde
adiecit: Uenite ad me oēs q̄ laboratis et
onerati eſtis: ⁊ ego vos reficiaʒ. Tollite iu/
gum meum ſuꝑ vos: ⁊ diſcite a me: q2 mitis
ſum ⁊ humilis corde: et inuenietis requiem
animabus veſtris. Jugum eñ meuʒ ſuaue
eſt: ⁊ onus meū leue eſt. Johēs vero bapti/
ſta: in euāgelio iohānis: ꝓphetico ſpiritu ꝓ
Joh. 3. teſtatur dicens: Qui de cęlo venit: ſuꝑ oēs
eſt: qđ vidit ⁊ audiuit: teſtificatur: ⁊ teſtimo
niū eiꝰ nemo accipit. Qui accipit teſtimo/
nium eius: ſignauit: quoniā deus verax ē.
Igitur quātū attinet ad hūani generis cę/
citatem: lōga ignorātię ⁊ ſuperbię nocte cō
tractam: venit in hunc mundū creator mū/
di: et mūdus cum non cognouit. Lux lucet
in tenebris: ⁊ tenebrę eā nō cōprehēderūt.
Qui ſuper omnes eſt: qđ vidit ⁊ audiuit: te
ſtificatur: ⁊ teſtimoniuʒ eius nemo accipit.
Sed quia non fruſtra deus dei filius venit
in mūdū: ⁊ dedit ſemetipſū ꝓ omnibꝰ: mor
tuuſq; eſt: non tm̄ ꝓ gente: ſed etiam vt fili/
os dei diſperſos congregaret in vnū: ⁊ vni/
uerſis dicit: Uenite ad me omnes qui labo
ratis ⁊ onerati eſtꝭ. Et ſeruato ſibi incogno
ſcibilis electionis arbitrio: dat ſui patriſq;
noticiā quibus eam voluerit reuelare. Oēs
filij lucis filij ꝓmiſſionis: filij abrahę filij dei:
genus electuʒ: regale ſacerdotiū: veri iſrae/
litę ꝓcogniti ⁊ ꝓordinati in regnum dei: qui
eos vocauit: non ſolum ex iudęis: ſed etiaʒ
ex gētibus: teſtimoniū eius qui de cęlo ve/
nit accipiunt: ſignificātes quia deus verax
eſt: id eſt: expreſſe ſignificantes in ſui ſalua/
tione: quoniā deus verax eſt. Implens ⁊ ꝑ/
ficiens qđ ꝓmiſit abrahę omniū gentiū pa/
tri. Qui pollicēte deo ꝙ hęres futurus eſſet
mūdi: nō hęſitauit diffidentia ſed cōfortatꝰ
ē fide: dans gloriā deo: ⁊ pleniſſime ſciens
quoniā qđ ꝓmiſit: potens ē ⁊ facere. Quis
autē tam alienus eſt a fide abrahę: quis tam
degener ab vniuerſarū gentium patre: qui
ꝓmiſſionem dei aut nō impleri: aut ab alio
ꝑter eum qui ꝓmiſit: dicat impleri? Ille q̄/
dem erit mendax: deus autem eſt verax. Et
oīs q̄ accipit teſtimoniū eius: hoc ſignat:
hoc indicat: ꝙ per lucē illuminanteʒ factus
eſt vidēs: factus eſt obediēs: factꝰ eſt intel/
ligens: ſicut iohānes euāgeliſta teſtatur di/
cens: Scimus quia mūdus totꝰ in maligno 1. Joh. 5.
poſitꝰ eſt: ⁊ ſcimꝰ q2 filius dei venit et dedit
nobis ſenſū vt cognoſcamꝰ verum deum: ⁊
ſimus in vero filio eius.

## Cur ſaluator omniū hominū: nō omnibꝰ dederit hunc ſenſū vt cognoſcerēt verū deum. Cur etiā q̄dā paruuli ſalui fiant renati: alij pereant non renati: Ca. VII.

Si vero q̄rit̃: cur ſaluator oīuʒ hoīuʒ
non oībꝰ dederit hūc ſenſū: vt cog/
noſcerēt veꝝ deū: ⁊ eſſent: id eſt: ꝑ/
manerēt in vero filio eiꝰ: q̄uis credamꝰ nul
lis hoībꝰ opem grę i totū fuiſſe ſubtractaʒ.
De quo pleniꝰ i ſequētibus diſſeremꝰ: Tñ
ita forte hoc velatū ſit: ſicut illud abſcondi/
tū ē: Cur antea oībꝰ gētibꝰ ꝓtermiſſis: vnū
populū ſibi quē ad veritatꝭ cognitiōeʒ eru/
diret exceperit. De q̄ iudicio dei ſi nō eſt cō
querendū: multo minꝰ de hoc: ꝙ cū electiōe
oīuʒ gentiū gerit̃: murmurādū eſt. Quę eñ
deꝰ occulta eſſe voluit: nō ſūt ſcrutāda: quę
aūt manifeſta fecit: nō ſūt neganda: ne ⁊ in
illis illicite curioſi: ⁊ in iſtis dānabiliter iue
niamur ingrati. Nō aūt ignoramꝰ eſſe q̄ſdā
tā incōſideratę ꝓſūptionis: ⁊ tā ſuꝑbę arro/
gātię: vt ꝙ ꝓcipuus magiſter gētiū: non ab
hoībꝰ neq; ꝑ hoīeʒ: ſ; diuinitꝰ ruditꝰ: ſupra
mēſurā ſcię ſuę lōge ⁊ alte remotū eſſe ꝯfeſ/
ſus ē: audeāt falſi nois temerare doctrina:
⁊ nihil illic occultū: nihil veliut eē ſecretuʒ:
vbi apl's nō q̄d ſentiēdū eſſet aperuit: ſ; q̄d
nō ſcrutādū eēt: oſtēdit. Nullis eteni (ꝙ ſu/
pra iā diximꝰ) ſtudijs: nullis ingenijs inda/
gare ꝯceſſum ē: q̄ iudicio q̄ve ꝯſilio deꝰ incō
mutabiliter bonꝰ: incōmutabiliter iuſtus:
ſemꝑ ꝓſcius: ſemper omnipotēs: iđo oīa Ro. 11.
i incredulitate cōcluſerit: vt oīuʒ miſereat̃:
⁊ tamen illis ſęculis quibus vnuʒ iſraelem
erudiebat: innumerabiles populos impioꝝ

illuminare diſtulerit: ⁊ nũc eundem iſraelẽ:
donec vniuerſitas gentium introeat: obcę-
catum eſſe patiatur: pereuntẽ in tot milibꝰ
naſcentium atq; morientium: ⁊ ſaluandum
in eis quos mundi finis iuenerit. Quo my-
ſterio toto ſcripturarũ corpore dilatato in-
notuit quidẽ nobis quid factu ſit: qd fiat:
quidve faciendũ ſit. Sed quare ita fieri pla
cuerit: ab humanę intelligentię cõtemplati
one ſubtractũ eſt. Iſti aũt qui neſcire aliqd
erubeſcunt: et per occaſionem obſcuritatis
tendunt laqueos deceptionis: oẽm diſcreti
onem qua deꝰ alios eligit: aliosq; nõ eligit:
Matth.20. Multi enim ſũt vocati: pauci aũt electi: ad
merita humanę referũt volũtatis: docẽtes
ſcʒ neminẽ gratis: ſed ex retributione ſalua
ri: quia naturaliter omnibus ſit inſitum: vt
ſi velint: poſſint veritatis eẽ ꝑticipes: eiſq;
affluere gratiã a quibꝰ fuerit expetita. Quę
diffinitio vt interim de gratię veritate tace
atur: de his videtur aliquã oſtẽtare ratiun-
culã q libero vtunt arbitrio. De paruulis
vero qbus ſine vllo bonę volũtatis merito
in originali vulnere cuʒ cęteris mortalibus
cauſa cõmunis eſt: nihil poteſt expoſitiõis
afferri: qua doceat cur iſti ſalui fiãt renati:
illi pereant nõ renati: ſub illius ꝓuidẽtia et
omnipotẽtia in cuiꝰ manu eſt anima omnis
viuẽtis: ⁊ ſpiritus vniuerſę carnis homis:
Job.14. ⁊ cui dicit: Breues dies homis ſũt: numerꝰ
dieꝝ eiꝰ apud te eſt. Non aũt puto iſtos vo
luntatũ patronos: ſimplicitate illorũ tã im-
pudenter vſuros: vt aut fortuitu iſta dicãt
accidere: aut nõ renatos aſſerãt nõ perire.
Aperte eñ aut cum paganis ꝯuincerentur
ſentire de fato: aut cũ pelagianis tranſfuſũ
in poſteros adę negare peccatũ. Fato autẽ
nõ baptizari paruulos nec pelagiani potu-
erũt dicere: ſed q2 eos liberos a peccato au-
ſi ſunt ꝓfiteri: meruere dãnari. Cum autem
de diſcretione omniũ hominũ quęſtio ven-
tiletur: ⁊ ab omnibus hominibꝰ paruuli ne-
queant ſeparari: ſimulq; de totius ętatl ho
Luc.19. minibus veritas dixerit: Filiꝰ homis venit
quęrere ⁊ ſaluare qd perierat: fruſtra ꝓfun-
ditatẽ iuſcrutabilis gratię ꝑ liberũ arbitriũ
conantur aperire: qui cauſam electionis in
eorum conſtituũt meritis qui eliguntur. Et
cum multa de maiorum voluntate ac iudi-
cio inepta ⁊ falſa ꝓtulerint: in paruulorum
tamẽ diſcretione deficiũt: nec poſſunt d ciꝰ
qſtionis ratione reddita gloriari: quę d om
nibus hominibus tractatur: ⁊ nõ d omni-
bus expeditur. Multiformitas auteʒ ⁊ ma
gnitudo diuinę gratię: ꝓbat iſtos ꝯtra veri
tatem etiam qd de maiorum voluntatibus
loquũtur: aſtruere: eorumq; ꝑſuaſioni diui-
norũ eloqorũ teſtimonia repugnare: Quę
ſi omnia ſmoni noſtro velimus annectere:
modus non erit differẽdo. Quę tamen ſi ſe
recordationi offerũt: nõ omittãt: vt quãtũ
ſatis eſt: manifeſtetur omne homis bonuʒ
meritum ab initio fidei vſq; ad ꝑſeuerantię
cõſũmationem donum atq; opus eſſe diui-
num. Igitur fides quę bonę voluntatis ⁊
iuſtę actiõis eſt genitrix: quo ipſa fonte na-
ſcatur: apoſtolus paulus exponat: qui ꝓ ro
manorum fide deo gratias agit dicẽs: Pri- Ro.1.
mum qdeʒ gratias ago deo meo per ieſum
chriſtũ ꝓ omnibꝰ vobis: q2 fides veſtra an-
nunciatur in vniuerſo mũdo. Ad epheſios
quoq; ſcribẽs: Propterea inquit et ego au- Eph.1.
dita fide veſtra quę eſt in domino ieſu: ⁊ di-
lectione in oĩes ſanctos: non ceſſo gratias
agens ꝓ vobis: memoriã veſtri faciẽs i ora
tionibꝰ meis: vt deꝰ domini noſtri ieſu chri-
ſti: pater glorię det vobis ſpiritũ ſapiẽtię et
reuelationis in agnitionẽ eius: illumiatos
oculos cordis veſtri: vt ſciatis quę ſit ſpes
vocationis eiꝰ: q diuitię glorię hęreditatis
eius in ſãctis. De fide etiã coloſſenſiũ ſimi-
liter deo gratias agẽs: Gratias agimꝰ inqt Col.1.
deo ⁊ patri domini noſtri ieſu chriſti: ſemꝑ
ꝓ vobis orãtes: audientes fidẽ veſtram in
chriſto ieſu: ⁊ dilectionẽ quã habetis in ſan
ctos oẽs: ꝓpter ſpem quę repoſita ẽ vobis
in cęlis. Et vt alia bona ab eodem bonorũ
auctore percipiãt: qd ꝓ eis oret enarrans:
ideo inquit: Et nos ex qua die audiuimꝰ nõ
ceſſamus ꝓ vobis orantes ⁊ poſtulãtes vt
impleamini agnitione volũtatis eiꝰ i omni
ſapientia et intellectu ſpiritali: vt ambule-
tis digne deo placentes: in omni ope bono
fructificãtes ⁊ creſcentes ſcientia dei: in vir-
tute ꝯfortati ſm potẽtiã claritatis eiꝰ i oĩ
patiẽtia ⁊ lõganimitate cũ gaudio. Itẽ ad
theſſalonicẽſes: q ſpiritu fidei dilectioniſq;
ſeruiebãt: Gratias agimus inqt deo ſemꝑ 1.Theſſal.1.
ꝓ oĩbus vobis: memoriã facientes in orati-
onibus noſtris ſine itermiſſione: memores
operis fidei veſtrę ⁊ laboris et charitatis et
ſuſtinẽtię ſpei dñi noſtri ieſu chriſti añ deuʒ
⁊ patrem noſtrũ. Et infra: Ideo ⁊ nos gra- 1.Theſſal.1.
tias agimus deo ſine intermiſſione: qm cũ



accepiſſetis a nobis verbũ auditu dei: acce
piſtis nõ vt verbum hominũ ſed ſicut ẽ ve-
re verbũ dei: q operat in vobis qui credidi-
ſtis. Potuit ne plenius aut euidẽtiꝰ demõ-
ſtrari dei eſſe donũ: credẽtiũ fidẽ: q; vt ideo
agerent gratię deo: quoniã hi qbus verbũ
dei ꝑ homies ꝑdicabat: nõ quaſi de homi-
nũ ſermone dubitarũt: ſed tãq; deo loquen
ti ꝑ homines crediderũt: qui in ipſis ẽ ope-
ratus: vt crederẽt? In ſecũda quoq; ad eoſ-
dem theſſalonicẽſes epiſtola: de fide in chri
2.Theſſal.1. ſto ꝓficiẽtiũ ita apoſtolus loquit: Gratias
agere debemus deo ſemꝑ ꝓ vobis fratres:
ita vt dignũ eſt: quoniã ſuꝑcreſcit fides ve-
ſtra: ⁊ abũdat charitas vniuſcuiuſq; veſtrũ
in inuicem: ita vt ⁊ noſipſi in vobis glorie-
mur in eccleſijs dei ꝓ patiẽtia veſtra ⁊ fide:
in omnibꝰ ꝑſecutionibꝰ veſtris ⁊ tribulati-
onibus quas ſuſtinetis in exemplũ iuſti iu-
dicij dei: vt digni habeamini i regno dei ꝓ
quo ⁊ patimini. Petrus quoq; apoſtolꝰ ex
1.Petri.1. deo haberi fidem ꝑdicans: ita ſcribit: Sciẽ-
tes q non corruptibilibꝰ auro ⁊ argento re-
dẽpti eſtis de vana ꝯuerſatiõe veſtra pater-
nę traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi
agni incõtaminati et imaculati chriſti ieſu:
ꝑcogniti qdem ante conſtitutionẽ mundi:
manifeſtati aũt nouiſſimis tẽporibꝰ ꝓpter
vos q per ipſum fideles eſtis in deũ: q ſuſci
tauit eum a mortuis: ⁊ gloriã ei dedit: vt fi-
des veſtra ⁊ ſpes eſſet in domino. Itẽ ideʒ
in ſecũda epiſtola de fidei ꝑceptione ſic lo-
2.Petri.1. quitur: Simon petrus ſeruꝰ ⁊ apl's ieſu xp̄i:
his qui coęqualẽ nobis adepti ſũt fidem ꝑ
iuſticiã domini ⁊ ſaluatoris ieſu chriſti. Vñ
aũt habeatur ſpiritus fidei: iohannes apl's
1.Joh.4. manifeſtiſſime docet dicens: Oĩs ſpiritꝰ
qui ꝯfitetur ieſum i carne veniſſe: ex deo ẽ:
Et oĩs ſpiritꝰ q ſoluit ieſum: ex deo nõ ẽ:
et hic ẽ antichriſtus. Item dicit: ab eo rece-
Ibi.5. pi euãgeliũ: in quo eſt ſpũs veritatis. Nos
inquit ex deo ſumus: qui nouit deuʒ audit
nos: qui non ẽ ex deo non nos audit. In h
cognoſcimꝰ ſpiritũ veritatis: ⁊ ſpiritũ erro-
ris. Itẽ in actibus apoſtoloꝝ: petrꝰ apoſto-
Act.3. lus fidẽ eſſe ꝑ dñm ieſum ꝓnunciãs: Hunc
inqt quẽ videtis ⁊ noſtis: cõfirmauit nomẽ
eius: ⁊ fides q ꝑ eum eſt dedit integram ſa-
nitatem iſtam in cõſpectu omniũ veſtrum.
De fide quoq; lydię: cuius inter alias muli-
ęres quę euangeliũ pariter audiebant: dñs
cor aperuit: ita in eadem narratur hiſtoria.
Die aũt ſabbatorũ egreſſi ſumus extra por Act.16.
tam iuxta flumẽ: vbi videbatur eſſe oratio:
⁊ ſedentes loquebamur mulieribus quę cõ
uenerant: ⁊ qdam mulier nomie lydia pur-
puraria ciuitatis thyatirnorũ: colẽs deũ:
audiuit: cuius dominꝰ cor aperuit vt inten
deret his quę dicebant a paulo. Non autẽ
ex humana ſapiẽtia eſſe fidẽ: ſed ex inſpira-
tione diuina: ipſius veritatis voce firmat.
Dicente enim domino ad diſcipulos ſuos:
Vos aũt quem me eſſe dicitis? Reſpõdẽs Matth.16.
ſimon petrꝰ dixit: Tu es chriſtus filius dei
viui. Reſpõdẽs aũt ieſus: dixit ei: Beatus
ſimon bariona: q2 caro ⁊ ſanguis nõ reuela
uit tibi: ſed pater meus q in cęlis eſt. Paulꝰ
vero apoſtolꝰ hanc ipſam fidẽ ſm menſurã
dari ꝓ arbitrio largientis ita ꝑdicat: Dico Ro.12.
eñ ꝑ gfam quę data eſt mihi: omnibus qui
ſunt inter vos: non plꝰ ſapere q; oportet ſa-
pere: ſed ſapere ad ſobrietatẽ: ſicut vnicuiq;
diuiſit deus menſurã fidei. Item idem vni-
tatem rectę fidei: ⁊ conſenſionẽ in honorem
dei a deo eſſe cõmendans. Deus autẽ inqt Ro.15.
patientię ⁊ ꝯſolationis det vobis idipſum
ſapere in alterutꝝ ſm ieſũ chriſtũ: vt vnani-
mes: vno ore honorificetis deũ ⁊ patrẽ do-
mini noſtri ieſu chriſti. Et infra: Deus autẽ
ſpei repleat vos oĩ gaudio ⁊ pace i credẽ-
do: vt abundetis ſpe in virtute ſpiritusſan-
cti. Quo teſtimonio nõ ſolũ fides: ſed etiaʒ
gaudiũ ⁊ pax ⁊ abundãtia ſpei docent niſi
in v̓tute ſanctiſpiritꝰ non haberi. Ad ephe-
ſios vero ſcribens apoſtolꝰ de diuitijs gra-
tię ꝓ malis bona retribuẽtis: ⁊ de fide quę
non ex nobis: ſ ex dei dono habetur hęc lo
quitur: Deus aũt q diues ẽ in miſericordia Eph.2.
ꝓpter nimiã ſuã charitatẽ qua dilexit nos:
et cum eſſemꝰ mortui peccatis: conuiuifica-
uit nos chriſto: cuiꝰ gratia ſalui facti ſumꝰ:
⁊ correſuſcitauit ⁊ conſidere fecit in cęleſtibꝰ
i chriſto ieſu. Gratia eñ eſtis ſaluati ꝑ fidẽ:
⁊ hoc nõ ex vobis: Dei eñ donũ eſt: non ex
operibus: ne qs gloriet. Ipſius eñ ſumus
figmentũ: creati in chriſto ieſu in opibꝰ bo-
nis: q ꝑparauit deus vt in illis ambulemꝰ.
Propriũ ergo hoc habet noua creatura per
gfam: vt q figmentũ dei ſunt: q natiuitate
cęleſti condunt in chriſto: non ocio torpeãt:
nec deſidia reſoluant: ſed de virtute i virtu-
tem ꝓficiant: ꝑ viam bonorũ operũ ambu-

lando:hoc ẽ eñ fingi:hoc de vetere creatu/
ra nouaz fieri:hoc de imagine terreni homi
nis ad imaginem cęleſtis hominis reforma
ri:quod totuz ſiue palam per cooperatores
gratię:ſiue occulte per ſubminiſtrationem
ſpiritꝰ:ille inchoat:ille auget ⁊ perficit: cu/
ius agricultura:cuiꝰ ędificatio:⁊ cuiꝰ figmẽ/
tum ſumus.

## Qđ a dño deo omnia virtutum dona dirigant et diſponant. Et ꝙ oia in manu eius ſint. Qđq deus ſit auctor omnis boni: Ca.IX.

a Vnde quãtũ arbitror his teſtimo
nijs (ꝗuis ⁊ alia documenta aggre
gari potuerint) demonſtratum eſt:
fidem qua iuſtificatur impiꝰ: niſi ex dei mu
nere non haberi:eamq nullis meritis prę/
cedentibus tribui:ſed ad hoc donari: vt prĩ
cipium poſſit eſſe meritorum: ⁊ cũ ipſa da/
ta fuerit non petita: ipſius iam petitionibꝰ
bona cętera cõſequantur. Vnde itaq quę/
dam de plurimis aſſumenda ſunt teſtimo/
nia:quę in diuerſitate donorum oſtendant
gratię largitatem. Ex deo itaq eſſe: vt ho/
mo viaz dei eligat: ⁊ vt ſurgat a lapſu: pſal
Ps.36. mus dauiticꝰ canit dicens: A domino greſ/
ſus hominis dirigentur: ⁊ viam eius volet.
Cum ceciderit non collidetur: quia dominꝰ
ſupponit manum ſuam. Item idem ꝙ duce
Ps.42. deo veniatur ad deum: Emitte lucem tuaz
⁊ veritatem tuaz: ipſa me deduxerunt ⁊ ad/
duxerunt in montem ſanctum tuum ⁊ in ta
bernacula tua. Item ꝙ in domino ſit homi
nis fortitudo: ⁊ dei voluntas prępeniat li/
Ps.58. berãdũ: Fortitudinẽ inqt meã ad te cuſto/
diam: quia deus ſuſceptor meus: deus me/
us: voluntas eius pręueniet me. In prouer
bijs quoq legimꝰ de ſapientia ⁊ intellectu:
Prouer.2. Quoniam dominus dat ſapiẽtiam: et a fa/
cie eius ſcientia ⁊ intellectus. Item in eodẽ
libro de diſpenſationibus ſapiẽtię dei: ſine
Prouer.8. qua nullę rectę ſunt actiones ita dicit: Me
um conſilium ⁊ mea tutela ego prudentia:
mea autem virtus: Per me reges regnãt: ⁊
tyranni per me obtinent terraz. Item alibi
ꝙ nemo poſſit recte incedere: niſi domio di
Prouer.20. rigente: A domino corrigũtur greſſus viri:
mortalis autẽ quomodo intelligit vias ſu/
Prouer.21. as? Item alibi: Omnis vir videtur ſibi iu/
ſtus: dirigit autẽ corda dominus. Et infra:
Pręparatur voluntas a domino. Item ibi/
dem đ cogitatione atq conſilio: Multę co/ Prouer.19.
gitationes in corde viri: conſilium autẽ do/
mini obtinet. In libro vero eccleſiaſtice di/
citur: ꝙ ⁊ habere neceſſaria: et eis bene vti:
donum ſit dei. Nõ eſt inquit bonum homi/ Eccs.5.
ni niſi qđ mandat ⁊ bibit: ⁊ oſtendit animę
ſuę bonum in labore ſuo. Et quidez hęc vi/
di ego: quia a manu dei ẽ: Quoniam quis
manducauit aut paſcet abſq illo? Item in
eodem libro legitur: ꝙ corda ⁊ opera iuſto/ Eccs.9.
rum in manu ſint dei: et tantum in ſtudijs
ſuis ꝓficiãt: quãtũ ille donauerit. Quãtũ/
cũq laborauerit homo vt quęrat inueniet:
⁊ quodcũq dixerit ſapiens vt ſciat: non po
terit inuenire: quia vniuerſum hoc dedi in
cor meum: ⁊ cor meuz vniuerſum hoc vidit:
quia ⁊ iuſti ⁊ ſapientes ⁊ opationes eorum
in manu dei. In libro autẽ ſapientię de eo/
dem gratię opere ita dicitur: Quoniã ipſe Sap.7.
⁊ ſapientię dux eſt: ⁊ ſapientiũ emẽdator: in
manu enim illius ⁊ nos ⁊ ſmones noſtri: et
omnis ſapiẽtię ⁊ operum ſcientia ⁊ diſcipli/
nę. De continentia quoq ꝙ ex dei habeat
munere: eadẽ ſcriptura ſic loqtur: Vt ſciui Sap.8.
quia aliter non poſſum eſſe continens: niſi
deus det: ⁊ hoc ipſũ erat ſapientię ſcire cuiꝰ
eſſet hoc donũ. Cui ſententię pauli apoſto/
li doctrina concordat: in prima ad corinthi/
os hęc ſcribentis: Volo autez oẽs homies 1.Cor.7.
eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſq ꝓprium
habet donum ex deo: alius ſic: alius vo ſic.
Dominus vero in euangelio ſm matthęũ
hęc de continentię dono inſinuaſſe narrat.
Dicentibus nãq diſcipulis ſuis: Si ita eſt Matth.19.
cauſa viri cum vxore: non expedit nubere.
Dicit illis ieſus: Non omes capiuut verbũ
iſtud: ſed quibus datum ẽ a patre meo. De
timore dei ⁊ ſapientia ita in eccleſiaſtico le/
gitur: Corona ſapiẽtię timor domini: vtra/ Eccl.1.
q autem dona ſũt dei. Item de eodem: Ti Eccl.25.
mor domini ſup omnia ſe ſuperpoſuit: be/
atus cui donatum eſt habere timorẽ domi/
ni. Eſaias quoq đ diuitijs ſpiritalibꝰ qua/
rum auctor eſt dominus: ita loquit: In the Eſa.33.
ſauris ſalus noſtra aduenit: ſapiẽtia ⁊ pie/
tas ⁊ diſciplina a domino: hi ſunt theſauri
iuſticię. Item de altitudine diuitiaruz ſapi
entię ⁊ ſcientię dei: cuius bonitas nulliꝰ me
rito pręuenitur: hęc dicit: Qui mẽſus ẽ ma/ Eſa 40.
nu aquã: ⁊ cęlum palmo: ⁊ vniuerſam terrã
pugillo: qui ſtatuit mõtes in libra: ⁊ rupes



in ſtatera. Quis cognouit ſenſum domini:
aut quis eius fuit conſiliarius: qui inſtruat
eum: aut quem conſuluit: et inſtruxit eum:
vel quis oſtẽdit ei iudicium: aut viam pru/
dentię quis oſtendit ei: vel quis prior dedit
ei: ⁊ retribuetur illi? Vnde ⁊ in libro iob ſm
eundem ſenſum leguntur domini verba di
Job.41. cẽtis: Quis ante dedit mihi: vt retribuam
illi? Oĩa quę ſub cęlo ſunt: mea ſunt. Hie/
remias vero ꝙ a deo ſit homini recta ſapiẽ/
Hiere.10. tia: ſic profatur: Scio domine quia non eſt
in homine via eiꝰ: nec viri eſt vt dirigat iter
ſuum. Item ꝙ ad deuz conuerſio cordis ex
deo ſit: per ipſum dominus ꝓteſtatur ⁊ di/
Hiere.24. cit: Reſtituam illos in terram iſtam: ⁊ reędi
ficabo ⁊ non deſtruaz: ⁊ plantabo eos ⁊ nõ
euellam: et dabo illis cor vt ſciant me: quia
ego ſum dominus: ⁊ erunt mihi in populũ
et ego ero illis in deum: quia conuertentur
ad me ex toto corde ſuo. Item idem prędi/
cans: ꝙ vt deus cognoſcatur: ex deo ſit. Et
ſcient inquit quia ego dominus deus illo/
rum: ⁊ dabo illis cor cognoſcendi me: ⁊ au/
res audiendi. Qꝫ autem omne verbum bo/
num ⁊ omne opus ſanctum ſũmiſtratio ſit
ſpiritusſãcti: ſine quo nihil recte agatur: in
prima ad corinthios paulus apoſtolus do/
1.Cor.12. cet dicens: Ideo notum vobis facio: ꝙ ne/
mo in ſpiritu dei loquẽs dicit anathema ie/
ſu. Et nemo poteſt dicere dominum ieſum
niſi in ſpiritusancto. Diuiſiones vero grati/
arum ſunt: idem autẽ ſpiritus: ⁊ diuiſiones
miniſtrationum ſunt: idez autem dominꝰ:
Et diuiſiones operationum ſunt: idem ve/
ro deus: qui operatur omnia in omnibus.
Vnicuiq autem datur manifeſtatio ſpiritꝰ
ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum da
tur ſermo ſapientię: alij autem ſermo ſcien/
tię ſm eundem ſpirituz: alteri fides in eodẽ
ſpiritu: alij gratia ſanitatuz in vno ſpiritu:
alij ꝓphetatio: alij diſcretio ſpirituum: alij
genera linguaruz: alij interpretatio ſermo/
num. Hęc autem omnia operatur vnꝰ atq
idem ſpiritus: diuidens ſingulis ꝓut vult.
Tantũ vero vnũquẽq habere gratię: quã/
tum dominus donauerit: idem apoſtolus
Eph.4. ad epheſios ait: Vnum corpus ⁊ vnus ſpi/
ritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatio/
nis veſtrę: vnus dominus: vna fides: vnuz
baptiſma: vnus deus ⁊ pater omnium: qui
ſuper omnes eſt: ⁊ ſuper omnia: et in omni/
bus nobis. Vnicuiq autem noſtrum data
eſt gratia ſm menſuraz donationis chriſti:
propter quod dicit: Aſcẽdens in altum ca/
ptiuam duxit captiuitatem: dedit dona ho
minibꝰ. Item idem in ſecunda ad corinthi/
os dicit: ꝙ ne ad cogitandum quidez quod
ſpiritale eſt: idonei ſimus niſi per grãz dei.
Fiduciam autem talem habemus per chri/ 2.Cor.3.
ſtum ad deum: non ꝙ ſufficiẽtes ſimus ali/
quid cogitare a nobis ꝗſi ex nobiſmetipſis:
ſed ſufficientia nobis ex deo eſt: qui et ido/
neos fecit nos miniſtros noui teſtamenti:
nõ littera ſed ſpiritu. Littera enim occidit:
ſpiritus autem viuificat. Et iterum in eadẽ
epiſtola docens bonorum operum affectuz
⁊ ſufficientiam a dei gratia miniſtrari. Po/ 2.Cor.9.
tens eſt autem inquit deus omnem gratiã
abundare facere in vobis: vt in omnibus ꝑ
omnia ſufficientiam habentes abundetis ĩ
omne opus bonum: ſicut ſcriptum eſt: Di/
ſperſit dedit pauperibus: iuſticia eius ma/
net in ęternum. Qui autem miniſtrat ſemẽ
ſeminanti: ⁊ panem ad manducanduz prę/
ſtabit: ⁊ augebit incremẽta frugum iuſticię
veſtrę: vt in omnibꝰ locupletati abundetis
in omnem ſimplicitatez. Ad epheſios vero
ſcribẽs apoſtolus docet: ꝙ oĩa bona qui/
bus placetur deo: dona ſint dei: ⁊ ꝙ ab ipſo
peti oporteat: vt ea non habentibus tribu/
at. Huiꝰ rei inquit gratia flecto genua mea Eph.3.
ad patrem domini noſtri ieſu chriſti: ex quo
oĩs paternitas in cęlo ⁊ in terra nomina/
tur: vt det vobis ſm diuitias glorię ſuę: vir
tutem: corroborari per ſpirituz eius in inte/
riore homine: habitare chriſtum per fidem
in cordibus veſtris: in charitate radicati et
firmati: vt poſſitis comprehendere cuz om/
nibus ſanctis quę ſit latitudo et lõgitudo:
ſublimitas ⁊ profundum: ſupereminentem
ſcientię charitatez chriſti: vt impleamini in
omnem plenitudinem dei. Ei autẽ qui po/
tens eſt oĩa facere ſuperabundantius ꝗ
petimus aut ĩtelligimus: ſm virtutem qua
operatur ĩ nobis: Ipſi gloria ĩ eccleſia et in
chriſto ieſu: in oĩa ſęcula ſęculorũ: amen.
Omnis autem boni deuz eſſe auctorẽ: cuiꝰ
dona nec incerta ſint nec mutabilia: ſed ex
ęterna voluntate veniẽtia: iacobus apoſto
lus ita loquitur: Nolite errare fratres mei Jacobi.1.
dilecti: Omne datum optimũ: ⁊ omne do/
num perfectum: deſurſum eſt: deſcendes a

patre luminum: apud quem non eſt tranſ-
mutatio nec viciſſitudinis obūbratio. Uo/
luntarie enim genuit nos verbo veritatis:
vt ſimus initium aliquod creaturę ei⁹. Cui
⁊ zacharias propheta concinit dicenſ: Sal/
Zach.9. uabit dominus in die illo ſicut oues popu/
lum ſuum: quoniam lapides ſancti voluun
tur ſuper terram ipſius: quia ſi quid bonū:
ipſius eſt: et ſi quid optimū: ab ipſo eſt. In
euangelio vero ſm mattheum: ꝙ ſcientię et
intellectus dona ſint dei: quę quibus volu/
Matth.13. erit largiatur: ita dicitur: Tunc accedentes
diſcipuli eius dixerunt: Quare in parabo/
lis loqueris ad eos? At ipſe reſpondens ait
illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria
regni cęlorum: illis autem non eſt datum.
Iohannes quoqꝫ euangeliſta pronunciat:
neminem aliquid boni habere niſi quod de
ſurſum acceperit dicenſ: Non poteſt homo
accipere quicq̄ꝫ niſi fuerit ei datum de cęlo.
In eiuſdeʒ vero euangelio: doctrina ē ipſi/
us veritatis: ꝙ nemo veniat ad filium: niſi
attractus a patre: quia venturū deus et in/
Ioh.6. telligentem ⁊ obedientem facit. Nemo in/
quit poteſt venire ad me: niſi pater qui mi/
ſit me: attraxerit eum: ⁊ ego reſuſcitabo eū
in nouiſſimo die. Scriptuʒ eſt enim in pro/
phetis: Et erūt omnes docibiles dei. Om/
nis qui audiuit a patre: et didicit: venit ad
me. Et infra: Propter hoc dixi vobis: quia
nemo poteſt venire ad me: niſi datum fue-
rit ei a patre meo. In fide autem ⁊ in operi/
bus bonis proficere ac perſeuerare vſqꝫ in
finem: muneris atqꝫ auxilij eſſe diuini ſan/
ctarum ſcripturaruʒ confirmat auctoritas.
Etenim ſcribens paulus apoſtolus philip/
Phil.1. penſibus ait: Confidens hoc ipſum quia q̇
cępit in vobis opus bonum: perficiet vſqꝫ
in diem chriſti ieſu. Huius autem teſtimo-
nij virtutem quidam volens ad ſui ſenſus
prauitateʒ conuertere: ita qđ dictū eſt: qui
cępit in vobis: volebat itelligi: quaſi dictū
eſſet: qui cępit ex vobis: vt ⁊ initium ⁊ con-
ſummatio operis non ad deum: ſed ad ho/
minem referretur: qui ⁊ incipere et perficere
voluiſſet. Sed hanc inſaniſſimam ſuperbi-
am: in eadem epiſtola excellentiſſimus gra
Phil.1. tię prędicator elidit dicens: In nullo terre/
amini ab aduerſarijs quę eſt illis cauſa per/
ditionis: vobis autem ſalutis: ⁊ hoc a deo.
Quia vobis donatum eſt pro chriſto: non
ſolum vt in eum credatis: ſed etiam vt pro
illo patiamini. Et iteruʒ: Cum metu inquit Phil.2.
⁊ tremore veſtraʒ ſalutem operamini: deus
eſt enim qui operatur in vobis ⁊ velle et ꝑ/
ficere pro bona voluntate. Itē in prima ad
theſſalonicēſes docet: ex deo eſſe principi/
um ⁊ profectum conſummationemqꝫ virtu/
tum dicens: Ipſe autē deus ⁊ pater noſter: 1.Theſſal.3.
⁊ dominus ieſus dirigat viam noſtram ad
vos: vos autem dominus multiplicet: et
abundare faciat charitatem in inuicem ⁊ in
omnes: quemadmoduʒ ⁊ nos in vos ad cō
firmanda corda veſtra ſine querela i ſancti-
tate vitę ante deum ⁊ patrem noſtrū in ad-
uentu domini noſtri ieſu chriſti cum omni-
bus ſanctis eius. Ad corinthios quoqꝫ ſcri
bens: ⁊ omnium virtutuʒ proficientem per/
ſeuerantiam dei donuʒ eſſe commendans:
Gratias inquit ago deo meo ſemper ꝓ vo/ 1.Corſ.1.
bis in gratia dei q̄ data eſt vobis in chriſto
ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in
illo: in omni verbo ⁊ ſapiētia: ſicut teſtimo-
nium chriſti confirmatum eſt in vobis: ita
vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectan
tibus reuelationem domini ieſu chriſti: qui
⁊ confirmabit vos vſqꝫ ad finem ſine crimi/
ne: in diem aduent⁹ domini noſtri ieſu chri-
ſti. Item ad romanos de charitate chriſti:
qua eos quoſ diligit: inſeperabiles facit: id
eſt: vſqꝫ in finem perſeuerantes. Naʒ quid
eſt aliud perſeuerare: q̄ꝫ temptatiōe nō vin/
ci? Quis nos inquit ſeparabit a charitate Ro.8.
chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an ꝑſecu-
tio? an fames? an nuditas? an periculū? an
gladius? ſicut ſcriptuʒ eſt: Quia propter te
mortificamur tota die: exiſtimati ſumus ſi/
cut oues occiſionis. Sed in his oībus ſu/
peramus per eum qui dilexit nos. Iteʒ ad
corinthios đ victoria quā perficit chriſtus.
Stimulus inquit mortis peccatum eſt: vir- 1.Corſ.15.
tus vero peccati lex. Deo autē gratias qui
dedit nobis victoriam per ieſum chriſtum
dominum noſtrum. Iteʒ ad theſſalonicen/
ſes de perſeuerantia quā deus tribuit. Ip/
ſe auteʒ ait: Deus pacis ſanctificet vos per 1.Theſſal.5.
omnia: vt integer ſpiritus veſter et anima
⁊ corpus ſine querela in aduentum domini
noſtri ieſu chriſti ſeruetur. Fidelis ē qui vo/
cauit vos qui etiam faciet. Item ad theſſa/
lonicenſes: ꝙ omnia bona noſtra ſiue i ope/
rando ſiue in loquēdo: et in eis ꝑſeuerātia:



2.Theſſal.2. dona ſint dei: ita prędicat dicēs: Ipſe au
tem dominus noſter ieſus chriſtus: ⁊ de-
us ⁊ pater noſter qui dilexit nos: et dedit
conſolationem ęternam ⁊ ſpem bonaʒ in
gratia: exhortetur ⁊ corda veſtra: ⁊ confir
2.Theſſal.3. met in omni opere et ſermone bono. De
cętero fratres orate pro nobis: vt ſermo
domini currat ⁊ clarificetur: ſicut et apud
vos: ⁊ vt liberemur ab importunis homi
nibus ⁊ malis. Non enim omnium eſt fi-
des. Fidelis auteʒ de⁹ eſt qui ⁊ confirma
bit vos ⁊ cuſtodiet a malo. Petrus quo/
qꝫ apoſtolus vnde eſſe virtutem perſeue/
1.Petri.5. rantię doceat audiamus: Deus auteʒ in/
quit oīs gratię qui vocauit nos in ęter/
nam ſuam gloriam in chriſto ieſu modicū
paſſos ipſe perficiet: cōfirmabit ſolidabit
qꝫ: cui eſt virt⁹ ⁊ poteſtas in ſecula ſęculo/
rum. Iohannes vero apoſtol⁹ ꝙ victo/
ria ſanctorum opus dei ſit habitantis in
1.Ioh.4. ſanctis: ita loquitur: Uos ex deo eſtis fi/
lioli: ⁊ viciſtis mundum: quoniam maior
eſt qui in vobis eſt q̄ꝫ qui in mundo. Iteʒ
1.Ioh.5. idem: Omne quod natum eſt ex deo: vin
cit mundum: ⁊ hęc eſt vic[illegible]ria quę vincit
mundum: fides noſtra. In euāgelio au/
tem ſm lucam: deum dare vt in fide perſe
ueretur: ita promitur: Dixit autem ieſus
Luc.22. petro: Simon ſimon ecce ſathanas poſtu
lauit vt vos cerneret ſicut triticum. Ego
autē rogaui pro te petre: ne deficiat fides
tua: ⁊ tu cōuerſus confirma fratres tuos:
et roga ne intretis in temptationeʒ. In
euangelio quoqꝫ iohannis: de ouib⁹ chri/
ſti quę đ manu ipſius a nullo rapiuntur:
Ioh.10. hęc legimus dicere veritatē: Sed vos nō
creditis: quia non eſtis de ouibus meis.
Oues meę vocem meam audiunt: et ego
noui illas et ſequuntur me: ⁊ vitam ęter/
nam do illis: ⁊ non peribunt in ęternum:
nec quiſq̄ꝫ rapiet eas đ manu mea. Iteʒ
in eodē euangelio: de his quos pater dat
filio: qui et omnes veniunt ad filium: et
quorum nullus perit: hęc ipſius domini
Ioh.6. ore dicūtur: Omne quod dat mihi pater:
venit ad me: et eum qui venit ad me: non
eijciam foras: quia deſcendi de cęlo: non
vt faciam voluntatem meam: ſed volun/
tatem eius qui miſit me: patris: vt omne
quod dedit mihi: non perdam ex eo quic/
q̄ꝫ: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.
Multa ſunt alia in canonicaruʒ ſerie ſcri-
pturarum: quę vitādę prolixitatis ſtudio
prętérimus: qm̄ q̄ aſſumpſimus nec pau
ca ſūt nec obſcura: nec leuia: qb⁹ pleniſſi/
me declaratur: omnia quę ad promeren/
dam vitam ęternaʒ pertinent: ſine gratia
dei nec inchoari nec augeri poſſe nec per/
fici: et contra omnem electionem de libe/
ro arbitrio gloriātē illam inuictiſſime re/
nitꝫ ſententiam dicentis apoſtoli: Quis 1.Corſ.4.
enim te diſcernit? Quid aūt habes quod
non accepiſti? Si autē accepiſti: quid glo-
riaris: quaſi non acceperis? Igitur ꝓfun
ditas illius quęſtionis quam ſm admira
tionem apoſtoli impenetrabilem confite/
mur: per liberi arbitrij velle ⁊ nolle nō ſol
uitur: quia lʒ inſit homini bonum nolle:
tamen niſi donatuʒ non habet bonū vel-
le: ⁊ illud ꝯtraxit natura per culpam: hoc
recipit natura per gratiā. Sed quid illud
ſit ꝙ hęc eadeʒ natura in omnibus homi/
nibus ante reconciliationeʒ mala: in om-
nibus miſera nō in oībus iuſtificatur:
⁊ a pereuntibus quadam ſui parte diſcer
nit ab eo ꝙ venit quęrere ⁊ ſaluare quod
perierat: humano ſenſu prorſus non pōt
indagari. Quātūlibet enim impiorū ma/
lignitas accuſetur reſiſtēs gratię dei: nū/
quid probabuntur eam quibus eſt colla/
ta: meruiſſe: aut illa virt⁹ grę̄ q̄ ſibi quos
voluit ſubdidit conuertere eos qui incon
uertibiles ꝑmanſere: non potuit? Tales
fuerunt qui ſūt attracti: quales hi qui in
ſua duricia ſūt relicti. Sʒ illis tribuit grā
ſtupēda qđ voluit: iſtis retribuit veritas
iuſta qđ debuit: vt iudicium dei magꝭ in/
ſcrutabile ſit in electione gratię q̄ꝫ in retri
butione iuſticię. Uerūtamen ne illa ꝑs
fidei qua pie credimus deum velle vt oēs
hoīes veritatis agnitiōe ſaluent: per hoc
ꝙ de effectibus gratię euidenter oſtendit
infirmata videat: annitendū eſt auxiliā/
te chriſto vt nobis ſtabilitas huius diffi/
nitionis appareat. Sed quia neceſſarię
inq̄ſitiōis negociū nō leuē operā ſibi po/
ſcit impēdi: ſecuturā diſputationē ab ex/
ordio alterius voluminis inchoem⁹.

Sancti Ambroſij epī liber pri/
mus de Uocatione omnium gen
tium explicit.

Capitulorū libri ſecundi de Uo/
catione omnium gentium ſancti
Ambroſij epiſcopi: recollecta an/
notatio.

Q tria ſint quibus in queſtiōe ſuperius
diſputata inhereri debeat. Q ꝙ deꝰ iu/
ſtus ſit ordinator: ⁊ quemadmodū ſm
ea que predicatoribꝰ a domio iuſſa ſūt:
nullarum nationum facta ſit diſcretio:
nemoq; ſit exceptus: ſed ad omnes ho/
mines miſſum ſit euangelium: ⁊ gratia
ſalutaris dei omnibus hominibus ap/
paruerit. Et de myſterio eius quod di/
ctum fuit apoſtolis: In viam gentiū ne
abieritis ⁊c: ac de ocultis dei iudicijs in
hominū vocatione. Ca. I.

Q ad ipſam cognitionem veritatis et ꝑ/
ceptionem ſalutis: non quiſq; ſuis meri
tis: ſed ope ⁊ opera diuine gratie perue
niat. Ca. II.

De conſideratione differentiarum quibꝰ
diuine gratie opa: et dona variata ſūt.
Ca. III.

Q auerſio a deo non ſit diuine ꝯſtitutio
nis ſed ꝓprie volūtatis. Ca. IIII.

Q etiam ante aduentum chriſti natiōes
que alienate a ꝯuerſatione iſrael: ſpem
non habebant: ob hoc nō ſint excuſabi
les. Et quomodo ꝓpter ꝑſecutiōes bo/
norum chriſtus populum ſuuz auxerit.
Ca. V.

Q chriſtus ꝑ omnibus impijs ⁊ peccato
ribus mortuus fuerit. Ca. VI.

Quomodo myſteriū vocationis gentiuz
ꝓpheti fuerit cognitū ⁊ aplis. Ca. VII.

Quare tanta multitudo nō regeneratoꝝ
infantium a perpetua alienetur ſalute.
Ca. VIII.

Quō gr̄a tāq; famulā ⁊ receptricē donoꝝ
ſuoꝝ ꝑparet voluntatē. Ca. IX.

De recapitulatione in hoc ſcdo libro diffi
nitoꝝ: ⁊ operis ꝯcluſione: quēadmodū
videlicet deus oēs homines velit ſal/
uos fieri. Ca. X.

Finis

Sancti Ambroſij epiſcopi de
Uocatione omnium gentium li/
ber ſecūdus: In quo firmiſſimis
argumētis ſtabilit ea que circa q̄/
ſtiones in ſuperiori libro diſpu/
tatas definita ſūt: feliciter icipit.

Q8 tria ſint quibus in queſtio/
ne ſuperiꝰ diſputata inhereri de/
beat: Q8q; deꝰ iuſtus ſit ordina
tor: ⁊ quemadmodū ſcdm ea que
predicatoribus a domino iuſſa
ſunt: nullaruz nationum facta ſit
diſcretio: nemoq; ſit exceptuſ: ſed
ad omnes homines miſſū ſit euā
geliū: et gratia ſalutaris dei om/
nibus hominibꝰ apparuerit. Et
de myſterio eius quod dictū fuit
apoſtolis: In viam gentium ne
abieritis ⁊c. ac de ocultis dei iu/
dicijs in hominum vocatione.
Caplm. I.

Emotis ab
dicatiſq; omnibꝰ cō
certationibus quas
intemperantium di
ſputationuz gignit
animoſitaſ: tria eſſe
perſpicuum eſt: qui/
bus in hac queſtio/
ne de qua ſcdm volumen incipimus: de/
beat inhereri. Unum ꝙ profitendū eſt:
deum velle omnes homines ſaluos fieri:
⁊ in agnitionem veritatis venire. Alte/
rum ꝙ dubitandum non eſt: ad ipſam co/
gnitionem veritatis et perceptionem ſa/
lutis: nō ſuis quenq; meritis: ſed ope at/
q; opere diuine gratie peruenire. Terti/
um quod confitendum eſt: altitudinē iu/
diciorum dei: humane intelligentie pene/
trabilē eſſe non poſſe: Et cur non omnes
ſaluet: qui omnes vult ſaluos fieri: non
oportere diſquiri. Quoniam ſi qđ cog/
noſci non poteſt: non queratur: inter pri/
mam ac ſecundā diffinitionem non rema
nebit cauſa certaminis: ſed ſecura ac trā/
quilla fide vtrūq; ꝑdicabitur: vtrūq; cre/
detur. Deus quippe apud quē non eſt ini/
quitas: ⁊ cuius vniuerſe vie miſericordia
⁊ veritas: omnium hominum bonus con



ditor: iuſtus eſt ordinator: neminem inde
bite damnans: neminem debite liberās:
noſtra plectens cuz punit noxios: ſua tri/
buens cum facit iuſtos: vt obſtruatur os
loquentium iniqua: ⁊ iuſtificetur deus in
ſermonibus ſuis: ⁊ vincat cum iudicatur:
nec damnati iuſta querimonia: nec iuſtifi
cati verax eſt arrogantia: ſi vel ille dicat
nō meruiſſe ſe penam: vel iſte aſſerat me/
ruiſſe ſe gratiam. Sicut autē ea que ad
manifeſtationem gratie ex diuinis profe/
runtur eloquijs: nulla poſſunt ratiōe: diſ/
ſerendi arte violari: vt ꝑſpicue conſonan/
teſq; in tanta numeroſitate ſententie ad
aliquod praue interpretationis trahātur
incertum: ita etiā quod de ſaluatione om
nium hominum in eodem ſcripturarum
corpore reperitur: nulla contraria argu/
mentatione temerandum eſt: vt quanto
hocipſum difficiliore intellectu capitur:
tāto fide laudabiliore credatur. Magna
enim fortitudo eſt conſenſionis: cui ad ſe/
quēdam veritatem auctoritas ſufficit eti/
am latente ratione. Proinde vigilanter
conſideremus: predicatoribus euangelij
quid a domino iubeatur. Scdm matthe/
Matth. 28. um quippe ſic ait: Data eſt mihi poteſtas
omnis in celo et in terra. Euntes ergo do
cete omnes gentes baptizātes eos in no/
mine patris et filij et ſpirituſſancti: docē/
tes eos ſeruare omnia quecunq; manda/
ui vobis. Et ecce vobiſcum ſum omibus
diebus vſq; ad couſummationem ſeculi.
Scdm marcum vero eiſdem apoſtolis ita
Marci. 16. dicitur: Ite in orbem vniuerſum predica/
te euāgelium vniuerſe creature: et qui cre
diderit: ⁊ baptizatꝰ fuerit ipſe saluꝰ fiet: q̇
vero non crediderit: damnabitur. Nū/
quid hac preceptione vllarum nationum
vllorumve hominum facta diſcretio eſt?
Neminē merito excepit: neminem ſepa/
rauit genere: neminem conditione diſtin
xit. Ad omnes prorſus homines miſſum
eſt euangelium crucis chriſti: ⁊ ne predicā
tium miniſteria humano tm̄ viderentur
opere peragenda: Ecce ego inquit vobiſ/
cum ſum omnibus diebus vſq; ad conſū
mationem ſeculi. Id eſt: cū ſicut oues in/
troieritis in medio luporū: nolite de vr̄a
infirmitate trepidare: ſ; de mea poteſtate
confidite: qui vos vſq; ad conſūmationē
ſeculi in oībus ope nō derelinquā. Nō ad
hoc vt nihil patiamini: ſ; qđ multo maiꝰ
eſt: ꝑſtiturus vt nulla ſeuientiū crudelita
te ſuperemini. In mea eīn poteſtate ꝑdi/
cabitis: ⁊ ꝑ me fiet: vt iter ꝯtradicētes: in/
ter furentes: abrae filij de lapidibꝰ ſuſcitē
tur. Ego inſinuabo qđ docui: ego faciam
qđ ꝓmiſi. Tradēt eīn vos in ꝯcilijs: in ſy/
nagogis ſuis flagellabūt vos: ⁊ an̄ reges
⁊ ꝑſides ſtabitis ꝓpter me in teſtimoniū
illis ⁊ gentibꝰ. Cū aūt tradēt vos: nolite Matth. 10.
cogitare quō aut q̇d loquamini. Non eīn
vos eſtis q̇ loquimini: ſ; ſpūs patris ve/
ſtri q̇ loquit̄ in vobis. Tradet enim frater
fratrē in mortē: ⁊ pater filiū: ⁊ inſurgēt fi/
lij i parētes: ⁊ morte eos afficiēt. Et eritis
odio oībus hominibꝰ ꝓpter nomē meū.
Qui aūt ꝑſeuerauerit vſq; in finē: h ſaluꝰ
erit. Apparuit ergo (vt apl's ait) gr̄a ſalu
taris dei oībꝰ hominibꝰ: ⁊ tn̄ miniſtri gr̄e
odio erant omnibus hominibꝰ: et cū alij
eſſent q̇ oderāt: alij q̇ odijs ꝑſequentium
ꝑmebantur: neutra tn̄ pars nūcupatione
oīuz hominū priuabatur: habente q̇dem
ſalutis ſue damnū rebelliū portiōe: ſ; ob/
tinēte plenitudinis cenſū fideliū dignita/
te. Dicit eīn iohes apl's: S; ⁊ ſi q̇s pec/ 1. Joh. 2.
cauerit: aduocatū habemꝰ apud patrem
ieſū chriſtū iuſtū: ⁊ ipſe ē ꝓpitiatio ꝓ pec
catis noſtris: nō ꝓ noſtris aūt tm̄: ſ; etiaz
ꝓ totius mundi. Magni aūt et inenar/
rabilis ſacramēti myſteriū eſt: ꝙ ꝑdicato/
ribus q̇bus dictū eſt: Ite i orbē vniuerſū Marci. 16.
et ꝑdicate euāgeliū vniūſe creature: iſdē
ꝑus dictū fuerat: In viā gētiū ne abieri/ Matth. 10.
tis: ⁊ i ciuitates ſamaritanoꝝ ne itroieri/
tis: ſed potiꝰ ite ad oues q̄ perierūt domꝰ
iſrael. Quis eīn ad oīuz hominū voca/
tionē euangeliū dirigeretur: oēſq; dn̄s
ſaluos fieri et i agnitionē veritatis vellet
venire: nō tn̄ ſibi diſpenſationū ſuaꝝ ab/
ſtulerat ꝑtātem: vt aliter q; occulto iuſto
q; iudicio ſtatuerat: cōſilij ſui ordo decur/
reret. Un̄ locū nō habēt ꝯtumatiū mur/
mura q̄relaꝝ: q2 qđ deꝰ fieri voluit: ꝯſtat
nō alit̄ fieri debuiſſe q; voluit. Poſterio/
re vo tpe cuz iā dn̄s ieſus in dei p̄ris glia
conſideret: et predicatores verbi ſuſcepto
negocio deſeruirent: volentes apoſtoli Act. 16.
euangelizare verbum in aſia: vetiti ſunt
ab ſpirituſancto: ⁊ diſponentes ire in bi/

thyniam:prohibiti ſūt ab ſpiritu ieſu:nō vtiqꝫ negata illis populis gratia:ſ; quātum apparuit retardata. Nam poſtea etiā apud ipſos fides chriſtiana conualuit.

Quę autē fuerit differendę vocationis cauſa:non claret: ⁊ tamen rei geſtę docemur exemplo: ꝙ inter generalia vel promiſſa vel opera vel pręcepta:quędam deus a communibus excepta cauſis occultiore nouit ordinare ratione: credo vt interpoſitis quibuſdaꝫ obumbrationibus ea quę ſecretius micant:mirabilius innoteſcant:ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi:⁊ quodaꝫ modo dormitet aſſuetis:ſi non excitetur inſolitis. Has autem incognoſcibiles illuminationum dilationes:inter quas vtiqꝫ multi in infidelitate deficiunt: non ſolum in populis remotioribus impiorum: ſed etiam in ciuitatibus fidelium per plurimas domos ac familias nouimus fieri:dum chriſtianę fidei etiam qui chriſtiani futuri ſunt: aduerſantur. Multi enī quod oderūt:amabunt:quod non recipiunt prędicabunt.

Et quis inter hęc querulis aut curioſis notū faciet:cur adhuc ſol iuſticię quibuſdam gentibus non oriatur:et a tenebroſis cordibus etiam nunc radios ſuos veritas reuelanda contineat? Cur corrigendi tam diu ſinantur errare:⁊ quod ſenibꝰ in fine pręſtandum eſt:per tam longā nō tribuatur ętatem? Cur filijs iam in chriſtum credentibus necdum credant parentes? Et rurſum a religioſis parentibus ſoboles praua diſcordet? Cum tamen deo qui initiorum fidei incrementiqꝫ largitor eſt:ſm ipſius pręceptuꝫ quotidie pro omnibus ſupplicetur:vt etſi exaudit:nota ſit gratia miſerationis: etſi non exaudit:intelligatur iudicium veritatis. Sed ne in pręteritis quidem ſeculis hęc eadem gratia:quę poſt domini noſtri ieſu chriſti reſurrectionem vbiqꝫ diffuſa eſt: et de qua
Pſ.76. ſcriptum eſt: Illuxerūt coruſcationes tuę orbi terrę:defuit mūdo. Quis enim ſpeciali cura atqꝫ indulgentia dei populum iſraeliticum cōſtet electum: omneſqꝫ alię nationes ſuas vias ingredi: hoc eſt ſm propriam permiſſę ſint viuere voluntatē: non ita ſe tamē ęterna creatoris bonitas ab illis hominibus auertit: vt eos ad cognoſcendum ſe atqꝫ metuendum nullis ſignificationibus admoneret. Cęlum quippe ac terra et mare omniſqꝫ creatura quę videri atqꝫ intelligi poteſt: ad hanc pręcipue diſpoſita eſt humani generis vtilitatem: vt natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum: de experimentis tot bonorum: de perceptione tot munerum:ad cultum et dilectionem ſui imbueretur auctoris: implente omnia ſpiritu
dei:in quo viuimus mouemur ⁊ ſumus. Act.17.

Quoniam etſi longe eſt a peccatoribus ſalus:pręſentia tñ ſalutis ipſiꝰ ac virtute nihil vacuum eſt. Igitur ſicut dicit pro-
pheta: Miſericordia domini plena ē ter- Pſ.32.
ra:quę nullis vnqꝫ ſęculis:nullis generationibus defuit: eamqꝫ prouidentiā qua vniuerſitatem rerum adminiſtrat et continet:regendis alendiſqꝫ naturis ſemper impendit: diſpoſitum habens ex incommutabilis ęternitate cōſilij: quibus quidqꝫ temporibus diſtribueret: et multiformis gratię ſuę inſcrutabiles inueſtigabileſqꝫ menſuras:per quę dona ac ſacramēta variaret. Sicut enim iſta gratię largitas quę in omnes gentes nouiſſime effluxit:non euacuat eā quę ſuper vnum iſrael ſub lege rorauit: nec pręſentes diuitię fidem pręteritę abrogāt parcitati: ita nec de illa cura dei: quę patriarcharum filijs proprie pręſidebat:conijciendum eſt:gubernacula diuinę miſericordię cęteris hominibus fuiſſe ſubtracta. Qui qdē in cōparationem electorum videntur abiecti: ſed nūqꝫ ſunt manifeſtis occultiſqꝫ beneficijs abdicati. Legimus enim in actibus apoſtolorum paulum et barnabam
apoſtolos lycaonijs dicere: Viri qd hęc Act.14.
facitis? Et nos mortales ſumꝰ ſimiles vobis homines:annunciātes vobis ab his vanis conuerti ad deum viuum:qui fecit cęlum ⁊ terram ⁊ mare:⁊ oīa quę in eis ſunt:qui in pręteritis generationibus dimiſit oēs gentes ingredi vias ſuas. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliqt:benefaciēs ꝺ cęlo: dans pluuias ⁊ tēpora fructifera implēs cibo ⁊ lęticia corda veſtra. Qđ eſt aūt hoc teſtimonium quod ſemper domino deſeruiuit:et nūqꝫ de eius bonitate ac poteſtate ꝯticuit: niſi ipā totiꝰ mūdi inenarrabilis pulchritudo



et inenarrabiliū beneficiorꝫ eius diues et ordinata largitio:per quę humanis cordibus quędaꝫ ęternę legis tabulę pręhebātur: vt in paginis elementorum: ac voluminibus temporum:communis et publica diuinę inſtitutiōis doctrina legeretur?

Cęlum ergo cunctaqꝫ cęleſtia:mare ⁊ terra:omniaqꝫ quę in eis ſunt: conſono ſpeciei ſuę ordinationiſqꝫ concentu proteſtabantur gloriam dei:⁊ prędicatione perpetua:maieſtatem ſui loquebantur auctoris. Et tamē maximus numerus hominū qui vias voluntatis ſuę ambulare permiſſus eſt:non intellexit:nec ſecutus hanc legem eſt:⁊ odor vitę qui ſpirabat ad vitaꝫ factus eſt ei odor mortis ad mortem: vt etiam in illis viſibilibus teſtimonijs diſceretur:ꝙ littera occideret:ſpiritus auteꝫ viuificaret.

## Qđ ad ipſam cognitionem veritatis: et perceptionem ſalutis non quiſqꝫ ſuis meritiſ: ſed ope ⁊ opera diuinę gratię perueniat: Ca.II.

Quod ergo in iſrael per conſtitutionem legis ⁊ prophetica eloquia gerebatur:hoc in vniuerſis nationibus:totius creaturę teſtimonia ⁊ bonitatis dei miracula ſemper egerūt. Sed cū in illo populo cui vtraqꝫ eruditio pręfuit: nemo niſi gratia iuſtificatus ſit per ſpiritum fidei:qs ambigat eos qui de quibuſcunqꝫ nationibus quibuſlibet tēporibus deo placere potuerunt: ſpiritu gratię dei fuiſſe diſcretos? Quę etſi parcior antea atqꝫ occultior fuit:nullis tamen ſęculis ſe negauit virtute vna:quantitate diuerſa:cōſilio incōmutabili:opere multiformi. Naꝫ et in his diebus quibus totum mundum ineffabiliū donorum flumina rigant: non idem modus omnibus:nec eadeꝫ menſura confertur. Quis enī per miniſtros verbi et gratię dei eadem cunctis veritas prędicetur:eadeꝫ cohortatio adhibeatur:dei tamē agricultura eſt:dei ędificatio: cuius virtus inuiſibiliter agit: vt incremento ꝓficiat quod ędificatur aut colitur. Sicut
1.Cor.3. atteſtatur paulus apoſtolus dicēs: Quid igitur eſt apollo? quid vero paulus? Miniſtri eius cui crediſtis:et vnicuiqꝫ ſicut dominus dedit. Ego plantaui: apollo rigauit:ſed deus incrementuꝫ dedit. Itaqꝫ neqꝫ qui plantat: eſt aliquid: neqꝫ qui rigat:ſed qui incrementum dat:deus. Qui plantat autē ⁊ qui rigat: vnū ſunt. Vnuſquiſqꝫ autem propriam mercedem accipiet ſm ſuuꝫ laborem. Dei enim ſumus adiutores: dei agricultura eſtis: dei ędificatio eſtis. Agriculturę ergo huius atqꝫ ędificationis intantum quiſqꝫ adiutor ⁊ operarius ac miniſter eſt:inquantum vnicuiqꝫ dominus dederit. Et hi qui miniſtrorū labore excoluntur:ad eum proficiunt modum ad quem illos incremēti auctor euexerit. In agro enim domini non vniformis nec vna plātatio eſt. Et ꝗuis in vnū decorem totius templi ſtructura conueniat:non ideꝫ tamen locus eſt:nec idē vſus omnium lapidum:ſicut et in vno corpore non omnia membra eundē actum habēt:
dicente apoſtolo: Nunc autem poſuit de- 1.Cor.12.
us membra: et vnumquodqꝫ eorum ſicut voluit. Hęc vero membra vnde apta: vnde vtilia:vnde ſint pulchra: idem doctor
exponit dicens: Ideo notuꝫ vobis facio: Ibi.ſ.
ꝙ nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dominum ieſum niſi in ſpirituſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus:et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem dominus:et diuiſiones operationum ſunt:ideꝫ vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiqꝫ autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitateꝫ: alij quideꝫ per ſpiritum datur ſermo ſapientię:alij ſermo ſcientię ſm eundem ſpiritum:alteri fides in eodeꝫ ſpiritu:alij operatio virtutū:alij prophetatio:alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonum:hęc autem oīa operatur vnus atqꝫ idē ſpiritus: diuidēs ſingulis ꝓut vult. Hęc magiſtro gentium tanta luce: tāta euidentia prędicāte: qua ratiōe: qua cauſa dubitādū eſt: an omnium nobis virtutuꝫ germen ex deo ſit: vel quis niſi inſipientiſſimus de differētia diuinorū munerū cōqueratur:aut imparibꝰ aſcribēdū meritis arbitretur:qđ nō ęqualiter de ſuperna liberalitate confertur? Si enim hęc diſtributio ſm pręcedentiū operum merita proueniret:nō ipſorum donorum catalogum tali cōcluſione apoſtolus

1. Corī. 12. terminaret: vt diceret: Hec aūt omnia ope/
ratur vnus atqꝫ idem ſpiritus diuidens ſin
gulis prout vult. Ubi vtiqꝫ ſi meritorum
cauſas voluiſſet intelligi: diceret: Diuidēs
ſingulis prout merentur: ſicut plantatoribꝯ
aut rigatoribus premium deuotionis ſpo/
1. Corī. 3. pondit dicens: Unuſquiſqꝫ autem propri-
am mercedem accipiet ſm̄ ſuuꝫ laborē. Da/
tur ergo vnicuiqꝫ ſine merito: vnde tendat
ad meritum: et datur ante vllum laborem:
vnde quiſqꝫ mercedem accipiat ſm̄ ſuuꝫ la/
borem. Qđ ita eſſe etiā euangelicę verita/
tis teſtimonio agnoſcitur: vbi per cōpara/
Matth. 25. tionē dicitur: Qꝫ homo peregre proficiſcēs
vocauit ſeruos ſuos: ⁊ tradidit illis ſubſtā/
tiam ſuam: et vni dedit quinqꝫ talenta: alij
autem duo: alij vero vnum: vnicuiqꝫ ſm̄ p/
priam virtutem: id eſt: ſm̄ propriam ⁊ natu
ralem poſſibilitatem: non auteꝫ ſm̄ propri/
um meritum: quia aliud eſt poſſe operari:
aliud operari: ⁊ aliud eſt poſſe habere chari
tatem: aliud habere charitatem: ⁊ aliud eſt
capacem eſſe continentię: iuſticię: ſapiētię:
aliud vero eſſe continentem: iuſtum atqꝫ ſa
pientē. Non itaqꝫ omnis reparabilis repa/
ratur: nec om̄is ſanabilis ſanatus eſt: quia
reparabilem ⁊ ſanabileꝫ eſſe de natura eſt:
reparatum autem ⁊ ſanatum eſſe: de gratia
eſt. Deniqꝫ iſti quibus ſm̄ modulū capa/
citatis ſuę quem in eis diſtributor ſubſtan/
tię pręuidebat; diſpar creditus eſt numerꝯ
talentorum: non meriti remunerationem:
ſed operis accipere materiaꝫ. In qua duo/
rum ſeruoruꝫ vigilantiſſima induſtria: non
ſolum glorioſis laudibus honeſtatur: ſed
etiam in ęterna domini ſui gaudia intrare
pręcipitur. Tertij vero pigrū ocium: ⁊ de/
ſidioſa nequicia ſic punitur: vt ⁊ vitupera/
tionis dedecoreꝫ opprobrio: ⁊ portione quā
acceperat: exuatur. Dignus enim erat per/
dere inutilē fidē: q̄ non exercuerat charita/
tem. Unde et in ſubſequenti ſermone quo
apertiſſime declaratur futuri forma iudicij:
ſedēte filio hominis in ſede maieſtatis ſuę:
anteqꝫ facta congregatione omnium genti/
um: alij ducuntur ad dexteram: alij ad ſini/
ſtram cōſtituendi: laudatis dextris de ope/
ribus charitatis: nihil aliud ſiniſtris obijci/
tur qꝫ miſericordię beniuolentięqꝫ neglectꝯ.
Acceperant ergo etiam iſti fidem: ſed nō ſe/
ctati fuerant dilectioneꝫ: nec de non ſerua/
to: ſed de non aucto munere damnabūtur.
Quis enim omnia bona: dona ſint dei: a
deo tamen quędam etiaꝫ non petita tribu/
untur: vt per ipſa quę accepta ſunt: ea quę
nondum ſunt donata: quęrantur. Semen
quippe quod iacitur in terrā: non ob hoc ſe/
ritur: vt ipſum ſolum maneat: ſed vt fructū
afferendo: multiplex atqꝫ numeroſum ſit.
Cui quideꝫ profectus ab illo eſt qui dat in/
crementū: ſed terra viuens ⁊ de gratia iam
imbre fęcunda: habet quod ab ipſa expecte
tur ad id qđ accepit: augendū.

## De conſideratione differentiaꝝ quibus diuinę gratię opera et do/ na variata ſunt. Ca. III.

His recte (vt arbitror) quātū domi/
b nus tribuit: pertractatis: ad id vn̄
digreſſa ē diſputatio: reuertamur:
ad conſiderationem ſcilicet differentiarum
quibus diuinę gratię opera ac dona varia/
ta ſunt. Altitudo quippe diuitiarum ſapien
tię ⁊ ſcientię dei: cuius inſcrutabilia ſunt iu
dicia ⁊ inueſtigabiles vię: ſic ſemper miſeri/
cordiam ſuaꝫ et iudiciuꝫ temperauit: vt ſe/
cretiſſima ęterni conſilij voluntate noluerit
in omnibus ſuper om̄es generationes aut
ſuper omnes homines: ęquales donorum
ſuorum eſſe menſuras. Si quidē aliter eos
iuuerit: quos ad cognoſcendum ſe: cęli et
terrę teſtimonijs conueniebat: aliter illos
quibus non ſolum elementoruꝫ famulatu:
ſed etiam doctrina legis: prophetaruꝫ ora/
culis: miraculorum ſignis: ⁊ angelorum co/
operationibus cōſulebat: Et multo magis
aliter miſericordiam ſuam vniuerſis homi/
nibus declarauerit: quando filiꝯ dei factus
eſt filius hominis: vt inueniretur ab eis qui
eum non quęrebant: et appareret his qui il/
lum non interrogabant: ⁊ nō in vno tm̄ po
pulo iſraeliticę ſtirpis excelleret: ſed in om̄i
gente quę eſt ſub cęlo: multiplicatuꝫ abrahę
ſemen oriretur: in quam hęredum ſucceſſio/
nem non filij carnis: ſed filij promiſſiōis in/
trarent. Et quanta in pręteritis ſęculis ſup
cęteras nationes: tanta nunc eſſet in gente
iudęa: parcitas gratię. Cuꝫ tamen introdu
cta plenitudine gentium: etiaꝫ ipſorum ari/
ditati earundeꝫ rigationū inundatio ſpon/
deatur. Quę itaqꝫ cauſę ſint harū ſub eadē
gr̄a diſſimilitudinum: q̄ve rōnes: ſācti ſcri/



pturis nō loquentibus q̄s loquetur? Et cū
in eis ſcientia pauli apoſtoli a diſputatiōe
trāſeat ad ſtuporem: cuius erit tanta prēſū/
ptio: qui hęc differēdo exiſtimet aperienda
potius qꝫ ſilentio miranda? Patienter igi/
tur et ęquanimiter ignoreť tam remotū ab
humana cogitatione ſecretum: nec tamen
quia nequeunt clauſa penetrari: ideo etiaꝫ
reſeratorum ē prętereūdus introitus. Ma/
nifeſtauerunt enim diuinoꝝ eloquioꝝ mul
tę auctoritateſ: ⁊ continua omnium ſęculo/
rum experimēta docuerunt: iuſtam dei mi/
ſericordiam: miſericordemqꝫ iuſticiam: nec
alendis vnqꝫ corporibus hominum nec do
cendis iuuandiſqꝫ eoruꝫ mētibus defuiſſe.
Semper etenim pluit ſup bonos et malos:
Matth. 5. ſemper ſolem ſuum oriri fecit ſuper iuſtos ⁊
iniuſtos: ſemper vitales auras pbuit: ſem/
per diei ⁊ noctis viciſſitudines miniſtrauit:
vbertatem agris: multiplicationeꝫ ſeminī
bus: fęcunditateꝫ generandis hominibus
ſemper impendit. Etſi quando aliquid ho/
rum minuit: benignis correptionibus auer
ſionem deſidiamqꝫ male vtentium caſtiga/
uit: vt miſerationes eius q̄rerent in aduer/
ſis: cuius iuſticiam non timuerant in ſecun
dis. Deniqꝫ ſi ad ipſa mundi exordia recur/
ramus: inueniemus omniū ſanctorum qui
diluuium pręceſſerunt: dei ſpirituꝫ fuiſſe re
ctorem: propter qđ ⁊ filij dei nominati ſūt.
Ro. 8. Quoniaꝫ ſicut ait apoſtolus: Quicūqꝫ ſpi/
ritu dei aguntur: hi filij ſunt dei. Et cū ijdē
neglecta obſeruantia patrum: illicitis ſe re/
proborum ꝯnubijs miſcuiſſent: atqꝫ ob ne/
fariam ſocietatem digni exterminio iudica/
Geñ. 6. rentur: dominus ait: Non permanebit ſpi/
ritus meus in hominibus iſtis: quoniā ca/
ro ſūt. Unde apparet qꝫ iſte populus cuius
generationes diſcreto ordine cum annoruꝫ
numero digeruntur: ſpiritalis antea fuit: ea
vtiqꝫ voluntate cui ſpirituſſanctus prēſide/
bat: ſic impēdēs moderaminis ſui regimē:
vt declinādi ad vitia non adimeret poteſta
tem: qua poteſtate hic populus ſi nō vtere/
tur: non relinqueret deum: nec relinquereť
Eccl. 31. a deo: eſſetqꝫ ille de quo dictum eſt: Fęlix q̄
potuit trāſgredi: ⁊ nō eſt tranſgreſſus. Qꝫ/
diu ergo apud deum manſit: ea voluntate
manſit: quā deus inſpirauit ⁊ rexit. Prępa
ratur enim ſicut ſcriptum eſt: volūtas a do/
mino. Sed huius prępar ationis non vnus
ſemper prouectꝯ: nec vna menſura ē. Quo/
niam multis modis ⁊ innumerabilibus dif
ferentijs: gratię opera ⁊ dona varianť: inqꝫ
ipſis ſingulis generibus munerum: diſſimi
les ſunt gradus ⁊ impares quātitates. Si/
cut enim ī germinibus herbarū atqꝫ ligno/
rum quę terra producit: nō vna ſpecies: nec
vnum in om̄ibus genus ē: ſed ſingula quę/
qꝫ in ſui ſeminis forma et in ſuę ſtirpis qua/
litate gignuntur: plenum autem decorem
non ſtatim vt edūtur accipiunt: ſed certis ⁊
ordinatis prouehuntur augmentis: donec
ad perfectam ſui habitus quātitatem p ſuc
cedentia ſibi incremēta perueniant: Ita et
ſemina chariſmatum plantęqꝫ virtutū non
in omni agro cordis humani totum hoc pa
riter qđ ſunt futura naſcuntur: nec facile re/
peritur in exordio maturitas: ⁊ in inchoati/
one perfectio. Exerit quidem frequēter po/
tens ⁊ miſericors deus mirabiles iſtos ſuę
operationis effectus: et quibuſdam menti/
bus non expectata profectuum mora: totū
ſimul quicquid collaturus eſt: inuehit. In Heb. 7.
abrahę lumbis leui ſanctificatur: ⁊ ſimul cuꝫ
eo domuſ aaron: ⁊ ſacerdotalis ordo bene/
dicitur. In iſaac de repromiſſione cōcepto:
⁊ contra ſpem ſterilium ſenum nato: omni/
um gentium vocatio: ⁊ tota chriſti forma p̄/
conditur. Jacob nullo merito ſuffragante
dilectus: p̄uſqꝫ naſcatur eligitur. Hieremię
dicitur: Priuſqꝫ te formarem in vtero: noui Hiere. 1.
te: et priuſqꝫ exires d̄ vulua: ſanctificaui te.
Johānes itra helizabet matris viſcera ſpi/ Luc. 1.
rituſancto repletus exultat: ⁊ vt nullus iter
natos mulierum maior ſit: prius ſentit ini/
tia gratię qꝫ naturę. Sed cum ⁊ alia ſimiliū
documentorum exempla non deſint: quę
breuitatis ſtudio prętérimus: multo tamen
crebrior: multoqꝫ numeroſior pars illa ho/
minum ē: cui particulatim quicquid ſuper/
na largitas donat accreſcit: vt conferendo/
rum munerum cauſę de his quę ſunt col/
lata: pariantur. Quidam accepta fide dif
fidentia non carent: quam vtiqꝫ ineſſe ſibi
nouerat qui dicebat: Credo domine: adiu/ Marc. 9.
ua incredulitatem meaꝫ. Quam nec illi ab/
eſſe penitus a ſuis animis ſentiebāt: qui di
xerunt: Domine auge nobis fidem. Quidā Luc. 17.
qđ credūt: nō itelligūt: et mlti eoꝝ diu ī ſuę
ſimplicitatis modulo detinēť. Multi vo ci/
to itellectꝯ lumē accipiūt. Ipſa aūt itelligē/

tia non in omnibꝰ eundem habet vigorem:
aut ſimilẽ facultatem. Et plurimi cum ⁊ fi/
de et intellectu videantur ornati: laborant
tamẽ indigẽtia charitatis: Et his quę fide
⁊ intellectu vident: nequeũt inhęrere: quo/
niam perſeuerari in eo non poteſt: quod nõ
toto corde diligitur. Donum quoqꝫ ipſius
charitatis nõ ſemper eiuſmodi eſt: vt quic/
quid ad plenitudinem ipſiꝰ pertinet: ſimul
a percipiente ſumatur. Eſt enim amor qui
poteſt alio amore ſuperari. Et ſępe dilectio
dei ex mũdi dilectione marceſcit: niſi ad eũ
feruorem ſpirituſancto inflammante profe
cerit: qui nullo extingui frigore: nullo poſſit
tepore languere. Cum itaqꝫ in hoc inenar/
rabili dono dei omnium ſumma donorũ:
⁊ quędam ſit cunctarum vita virtutum: ad
hoc cętera conferuntur: vt habeat animę fi/
delis intentio: per quę ad perfectam chari/
tatem poſſit eniti. Quę quoniam non ſolũ
ex deo: ſed etiam deus eſt: ſtabiles et perſe/
uerantes atqꝫ inſuperabiles facit: quos flu
mine ſuę voluptatis impleuerit. Qui autẽ
iſtarum aquarum dulcedinem neſciunt: et
adhuc de mundi huius torrentibus bibũt:
aut etiam ſi aliquid primoribꝰ labris de vi/
tę fonte guſtauerunt: inebriari tamẽ aureo
babylonis calice delectantur: ſuo prorſus
decipiuntur arbitrio: ſua voluntate labun/
tur: etſi in hac deſidia perſeuerãt: ipſi ſe his
quę accepere: diſpoliãt. Facile eñ quęlibet
bona ſine charitate poſſunt perire: quę nõ
poſſunt ſine charitate ꝓdeſſe.

## Qd auerſio a deo non ſit diuinę ꝯſtitutionis: ſed proprię volũtati: Ca. IIII.

b Ec autem ſũmatim breuiterqꝫ per/
ſtricta ad id valeãt: vt certiſſime no
uerimus: nullum fideliũ a deo non
diſcedentem relinqui: neqꝫ cuiuſqꝫ ruinam
ex diuina eſſe conſtitutione diſpoſitam: ſed
multis qui iam iudicio rationis vtuntur:
ideo liberum eſſe diſcedere: vt non diſceſſiſ
ſe ſit premium: ⁊ vt qđ nõ poteſt niſi coope
rante ſpiritu dei fieri: eorum meritis depu/
tetur: quorum id potuit voluntate non fie/
ri. Quę voluntas in malis actionibus ſola
eſſe poteſt: in bonis autẽ ſola eſſe non põt.
Quis enim ſm naturam ſit homini: vt bo
nę ſit voluntatis: vitiuʒ tamen qđ per ma/
lam voluntatem irruit in naturam: non na
turę ſuperatur virtute ſed gratię. Regebat
ergo primus ille populus dei: ſpiritu dei: ⁊
a maledicti ac pręd amnati populi ſocietate
ac moribus per eruditionem ſanctiſpiritus
abſtinebat: cuſtodiens diſcretionem ſui a
permixtione carnalium: quorum mala tam
diu ſuſtinuit patientia dei: quãdiu boni per
id ꝙ eos non imitabantur: placere potue/
runt. Ubi vero etiam boni malorum imita
tione corrupti ſunt: ⁊ per voluntatis defe/
ctum in eãdem nequiciam conſpirauit vni/
uerſitas: quos excepta noe domo: vna im/
pietas prophanauit: ſentẽtia vna deleuit.
Bonitas autem dei ne illi quidem parti de/
fuit: quę in charitate non ſtetit: et ab ini/
tio ſui veneno diabolici liuoris intumuit.
Principem enim gentis impię ſãcti fratris
meritis inuidẽtem: cędemqꝫ eius parricida
li corde meditãtem: dignatur dominus pa/
terno mitigare conſilio: dicẽs ad cain: Ut Gen. 4.
quid triſtis factus es: vt quid concidit vul/
tus tuus? Nonne ſi recte offeras: recte autẽ
nõ diuidas peccaſti? Quieſce. Ad te enim
erit conuerſio eius: ⁊ tu dominaberis eius.
Depone inquit ortam de inuidię ęmulati/
one triſticiam: ⁊ flammas odij crudelis ex/
tingue. Nihil tibi abel nocuit: nec mihi pla
cendo te lęſit: deſpexi munera tua meo iudi
cio: non illius voto. Opus enim bonũ ne/
gligenter egiſti: recta fuiſſet oblatio tua: ſi
fuiſſet recta diſcretio. Sciens cui offerres:
ſcire debueras quid voueres. Nõ digne in/
ter me ⁊ te diuiſiſti: quoniam tibi electiora
ſeruaſti. Tuus ergo hic error eſt: tuũqꝫ pec/
catum: quieſce ⁊ noli in inſontem fratrẽ mo
ueri: ad te potius tua culpa reuocetur: noli
peccato regnum in te dare: ſed tu potius in
ipſum ſume dominatum. Pęnitendo enim
nec in maius facinus progredieris: ⁊ ab eo
in quo te doles diſplicuiſſe: mundaberis.
Cum ergo talia ad cain loqueretur deus:
nunquid ambiguum eſt voluiſſe eũ: ⁊ quã/
tum ad medendi modum ſufficiebat egiſſe:
vt cain ab illo impietatis furore reſipiſceret?
Sed malicia pertinax inde facta eſt inexcu/
ſabilior: vnde debuit eſſe correctior. Et vtiqꝫ
pręſciebat deus: ad quem finem inſani/
entis eẽt progreſſura cõceptio. Neqꝫ ex eo
ꝙ falli ſcientia diuina non poterat: neceſſi/
tate peccãdi vrgebatur facinus volũtatis:



a cuius vtiqꝫ intentione atqꝫ effectu potuit
incolumitas abel illęſa defendi: niſi placuiſ
ſet deo cum magna laude patientię ſuę: vt
temporalis furor impij: fieret perpetuꝰ ho/
nor iuſti. Poſteris vero iſtius fratricidę quã/
uis in progenitoris ſui moribus viuerent:
nunquã ſe diuinam bonitatem negaſſe: quis
non facile aduertat: ſi conſideret quãtum eis
prodeſſe potuerit tam longa patientia dei:
tam diues bonorum temporalium copia: ⁊
multiplicatę fęcũditatis tam numeroſa ꝓ/
pagatio: quę beneficia lꝫ obduratis nihil re/
medij et emendationis attulerint: probant
tamen auerſionem eorum non diuinę fuiſſe
conſtitutionis: ſed proprię voluntatis. In
conſeruatione autem noe filiorumqꝫ eius ⁊
nuruum in quibꝰ omniũ gentium ſemina/
rium diſponebatur: quanta diuinę grãę ope
ra reuelata ſint: ſãcta ſcriptura manifeſtat:
dum in illa mirandę capacitatis arca: vni/
uerſi generis animalium quãtum reparatio/
nis aderat: receptrice: ꝯgregatura ad ſe om
ne hominũ genus eccleſia figuratur: dum ꝑ
lignum ⁊ aquam redemptio crucis chriſti ⁊
ablutio regenerationis aperitur. Dũ in his
qui ex illa mũdi vaſtatione ſaluati ſũt: om/
nium gentium plenitudo benedicitur. Dũ
donuʒ fęcunditatis iteratur: et ſolo eſu ſuf/
focatorum ⁊ ſanguinis interdicto: libertas
edendi qđ placuerit: augetur: ſalutiſqꝫ ſecu
ritas in teſtimonio verſicoloris arcus: hoc
eſt in ſigno multiformis gratię cõſecratur.
Quę vtiqꝫ myſteria atqꝫ ſacramẽta nõ vni/
us tñ familię pauciſſimos tunc homines:
ſed in ipſis omnes eorum poſteros imbue/
bant: vt qđ eruditioni impendebatur paren/
tum: proficeret ſcientię filiorum. Iam vero
procurrente humanę ꝓpagationis augmẽ/
to: cuʒ ipſa mortalium numeroſitas đ ſuis
multiplicationibꝰ ſuperbiret: ⁊ ſm elatiõis
ſuę altitudinem cęlo cuperet molem immo
dicę inſtructiõis inſerere: quã mirabilis erga
cohibendam hanc inſolentiam fuit diuinę
cenſura iuſticię? Quę vnam illorum popu/
lorum loquelam notis ſibi inuicem ſignifi/
cationibus conſonãtem: ſeptuaginta ⁊ du/
arum linguarum varietate confudit: vt et
inter diſſonas voces operantium pereunte
concordia: inſanę molitionis machina ſol/
ueretur: ⁊ habitãdo orbi terraruʒ daret in/
colas malę congregatiõis oportuna diſper
ſio. In iſto autem opere prouidentię dei ꝑ/
ordinabantur miracula gratię chriſtianę: quę
omnem hanc diſperſionem in illius ędifica
tionis erat vocatura cõpagem: in qua om/
ne genu flectitur deo: ⁊ omnis lingua confi
tetur: quoniam ieſus in gloria dei patris ẽ. Phil. 2.
Hanc latitudineʒ gratię in plenitudine diſ/
poſitorum temporum reuelandę: facta ad
abraam promiſſio dei ſignis iam luculenti/
oribus indicabat: quando duplex eius ſuc/
ceſſio: filij ſcilicet carnis ⁊ filij promiſſionis
multitudini arenarum comparabatur ⁊ ſi/
derum: ⁊ vir ſenex per annoſam vxoris ſte/
rilitatẽ ab ſpe iam prolis alienus: credebat
laudabili fide per germen vniꝰ filij patrẽ fu
turum eſſe ſe mundi: proſpiciens illum i ſe/
mine ſuo: imo conſpiciens qui dixit: Abraã Joh. 8.
diem meum vidit: ⁊ gauiſus eſt. Qua fide
abraam cum iuſtificaretur: nondum mãda/
tum circumciſionis acceperat: ſed cum eſſet
in pręputio naturali: reputata ẽ fides eius
ad iuſticiam: ⁊ eadem fides ſignaculum cir/
cumciſionis acceperat in eo corporis mem/
bro: per quod ſemen procreationis peruen/
turum erat ad eam carnem: in qua ſine car/
nali ſemine dei filius deus verbum caro fie/
ret: ac de abrahę filia maria virgine naſceretur
aſſũptis omnibus in huius natiuitatis cõ/
ſortium: qui in chriſto ꝑ ſpiritũſanctũ rege/
nerati qđ abraam credidit crediſſent.

## Qd etiã ãn aduẽtũ chriſti natiões quę alienatę a ꝯuerſatiõe iſrael: ſpem nõ habebãt: ob hoc non ſint excuſabiles. Et quõ ꝓpt ꝑſecutiones bonorum chriſtus populũ ſuum auxerit: Ca. V.

h Ec autem fides anteqꝫ veniret: hoc
ſemen de quo abrahę dictum eſt: In Gen. 12.
ſemine tuo benedicentur omnes gen
tes terrę: intra vnius ſtirpis populum con/
tinebatur: vigente apud veros iſraelitas ſpe
redemptionis noſtrę: quoniam etſi fuerũt
ex alienigenis quos temporibus legis ve/
ritas illuſtrare dignata ſit: tã pauci fuerũt:
vt vix cognoſcantur an fuerint. Neqꝫ ob hoc
excuſabiles ſint natiões: quę alienatę a cõ/
uerſatione iſrael ſpem non habentes ⁊ ſine
deo in hoc mundo: ſub ignorantię tenebris
perierunt: quia hęc abundantia gratię quę
nunc vniuerſum munduʒ rigat: pari antea
largitate nõ fluxit. Adhibita enim ſemper
eſt vniuerſis hominibus quędam ſupernę
menſura doctrinę: quę etſi parcioris occul/

tioriſq₃ grẽ fuit : ſufficit tñ ſicut domin⁹ iu/
dicauit: quibuſdam ad remedium: omnib⁹
ad teſtimonium: vt non dubie: ſed euiden/
ter appareat: ꝙ niſi vbi abundauit peccatũ:
ſupabundaret gratia: nunc quoq₃ vniuerſũ
genus humanum ſimilis obcęcaret impie/
tas. An forte vt pleriq₃ garriunt: meliora ꝙ̃
veterum ingenia noſtris ſęculis orta ſunt:
⁊ aptiores diuinis donis animas tempora
extrema pepererunt. Qđ etiam ſi ita eſſet:
ad bonitatem id referenduʒ eſſet auctoris:
qui vocandis ad vitam ęternã populis: ca
quę non retinerentur : corda finxiſſet. Sed
nihil ꝓrſus nouatuʒ eſt in generatione car/
nali: nec generoſior auis minorum orta ſuc/
ceſſio eſt: cum potius in hominibus illi⁹ tẽ/
poris: quo mundi redemptor aduenit: quã/
to erat propago tardior : tãto ſit iniquitas
inuenta robuſtior. Probauit hoc iudaici fu
roris ipietas: Et ꝙ̃ apta euãgelio chriſti fu/
erit illa generatio: non ſolum populi: ſ₃ etiã
ſcribarum ⁊ principum ac ſacerdotuʒ corda
docuerunt. Quibus parum fuit in agnum
dei tollentem peccatum mundi: cõtra teſti/
ficationem legis: contra oracula propheta/
rum: contra diuinarum experimenta virtu/
tum: ſeditionibus: cõtumelijs: ſputis : ala/
pis: colaphis: lapidib⁹: flagrł : et ad poſtre/
mum crucis atrocitate ſęuiſſe: niſi etiam te/
ſtes reſurrectionis eius eadem perſequerẽ/
tur inſania: Quam apoſtoli quãdo a põti/
ficibus flagellati ſunt: oſtenderunt in pſal/
Act. 4. mo dauitico ꝓphetatum dicentes: Domine
tu es qui feciſti cęlum ⁊ terram ⁊ mare ⁊ om
nia quę in eis ſunt: qui ſpiritusancto per os
patris noſtri dauid pueri tui dixiſti: Quare
fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati ſunt
inania: Aſtiterunt reges terrę: et principes
conuenerunt in vnum aduerſus dominum
et aduerſus chriſtum eius? Cõuenerunt eñ
vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum filiũ
tuum ieſum quem vnxiſti: herodes ⁊ ponti/
us pilatus cum gentibus et populis iſrael:
facere quę manus tua ⁊ conſilium decreue/
runt fieri. Igitur ad manifeſtandam gr̃am
dei quę ex ęterno eius incõmutabiliq₃ conſi
lio in ſalutem omnium gentiuʒ diſponeba/
tur: nõ priora quaſi incapacia declinata ſũt
tempora: ſed iſta electa: quę tales populos
ediderunt : quoruʒ ferox ⁊ voluntaria iniq/
tas non conſulendi affectu : ſed intentione
ſęuiendi perſiſteret facere quę manus dei ⁊
conſilium decreuerũt fieri: vt mirabilior eẽt
gratia et potentia dei quę ꝺ tam duris ani/
mis: tam tenebroſis mentibus: tam inimi/
cis cordibus fecit ſibi populũ fidelem : ſub/
ditum : ſanctuʒ: qui non per ſapientiã hui⁹
mundi peruenit ad lumen ſapiẽtię dei : ſed
per illius donum de quo teſtatur iohannes
apoſtolus dicens: Scim⁹ quia filius dei ve/ 1. Joh. 5.
nit: ⁊ dedit nobis ſenſum: vt cognoſcamus
verum deuʒ: ⁊ ſimus in vero filio eius. Cui
teſtimonio apoſtolus paulus conſonat di/ Col. 1.
cens: Gratias agentes patri q̇ dignos nos
fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine:
qui eripuit nos de tenebris: et de poteſtate
tenebrarum: ⁊ tranſtulit in regnuʒ filij dile/
ctionis ſuę. Et iterum idem: Eramus enim Titũ. 3.
inquit aliquando inſipientes: increduli: er/
rantes: ſeruientes deſiderijs ⁊ voluptatib⁹
varijs: in malicia ⁊ inuidia agentes: odibi/
les: odiẽtes inuicem. Cum autem benigni/
tas ⁊ humanitas apparuit ſaluatorł noſtri:
non ex operibus iuſticię quę fecimus nos:
ſed ſm ſuam miſericordiam ſaluos nos fe/
cit: per lauacrum regenerationis ſpiritusſan/
cti: quẽ effudit in nos abunde ꝑ ieſum chri/
ſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gra
tia ipſius hęredes ſimus ſm ſpem vitę ęter/
nę. Potuit ne plenius: luculentius: verius
explicari: quę merita hominum chriſtus in/
uenerit: ⁊ quos ſibi mores ſubiecerit : q̄ ad
ſe corda conuerterit : quando venit mederi Math. 9
non ſanis ſed male habẽtibus: ⁊ vocare nõ
iuſtos ſed peccatores: quoniam gentiũ po/
pulus qui ſedebat in tenebris : lucem vidit
magnam: ⁊ ſedẽtibus in tenebris et vmbra
mortis: lux orta eſt illis. Fremebant gẽtes:
iraſcebantur populi: ſęuiebant reges: ⁊ po/ Eſa. 9.
teſtates contradicebant : ſuperſtitiones et
totius mundi reluctabantur errores. Sed
de reſiſtentibus: furẽtibus: perſequentib⁹:
populum ſuuʒ chriſtus augebat: ⁊ per vin/
cula ac ſupplicia morteſq₃ : ſanctorũ robora/
batur fides: vincebat veritas: perq₃ vniuer
ſum munduʒ: dominici agri ſegetis multi/
plicabatur vbertas. Tãta enim deſuper ꝑ/
hebatur conſtantia fidei: fiducia ſpei: forti/
tudo tolerãtię: vt ille ignis dilectiõis : quẽ
in cordibus fidelium ſpiritusſanctus accen/
derat: nullo modo opprimentibus poſſet ex
tingui. Cum ⁊ qui cruciabantur: vehemen/
tius inardeſcerent: ⁊ qui ſęuiebant: eandeʒ
quam perſequebantur: flãmam ſepe conci/



perent: quã beatus apoſtolus paulus igni/
Ro. 5. tus: fidenter fer. enterq₃ dicebat: Iuſtifica/
ti igitur ex fide pacem habeamus ad domi/
num noſtrum ieſum chriſtum : per quem et
acceſſum habemus fide in gratiaʒ iſtam in
qua ſtamus: ⁊ gloriamur in ſpe glorię filio/
rum dei: non ſolum autem: ſed ⁊ gloriamur
in tribulationibus: ſciẽtes ꝙ tribulatio pa/
tientiam operatur: patientia autem proba/
tionem: probatio vero ſpem: ſpes autẽ non
confundit: q̄r charitas dei diffuſa eſt in cor/
dibus noſtris per ſpiritũſãctum qui datus
Ro. 8. eſt nobis. Et iteruʒ: Quis nos ſeparabit a
charitate chriſti? Tribulatio an ãguſtia? an
perſecutio? an fames? an nuditas? an peri/
Pſ. 43. culũ? an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia
propter te mortificamur tota die: exiſtima/
ti ſum⁹ ſicut oues occiſionis. S₃ in his om/
nibus ſuperamus: per euʒ qui dilexit nos.
Certus ſum enim: quia neq₃ mors: neq₃ vi/
ta: neq₃ angeli: neq₃ principatus: neq₃ inſtã
tia: neq₃ futura: neq₃ fortitudo: neq₃ altitu/
do: neq₃ ꝓfundum: neq₃ creatura alia pote/
rit nos ſeparare a charitate dei quę eſt ĩ chri
ſto ieſu domino noſtro. Hęc charitas diffu/
ſa per ſpiritũſanctuʒ fecit: vt mundus fide/
lium: mundum vinceret impiorum. Hęc ne/
ronis crudelitatem: domitiani furorẽ : mul/
torumq₃ poſt eos principum glorioſo innu/
merabilium martyrũ fine confudit: donan/
te chriſto imitatoribus ſuis: de perſecutio/
nibus regum eternarum ſtemata coronaꝝ.

## Qđ chriſtus ꝓ omnib⁹ impijs ⁊ peccatorib⁹ mortuus fuerit: Ca. VI

n Ulla igitur ratio dubitãdi eſt : ieſũ
chriſtum dominum noſtrum ꝓ im/
pijs ⁊ peccatoribus mortuũ: a quo/
rum numero liber inuẽtus eſt. Non eſt pro
oĩb⁹ mortu⁹ chriſtus? S₃ ꝓrſus pro omnib⁹
mortuus eſt chriſtus. Nemo ergo omnium
hominũ ante reconciliantionem quę ꝑ chri/
ſti ſanguinẽ facta eſt: non aut peccator aut
Ro. 5. impius fuit: dicente apoſtolo: Si enim chri
ſtus cum adhuc infirmi eſſemus: iuxta tem
pus pro impijs mortuus eſt: vix enim ꝓ iu/
ſto quis moritur: nam pro bono forſitan q̇s
audeat mori. Commẽdat autem ſuam cha/
ritatem deus in nobis: Quoniam ſi cũ ad/
huc peccatores eſſemus: chriſtus pro nobis
mortuus eſt: multo magis iuſtificati ſãgui/
ne ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si
enim cuʒ inimici eſſemus: reconciliati ſum⁹
deo per mortem filij eius: multo magis re/
conciliati ſalui erimus in vita ipſius. Ideʒ
autem apoſtol⁹ in ſecũda ad corinthios ait:
Charitas enim chriſti viget nos iudican/ 2. Cor. 5.
tes hoc: quoniam ſi vnus pro omnib⁹ mor/
tuus eſt: ergo omnes mortui ſunt: ⁊ pro om
nibus mortuus eſt: vt ⁊ qui viuunt : iã non
ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt
⁊ reſurrexit. De ſeipſo vero quid pronũciat
audiamus. Fidelis inquit ſermo et omĩ ac/ 1. Timoth. 1
ceptione dignuſ: Quia chriſtus venit ĩ hũc
mundum peccatores ſaluos facere: quoruʒ
primus ego ſum. Sed ideo miſericordiam
conſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet
chriſtus ieſus omnem patientiam: ad infor
mationem eorum qui credituri ſunt illi ĩ vi/
tam ęternam. Siue ergo circumciſio ſiue ꝑ/
putium: peccato vniuerſaliter concludeba/
tur: vnuſq₃ omẽs reatus obſtrinxerat : ⁊ in/
ter magis minuſq₃ impios nemo erat q̇ poſ
ſet abſq₃ chriſti redemptiõe ſaluari: quę re/
demptio vniuerſo ſe ſe intulit mũdo: ⁊ om/
nibus hominibus indifferenter innotuit :
quando quidem in die quinquageſimo ab
illo paſcha in quo ſe hoſtiam deo verus ag/
nus obtulerat: cum apoſtoli ⁊ q̇ cũ eis vna/
nimes erãt: repleti ſpiritusãcto linguis om/
nium gentium loquerentur: cõueniebat ex/
cita miraculo diuerſi generis hominũ mul/
titudo: vt euangelium chriſti in eis qui ad/
erant: totus mundus audiret. Confluxerãt
autem (ſicut ſcriptuʒ eſt) parthi ⁊ medi: ela/ Act. 2.
mitę ⁊ qui inhabitant meſopotamiã: iudę/
am et capadociam: pontum ⁊ aſiam: phry/
giam et pãphiliam: egyptũ et partes lybię
quę eſt circa cyrenen : ⁊ aduenę romani: iu/
dęi quoq₃ ⁊ proſeliti: cretes ⁊ arabes : audi/
entes coruʒ linguis ꝑdicari magnalia dei:
quorum teſtificatio etiam in eas gẽtes quę
remotiores ſunt : longe lateq₃ procurreret:
Ad cuius rei effectuʒ credimus prouidẽtia
dei romani regni latitudinem pręparataʒ:
vt nationes vocandę ad vnitatem corporis
chriſti: prius iure vnius conſociarentur im/
pietatis. Quis gratia chriſtiana non con/
tẽta ſit eoſdem limites habere quos roma:
multoſq₃ iam populorum ſceptro crucł chri
ſti illa ſubdiderit: quos armis ſuis iſta non
domuit. Quę tamen per apoſtolici ſacerdo
tij principatuʒ amplior facta ẽ arce religio/
nis ꝙ̃ ſolio ptãtiſ. Qđ ſi forte quẽadmodũ
quaſdam gentes qđ non volunt: in conſor/

tium filiorum dei nouimus adoptatas: ita
etiam nunc in extremis mũdi partibus ſũt
aliquę nationes: quibus nõdum gratia ſal/
uatoris illuxit: Non ambigimus etiam cir/
ca illas occulto iudicio dei tempus vocati/
onis eſſe diſpoſitũ: quo euãgelium qđ nõ/
dum viderunt: audiant atq ſuſcipiãt. Qui
bus tamen illa menſura generalis auxilij q̃
deſuper omnibus ſemper hominibus eſt ꝓ/
bita: non negatur. Quãuis tã acerbo natu
ra humana vulnere ſauciata ſit: vt ad cog/
nitionem dei neminem contemplatio ſpon
tanea plene valeat erudire: niſi obumbrati/
onẽ cordis vera lux diſcuſſerit: quã inſcruta
bili iudicio deus iuſtus & bonus non ita ꝓ/
teritis ſeculis queadmodum in nouiſſimis
diebus effudit. Unde et beatus apoſtolus
Col.1. paulus ſcribens coloſſenſibꝰ ait: Myſteri/
um qđ abſconditũ fuit a ſeculis & generati/
onibus: nunc autem manifeſtatum eſt ſan/
ctis eius quibus voluit deus notas facere
diuitias glorię ſacramenti huius in gẽtibꝰ:
qđ eſt chriſtus in nobis.

## Quomodo myſterium vocatio/nis gentium ꝓphetis fuerit cogni/tum & aplis: Ca. VII.

n Unquid hoc myſterium etiã pro/
phetis incognitũ fuit? & illi per q̃s
ſpiritusſãctus loquebatur ea quo/
rum ab ipſis fiebant denũciationes: neſcie/
bant? Non ita plane intelligendum puto:
ſed ipſis gentibus abſconditum fuiſſe my/
ſterium qđ dominus qñ voluit & quibꝰ vo/
luit reuelauit. Nam de vocatione gentiũ
quę nõ erant populus dei: et quibus prius
non miſertus eſt: nunc autem miſeretur: in
Deut 32. deuteronomio ita dicitur: Et vidit dominꝰ
& zelauit: & iratus eſt propter iram filiorum
ſuorum & filiarum: & dixit: Auertam faciem
meam ab eis: & oſtendã quid erit in nouiſ/
ſimo: q generatio peruerſa eſt filijs: in qui/
bus non eſt fides in illis. Ipſi in zelum cõ/
pulerunt me in hoc qđ nõ eſt deus: irritaue
runt me in idolis ſuis. Et ego in zelum inci
tabo eos in eis qui non erat gens: ſup gen/
te inſipiente irritabo eos. Et dauid hęc de
adoraturis deũ omnibus gentibus pręci/
Ps.85 nit: Omnes gentes quaſcunq feciſti veni/
ent & adorabunt coram te domine: & glorifi/
Ps.71. cabunt nomen tuum. Et iterum idem: Et
adorabunt eum omnes reges terre: omnes
Abd.3. gentes ſeruient ei. Et iterum: Benedicẽtur

in ipſo omnes tribus terrę: omnes gentes
magnificabunt eum. Eſaias quoq ſimilia
annunciat dicens: Quoniam erit in nouiſ/ Eſa.2.
ſimis diebus manifeſtus mons domini: et
domus dei in cacumine montium: & exalta/
bitur ſuper colles: & venient ad eã omnes
gẽtes. Et iterum idem: Et faciet inquit do/
minus ſabaoth omnibus gentibus: in mõ/
te iſto bibent in iocunditate vinum: vngen
tur vnguẽto in monte iſto: tradet hęc oĩa
gentibus: hoc enim conſiliũ ſuper omnes
gentes. Et iterum idẽ: Et reuelabit domi/
nus brachium ſuum ſanctum in conſpectu
omnium gentium: & videbunt omnes gen/
tes terrę ſalutẽ quę a domino eſt. Et iterũ:
Ecce aduenę ad te per me accedent: & ad te
fugient. Et infra: Gentes quę te nõ cogno/
uerunt inuocabũt te: et populi qui te neſci/
unt: ad te confugient. Oſee quoq paria ꝓ/
phetat dicens: Et erit in loco in quo dictũ Oſee.1.
eſt eis: non populꝰ meus vos: ibi vocabun/
tur filij dei viui: & congregabuntur filij iudę Oſee.2.
& filij iſrael in idipſum. Et iterum: Miſere/
bor non dilectę: & dicam non populo meo:
populus meus es tu: & ipſe dicet: deus me/
us es tu. Sub apoſtolis vero cum ij qui in
chriſtum ex circumciſione crediderant: eos
qui gentiles erant: dicebanturq pręputiũ:
iuſtificationum gratię arbitrarentur parti/
cipes eſſe nõ poſſe: Docet beatus apoſtolꝰ
petrus q indiſcretus apud deum vterq ſit
populus: ſi in vnitatem fidei ambo conue/
nerint. Cum autem inquit cępiſſem loqui: Act.11.
decidit ſpiritusſanctus ſuper eos: ſicut et in
nos in initio. Recordatus ſum autẽ verbi
domini: ſicut dicebat: Johannes quidẽ ba
ptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini ſpi
ritusſancto. Si ergo eandem gratiam dedit
illis deus ſicut & nobis qui credidimꝰ in do/
minum ieſum chriſtum: ego quis eram qui
poſſem prohibere deum? His auditis tacu/
erunt & glorificauerunt deum dicentes: Er/
go & gentibus deus pęnitentiam ad vitam
dedit. Jacobus quoq apoſtolus đ hac vo/
catione gentium dicit: Uiri fratres audite Act.15.
me: Simon narrauit quemadmodũ primũ
deus viſitauit ſumere ex gentibus populũ
nomini ſuo: & huic concordant verba ꝓphe
tarum: ſicut ſcriptũ eſt: Poſt hęc reuertar: Amos.9.
& reędificabo tabernaculũ dauid quod ce/
cidit: & diruta eiꝰ ędificabo: & erigam illud:
vt requirant cęteri hominum dominum: et



omnes gentes ſuper quas inuocatũ eſt
nomen meum: dicit dominus faciẽs hęc:
Luc.2. notum a ſeculo eſt domino opus ſuũ. Sy
meon quoq ille cui reſponſum erat a ſpi/
ritusſancto non eum viſurum mortem pri/
us q videret chriſtũ domini: đ ſalute om/
nium gentiũ quę in chriſto reuelabatur:
hęc dixit: Nũc dimitte ſeruũ tuum domi/
ne ſm verbum tuum in pace. Quia vide/
runt oculi mei: ſalutare tuum. Quod pa/
raſti: ante faciem omniũ populorum. Lu
men ad reuelationem gentium: & gloriã
plebis tuę iſrael. His et alijs teſtimonijs
ſcripturarũ: non dubie demonſtrat: iſtã
ditiſſimam: potentiſſimã: benigniſſimã
gratiam qua in nouiſſimo mundi tẽpore
omnes gentes in regnum chriſti vocãtur
prioribus ſeculis in occulto dei abſcõdi/
tam fuiſſe conſilio. Et cur hac manifeſta/
tione qua nunc vniuerſis nationibus in/
noteſcit: antea reuelata nõ fuerit: nullam
poſſe ſcientiam cõprehendere: nullam in/
telligentiam penetrare: cum tamen illud
quod đ bonitate dei pijſſime creditur: q
omnes homines velit ſaluos fieri: & in ag
nitionem veritatis venire: non oporteat
niſi perpetuum ęternumq ſentiri: ſm eas
menſuras q̃bus deus dona generalia ſpe
cialibus nouit cumulare muneribus: vt &
qui exortes gratię fuerint: đ ſua nequicia
redarguãt: & qui eius lumine enituerint:
nõ in ſuo merito: ſed in domino glorient.
In hoc ſane anguſto quidem: ſed tamen
recto intelligẽtię tramite non parum dif/
ficultatis opponit cõſideratio paruulorũ:
qui nullo iudicio rationis vtunt: quo au/
ctoris ſui beneficia ſentientes: ad agnitio
nem valeant veritatis accedere: nec vidẽ/
tur de neglectu opitulãtis gratię iuſte ar/
gui: in illa ignorantia naturaliter cõſtitu/
ti: quã dubiũ non eſt: nullam recipere ſci/
entiam: nullam ſentire doctrinã.

## Quare tanta multitudo nõ re/generatorum infantiũ a ꝑpetua alienetur ſalute: Ca. VIII.

v Nde cũ oẽs homines velit de/
us ſaluos fieri: quid eſt q aliena/
tur a ſalute ꝑpetua tanta infanti/
um multitudo: totq in his ętatibus ho/
minũ milia extra vitam relinquũtur ęter/
nam: quaſi ad hoc tñ conditi ſunt ab eo
qui neminem odiens creauit: vt quia in

hunc mundum cũ peccati carne venerũt:
inſolubilis culpę vincula ſine reatu ꝓprię
actionis inciderẽt: quid hoc profundius:
quid mirabilꝰ eſſe poteſt? Neq credi fas
eſt: eos qui regenerationis nõ adepti ſũt
ſacramentum: ad vllum beatorum perti/
nere conſortium. Et magis ſtupendũ ma
giſq ſit mirum: q vbi actio non offendit:
vbi arbitrium non reſiſtit: vbi eadem mi/
ſeria ſimilis imbecillitas: cauſa cõmunis
eſt: non vnum eſt đ tanta parilitate iudi/
cem: & q̃les reprobat abdicatio: tales ad/
optat electio. Uerũtamẽ de hac altitudi/
ne diſcretiõis dei non cõturbabit cor nõ/
ſtrum: ſi firma & ſtabili fide omne iudiciũ
dei iuſtum eſſe credamus. Nec appetamꝰ
habere cognitum qđ voluit eſſe ſecretũ:
vt vbi inueſtigare nõ poteſt quare ita iu/
dicet: ſufficiat ſcire quis iudicet. Nec q nõ
ita icognoſcibilis iſta ſit queſtio: vt nihil
ſit: qđ de ea eruditionis poſſimꝰ acquire/
re: ſi ad cõtemplandum id qđ videri põt:
tranquillꝰ ſobrij cordis adhibeatur intui/
tus. Cum enim cõſideramus inter paga/
nos: inter iudęos: inter hereticos: iter ip/
ſos catholicos chriſtianos q multiplex
pereat numerus paruulorũ: quos quãtũ
ad proprias pertinet voluntates: neq bo
num aliquid: neq malum conſtat egiſſe:
diſcimus ſuper eos illam manere ſenten/
tiam: quã humanũ genus pręuaricatio/
ne primi parentis excepit: cuius ſentẽtię
rigor dum etiam circa tales non reſoluit:
q magnum illud peccatum fuerit demon
ſtratur. Nemo autem putaretur non ino/
cens naſci: niſi etiam talibus eſſet noxiũ
non renaſci. De imaturitate vero mortis
non eſt ratio conquerendi: cũ ſemel in na/
turam noſtram per peccatũ ingreſſa mor/
talitas obnoxium ſibi omnem vitę noſtrę
fecerit diem. Eſſet enim quoniam ſm ali/
quem modũ immortalis dici homo poſ/
ſet: ſi eſſet tempus intra qđ mori omnino
non poſſet: Sed nũq corruptio ita incor/
ruptionis eſt particeps: vt non ſemp ob/
noxium ſit defectiõi quod debet occaſui.
Uitę huius principium: mortis exordiũ
eſt: nec prius incipit augeri ętas noſtra q
minui. Cui ſi quid adijcitur ſpacij tempo
ralis: nõ ad hoc accedit vt maneat: ſed in
hoc trãſit vt pereat. Quod ergo ab initij
ſui die mortale ẽ: qualibet occidat die: nõ

cōtra legem mortalitatis occūbit: Nec
vnqꝫ ei vicini⁹ eſt poſſe viuere ꝙ̄ poſſe de/
ficere. Quis autem ex vna cauſa omniū
hominum ſit orta mortalitas: non in vnā
tamen: ſed in multiplicem imbecillitateʒ
corruptibilis natura diſtrahitur. Et ſiue
morbis ſiue debilitatib⁹ ſiue vulneribus:
non ſolum anni aut menſes vel dies ęta/
tis humanę: ſʒ ⁊ omnes horę omniaqꝫ mo
menta ſubiecta ſunt. Nec eſt aliquo mor/
tis genus aut vllus obeundi modus: qui
non intra vniuerſitatem mortaliuʒ in ali/
quam incidat portionem. Manet enim
graue iugum ſuper filios adam: a die exi/
tus de ventre matris eorū: in diem ſepul/
turę in matrem omniū. Sed huius aſper/
rimi iugi pondera non ita in adę filios ir/
ruerunt: vt diuina iuſticia nihil eis ſuę di
menſionis adhiberet: quę defectionuʒ le/
gibus ita defectura ſubiecit: vt ab eis mo
derationum ſuarum non euerteret pote/
ſtatē. Ideo omnia omnes inciderent ma/
la: quia per communem conditioneʒ om/
nes omnibus ſubiacerent: ſed vt genera/
li neceſſitate variata cauſas ſibi domin⁹
indulgētię correptioniſqꝫ ſeruaret: eſſetqꝫ
in vno omniuʒ debito: quod ⁊ miſericors
remitteret ⁊ iuſtus exigeret. Cū igitur iu/
ſta ⁊ omnipotens prouidētia dei inceſſa/
biliter vniuerſa diiudicet: et nemo in hūc
mundum veniat: neqꝫ ab hoc mundo ex/
eat: niſi eo ortu atqꝫ deceſſu quem rerum
arbiter ſm̄ altiſſimam ſcientiam ſuam ſa/
pientiamqꝫ decernit: ſicut ſcriptum eſt in
Job.12. libro iob: Quis ignorat ꝙ omnia hęc ma
nus domini fecerit: in cuius manu anima
omnis viuentis: et ſpiritus vniuerſę car/
Job.14. nis hominis? Et iterum: Breues dies ho
minis ſūt: et numerus dierum eius apud
te eſt: Quis audeat cauſas operum et cō/
ſiliorum eius inquirere? Inſcrutabile enim
eſt valdeqꝫ ſecretum: cur tantis differen/
tijs conditio humana variata ſit. Illum
ab infantia vſqꝫ in ſenectutē longęua car
pit infirmitas: nec inter perſeuerātes do/
lores ſtatutę deficit tempus ętatis. Illū
integris valentem viribus annoſiſſimus
vigor vegetat. Huic in puericia finis eſt:
illi in adoleſcentia. Huic vltra iuuentutē
non licet progredi: illi impoſſibile eſt vſqꝫ
ad loquendi rudimēta grādeſcere. Quas
vitę metas multiformiter inęquales mi/
nus acerbas experiretur caduca mortali/
tas: ſi pręſentis tm̄ ſęculi detrimenta pa/
teretur: ⁊ nō in eternas miſerias caderēt:
qui hinc ſine lauacro regenerationis exiſ/
ſent. Sed cum inſcrutabilis ſit cauſa do/
norum quę gratia tribuit: ꝙ̄ miſeriarum
quas natura promeruit: ipſa nos intelli/
gentię difficultas ad noſtrum remittit au
ctorem. Et cum quęrimus quomodo om/
nes homines ſaluos fieri velit qui nō om
nibus illud tempus impertit: in quo per
voluntariam fidem percipiēdę gratię ſint
capaces: nō irreligioſe arbitror credi neqꝫ
inconuenienter intelligi ꝙ iſti paucorum
dierum homines ad illam pertineant gra
tię partem: quę ſemper vniuerſis ē impē/
ſa nationibus: qua vtiqꝫ ſi bene eorū vte/
rentur parentes: etiam ipſi per eoſdeʒ iu/
uarent̄. Omniuʒ nanqꝫ exordia paruulo/
rum totaqꝫ illa principia necduʒ rationa/
lis infantię: ſub arbitrio iacent volunta/
tis alienę: nec vllo modo eis niſi per alioſ
conſuli poteſt: ⁊ cōſequēs eſt illos ad eo/
rum pertinere cōſortium: quorum vel re/
cto vel prauo agūtur affectu. Sicut enim
ex aliena confeſſione credunt: ita ex alie/
na infidelitate aut diſſimulatione nō cre/
dunt. Et cum ipſi nec pręſentis vitę deſi/
derium habuerunt nec futurę: ꝙ̄ ipſorum
factum eſt naſci: tam ipſorum efficitur nō
renaſci. Sicut autem circa maiores pręter
illam generalem gratiaʒ parcius atqꝫ oc/
cultius omnium hominum corda pulſan/
tem excellentiore opere: largiore munere:
potētiore virtute vocatio ſpecialis exeri/
tur: ita etiam circa innumeros paruulos
eadem manifeſtatur electio: quę quidem
nec illis qui renati non ſunt: in parentib⁹
defuit: ſed ijs qui renati ſunt: pręparenti/
bus affuit: Ita vt multis ſępe quos ſuo/
rum impietas deſeruit: alienorū cura ſer/
uierit: ⁊ ad regenerationem venerint per
extraneos: quę eis nō erat prouidenda ꝑ
proximos. In quo opere gratię: quis niſi
arrogantiſſimus atqꝫ vaniſſimus de diui
na iuſticia conqueratur: ꝙ non omnibus
paruulis ſimilis ꝓuidentia conſulat: om/
niaqꝫ pericula quę moriturorum regene/
rationem ꝓhibere poſſunt: aut poteſtate
ſubmoueat: aut miſeratione pręueniat?
Quod vtiqꝫ erga om̄es ita fieret: ſi ita fie/
ri omnino deberet. Non autē latet quātū



cordibus fideliuʒ deſidię gignerentur: ſi in
baptizandis paruulis nihil đ cuiuſqꝫ ne/
gligētia: nihil de ipſorum eſſet mortalita/
te metuendum: Quādoquidem vt tales
baptiſmo fraudarentur: nullo modo poſ/
ſet accidere. Hac vero tam inamiſſibili fę/
licitate infantium vehemētiſſime opinio
illius roboraretur erroris: qui gratiaʒ dei
ſm̄ merita hominuʒ dari audet contra fi/
dem catholicaʒ prędicare. Videret̄ quip/
pe inculpabili innocētię hoc tota ęquita/
te deberi: vt neminem eorum adoptio p̄/
teriret: quos nullus reatus perſtringeret:
nec impie a quodam de paruulorum ba/
ptiſmo dictuʒ fuiſſet. Habet gratia quod
adoptet: non habet vnda qđ diluat. Sʒ
hoc deteſtabiliter prędicatum omnes di/
ſcipuli veritatis intelligunt: ⁊ inde mani/
feſtum eſt eos qui ſalui fiunt: non merito
ſed gratia liberari: qꝛ ſine baptiſmo mor/
tuos periſſe nō dubium eſt. Qui vtiqꝫ ni/
ſi grauiſſimi peccati eſſent participes: nō
perirent: Nūc autem occulta quidem dei
diſcretione: ſed iuſta ſic oſtēditur: et quid
conferat gratia: et quid pręuaricatrix me/
reatur natura: vt nec cōtra donum eleue/
tur ſuperbia: nec contra periculum ceſſet
induſtria. Siue igitur nouiſſima contem/
plentur ſęcula: ſeu prima ſeu media: rati/
onabiliter ⁊ pie creditur omnes homines
ſaluos fieri deum velle: ſemperqꝫ voluiſ/
ſe: ⁊ hoc non aliunde monſtratur ꝙ̄ de ijs
beneficijs: eaqꝫ prouidentia dei quā vni/
uerſis generationibus communiter atqꝫ
indifferenter impendit. Fuerunt enim ac
ſunt huiuſmodi dona ita generalia: vt ꝑ
ipſorum teſtimonia ad quęrendum verū
deuʒ poſſent homines adiuuari: quibus
donis auctorem ſuū per omnia ſęcula ꝓ/
teſtantibus: ſpecialis gratię largitas ſuꝑ/
fuſa eſt? Quę lʒ copioſi⁹ nunc ꝙ̄ ante pre/
ſtetur: cauſas tamen diſtributionum ſua/
rum dominus apud ſcientiaʒ ſuā tenuit:
⁊ intra ſecretum potentiſſimę voluntatis
occuluit: quę ſi omnibus vniformiter af/
fluerent: non laterent. Et ꝙ̄ nulla eſt am/
biguitas de benignitate generali: tam de
ſpeciali miſericordia nihil quod ſtupēdū
eſſet exiſteret: ac perinde illa eſſet gratia:
iſta non eſſet. Deo autem placuit et hanc
multis tribuere: ⁊ illam a nemine ſubmo/
uere: vt ex vtraqꝫ appareat non negatum
vniuerſitati quod collatum eſt portioni:
ſed in alijs pręualuiſſe gratiaʒ: in alijs re/
ſiluiſſe naturam. Hanc quippe abundan/
tiorem gratiam ita credimus atqꝫ experi/
mur potentiam: vt nullo modo arbitre/
mur eſſe violentam: quo quicquid in ſal/
uandis hominibus agitur: ex ſola dei vo
luntate peragatur: Cum etiam ipſis par/
uulis per alienę voluntatis ſubueniatur
obſequium.

## Quomodo gratia tanqꝫ famu/lam ⁊ receptricē donorū ſuorū ꝑ/paret voluntatē: Ca. ix.

GRatia quideʒ dei in omnibus iu/
ſtificationibus principaliter prę/
minet: ſuadendo exhortationib⁹:
monendo exemplis: terrēdo periculis: in/
citando miraculis: dando intellectuʒ: in/
ſpirando conſiliuʒ: corqꝫ ipſum illuminā/
do ⁊ fidei affectionib⁹ imbuendo. Sʒ etiā
voluntas hominis ſubiungitur ei atqꝫ cō
iungitur: quę ad hoc prędictis ē excitata
pręſidijs: vt diuino in ſe cooperetur ope/
ri: ⁊ incipiat exercere ad meritū qđ ſuper/
no ſemine concepit ad ſtudiuʒ: de ſua ha/
bens mutabilitate ſi deficit: de gratię opi
tulatione ſi proficit. Quę opitulatio per
innumeros modos ſiue occultos ſiue ma
nifeſtos omnibus adhibetur: et ꝙ a mul/
tis refutatur: ipſorum eſt nequicię: ꝙ au/
tem a multis ſuſcipitur: et gratię ē diuinę
⁊ voluntatis humanę. Siue igitur initia
ſiue profectus fidelium ſiue vſqꝫ in finem
perſeuerantium cogitemus genus: nulla
ſpecies cuiuſqꝫ virtutis occurrit: quę vel
ſine dono diuinę gratię: vel ſine conſenſu
noſtrę voluntatis habeatur. Ipſa enim
gratia hoc omni genere medendi atqꝫ au/
xiliandi agit: vt in eo quem vocat: primā
ſibi receptricem ⁊ famulaʒ donorum ſuo/
rum pręparet voluntatem. Nam virt⁹ vo
lentium nulla ē: nec poteſt aſſeri vel fideʒ
vel ſpem vel charitatem eis ineſſe: quorū
ab his bonis conſenſus alienus eſt. Hūc
autem conſenſum non ſolum cohortatio
prędicantiuʒ ⁊ incitamenta doctrinę: ſed
⁊ metus gignit: ꝓpter qđ ſcriptū ē: Prin/ Prouer.9.
cipium ſapientię timor dñi. Qui quātiſli/
bet terroribus inferatur: nō aliud agit ꝙ̄
vt quem fecerit timentem: faciat ⁊ volen/
tem: nec ſolum volentem ſed etiā ſapiētē.
Vñ ⁊ illđ ſcriptū ē: Beat⁹ cui donatū eſt Eccl.25.

habere timorem dei. Quid enim tã bea/
tificũ ꝙ̃ hic timor: qui genitor eruditorqꝫ
ſapientię eſt? In cuiꝰ vtiqꝫ deuotione de/
uota eſt ⁊ volũtas: quę auctore gratię eo/
dem proficit timore quo cępit. Cum ergo
hic timor etiam per quandaꝫ vim magni
terroris imittitur: non ibi ratio extingui/
tur: nec intellectus aufertur: ſed illa poti/
us quę mẽteꝫ ꝑmebat: caligo diſcutitur:
vt voluntas deprauata prius atqꝫ capti/
ua: recta efficiatᷣ ⁊ libera. Unde ſicut ani/
mus nihil virtutis capit: niſi radium veri
acceperit luminis: ita gratia nihil ei quẽ
vocat confert: niſi oculos in eo aperuerit
voluntatis. Quę in plęriſqꝫ (ſicut ſuperiꝰ
diſputatuꝫ eſt) ab ipſo initio ſui ardentiſ/
ſima citis ⁊ magnis ditatur augmentis:
in plęriſqꝫ autem tarde cunctanterqꝫ pro-
ficiens: vix ad ea incrementa prouehitur:
quę idoneam ad perſeuerandum habeãt
Joh.6. firmitatem. Dicit quidem dominus: Ne/
mo venit ad me: niſi pater qui miſit me:
attraxerit eum. Sed hoc ideo dictum eſt:
vt illaꝫ fidem ſine qua nemo ad chriſtum
venit: ex patrꝭ haberi munere nouerimꝰ:
Matth.16. ſm illud qđ apoſtolo dicitᷣ: Beatus es ſi/
mon bariona: quia caro ⁊ ſanguis non re
uelauit tibi: ſed pater meꝰ qui in cęlis eſt.
Qui i cordibus trahendorum hoc egit vt
crederent: hoc effecit vt vellent. Non eñ
eſſet vnde traherentur: ſi ſequaces fide et
voluntate non eſſent: quoniam qui non
credunt: nec trahuntur omnino: nec veni/
unt: neqꝫ accedunt qui diſſentiũt: ſed re-
cedunt. Qui ergo veniunt: amore ducun/
tur: dilecti enim ſunt: ⁊ dilexerunt: queſi-
ti ſunt: ⁊ queſierũt: ⁊ qđ eos voluit deus
velle: voluerunt: qui ad obediendum ſibi
ipſum velle ſic donat: vt etiam a perſeue/
raturis illam mutabilitatem quę poteſt
nolle nõ auferat. Alioquin nemo vnqꝫ fi-
delium receſſiſſet a fide. Neminem concu
piſcẽtia vinceret: neminem triſticia elide/
ret: neminem iracundia debellaret: nulli/
us charitas refrigeſceret: nullius patien/
tia frangeretur: ⁊ collatã ſibi gratiam ne-
mo negligeret. Sed quia hęc poſſunt fie-
ri: ⁊ in conſenſum talium temptationũ fa
cilis nimium procliuiſqꝫ deſcẽſio eſt: nũqꝫ
debet in auribus fidelium vox illa domi
Matth.26. ni non ſonare: qua apoſtolis dicitur: Ui/
gilate ⁊ orate ne intretis in temptationẽ.

Ubi ſi de vigilando tm̃ non etiaꝫ de orã/
do diſcipulos admoneret: ſolas liberi ar/
bitrij vires videretur hortatus. Sed cum
addidit: Et orate: ſatis docuit ſuperni fu
turũ muneris: vt eos etiam vigilantes tẽ
ptationis procella non vinceret. Tale eſt
⁊ illđ quod ait: Simon ſimon ecce ſatha/ Luc.22.
nas expoſtulauit: vt vos cerneret velut
triticum: ego autem rogaui pro te: ne de-
ficiat fides tua: ⁊ tu tandem conuerſus cõ
firma fratres tuos: ⁊ roga ne intretis i tẽ
ptationem. Si ergo defectura erat fides
tanti apoſtoli: niſi pro eo chriſtus oraret:
inerat ei proculdubio mutabilitas q̃ poſ/
ſet in temptatione nutare: et non ita iam
perſeuerantię fuerat virtute ſolidatus: vt
nullis periculis eſſet obnoxius. Siquidẽ
tam grauis eum perturbatio etiam poſt
iſta concuſſerit: vt in caiphę domo vnius
ancillę interrogatiõe pauefactus vſqꝫ ad
trinam negationem chriſti cui moriturũ
ſe ſpopõderat: conſtantia deficiente per-
ductus ſit. Qui ergo tunc conturbatum
cor apoſtoli non humanis ſed diuinis cõ/
uenit oculis: ⁊ ad largos pęnitudinis fle-
tus potenti incitauit aſpectu: potuit hãc
firmitatem animi pręcipuo conferre diſci-
pulo: vt ſicut ipſum dominuꝫ nihil ab ex
plẽdę paſſionis propoſito deterrebat: ita
nec beatum petrum vlla tunc formido ſu/
peraret. Sed hęc ſtabilitas illius tãtum/
modo propria fuit qui ſolus vere potẽter
qꝫ dicebat: Poteſtatẽ habeo ponere ani/ Joh.10.
mam meam: ⁊ poteſtatem habeo iterum
ſumere eam. In cęteris vero hominibus
donec caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ:
⁊ ſpiritus aduerſus carnem: ⁊ donec ſpiri
tus quidem promptus eſt: caro auteꝫ in/
firma: incõmutabilis animi formido non
poteſt reperiri: quoniã non huius: ſed al-
teriꝰ vitę eſt vere ꝑfecta ⁊ ſecura fęlicitas.
In pręſentis autem agonis incerto: vbi
tota vita temptatio eſt: ⁊ ab inſidianti ſu
perbia nec ipſa eſt tuta victoria: mutabi-
litatis periculo nõ caretur. Et lꝫ innume-
ris ſanctis ſuis donet virtutẽ perſeuerãdi
vſqꝫ in finẽ diuina ꝓtectio: a nullis tamẽ
aufert quod ipſis repugnat ex ipſis: vt in
oĩbus ſtudijs eorum atqꝫ conatibus ſem-
per inter ſe velle ⁊ nolle decertet. Quã cõ
pugnantiã idem beatiſſimꝰ petrꝰ etiaꝫ in
ipſa palmarũ omniũ ꝯſũmatiõe ꝑpeſſus



eſt. Siquidem hoc ipſe dominꝰ proteſte-
Joh.21. tur et dicat: Amen amen dico tibi: quan/
do iuuenis eras: ꝑcingebas te ⁊ ambula/
bas vbi volebas: cum auteꝫ ſenueris: ex/
tendes manus tuas: ⁊ alius te pręcinget:
⁊ ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit
ſignificãs qua morte glorificaturus eſſet
deuꝫ. Quis ergo ambigat: quis ignoret
hanc fortiſſimam petram quę ab illa prin
cipali petra cõmunionem ⁊ virtutis ſum/
pſit ⁊ nominis: hoc deſideriuꝫ ſemper ha
buiſſe: vt ei moriendi pro chriſto conſtan-
tia donaretur? Uerũtamẽ ita ineuitabi/
lis erat obluctatio trepidationis: vt vir
martyrij auidiſſimus: adepturus quideꝫ
deſiciaretur victoriam paſſionis: ſed nõ
ſine tẽptatiõe formidinis. Merito igitur
non ſoluꝫ ab incipientibus: verũetiam a
prouectiſſimis ſanctis vniformiter domi/
Matth.6. no ſupplicatur ⁊ dicitur: Ne nos inducas
in temptationem: ſed libera nos a malo.
Uniuerſis enim qui in fide et dilectiõe ꝑ/
manent: ab ipſo donatur ne in temptati-
1.Cor.1. one ſuperentur: vt qui gloriatur: in domi
no glorietur. Ipſamqꝫ gloriã iiſdem qui-
bus eam impertit aſcribit. Ut q̃uis auxi
lio dei ſteterint: tamẽ quia in ſe habebãt
vnde caderent: ipſorum ſit meritum ꝙ ſte
terunt. Igitᷣ ſicut qui crediderunt: iuuan/
tur vt in fide maneant: ſic ⁊ qui nondum
crediderunt iuuantur vt credant. Et quẽ-
admodum illi in ſua habent poteſtate vt
exeant: ita ⁊ iſti in ſua habẽt poteſtate ne
veniant. Fitqꝫ manifeſtum ꝙ diuerſis at/
qꝫ inumeris modis omnes homines vult
deus ſaluos fieri: ⁊ in agnitionem verita/
tis venire. Sed qui veniunt: dei auxilio
diriguntur: qui non veniunt: ſua pertina
cia reluctantur. Quis autem multi amã-
tes tenebras ſuas: ſplẽdorem non recipi/
ant veritatis: ⁊ multi qui illuminati fue/
rant tenebreſcant: verbum tamen dei ma
net in ęternum: ⁊ de promiſſionis verita/
te nihil excidit. Intrat quotidie pręſci-
ta ⁊ promiſſa gẽtium plenitudo: ⁊ i abrahę
ſemine omnis gens: omnis tribus: oĩs
lingua benedicitur. Quod enim pater fi/
lio dedit: filius non amittit: neqꝫ quiſqꝫ
poteſt đ manu eiꝰ eripere qđ accepit. Fir/
mum fundamentum dei ſtat: et manſuri
in ęternuꝫ templi ędificatio non vacillat:
pręterea ſuper omnes veritate ⁊ miſericor/
dia dei: a quo qđ et nemini negatᷣ ⁊ nulli
debetur: in ijs quos promiſit efficitᷣ. Ipſe
enim operatur omnia in omnibus. Sed
oĩa proculdubio iuſta ⁊ bona. Uniuer/ Ps.24.
ſę eñ vię domini miſericordia et veritas:
Qui ſicut pręſciuit ante ſęcula: quãta to-
tius mundi hominum multitudo: vel cõ/
munibus vſa donis vel ſpecialibus adiu
ta pręſidijs: declinans tamen ab itinere
veritatis et vitę ingreſſura eẽt latitudinẽ
erroris ⁊ mortis: ita ſemper pręcognitum
habuit quantus piorũ numerus ꝑ opem
gratię: ⁊ per ſeruitutẽ obedientię ad ęter/
nam beatitudinem pertineret: Ut nullo
excidente de plenitudine promiſſorũ: qui
nec prouectu erat fallẽdꝰ: nec auxilio de/
futurus: eos glorificaret pręomnibus q̃s
eligit ex oĩbus. Uniuerſitati q̃ppe hoĩuꝫ
ꝙ abunde probauimꝰ: ita multiplex atqꝫ
ieffabilis bonitas dei ꝯſuluit ſemꝑ ⁊ ꝯſu/
lit: vt neqꝫ vlli pereuntium excuſatio ſup/
petat de abnegato ſibi lumine veritatis:
neqꝫ cuiqꝫ ſit liberum de ſua iuſticia glori-
ari: cũ ⁊ illos propria nequicia demergat
ad pęnam: ⁊ iſtos dei gratia perducat ad
gloriam.

**De recapitulatione in hoc ſecũ/do libro diffinitorꝫ ⁊ operis concluſione: queadmoduꝫ videlicet deus omnes hoĩes velit ſaluos fieri: Ca. x.**

q Uod itaqꝫ in ꝓncipio ſecundi hu/
ius voluminis inſinuauimꝰ: hoc
nunc iterum cõmendamus: vt cũ
de gratię profunditate ⁊ altitudine diſpu
tatur: tribus illis ſaluberrimis ⁊ veraciſſi
mis diffinitiõibus ſimus inniti. Quarꝫ
vna profitetur ęternum ⁊ proprium diui-
nę eſſe bonitatis: vt omnes homines ſal/
uos fieri velit: ⁊ in agnitionem veritatis
venire. Alia ſimul pręedicat omnem ho/
minem qui ſaluus fit: quiqꝫ in agnitionẽ
veritatis venit: dei auxilio iuuari et regi:
vtqꝫ in fide quę per dilectionem operatᷣ:
ꝑmaneat cuſtodiri. Tertia vero tempe/
ranter ⁊ ſobrie proteſtatur: non omnẽ vo
luntatis dei comprehendi poſſe rationẽ:
⁊ multas diuinorũ operum cauſas ab hu
mana intelligẽtia eẽ ſubductas: Ut cũ in
tpibꝰ i natiõibꝰ i familijs i ꝑuulis i nõdũ
natis ⁊ genitis q̃dã aut varie aut inſigni/
ter geſta noſcuntᷣ: nõ ambigimꝰ ea ex illis

eſſe quę iuſtus et miſericors deus in hoc
tráſituro ſęculo noluit ſciri. Quod quidez
ad vtilitatem noſtram diſpoſitum ſenti-
endum eſt: vt quoniaz ſalui facti ſumus:
cui pręparauit deus quod oculus non vi-
dit nec auris audiuit: nec in cor hominis
aſcendit: ſicut conſtanter credimus vidē-
dum quod nondum videmus: ita patien-
ter expectemus intelligendum quod nondū
intelligimus. Si ergo ceſſet inſidioſa ma-
lignitas: ſi inſolens pręſumptio conqui-
eſcat: his recte (vt arbitror) pertractatis: nul-
lius ſupereſt cauſa certaminis: neq; vltra
neceſſe eſt nos interminabilibus quęſtio-
nibus occupari. Elaboratum eſt enim
quātum dominus adiuuit: vt non ſolum
in nouiſſimis diebus: ſed etiam in cūctis
retro ſęculis probaretur: gratiam dei om-
nibus hominibus affuiſſe: prouidētia q-
dem pari ⁊ bonitate generali ſ multimo-
do opere diuerſaq; mēſura. Quoniam ſi-
ue occulte ſiue manifeſte: ipſe eſt (vt apłs
ait) ſaluator omnium hominum maxime
fidelium. Quę ſentētia ſubtiliſſimę bre-
uitatis et validiſſimi roboris: ſi tranquil-
lo conſideretur intuitu: totā hanc de qua
egimus: controuerſiam dirimit. Dicen-
do enim qui eſt ſaluator omniū hominū:
confirmauit bonitatem dei ſuper vniuer-
ſos homines eſſe generalem. Adijcien-
do autem maxime fidelium: oſtendit eſſe
partem generis humani: quę merito fidei
diuinitus inſpiratę: ad ſummaz atq; ęter-
nam ſalutem ſpecialibus beneficijs pro-
uehatur: quod vtiq; nulla iniquitate agitur
iuſtiſſimi ⁊ miſericordiſſimi dei: cuius iu-
dicium in his diſpenſationibus non cum
arrogantia diſcutiendum ſed cum tremo-
re laudandū eſt. Siquidem in ipſis quo-
q; fideliū populis quod iam ſuperius oſtē-
ſum eſt: nō eadem omnibus nec paria cō-
ferantur: ⁊ ante vlla humanorum ponde-
ra meritorum: diſſimillima diuinorū men-
ſura ſit munerum. Si enim de parentū
carnalium iudicijs cōqueri non audemus:
cum aliquos filios ſuos ante vlla morum
examina: ante aliqua pietatis obſequia:
indulgentiore amplectūtur affectu: In do-
minis quoq; erga famulos libera eſt diſ-
poſitio: nec iuſte a quoq; reprehenditur
qui de vnius conditionis familia quoſdā
ſibi quos benignius honeſtaret: et quos
liberius erudiret elegit: nunquid de ſūmi
patris ⁊ veri domini beniuolētiſſima ęq-
tate cauſanduz eſt: ꝙ in magna domo eius
innumeris differentijs vniuerſa variantur?
Cumq; nemo aliquid boni habeat quod
non ille donauerit: non omēs tamē iiſdē
virtutibus micant: aut eadem chariſma-
tum dote ditantur. Nec poſſumus hanc di-
uerſitatem graduum cauſis aptare meri-
torum: cuz totius boni meriti principalis
cauſa ſit gratia: de cuius opibus ſumitur
quicquid in ſingulis probabile reperitur.
Sicut ergo de iis quę intra eccleſiaz mul-
tiformiter ſpiritusſāctus operatur: impiū
eſt vllam querelam corde concipere: ita etiā
de illa prouidentia quę infidelibus pręſi-
det: nullatenus murmuranduz eſt. Quo-
niam ⁊ iuſtus ⁊ bonus arbiter nec volun-
tatis iniquę eſt: nec diſcretionis incertę:
vt ſub immenſa omnipotentis dei miſeri-
cordia atq; iuſticia putemus ꝙ quiſq; pe-
reat qui perire non debeat. Nulla pars mū-
di ab euāgelio vacat chriſti. Et licet illa ge-
neralis vocatio non quieſcat: tamē etiaz
iſta ſpecialis iam vniuerſis eſt ⁊ facta cō-
munis. Ex omni gente: ex oi conditiōe adop-
tantur quotidie milia ſenum: milia iuue-
num: milia paruulorum: ⁊ effectibus gra-
tię chriſtianę etiam ipſa quibus mundus
atteritur: arma famulantur. Nam multos
enim qui in tranquillitate pacis ſacramē-
tum baptiſmatis ſuſcipere differebāt: ad
aquam regenerationis confugere inſtan-
tis periculi metus impulit: et lentis tepi-
diſq; animis quod diu cohortatio quieta
non ſuaſit: minax ſubito terror extorſit.
Quidam eccleſię filij ab hoſtibus capti do-
minos ſuos chriſti euāgelio mancipariūt:
et quibus conditione bellica ſeruiebant:
eiſdem fidei magiſterio pręfuerūt. At alij
barbari dum romanis auxiliantur: quod
in ſuis locis noſſe non poterant: in noſtris
didicere regionibus: ⁊ ad ſedes ſuas cum
chriſtianę religionis inſtitutione remea-
runt. Ita nihil obſiſtere diuinę gratię po-
teſt: quo minus id quod voluerit: implea-
tur. Dum etiam diſcordię ad vnitatē tra-
hunt: ⁊ plagę in remedia vertuntur: vt ec-
cleſia vnde metuit periculuz: inde ſumat
augmentum. Ad quoſlibet igitur rerum
humanarum exitus ſe nr̄a cōuertat inſpe-
ctio: nll'a ſecta: nll'a negocia: nullos gene-



rationum ortus atq; deceſſus ab ęternis
et inſcrutabilibus iudicijs dei vacare re-
periet. Omnes varietatum compugnan-
tię: et vniuerſę diſſimilium prouentuum
cauſę: quas inueſtigare et diſcernere non
valemus: in illa ęterna ſcientia ſimul no-
tę ſimulq; diuiſę ſunt. Et nihil ibi inordi-
natum eſt: etiam de necdum exiſtentium
qualitatibus actionum. Quoniā non eſt
in deo accidens motus aut noua volun-
tas aut temporale conſilium: nec cogita-
tio eius cuz rerum mutabilium inęquali-
tate variatur: ſed cuncta pariter tempora
et temporalia: ſempiterno ac ſtabili com-
prehēdit intuitu: ⁊ omnibus omnia iam
retribuit: qui quę ſunt futura: iam fecit.
Hinc illud eſt beati pauli apoſtoli ſcriben-
Eph. 1. tis ad epheſios: Benedictus deus et pa-
ter domini noſtri ieſu chriſti: qui benedi-
xit nos in omni benedictione ſpiritali in
cęleſtibus in chriſto: Sicut elegit nos in
ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſe-
mus ſancti ⁊ immaculati in conſpectu eius
in charitate. Qui pręedeſtinauit nos in ad-
optionem filiorum per ieſum chriſtum do-
minum noſtrum: ſcḋm propoſituz volunta-
tis ſuę: in laudem glorię gratię ſuę. Et cę-
tera quę ſub eiuſdem ſenſus prędicatiōe
connectit: docens donum atq; opus gra-
tię in ęterno ſemper dei manſiſſe cōſilio:
omneſq; adoptionis filios: non ſolum in
eo tempore quo iam exiſtētes vocati ſūt:
ſed etiam prius q̄ mūdus conderetur: ele-
ctos. In qua electione quicquid hominū
in chriſto pręcognitum non eſt: nulla eidē
ratiōe ſociabitur. Omnes enim qui in re-
gnum dei de cuiuſlibet temporis vocati-
one venturi ſunt: in iſta quę ſęcula cūcta
pręceſſit: adoptione ſignati ſunt. Et ſicut
nullus infidelium i hac ſorte numeratus:
ita nullus piorum ab hac ſorte diſcretus
eſt. De plenitudine quippe membrorū cor-
poris chriſti: pręſcientia dei quę falli non
poteſt: nihil perdit: ⁊ nullo detrimēto mi-
nui poteſt: ſumma pręcognita atq; i chri-
ſto ante ſęcula ęterna pręelecta: ſicut ad ti-
2. Timoth. 1. motheum ſcribens apoſtolus dicit: Col-
labora euangelio ſcḋm virtutem dei: q nos
liberauit ⁊ vocauit vocatiōe ſancta: non
ſcḋm opera noſtra: ſed ſcḋm ſuum propoſitum
⁊ gratiaz quę data eſt nobis in chriſto ie-
ſu ante tempora ęterna. Contra hanc in-
uictę veritatis ſplendidiſſimam lucem ſo-
lent quidam non ſobrie dicere: ſuperfluo
ad acquirenda bonorum operum merita
laborari: fruſtra etiam orationibus quibus
deus exorādus ſperatur: inſiſti: ſi ex incō-
mutabili propoſito eius chriſtianę gratię
ſubſiſtit electio: nec aliter quicq; procede-
re poteſt q̄ omnipotentis voluntate diſ-
poſitum eſt. Sed qui ſe ingenioſe hoc ar-
bitrantur opponere: non intelligunt ſcien-
tiam dei: quę ⁊ preterita ⁊ pręſentia ⁊ futu-
ra complectitur: tempore nō teneri. Et tā
in conſpectu eius aſtare ea quę gerenda
ſūt: q̄ illa quę aut gerūtur aut geſta ſūt.
Quod cum veriſſimum ſit: non indiget mo-
ra cernendi ⁊ diſcernendi illa virtus: quę
perpetuo veroq; contuitu creata ⁊ crean-
da: orta et oritura: acta et agenda: ſimul
aſpicit: ⁊ quicquid in vniuerſitate rerum
per ſęcula pręfinita euoluitur: ac multimo-
dis varietatibus explicatur: id totum in
eo iam ordine comprehendit: quē ex ipſi-
us ſummo illo perfectoq; iudicio mundi
huius finis accipiet. Hęc autem ęterna et
ſemper tranquilla cognitio nulla nos vr-
get neceſſitate peccandi: nec inde manat
iniquitas: vnde iuſticia. Quia cum bonus
deus omnia bona fecerit: ⁊ mali nulla ſit
omnino natura: a liberis voluntatibus
quas vtiq; bonum fuit liberas fieri: ſpon-
tanea eſt orta trāſgreſſio: ⁊ natura muta-
bilis: cuius incolumitas ab incōmutabi-
li pēdebat eſſentia: a ſummo ſe bono dū
proprio peruerſe delectatur abrupit: cui
nūc ruinę medetur gratiā dei. Et propte-
rea ieſus chriſtus venit in hunc mundum 1. Joh. 3.
vt ſoluat opera diaboli: quę vtiq; ſic ſoluū-
tur: vt in deſtructiōe eorum: etiam ab iis
quibus ſuccurritur laboretur: quoniam ⁊
hoc a ſaluante donatur. Ideo beatus apo-
ſtolus: non ſoluz autē inquit: ſed ⁊ glori- Ro. 5.
amur i tribulatiōibus: ſciētes ꝙ tribulatio
patientiam operatur: patiētia aūt proba-
tionem: probatio autem ſpem: ſpes autē
non confundit: quia charitas dei diffuſa
eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſāctū
qui datus eſt nobis. Itemq; idē ad ephe-
ſios: Gr̄a inqt ſaluati eſtis per fidē: ⁊ hoc non Eph. 2.
ex vobis: dei em̄ donū eſt: nō ex operibus:
ne quis glorietur. Ipſius em̄ ſumus figmē-
tum: creati in chriſto in operibus bonis
quę pręparauit deus vt in illis ambulemus.

De⁹ ergo his quos eligit ſine meritꝭ: dat
vnde oꝛnentur et meritis. Et fruſtra dici/
tur ꝙ ratio operandi non ſit in electis: cū
ctiam ad hoc operētur: vt electi ſint. Vir/
tutum quippe munera ocioſa eſſe non poſ
Matth.25. ſunt: quoniam ſicut veritas ait: Omi ha/
benti dabitur: non habenti autem etiam
quod habet auferetur ab eo. Non igitur
ad hoc datur continentia: vt concupiſcē/
tijs nō repugnet: nec ideo cuiq̄ʒ tribuitur
ſapientia et intellectus: vt non die ac no/
cte in domini lege meditetur. Quid agit
donuʒ dilectionis: ſi beniuolentię ſollici/
tudo non vigilat? Quis fructus eſt pati/
entię ſi nō habet foꝛtitudo quod toleret?
Aut quomodo in chꝛiſto pie viuere oſten
ditur: qui nulla ꝑſecutione pulſatur? Vel
pax quę eſt a deo ⁊ cum deo: nunquid be/
ne quieta eſt: ſi non diſcoꝛdat a mundo?
Aut amoꝛ dei poterit ſine diaboli inimi/
citijs obtineri? Neminem ꝓꝛſus dei gra/
tia intēptabileʒ facit: neq̄ʒ ob hoc cęleſti/
um armoꝛum pręſidio a dextris ⁊ ſiniſtris
inſtruitur chꝛiſtiana militia: vt nullo cuʒ
hoſte confligat: cum laudabilius ſit atq̄ʒ
fęlicius pugnanteʒ non potuiſſe vinci: q̄ʒ
deſidem non potuiſſe tēptari. Oꝛationū
vero ſollicitudinem diuinę electiōis pꝛo/
poſito nō reſolui: vno teſtimonio euidē/
ter pꝛobabo: vt cętera ſtudio bꝛeuitatis
omittam. In libꝛo igitur tobis ad filium
Tobie.6. eius tobiam raphael angelus dicit: Me/
moꝛ eſto mandatoꝛum patris tui: quoni/
am pręcepit tibi accipere debere vxoꝛem
de genere patris tui. Et nunc audi me fra
ter: noli computare dęmonium illud: ſed
poſtula eam. Et ſcito quoniaʒ dabitur ti
bi hac nocte vxoꝛ: ⁊ cum intraueris in cu/
biculum: tolle de iecoꝛe piſcis illius: ⁊ im/
pone ſuper carbones: ⁊ odoꝛ manabit: et
odoꝛabitur illud dęmonium: et fugiet: et
non apparebit circa illam omnino in per/
petuum. Et cum cęperis velle eſſe cum il/
la: ſurgite pꝛimum ambo: ⁊ depꝛecamini
dominum cęli: vt detur vobis miſericoꝛ/
dia ⁊ ſanitas. Et nolite timere: tibi enim
deſtinata eſt ante ſęcula: ⁊ tu eā ſanabis.
Quis ergo quod ſtatuit de⁹: nulla poſ/
ſit ratione non fieri: ſtudia tamen non tol
luntur oꝛandi: nec per electionis pꝛopoſi/
tum: liberi arbitrij deuotio relaxatur. Cū
implendę volūtatis dei ita ſit pręoꝛdina/
tus effectus: vt per laboꝛem operum: per
inſtantiam ſupplicationum: per exercitia
virtutū: fiant incrementa meritoꝛum. Et
qui bona geſſerint: non ſolum ſm pꝛopo/
ſitum dei: ſed etiaʒ ſm ſua merita coꝛonē/
tur. Ob hoc enim in remotiſſimo ab hu/
mana cognitione ſecreto: pręfinitio hui⁹
electionis abſcondita eſt: ⁊ de nullo ante
ipſius fine pꝛonūciari poteſt: quod in ele/
ctoꝛum gloꝛia ſit futurus: vt perſeueran/
tem humilitatem vtilis metus ſeruet: et
q̄ ſtat: videat ne cadat. Et ſi foꝛte aliqua 1. Cor.10.
victus tēptatione coꝛruerit: non abſoꝛbe/
atur triſticia: nec de eius miſeratiōe diffi/
dat: qui alleuat omnes qui ruunt ⁊ erigit
omnes eliſos. Dum enim in hoc coꝛpoꝛe
viuitur: nullius eſt negligenda coꝛrectio:
nullius eſt deſperādā reparatio. Oꝛet ita
q̄ʒ ſācta eccleſia: et pꝛo ijs qui crediderūt
gratias agens: pꝛoficientem eis perſeue/
rātiam petat: pꝛo ijs auteʒ qui extra fidē
ſunt: poſcat vt credāt. Nec ideo ab obſe/
crationibus ceſſet: ſi pꝛo aliquibus exau/
dita non fuerit. Deus enim qui oēs vult
ad agnitionem veritatꝭ venire: nō poteſt
quēq̄ʒ ſine iuſticia refutare.

Sācti Ambꝛoſij epiſcopi liber ſecundus de Vocatione omniuʒ gentium explicit.



## Capituloꝛum pꝛimi libꝛi hexaemeron ſancti Ambꝛoſij epiſcopi: recollecta annotatio.

De opinionib⁹ philoſophoꝛū circa rerū ꝓn/
cipia mundiq̄ʒ vnitatē ac durationem er/
rantium. Capl'm pꝛimum.
De cōfutatione ꝓmiſſarū opinionū per ſan
ctū moyſen docentē in pꝛincipio deum fe
ciſſe cęlū ⁊ terram. Ca. II.
Q nō vanis abduci debeamus opinioni/
bus: ſed ſequi ipſum moyſen: qui ⁊ aucto
rem mūdi nouit ⁊ gubernatoꝛē. Ca. III.
De multiplici relatione ⁊ acceptōe ꝓncipij:
⁊ quibus modis intelligi poſſit in pꝛinci/
pio deū feciſſe cęlū ⁊ terrā. Ca. IIII.
Q hic mundus diuinę ſit ſpecimen opera/
tionis ac diuinę maieſtatis inſigne. Q q̄ʒ
filius imago ſit dei ⁊ ſplēdoꝛ paternę glo/
rię. Et ꝙ per ipſum et in ipſum creata ſint
omnia. Ca. V.
Q in pꝛincipio tēpoꝛis cęlū ⁊ terrā deū fe/
ciſſe ad ꝓſentem ſufficiat aſſertionē: ⁊ cur
auctoꝛ ꝓlixioꝛē vitauerit collectionē. Q
q̄ʒ de q̄litate ⁊ ſubſtātia cęli: Terrę quoq̄ʒ
vel qualitate vel poſitione: ſatis ſit ad ſci
entiā qꝺ ſcripturarū diuinarū ſeries com
ꝓhendit: eo ꝙ nihil ꝓſit ad ſpem futurę vi
tę diſcutere vel enumerare ea quę in diſ/
putationib⁹ ſuis philoſophi ſe mutuo re/
fellentes texuerunt. Ca. VI.
Quomodo qua ve ratione terra facta in ꝓn
cipio fuerit inuiſibilis. Et cur deus cum
res fecit: nō ſimul oꝛnatus illis congruos
donauerit. Ca. VII.
Quomodo ⁊ quā ob cauſam terra fuerit in/
cōpoſita: et ꝙ ꝑ tenebꝛas quę erant ſuper
faciem abyſſi nō intelligant male poteſta
tes: quarū maliciā deus creauerit. Q eti
am ſpiritus qui ferebat ſuper aquas: non
ꝓ alio q̄ʒ ſpiritu ſancto accipiat: cum aper
ta demonſtratione ꝙ malicia ex nobis oꝛ/
ta ſit: ⁊ nō a deo creatoꝛe ꝯdita. Ca. VIII.
De creatione lucis ꝑ quā oꝛnata ſunt pꝛius
cōdita: ⁊ de diſtinctione inter lucē ⁊ tene/
bꝛas: atq̄ʒ ita inter diē ⁊ noctē. Ca. IX.
Q non diei nox: ſed dies nocti ſecundum
ſcripturam anteferatur: ⁊ de vnitate dici
in quo cęlum ⁊ terra cęteraq̄ʒ ſunt cōdita
et creata. Ca. X.

Finis.

## Diuinarū ſcripturarum diligentiſſimi ꝓſecutoꝛis beati Ambꝛoſij Mediolanenſis epiſcopi: libꝛoꝛū hexaemeron: id eſt: ſex dierum pꝛimus: de pꝛimo die fęliciter incipit.

### De opinionibus philoſophoꝛū circa reruʒ pꝛincipia mundiq̄ʒ vnitatē ac durationem errantiū. Ca. I.

t Antū ne opi
nionis aſſumpſiſſe ho
mines: vt aliqui eoꝛū
tria pꝛincipia ꝯſtitue/
rent omniū deū ⁊ exē/
plar ⁊ materiam: ſicut
plato diſcipuliq̄ʒ ei⁹: ⁊
ea icoꝛrupta ⁊ increata: ac ſine initio eſſe aſ/
ſeuerarēt: deūq̄ʒ nō tanq̄ʒ creatoꝛē materię:
ſed tanq̄ʒ artificē ad exemplar: hoc eſt: ideā
intendentē: feciſſe mundū de materia quaʒ
vocant hylen: quę gignēdi cauſas reb⁹ om/
nibus dediſſe aſſerat. Ipſum quoq̄ʒ mūdū
incoꝛruptū: nec creatum aut factū exiſtima/
rent. Alij quoq̄ʒ vt ariſtoteles cū ſuis diſpu
tandū putauit: duo pꝛincipia ponerēt: ma/
teriā ⁊ ſpeciē: ⁊ tertiū cū his qꝺ operatoꝛiū
dicit: cui ſuppeteret cōpetēter efficere qꝺ ad/
oꝛiundū putaſſet? Quid igit tā incōueni/
ens: q̄ʒ vt ęternitatē operis cū dei omnipo/
tentis cōiungerent ęternitate: vel ipſū op⁹
deū eſſe dicerent: vt cęlū ⁊ terrā ⁊ mare diui
nis ꝓſequerent honoꝛib⁹? Ex quo factuʒ
eſt vt partes mūdi deos eſſe crederēt: q̄ʒuis
de ipſo mundo nō mediocris inter eoſ quę/
ſtio ſit. Nā pythagoꝛas vnū mundū aſſe/
rit: alij innumerabiles dicunt eſſe mūdos:
vt ſcripſit democrit⁹: cui plurimū de phyſi/
cis auctoꝛitatꝭ vetuſtas detulit. Ipſum q̄ʒ
mundū ſemꝑ fuiſſe ⁊ foꝛe: ariſtoteles vſur/
pat dicere. Cōtra aūt plato nō ſemꝑ fuiſſe ſ
ſemꝑ foꝛe ꝓſumit aſtruere. Plurimi vo nec
fuiſſe ſemꝑ: nec ſemꝑ foꝛe: ſcriptis ſuis teſti/
ficant. Inter has diſſenſiones eoꝛū: quę
pōt eſſe veri eſtimatio: cū alij mūdū ipſum
deū eſſe dicant: ꝙ ei mens diuina vt putāt
ineſſe videat: alij partes eius: alij vtrūq̄ʒ: in
quo nec quę figura ſit deoꝛū: nec qui nume/
rus: nec qui locus: aut vita poſſit aut cura
cōpꝛehendi? Siquidē mūdi ęſtimationē vo
lubilem: rotundā: ardentē: quibuſdā incita
tā motibus: ſine ſenſu deū conueniat intel/

ligi:qui alieno nõ ſuo motu feratur?

## De confutatione p̃miſſarum opinionũ per ſanctum moyſen docentẽ in principio deum feciſſe celũ et terram. Ca.II.

V Ade diuino ſpiritu p̃uidens ſanctꝰ
moyſes hos hoim errores fore:etiã
forte cepiſſe:i exordio ſermonis ſui
ſic ait: In principio fecit deꝰ celuꝫ
⁊ terram. Initiũ rerũ:auctorẽ mundi:cre
ationẽ materie cõprehẽdens:vt deũ cogno
ſceres ante initiũ mũdi eſſe: vel ipſum eſſe
initiũ vniuerſorũ:ſicut in euãgelio dei filiꝰ
Iob.8. dicẽtibꝰ ſibi:Tu q̃s es:reſpondit:Initiũ q̃
⁊ loquor vobis:⁊ ipſum dediſſe gignendis
rebꝰ initiũ:⁊ ipſum eſſe creatorẽ mundi: nõ
idea quadã duce imitatorẽ materie: ex qua
nõ ad arbitriũ ſuũ:ſed ad ſpeciẽ ꝓpoſitam
ſua opera formaret. Pulchre ꝙ ait: In
principio fecit. vt incõprehẽſibilẽ celeri
tatẽ operis exprimeret:cuꝫ effectũ priꝰ ope-
rationis implete:ꝙ indiciũ cepte explicuiſ-
ſet. Quis hoc dicat aduertere debemus.
Moyſes vtiqꝫ ille eruditꝰ in omni ſapiẽtia
egyptiorꝝ:quẽ de flumine collectũ filia pha
raonis vt filiũ dilexit:⁊ ſubſidijs regalibus
fultũ:oibus ſecularis prudentie diſciplinis
informari atqꝫ inſtrui deſiderauit. Qui cũ
de aqua nomẽ acceperit:nõ putauit tñ dicẽ
dũ ꝙ ex aqua cõſtarent oia vt thales dixit.
Et cũ eſſet i aula educatꝰ regia:maluit tñ ꝓ
amore iuſticie ſubire exilium voluntariũ:ꝙ
in tyrãnidis faſtigio peccati pfunctionẽ de-
litijs acquirere. Deniqꝫ priuſꝙ ad populi
liberãdi munus vocaret: naturali equitatꝭ
ſtudio ꝓuocatꝰ:accipientẽ iniuriã de popu
laribꝰ ſuis vltꝰ:inuidie ſeſe dedit:volupta-
tiqꝫ eripuit:atqꝫ oẽs regie domus declinãs
tumultꝰ:in ſecretũ ethiopie ſe cõtulit: ibiqꝫ
a ceteris negocijs remotꝰ:totũ diuine cog-
nitioni animũ intẽdit:vt gloriã dei videret
facie ad faciem. Cui teſtificat ſcriptura:qr
Deut.34. nemo ſurrexit ampliꝰ ꝓpheta in iſrael:ſicut
moyſes qui ſciuit dñm facie ad faciẽ. Nõ in
viſiõe neqꝫ in ſomnio: ſed ore ad os cũ deo
ſummo locutus:neqꝫ in ſpecie: neqꝫ per eni
gmata:ſed clara atqꝫ pſpicua p̃ſentie diui-
ne dignatiõe donatus. Is itaqꝫ moyſes
aperuit os ſuũ:⁊ effudit que in eo dñs loq̃-
bat:ſm ꝙ ei dixerat:cũ eũ ad pharaonẽ re-
Exo.4. gem dirigeret:Uade ergo et ego aperiã os
tuũ:⁊ inſtruã te quid debeas loqui. Etenĩ
ſi ꝙ de populo dimittẽdo diceret a deo acce
perat:quãtomagis ꝙ de celo loq̃ret? De-
niqꝫ nõ in pſuaſiõe humane ſapiẽtie: nec in
philoſophie ſimulatorijſ diſputationibus:
ſed in oſtẽſione ſpũs ⁊ virtutis:tanꝙ teſtis
diuini operꝭ auſus eſt dicere: In principio
fecit deꝰ celũ ⁊ terrã. Nõ ille vt atomorꝝ cõ-
curſione mũdus coiret:ſerum atqꝫ ocioſum
expectauit negociũ:neqꝫ diſciplinã quãdaꝫ
materie:quã ꝯtemplãdo mundũ poſſet effi
cere:ſed auctorẽ deũ exprimendũ putauit.
Aduertit enĩ vir plenus prudẽtie: ꝙ viſi-
biliũ atqꝫ inuiſibiliũ ſubſtantiarꝝ: ⁊ cauſas
rerũ mens ſola diuina cõtineat: nõ vt phi-
loſophi diſputant validiorẽ atomorꝝ cõple
ctionẽ pſeuerantie iugis p̃ſtare cauſaꝫ:⁊ iu-
dicauit ꝙ telam aranee texerent:qui ſic mi-
nuta ⁊ inſubſtãtiua principia celo ac terris
darẽt:que vt fortuito cõiungerent: ita for-
tuito ac temere diſſoluerent: niſi in ſui gu-
bernatoris diuina virtute conſtarent. Nec
imerito gubernatorẽ neſciunt:qui nõ noue
rũt deũ:p quẽ oia regunt ⁊ gubernant.

## Qd nõ vanis abduci debeamꝰ opinionibꝰ:ſed ſequi ipſum moyſen:qui ⁊ auctorem mundi nouit ⁊ gubernatorem: Ca.III.

S Equamur ẽ eũ qui ⁊ auctorẽ nouit
⁊ gubernatorẽ: nec vanis abduca-
mur opinionibꝰ. In principio
inquit. O bonus ordo:vt illud primũ aſſe
reret:qd negare ꝯſueuerũt:et cognoſcerent
principiũ eſſe mũdi:ne ſine p̃ncipio mundũ
eſſe hoies arbitrarent. Uñ ⁊ dauid cũ de ce
lo ⁊ terra ⁊ mari loqueret:ait:Oia in ſapiẽ- Ps.103.
tia feciſti. Dedit ẽ principium mũdo:dedit
etiã creature infirmitateꝫ: ne anarchon: ne
increatũ ⁊ diuine cõſortẽ ſubſtantie credere
mus. Et pulchre addidit de celeritate ꝯdi-
tionis fecit:ne mora in faciendo fuiſſe eſti-
maret:vt vel ſic intelligerent hoies ꝙ incõ-
prehẽſibilis operator eſſet:q̃ tantũ opꝰ bre
ui exiguoqꝫ momẽto ſue operationis abſol
ueret:vt volũtatis effectus ſenſũ tẽporis p̃-
ueniret. Nemo opantẽ vidit:ſ agnouit ope
Ps.148. ratũ. Ubi igit mora:cũ legas: Quia ipe di
xit ⁊ facta ſunt:ipſe mãdauit ⁊ creata ſunt?
Nec artis igit vſum nec virtutis expẽdit:q̃
momẽto ſue volũtatis maieſtatẽ tãte opati
onis ipleuit:vt ea q̃ nõ erant eſſe faceret tã
velociter:vt neqꝫ volũtas opationi p̃curre-
ret:neqꝫ operatio volũtati. Miraris opꝰ:



queris opatorẽ. Quis principiũ tãto operi
dederit:quis tã cito fecerit: ſubiecit ſtatim
dicẽs: Quia deus fecit celũ ⁊ terram.
Audiſti auctorẽ:dubitare nõ debes. Hic eſt
in quo bñdixit melchiſedech abraã patrem
Geñ.14. multarꝝ gentiũ dicẽs:Bñdictus abraã deo
ſũmo:q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Et credidit abra-
am deo:⁊ ait:Extendã manũ meã ad deuꝫ
ſũmũ:q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Uideſ qr hoc non
hõ inuenit:ſed deꝰ annũciauit. Deꝰ eſt eniꝫ
melchiſedech:qui eſt rex pacꝭ ⁊ iuſticie: nec
initiũ dierũ neqꝫ finẽ habẽs. Nõ mirꝝ ẽ ſi
deus q̃ eſt ſine initio:initiũ oibus dedit:vt
que nõ erant eſſe inciperent. Non mirꝝ ſi
deus q̃ oia virtute ſua cõtinet:⁊ incõprehẽ-
ſibili maieſtate vniuerſa cõplectit:fecit hec
que vident:cũ etiã illa fecerit q̃ nõ vident.
Inuiſibilia aũt his que vident potiora eſſe
2.Cor.4. q̃s neget:cũ ea q̃ vident tẽporalia ſint: eter
na aũt q̃ nõ vident? Quis dubitet ꝙ deꝰ
Iſa.40. hec fecerit:qui p ꝓphetaꝫ locutꝰ ait: Quis
mẽſus eſt manu aquã:⁊ celũ palmo: ⁊ vni-
uerſã terrã clauſa manu? Quis ſtatuit mõ-
tes in libra:⁊ rupes in ſtatera: ⁊ nemora in
iugo:id eſt:in ſũmitate montiũ? Quis cog-
nouit ſenſuꝫ dñi:aut q̃s eiꝰ cõſiliarius fuit:
vel q̃s inſtruxit eũ? De quo etiã alibi legi-
mus:Quia tenet circuitũ terre:⁊ terram ve
lut nihilũ fecit. Et hieremias ait:Dij q̃ nõ
Hiere.51. fecerũt celũ ⁊ terrã: peribũt a terra ⁊ de ſub
celo iſto. Dñs qui fecit terrã in virtute ſua:
⁊ correxit in ſapiẽtia ſua orbẽ: ⁊ in ſua pru-
dentia extendit celũ:⁊ multitudinẽ aque in
celo. Et addidit: Infatuatus eſt homo a ſci
entia ſua. Qui enĩ corruptibilia mundi ſeq̃
tur:⁊ ex his putat ꝙ diuine poſſit nature cõ
p̃hendere veritateꝫ:quõ nõ infatuat verſu-
te diſputationis aſtutia? Cuꝫ ẽ tot oracula
audias quibuſ teſtificat deꝰ ꝙ fecerit mun-
dũ:noli eũ ſine principio eſſe credere:qr q̃ſi
ſphera mũdus eſſe dicat vt p̃ncipiũ eiꝰ nul-
lũ videat extare:⁊ cũ intonat q̃ſi in circuitu
oia cõmoueant:vt vñ incipiat vbi deſinat
nõ facile cõprehẽdas:qr circuitꝰ p̃ncipiũ ſen
ſu colligẽ ipoſſibile habet. Neqꝫ enĩ ſphere
potes initiũ reperire:vel vñ ceperit globus
lune:vel vbi deſinat mẽſtrua lune defectio.
Neqꝫ vo ſi ipſe nõ cõprehẽdas:idcirco nõ
cepit:aut nequaꝙ deſinet. Si ipſe circuitũ
vel atramẽto vel graphio ducas vel centro
exp̃mas: vñ ceperis aut vbi deſieris in tual
lo inꝑpoſito:nõ facile vel oculis colligis vel
mente repetis: ⁊ tñ ⁊ cepiſſe ⁊ deſiuiſſe ipſe
tibi teſtis es. Nã etſi ſenſui ſubterfugit:ve-
ritatẽ nõ ſubruit. Que aũt initiũ hñt: ⁊ fi-
nẽ habẽt:⁊ q̃bꝰ finis dat:initiũ datũ ꝯſtat.
Finẽ aũt mundi futurꝝ:ipſe ſaluator docet
in euãgelio ſuo dicẽs: Preterit.n.figura hꝰ
mũdi:Et celũ ⁊ terra p̃teribũt:Et infra:Ec-
ce ego vobiſcũ ſũ vſqꝫ ad ꝯſũmationẽ mun
di. Quõ ẽ coeternũ deo mundũ aſſerũt: ⁊
creatori oim ſociãt:atqꝫ equalẽ eẽ diſputãt
creaturã:corpuſqꝫ materiale mũdi inuiſibi-
li illi atqꝫ inacceſſibili nature diuine ꝯiungẽ
dũ putãt:cũ p̃ſertim ſm ſuã ſentẽtiã nõ poſ
ſint negare:qm̃ cuiꝰ ptes corruptioni ⁊ mu-
tabilitati ſubiacẽt:huiꝰ neceſſe eſt vniuerſi-
tatẽ hiſdẽ paſſionibꝰ q̃bus ꝓprie portiones
eius ſunt obnoxie ſubiacere?

## De multiplici relatiõe ⁊ acceptiõe principij:⁊ quibus modis intelligi poſſit in principio deum feciſſe celum ⁊ terram: Ca.IIII.

P Rincipiũ igit eſſe docet q̃ dic: In
p̃ncipio fecit deꝰ celum ⁊ ter
ra. Pricipiũ aut ad tp̃s refert:aut
ad numerꝝ:aut ad fundamentũ: quõ in edi
ficanda domo initiũ fundamẽtũ ẽ. Princi-
piũ ꝙ ꝯuerſionis ⁊ deprauationis dici poſ
ſe ſcripturarꝝ cognoſcimꝰ auctoritate. Eſt ⁊
principiũ artis:ars ipſa ex q̃ artificiũ diuer-
ſorũ deiceps cepit opatio. Eſt etiã p̃ncipiũ
bonorꝝ operũ finis optimus:vt miſcdie p̃n
cipiũ eſt deo placere qd facias. etenĩ ad ꝯfe
rendũ hoibus ſubſidiũ maxie ꝓuocamur.
Eſt etiã virtꝰ diuina q̃ hac exprimit appella
tione. Ad tẽpꝰ refert ſi velis dicere in q̃ tẽ
pore deꝰ fecit celũ ⁊ terraꝫ: id eſt:in exordio
mũdi qñ fieri cepit:ſicut ait ſapiẽtia: Cũ pa Prouer.8.
raret celũ cũ illo erã. Ad numerꝝ aũt ſi re-
feras:ita ꝯuenit vt accipias: In p̃mis fecit
deꝰ celũ ⁊ terrã:deinde colles:regiões:fineſ
inhitabiles. Uel ſic: Añ reliq̃s viſibiles cre
aturas:diẽ:noctẽ:ligna fructifera:aiantiuꝫ
genera diuerſa:celũ ⁊ terrã fecit. Si vo ad
fundamẽtũ referas: principiũ terre funda-
mẽta eẽ legiſti :dicẽte ſapia: Qñ fortia faci- Ibidẽ.
ebat fundamẽta terre:erã penes illũ cõpo-
nẽs. Eſt etiã bone principiũ diſcipline:ſic
eſt illud: Initiũ ſapiẽtie eſt timor dñi:qm̃ q̃ Eccl.1.
timet dñm declinat errorẽ:⁊ ad virtutis ſe-
mitã vias ſuas dirigit. Niſi enĩ q̃s timuerit
deũ:non põt renũciare pctõ. Qd eque etiã
de illo poſſumꝰ accipe: Mẽſis hic initiũ mẽ Exo.12.

ſiā erit vobis: Quis ⁊ de tpe iſtud accipiat̃:
qꝛ de paſcha dñi loq̄bat̃: qđ verl initio cele/
brat̃. In hoc ḡ ṗncipio menſiū: cęlū ⁊ terrā
fecit: ꝙ inde mūdi capi oportebat exordiū:
vbi erat oportuna oībꝰ verna tēperies. Vñ
⁊ annꝰ mūdi imaginē naſcētis expſſit: vt pꝰ
hibernas glacies atq̃ hyemales caligines
ſerenior ſolito verni tpis ſplendor eluceat.
Dedit ḡ formā futurl annoꝝ curricul' mūdi
ṗmus exortꝰ: vt ea lege annoꝝ vices ſurge/
rēt: atq̃ initio cuiuſq̃ anni pduceret terra
noua ſeminū germina: q̄ primū dñs deꝰ di/
xerat: Germinet terra herbā fęni: ſeminans
ſemē ſm genus ⁊ ſm ſilitudinē: ⁊ lignū fru/
ctiferū faciēs fructū. Et ſtatim pduxit terra
herbā fęni ⁊ lignū fructiferū: in q̄ nobis et
moderationis ꝑpetuę diuina puidētia: ⁊ ce
leritas terrę germinātis ad ęſtimationē ver
nę ſuffragat̃ ętatis. Nā etſi quocūq̃ tpe et
deo iubere pmptū fuit: ⁊ terrę obedire natu
rę: vt iter hibernas glacies ⁊ hyemales pru
inas: cęleſtis iperij fotu germinās terra fę/
tū pduceret: nō erat tñ diſpoſitionis ętnę:
rigido ſtricta gelu in virides ſubito fructus
laxari arua: atq̃ horrētibus pruinis florulē
ta miſceri. Ergo vt oñderet ſcriptura verl
Exo. 12. tpa in ꝯſtitutione mūdi ait: Mēſis hic vo/
bis initiū menſiū: primꝰ eſt vobis in menſi/
bus anni: Primū mēſem: vernū tēpus ap/
pellās. Decebat eñ principiū anni: ṗncipi/
um eſſe gnātionis: ⁊ ipſam gnātionē molli
oribus auris foueri. Neq̃ eñ poſſent tene/
ra reꝝ exordia: aut aſperioris laborē tolera/
re frigoris: aut torrētis ęſtus iniuriā ſuſtine
re. Sil' illud aduertere licet: qꝛ iure ꝯcurrit:
vt eo tēpore videat̃ in hāc gnātionē atq̃ in
hos vſus ingreſſus tributꝰ: q̄ tēpore ex hac
gnātiōe in regnātionē legitimꝰ eſt tranſitꝰ.
Siquidē verno tpe filij iſrael ęgyptū reli/
querūt ⁊ p mare tranſierūt: baptizati in nu
1. Cor. 10. be ⁊ in mari: vt apl's dixit. Et eo tpe dñi q̄t
annis ieſu chriſti paſcha celebrat̃: hoc ē: ani
maꝝ tranſitꝰ a vitijs ad virtutē: a paſſioni/
bus carnis ad gratiā ſobrietatēq̃ mētis: a
malicię neq̄tięq̃ fermēto ad veritatē ⁊ ſince
ritatē. Regenerat' itaq̃ dicit̃: Mēſis hic
vobis initiū menſiū: ṗmus eſt vobis in mē
ſibus anni. Derelinq̄t eñ ⁊ deſerit q̄ abluit̃:
intelligibilē illū pharao principē iſtiꝰ mun/
di dicens: Abrenūcio tibi diabole ⁊ angelis
tuis ⁊ operibꝰ tuis ⁊ imperijs tuis. Nec iā
ſeruiet ei: vel terrenis huiꝰ corporis paſſio/

nibus: vel deprauatę mentis erroribꝰ: q̄ de
merſa omni malitia vice plūbi bonis operi/
bus dextra leuaq̃ munitꝰ: inoffenſo ſęculi
huiꝰ freta ſtudet trāſire veſtigio. In libro
q̄ q̄ inſcribit̃ de numeris: ait ſcriptura: Ini Numeri. 24.
tiū nationū amalech: ⁊ ſemē eiꝰ peribit. Et
vtiq̃ nō omniū nationū primꝰ eſt amalech:
ſed qꝛ p interꝑtationē: amalech: rex accipit̃
iniquoꝝ: iniquę aūt gentes ſunt. Vide ne
ṗncipē mundi huiꝰ accipere debeamꝰ: q̄ im
perat nationibꝰ voluntatē ſuā facientibuſ:
cuiꝰ ſemē pibit. Semen aūt eius impij ⁊ in/
fideles ſunt: quibꝰ ait dñs: Vos ex pře dia Joh. 8.
bolo eſtis. Eſt etiā initiū myſticū: vt illud
eſt: Ego ſum primus ⁊ nouiſſimꝰ: initiū ⁊ fi Apoc. 22.
nis. Et illud ī euāgelio ꝓcipue: ꝙ interroga Joh. 8.
tus dñs q̄s eſſet: reſpondit: initiū qđ ⁊ loq̄r
vobis. Qui vere ⁊ ſm diuinitatē eſt initiuꝫ
oīm: qꝛ nemo añ ipſū: ⁊ finis: qꝛ nemo vltra
ipſum. Et ſm euāgeliū: Initiū eſt viaꝝ dñi
in opera eiꝰ: vt p ipſum diſceret hoīm genꝰ
vias dñi ſequi: ⁊ opari opa dei. In hoc ḡ
ṗncipio: id eſt: in chriſto: fecit deꝰ cęlū ⁊ ter/
ram: quia p ipſum omnia facta ſunt: ⁊ ſine Joh. 1.
ipſo factū eſt nihil. Qđ factū eſt in ipſo vi/
ta erat: qꝛ in ipſo ꝯſtāt oīa. Et ipſe eſt ṗmo/
genitꝰ omnis creaturę: ſiue qꝛ ante oēm cre
aturā: ſiue qꝛ ſanctuſ: qꝛ primogeniti ſancti
ſunt: vt primogenitꝰ iſrael: nō qꝛ ante oēs:
ſed qꝛ ſanctior ceteris. Sanctꝰ aūt dñs ſup̄
omnē creaturaꝫ ⁊ ſm corporis ſuſceptionē:
qꝛ ſolus ſine pctō: ſolus ſine vanitate. Ois Ro. 8.
aūt creatura ſubiecta vanitati eſt. Poſſu
mus etiā intelligere: In principio fecit deꝰ
cęlum ⁊ terrā: id eſt: ante tēpus: ſicut initiū
vię: nōdū via: ⁊ initiū domus: nōdū domꝰ.
Deniq̃ alij dixerūt ἐν κεφαλαίῳ: q̄ſi ī ca/
pite: quo ſignificat̃ in breui ⁊ in exiguo mo
mento ſūma operatiōis ipleta. Sunt ḡ ⁊
qui principiū nō p tēpore accipiāt: ſed ante
tēpꝰ: ἐν κεφαλαίῳ vel caput: vt dicamꝰ
latine quaſi ſūmā operis: qꝛ reꝝ viſibilium
ſūma cęlū ⁊ terra eſt: quę nō ſolū ad mūdi
huiꝰ ſpectare vident̃ ornatū: ſed etiā ad iu/
diciū rerū inuiſibiliū: ⁊ qđdam argumentū
eoꝝ quę nō vident̃: vt eſt illud pphetícuꝫ: Ps. 18.
Cęli enarrāt gloriā dei: ⁊ opa manuū eiꝰ an
nūciat firmamentū. Qđ ſecutꝰ aplus alijs
verbis in eadē ꝯcluſit ſentētia: dicēs: Quia Ro. 1.
inuiſibilia eius p ea quę facta ſūt intelligū/
tur. Auctorē eñ angeloꝝ ⁊ dñantiū et ptā/
tum: facile intelligimꝰ eū: qui momēto im/



perij ſui hanc tantā pulchritudinē mūdi ex
nihilo fecit eſſe quę nō erat: ⁊ nō de extanti
bus aut rebus aut cauſis donauit habere
ſubſtantiam.

**Qđ hic mundus diuine ſit ſpeci
mē operationis ac diuine maieſta/
tis inſigne. Qđq̃ filiꝰ imago ſit dei
⁊ ſplēdor paterne glorie. Et ꝙ ꝑ ip
ſū ⁊ in ipſum creata ſint oīa: Ca. V.**

Eſt ergo hic mūdus diuinę ſpecimē
operationis: qꝛ dū opus videt̃ ꝓfer
tur operator. Nāq̃ vt iſtarū artiū
alię ſunt actuoſę: quę ſunt in corꝑis motu:
aut ſono vocis: ceſſauit motꝰ aut ſonus ni/
hil ſupfuit: nec remāſit ſpectantibꝰ vel audi
entibꝰ: alię theoreticę quę vigorē mētis ex/
erceant: alię hmōi vt ceſſante q̄q̃ opationis
officio operis munꝰ appareat: vt ędificatio
atq̃ textura: quę etiā tacēte artifice peritiā
eiꝰ oſtendāt: vt opatori operis ſui teſtimo/
niū ſuffraget̃. Sil't etiā hic mūdus diuinę
maieſtatl inſigne eſt: vt p ipſū dei ſapiētia
manifeſtet̃. Quē vidēs ppheta: ſimul ⁊ ad
Ps. 103. iuiſibilia oculos mētis attollēs ait: Q̄ ma/
gnificata ſunt opa tua dñe: oīa in ſapientia
feciſti. Nec ocioſe vbiq̃ factuꝫ legimꝰ: qꝛ
gētiles plęriq̃ q̄ coęternū deo mūdū volūt
eſſe: quaſi adumbrationē virtutl diuinę aſ/
ſerūt: euꝫ ſua ſponte ſubſiſtere: ⁊ q̄uis cām
eius deū eſſe fateant̃: cauſaꝫ tñ factā volūt
nō ex voluntate ⁊ diſpoſitione ſua: ſꝫ ita vt
cauſa vmbrę corpꝰ eſt. Adhęret eñ vmbra
corpi ⁊ fulgor lumini: naturali magis ſocie/
tate q̄q̃ volūtate arbitra. Pulchre ergo ait
moyſes: Quia fecit deꝰ cęlū ⁊ terrā. Nō di/
xit: qꝛ ſubeſſe fecit. Nō dixit: qꝛ cām mūdo
vt eſſet ꝓbuit: ſed fecit quaſi bonus: ꝙ foret
vtile: quaſi ſapiens qđ optimū iudicabat:
quaſi oīpotēs qđ ampliſſimū prędidebat.
Quō aūt q̄ſi vmbra eſſe poterat: vbi cor/
pus nō erat: cū in corpore dei corporea ad/
umbratio eſſe nō poſſit? Quō etiā incorpo/
rei luminis ſplēdor poſſit eē corporeꝰ? Sꝫ
ſi quęris ſplendorē dei: filiꝰ eſt imago dei in/
uiſibilis. Qualis ḡ deꝰ ē: ⁊ talis imago. In/
uiſibilis deꝰ: etiā imago inuiſibilis. Eſt eñ
ſplendor glorię paternę: atq̃ eiꝰ imago ſub/
ſtantię. In ṗncipio inquit fecit deꝰ cęlū ⁊
terrā. Et factꝰ eſt ḡ mundus: ⁊ cępit eſſe qui
nō erat. Verbū aūt dei in principio erat: et
erat ſemꝑ. Sed etiā angeli: dñationes et
ptātes: etſi aliq̄ñ cęperunt: erant tñ iam q̄ñ

hic mundus eſt factꝰ. Omnia nāq̃ creata ⁊
ꝯdita ſunt: viſibilia ⁊ inuiſibilia: ſiue ſedeſ:
ſiue dñationes: ſiue principatꝰ: ſiue ptātes.
Oīa inquit p ipſum facta ſūt: ⁊ in ipſuꝫ cre/
ata ſunt. Quid eſt in ipſū creata? Quia ipe
eſt hęres patris: eo ꝙ a patre in ipſum tran
ſierit hęreditas: ſicut pat' dicit: Poſce a me Ps. 2.
⁊ dabo tibi gentes hęreditatē tuā. Quę tñ
hęreditas a patre trāſit in filiū: ⁊ in patrem
reuertit̃ a filio. Egregie itaq̃ aplus ⁊ hoc
loco filiū dixit auctorē omniuꝫ: ⁊ maieſtate
ſua cōtinentē oīa. Et ad romanos de patre
ait: Qm̄ ex ipſo ⁊ p ipſum: ⁊ in ipſo ſūt oīa. Ro. 11.
Ex ipſo principiū ⁊ origo ſubſtantię vniuer
ſorū: id eſt: ex volūtate eiꝰ ⁊ ptāte. Oīa eñ
ex eiꝰ voluntate cęperūt: qꝛ vnus deꝰ pater
ex quo oīa. Eteñ tanq̄ ex ſuo fecit: qꝛ vnde
voluit fecit. Per ipſum cōtinuatio: finis in
ipſū. Ex ipſo ḡ materia: p ipſuꝫ opatio quę
ligauit atq̃ cōſtrinxit vniuerſa. In ipſū: qꝛ
⁊ q̄diu vult oīa eiꝰ virtute manēt atq̃ cōſi/
ſtunt: ⁊ finis eoꝝ in dei voluntatē recurrit:
⁊ eius arbitrio reſoluunt̃.

**Qđ in principio tēporis celuꝫ ⁊
terrā deū feciſſe ad ꝑſentē ſufficiat
aſſertionē: ⁊ cur auctor plixiorem
vitauerit collectionē. Qđq̃ de q̄li
tate ⁊ ſubſtantia celi: Terre quoq̃
vel qualitate vel poſitiōe: ſatis ſit
ad ſcientiā qđ ſcripturaꝝ diuinaꝝ
ſeries cōprehendit: eo ꝙ nihil pſit
ad ſpem future vite diſcutere vel
enumerare ea que in diſputatiōibꝰ
ſuis philoſophi ſe mutuo refellen/
tes texuerunt: Ca. VI.**

In principio itaq̃ tēporis: cęlū ⁊ ter
ram deꝰ fecit. Tēpus eñ ab hoc mū
do: nō ante mundū. Dies aūt tēpo
ris portio eſt nō principiū. Et q̄q̃ lectio/
nis ſerie poſſimꝰ aſtruere: ꝙ primo die dieꝫ
fecerit dñs ⁊ noctē: quę ſunt vices tēpoꝝ: ⁊
ſcđo die firmamētū fecerit: q̄ diſcreuit aquā
q̄ ſub cęlo eſt: ⁊ aquā q̄ ſup cęlū: tñ ſatis eſt
ad ꝑſentē aſſertionē: ꝙ in principio cęlū fe/
cerit: vnde ꝓrogatiua gnātionis ⁊ cauſa: et
terrā fecerit in qua eſſet gnātiōis ſubſtātia.
In his eñ q̄ttuor illa elemēta creata ſūt: ex
q̄bus generant̃ oīa iſta q̄ mundi ſunt. Ele/
mēta aūt q̄ttuor: aer: ignis: aqua ⁊ terra: q̄
in oībus ſibi mixta ſunt. Siquidē ⁊ in ter/
ra ignē reperies q̄ ex lapidibꝰ ⁊ ferro frequē
ter excutitur: ⁊ in cęlo cū ſit ignitꝰ ⁊ micans

fulgentibꝰ ſtellis polus aqua eſſe poſſit in/
telligi: ꝗ vel ſupꝛa celū ē: vel de illo ſuperio
re loco in terrā largo frequēter imbꝛe demit
tit. Que pluribꝰ colligere poſſemꝰ: ſi ꝗd
ad edificationē eccleſię iſta ꝓficere videre/
mus. Sed qꝛ his occupari infructuoſū ne/
gociū eſt: ad illa magis intēdamus animū:
in quibꝰ vitę ſit ꝑfectꝰ ęternę. De qualitate
igit ⁊ ſubſtātia celi: ſatis eſt ea ꝓmere quę
in eſaię ſcriptis reperimꝰ: qui mediocribꝰ ⁊
vſitatis ſmonibꝰ q̄litatē naturę celeſtiſ expꝛ
ſit: dicēs: ꝙ firmauerit celū ſicut fumū: ſub/
tilē eius naturā nec ſolidā cupiens declara/
re. Ad ſpeciē ꝙ̄ eius abundat: ꝙ ipſe de ce/
li firmamēto locutꝰ eſt: qꝛ fecit deꝰ celū ſicut
camerā: ꝙ intra celi ambitū vniuerſa clau/
dant q̄ vl in mari gerunt ⁊ terris. Qđ ſi/
militer ſignificat cū legit: Quia celum dñs
extēdit. Extendit eñ vel quaſi pellis ad ta/
bernacula habitationeſꝗ ſanctoꝝ: vel q̄ſi
liber: vt plurimoꝝ ſcribant noīa qui chꝛiſti
gratiā fide ⁊ deuotiōe meruerūt: quibꝰ dici
Luc. 10. tur: Gaudete qꝛ noīa veſtra ſcripta ſunt in
celo. De terrę ꝙ̄ vel qualitate vel poſitio/
ne tractare: nihil ꝓſit ad ſpem futuri: cū ſatiſ
ſit ad ſcientiā: qđ ſcripturarū diuinaꝝ ſeri/
es cōpꝛehēdit: qꝛ ſuſpēdit terram in nihilo.
Quid nobis diſcutere: vtrū in aere pēdeat:
an ſuꝑ aquā: vt inde naſcat ꝯtrouerſia: quō
aeris natura tenuis ⁊ mollioꝛ: molē poſſit
ſuſtētare terrenā? Aut quō ſi ſuꝑ aq̄ſ nō pō
dere mergat in aquā grauis terrarū ruina?
Aut quō ei mariſ vnda nō cedat: ⁊ in latera
eius ſeſe loco ſuo mota diffundat? Multi
etiā in medio aeris terrā eſſe dixerūt: ⁊ mo/
le ſua imobilē manere: qđ eq̄bili motu hinc
atꝗ inde ex omni pte ꝓpendeat. De q̄ ſatis
putamꝰ dictū a dño ad iob ſeruū ſuū: q̄ñ lo
Job. 38. cutus ꝑ nubē ait: Ubi eras cū fundarē ter/
rā? Indica mihi ſi habes ſcientiā. Quis po
ſuit menſurā eiꝰ ſi noſti? Aut q̄s eſt qui ſuꝑ
induxit mēſuras ſuꝑ eā: aut ſuꝑ quid circu/
li eiꝰ ꝯfixi ſūt? Et infra: Cōcluſi mare portiſ:
⁊ dixi: Uſꝗhuc venies: ⁊ nō tranſibis: ſ; in
te cōminuent fluctus tui. Nōne euidēter
oſtendit deꝰ oīa maieſtate ſua ꝯſiſtere in nu
mero: pōdere atꝗ mēſura? Neꝗ eñ creatu
ra legē tribuit: ſed accepit ⁊ ſeruat acceptā.
Nō ergo ꝙ in medio ſit terra: quaſi equa
lance ſuſpendit: ſed qꝛ maieſtas dei volūta
tis ſuę eā lege cōſtringit: vt ſupꝛa inſtabile
atꝗ iane ſtabilis ꝑſeueret: Sicut dauid ꝙ̄
ꝓpheta teſtat dicens: Fundauit terraꝫ ſuꝑ
firmamentū eiꝰ: nō inclinabit in ſeculū ſecu
li. Nō vtiꝗ hic quaſi tantūmodo artifex
deꝰ: ſed quaſi oīpotēs p̄dicat: qui nō cētro
quodā terrā: ſed p̄cepti ſui ſuſpēderit firma
mento: nec eā inclinari patiat. Nō ḡ men
ſurā centri: ſed iudicij diuini accipere debe/
mus: qꝛ nō artis mēſura eſt: ſed ptātiſ. Mē/
ſura iuſticię menſura cognitionis: qꝛ oīa nō
tanꝗ imenſa p̄tereant eiꝰ ſcientiā: ſed cog/
nitioni eiꝰ tanꝗ dimēſa ſubiaceāt. Neꝗ
Ps. 74. eñ cū legimus: Ego ꝯfirmaui colūnas eiꝰ:
vere colūnis eam ſubnixā poſſumꝰ eſtima/
re: ſed ea virtute q̄ ſuffulciat ſubſtātiā terrę
atꝗ ſuſtineat. Deniꝗ ꝙ̄ in ptāte dei ſit
terrę cōſtitutio: etiā hinc collige qđ ſcriptū
Ps. 103. eſt: Qui aſpicit terrā et facit eā tremere. Et
alibi: Adhuc ego ſemel cōcutio terrā. Nō
ergo librāmētis ſuis imobilis manet: ſ; fre/
quēter dei nutu ⁊ arbitrio cōmouet: ſicut et
iob dicit: Quia dñs cōmouet eam a funda/
Job. 26. mētis: colūnę aūt eius exagitant. Et alibi:
Nuda inferna in ꝯſpectu eius: ⁊ nō eſt moꝛ
ti inuolucrū: extendens boꝛeā ꝓ nihilo ſuſ/
pendēs terrā in nihilū: alligans aquā in nu
bibus ſuis. Colūnę celi auolauerūt ⁊ expa/
uerūt ab increpatiōe eiꝰ: virtute mitigauit
mare: diſciplina ſtrauit cetū: clauſtra autē
celi timent eū. Uolūtate igit dei immobi
lis manet: ⁊ ſtat in ſeculū terra: ſm eccleſia/
ſtes ſententiā: ⁊ volūtate dei mouet ⁊ nu/
tat. Nō ḡ fundamētis ſuis nixa ſubſiſtit:
nec fulcriſ ſuis ſtabilis ꝑſeuerat: ſed dñs ſta/
tuit eā: ⁊ firmamēto volūtatis ſuę cōtinet:
qꝛ in manu eiꝰ oēs fines terrę. Et hęc fidei
ſimplicitas argumētis oībus āncellit. Lau
dent alij ꝙ ideo nuſꝗ decidat terra: qꝛ ſm
naturā in medio regionē poſſideat ſuaꝫ: eo
ꝙ neceſſe ſit eā manere in regiōe ſua: nec in
partē declinari alteram: q̄ñ ꝯtra naturā nō
mouet: ſed ſm naturā: p̄dicēt artificis diui/
ni ⁊ operatoꝛis eterni excellentiā. Quis eñ
artificium nō ab illo accepit: aut quis dedit
mulieribꝰ texturę ſapientiā: aut varietatis
diſciplinā? Ego tñ qui ꝓfundū maieſtatiſ
eius: ⁊ artis excellentiā nō queo cōpꝛehēde
re: nō diſputatoꝛijs me librāmentis cōmit/
to: atꝗ mēſuris: ſed oīa repoſita in eius exi
ſtimo ptāte: ꝙ volūtas eiꝰ fundamentū ſit
vniuerſoꝝ: ⁊ ꝓpter eum adhuc mūdus hic
maneat. Qđ apoſtolicę ꝙ̄ licet aſtruere au
ctoꝛitatis exemplo. Scriptuꝫ eſt eñ: Quia Ro. 8.



vanitati creatura ſubiecta eſt: non ſponte:
ſed ꝓpter eum qui ſubiecit in ſpe. Libera/
bitur autē ⁊ ipſa creatura a ſeruitute coꝛru/
ptionis: cū gratia diuinę remunerationis aſ/
fulſerit. De natura autē ⁊ qualitate ſub/
ſtantię celi: quid enumerē ea quę diſputati/
onibus ſuis philoſophi texuerunt: cum alij
cōpoſitū celū ex quattuoꝛ elemētis aſſerāt:
alij quintā quandā naturam noui coꝛpoꝛis
ad cōſtitutionē eius inducāt: atꝗ affingāt
ethereū eſſe coꝛpus: cui neꝗ ignis admixtꝰ
ſit: neꝗ aer: neꝗ aq̄: neꝗ terra: ꝙ hmōi ele/
menta ſuum quendā curſum habeant atꝗ
vſum ⁊ motum naturę: vt grauioꝛa demer/
gant ⁊ in ꝓnum ferant: vacua ⁊ leuia in ſu/
perioꝛa ſe ſubrigant? Eſt enim ꝓpꝛius cuiꝗ
motꝰ: In ſphęrę autē circuitu iſta confundi
⁊ vim ſui curſus amittere: q̄ñ ſphęra in oꝛ/
bem ſuū voluit: ⁊ ſuꝑioꝛa inferioꝛibꝰ: ſupe/
rioꝛibus quoꝗ inferioꝛa mutant. Quoꝝ
autē ſm naturā motus mutati ſunt: hoꝛum
neceſſario ferunt mutari ſolere qualitates
ſubſtantiarū ſuaꝝ. Quid igit defendimus
ethereum coꝛpꝰ eſſe: ne videat coꝛruptioni
obnoxiū? Qđ eñ cōpoſitū ex coꝛruptibili/
bus elemētis eſt: neceſſe eſt reſoluat. Nam
hoc ipſo ꝙ diuerſę eadē ſint elemēta naturę
ſimplicē ⁊ inuolubilē motū habere nō poſ/
ſunt: cū ſe diuerſus elementoꝝ motus im/
pugnet. Unꝰ eñ motus omnibꝰ aptus eſſe
nō poteſt ⁊ elementis diſtantibꝰ cōuenire.
Nā qui leuibus accōmodus eſt: ſit incōmo
dus grauioꝛibus elemētis. Itaꝗ quādo ad
ſuperioꝛa motꝰ celi eſt neceſſarius: terrenis
grauat: q̄ñ ad inferioꝛa decurſus expetitur:
igneus vigoꝛ ille violēter attrahit. Etenim
cōtra naturę ſuę vſum deoꝛſum cogit. Om/
ne aūt qđ in contrariū cogit: nō naturę ſer/
uiens ſed neceſſitati: cito ſoluit ⁊ in ea ſcin/
dit ex quibꝰ videtur eſſe cōpoſitū: in ſuam
quāꝗ regionē ſingulis recurrētibus. Hęc
igit alij cōſiderantes ſtabilia eſſe nō poſſe:
ethereū coꝛpus: celi ſtellarūꝗ eſſe arbitrati
ſunt: quintam quandā naturā coꝛpoꝛis in/
troducētes: quo diuturnā celi putarēt mē/
ſurā eſſe ſubſtantiā. Sed nō iſta opinio ꝓ
phetice potuit obuiare ſentētię: quā diuina
quoꝗ dñi ieſu chꝛiſti maieſtas dei noſtri in
euāgelio cōpꝛobauit. Dixit. n. dauid: Prin
Ps. 101. cipio terrā tu fundaſti dñe: ⁊ opera manuū
tuarū ſunt celi. Ipſi peribūt tu aūt perma/
nes: ⁊ omnia ſicut veſtimentū veteraſcent:
⁊ tanꝗ amictū mutabis ea ⁊ mutabunt: tu
vero ipſe es: ⁊ anni tui nō deficient. Quod
adeo ꝓbauit i euāgelio dñs vt diceret: Ce/ Matth. 24.
lum ⁊ terra p̄teribunt: mea autē verba non
p̄teribunt. Nihil igit agunt qui ꝓpter ce/
li aſſerendā ꝑpetuitatē: quintū coꝛpus ethe
reū introducendū putarūt: cuꝫ eque videāt
diſſimilē ceteris adiunctā membꝛi vnꝰ poꝛ/
tionē labē coꝛpoꝛi magis afferre cōſueuiſſe.
Simul illud aduerte: qꝛ ꝓpheta dauid cū
terrā pꝛioꝛi loco nominauit: ⁊ poſtea celuꝫ:
credidit opus eſſe dñi declarandū. Q̄ñ eñ
dixit: Et facta ſunt: nihil intereſt ꝗd pꝛius
expꝛimas: cū ſimul vtrūꝗ ſit factū: ſimul ne
eo ſaltim p̄rogatiua celo diuinę videat ad/
iudicata ſubſtātię: vt pꝛimogenitę creaturę
pꝛiuilegio potioꝛ eſtimet. Itaꝗ illos ſuis
relinquamus cōtentionibꝰ: qui mutuis diſ
putationibꝰ ſe refellūt. Nobis aūt ſatis eſt
ad ſalutē: nō diſputationū cōtrouerſia: ſed
p̄ceptoꝛum veritas: nec argumentationis
aſtutia: ſed fides mētis vt ſeruiamꝰ creato/
ri potius ꝙ̄ creaturę: qui eſt deus benedic/
tus in ſecula.

### Quō qua ve ratiōe terra facta in pꝛincipio fuerit inuiſibilis: Et cur deꝰ cū res fecit: nō ſimul oꝛnatꝰ il/lis cōgruos donauerit: Ca. VII.

T Erra autē erat inuiſibilis et
incompoſita. Bonus artifex pꝛi
us fundamentū ponit: poſtea fun/
damēto poſito: edificationis mēbra diſtin/
guit: adiungit oꝛnatū. Poſito igitur funda
mento terrę: ⁊ cōfirmata celi ſubſtātia: duo
eñ iſta ſunt: velut cardines reꝝ: ſubtexuit:
Terra autem erat inuiſibilis ⁊ in/
compoſita. Quid eſt erat: niſi ne foꝛte
in infinitū ⁊ ſine pꝛincipio extendāt opinio
nem ſuā ⁊ dicāt: Ecce qꝛ materia: id eſt: hy/
le: ſicut philoſophi dicunt: etiā ſm ſcriptu/
ram diuinā non habuit initiū? Uerū hoc
dicentibus reſpōdebis: quia ſcriptum eſt:
Erat autē cain operariꝰ terrę. Et de eo q̄ iu/ Gen. 4.
bal dictꝰ eſt habet ſcriptura: Hic erat pater
qui demōſtrauit pſalteriū ⁊ citharā. Et ho/ Job. 1.
mo erat in auſitide regione: cui nomē iob.
Deſinant ergo de verbo queſtionē moue
re: cū pꝛemiſerit moyſes: qꝛ fecit deuſ terrā.
Erat ergo ex quo facta eſt. Nā ſi ſine pꝛinci
pio eā dicunt eſſe: iam nō ſolū deū: ſed etiā
hylen ſine pꝛincipio dicētes definiant. Ubi
nā erat? Si in loco: ḡ etiā locus ſine pꝛinci/

pio fuiſſe aſtruiť:in quo erat materia reruꝫ
quę ꝑncipiũ nõ habebat. Qđ ſi abſurdũ
videť de loco credere:videte ne forte vola/
tilem terrã debeamus ęſtimare:quę nõ ha/
bens fundamentũ:alarũ remigijs ſuſpẽde-
batur. Unde ergo ei alas ſumemus:niſi
forte huc deriuemus ꝓphetici ſermonis in
terp̃tationẽ:A pennis terrę ꝓdigia audiui
mus.Et illud:Uę terrę nauium pẽnę?Sed
hoc ſi accipiamus: in quo aere volabat ter/
ra?Sine aere eñ volare nõ poterat.Sꝫ aer
adhuc eſſe non poterat: quia nõ erat. Eſſe
nõ poterat:qꝛ nõ erat ſine rerũ materia ele/
mẽtoꝝ facta diſtinctio:cũ ipſa adhuc elemẽ
ra facta non eſſent. Ubi ergo erat materia
iſta alarum ſuffulta remigijs? In aere non
erat:qꝛ aer corpus eſt mundi.Corpus autẽ
eſſe aerem docet lectio:qꝛ emiſſa ſagitta in
locũ quẽ iaculator intendit:inciſus aer ſta/
tim in ſeipſum reſolutus eſt.Ubi ergo erat
hyle:niſi forte dicať quadã dementi inten/
tione qꝛ in deo erat? Ergo deꝰ qui eſt inuiſi
bilis naturę atqꝫ inuiolabiliſ: qui lucẽ habi
tat inacceſſibilẽ: incõprehẽſibilis ⁊ puriſſi/
mus ſpũs locus erat materię mundialis:et
erat in deo mũdi portio:cum de hoc mũdo
nõ ſit nec mẽs ſeruuloꝝ eiꝰ: ſicut habemus
Iob.17. ſcriptũ:De hoc mũdo non ſunt: ſicut ⁊ ego
nõ ſum de mũdo?Queãdmodũ ergo viſibi
lia inuiſibilibꝰ:⁊ ei qui ordinẽ ac decorẽ do/
nauit omnibꝰ incõpoſita copulabanť: niſi
forte qꝛ dixit: **Terra autem erat in/
uiſibilis.** Et inuiſibilẽ eam ꝑ ſubſtantiã
credant.Et ideo quia aquis operta:viſibi/
lis corporeis oculis eſſe nõ poterat:quẽad/
modũ plęraqꝫ in ꝓfundo aquarũ ſita viſuꝫ
oculorũ aciẽqꝫ prętereũt. Nõ eñ deo aliq̃d
inuiſibile:ſed creatura mũdi creaturę vtiqꝫ
ęſtimatione cenſetur. Inuiſibilis etiã ter
ra:quia nondũ lux quę illuminaret mũdũ:
nondũ ſol:poſtea eñ luminaria facta ſunt
cęli. Qꝛ ſi ſolis radius plęrũqꝫ etiã aquis
operta illuminat:⁊ ꝓfundo merſa ſplendo
re luminis ſui ꝓdit:quis dubitet deo ea q̃
in ꝓfundo ſunt inuiſibilia eſſe nõ poſſe: ni/
ſi forte ſic accipiamus inuiſibilem terrã: qđ
nondũ verbo dei ⁊ ꝓtectione viſitabatur:
quę hominẽ nõ habebat ꝓpter quẽ domi/
Pſ.15. nus reſpiceret in terrã:ſicut ſcriptũ eſt:Do/
minus reſpexit ſuꝑ filios hominũ:ſi eſt in/
Pſ.75. telligens aut requirẽs deũ?Et alibi ait:De
cęlo iaculatus eſt iudiciũ:terra tremuit ⁊ q̃/

euit. Et merito inuiſibilis: qꝛ **incõpoſi/
ta**:quę figurã ⁊ ſpeciẽ cõgruentẽ adhuc nõ
acceperat a ꝓprio cõditore. Et fortaſſe di
cant:Cur eñ deus ſicut dixit:et facta ſunt:
nõ ſimul ornatus cõgruos rebꝰ aſſurgenti/
bus donauit elemẽtis:quaſi nõ potuit cęlũ
inſignitũ ſtellis ſubito vt creatũ eſt refulge
re:⁊ floribꝰ ac fructibꝰ terra veſtiri? Potu
it vtiqꝫ:ſed ideo primo facta:poſtea cõpoſi
ta declaranť:ne vere increata ⁊ ſine princi/
pio crederenť:ſi ſpecies rerũ velut ingene/
ratę ab initio:nõ poſtea additę viderentur.
Incõpoſita terra legiť: ⁊ hiſdẽ a philoſo/
phis ęternitatis quibus deꝰ priuilegijs ho/
noratur.Quid dicerent:ſi ab initio eiꝰ pul/
chritudo vernaſſet? Demerſa aquis de/
ſcribiť:velut cuidã principiorũ ſuorũ addi/
cta naufragio:⁊ adhuc a nõnullis facta nõ
crediť.Quid ſi decorẽ primogenitũ vendi/
caret? Accedit illud qđ imitatores nos ſui
deꝰ eſſe voluit:vt primo faciamꝰ aliqua:po
ſtea venuſtemus:ne dũ ſimul vtrũqꝫ adori/
mur neutrũ poſſimus implere. Fides autẽ
noſtra quodã gradu creſcit. Ideo primũ fe/
cit deus:poſtea venuſtauit:vt eundẽ creda
mus ornaſſe qui fecit: ⁊ feciſſe q̃ ornauerit.
Ne alteꝝ putemꝰ ornaſſe: alterũ creauiſſe:
ſed eũdẽ vtrũqꝫ eſſe operatũ: vt primo face
ret:poſtea cõponeret ne alterũ ſine alťo cre/
dereť. Habes in euãgelio huiꝰ rei euidẽs Ioh.11.
teſtimoniũ.Nã ſuſcitaturꝰ lazarũ dñs: iuſ/
ſit vt iudęi remouerẽt lapidẽ de ſepulchro:
vt mortuũ videntes: poſtea reſuſcitatũ cre
derent.Deinde vocauit lazaꝝ ⁊ reſurrexit:
⁊ ligatis manibꝰ ⁊ pedibus exijt foras.Nõ/
ne poterat remouere lapidem: qui poterat
mortuum ſuſcitare?Et qui potuit defuncto
vitã reddere:nõ potuit nexus ſoluere vin/
culorum?Cui vinctis pedibꝰ greſſum dedit:
huic nõ potuit ruptis vinculis inceſſuꝫ red
dere? Sed vtiqꝫ aduertimꝰ qđ voluit ꝑmo
demonſtrare mortuuꝫ: vt oculis ſuis crede
rent:deinde reſuſcitare:tertio iubere:vt ip/
ſi vincula funerľ ſoluerẽt:vt inter iſta fides
infundereť infidelibꝰ:⁊ ꝑ gradus quoſdam
credulitas naſcereť.

## Quomodo ⁊ quã ob cauſam ter ra fuerit incõpoſita: ⁊ ꝙ per tene bras quę erant ſuꝑ facie abyſſi nõ intelliganť male poteſtates ꝙ eaꝝ maliciam deus creauerit: Qđ etiã ſpiritus qui ferebatur ſuꝑ aquas: nõ ꝓ alio ꝗꝫ ſpirituſancto accipia/ tur:cuꝫ aperta demonſtratione ꝙ malicia ex nobis orta ſit:et non a deo creatore cõdita.Ca.VIII.



Fecit ergo primũ deus cęlũ ⁊ terraꝫ:
⁊ ea tamẽ nõ quaſi ꝑpetua ſed qua/
ſi corruptibilis creaturę cõſũmatio/
ni voluit ſubiacere. Unde in eſaię libro ait:
Eſa.51. Tollite in cęlum oculos veſtros:et aſpicite
terrã deorſum:qꝛ cęlum vt fumus ſolidatũ
eſt:terra aũt vt veſtimẽtũ veteraſcet. Hęc
terra eſt:quę ante erat incõpoſita.Nonduꝫ
eñ erant maria ſuo fine diſtincta:⁊ ideo va
go fluctu:⁊ ꝓfundo gurgite terra inũdaba/
tur. Conſidera qꝛ etiã nunc paluſtri vligi/
ne terra inhorrere conſueuit: nec patiẽs eſt
vomeris:vbi infuſus terris humor exũdat.
Erat ergo incõpoſita:vtpote ſollertis agri/
colę inarata culturľ: quia adhuc deerat cul
tor.Erat incõpoſita:quia nuda gignentiũ:
nec thoris herboſa ripaꝝ:nec opaca nemo/
ribus:nec lęta ſegetibus:nec vmbroſa ſuꝑ/
cilijs montiũ:nec odora floribus:nec grata
vinetis. Merito incõpoſita:quę ornatibuſ
indigebat: cui deerãt vitiũ ſerta gẽmanti/
um. Oſtendere eñ voluit deꝰ:qꝛ nec mũ/
dus ipſe haberet gratiã:niſi eũ vario cultu
operator ornaſſet. Cęlũ ipſũ intextũ nubi
bus:horrorẽ oculis:męſticiã animis excita/
re ꝯſueuit.Terra imbribꝰ madefacta faſtidio
eſt.Maria ꝓcellis turbata: q̃s nõ incutiũt
metꝰ? Pulcherrima eſt reꝝ ſpecies:ſed q̃d
eſſet ſine lumine?Quid ſine tẽperie? Quid
ſine aquaꝝ cõgregatione:quibꝰ ante dimer
ſa poli huiꝰ habebanť exordia? Tolle ſolẽ
terrľ:tolle cęlis ſtellaꝝ globos:oĩa tenebris
inhorreſcũt.Sic erãt anteqꝫ lumẽ huic mũ/
do dominꝰ infunderet. Et iõ ſcriptura ait:
**Quia tenebrę erant ſuꝑ abyſſum.**
Tenebrę erãt:qꝛ ſplendor deerat lucis.Te/
nebrę erãt:qꝛ aer ipſe tenebroſus eſt.Aqua
ipſa ſub nube tenebroſa ẽ: qꝛ tenebroſa aq̃
in nubibꝰ aeris.Erãt ꝗ tenebrę ſuꝑ abyſſos
aquarũ. Nõ eñ malas intelligendũ arbi/
tror ꝑtãtes:ꝙ dñs earuꝫ maliciã creauerit:
cũ vtiqꝫ nõ ſubſtãtialis ſed accidẽs ſit ma/
litia:quę a naturę bonitate deflexit. Itaqꝫ
in cõſtitutione mundi opinio malicię inte/
rim ſequeſtreť:ne diuinę opatiõi ⁊ pulcher/
rimę creaturę: ea quę decolora ſũt admiſce/
re videamur:maxime cũ ſequať. **Et ſpi/
ritꝰ dei ſuperferebať ſuper aquas.**

Quẽ etſi aliq̃ ꝓ aere accipiãt:aliq̃ ꝓ ſpiritu
quẽ ſpiramus ⁊ carpimꝰ aurę huius vitalis
ſpiritũ:nos tñ cũ ſanctoꝝ ⁊ fideliũ ſentẽtia
cõgruentes:ſpiritũſanctũ accipimus: vt in
cõſtitutione mundi operatio trinitatis elu/
ceat. Pręmiſſo eñ qꝛ in principio fecit deꝰ
cęlũ ⁊ terrã:id eſt in chriſto fecit deꝰ:vel fili/
us dei deꝰ fecit:vel ꝑ filiũ deus fecit: qꝛ om Ioh.1.
nia ꝑ ipſum facta ſunt:⁊ ſine ipſo factuꝫ eſt
nihil:ſuperat plenitudo operationis in ſpi/
ritu:ſicut ſcriptũ eſt:Uerbo dñi cęli firmati Pſ.32.
ſunt:⁊ ſpiritu oris eiꝰ omnis virtus eorum.
Itaqꝫ quẽadmodũ ĩ pſalmo docemur opa/
tionẽ verbi:qđ eſt verbũ dei :⁊ virtutẽ quã
dedit ſpũſſanctus:ita hic ꝓpheticũ reſulta
uit oraculũ:qꝛ deus dixit:⁊ deꝰ fecit:ſpiritꝰ
q̊ꝫ dei ſuꝑferebať ſuꝑ aq̃s. Ornãdo eñ po/
los cęli germinaturis terrľ pulchre ſpũs ſu/
perferebať:qꝛ ꝑ ipſum habebãt nouoꝝ par
tuũ ſemina germinare: ſm qđ dixit ꝓphe/
ta:Emitte ſpiritũ tuũ ⁊ creabunť:⁊ renoua Pſ.103.
bis faciẽ terrę. Deniqꝫ ſyrus qui vicinꝰ he
bręo eſt:⁊ ſermone cõſonat in plęriſqꝫ ⁊ con
gruit:ſic habet: **Et ſpiritus dei foue/
bat aquas.** Id eſt:viuificabat:vt in no/
uas cogeret creaturas:⁊ fotu ſuo animaret
ad vitã.Nã etiã ſpiritũſanctũ legimus cre/
atorẽ:dicente iob:Spiritus diuinꝰ qui fecit
me. Siue ꝗ ſpũſſanctus ſuꝑferebatur ſuꝑ
aq̃s:tenebrę cõtrariarũ virtutũ ſuꝑ eas eſ/
ſe nõ poterãt:vbi locũ ſibi tanta gratia vẽ/
dicabat:Siue vt quidã volunt aerẽ accipi/
ant:reſpondeãt qua ratione ſpiritũ dei di/
xerit:cũ ſatis fuerit ſpiritũ nũcupare. Hi
ergo volunt a dño deo noſtro:quattuor pri
mũ elementa generata:cęlum:terrã: mare:
aerem:eo ꝙ cauſę rerũ:ignis et aer: terra et
aqua ſint ex quibꝰ mundi ſpecies conſtat ⁊
forma. Ubi igitur tenebrę nequitiarũ ſpi
ritualium locũ habere potuerũt:cum augu
ſtę huius decorem figurę mũdus induerit?
Nũquid ſimul maliciam deꝰ creauit? Sed
ea ex nobis orta: nõ a creatore deo cõdita:
moꝝ leuitate generatur:nõ vllam creaturę
habens ꝑrogatiuã:nec auctoritatẽ ſubſtan
tię naturalis:ſed mutabilitatis vitium ⁊ er
rorem ꝓlapſionis. Eradicari hanc deus
vult de animis ſingulorũ. Quomodo eam
ipſe generaret:cũ clamet ꝓpħa: Deſinite a
malitijs vr̃is:Et ꝑcipue ſanctꝰ dauid:Deſi Pſ.36.
ne inq̃t a malo ⁊ fac bonũ ?Quõ ꝗ ei initiũ
a dño damꝰ? Sed hęc opinio feralis coꝝ:

qui pturbandam eccleſiā putauerūt. Hinc marcionis: hinc valentini: hinc peſtis illa manicheoꝝ: funeſta ſanctorum mentibus tēptauerunt inferre cōtagia. Quid nobis ipſi in lumine vitę tenebras mortis inquirimus? Scriptura diuina ſalutē ſuggerit: vitę odore fragrat: vt ſuauitatē legēs capias: nō pcipitij diſcrimen incurras. Simpliciter lege o homo: Nō tibi ipſe foueā prauus interpres effodias: ſimplex ſermo eſt: qz fecit deus celū ꝛ terram. Fecit qđ nō erat: nō qđ erat. Et terra erat inuiſibilis: ex quo facta ē erat: ꝛ erat inuiſibilis: qz exundabat aqua ꝛ operiebat eā. Et erāt ſup eam tenebrę ſupfuſę: qz nōdū erat lumē diei: nōdū ſolis radius: q̄ ſolet et ſub aquis latētia declarare. Quid ḡ dicunt: q̄ deus creauerit malū: cū ex cōtrarijs ꝛ aduerſis nequaq̄ ſibi aduerſa generent? Nec em̄ vita mortem generat: nec lux tenebras. Nō em̄ ſicut mutabilitates affectuū: ita etiā generationū pgreſſiones ſunt. Illę ex ptrarijs in ptraria ppoſito deflexione vertunt: Iſtę nō ex cōtrarijs in aduerſa deflectunt: ſed ex eiuſdē generis vel auctorib⁹ vel cauſis creatę: in ſimilitudinē ſui referunt auctoris. Quid igit dicemus? Si em̄ neq; ſine pncipio ē q̄ſi increata: neq; a deo facta: vñ hz natura maliciā? Nā mala eſſe in hoc mūdo: nullus ſapiēs denegauit: cū ſit tā frequēs in hoc ſęculo lapſus ad mortē. Sed ex his quę iam dixim⁹ poſſum⁹ colligere: qz nō eſt viua ſubſtantia: ſed mentis atq; animi deprauatio: a tramite virtutis deuia: quę incurioſorum animis q̄ frequēter obrepit. Nō igit ab extraneis ē nobis: q̄ a nobiſipſis magis periculū. Intus eſt aduerſarius: int⁹ auctor erroris: int⁹ inquā clauſus in nobiſmetipſis. Propoſitū tuū ſpeculare: habitū tuę mentis explora: excubias obtende aduerſum mētis tuę cogitationes ꝛ animi cupiditates. Tu ipſe tibi es cauſa improbitatis: Tuipſe dux flagitiorum tuoꝝ: atq; incētor criminū. Quid alienā naturā accerſis ad excuſationē tuoꝝ lapſuū? Utinā teipſe nō impelleres: vtinā nō pcipitares: vtinā nō inuolueres: aut ſtudijs imoderatorib⁹: aut indignatione: aut cupiditatib⁹: quę nos innexos velut q̄buſdā retibus tenēt. Et certe in nobis eſt moderari ſtudia: cohibere iracundiā: coercere cupiditates. In nobis eſt etiā indulgere luxurię: adolere libidines: inflāmare iracundiā: vel inflāmanti aurē accōmodare: eleuari magis ſupbia: effundi in ſe vitia q̄ reprimi hūilitate: diligere māſuetudinē. Quid naturā accuſas o homo? Habet illa velut impedimenta quedā ſenectutē ꝛ infirmitatem. Sz ſenect⁹ ipſa in nobis bonis morib⁹ dulcior: in cōſilijs vtilior: ad conſtantiā ſubeunde mortis paratior: ad reprimēdas libidines firmior. Infirmitas quoq; corporis: ſobrietas mētis eſt. Unde ait apl's: Cū infirmor: tunc potens ſum. 2. Cor. 12. Itaq; nō in virtutibus: ſed in infirmitatib⁹ gloriabatur. Reſponſum quoq; diuinū refulſit oraculo ſalutari: qz virt⁹ in infirmitate cōſummat. Illa cauenda quę ex noſtra volūtate pdeunt delicta iuuētutis: ꝛ irrationabiles paſſiōes corporis. Quoꝝ igitur nos ſum⁹ domini: hoꝝ principia extrinſec⁹ nō requiram⁹: nec deriuemus in alios: ſed agnoſcam⁹ ea quę pprie noſtra ſunt. Qđ em̄ poſſumus nō facere ſi nolum⁹: huius electionē mali nobis potius debemus q̄ alijs aſcribere. Ideo etiā in iudicijs iſtis volūtarios reos non ex neceſſitate cōpulſos: culpa ſtringit: pęna cōdemnat. Neq; em̄ ſi p furorē aliquis innocentē peremerit: obnoxius morti eſt: q̄netiā ipſi⁹ diuinę legis oraculo. Si quis p imprudentiā intulerit necem: accipit impunitatis ſpem: refugij facultatē: vt poſſit euadere. Hoc igitur de eo q̄ pprie malum videtur: dictū ſit. Mala em̄ nō ſunt: niſi quę crimine mentē implicāt: ꝛ cōſcientiā ligant. Ceterum pauperiē: ignobilitatē: ęgritudinē: mortē: nemo ſapiēs mala dixerit: nec in malorū ſorte numerauerit: qz nec cōtraria iſtis in bonis habent maximis: quoꝝ alia nobis ex natura: alia ex cōmoditate accidere vidētur. Nō ocioſe nobis excurſus iſte pceſſit vt pbaremus tenebras ꝛ abyſſum ſimpliciter accipienda. Erant em̄ tenebrę de obumbratione cęli: quia omne corpus vmbrā facit: qua obumbrat vel finitima vel inferiora: ꝛ ea maxime quę operire atq; includere videtur. Includit aūt cęli polos: quia cęlū ſicut camera extendit: queādmodum ſupra demōſtrauim⁹. Nō ergo principalis erat tenebroſa ſubſtantia: ſed quaſi vmbra ſecuta eſt mūdi corp⁹ caligo tenebrarū. Itaq; momento diuinę pceptionis mūdus aſſurgens: intra ſe incluſit vmbrā: Ut ſi quis in campi medio quē ſol meridianus illuminet locum aliquem repente obſepiat: et denſis



ramorum frondibus tegat. Nōne quo ſplēdidior foris ſpecies loci eius effulgeat: hoc horrende deſup ſcenę gurguſtiū eius intus obſcurius fit? Aut vnde antrū clauſum vndiq; huiuſmodi locū vocarūt: niſi q̄ atro inhorreſcat ſitu atq; offuſiōe tenebraꝝ? Iſte q̄ tenebrę ſup aquaꝝ abyſſos erāt. Nā abyſſum multitudinē ꝛ pfundū aquaꝝ dici: lectio euāgelij docet: vbi rogabāt ſaluatorem demonia: ne iuberet illis vt in abyſſū irēt. Sed q̄ docebat volūtates demonioꝝ non eſſe faciēdas: pcepit illis vt irent in porcos. Porci aūt ſe i ſtagnū aquaꝝ pcipitarūt: vt qđ recuſabāt demonia nō euaderēt: ſ digno pcipitio demergerent. Erat ḡ hęc mūdi incōpoſita ſpēs ꝛ forma.

### De creatione lucis p quā ornata ſunt prius condita: ꝛ de diſtinctione inter lucem ꝛ tenebras: atq; ita inter diē ꝛ noctem: Ca. IX.

Et ſpūs (inquit) dei ſuperferebatur ſup aq̄s: ꝛ dixit de⁹: Fiat lux. Merito pmiſſus eſt ſpirit⁹ dei: vbi diuina icipere habebat opatio. Fiat inq̄t lux. Uñ vox dei in ſcriptura diuina debuit ichoare: niſi a lumine? Uñ mūdi ornatus: niſi a luce exordiū ſumere? Fruſtra em̄ eēt: ſi nō videret. Erat q̄dē de⁹ ipſe in lumine: q̄a lucē habitat inacceſſibilē. 1. Timoth. 6. Et erat lumē veꝝ qđ illūinat oēm hoiem veniētē in hunc mūdū. Job. 1. Sz etiā lucē fieri voluit: q̄ oculis corpalib⁹ cōprehēderet. Qui ędificiū aliqđ dignū habitaculo pfīfamilias ſtruere deſiderat: añq̄ fundamēta ponat: vñ lucē ei infundat: explorat: ꝛ ea pma ē grā: q̄ ſi deſit: tota dom⁹ deformi horret incultu. Lux ē q̄ reliq̄s domus cōmēdat ornat⁹. Fiat (inq̄t) lux. Plena vox luminis nō diſpoſitōis apparatū ſignificat: ſ operatiōis reſplendet effectu. Naturę opifex: lucē locut⁹ eſt: ꝛ creauit. Sermo dei: volūtas ē: opus dei: natura eſt: lucē creauit: tenebras illūinauit. Et dixit de⁹: Fiat lux: ꝛ facta ē lux. Nō ideo dixit vt ſequeret opatio: ſ dicto abſoluit negociū. Uñ pulchre dauiticū illud: Dixit ꝛ facta ſūt: qz dictū ipleuit effect⁹. Auctor ḡ lucis de⁹: loc⁹ aūt ꝛ cā tenebraꝝ mundus eſt. Sz bon⁹ auctor ita lucē dilexit: vt mūdū ipſū infuſo aperiret lumine: atq; ei⁹ ſpēm venuſtaret. Reſplēduit igit ſbito aer: ꝛ expauerūt tenebrę noui luminis claritatē. Repſſit eas: ꝛ quaſi in abyſſos demerſit: repente p vniuerſa mūdi fulgor lucis infuſus. Pulchre itaq; ꝛ pprie dixit: Facta eſt lux. Sicut em̄ cito lux cęlū: terras: maria illuminat: ꝛ momēto tēporis ſine vlla cōprehēſione retectis ſurgētis diei ſplendore regionibus noſtro ſe circūfundit aſpectui: ita ortus ei⁹ cito debuit explicari. Quid miramur ſi de⁹ locut⁹ eſt lucē: ꝛ caliganti mūdo lumē emicuit: qñ ſi quis inter aq̄s merſus: oleū ore emiſerit: clariora faciat ea q̄ pfundi tegebant occultis? Dixit de⁹: nō vt p vocis organa quid i ſon⁹ ſermonis exiret: nec vt linguę motus celeſte formaret alloquiū: atq; aerē iſtū quidā verboꝝ ſtrepitus verberaret: ſed vt volūtatis ſuę cognitionē pderet opationis effectu. Et diſcreuit inter lucē ꝛ tenebras. Et vidit de⁹ lucem qz bona eſt: Dixit: ꝛ ſonū vocis nullus audiuit: diſcreuit: ꝛ opationis molimina nemo dephendit: vidit ꝛ oculoꝝ ei⁹ intētionē nullus aſpexit. Et vidit inquit de⁹ lucē: qz bona eſt. Nec qđ ignorabat vidit: nec id qđ neſciebat ante aut nō viderat cōprobauit: ſed bonoꝝ operū ppriū eſt: vt externo cōmendatore nō egeāt: ſed gratiā ſuam cū vident ipſa teſtent. Plus eſt qđ pbatur aſpectu: q̄ qđ ſermone laudat. Suo em̄ vtitur teſtimonio: nō alieno ſuffragio. Qđ ſi apud nos oculis iudiciū emittit: quib⁹ ſit ꝛ gratia venuſtatis: ꝛ rerū menſura cōprehendit: quātomagis de⁹ oīa quę pbat videt: ꝛ q̄ videt pbat: ſm qđ ſcriptū ē: Quia Ps. 33. oculi dñi ſup iuſtos? Lucis natura hmōi eſt: vt nō in numero: nō in mēſura: nō in pōdere vt alia: ſed oīs eius in aſpectu grā ſit. Proprijs itaq; ſermonib⁹ naturā lucis expſſit: quę videndo cōplacet: qm̄ ipſa videndi officiū ſubminiſtrat. Nec imerito tantū ſibi pdicatorē potuit inuenire: a quo iure prima laudat: qm̄ ipſa fecit vt etiā cętera mundi mēbra digna ſint laudib⁹. Uidit ḡ deus lucē: ꝛ vultu ſuo illuminauit: ꝛ vidit qz bona eſt. Nō ex parte dei: ſed ex generali iudiciū eſt. Itaq; nō in ſplendore tantūmodo: ſed in omni vtilitate gratia lucis pbat. Unde ꝛ diſcretio fit inter lucē ꝛ tenebras: vt ſeparata lucis natura atq; tenebraꝝ nihil videat inter ſe habere cōfuſum. Et vocauit deus diem lucem: et tenebras noctem vocauit: Ut ꝛ nomine ipſo diem noctēq; diſtingueret. Aduertim⁹ itaq; q̄ lucis ortus anteq̄ ſol diem videat aperi

re:principia eni͂ diei noctis exitū claudunt:
finiſq; tēporis ⁊ ſtatutꝰ limes nocti ⁊ diei vi
deaꝛ eſſe ꝑſcriptus. Diē ſol clarificat: lux fa/
cit. Frequēter cęlū nubibus texiꝛ vt ſol te/
gaꝛ: ne vllus radiꝰ eiꝰ appareat. Lux tn̄ di/
em demōſtrat: ⁊ tenebras abſcondit.

## Qd non diei nox: ſed dies nocti ſm ſcripturā anteferaꝛ: ⁊ de vnitate diei in quo celuȝ ⁊ terra ceteraq; ſunt condita ⁊ creata: Ca. x.

Et factū eſt veſpere: ⁊ factū ē
mane dies vnus. Querūt aliq
cū priꝰ veſperū: poſtea mane ſcrip/
tura memorauerit: ne forte noctē ꝓuſq; diē
ſignificare videaꝛ. Nec aduertūt primo ꝙ
ꝑmiſerit diē: dicēdo: Et vocauit deꝰ diē lu-
cē: ⁊ tenebras vocauit noctē. Deinde ꝙ ve/
ſper finis diei ſit: ⁊ mane finis noctis. Ergo
vt ꝓrogatiuā ⁊ primatꝰ natiuitatis diei da/
ret: priꝰ finē diei ſignificauit: poſtq; ſecutu/
ra nox eſt: deinde poſtea finē noctis adiun/
xit. Eouſq; aūt noctē diei ſcriptura ante
ferre nō potuit: vt ⁊ diei ⁊ noctis tēpora di/
ei appellatione cōcluſerit: ⁊ tanq; ꝓncipalis
auctoritatē nois vendicauerit. Et hāc ſcri
pturę eſſe ꝯſuetudinē vt potiori appellatio/
nē deputet: frequētibꝰ exēplis ꝓbamꝰ. Si/
Gen. 47. quidē ⁊ iacob dixit: Dies vitę meę puſilli ⁊
mali. Et iteꝝ: Oēs dies vitę meę. Et dauid
Ps. 89. poſuit: Dies annoꝝ meorum: nō ⁊ noctes.
Vn̄ aduertimꝰ ea q̄ nunc in ſpecie hiſtorię
traduntꝛ: vim ſtatuiſſe legꝭ i poſteꝝ. Prin
cipiū ḡ diei: vox dei eſt. Fiat lux: ⁊ facta eſt
lux. Finis diei veſper eſt. Jam ſequēs dies
ex noctis fine ſuccedit. Sentētia aūt dei eui
dens: q2 diē primo vocauit lucē: ⁊ ſcdo vo/
cauit tenebras noctē. Pręclare etiā vnū:
nō primū diē dixit: nā ſecuturo ſecūdo ⁊ ter
tio die: ⁊ deinceps reliq̄s: primū potuit di/
cere: ⁊ hoc ordinis videbaꝛ. Sȝ legē ſtatuit
vt vigitiq̄ttuor horę diurnę atq; nocturnę:
diei tātū noie definiantꝛ: vt ſi diceret: vigin/
tiquattuor horaꝝ menſura: vniꝰ diei tēpus
eſt. Sicut eni͂ viroꝝ gnātio cōputaꝛ: et in/
telligiꝛ etiā fęminaꝝ: q2 nectūꝛ ſcda potiori
bꝰ: ita etiā dies numerantꝛ: ⁊ noctes ęſtimāꝛ
adiūctę. Sic igiꝛ circuitꝰ vnꝰ: ita vnꝰ dies.
Nā plęriq; etiā hebdomadā vnā: vnū dieȝ
dicunt: ꝙ in ſe q̄ſi in vnū redeat diē: ⁊ quaſi
ſepties in ſe recurrat. Eſt aūt ⁊ circuitꝰ figu
rarū a ſe incipere ⁊ in ſe reuerti. Vn̄ ⁊ ſęcu/
lū vnū interdū ſcriptura dicit. Nā etſi alijs
locis ſęcula appellat: videꝛ magis diuerſita-
tes ſtatuū publicoꝝ vel negocioꝝ ſignifica
re: q̄ ſeculoꝝ ſucceſſiones aliq̄s definire: q2
dies dn̄i magnus ⁊ ꝑclarꝰ. Et alibi: Vt q̄d
vobis quęrere diē dn̄i? Et hic tenebrę et nō
lux. Manifeſtū eſt eni͂ ꝙ male ꝯſcijs ⁊ indi-
gnis dies ille tenebroſus ſit: q̄ fulgebit ino/
centia: ⁊ mens noxia cruciabiꝛ. Ceterū ꝙ
ſine interpolatiōe noctiū: ⁊ ſucceſſione tene
brarū dies ꝑpetuus ille remuneratiōis ęter
nę futurꝰ ſit: ſcriptura nos docet. Pulchre
aūt vicē vtrāq; vnū dicturꝰ dieȝ: matutino
eū fine ꝯcluſit: vt ⁊ a luce inchoare diē doce
ret ⁊ in lucē deſinere. Nō eni͂ eſt integꝝ diei
tēpus ⁊ noctꝭ: niſi fuerit expletū. Vn̄ ⁊ nos Ro. 13.
ſemꝑ quaſi in die honeſte ambulemꝰ: ⁊ abij
ciamꝰ oꝑa tenebraꝝ. Noctē eni͂ ad quietem
corporis datā eſſe cognoſcimꝰ: nō ad mune
ris alicuiꝰ ⁊ operis functionē: q̄ ſomno ⁊ ob
liuiōe trāſcurriꝛ. Nō ſit in nobis comeſa
tio: ebrietas: cubile: ipudicitia: Nō dicamꝰ Ecci. 23.
tenebrę: et parietes operiūt nos: ⁊ q̄s ſcit ſi
videbit altiſſimꝰ? Sȝ ſit in nobis amor lucꝭ
⁊ cura honeſtatꝭ: vt tāq; in die ambulātes:
oꝑa nr̄a corā deo lucere cupiamꝰ. Cui ē ho/
nor: laus: glīa: ptās: cū dn̄o nr̄o ieſu xp̄o: et
cū ſpirituſancto: a ſeculis ⁊ nūc ⁊ ſemꝑ: ⁊ in
omnia ſęcula ſeculorū: Amen.

Scti Ambroſij epi: hexaemeron
primꝰ liber: de pmo die explicit.

## Sequiꝛ annotatio capl'oꝝ ſecūdi libri eiuſdem.

De trāſitu auctoris ꝑ recapitulationē facto
rū die primo ad opera ſecūdi diei: cuȝ de/
ꝑcatione auditorū: ⁊ inſtructiōe qualiter
dicēda debeant penſare. Ca. I.
De creatiōe firmamēti ⁊ diſcretōe intꝛ aquā
⁊ aquā: Et vtꝝ vnū tn̄ ſit cęlū an plures:
ac de ꝯfutatiōe philoſophoꝝ aſſerētiū or-
bes ſtellarū motu ſuo dulcē quendā ⁊ ple
num ſuauitatis ſonū reddere. Ca. II.
De firmamēto vtrū ſit h̄ qd̄ in ſuꝑioribꝰ cę/
lū appellatū eſt: an aliđ: Et quō aq̄ v̄a ſuꝑ
cęlos eſſe poſſit: cū reprobatione opinio-
nis eoꝝ q̄ hoc deſtruere conanꝛ. Ca. III.
Quę ſit inter cęlos ⁊ firmamētū differētia:
⁊ firmamentū vn̄ nūcupatū ſit. Quę etiā
alioꝝ ſit ſnia đ ꝑdictoꝝ diſtictōe. Ca. IIII
De laude ac ꝓbatione operis ſecundi diei:
eiuſdēq; clauſione. Ca. V.
Finis.



## Sancti Ambroſij epi: hexaemeron liber ſcđs: de die ſcđo incipit.

## De tranſitu auctoris ꝑ recapitulationeȝ factoꝝ die primo ad opera ſecūdi diei: cū deꝑcatione auditoꝝ: ⁊ inſtructione qualter dicēda debeant penſare: Ca. I.

Dem primū vel
potiꝰ vnū (Maneat eni ⁊ ꝓ
phetici ꝓrogatiua ſmonis)
vt potuimꝰ abſoluimꝰ: in q̄
ꝯditū cęlū: terrā creatā: aq̄/
rū exundantiā: circūfuſū aerē: diſcretioneȝ
factā lucꝭ atq; tenebraꝝ: dei oipotētꝭ: ⁊ dn̄i
ieſu chriſti: ſpūs q; ſancti operatiōe cogno/
uimus. Quis ḡ nō mireꝛ diſſilibus mēbrꝭ
diſparē mūdū in corpꝰ vnū aſſurgere: ⁊ in-
ſolubili ꝯcordię charitatiſq; lege: in ſocieta/
tē ⁊ cōnexionē ſui tā diſtantia ꝯuenire: vt q̄
diſcreta natura ſūt: in vnitatis ⁊ pacis vin/
culū velut indiuidua cōpaſſione nectanꝛ?
Aut q̄s hęc videns poſſibilitatē rōnis infir
mo ingenio rimeꝛ? Quę oīa vis diuina: in/
cōprehēſibilis hūanis mētibus: ⁊ ieffabilis
ſmonibꝰ nr̄is: volūtatis ſuę auctoritate cō/
nexuit. Fecit igiꝛ deꝰ cęlū ⁊ terrā: ⁊ ea q̄ſi
auctor eſſe ꝑcepit: nō tāq; figurę inuētor: ſ
tanq; oꝑator naturę. Nā quō ſibi ꝯueniunt
oꝑatoria ipaſſibilꝭ dei virtꝰ: ⁊ paſſibilis ma
terię natura: tāq; altera ab altera q̄ indigu/
erint mutuātes? Nā ſi increata materia: vi/
deꝛ ḡ deo creādę ptāſ materię defuiſſe: ⁊ ab
ea oꝑationi ſubiacētia mutuata. Si v̄o in/
cōpoſita: miꝝ admodū coęternā deo mate/
riē decorē ſibi nō potuiſſe ꝯferre: q̄ ſubſtan/
tiā nō a creatore acceperit: ſ ſine tēpore ipa
poſſederit. Plus ḡ inuenit oꝑator oim: q̄ cō
tulit. Jnuenit materiē: in q̄ poſſit oꝑari: cō
tulit aūt figurā q̄ decorē inuētis rebꝰ affer/
ret. Vn̄ excipiēdus a cęterꝭ tāq; dies vnꝰ:
nō ꝯferēdus cū cęteris: tāq; dies pmus eſt:
vn̄ fundamēta reꝝ oim poſita: ⁊ cauſę eē cę/
perūt: quibꝰ mūdi huiꝰ atq; vniuerſę viſibi
lis creaturę fulta ſubſtātia eſt. Quare ad
ſecūdi diei admirāda oꝑa ſermo nobis pro
deat: quoꝝ eminētia nō ſm tractatꝰ nr̄i poſ
ſibilitatē: ſ ſm ſcriptoꝝ ad laudē referenda
eſt creatoris. Vos igiꝛ q̄ſo vt naturaliter
ęſtimare q̄ dicimus ꝓbabiliter ac ſimplici
mēte ⁊ ſedulo ingenio penſare dignemini:
nō ſm philoſophię traditiones: ⁊ inanē ſe-
ductionē ſuaſoria veriſimilia colligētes: ſed
ſm regulā veritatis quę oraculis diuini ſer-
monis exprimiꝛ: ⁊ ꝯtemplatiōe tantę maie/
ſtatis fideliū pectoribꝰ infundiꝛ: q2 ſcriptuȝ
eſt: Cōfirma me in verbis tuis. Narrauerūt Ps. 118.
mihi iniuſti exercitatiōes: ſ nō ſicut lex tua
dn̄e: oīa ꝑcepta tua veritas. Nō ḡ ſm clemē
toꝝ naturas: ſ ſm chriſtū qui oīa q̄ voluit
fecit: abundās plenitudine diuinitatis ſuę.
Cōſideremꝰ quę facta ſunt: ⁊ naturę poſ-
ſibilitatē interrogemꝰ. Neq; eni͂ cū in euan/
gelio leproſum curaret: cęcis viſuȝ refunde
ret: ꝑlus qui aderat ⁊ ſpectabat: illū medi-
cinę ordinē recognouit: ſed ptātē dn̄i mira/
tuſ: dedit (vt ſcriptū ē) deo laudē. Neq; ſm
numeꝝ ęgyptioꝝ: ⁊ curſus ſiderū: mēſuras
elementoꝝ extendit manū ſuaȝ moyſes vt
diuidereꝛ mare rubrū: ſed diuinę iperio ptā
tis obtēperans. Vn̄ ⁊ ipſe ait: Dextera ma Exo. 15.
nus tua dn̄e glorificata eſt in v̄tute: dexte/
ra manus tua dn̄e confregit inimicos. Jllo
igiꝛ ſancta plębs eleua mentē tuā: et totuȝ
animū tuum eo confer. Non ſic deus videt
qn̄eadmodum hō: deꝰ in corde: hō in facie.
Nec ſic igiꝛ hō videt: queādmodū deꝰ. Au
dis q2 ſic deꝰ vidit: ⁊ laudauit. Noli igiꝛ tu/
is oculꝭ ęſtimare q̄ facta ſunt opinionibuſq;
colligere: ſed q̄ deus vidit et ꝓbauit: ea tu
retractāda nō putes.

## De creatione firmamēti ⁊ diſcretione inter aquā ⁊ aquā: Et vtrum vnū tantū ſit celū an plures: ac de cōfutatione philoſophoꝝ aſſerentiū orbes ſtellarum motu ſuo dulcem quendā ⁊ plenū ſuauitatis ſonum reddere: Ca. II.

Et dixit deꝰ: Fiat firmamētū
inter mediā aquā: ⁊ ſit diſcer
nēs inter aqua ⁊ aquā. Et fa
ctū eſt ſic. Audi verba dei. Fiat diꝛ. Jubē
tis eſt nō ęſtimātꝭ. Jmperat naturę: nō poſ
ſibilitati obtēperat: nō mēſuras colligit: nō
pōdus examinat. Volūtas eiꝰ: mēſura reꝝ
eſt. Sermo eiꝰ: finis ē opis. Fiat inq̄t firma
mētū intꝛ mediā aquā. Firmū eſt oē qd̄ ſta/
tuit deꝰ. Et ſatis pulchre ꝑmiſit: Fiat fir/
mamētū: anq; ſbijceret: intꝛ mediā aquā:
vt tu priꝰ crederes firmamētū ex ꝑcepto dei
factū: q; de aquaꝝ ꝯflua q̄litate dubitareſ.
Si naturā elemētoꝝ ꝯſideres: quō iter aq̄s
ſolidatū eſt firmamētū? Jllę ꝯfluūt: illđ cō
ſtringiꝛ: illę currūt: h̄ manet. Et ſit inq̄t diſ/
cernēs intꝛ aquā: Sȝ aq̄ ꝯfundē nō diſcernē

ſolet. Quõ iubet: qȯ ſcit ſecundũ elemẽtoꝝ
rõnẽ eſſe ꝯtrariũ? Sȝ cũ ſermo eius ortꝰ na/
turę ſit: iure vſurpat dare legẽ naturę q̇ ori/
ginẽ dedit. Sȝ ꝑus ꝯſideremus q̇d ſit fir/
mamẽtũ: vtꝝ ipſum ſit qȯ in ſuꝑioribꝰ cęlũ
appellauit: an aliȯ: Et ſi duo cęli an plures.
Nã ſunt q̇ vnũ cęlũ eſſe dicant: nec alteriꝰ
cęli faciẽdi cũ eſſet vna hyle: vt ipſi aiũt po
tuiſſe ſuppetere ſubſtãtiã: qm̃ cũ oís ſuꝑiori
cęlo eſſet expẽſa: nihil reliq̇ fuit qȯ ad ędifi/
cationẽ ſcdi cęli tertij ve ꝓficeret. Alij vo
innumeros cęlos ⁊ mũdos eſſe aſſerunt: q̇s
irridẽt ſui. Nõ em̃ nobiſcũ illis maior q̃ȝ cũ
ſuis pugna eſt: qui geometricis numeris et
neceſſitatibꝰ ꝯtendũt ꝓbare: ꝙ aliud cęlũ eẽ
nõ poſſit: nec pati naturaȝ vti aut ſcdm aut
tertiũ ſit: nec operatoris virtutẽ idoneã vt
multos cęlos faceret. Et q̇s nõ hãc eoꝝ ar
tificẽ facundiã irrideat: q̇ cũ ex vna atq; ea/
dẽ cauſa plura eiuſdẽ generis ab hoibꝰ fieri
poſſe nõ abnuãt: de creatore oĩm dubitẽt
vtꝝ plures cęlos facere potuerit: de q̇ ſcrip/
tũ ẽ: Dñs aũt cęlos fecit: Et alibi: Oĩa q̃cũ
Pš.113. q; voluit fecit? Quid em̃ difficile ei: cui vel/
le feciſſe eſt? Fluitat igiᵗ illis impoſſibilita/
tis rõ: cuȝ de deo diſputant: cui vere diciᵗ:
Quia impoſſibile tibi nihil eſt. Itaq; nos
nõ ſolũ ſcdm ſed etiã tertiũ cęlũ eſſe negare
2.Cor.12 nõ poſſumꝰ: cũ apl̃us raptũ ſe ad tertiũ cę/
lũ ſcriptoꝝ ſuoꝝ teſtificatione ꝯfirmet. Da
uid etiã cęlos cęloꝝ: in illo laudantiũ dñm
ꝯſtituit choro. Quẽ imitãtes philoſophi:
ſeptẽ ſtellaꝝ: ſolis ⁊ lunę globoꝝ ꝯſonũ mo
tũ introduxerũt: quoꝝ orbibꝰ vel potiꝰ glo
bis cõnexa memorant oĩa: quos ſibi innex/
os ⁊ velut inſertos verſari retro ⁊ ꝯtrario cę
teris motu ferri arbitranᵗ: eo ꝙ ipulſu ⁊ mo
tu ipſoꝝ orbiũ: dulcẽ quẽdã ⁊ plenũ ſuaui/
tatis atq; artis ⁊ gratiſſimi modulaminis
ſonũ reddi: quõ ſciſſus aer tã artifici motu:
⁊ acuta cũ grauibꝰ tẽperãte: ita varios ęqua
biliter ꝯcẽtꝰ efficiat: vt oẽm ſuꝑgrediaᵗ mu
ſici carminis ſuauitatẽ. Huiꝰ rei fidẽ ſi re-
quiras atq; expetas: ſenſu nobis et auditu
ꝓbari heſitãt. Nã ſi vera forent: quõ tanto
motu orbiũ ꝯcrepante: cũ ille cęleſtis orbis
cui affixos ferũt ſtellaꝝ curſus: qui ſine in/
termiſſione voluunᵗ: cõcitatiorẽ habeat cõ
uerſionẽ: atq; acutũ ſonum excitet: hic autẽ
lunaris grauiſſimũ nõ audireᵗ a nobis: cuȝ
leniora audire ſoleamus? Fidẽ ḡ eius diſ/
putationis: ſi teſtimonio nr̃o ⁊ auditꝰ mu/
nere exigamus ꝓbari: referunt obſurduiſſe
aures nr̃as: ⁊ hebetiorẽ nobis ſenſum audi
endi factũ: ꝓpter illã a ꝑncipio nr̃ę genera/
tionis ꝯcepti ſonitꝰ ꝯſuetudinẽ. Et exem/
plũ afferũt: eo ꝙ nilus fluuioꝝ maximꝰ: eo
videlicet loco vbi ſe ex altiſſimis montibuſ
in caradita illa ꝑcipitat: magnitudine fra/
goris ſui aures acolaꝝ obſtruat: vt audien/
di munere carere dicanᵗ. Sed facile his ip
ſa reſpõdet veritas. Nã qui tonitrua audi/
mus nubiũ colliſione generata: tantoꝝ or/
biũ ꝯuerſiões: q̇ maiori vtiq; ſicut motu fer
ri ęſtimanᵗ: ita vehemẽtiores ſonitus exci/
tarẽt nõ audiremꝰ? Addunt ꝑterea iȯ ſonũ
hunc nõ ꝑuenire ad terras: ne capti hoies ꝑ
ſuauitatẽ eius atq; dulcedinẽ: quẽ celeber/
rimus ille cęloꝝ efficit motꝰ ab oriẽtalibus
partibꝰ vſq; in occaſum ꝓpria negocia atq;
opera derelinquerẽt: ⁊ oĩa hic ocioſa remane
rent: quodã hũanę ad cęleſtẽ ſonũ mentis
exceſſu. Sed ea q̃ ſunt aliena ab ſtudio nr̃o
⁊ a diuinę lectiõis ſerie: his q̇ foris ſũt relin
quamus: Nos inhęreamꝰ ſcripturarum cę/
leſtium magiſterio.

## De firmamẽto vtrũ ſit hoc qȯ in ſuperioribꝰ cęlũ appellatuȝ eſt: an aliud. Et quõ aqua vera ſuꝑ celos eſſe poſſit: cum reprobatione opi/nionis coruȝ qui hoc deſtruere conantur: Ca. III.

Propoſitũ igiᵗ nobis eſt: quia di/
xit deꝰ: Fiat firmamẽtum in
medio aq̃: ⁊ ſit diſcernẽs inẗ
aquã ⁊ aquã. Et hinc tractatꝰ: vtrũ hoc
firmamentuȝ appellet qȯ aũ iã fecit: de quo
ſcriptũ eſt: In ꝑncipio fecit deꝰ cęlũ ⁊ terrã.
Nec fallit ꝙ aliq̇ ante nos ita acceperint:
eo ꝙ ſupra creatũ auctore deo ⁊ ꝯditũ cęluȝ
ſcriptura exꝑſſerit: hic expoſitionẽ opis cre/
atiõiſq; diffuderit: vt ibi q̃ſi ſũmoperis bre
uiter cõprehẽſa ſit: hic operatiõis q̃litas ꝑ
ipſas ꝯcurrentiũ reꝝ digeſta ſit ſpecies. Sȝ
mouet nos: q2 ⁊ nomẽ aliȯ ſignificaᵗ: ⁊ ſpe/
cies ſolidior ⁊ cã diſcerniᵗ: ⁊ ꝑſona coopera
toris adiungiᵗ. Sic em̃ ſcriptũ eſt: Et diſ/
creuit deꝰ inter mediũ aquę q̃ erat
ſub firmamẽto: ⁊ inẗ mediũ aquę q̃
erat ſuꝑ firmamẽtũ. Et ꝑmo volunt id
deſtruẽ qȯ frequẽti ſcripturaꝝ lectiõe inoli/
tũ noſtris ⁊ impꝛ̃ſſum eſt mentibus: q2 aquę
ſuꝑ cęlos eẽ nõ poſſint: dicẽtes rotundũ eẽ
orbẽ illũ cęli: cuiꝰ in medio terra ſit: ⁊ in illo



circuitu aquã ſtare non poſſe: qȯ neceſſe eſt
defluat ⁊ labaᵗ: cũ de ſuperioribus ad infe/
riora decurſus eſt. Quõ em̃ aqua ſuꝑ orbeȝ
vt aiunt ſtare poteſt: cũ orbis ipſe voluaᵗ?
Hęc eſt illa verſutia dialecticę. Da mihi
vnde tibi reſpondeã. Qȯ ſi nõ detur: nullũ
verbũ referᵗ. Petunt ſibi cõcedi: axem cę
li torqueri motu cõcito: orbẽ autẽ terrę eſſe
immobilẽ: vt aſtruant aquas ſuꝑ cęlos eſſe
nõ poſſe: ꝙ omnes eas voluendo ſe axis ef/
funderet: quaſi vero vt cõcedã illis qȯ po/
ſtulãt: ⁊ ſꝫm eoꝝ opiniones illis reſpondeã:
negare nõ poſſint in illa altitudine ⁊ ꝓfun/
do: ⁊ longitudinẽ eſſe ⁊ latitudinẽ: quã ne-
mo põt cõprehendere: niſi is qui impleᵗ in
omnẽ plenitudinẽ dei: vt apl̃us ait. Quis
em̃ põt facile eſſe diuini operis ęſtimator?
Eſt ḡ latitudo in ipſa cęli altitudine. Sunt
etiã vt de his dicamus quę ſcire poſſumuſ:
pleraq; ędificia foris rotũda: intꝰ quadrata:
⁊ foris quadrata: intꝰ rotũda: quibꝰ ſuꝑio/
ra ſunt plana: in quibꝰ aqua hęrere ſoleat.
Quę tñ ideo dicimus vt aduertãt opiniões
ſuas: opiniõibꝰ veri ſimilioribꝰ reuinci poſ/
ſe: ⁊ deſinãt tantũ opus dei: hũanę operati
onis ⁊ noſtrę poſſibilitatꝭ ꝯtẽplatione me/
tiri. Nos aũt ſcripturaꝝ ſeriẽ atq; ordinẽ
quęrimꝰ: ſequimur: ⁊ opus ꝯtẽplatione ęſti
mamꝰ auctoris: q̇d dictũ ſit: ⁊ quis dixerit:
⁊ cui dixerit. Fiat inquit firmamẽtũ in me/
dio aquę: ⁊ ſit diſcernẽs iter aquas. Audio
firmamentũ fieri ꝑ ꝑceptũ q̇ diuidereᵗ aq̃:
⁊ ab inferiore ſuperior diſcernereᵗ. Quid hȯ
manifeſtius? Qui iuſſit diſcerni aquã inter/
iecto ⁊ medio firmamẽto: ꝓuidit quẽadmo
dũ diuiſa atq; diſcreta manere poſſit. Ser/
mo dei virtus naturę eſt: ⁊ diuturnitatꝭ ſb/
ſtantia: quoaduſq; velit eã manere q̇ ſtatu
Pš.148. it: ſicut ſcriptũ eſt: Statuit ea in ſęculũ ſęcu
li: ꝑceptũ poſuit ⁊ nõ ꝑteribit. Et vt ſcias
quia de iſtꝭ aquis hoc dixit quas tu negas
poſſe in ſuperioribꝰ cęli eſſe: audi ſuꝑiora:
Ibidẽ. Laudate eũ cęli cęloruȝ: ⁊ aquę q̃ ſuꝑ cęlos
ſũt laudẽt nomẽ dñi. Nõne quaſi aduerſan
ti tibi dixit: Qm̃ ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe
mãdauit ⁊ creata ſunt. Statuit ea in ſęculũ
ſęculi: ꝑceptũ poſuit ⁊ nõ ꝑteribit? An nõ
videᵗ tibi auctor idoneꝰ: qui legẽ ſuo operi
daret deꝰ? Eſt qui dicit: Venerabilis natu/
rę: inęſtimabilis magnitudine: immẽſus in
remunerationibꝰ: incõprehẽſibilis in operi
bus: cuiꝰ altitudinẽ ſapiẽtię q̇s inueſtigare
faciᵗ? Iſte dicit filio: id eſt: dic brachio ſuo:
dicit v̇tuti ſuę: dic ſapię ſuę: dic iuſticię. Et
fecit filiꝰ q̃ſi potẽs: fecit q̃ſi virtꝰ dei: fecit q̃ſi
ſapia dei: fecit q̃ſi iuſticia diuia. Cũ hȯ audiſ
q̇d miraris ſi ſuꝑ firmamẽtũ cęli potuit tan
tę maieſtatis operatiõe vnda ſuſpẽdi? De
alijs hęc collige: de his q̃ viderũt oculi ho-
minũ: quõ ad iudęoꝝ tranſitũ: ſi rationẽ q̃/
ris: ſcynda diuiſerit. Nõ ſolet hoc eſſe natu
rę: vt aqua ſe diſcernat ab aq̃: ⁊ in ꝓfundo
interfuſiones aquaꝝ terrę medio ſeparenᵗ.
Gelauerũt inq̇t fluctus: ⁊ firmamẽti ſpecie
curſuȝ ſuũ inſolito fine frenarũt. Nõne po/
tuit etiã aliter hebręũ populũ liberare? Sȝ
tibi voluit oſtẽdere: vt eo ſpectaculo etiã il/
la q̃ nõ vidiſti ęſtimares eſſe credẽda. Ior/
daniſ q̃ȝ reflexo amne in ſuũ fontẽ reuertiᵗ.
Hęrere aquã cũ labiᵗ: ⁊ ita ſurſum redire in
ſuꝑiora ſine vllo repagulo impoſſibile ha/
beᵗ. Sed q̇d ĩpoſſibile ei qui dedit poſſe
quibꝰ voluit? Dedit poſſe infirmitatibꝰ: vt
infirmꝰ dicat: Oĩa poſſum in eo q̇ me cõfor Phil.4.
tat. Dicãt certe quẽadmodũ aer cogaᵗ ĩ nu
bẽ: vtꝝ pluuia nubibꝰ genereᵗ: an ſinu nu-
biũ colligaᵗ. Videmꝰ plęrũq; exire nubes
de mõtibꝰ: Quęro vtꝝ de terra aſcẽdat aq̃:
an ea quę ſuꝑ cęlos eſt: largo imbre deſcen/
dat. Si aſcẽdit: vtiq; ꝯtra naturã eſt vt aſcẽ
dat in ſuꝑiora q̃ grauior ẽ: ⁊ porteᵗ aere: cũ
aer ſubtilior ſit: Aut ſi cõciti orbis totiꝰ mo
tu rapiᵗ aqua: ſicut vno orbe rapiᵗ: ita ſum
mo orbe diffundiᵗ. Si fundi vt volũt nõ de/
ſinit: vtiq; nõ deſinit rapi. Quia ſicut axis
cęli ſꝑ moueᵗ: ⁊ aqua moueᵗ: ⁊ aqua ſꝑ hau
riᵗ. Si deſcẽdit: manet ḡ iugiter ſupra cęloſ
q̃ habet vñ deſcendat. Deinde q̇d obſtat
ſi cõfiteanᵗ q2 aqua ſupra cęlos ſuſpẽſa ſit?
Nã quo verbo dicũt terrã in medio eſſe ſuſ
penſam ⁊ ĩmobilẽ manere: cũ vtiq; grauior
ſit q̃ȝ aqua: ea rõne pñt dicere nõ ꝑcipitari
aquã orbis illiꝰ cęleſtis ꝯuerſatiõe q̃ ſuꝑ cę/
los eſt. Sicut em̃ terra inani ſuſpendiᵗ vel
pondere librato: vndiq; ĩmobilis ꝑſeuerat:
ita ⁊ aqua aut grauioribꝰ: aut ęquis cũ ter-
ra ponderibꝰ examinaᵗ. Ideoq; non facile
ſuꝑfundiᵗ mare terris: niſi cum iubeᵗ exire.
Deinde cũ ipſi dicant: volui orbẽ cęli: ſtel/
lis ardentibꝰ refulgentẽ: nõne diuina ꝓui/
dentia neceſſario ꝓſpexit: vt intra orbẽ cę/
li ⁊ ſupra orbem redundaret aqua: quę illa
feruentis axis incendia tẽperaret? Propte/
rea quia exundat ignis ⁊ feruet: etiaȝ aqua

exundauit in terris: ne eas ſurgentis ſolis
⁊ ſtellarũ micantiũ ardor exureret: ⁊ tenera
rerũ exordia inſolit⁹ vapor lederet. Quã/
ti fontes: fluuij: lacus irrigant terras: quia
eas internus quidã ignis vaporat. Unde
eñi aut arbores germinarent: aut frumenta
vel ſata ꝓrũperent: vel orta coquerent: ni/
ſi ea iterior quoq; ignis animaret? Qui eti/
am de ſaxis frequẽter excutit: ⁊ de ipſo ſepe
dũ ceditur ligno exilit. Ergo ſicut neceſſaria
ignis creatura vt ordinata ⁊ diſpoſita ꝑma
neat: celiq; clemẽtia tẽperet aquarum rigorẽ:
ita etiã aquarũ redũdantia non ſuperflua: ne
alterũ altero cõſumeretur: quia niſi cõueniẽs
vtriuſq; menſura ſit: ſicut ignis aquam exic/
cat: ita ⁊ aqua extinguit ignẽ. Ideoq; pon/
dere ⁊ mẽſura examinauit vniuerſa. Nume
rata eñi ſunt ei ⁊ ſtillicidia pluuiarum: ſicut in
libro iob legimus. Sciẽs vel rerũ facilẽ de/
fectũ fore: vel ſolutionẽ vniuerſitatis: ſi al/
terũ exuperaretur ab altero: ita vtriuſq; tẽpe/
rauit diſpẽdia: vt neq; plus ignis excoque/
ret: neq; exuberaret aqua: quã imminutio fie
ret vtriuſq; moderata: que ⁊ ſuperfluũ detra/
heret ⁊ neceſſariũ reſeruaret. Itaq; cum
tanta de terris erũpant maximorũ fluenta
amniũ: Nilus effuſo egyptũ ſtagnãs flumi
ne: Danubius de occidẽtalib⁹ partib⁹ bar/
barorum: atq; romanos interſecãs populos:
donec ponto ipſe condatur: Rhenus de iugo
alpium vſq; in oceani ꝓfunda curſus ſuos
dirigens: romani memorãdus aduerſum fe
ras gentes murus imperij: Padus mari/
timorũ cõmeatuũ italicis ſubſidijs fidus in/
uector: Rhodan⁹ rapido cõcitus curſu: tyr/
rheni equoris freta ſcindit: in quo nõ medio/
cre fertur nauigantiũ periculum: dũ inter ſe
maris fluctus: ⁊ amnis fluenta decertant.
Itẽq; de ſeptẽtrionali ꝑte: phaſis caucaſe/
is montib⁹ fuſus: cũ pluribus alijs in euxi/
num ſe ꝑcipitans mare. Prolixũ eſt ſingulo
rũ ꝓſequi fluuiorum nomina: qui vel in no/
ſtrum mare deriuantur: vel exinaniuntur ocea/
no. Cũ tanta igitur vbertas aquarũ ſit: tamẽ
plerumq; terra meridiane plage torretur ar
dorib⁹: atq; eſtu ſoluta: fatiſcit in puluerem:
miſerandi agricole labore cõſumpto: vt fre
quẽter ad potũ ſiccatis puteis: arido gurgi
te ſubſidiũ vitale deficiat. Et erit quidẽ qñ
dicat abyſſo: deſerta eris: ⁊ omnes fluuios
ſiccabo: Sicut ꝑ eſaiã futurũ annunciauit.
Sed etiã anteq; ille dies adueniat: diui/
no ꝑſcitus arbitrio: nõ minimũ inter ſe ipſa
elementorum natura decernit. Crebro itaq;
aut inũdationib⁹ mũdus hic quatitur: aut ni/
mio eſtu ⁊ ariditate vexatur. Noli igitur in/
credibilẽ opinari aquarũ multitudinẽ: ſed re/
ſpice ad vim caloris: ⁊ incredulus non eris.
Multũ eſt qđ ignis abſorbet: qđ vel ex il
lo nobis debet eſſe manifeſtũ: cũ medici va
ſa quedã anguſta ore: pleniora deſuper: inter⁹
concaua: leui lucerne concepto lumine affi/
gunt corpori: quẽadmodũ calor ille omnem
in ſe rapiat humorem. Quis igitur dubitet ꝙ
ignitus ether ⁊ magno feruẽs vapore inflã
maret atq; exureret omnia: niſi lege quadã
ſui ꝓhiberetur auctoris: vt nec flumina: nec
lacus: nec ipſa maria vim ei⁹ poſſint reſting
uere? Et ideo deſuper aqua impetu quodam
deſcendẽs: in tantos plerũq; imbres rũpitur:
vt flumina lacus repẽte repleantur: ipſa ma/
ria exundent. Unde frequẽter ⁊ ſolẽ vide
mus madidũ atq; rorantẽ. In quo euidens
dat indiciũ: ꝙ alimẽtũ ſibi aquarũ ad tem/
periẽ ſui ſumpſerit. Tantũ autẽ ineſt illis
impugnãde veritatis ſtudiũ: vt ſolẽ ipſum
negent calide nature eſſe: eo ꝙ albus ſit nõ
rubicundus aut rutilus in ſpeciẽ ignis. Et
ideo aiunt: ꝙ nec ignitus natura ſit: ⁊ ſi qđ
habet caloris ferunt ex nimio motu cõuerſi
onis accidere. Quod ideo dicendũ putãt vt
nihil videatur humoris cõſumere: quia calo/
rem quo humor vel minuitur vel plerũq; ex/
hauritur: nõ habeat naturalẽ. Sed nihil agũt
cum iſta cõponunt: quia nihil intereſt: vtrũ ex
natura calorem quis habeat: an ex paſſione
aliqua atq; ex cauſa: quia ignis omnis cõſum
ptor humoris eſt: vel huiuſmodi materie quã flã
ma ꝯſueuit exurere. Nã ſiue ex lignis haud
quaquã ſemiuſtulatis: ſed inter ſe colliſis ig/
nis excuſſus excipiatur folijs: eque flãmam
adolet ac ſi de igne accendas facem: ſiue de
flãme lumine lumẽ accendas: eadẽ ſpecies
⁊ natura eſt luminis: ac ſi illud nõ naturalis
ignis adoleuerit: ſed quẽ accidens cauſa ge
nerauerit. Uel hinc ſaltẽ contemplentur
ſolis calorẽ: ꝙ diuerſa ei deus cõſtituit cur/
ſus ſui loca ⁊ tẽpora: ne ſi ſemper in iiſdẽ mo/
raretur locis: quotidiano ea vapore exureret.
Mare ipſum ideo ferunt ipſi ſalſam atq;
amarã aquã habere: ꝙ ea que fluuijs in fre/
ta influat calore abſumatur: tantũq; vapore
diurno cõſumi: quãtũ quotidie ex diuerſis
fluuiorum curſib⁹ inuehatur. Quod ex ſolis quadã



diiudicatione fieri ꝓhibetur: qui qđ purum ac
leue eſt ſibi rapit: qđ graue atq; terrenũ re/
linquit: ex quo remanet ſalſũ illud atq; ari/
dũ qđ ſine vſu ac ſuauitate potandi ſit.

## Que ſit inter celos ⁊ firmamentum differentia: ⁊ firmamentũ vnde nuncupatum ſit: Que etiam aliorum ſit ſententia de predictorum diſtinctione: Ca. IIII.

f Sed reuertamur ad propoſitũ. Fi
at firmamentum inter medi/
um aque. Nõ moueat ſicuti iã di
xi: quia ſupra celum ait: hic dicit firmamen
Ps. 18. tũ: quoniã ⁊ dauid dicit: Celi enarrant glo/
riam dei: ⁊ opera manuũ eius annũciat fir/
mamentũ: hoc eſt: mũdi opus cũ videt ſuũ
laudat auctorẽ. Inuiſibilis eñi maieſtas ei⁹
ꝑ ea que videntur agnoſcitur. Et videtur mihi
nomẽ celorũ cõmune eẽ: quia plurimos celos
ſcriptura teſtificatur: nomẽ aũt eẽ ſpeciale fir
mamentũ. Siquidẽ ⁊ hic ita habetur: Et vo
cauit deus firmamentũ celum. Ut
videatur ſupra generaliter dixiſſe: in princi
pio celũ factũ: vt omnẽ celeſtis creature fa/
bricã cõprehẽderet: hic aũt ſpecialem firma
menti hui⁹ exterioris ſoliditatẽ qđ dicitur ce/
li firmamentũ: ſicut legimus in hymno pro
Daniel. 3. phetico: Benedictus es in firmamẽto celi.
Nã celũ: qđ οὐραμοσ grece dicitur: latine
quia impreſſa ſtellarũ lumina velut ſigna ha/
beat: tanq; celatũ appellatur: ſicut argentũ
qđ ſignis eminentibus refulget: celatũ dici
mus. ουράμοσ autem ἀπο Του ορέω ἀι
dicitur: qđ videatur: γήρολημ αι ασ Τοολήμ.
Igitur terra que obſcurior eſt οὐραμοσ nun
cupatur: quia lucida eſt tãq; viſibilis. Unde pu
to ⁊ illud dictũ: Uolatilia celi ſemper vident
faciẽ patris mei qui in celis eſt: Et volantia
circa firmamentũ celi: eo ꝙ ꝑtãtes que ſunt
in illo viſibili loco ſpectent hec oĩa: ⁊ ſubie/
cta ſuis habeant cõſpectib⁹. Deniq; clau
3. Reg. 17. ſum celum dictum eſt tẽporibus helie: qñ in
achab ⁊ iezabel ꝑfidia regnabat: cui ppl'us
regalis ac religio deſeruiret: eo ꝙ nemo ad
celũ oculos erigebat: nemo eius auctorẽ ve
nerabatur: ſed ligna ⁊ lapides adorabant.
Unde hoc colligim⁹: quia in maledictiõib⁹
Leuit. 26. ꝑplĩ iſrael dixit de⁹: Erit tibi celũ ſuper caput
tuũ ereum: ⁊ terra tua ferrea: qñ preciũ ꝑfi/
die luens populus iudeorũ: intẽperie celi ⁊
terre infecũditate multatur. De celo eñi cau/
Deut. 33. ſa fertilitatis. Deniq; ⁊ moyſes benedictio/
nes tribui ioſeph a finib⁹ celi ⁊ rore ⁊ abyſ/
ſis fontiũ deorſum venientibus: ⁊ ſm oram
a ſolis curſu ⁊ a cõuenientib⁹ mẽſib⁹ ⁊ a ver/
tice montiũ ⁊ colliũ eternorum dedit: eo ꝙ mo
deratione celeſti terrarũ fecũditas nutriatur.
Ferreũ ergo celũ qđ nullum exudat humorẽ:
qñ nullis nubib⁹ imber rũpitur. Eſt etiã
ferreũ celum: ſubobſcurus aer: preſſus atq;
nebuloſus colore ferrugineo. Qñ rigore ri
goris ſtringitur terra: tũc veluti ſuper caput no
ſtrum humor ſuſpẽſus videtur: ⁊ ꝑ momenta
imminere. Plerũq; etiã glacialib⁹ ventorũ
flatibus: rigẽtes aque cõſolidantur in niuẽ: ⁊
rupto aere: nix fũditur. Neq; eñi firmamẽtũ
hoc ꝑt ſine aliq̃ rũpi fragore aut penetrari:
Ideo ⁊ firmamẽtũ dicitur: ꝙ nõ ſit inualidũ nec
remiſſum. Unde et de tonitruis: que cõcepto
intra ſinũ nubiũ ſpiritu: cum ſe vehemẽter
eruptura eliſerint: magno ꝯcrepant ſonitu:
ait ſcriptura: Firmans tonitrua. A firmi/
tate ergo firmamentũ eſt nũcupatũ: vel qđ
diuina virtute firmatum ſit: ſicut ſcriptura
nos docet dicens: Laudate eũ in firmamẽ/
to virtutis ei⁹. Nec ꝑterit retuliſſe aliquos
celos celorum ad intelligibiles virtutes: firma/
mentũ ad operatorias: Et ideo laudare ce/
los vel enarrare gloriã dei: ⁊ opera manuũ
eius annũciare firmamentũ. Sed nõ quaſi
ſpiritalia: ſed quaſi opera mũdi enarrãt: quẽ
admodũ ſupra diximus. Alij quoq; purifi/
catorias virtutes interꝑtati ſũt aquas que
ſuper celos ſunt. Accipim⁹ hec quaſi ad tra
ctatus decorẽ. Nobis tñ nõ alienũ videtur
atq; abſurdũ: ſi aquas veras ꝓpter illã cau
ſam quã diximus: intelligamus. Nã ⁊ ros
⁊ gelu ⁊ frigus ⁊ eſtus ſm hymnũ ꝓpheticũ
benedicunt dñm: benedicit ⁊ terra: ⁊ illa nõ
ad intelligibiles naturas referimus: ſed ad
veritatẽ. Laudãt etiã dracones dominũ: quia
natura eorũ ⁊ ſpecies cũ videtur: nõ minimũ
vel decoris offundit vel ineſſe rõnis oñdit.

## De laude ac ꝓbatione operis ſecũdi diei: eiuſdẽq; clauſiõe: Ca. V.

e Et vidit deus quia bonũ eſt.
Facit fili⁹ qđ vult pater: laudat pa
ter qđ facit filius. Nihil in illo na
tura degeneris inuenitur: cui⁹ opus a pater/
na nõ degenerat volũtate. Uidit vtiq; nõ
oculis corporalib⁹ intẽdit: ſed definiuit ple
nitudini gratie cõuenire: vt mihi eius iudi/
ciũ cognoſceretur. Nos eñi ſolemus etiã de
his que diuina ſunt diſputare. Et quid mi/

tū ſi de opere retractare poſſint: qui de ipſi⁹ operatoris generatione faciūt quęſtiones: Ipſū in iudiciū vocant: ipſū inęqualē atq̃ degenerē aſſerere conantur. Ideo legis: Et dixit deus: ⁊ fecit deus. Eodē pater ⁊ filius maieſtatis honorant nomine. **Et vidit deus quia bonum:** Dixit tanq̃ omnia quę pater vellet ſcienti: ⁊ vidit tanq̃ omnia quę fili⁹ faceret ſcientia tenēs ⁊ efficiēs operatione cōſorti. **Uidit quia bonum.** Nō vtiq̃ cognouit qđ neſciebat: ſed ꝓbauit qđ placebat. Nō quaſi incognitū placuit opus: qꝛ nec quaſi incognit⁹ pater qui cō
Matth.3. placuit in filio: ſicut ſcriptū eſt: Hic eſt fili⁹ me⁹ dilectus: in quo mihi cōplacui. Scit autem ſemꝑ filius voluntatē patris: ⁊ pater filij: ⁊ audit patrē filius ſemꝑ: ⁊ pater filiū ꝑ vnitatē naturę voluntatis atq̃ ſubſtantię. Deniq̃ teſtatur hoc in euāgelio ſuo filius
Joh.11. dicens ad patrē: Sciebā quia ſemꝑ me audis. Imago eſt enī inuiſibilis dei filius: omnia patris quaſi imago exprimit: omnia ei⁹ quaſi ſplendor glorię illuminat nobis atq̃ manifeſtat. Uidet ⁊ filius patris op⁹: ſicut ⁊ pater filij: ſicut ⁊ ipſe dn̄s declarauit: Nō pōt fili⁹ facere a ſe quicquā: niſi qđ viderit facientē patrē. Uidit ergo facientē patrē: ⁊ vidit ꝑ ſecretū inuiſibilis naturę. Et audit
Joh.5.et 8. ſimiliter. Deniq̃ ait: Sicut audio: iudico: ⁊ iudiciū meū verum eſt: qꝛ non ſum ſolus: ſed ego ⁊ qui miſit me pater. Hoc myſticū eſt: illud morale. Uidit mihi: ꝓbauit mihi. Qđ deus ꝓbauit: tu reꝓhenſibile ne dixe
Act.10. rit: quoniā qđ deus mundauit: tu cōmune ne dixeris: ſcriptū tibi eſſe meminiſti. Ergo bonū dei nemo blaſphemet. Si firmamētū bonū: quātomagis bonus eius creator: etiam ſi arriani nolint: eunomiani reclament: radicis degeneris fructus deterior: **Uidit (inquit) deus quia bonū.** Solent artifices ſingula prius facere: ⁊ poſtea habili cōmiſſione conectere: ⁊ qui vultus hominū vel corpora excudunt de marmore: vel ęre fingunt: vel ceris exprimūt: nō tamē ſciunt quēadmodū ſibi poſſint mēbra ſingula cōuenire: et quid gratię afferat futura conexio: ⁊ iđ aut laudare nō audēt aut ꝓ parte laudant. De⁹ vero tanq̃ ęſtimator vniuerſitatis ꝓuidens quę futura ſunt: quaſi ꝑfecta iam laudat quę adhuc in primi operis exordio ſunt: finē operis cognitione ꝓueniens. Nec mirum: ſi apud quē rerū ꝑfectio nō in cōſummatione operis: ſed in ſuę prędeſtinatione eſt volūtatis. Laudat ſingula quaſi conuenientia futuris: laudat plenitudinem ſingulorū venuſtate compoſitā. Illa eſt enī vera pulchritudo: ⁊ in ſingulis mēbris eſſe ꝙ deceat et in toto: vt in ſingulis gratia: in omnib⁹ formę cōuenientis plenitudo laudetur. Sed iam etiā ſecūdus nobis claudat dies: ne dum opus aſtruimus firmamenti: infirmiores eos qui audiūt dicendi ꝓlixitate faciamus: dū in noctem ſermo ꝓducitur: quę adhuc carens lunę ſtellarūq̃ lumine: nondū enim luminaria creata ſunt cęli: obſcuritatē poſſit afferre: remeantibus ſimul: vt cibo potuq̃ curent corpora: ne animis epulantib⁹ fragilitas carnis de nocturno quoq̃ ieiunio queratur.

## Sancti Ambroſij epiſcopi: hexaemeron ſecundus liber: de ſecūdo die explicit.

## Sequitur annotatio capitulorū tertij libri eiuſdem.


De introductione tertij diei: cū increpatione hominū ꝙ imperio dei inſenſibilibus elementis parētibus ipſi non obediunt: exhortatiōe quoq̃ vt populus in vnam eccleſiā dn̄i cōgregetur. Ca. I.

De inuiſibilitate ⁊ apparitione terrę ꝑ ſcripturę ꝓbationē. Et quomō aquę cōgregatę fuerint in vnā collectionē cū deſtructione opinionū cōtradicentiū. Ca. II.

Quomodo aquarū per omnē fere terrā diffuſarum vna dicatur collectio: cū ⁊ hodie diuerſa ſint maria. Quomodo etiā cōgregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere atq̃ exinanire terras: quę ante fuſo ꝑ vniuerſū flumine ſtagnabant. Ca. III.

Quid ſit ꝙ ait dn̄s: Et appareat arida: ⁊ nō dixerit: ⁊ appareat terra. Ca. IIII.

De eo ꝙ a quibuſdam additū perhibetur: Et cōgregata eſt aqua in collectiones ſuas ⁊c̄. De ꝓbatione quoq̃ ⁊ ſingulari ac miro laude maris. Ca. V.

Quomodo cōuenerit vt terrę daret ſpecies ⁊ gratia germinandi ⁊ viriditatis agri: ac de virtute ⁊ vtilitate huius vocis qua deus dixit: Germinet terra herbam virētem fęni ⁊c̄. cū redargutione eorū q̄ hanc ꝑrogatiuā ipſi ſoli aſcribunt. Ca. VI.

Cur prius pecori pabulum q̄ cibus homini ſit creatus: ſimplexq̃ victus ⁊ naturalis cibus reliquis cibis antelatus ſit. De cōmendatione quoq̃ ipſius ac de myſterio herbę virentis ⁊ floris fęni: cum exhortatione noſtri ad imitationem illius herbę: ⁊ cōfutatione manichęi aliorumq̃ hęreticorum. Ca. VII.

De germine ac ſeminaria virtute ⁊ admirabili germinationis ⁊ fructificationis modo: terręq̃ vtilitate. De laude quoq̃ agri pleni ⁊ ſalubritate ſuci herbarū virgultorūq̃ ac foliorū remedijs. Ca. VIII.

De retuſione cauſationis: ꝙ cum vtilibus etiā lętalia ⁊ pernitioſa generentur. Ca. IX.

Quomodo terra ſm̄ genus ſuū dicatur ꝓferre ſemina: cū plerūq̃ ſemina iacta degenerent. Ac de diuerſitate ſeminis diaboli ⁊ ſeminis chriſti filij hominis: ⁊ quādo iſte homo verbum ſuū ſeminauerit ſuper terram. Ca. X.

De ortu arborū atq̃ roſarū: ⁊ quō roſa humanę vitę ſpeculū ꝓferat. Ca. XI.

De ſingulari vitis cōmēdatione: ⁊ quomodo exemplū eius ad noſtrę vitę inſtitutionem arceſſendū ſit. Ca. XII.

De arborū varietate ac diuerſis earum vtilitatib⁹ et ornatib⁹: fructuūq̃ ſuorū atq̃ ſucorū ꝓprietatibus ⁊ medelis. Ca. XIII.

De ſimpliciū pomorū differentia: foliorūq̃ diuerſitate. Ca. XIIII.

Qꝛ inexplicabile ſit ſingularum rerū exquirere ꝓprietates: ⁊ de varia mutatione ipſius aquę quę omniū virgultorū nutrix eſt: De diſcrepantia quoq̃ lachrymarum arborum: quę eiuſdē aquę alluuione generantur: ac tandem de diffuſioris ꝑſcrutationis excuſatione. Ca. XV.

Quēadmodum ad verbum domini qđ omni aquarum curſu eſt redundātius: ſubito omnis virgultorū creatura effloruerit: et victū atq̃ medelā miniſtrauerit. Quomodo prętere vniuerſa gignētia aut ſemina habeant aut aliqua quę cū virtute ſeminū videantur conuenire. Ac de magna dei virtute in ſingulis. Ca. XVI.

De reꝓhenſione ſurditatis humani cordis: Et de incōꝓhenſibili admirādaq̃ dei etiam in paruis ꝓuidētia: De ꝑmo q̄ cultore vitiū ⁊ cōmēdatione vini. Ca. XVII.


Finis.



## Sancti Ambroſij epiſcopi hexaemeron tertius liber de die tertio incipit.

### De introductione tertij diei: cū increpatione hominū ꝙ imperio dei inſenſibilibus elementis parētibus ipſi non obediunt: exhortatione quoq̃ vt populus in vnā eccleſiam dn̄i cōgregetur: Ca. I.

d **Ies tertius no**bis hodie in ſermone naſcatur: qui ortus eſt in lectione ꝓclar⁹: dies qui terrā a naufragio liberauit: dicēte deo: **Congregetur aqua que eſt ſub celo in congregationē vnam.** De quo prefationē adoriri placet. **Congregetur aqua:** Dictū eſt ⁊ cōgregata eſt: ⁊ frequēter dicitur: cōgregetur populus ⁊ nō cōgregatur. Nō mediocris pudor eſt imperio dei inſenſibilia elementa parere: ⁊ homines nō obedire quib⁹ ſenſus ab ipſo tributus eſt auctore. Et fortaſſe hic pudor fecerit vt hodie plures cōueniretis: ne quo die cōgregata eſt aqua in cōgregationē vnam: eo die populus nequaquā ꝯgregatus in eccleſiam dn̄i videretur. Nec hoc ſolū obedientis aquę exemplū habemus: Nā ⁊ alibi ſcri Ps.76.
ptum eſt: Uiderūt te aquę deus: viderunt te aquę: ⁊ timuerūt. Neq̃ enī veriſimile nō videtur de aquis dictū: quādo alibi quoq̃ idem ꝓpheta ait: Mare vidit ⁊ fugit: iorda Ps.113.
nis conuerſus eſt retrorſum. Hoc enī vere factum quis ignorat: ꝙ ad hebręorū tranſitū mare fugerit: quando ſe vnda diuiſit: tranſiuit populus puluerulēto veſtigio: periſſe mare credens fugiſſe fluct⁹: Deniq̃ credidit hoc ęgyptius: et ingreſſus eſt: ſed illi redijt vnda quę fugerat. Nouit ergo aqua ⁊ cōgregari ⁊ timere et fugere: quādo deus ꝓcipit. Hanc imitemur aquā: ⁊ vnam cōgregationē dn̄i: vnam eccleſiā nouerimus.
Cōgregata eſt hic quondā aqua ex omni valle: ex oī palude: ex omni lacu. Uallis eſt hereſis: vallis eſt gentilitas: quia de 3.Regl.20.
us montiū eſt: nō vallium. Deniq̃ in eccleſia exultatio eſt: in hęreſi ⁊ gentilitate flet⁹ ⁊ męror. Unde ait: Diſpoſuit in cōualle fle Ps.83.
tus. Ex omni igitur valle ꝯgregatus eſt populus catholicus. Iam nō multę cōgrega

tiones ſunt: ſed vna eſt cõgregatio: vna ec/
cleſia. Dictum eſt ⁊ hic: Congregetur aqua
ex omni valle: ⁊ facta eſt cõgregatio ſpirita
lis: ⁊ factus eſt vnus populus: ex hȩreticis
⁊ gẽtilibꝰ repleta eccleſia eſt. Vallis eſt ſcȩ/
na: vallis eſt circus: vbi currit mẽdax equꝰ
ad ſaluteꝫ: vbi humilis ⁊ abiecta cõtentio:
vbi litium fȩda deformitas. Ex his igitur
qui circo inhȩrere cõſueuerant fides creuit
eccleſiȩ: quotidianus cȩtuſ augetur. Palus
eſt luxuria: palus eſt intemperantia: palus
eſt incõtinentia: in qua volutabra libidinũ
ſunt beſtiarũ murmura: latibula paſſionũ:
vbi merſanť quicũqꝫ inciderint ⁊ non emer
gunt: vbi labuntur pedũ veſtigia: fluitant
ſingulorum inceſſus: vbi fulicȩ ſe dum la/
uant polluũt: vbi flebiles deſuper gemitus
columbarũ: vbi pigra teſtudo cȩnoſo hȩret
in gurgite: deniqꝫ aper in palude: ceruꝰ ad
fontes. Ex omni igitur palude vbi quaſi ra
nȩ veterẽ querelam canebãt: cõgregata eſt
fides: cõgregata eſt puritas animi mẽtiſqꝫ
ſimplicitas. Cõgregata eſt aqua ex om/
ni lacu: ⁊ ex omni fouea: vt nemo fodiat fo/
ueam fratri ſuo: in quã ipſe incidat: ſed om
nes ſe inuicem diligant: omnes ſe inuicẽ fo
ueant: ⁊ quaſi vnũ corpus diuerſa ſe mem/
bra ſuſtentent: quos nõ mortiferi cantus: ⁊
acromata ſcȩnicorũ quȩ mentem emolliant
ad amores: ſed cõcentus eccleſiȩ et cõſona
circa dei laudes populi vox: ⁊ pia vota de/
lectent: quibus nõ purpurea peripetaſma/
ta: nõ aulea precioſa ſpectare voluptati ſit:
ſed hanc pulcherrimã mundi fabricã: hanc
diſtantẽ inter ſe elementorũ copulam: cȩlũ
ſicut cameram extenſuꝫ vt inhabitantes in
hoc mundo tegat: terram ad operandũ da/
tam: diffuſum aerẽ: clauſa maria: populum
hunc diuinȩ operationis organũ in quo di/
uini modulamẽ reſultet oraculi: ⁊ dei ſpiri/
tus intus operetur: templũ iſtud ſacrarium
trinitatis: ſanctitatis domiciliũ: eccleſiam
ſanctã: in qua refulgẽt aulea cȩleſtia: de qui
Eſa: 54. bus dictum eſt: Dilata locũ tabernaculorũ
tuorum et auleorũ tuorum: fige: ne parcas:
longiores fac funiculos tuos: ⁊ palos tuos
confirma: adhuc in dexterã et ſiniſtram ex/
tende: ⁊ ſemen tuũ gentes hȩreditate poſſi/
debit: ⁊ ciuitateſ deſertas inhabitabis. Ha
bet ergo aulea: quibus attollit vitã bonã:
peccata tegit: culpam obumbrat. Hȩc eſt ec
cleſia quȩ ſuper maria fundata eſt: et ſuper
flumina ꝑparata. Supra vos eñ confir/
mata eſt ⁊ ꝑparata: qui ſicut flumina puro
in eam mundi fonte decurritis: de quibꝰ di
ctum eſt: Eleuauerũt flumina domine: ele/ Ps. 92.
uauerunt flumina vocẽ ſuam: a voce aqua/
rum multarũ. Et addidit: Mirabiles elati/
ones mari: mirabilis in excelſis dominus.
Bona flumina: hauſiſtis eñ ex illo perenni ⁊
pleno fonte a quo fluitis qꝺ fluitis: qui ait
vobis: Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptu/ Joh. 7.
ra) flumina de ventre eius fluẽt aquȩ viuȩ.
Hoc autẽ dicebat de ſpiritu: quẽ incipiebãt
accipere qui credituri erant in eũ. Sed iã
quaſi boni iordanes: reuertimini mecum in
originem.

## De inuiſibilitate et apparitione terre per ſcripture ꝓbationem: Et quomodo aque cõgregate fuerint in vnam collectionem: cum deſtructione opinionum contradicentium: Ca. II.

c Ongregeť (inquit) aqua que
ſub celo eſt in congregatio/
nem vnã: ⁊ appareat arida.
Et factum eſt ſic. Fortaſſe parũ credi/
derit aliquis ſuperioribus ſermonibus no/
ſtris: quibus tractauimus inuiſibilem ideo
fuiſſe terrã: ꝙ aquis operta tegereť: vt cor/
poreis oculis videri nõ poſſit. Ad ſe eñ ꝓ/
pheta retulit: hoc eſt: ad noſtrã conditionẽ:
nõ ad diuinȩ maieſtatem naturȩ: quȩ vtiqꝫ
omnia videt. Sed vt aduertatis quia nõ
quaſi noſtri ingenij ꝓbandi gratia: ſed ve/
ſtrȩ cauſa inſtructionis ſuſcepimꝰ hunc tra/
ctandi laborẽ: aſſtipulante nobis lectionis
ſerie teſtificamur: quȩ aperte ꝓbat: poſt cõ/
gregationẽ aquȩ quȩ erat ſuꝑ terraꝫ: ⁊ poſt
deriuationẽ eius in maria apparuiſſe aridã.
Deſinant ergo nobis qui dialecticis diſpu/
tationibus mouere negocia ſolent dicẽtes:
Quomodo terra inuiſibilis: cũ omni corpo
ri naturaliter ⁊ ſpecies et color inſit: omnis
autem color ſit ſubiectus aſpectui? Clamat
dei vox: Congregetur aqua: et ap/
pareat arida. Et iterum ſcriptura dicit:
Congregata eſt aqua in cõgrega/
tionem vnam: ⁊ apparuit arida.
Quid opꝰ fuit iterare: niſi occurrendũ quȩ/
ſtionibus iudicaſſet ꝓpheta? Nonne vi/
detur dicere: non dixi inuiſibilem ſm natu/
ram: ſed ſm ſuperfuſionẽ aquaruꝫ? Deniqꝫ
addidit ſublato velaminȩ apparuiſſe aridã:



quȩ ante nõ videbatur. Iterũ qꝫ ꝗſtiones
alias aſſerunt dicentes: Si in cõgregationi
bus diuerſis aqua erat: quomõ ſi illȩ cõgre
gationes in ſuperioribꝰ erant: nõ defluebat
aqua in eũ locũ ad quem poſtea domini im
perio deriuata eſt? Natura eñ aquarũ: ſpõ
te in inferiora ꝓlabitur. Sin vero in inferi/
oribus erant illȩ cõgregationes: quomodo
cõtra naturam ſuam aqua ad ſuperiora cõ/
ſcendit? Itaqꝫ aut ſm naturales curſus im/
perio nõ eguit: aut cõtra naturam imperio
ꝓficere nõ potuit. Cui queſtioni facile re/
ſpondebo: ſi mihi ipſi ante reſpondeãt: an/
te prȩceptũ domini hanc aquarũ fuiſſe na/
turam vt labereť ⁊ flueret. Non eniꝫ ex vſu
hoc habet ceterorũ elementorum: ſed ſpeci/
ale ⁊ propriũ: nõ ex quodam ordine ſed ma
gis ex voluntate ⁊ operatione dei ſummi.
Quid iuſſerit deus audiunt: Vox autẽ dei
efficiens natura eſt. Eam vocẽ effectus ope
rationis impleuit. Cȩpit labi aqua: ⁊ in vnã
confluere congregationẽ: quȩ ante erat dif/
fuſa per terras: ⁊ plurimis receptaculis in/
hȩrebat. Curſum eius ante nõ legi: motum
eius ante nõ didici: nec oculus meus vidit:
nec auris audiuit. Stabat aqua diuerſis lo
cis: ad vocem dei mota eſt. Nõne videtur:
quia naturã ei huiuſmodi vox dei fecit: ⁊ ſe/
cuta eſt creatura prȩceptũ: ⁊ vſum fecit ex le
ge? Primȩ eñ cõſtitutionis lex: formam in
poſteros dereliquit. Deniqꝫ ſemel diem
fecit: ⁊ noctẽ. Ex illo manet vtriuſqꝫ ſucceſ/
ſio: ⁊ diuturna reparatio. Juſſa ẽ etiã aqua
currere in ꝯgregationem. Ex illo currit: fon
tes labuntur in fluuios: in freta currunt flu
mina: lacus deriuanť in maria: ipſa ſe aqua
prȩcedit: vrget ⁊ ſequitur. Vnus eſt ductꝰ:
vnuꝫ corpus. Et cũ ſit altitudo diuerſa: in/
diſcreta tamen dorſi eius ȩqualitas. Vnde
⁊ ȩquor appellatum arbitror: ꝙ ſuperficies
eius ȩqualis ſit. Reſpondi ſm illoꝝ ꝓpo
ſitum: illi nunc reſpondeant mihi: ſi vnquã
viderint fontes ex inferioribꝰ ſcaturire: de
pauimento aquã ſurgere. Quis eaꝫ cogit?
Vnde ꝓrumpit? Quemadmodũ non de/
ficit? Quomodo fiat vt ima ſolidiora vndã
vomant? Hȩc ſm occultȩ ſecreta naturȩ. Cȩ
terum quis ignorat: ꝙ rapido plerũqꝫ impe
tu in ima deſcendens: in ſuperiora ſe ſubri/
gat: atqꝫ in ſuperciliuꝫ montis attollit: plȩ
rumqꝫ etiam canalibus manu artificis deri
uata: quantũ deſcẽderit: tantũ rurſus aſcẽ
dat? Itaqꝫ ſi vel impetu ſuo fertur: vel arti/
ficis deriuata ingenio cõtra naturam ſuam
ducitur ⁊ eleuatur: miramini ſi diuini ope/
ratione ꝑcepti aliquid ad vſum naturȩ eiuſ
acceſſit: quod in vſu ante nõ fuerit? Dicant
nunc mihi: quomodo tanquã in vtrẽ cõgre
gauerit aquas maris: vt ſcriptum eſt: quo/
modo eduxerit de petra aquã. Qui potuit
de petra educere aquã quȩ nõ erat: nõ potu
it aquã educere quȩ erat? Percuſſit petram Ps. 77.
et fluxerunt aquȩ: clamat dauid: et torren/
tes inundauerũt. Et alibi: Super montes Ps. 103.
ſtabunt aquȩ. Habes in euangelio: ꝙ cum
grauis eſſet ꝓcella: et magnus in mari mo/
tus: ita vt trepidarẽt apoſtoli naufragij pe/
riculum: excitauerũt dormientẽ in puppi do
minũ ieſum: ⁊ ſurgens imperauit vento et
mari: ſedata tempeſtas eſt: refuſa tranquil
litas. Qui potuit imperio mare totũ ſeda/
re: nõ potuit aquas iperio mouere? At ꝗ in
diluuio ſic accepimꝰ ꝙ eruperint abyſſi fon/
tes: ⁊ ꝙ induxerit poſtea ſpiritũ ⁊ ſiccauerit
aquã: ſi nolũt obediſſe naturã: vſũqꝫ elemẽ
ti imperio dei eſſe cõuerſũ: vel hoc cõcedãt
potuiſſe immiſſo vento aquas currere: qꝺ
quotidie videmꝰ in mari: vt inde aquȩ cur/
rant vnde flauerit ventus. Si tẽpore moy/
ſi excitato auſtro valido: ſiccatuꝫ eſt mare:
eodem modo ſiccari nõ potuit congregatio
aquarũ: ⁊ in mare ꝓfluere aqua: quȩ poſtea
diuiſa eſt in ꝓfundo? Sed diſcant naturã
poſſe cõuerti: quando petra aquas fluxit: ⁊
ferruꝫ aquȩ ſupernatauit: qꝺ vtiqꝫ heliſȩus
orando facere meruit: non imperando. Si
igitur heliſȩus ferrum leuauit contra natu/
ram: chriſtus aquas mouere nõ potuit? Sꝫ
mouit: ꝗ potuit dicere: Lazare veni foras: Joh. 11.
⁊ mortuum ſuſcitauit. Deus enim quod iu/
bet facit. Itaqꝫ pari exemplo dictũ accipe:
Congregetur aqua: ⁊ cõgregata eſt. Dicen/
do autem congregetur: non ſolum mouit
eam de loco: ſed etiam ſtatuit in loco: vt
nõ prȩterflueret ſed maneret. Hoc vtiqꝫ ma
ioris miraculi eſt: quomodo omnes congre
gationes in vnam congregationẽ defluxe/
rint: ⁊ vna congregatio non adimpleta ſit.
Nã ⁊ ſcriptura hoc inter mirabilia conſti
tuit dicendo: Omnes torrẽtes eunt in ma/ Eccs. 1.
re: ⁊ mare nõ adimpletur. Vtrumqꝫ igitur
ex prȩcepto dei: vt ⁊ fluat aqua: ⁊ nõ ſuper/

fluat. Circūſcripta igitur impoſito fine ma/
ria clauduntur: ne ſuperfuſa terris inundēt
omnia: ⁊ deſtituto aruoꝝ cultu munus ter/
renę fęcunditatis impediant. Cognoſcant
igitur diuini eſſe ꝑcepti: operationiſqꝫ cęle/
ſtis. Ait eñ dominuſ per nubē ad iob inter
Job.38. alia etiaꝫ de maris clauſtro: Poſui ei fines
apponens clauſtra ⁊ portas. Dixi autem ei:
Vſqꝫhuc venies: nec tranſgredieris: ſed in
teipſo cōterentur fluctus tui. Nōne ipſi vi/
demus mare frequēter vndoſum: ita vt in
altum fluctus eius tanqꝫ mons aquę prę̄ru
ptus inſurgat: vbi impetū ſuuꝫ ad littus il/
liſerit in ſpumas reſolui: repagulis quibuſ/
dam harenę humilis repercuſſuꝫ: ſm̄ quod
Hiere.5. ſcriptū eſt: Aut nō timebitis me dicit domi
nus: qui poſui harenā fines mari? Infirmiſ
ſimo itaqꝫ omniū vilis ſabuli puluere vis
maris in tēpeſtate cohibetur: ⁊ velut habe/
nis quibuſdā cęleſtis imperij a ꝑſcripto ſibi
fine reuocatur: violentiqꝫ ęquoriſ motus in
ſeſe frangitur: atqꝫ in reductos ſinus ſuos
ſcinditur. Cęterū niſi vis ſtatuti cęleſtis in/
hiberet: quid obſtaret: quin ꝑ plana ęgypti
quę maxime humilioribus iacens vallibus
cāpeſtris aſſeritur: mare rubrū ęgyptio pe/
lago miſceretur? Deniqꝫ doceāt hoc qui vo
luerint hęc duo ſibi maria cōnectere: atqꝫ in
ſe trāſfundere: ſeſoſtris ſane ęgyptius: qui
antiquior fuit: ⁊ dariꝰ medus: qui maioris
contuitu potentię in effectū voluit adduce/
re: qđ ab indigena fuerat ante temptatuꝫ.
Quę res indicio eſt: ꝙ ſuperius eſt mare in/
dicum: in quo mare rubrū: qꝫ ęquor ęgypti/
um qđ inferius alluit. Et fortaſſe ne latius
ſe mare effunderet: de ſuperioribꝰ ad inferi/
ora prę̄cipitās: ideo molimina ſua rexvter/
qꝫ reuocauit.

## Quomodo aquarum per omnē fere terram diffuſaruꝫ vna dicatur collectio: cum ⁊ hodie diuerſa ſint maria. Quomodo etiam cōgregatio vna potuerit omnes illas aq̄s recipere atqꝫ exinanire terras: que ante fuſo ꝑ vniuerſum flumine ſtagnabatur: Ca. III.

q Vero nunc: cū dixerit: Colligat̃
aqua i collectionē vnā. Quō
diffuſas per lacꝰ: paludes: ſtagna:
aquas ⁊ ſuperfuſas vallibus ⁊ campis om/
nibuſqꝫ planioribꝰ locis: currentibus fonti/
bus atqꝫ fluminibus vna potuerit recipere
collectio: aut quomodo vna collectio cū ho
dieqꝫ diuerſa ſint maria. Naꝫ ⁊ oceanū ma/
re dicimus: ⁊ tyrrhenū: ⁊ adriaticum: ⁊ indi
cum: ⁊ ęgyptium: ⁊ pontum: ⁊ ꝓpontidem:
⁊ helleſpontum: ⁊ euxinū: ęgeum: ionium:
atlanticum. Plerıqꝫ etiam creticū: ⁊ ſepten
trionale: caſpium appellant mare. Vnde cō
ſideremus ſcripturę verba: quę librato ſunt
trutinata examine. Colligatur (inquit)
aqua in collectionem vnam. Vna
aquaruꝫ iugiſqꝫ ⁊ continua cōgregatio eſt:
ſed diuerſi ſinus maris: ut quidā de ſcripto
ribus forenſibus ait: Nancqꝫ portus maris
noſtri ſinus ampliſſimus. Meritoqꝫ in di/
uerſis locis diuerſa ſunt nomina: quia vo/
cabula aquis ex regionū vocabulis adhęſe
runt. Vna autē congregatio aquarū: co ꝙ
iugis vnda atqꝫ cōtinua ab indico mari vſ/
qꝫ ad gaditani oram littoris: ⁊ inde in mare
rubrum: extrema: circumfuſo orbem terra/
rū includit oceano: interiꝰ quoqꝫ tyrrheno
adrias: adrię cętera maria miſcentur: nomi
nibus diſtincta non fluctibus. Vnde pul/
chre habes: quia deus ꝯgregationes aqua/
rum vocauit maria. Ita ⁊ vna eſt generalis
collectio: quę dicitur mare: ⁊ multę collecti/
ones quę maria ꝓ regionibus nuncupant̃.
Sicut eñ multę terrę vt africa: hiſpania:
thracia: macedonia: ſyria: ęgyptus: gallia:
atqꝫ italia: ꝓ regionuꝫ appellantur vocabu
lis ⁊ vna eſt terra: ita multa dicunt̃ pro lo/
corum appellationibus maria: ⁊ vnū eſt ma
re: ſicut ait ꝓpheta dicens: Tui ſunt cęli et Ps̄.88.
tua eſt terra: orbem terrarū ⁊ plenitudinem
eius tu fundaſti: aquilonem ⁊ mare tu crea
ſti. Et ad iob ipſe dominus ait: Cōcluſi au/
tem mare portis. Nūc quia de vna collec/
tione diximus: illud occurrit: vtrum cum ꝑ
omnē fere terram ⁊ ſuper terram fuerint dif
fuſę aquę per valles: per trita: per valleſtria
agrorum: concaua montium: planiciemqꝫ
cāporum: modo ęquoris fuſa congregatio
vna potuerit omnes illas aquas recipere
atqꝫ exinanire terras: quę ante fuſo per vni
uerſum flumine ſtagnabantur. Naꝫ ſi tunc
operta erāt oīa: nō diceret viſa eſt terra: niſi
tectā vellet locis omnibus demōſtrare. Si
diluuium noe tēpore abſcondit et montes:



quādo aquarum iam et ſuper cęlos et infra
firmamentum fuerat facta diſcretio: quāto
magis dubitari nō poteſt: etiam montium
vertices illa ſuperfuſione latuiſſe? Quo igi
tur illa omnis aquarū redundantia deriua
ta eſt? Quę receptacula eam tam continua
atqꝫ cōnexa abſorbere potuerunt? De q̊
multus nobis poteſt ſermo ſuppetere. Pri
mum quia potuit creator omniū ⁊ ipſarum
terraꝝ ſpacia diffundere: Qđ aliqui añ noſ
confirmantes: ꝓpria poſuerunt ſententia.
Ego quid facere potuerit nunc ꝑtermitto:
quid fecerit qđ aperte ſcripturarū auctori/
tate nō didici quaſi ſecretū prętereo: ne for/
te etiā hinc alias ſibi quęſtiones requirant.
Aſſero tamē ſm̄ ſcripturas: quia potuit lo/
corum humilia ⁊ camporū aperta diffunde/
re: ſicut ipſe ait: Ante te ambulabo ⁊ mon/
tes planos faciaꝫ. Potuit etiā ipſa aquarū
vis ꝓfundiora ea facere quę inſederat: tan
to fluctuum motu: tantoqꝫ ęſtu ꝯcitatioris
elementi: qui quotidie ima pelagi torquere
⁊ harenas verrere ſoleat de ꝓfundo. Quis
deinde ſciat: inquantū ſe illud magnum et
inauſum nauigantibus atqꝫ intemptatum
nautis fundat mare: qđ britannias fremēti
includit ęquore: atqꝫ in vlteriora ⁊ ipſis fa/
buliſ inacceſſa ſecreta ſe porrigit? Quis de/
inde colligit: quātū lucrino ⁊ auerno in ita/
lia tiberiadi quoqꝫ in palęſtina ⁊ eila: cui q̄
inter palęſtinam ⁊ ęgyptum arabię deſerta
prętēdit: portubuſqꝫ diuerſis auguſti atqꝫ
traiani: cęteriſqꝫ per vniuerſum orbeꝫ inſu/
ſum addiderit mare? Sꝫ ſunt etiā nō confu
ſi lacus ⁊ ſtagna: quę non miſcentur flucti/
bus: vt larius ⁊ benacus: albanus quoqꝫ:
alijqꝫ plures: quomō vna congregatio aq̄/
rum? Sed quemadmoduꝫ dicitur: quia fe/
cit deus duo luminaria: id eſt: ſoleꝫ ⁊ lunā:
cum ſint vtiqꝫ ⁊ ſtellaruꝫ lumina: ita ⁊ vna
cōgregatio dicitur: cum ſint plurimę. Neqꝫ
eñ annumerant̃ quę nō cōferuntur.

## Quid ſit ꝙ ait dominus: Et appareat arida: ⁊ non dixerit: ⁊ appareat terra: Ca. IIII.

ſ Ed vt videtur quoniā de mari lo/
quebamur: aliquantulū exundaui/
mus: ad ꝓpoſitum reuertamur: et
cōſideremus quid ſit qđ ait dominꝰ. Con
gregetur aqua in vnam congrega/
tionem ⁊ appareat arida: Et non di
xerit: terra. Qđ prę̄clare poſitū: quis nō ad/
uertat? Terra enim poteſt ⁊ luto eſſe permi/
xta: aquis madida: cuius ſpecies ſuperfuſiſ
aquis non appareat. Arida auteꝫ nō ſolum
ad genus: ſed etiā ad ſpeciem terrarū refer/
tur: vt ſit vtilis: ſulcabilis ⁊ apta culturis.
Simul perſpectū eſt ne videatur ſole mag̃
qꝫ dei prę̄cepto eſſe ſiccata: quia arida facta
eſt anteqꝫ ſol crearetur. Vnde et dauid diſ/
cernens mare ⁊ terram: ait de domino deo:
Quoniā ipſius eſt mare: ⁊ ipſe fecit illud: ⁊ Ps̄.94.
aridam manus eius fundauerūt. Arida eñ
expreſſio naturę eſt: terra appellatio quędā
ſimplex negocij: quę in ſe habeat ꝓprieta/
tem. Sicut eñ animal generis ſignificatio
eſt: cui ineſt ꝓprium aliquid ⁊ excellens: ra/
tionabile autē ꝓprium eſt hominiſ: ita ⁊ ter
ra poteſt cōmuniter dici vel ſcatens aquis
vel deſerta ⁊ inuia ⁊ ſine aqua. Ergo et illi
quę ſcatet aquis: ineſt vt habeat ariditatē.
Remota enim aqua incipit eſſe arida: ſicut
habes ſcriptū: Poſuit flumina in deſertū: Ps̄.106.
⁊ exitus aquarum in ſitum: hoc eſt: de terra
aquoſa aridam fecit. Habet ergo terra pro/
priam qualitatē ſuam: ſicut ⁊ ſingula elemē
ta habent. Naꝫ ⁊ aer humidā qualitatē: et
aqua frigidam: ⁊ ignis calidam. Et hoc eſt
principale ꝓprium elementis ſingulis: qđ
ratione colligimus. Comprehēdere autem
ſenſibiliter ⁊ corporaliter ſi velimus: velut
cōnexa ⁊ cōpoſita reperimꝰ: vt ſit terra ari/
da et frigida: aqua frigida et humida: aer
calidus ⁊ humidus: ignis calidus ⁊ ſiccus:
⁊ ſic ſibi per has iugales qualitates ſingu/
la miſcentur elementa. Nam terra cum ſit
aridę et frigidę qualitatis conectitur aquę
per cognationē qualitatis frigidę: et aqua
aeri: quia humidus eſt aer. Ergo aqua tan/
quā brachijs quibuſdam duobus frigoris
⁊ humoris: altero terram: altero aerē vide/
tur amplecti: frigido terrā: aerem humido.
Aer quoqꝫ mediꝰ inter duo cōpugnantia ꝑ
naturā: hoc eſt: inter aquā ⁊ ignē: vtrūqꝫ il/
lud elemētū ꝯciliat ſibi: qꝛ ⁊ aquis humore
⁊ igni calore cōiūgitur. Ignis quoqꝫ cuꝫ ſit
calidus ⁊ ſiccus natura: calore aeri annecti/
tur: ſiccitate autē in cōmunionē terrę ac ſo/

cietatẽ refunditur: atq; ita ſibi per hunc circuitum ⁊ chorũ quendam cõcordie ſocietatiſq; cõueniunt. Unde ⁊ grece ϛοιχεῖα dicuntur: que latine clementa dicimus: q ſibi cõueniant ⁊ concinant. Huc autẽ pgreſſi ſumus: quia ſcriptura ait: q deus vocauerit terram aridã: hoc eſt: quia qd principale eſt eius nũcupauit ppꝛietatẽ nature. Naturalis em̃ proprietas ſiccitas eſt terris: hec ei prerogatiua ſeruata eſt. Principalis ergo ſiccitas ſubeſt etiã vt ſit frigida: ſed nõ preferuntur ſecunda primis. Ut aũt humida ſit: aquarũ affinitati ſociatur. Ergo illud ſuũ: iſtud alienum. Suum q arida: alienũ q humida. Auctor itaq; nature quod primo donauit hoc tenuit: quia iſtud ex natura: illud ex cauſa. De principalibus igitur nõ ex accidentibus terre debuit ppꝛietas definiri: vt ſm prerogatiuã qualitatis eius informaretur noſtra cognitio.

## De eo q a quibuſdam additum perhibetur: Et cõgregata eſt aqua in collectiones ſuas ⁊c. De pbatione quoq; ⁊ ſingulari ac miro laude maris: Ca. V.

e

**T vidit deus quia bonum.** Nõ pterimus quia aliqui nec in hebreo putant eſſe: nec in ceterl interpretationib⁹: q **Congregata eſt aqua in collectiones ſuaſ: ⁊ apparuit arida. Et vocauit deus aridam terrã: et collectiones aquarum vocauit maria.** Cum em̃ dixerit deus: quia factũ eſt ſic: ſatis eſſe putant vocẽ operatoris ad celebrate operationis indiciũ. Sed quia in alijs quoq; creaturl habet ⁊ definitionez pceptionis ⁊ repetitũ operationis vel indicium vel effectum: ideo nos non putamus abſurdũ id quod perhibet additũ: etiam ſi ceteris interpretibus vel veritas doceatur ſuppetere vel auctoritas. Multa em̃ nõ ocioſe a ſeptuaginta virl hebraice lectioni addita ⁊ adiuncta cõperim⁹. Uidit ergo deus quia bonũ mare. Etſi pulchra ſit ſpecies eius elementi: vel cuz ſurgentibus albeſcit cumulis ac verticibus vndarũ: ⁊ cautes niuea rorant aſpergine: vel cũ equore criſpanti clementiorib⁹ auris ⁊ blando ſerene tranquillitatis purpuraſcentẽ prefert colorem: qui aũt emin⁹ ſpectantib⁹ frequẽter offunditur: quando nõ violentis fluctibus vicina tundit littora: ſed velut pacificis ambit ⁊ ſalutat amplexibus: q dulcis ſonus: q iocundus fragor: q grata et conſona reſultatio. Ego tñ nõ oculis eſtimatuz creature decorẽ arbitror: ſed ſm rationem operationis iudicio operatoris cõuenire ⁊ congruere definitũ. Bonũ igit mare: Primuz q terras neceſſario ſuffulcit humore: quibus p venas quaſdam occulte ſucum quendam haud inutilem ſubminiſtrat. Bonum mare tanquã hoſpitium fluuiorũ: fons imbrium: delibatio alluuionũ: inuectio cõmeatuum: quo ſibi diſtantes populi copulantur: quo preliorũ remouentur pericula: quo barbaricus furor claudit: ſubſidiũ in neceſſitatibus: refugiũ in periculis: gratia in voluptatibus: ſalubritas valitudinis: ſeparatoꝝ cõiunctio: itineris compendiũ: tranſfugiuz laborantum: ſubſidiũ vectigalium: ſterilitatis alimentũ. Ex hoc pluuia in terras tranſfunditur. Siquidẽ de mari aqua radijs ſolis hauritur: ⁊ qd ſubtile eius eſt rapit: Deinde quanto altius eleuatur: tantomagis etiã nubium obumbratione frigeſcit et imber fit: qui nõ ſolum terrenã temperat ſiccitatem: ſed etiã ieiuna arua fecundat. Quid enumerem inſulas quas velut monila plerũq; pretexit: in quib⁹ hi qui ſe abdicant intemperantie ſecularis illecebris: fido cõtinẽtie pposito eligunt mundũ latere: ⁊ vite huius declinare dubios anfract⁹? Mare eſt ergo ſecretũ temperantie: exercitiũ cõtinentie: grauitatis ſeceſſus: portus ſecuritatis: tranquillitas ſeculi: mundi hui⁹ ſobrietas: cũ fidelibus viris atq; deuotis incentiuum deuotionis: vt cum vndarũ leniter alluentium ſono certent cantus pſallentiũ: plaudant inſule tranquillo fluctuũ ſanctoꝝ choro: hymnis ſanctorum perſonẽt. Unde mihi vt omnẽ pelagi pulchritudinẽ comphendaz: quã vidit operator? Et quid plura? Et quid aliud ille concentus vndarũ: niſi quidã concentus plebis eſt? Unde bene mari plerũq; cõparatur eccleſia: que primo ingredientis populi agmine: totis veſtibulis vndas vomit: deinde in oratione toti⁹ plebis tanquaz vndis refluentib⁹ ſtridet: tum reſponſorijs pſalmorũ: cantu virorũ: mulierum: virginũ: paruulorũ cõſonus vndaruz



fragor reſultat. Nam illud quid dicã: qd vnda peccatum abluat: et ſanctiſpiritus aura ſalutaris aſpirat? Det nobis dominus illa ſucceſſuũ flumia pſperoꝝ ligno currere: tuto portu conſiſtere: neqtie ſpiritalis grauiora q ferre poſſumus tẽptamenta neſcire: fidei ignorare naufragia: habere pacem profundã: etſi quãdo aliquid ſit qd graues nobis ſeculi huius excitet fluctus: euigilantez p nobis habere gubernatorẽ dominũ ieſũ: qui verbo imperet: ⁊ tempeſtatem mitiget: tranquillitatẽ marl refundat: cui eſt honor ⁊ gloria: laus: perpetuitas a ſeculis ⁊ nũc ⁊ ſemp: in omnia ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Quomodo conuenerit vt terre daretur ſpecies ⁊ gratia germinandi et viriditatis agri: ac de virtute ⁊ vtilitate huius vocis qua deus dixit: Germinet terra herbam virẽtem feni ⁊c. cum redargutione eorum qui hanc prerogatiuã ipſi ſoli aſcribunt: Ca. VI.

d

Iſcedente aqua: cõueniebat vt ſpecies terre daretur ⁊ gratia: vt inuiſibilis ⁊ incõpoſita deſineret eſſe. Nã pleriq; etiã hoc dicunt eſſe inuiſibile qd ſpeciem nõ habet: ⁊ ideo accipiunt terrã inuiſibilem fuiſſe: nõ quia videri non poſſit a ſũmo deo vel angelis eius (Nã adhuc homines creati nõ erant: vel etiã pecudes) ſed q ſine ſua ſpecie erat. Species autẽ terre eſt: germinatio ⁊ viriditas agri. Unde vt ⁊ viſibilem eam ⁊ compoſitaz faceret deus ait: **Germinet terra herbam feni: ſeminãs ſemen ſm gen⁹ ſuũ: ⁊ lignũ fructiferũ faciẽs fructũ ſm genus ſuũ: cuius ſemen ſuum ſit in ipſo.** Audiamus verba veritatis: quoꝝ ſeries ſalus eſt audientium. Prima em̃ illa vox dei ſingulis creaturis impertita gignẽdis: lex nature eſt: que terris in omne euum remanſit: future ſucceſſionis datura preſcriptũ: quẽadmodum vel generãdi vel fructificandi in reliquũ vſus adoleſceret. Prima itaq; germinatio eſt: quãdo naſcentia vident erumpere: deinde cuz eruperit ⁊ profecerit germen fit herba: herba quoq; vbi paululũ pceſſerit: fit fenũ. Q vtilis: q vehemens vox: **Germinet terra herbam feni.** Hoc eſt ipſa p ſe germinet terra: nullum alterius querat auxiliũ: nõ cuiuſquã indigeat miniſterio. Solent eñ pleriq; dicere: Niſi clemẽtior ſolis calor tepefecerit terras: ⁊ quodam modo radijs ſuis fouerit: nõ poteſt germinare terra: ⁊ ppterea gentes diuinũ honorem deputant ſoli: q virtute caloris ſui terrarum penetret ſinus: ſparſaq; foueat ſemina: vel rigentes gelu venas arboꝝ relaxet. Audi ergo deũ velut hanc vocem emittentem: Cõticeſcat ineptus ſermo hominũ qui futurus eſt: faceſſat vana opinio: Antequã ſolis fiat luminare herba naſcatur: antiquior eius ſit prerogatiua q ſolis. Ne error hominum cõualeſcat: germinet prius terra q fotus ſolis accipiat. Sciant omnes ſolẽ auctorem nõ eſſe naſcentiũ. Dei clementia terram relaxat: dei indulgentia prumpere facit fructus. Quomodo ſol viuendi vſum miniſtrat oriundis: quãdo illa prius diuine operatoris viuificatione ſunt edita: q ſol in hos viuẽdi vſus veniret? Iuuenior eſt herbis: iunior feno.

## Cur prius pecori pabulum q cibus homini ſit creatus: ſimplexq; victus ⁊ naturalis cibus reliquis cibis antelatus ſit: De cõmendatione quoq; ipſius ac de myſterio herbe virẽtis ⁊ floris feni: cum exhortatione noſtri ad imitationem illius herbe: ⁊ confutatione manichei aliorũq; hereticorũ: Ca. VII.

e

T forte mirent aliqui: cur prius pecori pabulũ: q cibus homini ſit creatus. In quo primuz pfundum dei debemus aduertere: qd etiam minima queq; nõ negligat: ſicut in euangelio ſapientia dei dicit: Reſpicite volatilia celi: quoniã nõ ſerunt neq; metunt: neq; cõgregant in horrea: ⁊ pater veſter celeſtis paſcit illa: nõne vos pluris eſtis illis? (Matth. 6.) Cũ enim illa paſcuntur dei gratia: nemo ſibi debet de ſua ſimplici induſtria ⁊ virtute blandiri. Deinde quia ſimplicẽ metum ⁊ naturalẽ cibuz reliquis cibis debuit anteferre. Hic em̃ ſobrietatis eſt cibus: reliqui delitiarum atq; luxurie. Hic cõmunis omnib⁹ animãtibus cibus: ille paucorũ. Exemplũ itaq; frugalitatis magiſteriũ parſimonie eſt: herbe ſimplicis victu oleriſq; vilis aut pomi contentos eſſe oẽs oportere: quez natura obtulit: quẽ liberalitas dei pma donauit. Ille ſalubris: ille vtilis cib⁹: q morbos repellat: q re

ſecet cruditates: nullo hoim paratꝰ labore:
ſed diuino effuſus munere: ſine ſatione fru
ges: fructus ſine ſemine: tã dulcꝪ: tã gratꝰ:
vt etiã repletꝪ voluptati atqꝫ vſui ſit. De
niqꝫ ad primas datus menſas: ad ſecũdas
remanſit. Quid autẽ creaturę huiꝰ attexaꝫ
miraculũ: ⁊ ſapientię operatricis argumen
tum exprimã? In hac eñ germinũ ſpecie
⁊ in illo virentis herbę munere imago eſt vi
tę humanę: ⁊ naturę cõditioniſqꝫ noſtrę in
ſigne quodã ſpectaꝶ ⁊ ſpeculũ elucet. Il
la herba ⁊ flos fęni: figura eſt carnis huma
nę: ſicut bonus diuinitatis interpres orga
Eſa.40. no ſuę vocis expreſſit: dicẽs: Clama: Quid
clamabo? Omniſ caro fęnũ: ⁊ omnis gloria
hominis vt flos fęni. Aruit fęnũ: ⁊ flos de
cidit: verbũ autẽ domini manet in ęternũ.
Dei ſentẽtia: vox humana eſt. Dicit deus:
Clama: ſed in ipſo eſaia loquiꝶ. Ille reſpon
dit: Quid clamabo? Et tanqꝫ quid loquere
tur audiſſet: adiunxit: Omnis caro fęnum.
Et vere. Viret eñ ⁊ gloria hominis ĩ carne
quaſi fęnũ: ⁊ quę putatur eſſe ſublimis: exi
gua quaſi herba eſt: ꝑmatura vt flos: cadu
ca q̃ſi fęnũ: germinat vitę viriditatẽ in ſpe
cie: nõ in fructu ſoliditatem: hilarioris vitę
quaſi flos ꝑtendens iocunditateꝫ: breuiori
ſpacio occaſura: ſicut herba fęni: qđ priuſqꝫ
euellatur areſcit. Quę eñ firmitudo in car
ne: quę ſalubritas poteſt eſſe diuturna? Ho
die videas adoleſcentẽ validum: pubeſcen
tis ętatꝪ: virtute florentẽ: grata ſpecie: ſua
ui colore: craſtina die tibi facie ⁊ ore mutatꝰ
occurrit: ⁊ qui pridie tibi lautiſſimus deco
rę formę viſus eſt gratia: alio die miſerãdus
apparet: ęgritudinis alicuiꝰ infirmitate reſo
lutus. Plęroſqꝫ aut labor frangit: aut ino
pia macerat: aut cruditas vexat: aut vina
corrumpũt: aut ſenectus debilitat: aut eui
ratoſ delitię reddũt: luxuria decolorat. Nõ
ne verũ eſt: quia aruit fęnũ: et flos decidit?
Alius ab auis atauiſqꝫ nobilis: ⁊ maiorũ
honeſtatꝰ infulis: ꝓſapię veteris clarꝰ: in
ſignibus amicis abundãs: ſtipatus clienti
bus: ⁊ vtrũqꝫ latus tectus: ſecum ꝓducens
maximã ac reducens familiã: repẽte aliqua
accidẽtis periculi mole turbatꝰ: deſtituitur
ab omnibꝰ: a ſodalibꝰ derelinquiꝶ: impug
natur a ꝓximis. Ecce verũ eſt: quia ſicut fę
nuꝫ vita hominis: priuſqꝫ euellatur areſcit.
Eſt etiã qui dudum ab vbertate affluẽs
copiarũ: liberalitatꝪ fama ꝑ ora volitãs ſin
gulorum: clarus honoribus: ꝑminens pote
ſtatibus: tribunalibꝰ celſus: ſolio ſublimis:
beatus populis ęſtimatus: dũ pręconũ cla
more deducitur: ſubita rerũ conuerſione in
eũ carcerem rapitur: quo alios ipſe detruſe
rat: ⁊ inter reos ſuos imminentis pęnę de
flet erumnã. Quãtos pridie caterua plau
dentiũ ⁊ inuidioſa fauentis populi frequẽs
domũ pompa deduxit: et nox vna glorioſę
illum ſplendorẽ deductionis aboleuit: ac re
pentinus lateris dolor effuſis gaudijs luc
tuoſaꝫ grauis ſucceſſionẽ męroris admiſcu
it. Huiuſmodi igiꝶ eſt gloria hominis: ſi
cut flos fęni. Quę etiaꝫ cum defertur: nihil
operibus adiũgit: in qua nullus fructus ac
quiriꝶ: ⁊ cum amittiꝶ euaneſcit: omnẽ ſcęnã
hominis: ⁊ quã deſuꝑ obumbrabat repẽte
deſtituẽs ⁊ quã intus animabat. Atqꝫ vti
nam imitaremur hanc herbam: de qua ait
dominus: **Germinet terra herbaꝫ
fęni: ſeminans ſemen ſm genus ſu
ũm ⁊ ſm ſimilitudinem.** Seminemꝰ
igitur ſemen ſm genus. Qđ ſit genus: au
di dicentẽ: oportere nos quęrere illud diui
num: ſi quo mõ illud tractare poſſimus aut
inuenire: qꝫuis non longe ſit ab vnoquoqꝫ
noſtrũ. In ipſo eñ viuimus ⁊ ſumus ⁊ mo Act.17.
uemur: ſicut quidã veſtrũ inquit dixerunt:
cuius ⁊ genus ſumus. Secundũ hoc genuſ
ſeminemꝰ ſemen: nõ in carne ſed in ſpiritu.
Nõ eñ carnalia ſed ſpiritalia ſeminare de
bemus: qui ad vitã peruenire volumꝰ ęter
nam. Quę ſit autem ſimilitudo nõ igno
ras: qui ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei factꝰ
es. Herba generi reſpondet ſuo: tu non re
ſpondes tuo generi. Tritici granũ ſparſum
terrę: generis ſui gratiã reddit: ⁊ tu te dege
neras? Fruges nõ adulterant ſui ſincerita
tẽ ſeminis: tu adulteras puritatem animę:
vigorem mentis: corporis caſtitatẽ? Non
agnoſcis opus eſſe te chriſti? Manibus ſu
is vt legimꝰ te ille formauit: et tu manichęe
alterum tibi aſſciſcis auctorẽ? Pater de
us dicit ad filium: Faciamus hominem ad
imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtram: ⁊ tu fotini
ane dicis: qꝛ in conſtitutione mundi adhuc
nõ erat chriſtus? Et tu eunomiane dicis: qꝛ
diſſimilis eſt patri filius? Nã ſi imago non
diſſimilis vtiqꝫ ſed totũ ex toto exprimens
patrẽ: quẽ pater ſubſtantię ſuę vnitate ſig
nauit. Pater dicit: Faciamus: ⁊ tu coope
ratorẽ negas? Qđ dixit pater: filius fecit: et



tu ęqualẽ negas: in quo cõplacuit pater?

## De germine ac ſeminaria ꝟtute: ⁊ admirabili germinatõis ⁊ fructi ficationis modo: terreqꝫ vtilitate. De laude quoqꝫ agri pleni: ⁊ ſalu britate ſuci herbarũ virgultorũqꝫ ac foliorum remedijs: Ca. VIII.

**G**Erminet (inquit) terra herbaꝫ
fęni ſm genus. In omnibus
quę dicunꝶ naſcentia terrę: primuꝫ
germẽ eſt: vbi ſe paululũ ſuſtulerit fit her
ba: poſtea fęnũ: inde fit fructꝰ. Sunt naſcẽ
tia quę de radice germinãt: vt arbores quę
nõ ſunt ſatę: ex aliarũ arborũ radice naſcun
tur. In arundine videmꝰ: quomõ in extre
mo eius velut quidã fit nodus e latere: ⁊ in
de alia arundo germinat. Eſt ergo in radice
vis quędã ſeminarij. Inſitiua quoqꝫ in ſu
perioribus germinãt. Alijs ergo a radice:
alijs diuerſo munere ſeries ſucceſſionis ac
quiritur. Ineſt eñ naſcẽtibus ſingulis: aut
ſemẽ: aut virtus aliqua ſeminaria: ⁊ ea ſm
genus: vt quod naſciꝶ ex ea ſimile eorũ quę
ſata ſunt: vel quorũ de radice ſit: germinet.
De tritico triticũ: de milio milium: de piro
pirus albo flore ꝓrumpit: caſtanea quoqꝫ
ſurgit de radice caſtanee. **Germinet (in
quit) terra herbam fęni ſm genus.**
Et cõtinuo parturiẽs terra nouos ſe fudit
in partus: ⁊ induit ſe amictũ viriditatꝪ: gra
tiã fęcunditatis aſſumpſit: diuerſiſqꝫ cõpta
germinibꝰ ꝓprios ſuſcepit ornatus. Mi
ramur ꝗ tam cito generauerit: quãto maio
ra miracula ſunt: ſi ſpectes ſingula: quẽad
modũ vel iacta in terraꝫ ſemina reſoluanꝶ:
ac niſi mortua fuerint nullũ fructũ afferãt:
ſi vero fuerint quadam ſui morte reſoluta:
in vberiores fructꝰ reſurgant. Suſcipit igi
tur granũ tritici putris gleba: ⁊ ſparſum co
hibet occatio: ac velut materno terra gre
mio fouet ⁊ cõprimit. Inde cũ ſe granum il
lud reſoluerit: herbaꝫ germinat: grata ipſa
iam ſpecies herbeſcẽtis viriditatis: quę ſta
tim genus ſatiui ſimilitudine ſui ꝓdit: vt in
ipſo ſuę ſtirpis exordio cuiꝰ generis herba
ſit recognoſcas: atqꝫ in herbis fructus appa
reat: paulatimqꝫ adoleſcit vt fęnũ: culmoqꝫ
pubeſcens erigiꝶ ⁊ aſſurgit. Aſt vbi ſe ge
niculata iã ſpica ſuſtulerit: vaginę quędaꝫ
futurę frugi paranꝶ: in quibꝰ granũ formaꝶ
interius: ne tenera eiꝰ primordia aut frigus
lędat: aut ſolis ęſtus exurat: aut ventorum
inclemẽtia: vel imbrium vis ſęua decutiat.
Succedunt quidã ordines ſpicę mirabili ar
te formati: vel ad ſpeciẽ grati: vel ad tuta
men nexu quodã inter ſe naturalis colliga
tiõis aſtricti: quos ꝓuidẽtia diuina forma
uit. Et ne frugꝪ numeroſioris põdere velut
quedã cędat fultura culmorũ: vaginis qui
buſdã ipſe culmus includiꝶ: vt geminatis
viribus frugem poſſit multiplicẽ ſuſtinere:
ne impar oneri curueꝶ in terrã. Tum ſupra
ipſam ſpicã vallũ ſtruitur ariſtarũ: vt quaſi
quadã in arce ꝑtendat: ne auium minorum
morſibus ſpica ſuis exuaꝶ fructibꝰ: aut ve
ſtigijs ꝓteraꝶ. Quid dicã quẽadmodum
clemẽtia dei humanę proſpexerit vtilitati?
Fęneratũ terra reſtituit qđ acceperit: ⁊ vſu
rarũ cumulo multiplicatũ. Homines ſępe
decipiunt: ⁊ ipſa fęneratorẽ ſuum ſorte de
fraudãt: terra fideliſ manet. Etſi quãdo nõ
ſoluerit: ſi forte aduerſata fuerit frigoris in
clementia: aut nimia ſiccitas: aut immenſa
vis imbriũ: alio anno ſuperioris anni dam
na cõpenſat: ita ⁊ quãdo ꝓuentus ſpem de
ſtituit agricolę: nihil terra delinquit: et qñ
arridet vbertas: fęcundę matris ſe partꝰ ef
fundit: vt nunqꝫ vllum diſpendiũ ſuo infe
rat creditori. Quę vo ſpecies pleni agri? De ſpecie
Qui odor? Quę ſuauitas? Quę voluptas agri pleni
agricolaꝝ? Quid digne explicare poſſumꝰ:
ſi noſtro vtamur alloquio? Sꝫ habemꝰ ſcri
pturę teſtimonia: quibus agri ſuauitatẽ be
nedictioni ⁊ gratię ſanctorũ aduertimus cõ
paratã: dicente ſancto iſaac: Odor filij mei Gen.27.
ſicut odor agri pleni. Quid tibi deſcribã De violis:
purpuraſcẽtes violas: candida lilia: rutilã lilijs ⁊ roſis.
tes roſas: depicta rura: nunc aureis: nũc va
rijs: nunc luteis floribus: in quibꝰ neſcias
vtrum ſpecies ampliꝰ florum: an vis odora
delectet? Paſcunꝶ oculi grato ſpectaculo:
longe lateqꝫ odor ſpargiꝶ: cuiꝰ ſuauitate cõ
plemur. Vñ diuinę dñs ait: Et ſpecies agri
mecũ eſt. Cũ ipſo eſt enim quã ipſe forma
uit. Quis eñ aliꝰ artifex poſſit tantã reruꝫ
ſingularũ exꝑmere venuſtatẽ? Cõſiderate
lilia agri: quãtus ſit candor in folijs: quẽad
modũ ſtipata ipſa folia ab imo ad ſummũ
videanꝶ aſſurgere: vt ſcyphi exprimant for
mã: vt auri quędam ſpecies intꝰ effulgeat:
quę tamen vallo in circuitu floris obſepta
nulli pateat iniurię. Si quis hunc florẽ de
cerpat: ⁊ ſua ſoluat in folia: quę tanti eſt ar
tificis manus: quę poſſit lilij ſpeciẽ reforma

re? Quis tantꝰ imitatoꝛ nature vt floꝛem
hunc redintegrare ꝓſumat: cui dn̄s tātū te/
Matth.6. ſtimoniū dedit vt diceret: Nec ſalomon in
omni glīa ſua ſic veſtiebat̃ ſicut vnū ex iſtꝭ?
Rex opulētiſſimus ⁊ ſapientiſſimꝰ inferioꝛ
iudicatur: ꝙ̄ huius floꝛis pulchꝛitudo eſt.
De remedijs virgultoꝛum Quid enumerē ſucos herbarū ſalubꝛes?
Quid ꝟgultoꝝ ac folioꝝū remedia? Ceruꝰ
ęger ramuſculos oleę mandit: et ſanus fit.
Locuſtas quoqꝫ folia oleę arroſa liberāt
ab ęgritudine. Rubi folia ſupiacta ſerpē/
ti: interimūt eū. Culices nō tangēt te: ſi ab/
ſinthij herbā cū oleo coq̄s: ⁊ eo te ꝑunxerꝭ.

## De retuſione cauſationis: ꝙ cū vtilibus etiam letalia ⁊ pernicioſa generentur: Ca. ix.

SEd foꝛte dicant aliqui: Quid ꝙ cuꝫ
vtilibus etiā lętalia ⁊ ꝑnicioſa gene
rantur: Cū tritico coniū qꝺ inter ali
menta vitę noxiū reperit̃: ⁊ niſi ꝓuiſum fue
rit cōſueuit ſaluti nocere. Inter alia quoqꝫ
nutrimēta vitę elleboꝛū deꝓhendit̃: Aconi
ta quoqꝫ fallunt frequēter: ⁊ decipiunt colli
gentem? Sed hoc ita eſt: ac ſi deꝓhendas
terrā: qꝛ nō omnes hoies boni. Sed qꝺ plꝰ
eſt accipe: qꝛ nō omnes boni angeli in cęlo.
Sol ipſe ꝑ nimio caloꝛe ſpicaſ toꝛret: adurit
aūt gignentiū pꝛima exoꝛdia. Luna quoqꝫ
viantibꝰ iter demōſtrat: latronū ꝓdit inſi/
dias. Num igit̃ dignū eſt vt in his q̄ vti
lia ſunt poſthabētes cōditoꝛis gratiā cōſi/
teri: ꝓpter aliqua alimentoꝛū noxia creato/
ris ꝓſpiciētia derogemus: quaſi vero om/
nia gulę cauſa debuerint pꝛocreari: aut exi/
gua ſint quę ventri noſtro diuina indulgē/
tia miniſtrauerit? Definitę nobis eſcę ſūt
⁊ notę omnibꝰ: quę ⁊ voluptatē generent: ⁊
coꝛpoꝛis salubꝛitatē. Singula aūt coꝛum
quę generant̃ e terris: ſpecialē quandā rati/
oneꝫ habent: quę ꝓ virili poꝛtione cōplent
vniuerſę plenitudinem creaturę. Alia ergo
eſui: alia alij naſcūt̃ vſui. Nihil vacat: nihil
inane germinat terra. Quod tibi putas in/
utile: alijs vtile eſt: immo ipſi tibi frequen/
ter alio eſt vſu vtile. Qꝺ eſcā non adiuuat:
medicinam ſuggerit: ⁊ ſępe eadem quę tibi
noxia ſunt: auibus aut feris innoxiū mini/
ſtrant pabulū. Deniqꝫ ſturni veſcunt̃ co/
nio: nec fraudi eſt eis: qm̄ qualitate ſui coꝛ/
poꝛis venenū ſuci lętalis euadunt. Frigida
eñ vis eius eſt ſuci: quaꝫ ſubtilibꝰ poꝛis in
coꝛdis ſui ſedē ducētibus ꝓcoci digeſtione
ꝓueniunt pꝛiuſq̄ vitalia ipſa ꝑtēptet. El/
leboꝛū autē penti loquunt̃ eſcā eſſe ⁊ alimo
niā coturnicū: eo ꝙ naturali quodā tēpera/
mēto ſui coꝛpis: vim pabuli nocētis euitēt.
Etēñ ſi ratione medicinę plerūqꝫ ad ſalu
bꝛitatē humani quoqꝫ coꝛpoꝛis temperat̃
cui videt̃ eſſe ꝯtrariū: quantomagis ꝓpꝛie/
tati naturę ad cibū ꝓficit: qꝺ medica manu
cōuertit̃ ad ſalutē? Per mandragoꝛam ꝙ̄
ſomnꝰ frequēter accerſit̃: vbi vigiliaꝝ ęgri
afflictant̃ incōmodo. Nā quid de opio lo
quar: qꝺ etiā nobis quotidiano ꝓpe vſu in/
notuit: qm̄ doloꝛes eo grauiſſimi internoꝛū
ſępe viſcerum ſopiunt̃? Nec illud ꝑterit:
ꝙ conio plerumqꝫ furoꝛes libidinū marcue
runt: ⁊ elleboꝛo vetuſtę paſſiones ęgri coꝛ/
poꝛis ſunt ſolutę. Nō ſolum igit̃ nulla in
his reꝓhenſio creatoꝛis: ſed etiā incremen/
tū eſt gratiarū. Siqꝺdē qꝺ ad periculū pu/
tabas eſſe generatū: ad remedia tibi ſalutꝭ
operat̃. Nā ⁊ id qꝺ periculi eſt: ꝑ ꝓuidentiā
declinat̃: ⁊ id qꝺ ſalutꝭ: ꝑ induſtriā nō amit/
titur. An vero oues ⁊ capꝛę ea quę ſibi no
xia ſunt declinare didicerūt: ⁊ ſolo odoꝛe ꝑ
quoddā naturę myſteriū: cum ſint rationis
expertes: rationē tamē euadendi ꝑiculi vel
tuendę ſalutis agnoſcunt: noxiaqꝫ pariter
ac ꝓfutura diſtinguūt: ita vt plerūqꝫ cū ar/
mata venenis tela ſenſerint: notas petere
herbas: atqꝫ his remediū vulneri dicant̃ ad
hibere? Cibus illis ergo medicina eſt: vt re/
ſilire ſagittas videas e vulnere ⁊ fugere ve/
nena nō ſerpere. Deniqꝫ ceruis cibꝰ vene/
nū eſt. Coluber ceruū fugit: leonē interfi/
cit. Draco elephantem ligat: cuius ruina
moꝛs victoꝛis eſt. Et iꝺ ſūme vtrimqꝫ certa
tur: ille vt pedē alliget: in quo caſus victi ſi/
bi nocere nō poſſit: iſte ne poſterioꝛe extre/
mus pede aut calle capiat̃ anguſto: vbi vel
ipſe ſe nō queat retoꝛquere: ⁊ draconē gra/
ui ꝓterere veſtigio: vel ſequētis elephanti
auxiliū nō habere. Ergo ſi irrationabilia
animalia noꝛūt quibꝰ ſibi aut medicentur
herbis: aut ſubſidijs opē afferāt: homo ne/
ſcit cui rationabilis ſenſus innaſcit̃? Aut tā
alienꝰ a vero eſt: vt quę cuiqꝫ apta ſint vſui
minime deꝓhendat: aut ita naturę ingratꝰ
bonis: vt qm̄ taurini hauſtus ſanguinis lę/
talis eſt homini: propterea putet laboꝛio/
ſum aīal aut naſci nō debuiſſe: aut ſine ſan/
guine debuiſſe generari: cuiꝰ virtꝰ ad cultū
agroꝝ vtilis: aut ad vſum plauſtroꝛū habi/



lis: ad alimoniā ſuauis: diuerſo munere ful
cit agricolas: quibꝰ deꝰ ſi bona ſua noꝛint:
vniuerſa donauit dicēs: Germiet terra her/
bam fęni: ſpirās ſemē ſm̄ genus? Non ſolū
eñ ſpontaneā alimoniā comꝓhendit quę ē
in herbis ⁊ radicibꝰ atqꝫ arboꝛū reliquiſqꝫ
fructibꝰ: ſed etiā eā quę induſtria cōparat̃:
⁊ cultu ruſticani laboꝛis acq̄rit̃. Q̄ꝫ deco/
rum aūt ꝙ nō ſtatim fundere terras ſemen
iuſſit ⁊ fructꝰ: ſed pꝛimū germinare: deinde
herbeſcere cāpos ſtatuit: poſtea ſm̄ ꝓpꝛie/
tatē ſui generis ſemē adoleſcere: vt nūq̄ ar/
uoꝛum vacaret gratia: quę grato pꝛimū de/
coꝛe vernarent: poſtea fructuū ſuggererent
vtilitatem.

## Quomodo terra ſm̄ genus ſuū dicat̃ ꝓferre ſemina: cū plerūqꝫ ſemina iacta degenerēt. Ac de diuerſitate ſeminis diaboli ⁊ ſemis chꝛiſti filij hominis: ⁊ qñ homo verbū ſuū ſeminauerit ſuꝑ terrā: Ca. x.

SEd foꝛte quis dicat: Quō ſm̄ ge/
nus terra ꝓfert ſemina: cū plerūqꝫ
ſemina iacta degenerent: ⁊ cū bonū
triticū fuerit ſeminatū: decoloꝛ eiꝰ ſpecies ⁊
inferioꝛ foꝛma reddat̃? Sed hoc ſi qñ acci
dit: nō ad tranſlationē generis: ſed ad ęgri/
tudinē quandam ⁊ inęqualitatē ſeminis vi
det̃ eſſe referendū. Nō eñ deſinit eſſe tri
ticū: ſi aut auſtrigine adurat̃: aut imbꝛe madi
det̃: ſed ſpecie magis ꝙ̄ genere: coloꝛe ꝙ̄ et
coꝛruptione mutatum. Deniqꝫ frequēter
madidata frumēta in ſui generis ſpeciē re/
uertunt̃: ſi aut ſole aut ignibꝰ toꝛreant̃: aut
diligētibus cōmiſſa culturis: aeris tēperie
terrarūqꝫ feraciū vbertate foueant̃: Itaqꝫ
reparat̃ in ſobole: qꝺ degenerauerat in pa/
rente. Unde nō periclitamur: ne ꝓceptū
illud dei cuius vſus naturę inoleuit: in reli/
quū ſucceſſionis vitio deſtitutū ſit: cum ho
dieqꝫ in ſeminibꝰ generis ſui ſinceritas re/
ſeruet̃. Nā loliū ⁊ reliqua adulterina ſemi
na quę frugibꝰ ſępe miſcent̃: zizania nūcu/
pari euāgelij lectione cognouimꝰ: ſed ea ꝓ/
pꝛiū quoddā genus habent: nō ex tritici ſe/
mine in aliud genꝰ ſeminis decoloꝛi muta/
tione tranſlata degenerē traxere naturam.
Matth.13. Deniqꝫ hoc docet dn̄s dicens: Simile eſt
regnū cęloꝝ homini q̄ ſeminauit bonuꝫ ſe/
men in agro ſuo: Cū aūt doꝛmirent hoies:
venit inimicꝰ eiꝰ ⁊ ſuꝑſeminauit zizania in/
ter triticū. Aduertimꝰ vtiqꝫ ꝙ zizania ⁊ tri/
ticū: vt nominibꝰ ita ⁊ genere videātur eſſe
diſcreta. Deniqꝫ ⁊ ſerui dixerūt ad patrē
familias: Dn̄e: nōne bonū ſemen ſeminaſti
in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et
ait illis: Inimicꝰ homo hoc fecit. Aliud eñ
eſt ſemē diaboli: aliud ſemen eſt chꝛiſti: qꝺ
ſerit̃ ad iuſticiā. Deniqꝫ aliud filiꝰ homi/
nis: aliꝺ diabolus ſeminauit. Adeo diuer/
ſa natura vtriuſqꝫ ſeminis: vt ꝯtrarius ſemi
natoꝛ ſit. Qꝺ ſeminat chꝛiſtꝰ: regnū eſt dei:
qꝺ ſeminat diabolus: peccatū eſt. Quō igi
tur pōt vniꝰ generis eſſe regnū atqꝫ pecca/
tum? Sic eſt inquit regnū dei: quēadmodū
ſi homo iactet ſemē ſuꝑ terrā. Eſt ⁊ homo
qui ſeminat verbū: de quo ſcriptū eſt: Qui Marci.4.
ſeminat: verbū ſeminat. Hic homo ver/
bū ſeminauit ſuꝑ terrā: qñ dixit: Germinet
terra herbā: ⁊ ſubito terrarū germina pullu
larunt: ⁊ diuerſę rerū ſpēs refulſerūt. Hinc
pꝛatoꝛū virens gratia abundantiaꝫ pabuli
miniſtrauit: inde campoꝝ ſpica flaueſcens:
imaginē pelagi fluctuātis: cōmotione ſege/
tis vberioꝛis exꝓſſit. Sponte oēs fructꝰ
terra ſuggeſſit: ⁊ ſic arata ſine cultoꝛe eē nō
poterat: nonduꝫ eñ erat foꝛmatꝰ agricola:
inarata tū opimis meſſibus redūdabat: et
haud dubiū quin maioꝛe ꝓuentu. Siquidē
nec cultoꝛis deſidia: terrarū deſtituere pote
rat vbertatē. Nūc eñ fęcūditas vniuſqꝫ
ꝓ merito laboꝛis acquirit̃: vbi cultus ſpec/
tat̃ agroꝛū: ⁊ negligentia vel offenſa: aut di
luuijs pluuiarū: aut terraꝝ ariditatibꝰ: aut
grandinis iactu: aut quacūqꝫ ex cauſa ſoli
vberis ſterilitate multat̃. Tunc aūt ꝓuē
tu ſpontaneo terra fructꝰ locis omnibꝰ in/
uehebat: qm̄ is ꝓceperat: qui vniuerſoꝝ eſt
plenitudo. Uerbum eñ dei fructificabat in
terris: nec vllo adhuc erat terra dānata ma
ledicto. Antiquioꝛa eñ mundi naſcētis ex/
oꝛdia: ꝙ̄ noſtra peccata ſunt: ⁊ recētioꝛ cul/
pa ꝓpter quā ꝯdēnati ſumꝰ in ſudoꝛe vul/
tus noſtri panē manducare: ſine doloꝛe ali/
menta neſcire. Deniqꝫ hodieqꝫ fęcūditas
terrę veterē affluentiā ſpontaneo vſu ferti/
litatis operat̃. Q̄ꝫ multa ſunt eñ quę ad/
huc ſpōte generant̃: ſꝫ etiā in his ipſis q̄ ma
nu quęrunt̃: magna ex parte manēt nobis
diuina beneficia: vt frumēta ipſa quieſcēti/
bus inferant̃. Qꝺ ꝓpoſitę docet lectiōis ex
emplū: dicente dn̄o: Quia ſic eſt regnū dei Marci.4.
quēadmodū ſi homo iactet ſemē ſuꝑ terrā:
⁊ obdoꝛmiat inquit ⁊ exurgat nocte ⁊ die: ⁊

ſemẽ germinet ⁊ icreſcat dũ neſcit ille. Ul
tro enĩ terra fructificat: ꝑmo herbã: deinde
ſpicã: deinde plenũ triticũ in ſpica. Et cũ ꝓ
duxerit fructũ: ſtatim mittit falcẽ: qm̃ adeſt
meſſis. Dormiẽti igit̃ tibi o homo ⁊ neſci
enti: fruct⁹ ſuos vltro terra ꝓducit. Dormiſ
⁊ ſurgiſ: ⁊ frumẽti ꝑ noctẽ icremẽta miraꝛ.

## De ortu arborum atq̧ roſarum: ⁊ quomodo roſa humane vite ſpe culum preferat: Ca. XI.

D Ixim⁹ de herba feni: nũc dicam⁹
de ligno fructuoſo faciẽte fructum
ſm̃ gen⁹: cui⁹ ſemen eius in ipſo ſit.
Dixit ⁊ facta ſunt: et ſubito vt ſupra florib⁹
herbarũq̧ viriditatib⁹: ita hic nemorib⁹ ter
ra veſtita eſt. Cõcurrerũt arbores: cõſur
rexere ſiluę: vertices repente montiũ frõdu
erunt. Hinc pinus: hinc cuꝑſſus in alta ſe
extulerũt cacumina: cedri ⁊ piceę conuene
rũt. Abies q̧ nõ cõtenta terrenis radici
bus atq̧ aerio vertice: etiã caſus marinos
tuto ſubitura remigio: nec ſolũ ventis ſ; eti
am fluctib⁹ certatura ꝓceſſit. Necnon et
laur⁹ aſſurgens: odorẽ ſuũ dedit: nunq̧ ſuo
exuẽda velamine. Ambroſę q̧ ilices ver
ticẽ ꝓtulerũt: inhorrentẽ comã hibernis q̧
tẽporibus ſeruaturę. Hoc enĩ in ſingulis
priuilegiũ natura tenuit in reliquũ: ꝙ ſub
ictu mundi ſurgentis accepit: ⁊ inde manet
ſua ilicibus ꝑrogatiua: manet cuꝑſſibus: vt
nulli venti eas crinis ſui honore deſpoliẽt.

Surrexerat ante florib⁹ imixta teneris ſi
ne ſpinis roſa: et pulcherrim⁹ flos ſine vlla
fraude vernabat: poſtea ſpina ſepſit gratiã
floris: tanq̧ humanę ſpeculũ ꝑferẽs vitę: q̃
ſuauitatẽ ꝯfunctionis ſuę finitimis curarũ
ſtimulis ſępe cõpungat. Uallata ẽ enĩ ele
gantia vitę noſtrę: ⁊ q̃buſdã ſollicitudinib⁹
obſepta: vt triſticia adiũcta ſit gratię. Unĩ
cũ vnuſquiſq̧ aut ſuauitate ratiõis: aut ꝓ
ſperioris curſus ſucceſſib⁹ gratulat̃: memi
niſſe culpę eũ cõuenit: ꝑ quã nobis in para
diſi amęnitate florẽtibus: ſpinę mẽtis ani
miq̧ ſentes iure ꝯdẽnationis aſcripti ſunt.

Irrutiles igit̃ o hõ l; aut ſplendore nobi
litatis: aut faſtigio ꝑtãtis: aut fulgore vir
tutis: ſꝑ tibi ſpina ꝓxima eſt. Semꝑ inferi
ora tua reſpice: ſuꝑ ſpinas germinas: nec ꝓ
lixa gratia manet. Breui vnuſquiſq̧ decur
ſo ętatis flore marceſcit.

## De ſingulari vitis cõmendatio ne: ⁊ quomodo exemplũ eius ad noſtre vite inſtitutionẽ arceſſendũ ſit: Ca. XII.

S Ane vt caduca tibi noueꝛ cõia eſſe
cũ floribus: ita etiã lęta cũ vitibus:
quib⁹ generat̃ vinũ: quo cor hois lę
tificat̃. Atq̧ vtinã o homo hui⁹ generis
imiteris exemplũ: vt ipſe tibi lęticiã iocũdi
tatẽq̧ fructifices. In teipſo ſuauitatis tuę
gratia eſt: ex te pullulat: in te manet: int⁹ ti
bi: id eſt: in teipſo quęrẽda iocũditas tuę ẽ
cõſcientię. Ideo ait: Bibe aquã de tuis va Prouer. 5.
ſis: ⁊ de puteoꝝ tuoꝝ fontibus. Primũ
oim nihil gratius florẽtis odore vitis. Siq̃
dẽ de flore earũ ſucus exꝑſſus poculi genuſ
cõficit: qđ ⁊ voluptati ⁊ ſaluti ſit. Deinde
quis nõ miret̃: ex acini vinacio vitẽ vſq̧ in
arboris ſummũ cacumẽ ꝓrumpere: quã ve
lut quodã amplexu fouet: ⁊ quibuſdã bra
chijs ligat: ⁊ circũdat lacertis: pampinis ve
ſtit: ſertis vuarũ coronat? Quę ad imita
tionẽ vitę noſtrę: primũ viuã defigit radicẽ:
deinde qꝛ natura flexibilis ⁊ caduca eſt: q̃ſi
brachijs quibuſdã: ita ⁊ clauiculis q̃cq̃d cõ
prehẽderit ſtringit: hiſq̧ ſe erigit ⁊ attollit.

Hui⁹ eſt ſiĩs plębs eccleſię: q̃ velut qua
dã fidei radice plantat̃: ⁊ reprimit̃ humilita
tis ꝓpagine. De qua pulchre ait ꝓpheta:
Uineã ex ęgypto trãſtuliſti: ⁊ plãtaſti radi Pſ. 79.
ces eius ⁊ arbuſta eius: ⁊ repleſti terrã: ope
ruit montes vmbra ei⁹: ⁊ arbuſta ei⁹ cedros
dei. Extendiſti palmites ei⁹ vſq̧ ad mare: ⁊
vſq̧ ad flumen ꝓpagines ei⁹. Et ꝑ eſaiã
ipſe dñs locut⁹ eſt dicens: Uinea facta ẽ di Eſa. 5.
lecto: in cornu: in loco vberi: ⁊ maceria circũ
dedi ⁊ circũfodi vineã ſoreth: ⁊ ędificaui tur
rim in medio ei⁹. Circũdedit enĩ eã velut
vallo quodã cęleſtiũ ꝑceptorũ: ⁊ angelorũ
cuſtodia. Immittit enĩ angelus dñi in cir Pſ. 33.
cuitu timentiũ eũ. Poſuit in eccleſia velut
turrim apſoꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ atq̧ doctorũ: qui
ſolẽt ꝓ eccleſię pace ꝑtendere. Circũfodit
eã q̃ſi exonerauit terrenaꝝ mole curarum.
Nihil enĩ magis mentẽ onerat: q̧ iſti⁹ mun
di ſollicitudo: ⁊ cupiditas vel pecunię vł po
tentię. Qđ tibi demõſtrat̃ in euãgelio: cũ le Luc. 13.
gis: quia illa mulier q̃ habebat ſpiritũ infir
mitatis: inclinata erat vt ſurſũ reſpicere nõ
poſſet. Curuata enĩ erat aĩa eius q̃ inclina
bat̃ ad trena cõpẽdia: ⁊ cęleſtẽ gratiã nõ vi
debat. Reſpexit eã ieſus: ⁊ vocauit: ⁊ ſtatiȝ
mulier onera terrena depoſuit. His cupidi
tatib⁹ etiã illos oneratos fuiſſe demõſtrat:



quib⁹ ait: Uenite ad me oẽs qui laboratis
⁊ onerati eſtis: ⁊ ego vos reficiã. Ergo illa
anima mulieris quaſi circũfoſſa reſpirauit:
⁊ erecta eſt. Sed eadẽ vitis vbi circũfoſſa
fuerit: religat̃ ⁊ erigit̃: ne reflectat̃ in terrã.
Recidũt̃ alia ſarmẽta: alia ꝓpagant̃. Reci
dũtur q̃ inani effuſione luxuriãt: ꝓpagãtur
ea quę bon⁹ agricola iudicauerit fructuoſa.

Quid ꝙ adminiculorum ordines iugatio
niſq̧ deſcribã gratiã: quę vere atq̧ manife
ſte ęq̃litatẽ docẽt in eccleſia eſſe ſeruãdã: vt
nemo ſe diues aut honorat⁹ extollat: nemo
pauꝑ deijciat: ignobiliſq̧ deſperet? Oibus
ſit in eccleſia par atq̧ vna libertas. Oibus
impertiat̃ iuſticia cõis: ⁊ gratia. Ideo tur
ris in medio eſt: quę exemplũ de illis ruſti
canis: de illis circũferat piſcatorib⁹: qui vir
ſcit gelu: ſtringit̄ frigore: et plurima noctis
vmbra terras operit: vt multo ꝓlixiora ſint
noctis ſpacia q̄; diei. Hinc oritur cauſa vt hi
bernis flatib⁹ nimia vis niuiuȝ pluuiarūq;
fundatur. Cum vero ex meridianis dece/ De vere
dens partib⁹ ſup terrā redit: noctis ac diei
exęquat tēpora: ꝛ q̄ magis moras ſuis adiū
git curſib⁹: eo paulatim tēperieȝ aeris hui⁹
reducit: ꝛ reuocat aurarū clemētiā: q̄ fouēs
oīa repetendos cogit in part⁹: vt terra ger/
minet: ac reſoluta ſulcis ſemina reuiuiſcāt:
vireſcāt arbores: ad ppetuitatē q̄; ꝯſeruan/
di generꝭ eoꝝ q̄ vel in terris ſunt: vel in aq̄s
gaudent: annuis fętib⁹ ſucceſſio ꝓpagetur.
Aſt vbi ad ęſtiuas ꝯuerſiones in ſeptētri/ De eſtate
onē ſe ſubrigit: ſpacia diurna ꝓducit: noctꝭ
vero artat ꝛ aſtringit. Itaq; quo magꝭ vſu
aſſiduo aeri huic copulat̄ atȝ miſcet̄: eo am/
plius ꝛ ipſū aerē vaporat: ꝛ terrarū exiccat
humorē: adoleſcere facit ſemina: ꝛ tanq̄; in
ſucos viriles matureſcē poma ſiluarū. Tū
q̄ flagrantior eſt: minores vmbras facit in
meridiano: q̄m ex alto hūc illuminat locū.
Vn̄ ꝛ ſynagoga dicit in cāticiſcanticorū:
Annūcia mihi quē dilexit aīa mea: vbi pa/ Cant.1.
ſcis vbi manes in meridiano: ne forte fiam
circūamicta ſup greges ſodaliū tuoꝝ. Hoc
eſt: Annūcia mihi xp̄e: quē dilexit aīa mea.
Cur nō poti⁹ quē diligit? Sȝ ſynagoga di/
lexit: eccleſia diligit: nec vnq̄; circa chriſtuȝ
ſuū mutat affectū. Vbi inq̄t paſcis: vbi ma
nes ī meridiano? Sequi te cupio quaſi alū/
na: q̄ q̄ſi copulata an̄ retinebar: ꝛ greges tu
os q̄rere: q̄ amiſi meos. In meridiano paſ/
cis: hoc eſt: ī eccleſię loco: vbi iuſticia reſplē
det: vbi fulget iudicium ſicut meridies: vbi
vmbra nō cernit̄: vbi maiores ſunt dies: q̄
eis ſol iuſticię tanq̄; ęſtiuis mēſib⁹ diutius
īmoret̄. Deniq; dies dn̄i nō eſt breuis ſ; ma
gnus: q̄ ſcriptū eſt: Donec veniat dies dn̄i Ioelis.2.
magn⁹. Vn̄ ꝛ iacob ait: Oēs dies vitę meę Gen̄.47.
quos ago breues ꝛ maligni. Etem̄ maligna
lux dubia. Ergo dies breues dubię lucꝭ ſūt
ꝛ vmbroſi: dies magni ſine vmbra ſunt: vt
plurimi in aliq̄bus locis feruētiorib⁹ vſu ex/
emploq; cognouerūt. Synagoga itaq; di
ebus breuib⁹ ꝛ malignis: cui⁹ typū plerūq;
iacob in pſona ſua exp̄mit vel ppl̄i eius: vm/
brā habebat plurimā: q̄ ſolem iuſticię nō vi
debat: et videbat illū nō ex alto ſup caput
ſuū: ſed ex meridiano illuminantē: quando
hyems erat. Eccleſię autem dicit̄: Hyems Cant.2.
abijt: diſceſſit: ſibi flores viſi ſunt in terra:
tēpus meſſis aduenit. Ante aduentū chri
ſti hyems erat: p⁹ aduētū chriſti flores ſunt
veris ꝛ meſſis ęſtatis. Ex meridiano ḡ ꝛ ex



gentiū cōuerſione illū illuminātē vidēs ob/
Eſa.9. umbrabat̄. Pp̄lus aūt gentiū qui erat cō
fuſionis ac gētilis: q̄ ſedebat in tenebris: vi
dit lucē magnā: qui ſedebāt in regione vm/
brę mortis: lux orta eſt illis. Magna lux di/
uinitatis quā nulla vmbra mortis interpo/
lat. Iōq; ex alto illuminat: q̄ ꝛ hoc ſcriptū
Luc.1. eſt dicēte zacharia: In quib⁹ viſitauit nos
oriens ex alto: illuminare his q̄ in tenebris
ꝛ vmbra mortis ſedent. Eſt ſane ꝛ aliq̄ ſa/
Pſ.16. lutis vmbra nō mortis: vt eſt illa: Sub vm
bra alarū tuaꝝ ꝓtege me. Vmbra quidē q̄
corporis eſt: vmbra q̄ crucis. Sȝ vmbra ſa/
lutis: q̄ in ea erat peccatoꝝ remiſſio ꝛ reſuſ
citatio mortuoꝝ. Exemplū ḡ poſſum⁹ ac/
cipe: q̄ hyemales dies breues: vmbras ma
iores habēt: ęſtiui dies maiores: ſ; vmbras
minores habent. Medio q̄; die minor vm/
bra: q̄; in p̄ncipio ē diei vel fine: ꝛ hoc apud
nos in parte occidētis. Cęteꝝ ſūt q̄ dicāt q̄
p duos toti⁹ anni dies ſine vmbra fuerint
in partib⁹ meridianis: eo q̄ habētes ſuper
verticē ſuū ſolē: vndiq; p circuitū illuminēt̄
vn̄ ꝛ ἄσκιοι dicunt̄ gręce. Pleriq; etiā fe/
runt ſic e regiōe ex alto fieri ſolē: vt p angu/
ſta puteoꝝ aquā quę in ꝓfundo ē viderint
refulgere. Eſſe aūt dicunt̄ in meridiano q̄
ἄσκιοι vocāt̄: eo q̄ vmbrā ex vtroq; latere
trāſmittāt. Vmbra eñ e regione ſolis am/
bulantib⁹ poſt tergū eſt: vtputa ſi cōtra ori
entē pgas matutinis horis: ſi ꝯtra meridia
nā plagā ꝯtendas medio die: ſi cōtra occi/
dentē in occaſu diei. Ex trib⁹ igit̄ parti/
bus fit tibi ſol obuius: ex oriēte: ex meridia
no: ex occidēte. Mane ꝛ ſero poſt tergū eſt:
meridie q̄; a latere. At vero a ſeptētriōe nū
quā eſt ſol: ꝛ ideo vmbra. Si ꝯtra ſeptētrio/
nem dirigas: ſiue mane: ſiue ſero: ſiue meri/
die nō pōt eſſe poſt tergū ſol. Sūt eñ ī hoc
quē nos incolim⁹ orbe terrarū: circa meridi
em poſiti: qui in auſtralē plagā videant̄ vm
brā trāſmittē. Hoc aūt fieri dicit̄ ſūmo ęſtu:
De autumno cū ad aquilonē ſol dirigit. Poſtea nos au
tūnus excipiens: infringit quidē ęſtuū ma/
gnitudinē: ſed pauliſper relaxato ac depoſi
to calore p tēperiē medij moderaminiſ: ſine
fraude nos atq; vlla noxa flatib⁹ tradit hye
malib⁹. **Sint (inq̄t) etiā in dies.** Nō
vt faciant dies: ſ; vt in eis habeāt principa/
tū: vt ortuȝ diei vberiore ſol illuminet gr̄a:
vt p totū diē deſignādi habeat eius ptātē
curſus ſui munere. Sic accipiūt nōnulli q̄d
ait ꝓpheta: Solē in ptātem diei: lunā ꝛ ſtel Pſ.135.
las in ptātem noctis. Circūferūt eni lumē.
**In annos** q̄; ordinati ſūt ſol ꝛ luna. Lu
na p trecētos dies duodenis vicib⁹ ſuū cur/
ſum ꝯficiens: cōſummat annū ſm̄ hebręos:
aliq̄bus diebus adiectis ſm̄ romanos: biſ/
ſexto ſemel intra q̄nquēniū vni⁹ diei adiec/
tiōe celebrato. Solſticialis q̄; ann⁹ eſt: cū
ſol expleto p oīa ſigna circuitu: in id vn̄ p̄n/
cipium curſus ſui ſumpſit: recurrit. Annua
eñ fert̄ ei toti⁹ ſpacij eſſe pfunctio.

## Quō duo luminaria ſuperi⁹ cō/memorata: magna dici poſſint: ꝛ de magnitudinis eoꝝ ꝓbatione: mē/daciq; aſpectus noſtri iudicio. De admirādo quoq; ſolis moderami/ne ac tēperamento: Ca. VI.

f Ecit ergo de⁹ hec duo lumi/
naria: Quę magna poſſum⁹ ac/
cipere: nō tā alioꝝ cōparatione ma
gna q̄; ſuo munere: vt eſt cęlū magnū: ꝛ ma
re magnū. Nā ꝛ magnus ſol: qui cōplet or/
bē terrarū ſuo calore: vel luna ſuo lumine:
nec ſolū terras: ſed etiā aerē hunc et mare:
cęliq; faciē. Quę in quacunq; parte fuerint
cęli illumināt oīa: ꝛ ęque ſpectant̄ a cūctis:
vt ea tanq̄; ſuis tm̄ regionib⁹ imorari: ꝛ ſibi
tantū adeſſe atq; lucere ſinguli ppl̄i credāt:
cū ſiliter luceāt vniuerſis: vt nemo his ꝓpi
orē aliū q̄; ipſe eſt arbitret̄. Exemplū ma
gnitudinis eoꝝ euidēs: q̄d oībus hoīb⁹ or/
bis lunę idē videt̄. Nā ſi interdū augeat̄ lu
men ei⁹ atq; minuat̄: tm̄ eadē nocte qualis
mihi apparet: talis ꝛ oībus. Nā ſi longe po/
ſitis minor videret̄: ꝓpius cōſtitutis maior
refulgeret: ꝛ ꝓderet anguſtiaꝝ ꝛ exiguitatꝭ
indiciū. Etem̄ reliq̄ alia longe poſiti mino/
ra arbitramur: ꝓpius ꝯtuētes maiora credi
mus: quo magis finitim⁹ fueris: eo tibi ei⁹
rei quā cernis magnitudo cumulat̄. Solis
radi⁹ nulli ꝓpior: nulli lōginq̄or eſt. Siliter
ꝛ lunę glob⁹ ęq̄lis eſt oībus. Silis ē ſol: ꝛ in/
dis ꝛ britānis eodē momēto videt̄ cū orit̄.
Nec cū vergit ī occāſū minor apparet oriēta
libus q̄; occidētalib⁹: nec occidētalib⁹ cū ori
tur inferior q̄; oriētalib⁹ ęſtimat̄. Quātū di
ſtat inq̄t oriēs ab occidēte. Hęc eñ inuicē ſi
bi diſtant. Sȝ ſol a nullo diſtat: nulli p̄ſenti
or: nl̄li abſentior ē. Neq; te moueat q̄ tāq̄;
cubitalis tibi orbis videat̄ ſolis cum orit̄: ſ;
ꝯſidera quātū int̄ſit ſpacij int̄ ſolē ꝛ terras:
q̄d aſpect⁹ nr̄i infirmitas ſine magno ſui nō

pēt trāſire diſpendio. Caligat aſpectus nr̄: nūqd ſol caligat aut luna? Anguſtꝰ nr̄ obtutus: nūqd ideo anguſtiora efficit ꝗ̄ videnꝉ? Species minuiꝉ: nō magnitudo detrabiꝉ.

Neqꝫ eñ infirmitatis nr̄ę paſſiones: paſſioni luminariū debemꝰ aſcribere. Mentiꝉ noſter aſpectꝰ. Noli ergo fidele ęſtimare eiꝰ iudiciū. Fit cęleſtiū minor ſpectaculis figura: nō ſui forma. De ſūmo vertice montiū ſi ſubiectū oculis tuis campū ſpectare deſideras: atqꝫ illic armenta paſcētia: nōne formicarū ſimilia corpora iudicabis? Si mare ſpectes e ſpecula aliq̄ littorali: nōne tibi nauiū maxime inter ceruleos fluctus et vela candentia refulgētes: velut columbaruꝫ volitantiū ſpeciem eminꝰ poſito videnꝉ obtexere? Quid ipſę inſulę quę mare diuidunt: terrarum arua diffundūt: ꝙ anguſto ęſtimanꝉ fine cōcludi: quēadmodū rotūda apparent de aſperis: ſpiſſa de raris? Has ergo infirmitates viſus tui ꝑpende: ⁊ coruꝫ quę aſtruimus fidē tutus ex teipſo arbiter factus accerſi. Si vis magnitudinē ſolis nō ſolū oculo mentis: ſed etiā corporis ęſtimare: cōſidera quāti ſtellarū globi axem cęli videanꝉ obtexere: ⁊ innumeris inſignire luminibꝰ: nō queūt tamē tenebras noctis ⁊ cęli nubila detergere. Simul vt ſol ortꝰ ſui ſigna ꝓmiſerit: omnes ſtellarum ignes ſub vniꝰ luminaris fulgore vaneſcūt: aperitur aer: cęliqꝫ facies purpuraſcēti rubore ꝑfunditur. Adhuc ſpiranſ exordiū: etiā momētanea celeritate pleni luminis micat ſplēdor: ⁊ ſurgentis ſolis ꝓuia aura dulcis aſpirat.

Dic mihi quęſo: Niſi magnus orbis eēt: quō magnū poſſet orbē illuminare terraꝝ?

Quid aūt loquar de tanto tēperamento ⁊ moderamine cōditoris: qui eā menſuram muneri ſolis attribuit: vt neqꝫ vapor eiꝰ igneus vt videꝉ terrarū venas: ſucos: rerūqꝫ ſpecies infuſus exureret: neqꝫ iterū ꝑ tanta mundi ſpacia refrigeratꝰ: nullū terris ſemē caloris inoleret: ſed ieiunā atqꝫ inopē fructuū derelinquēs: ad nullam fertilitatis gratiam vaporaret?

## Qd̓ luna quedaꝫ ſimilia habeat cum ſole eius cōſorte ac fratre: pleraqꝫ etiā ab eo diſtincta: Ca. VII.

Similia de lunę ratione cōueniunt: quę de cōſorti eius ac fratre memorauimus. Siquidem in id ſe induit miniſteriū in qd̓ ⁊ frater: vt illuminet tenebras: foueat ſemina: augeat fructꝰ Habet etiā plęraqꝫ a fratre diſtincta: vt quem toto die calor humorē terrę exiccat: eūdē exiguo noctis tēpore ros reponat. Nā et ipſa luna larga roris aſſeriꝉ. Deniqꝫ cū ſerenior nox eſt et luna ꝑnox: tunc largior ros ferꝉ arua ꝑfundere. Et plęriqꝫ ſub aere quieſcētes: ꝗ̄ magis ſub lumine fuiſſent lunę: eo plus humoris ſe capite collegiſſe ſenſerūt. Unde et in canticiſcanticoꝝ chriſtus dicit ad eccleſiam: Qm̄ caput meū repletū ē rore: ⁊ crines mei guttis noctis. Cant. 5. Tū deinde minuiꝉ et augeꝉ: vt minor ſit cū reſurgit noua: ⁊ cū ſit imminuta cumuleꝉ. In quo grande myſteriū. Nam ⁊ defectui eiꝰ cōpatiunꝉ elemēta: ⁊ ꝓceſſu eius quę fuerint exinanita cumulātur: vt animantiū cerebrū maritimorū humida. Siquidē pleniores oſtreę reperiri ferunꝉ: multaqꝫ alia cū globus lunaris adoleſcit. De arborū quoqꝫ internis idē allegant qui hoc vſu ꝓprio cōpererūt. Uidemus ꝙ ortū eius ⁊ defectū rationis eſſe: nō infirmitatis. Nunqꝫ eñ tantā rebꝰ mutationē daret: niſi ꝑſtantē virtutē haberet ⁊ gratiam a cōditore collatā. Aerem ꝙ nōnulli etiam docti ⁊ chriſtiani viri allegauerūt lunę ex ortu ſolere mutari. Sed ſi id mutationis lunarꝉ quadā fieret violētia: ad oēs ortus eiꝰ intexereꝉ nubibꝰ cęlū: pluuię funderentur.

Deniqꝫ cū ante dies paucos eſſet ſermo de pluuia: quę foret vtilis diceret: ait quidā: Ecce neomenia dabit eā. Et ꝗuis cupidi eſſemus imbriū: tñ eiuſmodi aſſertiones veras eſſe nolebaꝫ. Deniqꝫ delectatus ſum ꝙ nullus imber effuſus eſt: donec ꝑcibus eccleſię datꝰ: manifeſtaret non de initijs lunę cū ſperandū eſſe: ſ ꝓuidētia ⁊ miſcdia creatoris. Sane euripi cū exundēt vndiqꝫ ſm reliquas ſpecies lunę: ⁊ acceptos fluctꝰ refundant: vel etiā ipſi magno feranꝉ impetu: in ortu tñ eius ſtant placidi: quoaduſqꝫ luna ſine lumine eſt. At vero vbi eā dieruꝫ acceſſus auxerit: tunc in ſuos curſus reſluos reuertunꝉ. Ampotis quoqꝫ quę in oceano eſſe ꝓhibetur: q̄ cū reliquis diebus ordinē ſuū ſeruare dicaꝉ: lunari ex ortu euidens mutatiōis ſuę ferꝉ indiciū dare: vt mare ipſum occidētale in ꝗ̄ ſpectaꝉ ampotis ſolito ampliꝰ accedat ac recedat: ⁊ maiore ęſtu feraꝉ: tanqꝫ lunę ꝗbuſdā aſpirationibꝰ retrorſum trahaꝉ: ⁊ iterū iſdē impulſum ac retractū in menſurā ꝓpriā refundaꝉ.



## De myſterio defectus ⁊ minutionis lune. De eiꝰ quoqꝫ laude: ac deriſiōe corū qui eā magicis carminibus deduci poſſe credūt: Ca. VIII.

Nde ſi mirarꝉ quō defectū luna patiatur: cū tantā vim mutationis habeat ſuę: conſidera ⁊ in eo magnuꝫ eſſe myſteriū: qd̓ eiꝰ exēplo cognoſcis o homo: nihil rerū humanaꝝ eſſe poſſe ⁊ mūdanę totiꝰ creaturę qd̓ nō aliqñ reſoluaꝉ. Nā ſi etiā luna cui tantū dñs cōmiſit miniſterium vt illuminet orbeꝫ terraꝝ: ⁊ creſcit ⁊ deficit: q̄ omnia ex nihilo orta vſqꝫ ad ꝑfectionem venerūt: ⁊ iterū ꝑfecta minuunꝉ (Cęlum eñ ⁊ terra ꝓteribunt) cur nō id moderationis aſſumimus: vt neqꝫ in aduerſis abijciamꝰ animum (Qui eñ omnia fecit ex nihilo: facile te quoqꝫ potēs eſt ad ſūma ⁊ ꝑfecta ꝓuehere) et rurſum nō extollamur in ꝓſperis: neqꝫ in poteſtate aliq̄ nos diuitijſqꝫ iactemus: neqꝫ in viribus corporis aut pulchritudine gloriemur: in quo eſt facilis corruptio: crebra mutatio: ſed manētē in futurum animi gratiā ꝑſequamur? Nam ſi te lunę cōtriſtat occaſus: quę ſe ſemꝑ reparat ac reformat: multomagis contriſtare te debet: ſi anima ꝓfectu virtutis impleta: cū fuerit poſtea ꝑ inconſtantiā mentis atqꝫ incuriam a ſuo deflexa ꝓpoſito: ſtudia ſua ſępe cōmutet: qd̓ eſt inſipiētię ⁊ inſcientię. Un-
Ecci. 27. de ⁊ ſcriptura ait: Stultus vt luna mutaꝉ. Et ideo ſapiens nō cū luna mutaꝉ: ſed permanebit cū ſole. Uñ nō luna eſt particeps ſtulticię: q̄ nō luna mutatur vt ſtultus: ſed
Ps. 88. ſtultus vt luna. Deniqꝫ ſemen iuſti ſicut luna ꝑfecta in ęternū manet: ⁊ teſtis in cęlo fidelis. Aliud eñ eſt fungi miniſterio: aliud circūferri ingenio: et ſenſus infirmitate fixam nō habere ſententiā. Luna ꝓ te labo-
Ro. 8. rat: ⁊ ꝓpter voluntatē dei ſubdita eſt. Uanitati eñ creatura ſubiecta eſt: nō ſponte: ſ ꝓpter eū qui ſubiecit in ſpe. Illa ergo non ſponte mutaꝉ: tu ſponte mutaris. Illa congemiſcit et cōparturit in ſua mutatione: tu nō intelligiſ ⁊ gratularis frequēter. Illa tuam redemptionem frequēter expectat: vt a cōmuni totius creaturę ſeruitio libereꝉ: tu ⁊ tuę redēptioni ⁊ illius libertati affers impedimentum. Tuę ergo nō ſuę ſtulticię eſt: qd̓ dū tu expectaris ⁊ nec ſero conuerteris: adhuc ⁊ illa mutaꝉ. Noli ergo lunā oculo tui corporis ęſtimare: ſed mentis viuacitate. Minuiꝉ luna vt elemēta repleat. Hoc eſt vere grande myſteriū. Donauit hoc ei ꝗ̄ oibꝰ donauit gratiam. Exinaniuit eā vt repleat: qui etiā ſe exinaniuit vt oēs repleret. Exinaniuit eñ ſe vt deſcenderet nobis: de-
ſcendit nobis: vt aſcēderet oibus. Aſcendit Eph. 4.
eñ iquit ſuꝑ oēs cęlos vt ipleret oia. Itaqꝫ qui exinanitus aduenerat: de plenitudine ſua apl̓os adimpleuit. Unde vnꝰ ex his dicit: Naꝫ de plenitudine eiꝰ oēs nos accepi- Joh. 1.
mus. Ergo annūciauit luna myſteriū chriſti. Nō mediocris in qua ſignū poſuit ſuū: nō mediocris: quę typū dilectę habet eccle-
ſię. Qd̓ ſignificat ꝓpheta dicens: Orieꝉ in Ps. 71.
diebus eius iuſticia ⁊ abūdantia pacis: donec extollatur luna. Et in canticis dñs de
ſua ſponſa ait: Quę nā eſt hęc ꝓſpiciens tā Cant. 6.
quā diluculuꝫ: ſpecioſa ſicut luna: electa vt ſol? Et merito ſpecioſa ſicut luna eccleſia: ꝗ̄ toto mundo refulſit: ⁊ tenebras ſęculi huiꝰ
illuminās dicit: Nox ꝓceſſit: dies aūt appro Ro. 13.
pinquabit. Pulchre ait: ꝓſpiciēs: quaſi ſu-
os de ſuperiore ꝓſpectās: ſicut habes: Do- Ps. 13.
minus de cęlo ꝓſpexit ſuꝑ filios hominuꝫ. Proſpiciēs ergo eccleſia: ſicut luna defectꝰ habet ⁊ ortꝰ frequētes: ſed defectibꝰ ſuis creuit: ⁊ his meruit ampliari dū ꝑſecutionibꝰ minuiꝉ: ⁊ confeſſoruꝫ martyrijs coronatur.

Hęc eſt vera luna: quę de fratris ſui luce ꝑpetua: lumē ſibi imortalitatis ⁊ gratię mutuatur. Fulget eñ eccleſia nō ſuo ſed chriſti lumine: ⁊ ſplendorē ſibi arceſſit de ſole iuſti-
cię vt dicat: Uiuo autē iaꝫ nō ego: viuit au Gal. 2.
tem in me chriſtꝰ. Beata plane: quę tantū inſigne meruiſti. Unde te nō tuis neomenijs ſed typo eccleſię beatā dixerim. In illiſ eñ ſeruis: in hoc diligeris. Ridiculum aūt ꝙ te plęriqꝫ credunt hoies magicis carminibus poſſe deduci. Aniles iſtę fabulę ac vulgi opiniones. Quis eñ opus dei tāto miniſterio deputatū arbitretur chaldęis ſuꝑſtitionibꝰ poſſe tēptari? Lapſus ſit ille qui ſe trāſfigurat in angelū lucis: ⁊ deductus volūtate ꝓpria: nō carminū poteſtate. Sane ⁊ in hoc ꝗſi eccleſia putaris poſſe de loco tuo ⁊ ſtatione deduci. Multi tēptāt eccleſiam: ſed ſagę artis ei carmina nocere nō poſſunt. Nihil incantatores valent: vbi chriſti canticū quotidie decantaꝉ. Habet incantatorē ſuū dominū ieſum: ꝑ quē magorum incantantiū carmina ⁊ ſerpentū venena euacuauit: ⁊ ipſa ſicut ſerpēs exaltatꝰ

deuorat colubros ęgyptiorum. Ferale licet carmen immurmuret: hebetatᷣ in chriſti nomine. Sic ⁊ elimam magũ paulus nõ ſolum magicę artis infirmitate: ſed etiã oculorum amiſſione cęcauit: Sic petrꝰ ſymonẽ alta celi magico volatu petentez: diſſoluta carminũ poteſtate deiecit ⁊ ſtrauit.

## De clauſione quarti diei: cum redargutione eoꝝ qui numerũ quartũ cauere cõſueuerunt: Ca. IX.

p Ulchre igitur vt arbitror ceſſit dies quartus. Quõ ergo quartũ plęriqꝫ cõſueuerunt cauere: et inutile putant hoc numero aliquid ordiri: quo totus noua luce mundus emicuit? An ſiniſtris ſol cępit auſpicijs? Et quõ alijs põt bona ſigna dare: qui ſibi eligere diez ſui neſciuit exortus? Aut quõ ſigna eius ꝓbant: cuius ortũ non ꝓbant? Quid etiã de luna dicimus: quę ⁊ quarto die cępit: ⁊ quartadecima: diẽ ſignat ſalutis? An diſplicet numerꝰ: quo celebratᷣ myſteriũ redẽptionis? Ideo dęmones declinandũ fore ꝑſuadent numerũ euz quo eorũ deſtructa nequicia eſt. Ideo gẽtiles nihil adoriendũ aſſerunt: quia ſciunt tunc primũ artes ſuas vacare cępiſſe: ⁊ populos gentiles ad eccleſiã demigraſſe. Lunam certe quartã ſi pura fuerit neqꝫ obtunſis cornibus dare reliquis diebꝰ vſqꝫ ad exactũ menſem indiciũ ſerenitatis exiſtimãt. Nolunt ergo eiſdẽ exordijs inchoare: quibus ſerenitas inchoatur. Sed iam cauẽdum: ne nobis in ſermone dies quartus occidat. Cadunt eñ vmbrę maiores de mõtibus: lumẽ minuitᷣ: vmbra cumulatᷣ.

## Sancti Ambroſij epiſcopi: hexaemeron quartus liber: de quarto die explicit.

## Sequitur annotatio capituloꝝ quinti libri eiuſdem.

De introductione quinti diei ꝑ repetitionẽ ſuperioribus diebus factorũ. Ac de obedientia aquarũ ad ꝓducendũ diuerſa animantiũ genera: ⁊ increpatione hominis qui ſibi datis nõ cõtentus: interdicta alimẽta guſtauit. De inenarrabili quoqꝫ eorum multitudine quę momẽto paruerũt mandato dñi dicẽtis: Producãt aquę reptilia ⁊c̃. Et reptilia quę dicantᷣ: Ca. I.

De virtute huiꝰ ſermonis: Producãt aquę reptilia. Et ꝙ multo plura ĩ mari ꝙ̃ in terris ſint. De ſingulari qꝫ aquarũ gratia: q̃ ex viuẽtibus in ipſis declaratᷣ. Ca. II.

De multis ac diuerſis piſciũ generibꝰ ⁊ vſibus: de pietate: ſucceſſiõis puritate ⁊ pudicitia ipſorũ: ac rep̃henſione hominis cõmixtionẽ diuerſorũ ſeminum in animalibus ꝓcurantis. Ca. III.

De bonitate matris aquę in piſces ſuos: atqꝫ exhortatione hoĩs vt ex hoc diſcat quę ſit parentis ⁊ filiorũ neceſſitudo. Quqꝫ ꝓpria natura: ſpecialis vſus ac ſeparata q̃dam a cęteris viuendi ſubſtantia ſit piſcium. Ca. IIII.

De dentibus ac violenta piſciũ auaricia ſe inuicẽ deuorantiũ: Et ꝙ inſignũ facti ſint vt in ijs noſtrorũ moruz vitia videamus exẽplaqꝫ caueamus. Qꝫ p̃terea homo ſit piſcis: ex pulchrę cõparationis inductõe: ⁊ ad pericula cauenda diligenti admonitione. Ca. V.

Qꝫ homo ſit piſcis ex euãgelicę veritatꝭ atteſtatiõe. Qꝫ etiã boni ⁊ mali piſces ſint: cũ exhortatione vt bonus piſcis hamũ: retia ac ſinũ petri nõ timeat. Qua rõne p̃terea euãgeliũ ꝓ mari poſitũ ſit. Ca. VI.

De inſtructiua admonitione hoĩs qꝛ piſcis eſt: vt ſuꝑ vndas exiliat: ⁊ pericula caueat aſtutiã ſerpentiũ imitãdo. Quqꝫ aſtutiſſimus circa quęrenda ⁊ obſeruanda cõiugia ex pulcherrimi exempli de vipera adaptatione. Ca. VII.

De frauduleto ingenio polypi ⁊ aſtutia cãcri ad cibũ prędandũ: notatione qꝫ hoĩm qui ſili ingenio ac fraude alios circũuenire ⁊ decipere nitunᷣ: cũ ꝑſuaſiua adhortatione vt homo ꝓprijs ſit contentus alieniſqꝫ dãnis nõ paſcatᷣ. Ca. VIII.

De p̃ſciẽtia echini maritimi futurã tẽpeſtatẽ aut tranquillitatẽ nauigãtibꝰ p̃nũciantis: ⁊ vñ tam exiguũ animal hoc munꝰ acceperit. Ac de indulgẽtię dei creatoris ingenti pręconio. Ca. IX.

Qꝫ vnũqꝙ̃qꝫ genus piſciũ p̃ſcripta ſibi habeat domicilia: cũ increpatiõe hũanę auiditatis. Qua ratione etiã quędã genera qñqꝫ mutẽt loca: ⁊ vñ hoc habeãt ingenium. De ſpecialibꝰ qꝫ aliquorũ piſciũ virtutibus. Ca. X.

De ſingulari atlantici maris cõmẽdatione ex ijs quę in ipſo naſcunᷣ aut fiũt: cũ ꝯcluſione ſermonis de piſcibꝰ. Ca. XI.

De pulchra introductione ſermonis de natura auiũ habendi. Ca. XII.

De ordine dicẽdoꝝ: ac natura auiũ q̃ circa aquas marꝭ fluminũqꝫ verſanᷣ. Ca. XIII.

Cur poſt deſcriptionẽ piſciũ: de ijs auibꝰ q̃ aſſuetę ſũt aquis: ſermo ſucceſſerit. Et de diuerſis exinde auium generibus ac differentijs. Ca. XIIII.

A quibꝰ auibus exordiũ ſequẽtis ſermonis ſumendũ ſit. Ac de gruibꝰ quõ ſollicitã exerceant cuſtodiã ⁊ volãtes ſeruẽt ordinẽ: exẽplũqꝫ exercendę policię p̃buerint hoĩbus. De cõmendatiõe p̃terea ſtatꝰ antiq̃ reipublicę. Et de cauſa atqꝫ accuſatione humanę incurię. Ca. XV.

De ciconijs queadmodũ ꝓficiſcanᷣ quo ꝑgendũ putãt. Qualiter etiã a cornicibus deducanᷣ: atqꝫ adiuuẽtur in bellis. Et de earundẽ cornicũ cõmendabili hoſpitalitate hũanęqꝫ negligentię increpatiõe. De illarũ qꝫ erga patres ſuos pietate et noſtrę impietatis notatione. Ca. XVI.

De hirũdinis materna ſedulitate: idustria: ac pietate in filios. De cõmendatione p̃terea pauꝑtatis ipſiꝰ ⁊ moleſtia atqꝫ improbitate noſtra cũ pauꝑtas: inopia vel indigentia nobis occurrerit. Ca. XVII.

Ut ex vſu ⁊ pietate cornicũ diſcãt homĩes amare filios. Et de fęminarũ nr̃i generis patrũqꝫ in filios impietate. Et hinc de excuſatione accipitrũ ⁊ aquilarũ q̃ durã aduerſus fętꝰ ſuos ferunᷣ habere ĩclemẽtiã. De pietate qꝫ fulice q̃ abdicatũ aq̃lę pullũ cũ ſua ꝓle cõnectit ⁊ nutrit. Ca. XVIII.

De turturis viduitate: exhortatiõeqꝫ mulierũ vt diſcant quãta ſit viduitatis gratia quę etiã in auibꝰ p̃dicatᷣ. Ca. XIX.

De integritate auiũ: q̃ vt in vulturibꝰ dep̃hendiᷣ abſqꝫ cõcubitu ⁊ ſine vllo maſculorũ ſemine cõcipiant ⁊ generãt. Ac de cõfutatione eoꝝ qui ĩpoſſibile putãt ꝙ virgo maria cõſeruata virginitate dei filiuz pepererit: Ca. XX.

De natura ⁊ admiranda induſtria ac diligẽtia apum: q̃ velut quandã rempublicã curare videnᷣ. Ca. XXI.

De cõſideratione eiꝰ ꝙ ait ꝓpheta: Producant aquę reptilia ⁊c̃. ac diuerſitate quaz inter ſe habent aues. Ca. XXII.

De imitatione vermis indici: cameleontis: leporũ atqꝫ phęnicis: vt illorũ exẽplis ad cõmutationis fidẽ q̃ in reſurrectõe futura eſt ꝓuocemur. Unde etiã vultures habeant vt quibuſdã ſignis mortẽ hoĩm annũcient. Qõ deniqꝫ vſqꝫ ad locuſtaz diuina gratia penetrauerit. Ca. XXIII.

De natura ⁊ ꝓprietatibus auiũ nocturnarũ: videlicet luſcinię: noctuę: veſpertilionis ⁊ galli: quarũ vſu et exemplis admonemur ⁊ inſtruimur. Ca. XXIIII.

De deuota auctoris ad dñm ieſum chriſtuz dep̃catõe cũ clauſiõe q̃nti diei. Ca. XXV.

Finis.

## Sancti Ambroſij epiſcopi hexaemeron quintus liber de die quinto incipit.

## De introductione quinti diei ꝑ repetitionẽ ſuperioribꝰ diebus factorũ. Ac de obediẽtia aquaruz ad ꝓducendũ diuerſa animantiũ genera: ⁊ increpatiõe hominis qui ſibi datis nõ ꝯtentus: interdicta alimẽta guſtauit. De ienarrabili quoqꝫ eorũ multitudine que momẽto paruerunt mandato dñi dicentis: Producant aque reptilia ⁊c̃. Et reptilia que dicanᷣ: Ca. I.

v Eſtita diuerſis terra germibꝰ virebat oĩs: cęlũ qꝫ ſole ⁊ luna vultꝰ ſui lũinibꝰ geminis: ſtellarũqꝫ inſignitũ decore fulgebat: Superat elementũ tertiũ: mare ſcꝫ: vt ⁊ ipſi gratia viuificatiõis diuino ꝓueniret munere. Ethęreo eñ ſpũ oẽs terrarũ fętus alũtur: Terra quoqꝫ ſemina reſoluẽs vniuerſa viuificat: ⁊ maxie tunc p̃mũ verbo dei iuſſa virideſcere: viuificationis ſuę munere pullulabãt. Uacabat aq̃: ⁊ a diuinę oꝑatiõis feriata bñficio videbatᷣ. Habet adhuc creator qõ illi ꝯferat: q̃ munia terraꝝ poſſit ęq̃re: Reſeruabat ei vt ⁊ ipſa ꝓpriũ ſibi ⁊ ſpeciale aliq̃d p̃rogatiuę collati ſibi munerꝭ vẽdicaret. Uiuificauit priꝰ terras: ſꝫ eaſ q̃ ſpirantẽ aĩam nõ habebãt. Aqua iubetᷣ ea ꝓducere q̃ viuẽtis aię vigorẽ dignitatẽqꝫ p̃ferrẽt: ⁊ ſenſũ tuẽdę ſalutis ⁊ fugiẽdę mortꝭ acciperẽt. Dixit itaqꝫ deꝰ: Producãt aque reptilia aĩaruz viuentium ſm̃ genus ſuũ: et volatilia volãtia ſecꝰ firmamentũ celi. Uenit mãdatũ: ⁊ ſubito aqua iuſſos fundebatᷣ in partꝰ: ge-

nerare fluuij: viuificare lacꝰ: mare ipſum cę
pit diuerſa reptiliū gnā parturire: ⁊ ſm ge/
nus effundere qđcūq; formauerat. Nō exi/
gui gurgites: nō cęnoſę paludes vacabāt:
qn oīa datā ſibi creādi aſſumerēt ptātē. Pi
ſces exilibāt de flumine: delphines ꝑlude/
bant in fluctibꝰ: cōchę ſaxis: oſtreę adhęre/
bāt ꝓfūdis: adoleſcebāt echineęs. Vę mi
hi: Ante hoīem cępit illecebra abūdātia co
piaꝝ nrę mater luxurię: ante hoīem delitię.
Prior ꝗ hoīm tēptatio ꝙ natura. Sed ni/
hil creatura deliqt: alimēta dedit: nō vitia
ꝓſcripſit. Hęc tibi cōia dedit: ne tibi aliqua
velut ꝓpria vēdicares. Tibi ſuos fructꝰ ter
ra ꝓducit: tibi ſcaros ⁊ accipitres: ⁊ oēs fętꝰ
ſuos generant aq̄: et his nō ꝯtētus interdi/
cta tibi alimēta guſtaſti. Ad inuidiā tuā oīa
ꝯgerunt: vt ꝑuaricatio tuę auiditatis one/
ret. Sʒ neq; ꝙ multę ſpēs ⁊ noīa ſint poſ
ſumꝰ enarrare: q̄ oīa momēto diuinę ꝑcepti
onis aīata ſunt. Silr̄ coibat forma corpis: et
operabat̄ aīa: vitalis etiā vigor reliquę vir
tutis. Repleta erat terra germinibꝰ: mare
īpletū aīantibus. Ibi inſenſibilia pullulāt:
hic ſenſibilia verſant̄. In terrl̄ ꝙ aqua ſu/
as ſibi vēdicat portiones. Lābunt terrā pi/
ſces aquarū: ⁊ ex ea ſibi prędā reqrūt. Cu/
lices ꝙ ⁊ ranūculi circa genitales ſtrepunt
paludes: ⁊ ipſę audierūt dñi mandatū dicē
tis: **Producāt aq̄ reptilia aīarum viuentiū.** Scimꝰ reptilia dici genera ſer
pentū: eo ꝙ ſup terrā repant: ſed multoma/
gis oē qđ natat reptandi habet vel ſpēm vł
naturā. Nā etſi in ꝓfundū q̄ ſe demerſerint
aquā videāt̄ findere: tñ cū ſupra innatāt re/
punt toto corpe qđ trahūt ſup quędā dorſa
Ps. 103. aquaꝝ. Vñ ⁊ dauid ait: Hoc mare magnuʒ
⁊ ſpacioſū: illic reptilia quoꝝ nō ē numerꝰ.
Quinetiā cū plęraq; pedes habeāt ⁊ ambu
landi vſū: eo ꝙ ſint amphibia: q̄ vel in aq̄s
vel in terris viuāt: vt ſunt focę: crocodili:
equi fluuiales q̄s hipopotamos vocāt: eo
ꝙ hi generent̄ nilo in flumine: tñ cū in alto
aquarū ſunt: nō ambulāt ſ natāt: nec veſti
gio vtunt̄ pedis ad incedēdū: ſ tanꝙ remo
ad reptandū. Siquidē ⁊ nauis acta remis
labit̄: ⁊ aquas ſulcat carina.

## De virtute huiꝰ ſermonis: Producāt aque reptilia. Et ꝙ mlto plura in mari ꝙ in terra ſint. De ſingulari quoq; aquarū gratia: q̄ ex viuētibus in ipſis declarat̄: Ca. ii.

p Roducant aque reptilia: di
xit dñs. Breuis ſermo: ſ vęhe/
mens ⁊ late patēs: cōem minimis ⁊
maximis naturā infudit. Eodē momēto ꝓ/
ducit̄ balena quo rana: eiuſdē vi opationis
naſcit̄. Nō laborat in maximis deꝰ: nō faſti
dit ī minimis: Nec doluit natura parturiēs
delphinas: ſicut nō doluit cū exiguos muri
ces cochleaſq; ꝓduceret. Aduerte o hō: qn/
to plura in mari ꝙ in terris ſint. Numera *De Generibꝰ piſcium*
ſi potes oīa piſciū genera: vel minutoꝝ vel
etiā maximoꝝ: ſepias: polypos: lithoſtra/
tos: carabos: cancros: ⁊ in his innumerabi
lia ſui generis. Quid dicā genera ſerpētiū:
dracones: muręnas: anguillas? Nec pręter/
mittā ſcorpios: ranas: teſtudines: muſtelaſ
q; ⁊ canes maritimos: vitulos marinos: ce
te imania: dephinas: focas: leones. Quid
atterā etiā merulas: turdos: pauos q;: quo
rū etiā colores in auibꝰ videmꝰ expſſos: vt
nigri merulę: paui diuerſo colore dorſa ⁊ col
la depicti ſint: turdi aluo varij: ⁊ cętera q̄rū
ſibi terrę ſpecies ⁊ noīa vendicarūt? Nā pri
us ī mari iſta cęperūt diuerſiſq; fluminibꝰ.
Siquidē aqua prior animaꝝ viuētiū repti/
lia diuino nutu impata ꝓduxit. Adde hāc
gratiā: ꝙ ea q̄ timemus in terris: amamꝰ in
aq̄s. Etenī noxia in terris: in aqua innoxia *De Leone aquatili*
ſūt: atq; ipſi angues ſine veneno. Leo ter
ribilis in terris: dulcis in fluctibꝰ. Murę/ *De Murena*
na quā ferūt aliqd habere noxiū: eſca ꝑcio/
ſior eſt. Rana horrēs in paludibꝰ: decora *De Rana*
in aq̄s: oībus fere ꝑſtat alimētis. Plura ſi
quiſ vult cognoſcere: a diuerſis locoꝝ piſca
toribus q̄rat. Nemo enī pōt oīa cōprehēde/
re. Canes ſane ⁊ in mari caue: quos ⁊ in ec *De Cane marino*
cleſia moleſtos eſſe ⁊ cauēdos aplus docet
dicens: Cauete canes: cauete malos opari/ *Phil. 3.*
os. Muſtelę grauis in terris odor: in aq̄s *De Muſtela*
ſuauis. Terrena ſe nouit vidicta fętoris vl/
ciſci: Hęc ſi minorē hʒ grām capta ꝙ libera.
Neq; te inhonoratū nra ꝓſecutione timalle *De Timallo*
dimittā: cui a flore nomē inoleuit: ſeu ticeni
vnda te fluminis ſeu ameni ateſis vnda nu
trierit flos es. Deniq; ſermo teſtatior ꝙ de
eo q̄ gratā redoleuit ſuauitatē: dictū facete
ſit: aut piſcē olet aut florē: ita idē ꝓnūciatꝰ
eſt piſcis odor eſſe q̄ floris. Quid ſpecie tua
grīꝰ? Quid ſuauitate iocūdiꝰ? Quid odore
fragrantiꝰ? Qđ mella fragrāt hoc tu corpe
tuo ſpiras. Quid loq̄r coruorū: qđ etiā lu/ *Ar. percerum*
poꝝ teneritudines? Neſcit hos lupos agnꝰ



*Ar quarum vitulos fugiūt ⁊ leones* timere. Tāta eſt aquaꝝ grā: quarū vitu/
li figurant̄ ⁊ leones: vt his ꝓphcticū illud
dictum de eccleſię ſanctitate iure cōueniat:
Eſa. 65. Tūc lupi ⁊ agni ſil̄ paſcent̄: leo ⁊ bos ſimul
paleas manducabūt. Nec mirū: qñquideʒ
etiā in eccleſia aquę illud operant̄: vt ꝑdo/
nū abluta nequicia cū innocētibꝰ cōparet̄.
Quid etiā purpuras memorē: quę ornāt
regū cōuiuia: amictus imbuūt? Aquaꝝ eſt
igit̄ qđ in regibꝰ adorat̄: aquarū eſt ſpēs il/
la quę fulget. Adde porcos maris etiā iu/
deis gratos: q: nihil eſt cōe qđ nō aqua ab/
luat: ⁊ ideo cōmunes eos ſicut in terra edi/
tos eſtimare nō poſſunt.

## De multis ac diuerſis piſciū generibꝰ ⁊ vſibꝰ: de pietate: ſucceſſionis puritate ⁊ pudicitia ipſorū: ac reprehenſione hominis cōmixtionem diuerſorum ſeminū in animalibus ꝓcurantis: Ca. iii.

i Nnumeri itaq; vſus: innumera ge/
nera piſciū. Alij oua generāt: vt hi
quos tructas vocant: ⁊ aq̄s fouēda
cōmittūt. Aqua igitur aīat ⁊ creat: ⁊ adhuc
mandati illiꝰ primi tāq; leges ꝑpetuas mu/
nus exequit̄: blanda q̄dā mater aīantium.
Alij viuos fętus edūt de ſuo corpe: vt mu
ſtelę ⁊ caniculę ⁊ cete ingētia: delphines: et
focę aliaq; cete. Hmōi quę cū ediderint par/
tus: ſi q̄d forte inſidiarū terroriſq; ꝑſēſerint
circa catulos ſuos quēquā moliri: q̄ tueant̄
eos: vel tenerę ętatis pauore materno affe/
ctu cōprimant: aperire ora ⁊ innoxio partꝰ
ſuos dente ſuſpēdere: interno q; recipe cor/
pore: ⁊ genitali ferunt̄ aluo abſcōdere. Qui
humanꝰ affectꝰ hanc piſcium pietatē poſſit
imitari? Oſcula nobis ſocietatl̄ ſūt: illis nō
ſatis eſt aperire viſcera: natoſq; recipe ac re/
uocare integros: atq; iterū fotu quodā eos
ſui caloris aīare ⁊ ſpiritulare: duoſq; in cor/
pore vno viuere: donec aut ſecuritatē defe/
rant: aut corpe ſuo obiecto: natos ſuis de/
fendant ꝑiculis. Quis hęc vidēs ⁊ ſi poſ/
ſit obtinere: non tantę piſciū pietati cedat?
Quis nō miret̄ ⁊ ſtupeat: vt ſeruet natu/
ra in piſcibꝰ qđ nō ſeruat in hoibus? Plę/
riq; ex ſuſpitione: nouercalibus odijs appe/
titos ſuos occiderūt filios: Alię ī fame vt le
gimus partꝰ ꝓprios comederūt. Humanis
pignoribꝰ mater ſepulchrū facta eſt: Piſci/
um ꝓli parentis vterus ſicut murus valli
cuiuſdam more viſceruʒ pignora inoffenſa
ꝯſeruat. Diuerſa igit̄ piſciū genera: diuer/
ſos vſus habēt. Alij oua generāt: alij viuoſ
pariūt atq; formatos. Et q̄ oua generāt: nō
nidos texunt vt aues: nō diuturni fotus la
borē induūt: nō cū moleſtia ſui nutriūt. Ce/
cidit ouū: qđ aqua gremio quodam naturę
ſuę quaſi nutrix blāda ſuſcepit: ⁊ animal ce
leri fotu reddidit. Cōtinuo enī tactu paren/
tis: aīatuʒ ouū cecidit: ⁊ piſcis exiuit. Tū
deinde ꝙ pura ⁊ inuiolata ſucceſſio: nullus
alteri ſed generi ſuo miſcet̄: timallus timal/
lo: lupꝰ lupo. Scorpena ꝙ caſtitatē ima/ *De Scorpena*
culati ꝯnubij generi ſuo ſeruat. Itaq; hʒ pu
dicitiaʒ generis ſui: ſed venenū generis ſui
nō habet. Nō enī ꝑcutit ſcorpena: ſ reficit.
Neſciūt igit̄ alienigenaꝝ gnā piſciū adul
terina cōtagia: ſicut ſunt ea q̄ coeūt aſinoꝝ
equarūq;: quę inter ſe genera magna cura
hoīm ꝑpetrant̄: vel rurſus cū equꝰ aſinę mi
ſcet̄: q̄ ſunt vera adulteria naturę. Nā vtiq;
maiꝰ eſt ꝙ in naturę colluuione cōmittit̄: ꝙ
ꝙ in ꝑſonę iniuriā. Et hō iſta ꝓcuras: in/
terpres adulterij iumētalis: ⁊ illud animal
ꝑcioſius putas qđ adulterinū: ꝙ qđ verū ē.
Ipſe genera alia cōfundis: diūſaq; miſces
ſemina: atq; ad vetitos coitus plęrūq; co/
gis inuitos: ⁊ hoc induſtriā vocas. Hoc q:
de hoibus facere nō potes: vt diuerſi gene/
ris cōmixtio fętū poſſit excudere: tollis hōi
qđ natus eſt: ⁊ virū de viro exuis: abſciſaq;
corporis parte: ſexū negas: ſpadonē efficis:
vt qđ negauit natura in hominibus: imple
ret audacia.

## De bonitate matris aq̄ in piſces ſuos: atq; exhortatione hoīs vt ex hoc diſcat que ſit parētis ⁊ filiorūʒ neceſſitudo. Quoqʒ ꝓpria natura: ſpecialis vſus ac ſeparata quedaʒ a ceteris viuēdi ſubſtantia ſit piſcium: Ca. iiii.

q Vā bona aūt mater ſit aq̄: etiā hinc
cōſidera tu o hō. Docuiſti abdicati/
ones patrū in filios: ſeparationes:
odia: offenſas: diſce quę ſit parentis ⁊ filio/
rū neceſſitudo. Viuere piſces ſine aqua
nō queunt: nec a ſui parentis cōſortio ſepa/
rari: neq; a ſuę altricis diſcerni munere: ⁊ ſit
hoc natura quadā vt ſeparati moriant̄ ili/
co. Neq; enī vt omnia huiꝰ aeris viuunt ſpi
ramine: q: hauriēdi ſpūs ⁊ reſpirandi natu
ra his non ſuppetit. Alioqn ſub aquis ſemp
nō poſſent viuere: nō capiētes ſpūs infuſi/

onꝭ. Qđ eſt nobis ſpiritus:illis eſt aqua.
Sicut nobis ſpiritus:ita illis aqua viuendi
miniſtrat ſubſtantiã. Nos intercluſo cõme/
atus ſpiritu:qꝛ nec breui quidẽ ſpacio poſ/
ſumus exortes eſſe ſpiritꝰ vitalis ſtatim ex/
tinguimur: Piſces ꝙ ſublati de aqua ſine
ſubſtantia ſui viui eſſe nõ poſſunt. Et cau
ſa manifeſta ẽ:qm̃ nobis pulmo ꝑ thoracis
laxiora penetralia recipit ſpiritũ:⁊ cũ ſit ip/
ſe pleriſqꝫ penetrabilis:ſpiritꝰ infuſione in/
teriorẽ calorẽ refrigerat. Thorax em̃ vt ſuſci
pit alimenta:ita ſuꝑflua ciborũ ⁊ ſucos ſa/
lubres ſanguineqꝫ diſcernit. Fit pulmo per
uius:vnde faciliꝰ ad eũ põt aſpiratio ſpiri/
tus ꝑuenire. Piſces vero brãcias habent:
quas nunc plicant ⁊ colligunt:nũc explicãt
atqꝫ aperiunt. In hanc ꝗ collectionẽ ⁊ aper
tionẽ dũ ſuſcipiť aqua ⁊ tranſmittiť ac pe/
netrat:reſpirationis munus videť implere.
Propria igiť natura eſt piſciũ: nec cõmuniſ
cũ cęteris ſpecialis vſus: ⁊ a cęteris viuẽdi
quędã ſeparata ⁊ ſecreta ſubſtãtia. Propte
rea non nutriunť:neqꝫ vt terrena animalia
manꝰ humanę tactu ⁊ alimẽto ⁊ deliniamẽ
to aliquo delectanť:ſ; etiã ſi ſeruanť ĩ viua/
rijs ſuis viuunt.

## De dentibus ac violenta piſciũ auaricia ſe inuicẽ deuorãtiũ. Et ꝙ in ſignũ facti ſint vt in ijs noſtrorũ morũ vitia videamus exemplaqꝫ caueamus. Qđ preterea homo ſit piſcis:ex pulchre cõparatõis inductione:⁊ ad pericula cauenda diligenti admonitione: Ca. V.

q Uid aũt de denſitate dicã dentiũ?
Nõ em̃ vt bos aut ouis ex vna par
te dentes habent: ſed vtraqꝫ pars
armata eſt dentibꝰ: quia in aqua ſunt: etſi
diutius cibũ verſarent ⁊ nõ cito tranſmitte
rent:aquarũ alluuione de dentibꝰ eoꝝ eſca
poſſet auferri ac dilui. Ideo denſos ⁊ acu
tos habẽt: vt cito incidant:cito cõficiant:ci
bum facile ⁊ ſine aliꝗ mora ⁊ dilatione trãſ/
De Scaro mittãt. Deniqꝫ nõ ruminãt. Solus tamẽ
ſcarus in hiſ ruminare ꝓhibeť: vt ferũt:qui/
bus aut euẽtus:aut vſus fuit:aut ſtudiũ ta
lia cõprehẽdere. Sane nec ipſi a ſuis po/
tentię euaſere violentiã:⁊ auaricię potenti/
orũ ſubiecti vbiqꝫ inferiores ſunt. Quo qſ/
qꝫ infirmior:eo ꝓdę patet. Et plerıqꝫ quidẽ
herbis paſcunť:ac minutis vermibꝰ. Sũt
tñ qui inuicẽ ſe deuorẽt:⁊ ſua carne paſcan/
tur. Minor apud illos eſca maioris ẽ. Rur/
ſus ipſe maior a validiore inuadiť:⁊ fit eſca
alterꝰ ꝓdator alieni. Itaqꝫ vſu venit: vt cũ
ipſe aliũ deuorauerit:ab alio deuoreť: et in
vnũ ventrem vterqꝫ veniat cũ voratore ꝓ/
prio deuoratꝰ:ſitqꝫ ſimul in vno viſcere prę/
dę vindictęqꝫ cõſortium. Et ipſis poſtea
ſpõte hęc accreuit iniuria:ſicut in nobis nõ
ex natura cępit:ſed ex auaricia:aut quia ad
vſum hominũ dati ſunt. In ſignũ ꝙ fac/
ti ſunt: vt in his noſtrorũ moruꝫ vitia vide/
remus:et caueremus exempla: ne quis po/
tior iuferiorem inuaderet:daturus in ſe po/
tentiori exemplũ iniurię. Itaqꝫ qui alteruꝫ
lędit:ſibi laqueũ parat in quẽ ipſe incidat.
Et tu piſcis es:qui viſcera inuadis aliena:
qui demergis infirmũ:qui cedentẽ ꝑſeque/
ris vſqꝫ in ꝓfundũ. Caue ne dũ illũ ſeque/
ris:incidas ipſe in validioreꝫ:⁊ deducat te
in alienas inſidias ꝗ tuas vitat: priuſqꝫ tu/
am expectet erumnã:qui te ꝑſequẽte ꝓpriã
reformidabat. Quid intereſt inter diuitẽ
improbę cupiditatis ingluuie abſorbenteꝫ
infirmorũ patrimonia:⁊ ſilurũ de minorum
piſciũ viſceribus aluũ replentẽ? Defunctus
eſt diues:⁊ nihil ei ſua ſpolia ꝓfuerunt:im/
mo magis eum rapinarũ ſuarũ deteſtabili/
orem fecit infamia. Captus eſt ſilurus:⁊ in/ De Siluro
utilis pręda detecta eſt. Quanti in eo repe/
riuntur qui alios deuorauerũt: et tu diues
habes in ſinu tuo alterıꝰ prędatorẽ. Ille ha
bebat facultateſ pauperis quas inuaſerat:
tu eũ opprimẽs:duo patrimonia tuis facul/
tatibus addidiſti:⁊ adhuc tanto nõ ſatiarꝭ
augmẽto:⁊ dicis ꝙ alios vindicaueris: cũ
eadẽ cõmittas quę vlciſceris:iniuſto iniuſti
or et iniquo iniquior:auaro auarior. Uide
ne idem te qui piſcem illum finis inueniat:
hamũ caue:caue retia. Sed ꝓſumis de
potentia:ꝙ nemo tibi poſſit reſiſtere. Prę/
ſumebat ⁊ ſilurus ꝙ hamuꝫ nemo ſibi iace/
ret:nemo retia tenderet: etſi incidiſſet vni/
uerſa dirũperet:⁊ tamẽ fuſcinam nõ euaſit:
aut nexus vinculi validioris incurrit:quibꝰ
ſe nõ poſſet exuere. Sine dubio ⁊ hominuꝫ
iniquitas quo grauiora cõmiſerit: eo magꝭ
ſcelere ſuo tuta eſſe nõ poterit:quin aliquã/
do diſſoluat:qđ ſcelerũ precio conſtat diffi/
cile poſſe vitari.

## Qđ homo ſit piſcis ex euangelice veritatis atteſtatione. Qđ etiaꝫ boni ⁊ mali piſces ſint:cum exhortatione vt bonus piſcis hamũ: retia ac ſinum petri nõ timeat. Qua ratione preterea euangeliũ ꝓ mari poſitum ſit: Ca. VI.



Matth. 13. p Iſcis ergo es o homo: Audi qꝛ pi/
ſcis es: Siſe ẽ regnũ cęlorũ reti miſ/
ſo in mare:et ex omni genere piſciũ
congreganti. Cũ autẽ eſſet impletum duxe
runt id ad littus:et ſedentes elegerũt opti/
mos ĩ vaſis ſuis:malos aũt foras miſerũt.
Sic erit in cõſummatione ſęculi: Exibũt an
geli:⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtoꝝ:
⁊ mittent eos in caminũ ignis. Sunt er/
go boni ⁊ mali piſces. Boni ſeruanť ad pre/
cium:mali ſtatim ardent. Bonũ piſcem nec
retia inuoluunt:ſed eleuãt. Nec hamus in/
ternecat atqꝫ interficit: ſed precioſi vulnerꝭ
ꝑfundit ſanguine:in cuius oris confeſſione
bonũ preciũ reperitur:quo tributũ apoſto/
licum ⁊ cenſus chriſti poſſit exolui. Sic em̃
Matth. 17. ſcriptũ eſt:dicente dño: Reges terrę a qui/
bus accipiunt tributũ vel cenſum? A filijs
ſuis an ab alienis? Et reſpondẽte petro ab
alienis:ait dominꝰ: Uade ad mare ⁊ mitte
hamũ:⁊ eum piſcem qui primus aſcenderit
tolle:⁊ aperto ore eius inuenies ibi ſtaterẽ:
illum ſumens:da eis ꝓ me ⁊ te. Noli igi/
tur o bone piſcis petri hamũ timere: nõ oc/
cidit ſed cõſecrat. Noli quaſi vilẽ te cõtẽne/
re:quia vides corpus infirmũ:habes in ore
tuo qđ ⁊ ꝓ petro ⁊ ꝓ chriſto offeras. No
Luc. 5. li timere petri retia: cui dicit ieſus: Duc in
altũ:⁊ laxato retia. Non em̃ in ſiniſtrã par/
tem mittit:ſed in dexterã:ſicut iuſſus a chri
ſto eſt. Noli timere ſinum eius: quia dictuꝫ
eſt ei: Ex hoc eris homines viuificãs. Ideo
miſit retia ⁊ cõplexus eſt ſtephanuꝫ: qui de
euãgelio primus aſcendit habẽs in ore ſuo
ſtaterẽ iuſticię. Unde cõfeſſione ꝯſtanti cla/
Act. 7. mauit dicens: Ecce video cęlos apertos: et
filiũ hominis ſtantẽ ad dexteram dei. Pro
hoc piſce ſtabat dominꝰ ieſus. Sciebat em̃
eſſe in ore eius preciũ ſui cẽſus. Deniqꝫ glo/
rioſo martyrio ⁊ petri iudiciũ atqꝫ doctrinã
⁊ chriſti gratiã locuples aſſertor impleuit.

## De inſtructiua admonitione hominis quia piſcis eſt: vt ſuper vndas exiliat:⁊ pericula caueat aſtutiam ſerpentium imitando. Qđqꝫ aſtuti ſimus circa querenda ⁊ obſeruãda cõiugia ex pulcherrimi exẽpli de vipera adaptatiõe: Ca. VII.

n Ec te moueat qđ ꝓ mari euangeli/
um poſui. Euangeliũ ẽ in quo chri/
ſtus ambulauit: Euãgelium eſt in
quo licet titubauerit petrus quando nega/
uit:tamẽ ꝑ dexterã chriſti fidei munimentũ
ſtationis inuenit: Euãgeliũ eſt de quo mar
tyr aſcendit: Euangeliũ eſt mare in quo pi/
ſcantur apoſtoli:in quo mittitur rete qđ ſi/
mile eſt regno cęlorũ: Euãgeliũ eſt mare:in
quo chriſti figurantur myſteria: Euangeliũ
eſt mare:in quo hebręus euaſit: ęgyptiꝰ in/
terẽptus eſt: Euangeliũ eſt mare:in quo eſt
ſponſa chriſti eccleſia ⁊ diuinę gratię pleni/
tudo quę ſupra maria fundata eſt:ſicut dix/
it ꝓpheta: Ipſe ſuꝑ maria fundauit eam. Pſ. 23.
Exili ſuꝑ vndas o homo:quia piſcis es:
Nõ te opprimant ſęculi iſtius fluctus. Si tẽ
peſtas eſt:pete altum ⁊ ꝓfundum:ſi ſereni/
tas:lude in fluctibus:ſi ꝓcella: caue a ſco/
puloſo littore :ne te in rupeꝫ furens ęſtus il
lidat. Scriptũ eſt em̃: Eſtote aſtuti ſicut ſer Matth. 10.
pentes. Et quia de ſerpentibꝰ aſtutis ꝓ/
poſitũ exemplũ eſt:ſimus aſtuti circa quę/
renda ⁊ ſeruanda cõiugia:diligamus tribu/
ta nobis conſortia. Etſi hi qui longinquis
fuerant ortus ſui tẽpore regionibus ſepara
ti:inter ſe conuenerint:etſi vir ad peregrina
ꝯtenderit:nulla longinquitas:nulla abſen
tia:cõplacitam minuat charitatẽ. Eadẽ lex
preſentes abſenteſqꝫ cõnectit:idem naturę
vinculũ inter diſtantes ⁊ cõſiſtentes ꝯiuga
lis charitatis iura ꝯſtringit. Eodẽ iugo be/
nedictionis vtriuſqꝫ colla ſocianť:etiã ſi al/
ter obeat ſeparatarum regionum longa di/
uortia:quia nõ corporis ceruice ſed mentis
iugum gratię receperũt. Uipera nequiſſi De Uipera
mũ genus beſtię:⁊ ſuꝑ omne qđ ſerpentini
eſt generis aſtutior:vbi coeundi cupiditatẽ
aſſumpſerit:murenę maritimę notã ſibi re/
quirit copulã: vel nouã ꝑparat: ꝓgreſſaqꝫ
ad littus:ſibilo teſtificata ꝑſentiam ſui: ad
ꝯiugalem amplexũ illam euocat. Murena
aũt inuitata nõ deeſt:⁊ venenatę ſerpẽti ex/
petitos vſus ſuę impertit cõiunctiõis. Quid
ſibi vult ſermo hmõi:niſi ferendos eſſe mo
res ꝯiugũ:etſi abſens eſt:eiꝰ operiẽda ꝑſen/
tia:ſit lꝫ aſper:fallax:icõditꝰ:lubricꝰ:temu/
lentꝰ? Quid peiꝰ veneno:qđ in ꝯiuge murę
na ñ refugit? Uocata ñ deeſt:⁊ ſerpẽtꝭ lubrꝭ
cũ ſedula charitate cõplectiť. Ille tua mala
portat ⁊ leuitatis fęminee facilitatẽ: tu viꝝ

tuū nō potes o mulier ſuſtinere? Adā ꝑ euā deceptus eſt: nō eua ꝑ adā. Quem vocauit ad culpā mulier: iuſtū eſt vt eū gubernatorē aſſumat: ne iterū fęminea facilitate labatur. Sed horridus ⁊ icultꝰ eſt. Semel placuit. Nunqd vir frequēter ē eligēdus? Cōparē ſuuꝫ ⁊ bos requirit: ⁊ equꝰ diligit: etſi muteť aliꝰ: trahere iugū neſcit cōpar alteriꝰ ⁊ ſe nō totū putat: tu iugalē repudias tuū: ⁊ putas ſępe mutādū: etſi vno defuerit die ſuſpicaris riualē: ⁊ ſtatim incognita cauſa: q̄ſi cognitā pudoris exeq̄ris iniuriā. Vipera abſentē requirit: abſentē vocat: et blādo ꝓclamat ſibilo: atq3 vbi aduētare cōparem ſenſerit: venenū euomit: reuerentiā marito deferēs: verecūdata nuptialē gratiā: tu mulier aduenientē de longinq̄ maritū cōtumelijs repellis. Vipera mare ꝓſpectat: explorat iter cōiugis: tu iniurijs viā viro obſtruis: tu litiū moues venenū: nō reijcis: tu ꝯiugalis amplexꝰ tpe dirū virus exęſtuas: nec erubeſcis nuptias: nec reuereris maritum.

Sed etiā tu vir. Poſſumꝰ etiā ſic accipe: depone tumorē cordis: aſperitatē moꝝ: cuꝫ tibi ſedula vxor occurrit: ꝓpelle indignationē: cū blanda ꝯiunx ad charitatē ꝓuocat. Nō es dñs ſed maritꝰ: nō ancillā ſortitꝰ es: ſed vxorē. Gubernatorē te deꝰ voluit eſſe ſexus inferioris: nō ꝑpotentē. Redde ſtudio vicē: redde amori gratiā. Vipera venenū ſuū fundit: tu nō potes duriciā mētis deponere: ſed habes naturalē rigorē: debes tpare eū ꝯtēplatione cōiugij: reuerētia ꝯiunctionis. Pōt ⁊ ſic. Nolite quęrere viri alienū thorū: nolite inſidiari alienę copulę. Graue eſt adulteriū: naturę iniuria. Duos primuꝫ deꝰ fecit: adā ⁊ euā: hoc eſt: virū ⁊ vxorē. Et vxorē de viro: hoc eſt: de coſta adaꝫ: ⁊ iuſſit ambos eē in vno corpore et in vno ſpū. Qr vnū ſeparas corpus: vnū diuidis ſpm̄: naturę adulteriū eſt. Sed hoc docet muręnę ⁊ viperę: nō iure generꝭ ſ ardore libidinis expetitus amplexꝰ. Diſcite o viri qui alienā ꝑmolere q̄rit vxorē: cuiꝰ ſerpētis ſibi aſſciſcere cupiat ꝯtuberniū: cui etiā cōparādus ipſe ſerpēti ſit. Feſtinat ad viperā: q̄ ſe in gremiū viri nō directo tramite veritatis ſed lubrico deuij amoris infundit: Feſtinat ad eā quę venenū ſuū reſumit: vt vipera q̄ ferť ꝑacto cōiunctionis munere: venenū qđ euomuerat rurſus haurire. Adultera eñ vipe-
Prouer. 23. ra eſt. Vñ ⁊ ſalomon ait: ꝙ is qui fuerit temulētus cū ꝑ vinū libido feruere ꝯſueuerit tanq̄ a colubri ictu extendiť: ⁊ tanq̄ a cornuta diffundiť illi venenum. Et vt ſcias ꝙ de adultera dixit: adiecit: Oculi tui cū viderint alienā: os tuū loquiť ꝑuerſa. Nec q̄ſ ꝙ velut ꝯtraria poſuiſſe nos credat: vt ⁊ ad bonū ⁊ ad malū viperę huius exēplo vteremur: cū ad īſtitutionē vtrūq3 ꝓficiat: Si erubeſcamus aut fidē non exhibere dilecto cui exhibet ſerpens: aut relinquētes ſancta cōiugij: lubrica ⁊ nocitura ſalutaribꝰ ꝑferamꝰ: qđ facit qui cū ſerpente miſceť.

## De fraudulēto ingenio polypi ⁊ aſtutia cancri ad cibuꝫ predandū: notatione quoq3 hoīm q̄ ſili ingenio ac fraude alios circūuenire et decipe nituntꝛ: cū ꝑſuaſiua adhortatione vt hō ꝓprijs ſit ꝯtētus alieniſq3 danis nō paſcat: Ca. VIII.

Et qr de aſtutia cępimus ſermoneꝫ ſubtexere: qua vnuſq̄ſq3 fratrē ſuuꝫ circūuenire ⁊ decipere nitiť ⁊ in nouas ſe fraudes cōponere: vt quē vi obtinere nō pōt: circūſcribat dolo: ⁊ fuco quodā artis obducat. Fraudulētū illud polypi ingeniū nō ꝑteribo: qui vadoſo in littore petrā nactus affigiť ei: atq3 eiꝰ nebuloſo ingenio colorē ſubit: ⁊ ſili ſpecie terga obductuſ plurimos piſciū ſine vlla ſuſpitiōe fraudis allapſos: dū notā nō ꝑcauent ⁊ ſaxū opinātur: caſſibꝰ furtiuę artis includit: ⁊ ſinu q̄dā ſuę carnis intercipit. Sic ſpōtanea venit ꝑda: et talibꝰ capiť argumētis: qualia ſunt eoꝝ qui ingeniū ſuū ſępe cōmutant: ⁊ diuerſas nocēdi artes mouēt: vt ſinguloꝝ mētes ſenſuſq3 ꝑtēptent: cū cōtinentibꝰ cōtinentiam ꝑdicātes: in coitu intēperantiū tāq3 deuij ab ſtudio caſtitatꝭ ⁊ demerſi intēperātię volutabris: vt qui eos audiūt aut vident: incauta facilitate ſe credāt: eoq3 citiꝰ labuntur dū diſtinguere nō norūt: nec cauere qđ noceat: dū grauior ſit ⁊ magis noxia iprobitas: benignitatꝭ obumbrata velamine. Et ideo cauēdi ſunt: q̄ crines ſuę fraudis ⁊ brachia longe lateq3 diſpergūt: vel ſpeciē induunt multiformē. Et iſti eñ polypi ſūt: nexꝰ plurimos habētes ⁊ callidorū ingeniorū veſtigia: quibꝰ irretire poſſint q̄cq̄d in ſcopulos ſuę fraudes inciderit. Cācer q̄3 q̄s cibi grā ꝑſtigias ſtruit? Nāq3 ⁊ ipe oſtreo delectať: ⁊ carnes eiꝰ epulū ſibi q̄rit. Sꝫ qr vt appetens cibi ita ꝓſpiciēs eſt ꝑiculi: qm̄ cū difficilis ē venatio: tū ꝑiculoſa.

De Polypo

De Cancro



Difficilis qr teſtis validioribꝰ eſca interior includiť: nā velut murꝭ q̄buſdā molliciē carnis: ꝑcepti imperialis interpres natura muniuit: quā medio teſtarū quodā ſinu cōcauo nutrit ac fouet: ⁊ q̄ſi in quadā valle diffundit: ⁊ iđ caſſa oīa tēptamenta ſunt cancri: qr aperire clauſum oſtreū nulla vi pōt: ⁊ periculoſum eſt ſi chelas eiꝰ includat: ad argumēta cōfugit: ⁊ inſidias noua fraude moliť. Itaq3 quia oīa genera delectatiōe mulcenť: explorat ſi q̄n oſtreū remotis in locis ab omni vēto cōtra ſolis radios diptichū illud ſuū aperiat: et reſeret clauſtra teſtarū: vt libero aere viſceris ſui voluptatē quādā capiat: et tūc clanculo calculū imittens: īpedit ꝯcluſionē oſtrei: ac ſic apta clauſtra reperiēs: tuto inſerit chelas: viſceraq3 interna depaſciť. Sūt ⁊ homines q̄ cancri vſu in alienę vſū circūſcriptionis irrepant: et infirmitatē ꝓprię virtutis aſtu quodā ſuffulciāt: fratri dolū nectāt: et alteriꝰ paſcanť erūna. Tu aūt ꝓprijs eſto cōtentus: ⁊ aliena te dāna nō paſcāt. Bonꝰ cibuſ eſt ſimplicitas: innocētię ſuę bona habēſ: inſidiari neſcit alienis: nec auaricię facibus inardeſcit: cui lucrū oē ad ꝟtutū diſpēdiū eſt: ad cupiditatē incēdiū. Et ideo beata eſt ſi bona ſua nouerit cū veritate paupertas: ⁊ oībus ꝑferenda theſauris: qr meliꝰ eſt exiguū cū dei timore: q̄3 theſauri magni ſine timore eiꝰ. Quātū eſt eñ qđ hoieꝫ alat? Aut ſi quęris qđ etiā alijs abūdet ad gratiam? Id q̄3 nō multū eſt. Melior eñ eſt hoſpitalitas ī oleribꝰ cū gratia q̄3 vituloꝝ pinguiū ꝑparatio cū diſcordia. Vtamur ⁊ ingenio ad querēdā gratiā ⁊ ſalutē tuēdā: nō ad alienā circūſcribēdā innocētiā. Licet nobis vti exēplis maritimis ad ꝓfectū nřę ſalutis: nō ad alienū periculū.

## De ꝑſciētia echinęis maritimi futurā tēpeſtatē aut trāquillitatē nauigātibꝰ ꝓnūciantis: et vñ tā exiguū animal hoc munꝰ acceperit. Ac de indulgentie dei creatoris ingenti preconio: Ca. IX.

De Echinaee

Echinęis animal exiguū: vile ac deſpicabile: maritimū loquor: plęrūq3 index futurę tēpeſtatis aut tranq̄llitatis annūciꝰ ſolet eſſe nauigātibus. Deniq3 cū ꝓcellā ventoꝝ ꝑſenſerit: calculū validū arripit: eūq3 velut ſaburrā vehit ⁊ tāq̄3 anchorā trahit: ne excutiať fluctibꝰ. Itaq3 nō ſuis ſe librat viribus: ſ alieno ſtabilit et regit pondere. Quo indicio nautę velut ſignū futurę ꝑturbationis capeſſunt: ⁊ ſibi ꝑcauent: ne eos imparatos turbo iprouiſus inueniat. Qui mathematicꝰ: q̄ aſtrologꝰ: qui ve chaldęꝰ pōt ſiderum curſus: ſic: cęli motꝰ ⁊ ſigna cōprehēdere? Quo igenio iſta collegit? Quo doctore ꝑcepit? Quis ei fuit tanti interp̄s augurij? Sępe hoīes cōfuſionē aeris vident: ⁊ ſępe falluntꝛ: qđ plęrūq3 eā ſine tēpeſtate diſcutiāt: echinęis nō fallitur: echinęen ſua nequaq̄3 ſigna prętereūt.

Vñ exiguo animali tāta ſciētia vt futura ꝓnūciet? Quo magis in eo nihil eſt: quo tātā habet prudentiā? Credo ꝙ ꝑ indulgentiā dñi rerū oīm: id q̄3 ꝓſcientię huiꝰ munus acceperit. Etem̄ ſi fęnū deꝰ ſic veſtit vt miremur: ſi paſcit volatilia: ſi parauit coruis eſcā. Pulli eñ eiꝰ ad dñm clamāt: Si mulieribus dedit texturę ſapientiā: ſi araneā q̄ tā ſubtiliter ac docte laxos caſſes ſuſpendit in foribꝰ: ſapiētię nō reliquit imuneꝫ: ſi ipſe virtutē equo dedit: ⁊ ſoluit de ceruice eiꝰ formidinē: vt exultet in cāpo: ⁊ occurrēs regibus irrideat: odoreť bellū eminꝰ: exciteť ſono tubę: Si hęc irratiōabilia plęraq3 et alia inſenſibilia: vt fęnū: vt lilia: repleuit ſuę diſpoſitione ſapiētię: quid dubitamꝰ ꝙ etiā in echinęen cōtulerit huiꝰ gratiā ꝓſciētię? Nihil eñ inexploratū: nihil diſſimulatum reliquit. Oīa videt q̄ paſcit oīa: oīa replet ſapientia: qui oīa in ſapiētia fecit: vt ſcriptuꝫ eſt. Et ideo ſi echinęen viſitatiōis ſuę exortē nō ꝑtermiſit: ſi eū cōſiderat ⁊ futuroꝝ informat indicijs: tua nō ꝯſiderat? Immo vero ꝯſiderat: ſicut teſtať eiꝰ diuina ſapiētia dicēs: Si reſpicit volatilia: ſi paſcit illa: nōne Matth. 6. vos pluris eſtis illiſ? Si fęnū agri qđ hodie eſt ⁊ cras in ignē mittiť deus ſic veſtit: quātomagis vos modicę fidei?

## Qđ vnūquodq3 genus piſciū ꝑſcripta ſibi habeat domicilia: cū increpatione humane auiditatis. Qua ratione etiā quedam genera q̄nq3 mutēt loca: ⁊ vnde hoc habeat ingeniū. De ſpecialibꝰ quoq3 aliquorū piſciū virtutibus: Ca. X.

An vero ſine quadā dote naturę manere piſcibꝰ: etiā illā putamus gratiā ꝙ vnūquodq3 genus piſciū ꝓſcripta ſibi domicilia habet: quę ſui generis nullus excedat: nō incurſet alienꝰ? Quis geo-

metra his diuiſit habitacula: nullis rūpen/
da tēporibꝰ? Sed geometrā audiuimꝰ: tha/
laſſometrā nūq; audiuimus: ⁊ tñ piſces mē
ſurā ſuā norunt: nō muris vrbiū portiſq; ꝑ/
ſcriptā: nō ędificijs domorū: nō agrorū fini/
bus limitatā: ſed menſurā eius ꝙ oportet
vt tantū ſatis ſit vnicuiq; quantū ad vſum
abūdet: nō quantū auiditas quędā immo/
derata ſibi vendicet. Lex quidē naturę ē:
tantū quęrere quātum ſufficiat ad victū: et
alimentoꝝ modo ſortē cenſere patrimonij.
Hoc genꝰ piſciū in illo ſinu maris alit̃ ⁊ gig
nitur: illud in alio. Deniq; nō reperies cōfu
ſa geuera piſciū: ſed qꝺ hic abūdat: alibi de
eſt. Et iterū ille ſinus maris cephalos alit:
lupos ille. Ille ſaxatiles: locuſtas aliꝰ. Nō
eſt libera vagādi ptās: nec tamē intercluſa
montibus copia: aut fluuijs interlabētibꝰ
tranſitꝰ impedit̃: ſed vſus naturę impſſus:
tanquā patrię finibus vnūquēq; ſe retine/
re: ⁊ vltra incolas ꝓdire ſuſpendit. At no/
bis longe alia ſententia: mutare exilio do/
mos: incolarū faſtidio teneri: aduenarū ca/
ptare gratiā: tranſferre terminos ꝑpetuos
quos poſuerūt patres noſtri: agrū ad agrū
iungere: domū ad domū. Defecit terra ho/
minibꝰ: ſternunt̃ ⁊ maria. Rurſus ꝓ ſingu/
loꝝ libidine incidit̃ terra: mare infundit̃: vt
inſulas faciāt vt poſſideāt freta: ſpacia ma/
ris ſibi vendicāt iure mācipij: piſciūq; iura
ſicut vernaculoꝝ cōditione ſibi ſeruitij ſub/
iecta commemorāt. Iſte inqt ſinus maris
meus: ille alteriꝰ. Diuidunt elemēta ſibi po
tentes. His oſtreę in fluctibꝰ nutriunt̃: his
in viuario piſcis includit̃ luxurię. Hec ma/
re efficit: niſi apothecas habeāt oſtrearum.
Itaq; ętates eaꝝ numerāt: ⁊ piſciū recepta
cula inſtruūt: ne cōuiuia diuitꝭ mare nō poſ
ſit implere. Nā vicini nomē quibꝰ audiunt
auribꝰ? Quibꝰ oculis intuent̃ poſſeſſiones
coꝝ? Quēadmodū dies nocteſq; excogitāt
Eſa. 5. vt aliqd ꝓximi auferant? Nunqd ſoli habi/
tabitꝭ ſuꝑ terrā: clamat ꝓpheta? Cognoſcit
hęc dñs: ⁊ vindictę reſeruat. Quantū ali/
ena a piſcibꝰ auiditatis rapina. Illi natura/
lia captant ſecreta et vltra terminos orbis
terrarū mare norūt: qꝺ nullę interpolāt in/
ſulę: nec terra aliqua interiacet: vel vlteriꝰ
De Cete vlla ſit poſita. Illic igit̃ vbi diffuſum late
mare oēm ſpectandi vſum vtilitatis gratia
nauigādi intercludat audaciā: ꝯdere ſe ferū
tur cęte illa immēſa genera piſciuꝫ: ęqualia
montibꝰ corpora: vt tradiderūt nobis qui
videre potuerūt: illic quietū ęuū exigūt: di/
ſcreta ab inſulis ⁊ ab oībus maritimaꝝ vr/
biū cōtagijs ſeparata. Habēt ſuas regiōes
⁊ habitacula diſtributa: manēt in his inof/
fenſo vicinoꝝ limite: nec vago tranſitu mu
tatiōes ꝗrunt locoꝝ: ſed tanq; patriū ſoluꝫ
diligūt: ⁊ in his immorari dulce arbitrant̃:
Quę ideo elegerūt vt ſolitariā vitā remota
poſſint arbitrorū interpolatione trāſigere.

Sunt tñ aliqua genera piſciū: q̄ nō inge/
nij facilitate loca mutēt: ſed fouēdi partus
neceſſitate: quę oportuno atq; legitimo ꝓ/
curantes tēpore: ex plurimis locis a diuer/
ſo ſinu maris innumeri velut cōmuni cōſilio
cōuenientes cōiuncto agmine aquilonis fla/
tus petūt: ⁊ ad illud ſeptētrionalium mare
partiū quadā naturę lege cōtendūt. Dicas
ſi aſcendētes videas reuma qꝺdā eſſe: ita ꝓ
ruūt: fluctuſq; interſecāt: ꝑ ꝓpontidē in eu
xinū portū violēto ipetu ꝓfluētes. Quis
piſcibꝰ hęc annunciat loca: ꝑcepta: tēpora?
Quis tribuit diſpoſitionē viandi: comitan
di ordinē: metas ⁊ tēpora reuertēdi? Hoīes
ſunt: imperatorē habēt cuiꝰ expectat̃ impe
riū: procedit teſſera: ꝓponūt̃ edicta ꝓuinci
alibꝰ vt cōueniant: tribunis milituꝫ litterę
dirigunt̃: dies ſtatuit̃: ⁊ plęriq; ad dies ſta/
tutos occurrere nō ꝗunt. Quis impator pi
ſcibus ꝑceptū dedit? Quis doctor hanc tri
buit diſciplinā? Qui metatores itinera diſ/
ponunt? Qui duces iter dirigūt vt nullius
deſit occurſus? Sed agnoſco qs ille ſit im
perator: q̄ ordinatione diuina ſenſibꝰ vniū/
ſorū ſuū infundat imperiū: q̄ tacitus mutis
aiantibus naturalis diſciplinę ordinē tribu
at: nec ſolū magna penetret: ſꝫ etiā ꝑ mini/
ma quęq; ſe fundat. Diuinę legi piſcis ob
ſequit̃: ⁊ hoīes cōtradicūt. Piſcis ſolēniter
obaudit mādata cęleſtia. An ꝯtēptibilis ti/
bi videt̃: qꝛ mutus eſt ratiōiſq; expers? Sꝫ
vide ne tu tibi magis incipias eſſe ꝯtēptui:
ſi irrationabili irrationabilior dephendarꝭ.
Quid aūt rationabilius hoc piſciū trāſitu:
cuiꝰ rationē quidē verbis nō explicāt: ſꝫ fa/
ctis loquunt̃. Pergūt em̄ ęſtatꝭ tēpore ad
fretū ponti: eo ꝙ reliq̄ marꝭ ſinu hic ſinꝰ dul
cior ſit. Nō em̄ tādiu ſol eo freto q̄diu cęte/
ris imorat̃: eaq; fit cā vt nō oēꝫ aquā exhau
riat q̄ dulcꝭ atq; potabilis ē. Quis aūt ig/
norat: ꝙ etiā ea q̄ marima ſūt: aqs plęrūq;
dulcibꝰ delectēt̃? Deniq; dū flumia ſequūt̃



⁊ ad ſuꝑiora aſcēdūt: frequēter alieni piſces
generis capiunt̃ in fluuijs. Cū hęc igit̃ cau/
ſa pontū illis faciat gratiorē: vel ꝙ ęſtus tē
peret ſolēnis illic flatus aquilonis: tū oppor
tuniorem cęteris iudicant: in quo genera/
re ⁊ partus poſſint ꝓprios enutrire: qꝺ te/
neri fętus laborem alienę regionis ferre vix
poſſint: quos illic fouet aeris blanda clemē
tia. Itaq; pacto munere: oēs ſimul eo quo
venerāt agmine reuertunt̃. Quę nā iſta
ſit ratio cōſideremus. Obiectus eſt pōti ſi/
nus borę: cęterorūq; ventoruꝫ violentiſſi/
mis flatibus: vnde grauis illic ꝓcella fu/
rit: ⁊ tēpeſtates mouent̃: ita vt de ꝓfundo
harena verrat̃: cuius rei fluctus harenoſus
indicio eſt: qui ventorū motu inſurgens al/
tius: tū pondere grauior: haud dubie nō ſo
lum nauigantibꝰ: ſed etiaꝫ maritimis ipſis
animātibus intolerabilis habeat̃. Acce/
dit illud ꝙ cōplurima ⁊ maxima ponto flu/
mina miſceant̃: cū hiberno tēpore ſinus ip/
ſe frigidiore torrētiū rigeſcat allapſu. Pro
pterea piſces tanq; arbitri fluentorū ęſtate
illic aſpirantis aurę clementiā captare con/
ſuerūt: cuiꝰ amęnitate perfuncti rurſus hye
mis aſpera declinare cōtendunt: ⁊ ſeptētri/
onalis plagę ſęua fugientes: in reliquos ſe
ſinus cōferūt: in quibus aut vētoꝝ mollior
ſit placiditas: aut ſolis ſoleat vernare tēpe/
ries. Nouit igitur piſcis pariendi tēpus:
qꝺ ꝓ magno myſterio dixit ſalomon in ſapi
entia: Nouit tēpus eundi atq; redeūdi: no/
uit tēpus ꝑfunctionis ⁊ iactationiſ: ⁊ nouit
vt nō queat falli: qꝛ nō rationis ęſtimatiōe
⁊ diſputationis argumēto vtit̃: ſed inſpira/
tione naturę: quę vera eſt magiſtra pietatꝭ.

Deniq; omnes animātes ꝑſcripta habēt
pariēdi tēpora: homo ſolus indiſcreta atq;
cōfuſa. Reliqua genera clementiaꝫ tēporis
quęrūt: mulieres ſolę partꝰ ſuos inclemēter
effūdūt. Vaga em̄ ⁊ intēperās libido gene
randi: vagā pariēdi ętatē exhibet. Piſces
tanta maria trāſmittūt: vt vtilitatē aliquā
generi ſuo quęrant. Nos q; diffuſa ęquora
tranſfretamus. Sed quāto honeſtiꝰ qꝺ ſuc
ceſſiōis amore: q; qꝺ pecunię auiditate ſuſ/
cipitur. Deniq; illis ad pietatē: nobis ad
queſtū tranſmiſſio deputat̃. Illi ſobolē ꝑ/
ferunt omnibꝰ mercibus cariorē: nos mercē
longe imparē ad periculi viceꝫ miſera lucri
cupidine reportamus. Itaq; illi patriaꝫ re/
petūt: nos derelinqmꝰ. Illis natādo incre/
mentū generis acquirit̃: nobis minuit̃ na/
uigando. Quis igit̃ neget diuinitꝰ illis
infuſum ingeniū eſſe hmōi atq; virtutē: cū
videat iſtos in aquilonē tā ſolēnem obeun
dę fęcunditatis peregrinationē viuaci inge
nio cōponere: alios in exiguo corpore tan/
tū validitatis aſſumere: vt maximas naui/
giū plenis currentes velis in medijs flucti/
bus ſiſtant: ſicut breuis piſciculus echinus
tanta facilitate memorat̃ nauē ingentē ſta/
tuere: vt quaſi radicatā mari hęrere videas
nec moueri? Aliq; diu em̄ immobilē ſeruat.
An ⁊ huic putas ſine creatoris munere tan
tū potuiſſe ſuppetere virtutis? Quid gla/
dios loquar: aut ſerras: aut canes mariti/
mos: aut balenas: aut zigenas? Quid eti
am turturꝭ aculeū centrū ⁊ pͦ mortuę? Sicut
em̄ viperę os ſi quis calcauerit recens dūta
xat: grauius q; venenū nocere ꝓhibet̃ ⁊ im/
medicabile vulnus ſerpere: ita etiaꝫ turtur
aculeo ſuo mortua amplius q; viua pericu/
li afferre memorat̃. Lepuſculus q; timi/
dū animal in terris: in mari formidabile: ci/
tam ⁊ quę nō facile poſſit auferri corrupte/
lā inuehit. Voluit em̄ te creator nec i ma
ri ſatis ab inſidiātibꝰ eē ſecurū: vt ꝓpt pau
ca quę noceant quaſi in excubijs poſitus ar
ma fidei ſꝑ ⁊ ſcutū deuotionis accinctus: a
dño tuo debeas ſalutis ſperare ꝑſidiū.

## De ſingulari atlantici maris cōmēdatione ex ijs que in ipſo naſcūtur aut fiunt: cum ꝯcluſione ſermonis de piſcibus: Ca. XI.

V Eniamus ad atlanticum mare. Q
ingentia illic ⁊ infinitę magnitudi/
nis cete: quę ſi qñ ſuꝑnatant flucti/
bus annatare inſulas putes: montes altiſſi
mos ſūmis ad cęlū verticibꝰ eminere. Quę
non in actia nec in littoribus ſed in atlanti/
ci maris ꝓfundo feruntur videri: vt corum
cōſpectu nautę a nauigandi in illis locis ꝑ/
ſumptione reuocent̃: nec ſecreta elemento/
rum adire ſuprēmę terrore mortis vſurpēt.

Sed iam aſſurgamus ipſi de ꝓfundo ma
ris: ⁊ aliquantulum ſermo noſter emergat:
atq; ad ſuperiora ſe ſubrigat: ſpectemus ea
quę vſitata multis ⁊ plena ſint gratię: quo
modo aqua in ſalis vertatur ſoliditatem
vt ferro ſępe cędatur: quod de britannicis
ſalibus nihil mirum: qui ſpeciem marmo/
ris validi eiuſdem metalli niueo candore re
ſplendent: ſalubres corporis cibo: et potui

nimis grati. Quō etiā nō indecorus lapis corallius in mari herba ſit: ſi in aerem transferatur lapidis firmitate ſolidetur. Unde etiaȝ oſtreis pcioſiſſimā margaritā natura infixerit: quō eam maris aqua in tam molli carne ſolidauerit. Quę difficile apud reges inueniuntur: ea in littoribus quaſi vilia iacēt vulgo: ⁊ in ſaxis aſperis ⁊ cautibus colliguntur. Aureum etiā vellus aqua nutrit: et lanā immemorati ſpeciē metalli gignūt littora: cuius colorē nullus adhuc eorū qui fucis diuerſis obducunt vellera imitari potuit: adeo naturę maritimę gratiam humana implere neſcit induſtria. Scim⁹ qua ſollicitudine vellera ouiū etiā minus precioſa curentur: ſint licet optima: nequaq̄ tamē his fucus innaſcitur. Hic naturalis color eſt: quē nullus adhuc fucus ęquauit: hoc quoq̄ piſcis eſt vellus. Sed ⁊ ipſi murices qui inſigne dāt regiū: ſunt maritimi. Et quę pratorum gratia: vel hortorū amęnitas poteſt cerulei maris ęquiperare picturā vel aurū: licet in pratis flores refulgeant? Auri q̄ fulgorem in mari lana reſplendet: ⁊ illi cito marceſcūt: iſta diu duratura ſeruatur. Lilia in hortis emimus nitent: vela in nauibus. Hic odor: illic vent⁹ aſpirat. Quę vtilitas in folio? In nauibus quāta cōmertia? Lilia ſuauitatē narium: vela hominū ſalutem inuehunt. Adde piſces ſalientes: ⁊ delphinas ludentes. Adde rauco ſonātes fluctus murmure. Adijce currētes naues ad littora: vel de littoribus exeūtes: Cuȝ e carceribus mittūtur quadrigę: quāto ſtudio ſpectantiū ⁊ amore certatur? Equus tamē inuanū currit: nō inuanū nauigia. Ille inuanuȝ qꝛ vacuus: iſta ad vtilitatē quaſi plena frumenti. Quid his gratius: quę nō verbere aguntur: ſed ventorū ſpiramine: vbi nemo refragatur: ſed omnes fautores ſunt: vbi nemo vincitur quicūq̄ puenerit: ſed oēs puppeſ quę pfecte fuerint coronantur: vbi palma merces ſalutis: victoria preciū regreſſionis eſt? Quātū etiā diſtat inter directos curſus ac reflexos? Iſti ppetuātur: hi reſoluuntur. Adiunge remigijs cōtexta littora: quib⁹ vexillum exeundi aura de cęlo eſt. Itaq̄ aurigę plauſum inanē referūt: hi ſoluunt vota ſeruati. Quid de iona dignū loquar: quem cetus excepit ad vitā: reddidit ad pphetandi gratiā? Emēdauit aqua: quē terrena deflexerant: pſallebat in vtero ceti: qui mergebat in terris. Et vt vtriuſq̄ redēptio nō pretereatur elemēti: terrarū ſalus in mari ante precęſſit: qꝛ ſignū filij hominis ſignum ionę. Sicut iſte in vtero ceti: ſic ieſus in corde terrę. In vtroq̄ remediū. Mai⁹ tñ in mari pietatis exemplū: qm̄ exceperūt piſces quē homines refutarūt: ⁊ quē homines crucifixerūt piſces ſeruauerūt. Petrus quoq̄ in mari titubabat: ſed non labebatur: ⁊ cōfeſſus in fluctibus negauit in terris. Itaq̄ illic quaſi deuotus manu apphendit: hic q̄ſi oblitus aſpectu cenſorio cōuenitur. Sed iam rogem⁹ dominū: vt ſermo noſter quaſi ionas eijciatur in terrā: ne diuti⁹ in ſalo fluctuet. Et bene iam exiuit cucurbita: q̄ obumbret nos a malis noſtris: ſed ⁊ ipſa pcedente ſole arefacta admonet requieſcendū: ne inter ęſtuare incipiamus ingenio: ⁊ nobis etiā verba deficiant. Certe pluſq̄ niniuitis data eſt in aquis remiſſio pctōꝝ.

## De pulchra introductiōe ſermonis de natura auiū habēdi: Ca. xii

e T cum paululū cōticuiſſem: iterum ſermonem adorſus aio: Fugerat nos fratres dilectiſſimi neceſſaria de natura auium diſputatio: ⁊ ſermo hmōi nobis cū ipſis auib⁹ euolauerat. Fit eñ natura quadā vt hi qui aliquid intuētur vł dicendo exprimere volunt: eoꝝ qualitateȝ quę vel intuentur vel loquūtur aſſumāt: vt ⁊ cū pigrioribus imoremur: ⁊ cū velocibus celeri rapiamur aſpectu: ſtilo quoq̄ aut tardiore vtamur aut rapidiore. Itaq̄ cuȝ caueo ne mari demerſa pretereant ⁊ aquis operta me lateāt: effugit omne volatile: qꝛ dū inclinatiſſimos aq̄ꝝ gurgites ſcrutor: aerios nō reſpexi volatus: nec vmbra ſaltē pennę me ppetis reclinauit: quę in aquis relucere potuit. Uerū vbi omne negociū expedituȝ putaui: ⁊ abſolutū eſſe me credidi: ⁊ diē qn̄tum cōſummatuȝ arbitratus ſum: venit in mentē auium natura: quę cuȝ eunt cubitū quaſi pacto lęte munere ęthera cantu mulcere cōſuerunt: q̄ velut ſolēniter ſurgente ⁊ occidente die inſtaurare cōſuerunt: vt decurſi vel adoriendi nocturni iuxta ac diuturni temporis laudes ſuo referant creatori.

Magnum igitur incentiuum excitandę nobis deuotionis amiſeram. Quis eniȝ ſenſum hominis gerens non erubeſcat ſine pſalmorū celebritate diē claudere: cū etiam minutiſſimę aues ſolēni deuotione ⁊ dulci



carmine ortus dierū ac noctiuȝ pſequantur?

Redeat igitur nobis volaticus ſermo: qui pene fuerat elapſus ex oculis: ⁊ aquilę modo alta petēs: volatus ſuos ſubduxerat nubibus: niſi qꝛ oculoſ abluti aqua dū de gurgite leuamus ad cęlū: ſpeculati vacuū aerē volatibus ferri: ad neceſſitatē ſtili putauimus eſſe reuocandū. Eritis vos iudices: q̄ eſtis aucupes verbi: vtrū cōſultius euolaſſet: an vtilius in vr̄a retia ſit relapſus. Nec vereor ne faſtidiū nobis obrepat in volatilibus requirēdis: q̄ nō obrepſit in gurgitibus pſcrutandis: aut aliquis nobis in diſputatione obdormiat: cū poſſit auiū cantibus excitari. Sȝ pfecto q̄ inter mutos piſces vigilauerat: non dubito q̄ inter canoras aues ſomnū ſentire nō poſſit: quin tali ad vigilandū gratia puocetur. Neq̄ vero vile putetur q̄ potuit pterire: cū ſit tertia pars in animātib⁹ creaturę. Tria eñ gnā animantiū eſſe nō dubiū eſt: terrenū: volatile: aquatile. Deniq̄ ſic ſcriptū eſt: **Producant aque reptilia animarū viuentium ſm genus: ⁊ volatilia volantia ſuper terrā ſecus firmamentum celi ſm genus.** Reuocamur ad ſuperiora ſicut obliuioſi viatores: qui cum incōſulto pterierint: in ſua reuertētes veſtigia: incurię ſuę multū repetito itinerē labore ſuſcipiunt. Eſt tñ etiā bon⁹ viator q̄ diſpendiū regreſſionis reliqui itineris cōpendioſa celeritate cōpenſet: vt mihi faciendū arbitror: maxime cū de auib⁹ ſermo ſit: quę ſolent oculos hominum volatu pperatiore pſtringere. Quid eñ conuenit his imorari: in quib⁹ celeritas placere cōſueuit? Auius igitur atq̄ inuſitatus in tali genere ſcriptionis ſermo noſter canoris auibus reſonet ac reſultet. Sed vnde mihi cygnea carmina quę etiā ſub graui mortis iminentis terrore delectant? Unde mihi illos naturalis modulos cantilenę: quibus etiā paludes ſonore cant⁹ edunt dulciſſimi ſuauitatē? Unde mihi vocē pſitaci dulcedinēq̄ merularum? Utinā ſaltē luſcinia canat: quę dormienteȝ de ſomno excitet. Ea eñ auis ſignificare ſolet diei ſurgentis exortū: ⁊ effuſiorē diluculo deferre lęticiā. Tamē ſi illorum ſuauitas deeſt: ſunt gemētes turtures: ⁊ raucę colūbę: tū etiā cornix plena voce pluuiā vocat. Utī rurale auiariū ſermone q̄ poſſum⁹ ſcientia quā nos ruſticani docuerūt pſeq̄mur.

## De ordine dicendorū: ac natura auium que circa aquas maris fluminūq̄ verſantur: Ca. xiii.

e T quō de aquatilib⁹ reptilib⁹ diximus: arduū eſt vt ſubito ad aues cęli ſermo noſter aſcendat: Et ideo de his auibus prius dicamuſ: quę circa aquas maris fluminūq̄ verſantur: cū quib⁹ poſſum⁹ emergere. Itaq̄ ab halcyone ſermonem adoriamur. *De halcyone* Ea eſt auis maritima: quę in littorib⁹ fętus ſuos edere ſolet: ita vt in harenis oua deponat medio fere hyemis: Nā id tēporis fouendis habet deputatū partubus: qñ maxime inſurgit mare littorib⁹ vehemētiorq̄ fluctus illiditur: quo magis repētinę placiditatis ſolēnitate auis huius eluceret gratia. Nanq̄ vbi vndoſum fuerit mare: poſitis ouis ſubito miteſcit: ⁊ oēs cadunt ventorū pcellę flatuſq̄ aurarū quieſcunt: ac placidum ventis ſtat mare: donec oua foueat halcyōe ſua. Septē aūt dies fotus ſunt: Quib⁹ decurſis educit pullos: fętuſq̄ abſoluit: ilico alios quoq̄ ſeptē dies adiungit quib⁹ enutriat part⁹ ſuos: donec incipiant adoleſcere. Nec mireris tam exiguū nutrimenti tēpus: cū abſolutio fętuuȝ tam paucorū dierū ſit. Tantā autē gratiaȝ minuſcula auis diuinit⁹ indultā habet: vt hos quattuordecim dies nautici pſūptę ſerenitatis obſeruēt: quos ⁊ halcyonidas vocant: quib⁹ nullus motus pcelloſę tēpeſtatis horreſcit. Nōne vos paſſerib⁹ pluris eſtis dñs ait? *Luc. 12.* Si igitur auis minuſculę cōtemplatione inſurgit mare ⁊ repente cōprimitur: atq̄ aſpera hyemis inter ingruētes pcellas tempeſtateſq̄ ventorū detergit: cęli nubila fluctuſq̄ cōponit: elementis omnib⁹ ſubito infuſa tranquillitas: quantū pſumere debeas o homo ad imaginē dei factus agnoſce: ſi tamē auiculę iſtius fidē ſtudio deuotiōis imiteris. Illa tēpeſtates videns inſurgere: ſeuire ventos: inter hiberni ſęua nō reuocatur neq̄ reflectitur ſꝫ impellitur. Deniq̄ in littore ſua oua conſtituit: vbi ea relabente fluctu madida adhuc harena ſuſcipiat: nec inſurgētes fluctus quos immurmurare atq̄ allabi videt reformidat. Et ne putes q̄ ouorum videatur habere cōtemptū: cōtinuo vbi depoſuerit oua nidificat: et ſuo partus corpore fouet: nec ſaluti pprię alluuione littoris ptimeſcit: ſed ſecura de dei gratia: vētis ſe cōmittit ⁊ fluctibus. Parū eſt hoc. Adiū

git totidem alios ad nutriendum dies: nec
interim turbari tot diebus infidi maris trã-
quillitatẽ veretur: temptatqꝫ meritũ ſuum
nature iam ſolẽnitate fundatũ: ⁊ teneros fe-
tus nõ latibulis aliquibus abſcõdit aut te-
ctis: nec includit cauernis: ſed nudo ⁊ rigen-
ti cõmittit ſolo: nec defẽdit a frigore: ſed di-
uino fotu quo magis cetera deſpiciat: tuti-
ores fore exiſtimat. Quis noſtrũ paruulos
ſuos nõ veſtimentis tegat: tectiſqꝫ abſcon-
dat? Quis nõ claudat eos ſeptis cubiculo-
rum? Quis non ita diligenter vndiqꝫ fene-
ſtras obſtruat: ne qua poſſit aura penetra-
re? Merito quos tam ſollicite induimꝰ ac
fouemus: exuimus eos clemẽtie celeſtis in-
uolucro: halcyone vero quos nudos ꝓijcit:
De Mergis eos diuino veſtit indumẽto. Nec vos ꝑte-
ribo mergi: quibꝰ ab aſſiduitate mergendi
nomẽ hoc heſit: quomõ ſepe mergentes au-
rarum ſigna colligitis: ⁊ ꝓuidentes tempe-
ſtatẽ futurã: ꝓpe medio reuolatis ex equore:
De Fulicis ⁊ ad littorũ tuta cũ clamore ꝯtẽditis. Quo
modo etiã fulice que maritimo delectantur
ꝓfundo: refugientes poſteaqꝫ ꝑ̃ſenſeritis
De Ardea cõmotionẽ maris: in vado luditis. Ipſa ar-
dea que paludibus inherere ꝯſueuit: notas
deſerit ſedes: imbreſqꝫ formidans: ſupra nu-
bes volat: vt ꝓcellas nubiũ ſentire nõ poſ-
ſit. Cõſideremus diuerſas volucres ma-
ris: quemadmodũ imminẽte ventorũ mo-
tu ad tutiora ⁊ tunc tẽporis dulciora ſibi ſta-
gna ſe cõferant: atqꝫ in abſcondito terrarũ
De Anſeribꝰ ſinu incognita ſibi alimẽta rimẽtur. Noc-
turnas autẽ anſerum: quis nõ miretur excu-
bias: qui vigilias ſuas etiã cantus aſſidui-
tate teſtãtur? Deniqꝫ eo etiã romana capi-
tolia a gallo hoſte ſeruauerũt. Merito illis
debes roma ꝙ regnas. Dij tui dormiebãt:
⁊ vigilabant anſeres. Ideo illis diebus an-
ſeri ſacrificas nõ ioui. Cedunt enĩ dij veſtri
anſeribus: a quibus ſe ſciunt eſſe defenſos:
ne et ipſi ab hoſte caperent.

**Cur poſt deſcriptionẽ piſcium: de ijs auibus que aſſuete ſunt aquis ſermo ſucceſſerit. Et de diuerſis ex inde auium generibus ac differentijs: Ca. XIIII.**

Ulchre autẽ poſt deſcriptionẽ piſci-
p um: de his auibus que aſſuete ſunt
aquis ſermo ſucceſſit: quia hi ipſe ſi-
militer vſu natandi ⁊ munere delectantur.
Uñ ⁊ prima cognatio videt auibus iſtis
eſſe cũ piſcibus: quoniã natandi cõmunia
quedã videntur vtriuſqꝫ generis eſſe cõſor-
tia. Secũda quoqꝫ cognatio omnibꝰ aui-
bus ⁊ piſcibus eſt: eo ꝙ volandi vſus ſpeci-
es ſit natandi. Sicut enĩ aquam natando
piſcis incidit: ita auis aerẽ volatu celeri ſe-
cat. Atqꝫ vtriqꝫ generi ſimiliter cauda ſuppe-
tit: alarũqꝫ remigium: vt piſces ad priora ſe
alis ſubrigant: atqꝫ ad vlteriora ꝓcedant:
Caude quoqꝫ gubernaculo vl' quo velint ſe
facile cõuertant: vel impetu quodã e regio-
ne iter ſuum dirigant. Aues quoqꝫ aeri vo-
latibus ſuis velut aquis innatant: et quaſi
quedã extendunt brachia: Cauda quoqꝫ ſe
vel ad ſuperiora ſubrigũt: vel ad inferiora
demergũt. Unde quoniã in nõnullis idẽ
vſus ⁊ ſpecies: ideoqꝫ de aquis vtriuſqꝫ ge-
neris natiuitas diuina ꝓ̃ceptione ꝓceſſit.

**Dixit enĩ deꝰ: Producant aque reptilia animarum viuentiũ ſm genus: ⁊ volatilia volantia ſecus firmamentum celi ſm genus.** Nõ im-
merito igitur quia de aquis genus vtrũqꝫ
ꝓducitur: natandi ꝓprietas vtriſqꝫ ſuppedi-
tat. Sane cũ ⁊ coluber lubricus: omneſqꝫ
ſerpentes (Ideo enĩ ſerpendi nomẽ eſt indi-
tũ: qꝛ nõ poſſint ambulare ſꝫ ſerpere) Dra-
cones qꝫ ſimili modo ſicut piſces pleriqꝫ ſine
pedibus ſint. Nullũ auiũ genus pedũ of-
ficio caret: quia omnibus victus e terris: et
ideo pedum munere fulciunt: quia huiuſ-
modi ad eſcam querendã indigent miniſte-
rio. Itaqꝫ alie volucres vnguibꝰ armant
ad raptũ: vt accipitres et aquile: que rapi-
nam venationis exercent: Alie vel ad ince-
dendũ: vel ad cibum ſibi parandũ vſu mi-
niſterioqꝫ potiũtur accõmodo. Unum au-
tem nomen auiũ: ſed genera diuerſa. Que
quis poſſit memoria aut cognitione cõpre-
hendere? Sunt itaqꝫ aues que carne veſ-
cunt. Ideo his vngues aſperi: curatũ atqꝫ
acutum os: velox volatꝰ: qm̃ rapto viuũt:
vt poſſint facile corripere predã quã ſequũ-
tur: propere vel ore vel vnguibꝰ euiſcerare.
Sunt etiã aues que reperto paſcuntur ſe-
mine: alie diuerſo ⁊ fortuito cibo. Eſt etiã
diuerſitas copularũ: quarũ gratia carent fe-
re que intendunt rapinis. Nam ꝓpter aui-
ditatem predandi: vel ꝓpter inſidias explo-
randi: nec ipſis inter ſe cõuenit: ⁊ ideo decli-
nãt ſui copulã. Refugit enĩ auaricia cõſor-
tium plurimorum: deinde cõiunctio pluri-



morum facile ipſa ſe ꝓderet. His ergo aui-
bus nihil eſt copulatoriũ: preter iugale con-
ſortium. Ergo aquilis accipitribuſqꝫ hic
vſus ẽ vite. Contra vero palũbes: grues:
ſturni: corui: atqꝫ cornices: etiam turdi gau-
dent plurimorũ cõnexione. Alia quoqꝫ
auiũ genera enchoria: que manent in locis
ſemꝑ. Alia aduẽticia que obeunt regiones
alias: ⁊ peracta hyeme reuertũtur. Sunt
alia que hyeme redeunt: eſtate ꝑegrinant a
nobis: ſiue ꝙ alia hyemis tẽpore ad calidi-
ora ſe cõferant: ſiue ꝙ pleraqꝫ rurſus eſtatẽ
in his locis exigãt que amẽniora nouerũt.
Turdi deniqꝫ autumni fine: hyemis con-
finio: quaſi exacta eſtate ſe referũt. Quibꝰ
nos inhoſpitali immanitate molimur inſi-
dias: ⁊ diuerſo genere nunc infida decipula
decipere: nunc viſco eos fallere: nunc laque-
is eos captare cõtendimus. Ciconie redi-
tus vexillũ veris attollit. Grues qui alta pe-
tunt: amant frequenter peregrinari. Alie
aues ad manũ ſe ſubijciunt: ⁊ menſe herili
aſſueſcunt: tactuqꝫ mulcentur. Alie reformi-
dant. Alie hiſdẽ quibus homines domici-
lijs delectant. Alie ſecretã in deſertis vitã
diligunt: que requirẽdi ſibi victus difficul-
tatẽ libertatis amore cõpenſant. Alie voci-
bus tm̃ ſtrepũt. Alie canoro delectãtur ſua-
uiqꝫ modulamine. Quedã ex natura: alie
ex inſtitutione diuerſarũ vocũ obloquunt
diſcrimine: vt hominẽ putes locutũ cum lo-
cuta ſit auis. Quã dulcis merularũ: qꝫ expreſ-
ſa vox pſitaci eſt. Sunt etiam alie ſimpli-
ces: vt colũbe. Alie aſtute: vt ꝑdices. Gal-
lus iactantior. Pauo ſpecioſior. Sunt eti-
am vite in auibꝰ ⁊ operum diuerſitates: vt
alie ament in cõmune cõſulere: ⁊ collatis vi-
ribus velut quandã curare rempublicã: et
tanquã ſub rege viuere. Alie ſibi quiſqꝫ ꝓ-
ſpicere: imperiũ recuſare: etſi capiant indi-
gno velint exire ſeruitio.

**A quibus auibus exordium ſequentis ſermonis ſumendũ ſit. Ac de gruibus quomodo ſollicitã exerceant cuſtodiã ⁊ volantes ſeruẽt ordinem: exemplũqꝫ exercende policie prebuerint hominibꝰ. De cõmendatione preterea ſtatus antique reipublice. Et de cauſa atqꝫ accuſatione humane incurie: Ca. XV.**

B his igitur ordiamur: qui noſtro
a vſui imitationem dederũt. In illis
enĩ politia quedã ⁊ militia natura-
lis: ĩ nobis coacta atqꝫ ſeruilis. Quã iniuſſi De Gruibꝰ
⁊ voluntario vſu grues in nocte ſollicitã ex-
ercent cuſtodiã: diſpoſitos vigiles cernas:
⁊ ceteris ꝯſortibus generis quieſcentibus:
alie circũeunt et explorant: ne qua ex parte
inſidie temptent: atqꝫ omnẽ deferunt impi-
gro ſui vigore tutelam. Poſt vbi vigilia-
rum fuerit tẽpus impletũ: ꝑfuncta munere:
in ſomnũ ſe ꝓ̃miſſo clãgore cõponit: vt exci-
tet dormientẽ: cui vicẽ muneris traditura ẽ.
At illa volens ſuſcipit ſortẽ: nec vſu noſtro
inuita ⁊ pigrior ſomno renũciat: ſed impi-
gre ſuis excutitur ſtratis: vicẽ exequitur: et
quã accepit gratiã: pari cura atqꝫ officio re-
ꝓ̃ſentat. Ideo nulla deſertio qꝛ deuotio na-
turalis: ideo tuta cuſtodia: quia volũtas li-
bera. Hunc etiã volantes ordinẽ ſeruant
⁊ hac moderatione omnẽ laborẽ alleuant:
vt per vices fungantur ductus ſui munere.
Precedit enĩ vna ⁊ ꝓ̃currit ceteris ꝓ̃ſtituto
ſibi tẽpore: ⁊ quaſi añ ſigna ꝓ̃currit: deinde
cõuertitur: ⁊ ſequenti ſortẽ ducendi agmi-
nis cedit. Quid hoc pulchrius: et laborem
omnibꝰ ⁊ honorẽ eſſe cõmunẽ: nec paucis
arrogare potentiã: ſed quadã in omnes vo-
luntaria ſorte trãſcribi? Antique hoc rei
publice munus: ⁊ inſtar libere ciuitatis eſt.
Sic ab initio acceptã: a natura exẽplo aui-
um politiã hoĩes exercere ceperũt: vt cõmu-
nis eſſet labor: cõmunis dignitas: ꝑ vices
ſinguli partiri curas diſcerent: obſequia im-
periaqꝫ diuidere: nemo eſſet honoris exors
nullus imunis laboris. Hic erat pulcher-
rimus rerũ ſtatus: nec inſoleſcebat quiſqꝫ ꝑpe-
tua poteſtate: nec diuturno ſeruitio frange-
batur: quia ⁊ ſine inuidia erat ordine mune-
ris: ⁊ tẽporis moderatione delata ꝓmotio:
⁊ tolerabilior videbatur que cõmuni cade-
bat ſorte cuſtodia. Nemo audebat aliũ ſer-
uitio premere: cuiꝰ ſibi ſucceſſuri in honorẽ
mutua forent ſubeũda faſtigia. Nemini la-
bor grauis: quẽ dignitas ſecutura releua-
ret. Sed poſtqꝫ dominãdi libido vendi-
care cepit idebitas: ⁊ ſuſceptas nolle depo-
nere poteſtates: poſteaqꝫ militia nõ ius cõ-
mune cepit eſſe ſed ſeruitus: poſteaqꝫ nõ or-
do factus eſt ſuſcipiẽde potentie: ſed ſtudi-
um vendicande: cepit etiã ipſa laboris fun-
ctio durius ſuſtineri: ⁊ que nõ eſt volunta-

ria cito locum relinquit incurię. Homines
q̄ꝫ inuiti ſubeunt vigiliaruꝫ munia:q̄ꝫ ęgre
vnuſquiſq; in caſtris periculū ſortitus excu
bat:qđ tuendum ſibi regali ꝑceptione com
mittitur. Proponitur pęna deſidię: ⁊ tamē
plęrūq; obrepit incuria:nō ſeruantur excu/
bię. Neceſſitas enim quę inuito imponit
obſequiū:affert plęrūq; faſtidiuꝫ. Nihil eſt
eñ taꝫ facile quin habeat difficultatē qđ fa
cias inuit⁹. Ergo ⁊ iugis labor auertit af/
fectum: ⁊ cōtinua ⁊ diuturna potentia gig/
nit inſolentiā. Quem inuenias hominū
qui ſponte deponat imperiū: ⁊ ducatus ſui
cedat inſigne: fiatq; volens numero poſtre
mus ex primo? Nos aūt non ſolū de primo
ſed etiā de medio ſępe contendimus:et pri/
mos diſcubitus in cōuiuio vendicamus:ac
ſi ſemel delatum fuerit volumus eſſe perpe
tuū. Ideo inter grues ęquanimitas in la/
boribus eſt:humilitas in poteſtatibus. Ad
monētur vt exerceant cuſtodię vices:nō ad
monentur vt de poteſtatib⁹ decedant:quia
ibi naturalis quies ſomni interpellāda: hic
volūtarię ſedulitatis gratia ꝑſtolāda eſt.

## De ciconijs quemadmodū pro/ficiſcantur quo pergendū putant. Qualiter etiā a cornicibus dedu/cantur:atq; adiuuent in bellis. Et de earundē cornicum cōmendabi/li hoſpitalitate humanęq; negligē/tię increpatione. De illarū quoq; erga patres ſuos pietate et noſtre impietatis notatione: Ca. XVI.

De Ciconijs

c Iconias ferunt collecto ꝓficiſci ag/
mine:ſi quo pergendū putant: ⁊ ſi/
mul plęriſq; circa orientem locis in/
uehi: ⁊ quaſi teſſera militari pariter omnes
moueri. Exercitū credas cum ſignis ſuis ꝑ/
gere:ſic omnes viandi comitādiq; ⁊ pręeū/
di ordinē ſeruant. Cornices autem dedu

De Cornicib⁹

cunt eas ac dirigunt: ⁊ velut quibuſdā tur/
mis ſtipatricibus ꝓſequūtur:adeo vt adiu
menta quędā bellantibus aduerſus inimi/
cas aues cōferre credantur: ⁊ ꝓprijs pericu
lis bella aliena ſuſcipere. Cui⁹ rei indici/
um eſt:quia nullę per interuallū aliquod tē
poris reſidere in illis locis reperiunt̃. Et quia
cū vlneribus reuertētes manifeſta quadaꝫ
ſanguinis ſui voce cęteriſq; loquūtur indi/
cijs:grauiū ſe certaminū ſubiiſſe conflictū.
Quis igit̃ illis pęnā deſertionis indixit?
Quis derelictę militię ſupplicia ꝓſcripſit for
midoloſa:vt nulla ꝓſequendis hoſpitalib⁹
turmis ſeſe ſubtrahere nitatur: ſed certatiꝫ
omnes deductionis munere officioq; fun/
gantur? Diſcant homines hoſpitalia ſer
uare iura: ⁊ ex auibus cognoſcant: quid re/
ligionis hoſpitibus ſit deferendū:qđ obſe/
quiū deputandū:quibus cornices etiā pe/
ricula ſua negare nō ſoleant. His igitur
nos ianuas claudimus:quibus aues etiaꝫ
animas ſuas cōferunt:et quos illę cōſortio
ꝓſequuntur diſcriminis: eos tecti ꝓhibe/
mus hoſpitio: ⁊ quorū illę bella ſuſcipiunt:
his nos bella frequenter inferimus. Mē
tior ſi nō ſodomitanis hęc fuit cauſa ſuppli/
cij:aut ęgyptius furor genti hoſpitę dū bel/
lum conatur inferre :inhoſpitalitatis pęnas
infidę naufragio plębis exoluit. Quā ve
ro rationabiliū excedat pietateꝫ ac pruden
tiam auis huius demētia ꝯſiderandū: quā
nec poſt exemplū quidem irrationabilium
quiſquā noſtrorū imitari poterit. Nam de/
poſiti patris artus per longęuū ſenectutis
plumarum tegmine alarūq; remigio nuda
tos:circumſtans ſoboles pennis ꝓprijs fo/
uet. Et qđ dicā collaticio cibo paſcit: quā
do etiam ipſa reparat naturę diſpendia: vt
hinc atq; inde ſubleuantes ſenē fulcro ala/
rum ſuarū ad volandū exerceant: ⁊ in priſti
nos vſus deſueta iam reuocent pij patris
membra? Quis noſtrū leuare ęgrum non
faſtidiat patrē? Quis feſſuꝫ ſenem ſuis hu/
meris imponat:qđ in ipſa hiſtoria vix cre/
dibile habetur? Quis vt pius ſit:nō hoc ſer
uulis mandat obſequium? At vero auibus
non eſt graue:qđ pietatis eſt plenū: nō eſt
oneroſum:qđ ſoluitur naturę debito. Nō
recuſant aues paſcere patrem: qđ etiā prę/
ſcripta neceſſitate ſub terrore pęnarum plę/
riq; hominū recuſarunt. Aues nō ſcripta
ſed nata lex ſtringit. Aues ad hoc mun⁹ nul
lo pręcepto cōueniunt:ſed gratię naturalis
officio. Aues nō erubeſcunt reuerēdi ſenis
membra portare. Eſt eñ victoria pietatis:
q; eouſq; frequenti teſtificatione ꝑcrebuit:
vt congrue mercedē remunerationis inue/
nerit. Nam romanorum vſu pia auis voca
tur. Et quod vix vni imperatori cōſulto ſe/
natus delatum dicit̃: hoc iſtę aues in com/
mune meruerunt. Habent ergo aues iſtę
decreta patrū ac ꝓprię inſigne clementię.
Pios eñ filios patrū:prius oportuit iudi/



cio prędicari. Habent etiā vniuerſorum ſuf
fragia. Nam retributio beneficiorū antipe/
largoſis nominatur. Pelargos eñ ciconia
dicitur. Virtus itaq; ab his nomē accepit:
cum relatio gratiarū ciconię vocabulo nun
cupatur.

## De hirundinis materna ſeduli/tate:induſtria:ac pietate in filios. De commendatione preterea pau/pertatis ipſius ⁊ moleſtia atq; im/probitate noſtra:cum paupertas: inopia vel indigentia nobis occur/rerit: Ca. XVII.

b Abemus auiarię ſobolis erga cul/
tus patrios pietatis exemplū. Acci/
piamus nunc maternę ſedulitatis

De hirūdine

in filios grande documentū. Hirundo mi
nuſcula corpore ſed egregia pio ſublimis af
fectu:quę indiga rerum omniuꝫ ꝓcioſiores
auro nidos ſtruit:q; ſapienter nidificat. Ni
dus eñ ſapiētię precioſior eſt auro. Quid
enim ſapientius q̄ꝫ vt ⁊ volandi vaga liber/
tate potiatur: ⁊ hominū domicilijs paruu/
los ſuos ⁊ tecta cōmendet: vbi ſoboleꝫ nul/
lus incurſet? Nam ⁊ illud eſt pulchrum: vt
a primo ortu pullos ſuos humanę vſu con/
uerſationis aſſueſcat: ⁊ pręſtet ab inimica/
rum auium inſidijs tutiores. Tum illud
pręclarum qua gratia domos ſibi ſine vllo
adiutore tanq; artis perita cōponat. Legit
eñ feſtucas ore:eaſq; luto illinit: vt cōgluti
nare poſſit. Sed quia lutum pedibus non
poteſt deferre:ſummitatē pennaꝝ aqua in/
fundit: vt facile his puluis adhęreat: ⁊ fiat
limus:quo paulatim feſtucas vel minutos
ſurculos ſibi colligat: atq; adhęrere faciat.
Eo genere nidi toti⁹ fabricā ſtruit vt q̄ſi pa
uimenti ſolo pulli eius intra edes ſuas ſine
offenſiōe verſent̃:nec pedē aliq̄s interſerat
per rimulas texturarū:aut teneris frigus ir
repat. Sed hoc induſtrię indiciū ꝓpe cō/
mune multis auib⁹: Illud vero ſingulare:
in quo eſt ꝓclara cura pietatis ⁊ prudentis
intellectus ⁊ cognitionis inſigne:tū quędā
medicę artis peritia: q; ſi qua pulli ei⁹ fue/
rint cęcitate ſuffuſi oculos ſiue cōpuncti:ha
bet quoddā medendi genus quo poſſit eo/
rū lumina intercepto vſui reformare. Ne/
mo igitur de inopia queratur: q; vacuas pe
cunię ꝓprias edes reliquerit. Pauperior eſt
hirūdo:quę vacua ęris abundat induſtria.
Ędificat:nec impendit:tecta attollit: et ni/
hil aufert ꝓximi:nec indigentia ⁊ pauperta
te ad nocendū alij compellitur:nec in graui
filiorum imbecillitate deſperat. Nos ve/
ro ⁊ paupertas afficit: ⁊ iopię neceſſitas ve/
xat: ⁊ plęroſq; indigentia cogit in flagitiū:
impellit i crimē. Lucri quoq; ſtudio in frau
des verſamus ingeniuꝫ:aptamus affectū:
atq; in grauiſſimis paſſionibus ſpem depo
nimus:fractiq; animo reſoluimur:improui
di ⁊ inertes iacemus:cū de diuina miſerati/
one tunc ſperandū amplius ſit cū pręſidia
humana defecerint.

## Ut ex vſu ⁊ pietate cornicum di/ſcant homines amare filios. Et de fęminarum noſtri generis patrūq; in filios impietate. Et hinc de excu/ſatione accipitrum ⁊ aquilarū qui duram aduerſus fętus ſuos ferun/tur habere inclemēntiam. De pie/tate quoq; fulice que abdicatum aquile pullum cum ſua prole cōne/ctit ⁊ nutrit: Ca. XVIII.

d Iſcāt homines amare filios ex vſu
⁊ pietate cornicū:quę etiā volanteſ
filios comitatu ſedulo ꝓſequūtur:
⁊ ſollicite ne teneri forte deficiant:cibū ſug/
gerunt:ac plurimi temporis nutriendi offi/
cia nō relinquunt. At vero fęminę noſtri
generis cito ablactant etiā illos quos dili/
gunt:aut ſi ditiores ſunt: lactare faſtidiūt.
Pauperiores vero abijciunt paruulos ⁊ ex/
ponunt: ⁊ deꝓhenſos abnegāt. Ipſę quoq;
diuites:ne ꝑ plures ſuum patrimoniū diui
datur:in vtero partus ꝓprios necant: ⁊ par
ricidalibus ſucis in ipſo genitali aluo pig/
nora ſui ventris extinguunt: priuſq; aufer/
tur vita:q̄ꝫ traditur. Quis docuit niſi ho/
mo filios abdicari? Quis reperit tam im/
mitia patrū iura? Quis inter naturę frater/
na conſortia fratres impares fecit? Unius
diuitis filij diuerſa ſorte cedūtur. Alius to/
tius paternę ſortis aſcriptionibus inunda/
tur: alius opulentę hęreditatis patrię de/
plorat exhauſtam atq; inopem portionem.
Nunquid natura diuiſit merita filiorū? Ex
pari omnibus tribuit: qđ ad naſcendi atq;
viuendi poſſint habere ſubſtantiam. Ipſa
voſ doceat:nō diſcernere patrimonio:quoſ
titulo germanitatis ęquaſtis. Eteñ quib⁹

dediſtis cõmuniter eſſe qđ nati ſunt:nõ de/
betis his vt id cõmuniter habeant in qđ a
De accipitrib⁹ natura ſubſtituti ſũt inuidere. Accipitres
feruntur in eo duram aduerſum ꝓprios fę/
tus habere inclementiã:ꝙ vbi eos aduerte
rint temptare volatus primordia:nidis eij/
ciunt ſuis cõtinuoqꝫ eliminant: ac ſi moren
tur ꝓpulſant pennis atqꝫ p̄cipitant:verbe/
rant alis:cogũtqꝫ audere qđ trepidant:nec
vllum poſtea deferunt his mun⁹ alimonię.
Quid mirũ tamen ſi rapere aſſueti: nutrire
faſtidiunt? Cõſiderem⁹ ad hoc eos eſſe ge
neneratos:vt etiam aues ad cauendũ for/
mido exerceat:ne paſſim curas relaxẽt: ſed
pericula prędonibus declinanda ꝓſpiciãt.
Deinde cũ his natura qđdã prędãdi mu
nus inoleuerit:magis a tenero pullos ſuos
inſtituere videntur ad prędã:q̃ꝫ part⁹ abdi/
care cõpendijs. Cauent ne in tenera ęta/
te pigreſcant:ne ſoluantur delitijs:ne mar/
ceſcant ocio:ne diſcant cibum magis expe/
ctare q̃ꝫ quęrere:ne naturę ſuę deponant vi
gorem. Intermittũt ſtudia nutriendi:vt in
De Aquila vſus rapiendi audere cõpellant. Aquila
quoqꝫ plurimo ſermone vſurpať:ꝙ ſuos ab
dicet fętus:ſed nõ vtrũqꝫ:veruꝫ vnũ ex pul
lis duobus. Qđ aliqui fieri putauerunt ge
minandorũ alimentorũ faſtidio. Sꝫ id nõ
arbitror facile credendũ:pręſertim cũ moy/
ſes tantũ teſtimoniũ pietatis in pullos ſu/
Deut.32. os huic dederit aui:vt diceret:Sicut aqui/
la ꝓtegit nidum ſuũ ⁊ ſuper pullos ſuos cõ
ſidit:⁊ expãdit alas ſuas:⁊ aſſumpſit eos:⁊
ſuſcepit eas ſuper ſcapulas ſuas:dñs ſolus
ducebat eos. Quomõ ergo expandit alas
ſuas:ſi occiderit alterũ? Unde puto nõ aua
ricia nutriendi eũ inclementẽ fieri:ſed exa/
mine iudicandi. Semper eñ fertur ꝓbare
quos genuit:ne generis ſui inť omnes aueſ
quoddam regale faſtigiũ degeneris partus
deformitas decoloret. Itaqꝫ aſſeriť ꝙ pul
los ſuos radijs ſolis obijciat: atqꝫ in aeris
medio pio paruulos vngue ſuſpendat:ac ſi
quis repcuſſus ſolis lumine intrepidã ocu/
lorum aciem inoffenſo intuendi vigore ſer/
uauerit: ꝓbatur ꝙ veritatem naturę ſince
ri obtut⁹ cõſtantia demonſtrauerit. Sin ve
ro lumina ſua p̄ſtrictus radio ſolis inflexe/
rit:quaſi degener ⁊ tanto indignus paren/
te reijcitur: nec eſtimať educatiõe dignus:
qui fuit indignus ſuſceptione. Nõ ergo eũ
acerbitate naturę:ſed iudicij integritate cõ/
demnat:nec quaſi ſuũ abdicat:ſed quaſi ali
enũ recuſat. Hanc tamẽ vt quibuſdã vi/
detur regalis auis indemẽtiã plebeię auis
excuſat clementia. Auis eñ cui fulica no/ De Fulica
men eſt:quę grece diciť phene:ſuſceptũ illũ
ſiue abdicatũ ſiue non agnitum aquilę pul
lum cum ſua ꝓle conectit: atqꝫ intermiſcẽs
ſuis:eodẽ quo ꝓprios fętus maternę ſedu/
litatis officio ⁊ pari nutrimentorũ ſubmini
ſtratione paſcit ⁊ nutrit. Ergo phene alie/
nos nutrit:nos vero nr̃os immiti crudelita
te ꝓijcim⁹. Aquila vero ſi ꝓijcit:nõ quaſi
ſuum ꝓijcit:ſed quaſi degenerẽ non recog/
noſcit:nos ꝙ peius eſt quos noſtros recog/
noſcimus abdicamus.

## De turturis viduitate: exhorta/ tioneqꝫ mulierũ vt diſcant quanta ſit viduitatiſ gratia que etiã in aui bus predicať: Ca.xix.

Adveniamus ad turturem:quã lex De Turture
dei velut caſtę hoſtię munuſ elegit.
Deniqꝫ cũ dominus circũcideretur
oblata eſt:quia ſcriptũ eſt in lege domini:
vt darent hoſtiam:par turturum:aut duos
pullos columbarũ. Hoc eſt eñ verũ chri/
ſti ſacrificium:pudicitia corporalis ⁊ gratia
ſpiritalis. Pudicitia ad turturẽ refertur:ad
columbã gratia. Ferť etenĩ turtur: vbi iu
galis ꝓprij fuerit amiſſione viduata perte/
ſum thalamos ⁊ nomen habere cõiugij: eo
ꝙ prim⁹ amor fefellerit eã dilecti morte de/
ceptam:quoniã ⁊ infidelis ad ꝑpetuitatem
fuit:⁊ amarus ad gratiaꝫ:qui plus doloris
ex morte q̃ꝫ ſuauitatis ex charitate genera/
uerit. Itaqꝫ iterare cõiunctionẽ recuſat:nec
pudoris iura aut cõplaciti viri reſoluit fę/
dera:illi ſoli ſuam charitatẽ reſeruat:illi cu/
ſtodit nomẽ vxoris. Diſcite mulieres q̃n
ta ſit viduitatis gratia:quę etiã in auibus
prędicať. Quis igiť has leges turturi de/
dit? Si hominẽ quęro nõ inuenio. Homo
eñ nullus eſt auſus:quãdo nec paulus au/
ſus eſt leges tenendę viduitatis p̄ſcribere.
Deniqꝫ ipſe ait: Uolo ergo iuniores nube/ 1.Timoth.
re:filios ꝓcreare:matreſfamilias eſſe:nullã
occaſionem dare aduerſario. Et alibi: Bo/ 1.Cori.7.
nũ eſt illis ſi ſic ꝑmaneant: ꝙ ſi ſe nõ ꝯtinẽt
nubant. Meli⁹ eſt eñ nubere q̃ꝫ vri. Optat
paulus in mulierib⁹:qđ in turturib⁹ ꝑſeue/
rat. Et alibi iuniores hortať vt nubãt:quia
mulieres noſtrę turturũ pudicitiaꝫ implere



vix poſſũt. Ergo turturib⁹ deus hunc in/
fudit affectũ:hanc virtutẽ ꝯtinẽtię dedit: q̄
ſol⁹ põt p̄ſcribere qđ omnes ſequanť. Tur/
tur nõ vritur flore iuuẽtutis:nõ temptatur
occaſionis illecebra. Turtur neſcit primã fi/
dem irritã facere:qꝛ nouit caſtimoniã ſerua
re prima cõnubij ſorte p̄termiſſa.

## De integritate auiũ: q̄ vt in vul/ turibus dephendiť abſqꝫ concubi tu ⁊ ſine vllo maſculorũ ſemine cõ/ cipiant ⁊ generant. Ac de cõfutati/ one eoꝝ qui impoſſibile putant ꝙ virgo maria cõſeruata virginitate dei filiũ pepererit: Ca.xx.

Primus de viduitate auiũ:eãqꝫ ab
illis p̄mũ exortã eſſe virtutẽ:nũc de
integritate dicamus: quę in pluri/
bus quidẽ auibus ita eſſe aſſeuerať:vt poſ/
De vulturib⁹ ſit etiã in vulturibus dephendi. Negantur
eñ vultures indulgere cõcubitu:⁊ cõiugali
quodã vſu nuptialiſqꝫ copulę ſorte miſceri:
atqꝫ ita ſine vllo maſculoꝝ cõcipere ſemine
⁊ ſine cõiunctione generare: natoſqꝫ ex his
in multã ętatẽ longeuitatis ꝓcedere:vt vſqꝫ
ad cẽtũ annos vitę eorũ ſeries ꝓducať:nec
facile eos anguſti eui finis excipiat. Quid
aiunt qui ſolent noſtra ridere myſteria: cuꝫ
audiunt ꝙ virgo generauit:⁊ impoſſibilem
innuptę cui⁹ pudorem nulla viri cõſuetudo
temeraſſet:exiſtimãt partũ? Impoſſile pu/
tať in dei matre:qđ in vulturibus poſſibile
nõ negatur? Auis ſine maſculo parit:⁊ nul/
lus refellit:⁊ qꝛ deſponſata viro maria pe/
perit:pudoris eius faciũt queſtionẽ. Nõne
aduertimus ꝙ dñs ex ipſa natura:plurima
exẽpla ante p̄miſit:quib⁹ ſuſceptę incarna/
tiõis decorẽ ꝓbaret:⁊ aſtrueret veritatẽ.

## De natura ⁊ admirãda induſtria ac diligẽtia apũ: que velut quãdã rẽpublicã curare videnť: Ca.xxi.

Unc age quę aues velut quandaꝫ
rempublicã curare videantur expe/
diã:atqꝫ vitę hui⁹ ętates agere ſub
legib⁹. Hic eniꝫ reipublicę vſus eſt: leges
omnibus eſſe cõmunes: atqꝫ obſeruari eas
deuotione cõmuni. Uno omnes teneri vin
culo:nõ alterius eſſe qđ alius intelligat ſi/
bi nõ licere:ſed qđ liceat licere omnibus:et
qđ nõ licet omnib⁹ nõ licere. Eſſe etiã com/
munẽ reuerentiã ſenatorum: quorum cõſi/
lio reſpublica gubernetur:cõmune omnib⁹
vrbis domicilium:cõmunis cõuerſationis
officium vnũ pręſcriptũ:omnib⁹ vnum eſſe
conſiliũ. Magna hęc:ſed quãto in apib⁹ De Apib⁹
p̄ſtantiora:quę ſolę in omni genere animã/
tiuꝫ cõmunẽ omnibus ſobolẽ habent: vnã
omnes incolunt manſionem: vnius patrię
clauduntť limine:in cõmune omnib⁹ labor:
cõmunis cibus:cõmunis operatio:commu
nis vſus ⁊ fructus eſt: communis volatus.
Quid plura? Cõmunis omnib⁹ generatio:
Integritas quoqꝫ corporis v̄ginalis omni/
bus cõmunis ⁊ partus:quoniã neqꝫ vllo cõ
cubitu miſcentur:nec libidine reſoluuntur:
nec partus quatiunť dolorib⁹:⁊ ſubito ma/
ximum filiorũ examen emittunt: e folijs et
herbis ore ſuo ꝓlem legentes. Ipſę ſibi re/
gem ordinant:ipſę ſibi populos creant:⁊ li/
cet poſitę ſub rege: ſunt tamẽ liberę. Nam
⁊ pręrogatiuã iudicij tenent:⁊ fide deuotio/
nis affectũ:quia ⁊ tanquã a ſe ſubſtitutũ di
ligunt:⁊ tanto honorãt examine. Rex autẽ
nõ ſorte ducitur:quia in ſorte euẽtus eſt nõ
iudiciũ:⁊ ſępe irrationabili caſu :ſorte meli
oribus vltimus quiſqꝫ p̄fertur: neqꝫ impe/
ritę multitudiniſ vulgari clamore ſignatur:
quę nõ merita virtutis expendit:nec publi
cę vtilitatis emolumenta rimatur: ſed mo/
bilitatis nutat incerto: neqꝫ priuilegio ſuc/
ceſſionis ⁊ generis regalibus thronis inſi/
det. Siquideꝫ ignarus publicę cõuerſatio/
nis:cautus atqꝫ eruditus eſſe non poterit.
Adde adultiones atqꝫ delitias: quę teneriſ
inolitę ętatibus vel acre ingenium enerua/
re cõſueuerunt:tũ inſtitutiones ſpadonũ quo
rum pleriqꝫ ſuo magis queſtui: q̃ꝫ vſui pu/
blico animũ regis inclinant. Apibus aũt
rex naturę clarus formať inſignibus:vt ma
gnitudine corporis pręſtet ⁊ ſpecie: tum qđ
in rege pręcipuum eſt morũ manſuetudine.
Nam etſi habet aculeuꝫ:tamẽ eo nõ vtitur
ad vindicandũ. Sunt eñ leges naturę nõ
ſcriptę litteris:ſed impreſſę morib⁹:vt leni/
ores ſint ad puniendũ qui maxima poteſta
te potiunť:ſed ⁊ apes illę quę nõ obtẽpera/
uerint legibus regis: pęnitenti ſe multant
cõdemnatione vt immoriant aculei ſui vul
nere. Qđ perſaꝝ populi hodieqꝫ ſeruare
dicunť:vt pro cõmiſſi precio ipſi in ſe ꝓprię
mortis exequanť ſententiaꝫ. Itaqꝫ nulli ſi/
cut reges p̄ſarũ tã grauiſſimas in ſubditos
habẽt leges: Nõ indi:ñ ꝑli ſarmatarũ tãtã
quantã apes reuerentiã deuotionis obſer/
uant:vt nullę e domib⁹ exire audeãt: nõ in

aliquos ꝓdire paſtus: niſi rex fuerit egreſ/
ſus: ⁊ volatus ſibi vēdicauerit principatū.
Proceſſus aūt eſt ꝑ rura redolentia: vbi in
halātes horti florib⁹: vbi fugiens riu⁹ ꝑ gra
mina: vbi amena riparū: illic ludus alacris
iuuētutis: illic campeſtre exercitiū: illic cu/
rarū remiſſio. Opus ipſuʒ ſuaue de florib⁹:
de herbis dulcibus: fundamina caſtroꝝ pri
ma ponunt. Quid eñ aliud eſt fauus: niſi
quedā caſtrorū ſpecies? Deniq; ab his ꝑſe/
pibus apum fucus arcet. Que caſtra qua/
drata tantū poſſunt habere artis et gratie:
quantū habent crates fauorū: in quib⁹ mi/
nute ac rotunde cellule conexione ſui inui/
cem fulciunt. Quis eñ architect⁹ eas docu
it ex agonia illa cellarū indiſcreta laterū eq̄/
litate cōponere: ac tenues inter domorū ſe/
pta ceras ſuſpendere: ſtipare mella: et inte/
xta floribus horrea: nectare quodā diſtēde/
re? Cernas omnes certare de munere: alias
inuigilare q̄rendo victualia: alias ſollicitā
caſtris adhibere cuſtodiā: alias futuros ex/
plorare imbres: ⁊ ſpeculari curſus nubium:
alias de floribus ceras fingere: alias rorem
infuſum floribus ore colligere: Nullā tamē
alienis inſidiari laborib⁹ ⁊ rapto vitā que/
rere: atq; vtinā raptorum inſidias nō time/
rent. Habent tamē ſpicula ſua: ⁊ inter mel/
la fundūt venenum: ſi fuerint laceſſite: ani/
maſq; ponunt in vulnere ardore vindicte.
Ergo medijs caſtrorū vallibus humor ille
roris infundit: paulatimq; ꝓceſſu tēporis
in mella cogit: cū fuerit liq̄dus ab exordio:
⁊ coalitu cere floruſq; odore fragrare mellis
incipit ſuauitatē. Merito quaſi bonā ope/
rariā ſcriptura apem ꝓdicat dicens: Vade
ad apem: ⁊ vide quō operaria eſt. Operati/
onē quoq; q̄ venerabilē mercat: cui⁹ labo/
rem reges ⁊ mediocres ad ſaluteʒ ſumunt.
Appetibilis eñ eſt omnibus ⁊ clara. Audis
quid dicat ꝓpheta. Mittit vtiq; te: vt api/
cule illius ſequaris exemplū: imiteris ope/
rationem. Vides q̄ laborioſa: q̄ grata ſit.
Fructus ei⁹ ab oībus deſideratur ⁊ querit:
nec ꝓ ꝑſonarū diuerſitate diſcernit: ſed in/
diſcreta ſui gratia: regibus pariter ac medi/
ocrib⁹ equali ſuauitate dulceſcit. Nec ſolū
voluptati: ſed etiā ſaluti eſt: fauces obdul
cat ⁊ curat vulnera: internis quoq; medica/
mentū infundit vlceribus. Itaq; cū ſit infir
ma robore apis: valida eſt vigore ſapientie
⁊ amore virtutis. Deniq; regeʒ ſuū ſūma
ꝓtectione defendūt: ⁊ ꝑire ꝓ eo pulchrū pu
tant. Incolomi rege neſciūt mutare iudici/
um: mentē inflectere: amiſſo fideʒ ſeruandi
muneris derelinquūt: atq; ipſe ſua mella di/
ripiunt: ꝙ is qui principatū habuit mune/
ris interempt⁹ eſt. Itaq; cū aues alie vix in
anno edāt ſingulos fet⁹: apes geminos cre
ant: ⁊ duplici ceteris fecūditate ꝓpōderāt.

## De conſideratione eius ꝙ ait ꝓpheta: Producant aque reptilia ⁊c. ac de diuerſitate quā inter ſe habent aues: Ca. XXII.

Onſideremus nunc quid ſit qḋ ait:
c Producāt aque reptilia ani
marum viuentiū: ⁊ volatilia
volantia ſuꝑ terram ſm gen⁹: ⁊ ſe/
cus firmamentū celi. Cur ſuꝑ terraʒ
dixerit: certū eſt: q: victū de terra querunt.
Sec⁹ firmamētū aūt celi: quō: cū aquile vl/
tra ceteras aues volēt: ⁊ tñ ipe nō ſec⁹ firma
mentū celi? Sed q: grece ὀυράμὸσ dicit
qḋ latine celū appellamus. ὀυράμοσ autem
ἀπὸ του ὁράωάι: id eſt: a videndo: ideo ꝙ
aer ꝑſpicuus ſit ⁊ ad videndū purior: in ae/
re volitātia genera dixit animantiū. Et ne
moueat qḋ ait: Secus firmamentū celi: nō
ꝓprie firmamentū hic poſuit: ſed abuſiue:
eo ꝙ cōparatione etherei illi⁹ corporis etiā
iſte aer quē poſſumus oculis cōprehēdere:
quaſi craſſior ⁊ denſior vicem habeat firma
menti. Nunc q: dixim⁹: que volatilia: quā
naturā habeant ⁊ gratiā: ⁊ ea pauca de mul
tis: Neq; eñ vacat vniuerſa deſcribere cuʒ
ſint ſimilia atq; eiuſdē generis: tñ aues ip/
ſe quā inter ſe diuerſitatē habeant: ꝯſidere/
mus. Inuenimus eñ cornicis pedes ve/
lut quibuſdā digitis diſtantib⁹ ſeparatos
atq; diuiſos: Coruorū quoq; atq; pulloruʒ
aliter etiā formatos a natura pedes: Auiū
q̄ carne veſcunt q̄ſi incuruos atq; ſinuatos
velut ad predā paratos. Ea vero q̄ natādi
habent vſum ⁊ cōſuetudinē latos habēt pe
des: ⁊ mēbrana quadā illos digitos peduʒ
ſibi copulatos atq; cōiunctos. In quo ad/
mirabilis patet ratio nature: vt ⁊ illa ad vo
landū vel ad rapiendū cibum: vſu accōmo/
do fulciant: ⁊ iſta ad natandū adiumēta ha
beant cōpetentia quo meli⁹ aquis poſſint
ſuꝑnatare: ⁊ quaſi remis quibuſdā ita pedi
bus ſuis mēbrane illius extenſione latiori/
bus aquarū fluenta ꝓpulſent. Cygnus q̄ De Cygno
cur ꝓceriore collo vtat in ꝓmptu eſt: vt q:



eſt paululum ſegnior corpore: nec facile pōt
aquarū inferiora penetrare: ceruicē extēdit
ad predā: que quaſi preuia reliqui corporis
eſcam quā inuenerit rapiat atq; eruat de ꝓ/
fundo. Adde ⁊ illud: quia ſuauior ⁊ magis
canor⁹ ꝑ ꝓcera modulus colla diſtinguitur:
⁊ longiore exercitatione purior longe reſul/
tat. Q̄ dulcis etiā in exiguo cicadis gut/
ture cantilena: quarū cantibus medio eſtu
arbuſta rumpunt: eo ꝙ magis canore meri/
dianis caloribus quo puriorē aerē id tēpo/
ris attrahunt ſpiritu: eo cantus reſonāt cla
riores. Nec apes ipſe inſuaue quiddam
canunt. Habent eñ gratā in rauco illo vo/
cis ſue murmure ſuauitatē: quā nos fracto
tubaꝝ ſonitu lentius primū videmur imi/
tari: quo crepitu ad excitandos animos in
vigoreʒ nihil aptius eſtimatur. Et hec illis
gratia manet: cū pulmonē reſpirādiq; mu/
nus atq; vſum nequaquā habere ꝓdant:
ſed aerio veſci ſpiramine. Deniq; ſi q̄s eas
ſuꝑfundat oleo ꝓpē necant: eo ꝙ obſtructis
poris: aeriū ſpiramen illud haurire nō poſ/
ſint: cōtinuoq; ſi quis acetū his ſuꝑfundat
ilico reuiuiſcunt: eo ꝙ vis aceti cito illos po
ros qui cōcretione olei obſtruunt: humore
feratur aperire.

## De imitatione vermis indici: cameleontis: leporum atq; phenicis vt illorum exemplis ad comutationis fidem que in reſurrectione futura eſt ꝓuocemur. Unde etiā vultures habeant vt quibuſdā ſignis mortem hominū annuncient. Ad deniq; vſq; ad locuſtā diuina gratia penetrauerit: Ca. XXIII.

T quia de volatilibus dicimus: nō
e putamus alienū ea cōplecti: que de
verme indico tradit hiſtoria: vel eo
rum relatio qui videre potuerūt. Fertur
hic corniger vermis cōuerti primū in ſpeciē
dicat: Ad ſimilitudinẽ noſtrã: vbi eſt diſſili-
tudo? Sic ⁊ in euãgelio vbi dicit: Ego ⁊ pa
ter: vtiq; ñ vna ꝑſona ẽ. Ubi aũt ait: Unũ
ſumuſ: nulla eſt diſcrepãtia diuinitatis aut
operis. Nõ igit̃ in vtroq; vna ꝑſona: ſ; vna
ſubſtãtia eſt. Et bñ addidit: Sumꝰ: qꝛ ſꝑ cẽ
diuinũ ẽ: vt coeternũ credas: quẽ putabas
diſſimilẽ eſſe. Eternꝰ eſt em̃: de q̃ dicit moy-
ſes: Qui eſt miſit me. Pulchre etiã illud ꝑ- Exo 3.
miſit: Ego ⁊ pater. Nã ſi patrẽ ꝑmiſiſſet: tu
minorẽ filiũ iudicares. Sȝ ꝑmiſit filiũ: quẽ
nõ conuenit credi patre ſuperiorẽ. Adiũxit
patrẽ vt aduertas deũ patrẽ ⁊ filiũ eiꝰ ordi-
nis ꝑiudicio nõ teneri. Attẽde inquit tibi
ſoli. Aliud em̃ ſumꝰ nos: alia ſunt nr̃a: alia
que circa nos ſunt. Nos ſumꝰ: hoc eſt: aĩa ⁊
mens. Noſtra ſunt corꝑis membra ⁊ ſenſus
eiꝰ. Circa nos pecunia ẽ: ſerui ſũt ⁊ vite iſti-
us apparatꝰ. Tibi ḡ attẽde ⁊ teipſũ ſcito:
hoc eſt: nõ quales lacertos habeaſ: nõ quã-
tã corporis fortitudinẽ: nõ quãtas poſſeſſi-
ones: quantã potentiã: ſed qualẽ animã ac
mentẽ: vñ oĩa ꝯſilia ꝓficiſcunt̃: ad quã ope-
rũ tuoꝝ fructꝰ refert̃. Illa eſt em̃ plena ſa-
pientie: plena pietatis atq; iuſticie: qm̃ oĩs
virtus a deo eſt. Cui dicit deꝰ: Ecce ego hie
ruſalem pinxi muros tuos. Illa aĩa a deo
pingit̃: que habet in ſe virtutũ grãm renitẽ
tẽ: ſplendorẽq; pietatis. Illa aĩa bñ picta
eſt: in qua elucet diuine operatõis effigies.
Illa aĩa bene picta eſt: in qua eſt ſplẽdor
glorie ⁊ paterne imago ſubſtãtie. Scd̃m
hanc imaginẽ q̃ refulget: pictura ꝓcioſa eſt.
Scd̃m hãc imaginẽ adã ante peccatũ: ſed
vbi lapſus eſt: depoſuit imaginẽ celeſtẽ: ſũ-
pſit terreſtris effigiẽ. Sed fugiamꝰ hanc
imaginẽ q̃ ĩtrare ciuitatẽ dei nõ põt: qꝛ ſcri-
ptũ eſt: Dñe in ciuitate tua imaginẽ eorum Ps.72.
ad nihilũ rediges. Et nõ intrat ĩdigna ima-
go: ⁊ q̃ ĩtrauerit excludit̃: qꝛ nõ intrabit in-
quit in eã omne cõe: ⁊ qui facit execrationẽ
⁊ mendaciũ: ſed ille intrabit in eaȝ cuius in
fronte agni nomẽ ſcriptũ eſt. Anima igit̃
noſtra ad imaginẽ dei eſt. In hac totus es
homo: quia ſine hac nihil es: ſed es terra: ⁊
in terrã reſolueris. Deniq; vt ſcias qꝛ ſine
aĩa caro nihil eſt: Nolite inq̃t timere eos q̃ Matth.10.
poſſunt corpꝰ occidere: aĩam aũt nõ poſſũt.
Quid igit̃ in carne ꝑſumis: q̃ nihil amittis
ſi carnẽ amiſeris? Sed illud time: ne aĩe tue
defrauderis auxilio. Quã em̃ dabit hõ cõ- Matth.16.
mutationẽ ꝓ aĩa ſua: in q̃ nõ exigua ſui por
tio: ſed totiꝰ hũane vniuerſitatis ſubſtãtia
eſt. Hec ẽ ꝑ quã ceteris ferarũ auiũq; dñã-
ris aĩantibꝰ. Hec eſt ad imaginẽ dei: cor-
pus aũt ad ſpẽm beſtiarũ: In hac pium di
uine imitationis inſigne: in illo cuȝ feris ac
beluis vile conſortiũ.



## De elimatiori tractatu: q̃d ſit ad imaginem dei. Et de aĩa quõ ſit ad imaginẽ dei. Et vtrũ de ea dici po- tuerit: Faciamꝰ hoiem ad imaginẽ noſtrã: vtrũ ꝑterea ſm̃ corpus an ſm̃ aĩam iuſtificatio ꝯferri videat̃: cũ vehementiori incitatione vt ho mo ſeipſum cognoſcat ⁊ ſibi atten- dat: Ca. VIII.

Ed tractemꝰ elimatiꝰ q̃d ſit ad ima
S ginẽ dei. Caro nũquid ad imaginẽ
dei eſt? Ergo in deo terra eſt: qꝛ ca-
ro terra eſt. Ergo corporeꝰ deꝰ? Ergo infir-
mus vt caro: paſſionibuſq; ſubiectꝰ? Et
forte caput tibi videat̃ ad ſimilitudinẽ dei:
qꝛ eminet: aut oculi qꝛ intuent̃: vel aureſ qꝛ
audiunt. Si altitudinẽ ſpectes: nũ ꝓceri vi
demur: qꝛ paululũ vertice eminemus a ter-
ris? Sȝ id nõ pudet eo nos ſiles dei dici:
qꝛ ſerpentibꝰ ceteriſq; reptãtibꝰ: aut qꝛ dã-
mulis atq; ouibꝰ aut lupis celſiores ſumꝰ?
Et quãto in hac parte cameli nobis atq; ele
phãti ꝓceriores ſunt? Obtutꝰ eſt quidẽ ꝑ-
ſtans ſpectare elemẽta mũdi: cognoſcere q̃
nullus annũciet: ſed tuꝰ deꝑhendat aſpec-
tus. Uerũ hoc ipſũ quãtũ eſt qd̓ videmꝰ:
vt eo ad ſimilitudinẽ dei nos eſſe dicamuſ:
qꝛ oĩa videt: ſpectat oĩa: latentes deꝑhẽdit
affectꝰ: ſcutat̃ cordis occulta? Nõ pudet h̊
dicere: cũ ipſe me totum videre nõ poſſim.
Qd̓ ante pedeſ ẽ video: qd̓ a tergo ẽ videre
nõ poſſum. Ceruicẽ meã neſcio: nõ noui oc-
cipitiũ: renes meos videre nõ poſſũ. Si-
militer quãtũ eſt qd̓ audimuſ: cũ id qd̓ pau
lulũ diſtet videre ⁊ audire nõ poſſim? Si in-
teriecti parietes ſint: impedit̃ aſpectꝰ: impe
dit̃ auditꝰ. Deinde corpꝰ noſtrũ vno in lo
co heret: anguſto includit̃ ſpacio. Oẽs fere
latiores ſunt hoĩe: oẽs etiã velociores. Nõ
ḡ caro põt eẽ ad imaginẽ dei: ſed aĩa noſtra
q̃ libera eſt: ⁊ diffuſis cogitationibꝰ atq; cõ
ſilijs huc atq; illuc vagat̃: q̃ ꝯſiderando ſpe
ctat oĩa. Ecce nũc ſumus in italia: ⁊ cogita-
mus q̃ ad oriẽtales aut occidẽtales partes
ſpectare videant̃: ⁊ cũ illis verſari videmur:
qui in ꝑſidia ſunt cõſtituti: ⁊ illos videmus
qui degũt in africa: ſi q̊s cognitoſ nobis ca
terra ſuſceperit: ſeq̃mur ꝓficiſcẽtes: inhere-
mus ꝑegrinãtibꝰ: copulamur abſentibus:
alloq̃mur ſeparatos: defunctos q̊ȝ ad collo
quiũ reſuſcitamꝰ: eoſq; vt viuẽtes cõplecti-
mur: ⁊ tenemꝰ: ⁊ vite officia his vſũq; defe-
rimus. Ea igit̃ eſt ad imaginẽ dei: q̃ non
corporeo eſtimat̃: ſ; mẽtis vigore: q̃ abſen-
tes videt: trãſmarina viſu nouit: percurrit
aſpectu: ſcrutat̃ abdita: huc atq; illuc vno
momẽto ſenſus ſuos ꝑ totius orbis fines ⁊
mũdi ſecreta circũfert: q̃ deo iungit̃: chriſto
adheret: deſcendit in infernũ atq; aſcẽdit:
libera verſat̃ in celo. Deniq; audi dicentẽ:
Noſtra aũt cõuerſatio in celis eſt. Nõ eſt ḡ Phil.3.
ad imaginẽ dei: in qua deꝰ nõ ſꝑ ẽ. Sȝ audi
quia ad imaginẽ dei. Dicit em̃ aplus: Nos 2. Cor.3.
itaq; oẽs reuelata facie gloriã dei ſpeculan-
tes: ad eandẽ imaginẽ reformamur a gloria
in gloriã ſicut a dñi ſpiritu. Quia igit̃ cog-
nouimꝰ aĩam eſſe ad imaginẽ dei: nũc cõſi-
deremꝰ vtrũ de aĩa potuerit dici: Facia-
mus hominẽ ad imaginẽ. Sed au-
di ⁊ iſtud: qꝛ aĩa noĩe hoĩs nuncupat̃. Scri-
ptũ eſt em̃ in geneſi: Filij aũt ioſeph q̃ facti
ſunt illi in egypto: anime nouẽ. Oẽs ḡ ani-
me q̃ intrauerũt cũ iacob in egyptũ ſeptua-
gintaquinq;. Et multo aptius aĩa vel hõ
latine vel grece ἄνθρωπος dicit̃: alterum
ab hũanitate: alterũ ab intuendi habẽs vi-
uacitatẽ: que magis anime q̃ȝ corpori cõue-
nire nõ dubiũ eſt. Cui rei etiã illud iure cõ
currit dictuȝ in threnis hieremie: Bonꝰ eſt Threñ.3.
dñs ſuſtinẽtibus eũ: anime q̃ querit eũ. De
hominibꝰ dixit: ⁊ animã adijciendaȝ puta-
uit. Meliꝰ em̃ querit iſta: ſi ſola ſit: abducẽſ
ſe a corporis ceno: ⁊ a cupiditate carnali. Ip
ſa ẽ ad imaginẽ dei: cõformis dñi ieſu. Qui
aũt cõformes filij dei: ſancti ſunt. Sic em̃ le
gimus: dicẽte paulo: Scimꝰ aũt qm̃ diligẽ- Ro.8.
tibus deũ oĩa ꝯcurrunt ĩ bonuȝ: his qui ſm̃
ꝓpoſitũ vocati ſunt ſancti: quos ꝑſciuit et
ꝑdeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui
vt ſit ipſe primogenitꝰ in multis fratribus.
Quos aũt ꝑdeſtinauit: hos ⁊ vocauit: ⁊ q̊s
vocauit: hos ⁊ iuſtificauit. Quos aũt iuſti-
ficauit: hos ⁊ clarificauit. Utrũ igit̃ ſm̃ cor
pus an ſm̃ animã iuſtificatio tibi cõferri vi-
deatur: queſo reſpõdeas. Sed dubitare
nõ potes: cum iuſticia vnde iuſtificatio de-
riuata eſt: mẽtis tue vtiq; nõ corpis ſit. Pic
tus es ḡ o homo: ⁊ pictꝰ a domino deo tuo.
Bonũ habes artificẽ atq; pictorẽ. Noli bo-
nã delere picturã: nõ fuco ſed veritate fulgẽ
tẽ: nõ cera expſſam: ſ; gratia. Deles picturã
mulier ſi vultũ tuũ materiali candore obli-
nias: ſi acquiſito rubore ꝑfundas. Illa pic-
tura vitij nõ decoris ẽ. Illa pictura fraudis

nō ſimplicitatis ē. Illa pictura tp̄alis ē:aut
pluuia aut ſudore tergit. Illa pictura fallit
⁊ decipit: vt neq̨ illi placeas cui placere de/
ſideras: qui intelligis nō tuum ſed alienū
eſſe qđ placeas: ⁊ tuo diſpliceas auctori: q̄
videt opus ſuū eſſe deletū. Dic mihi: Si
ſupra artificē aliquē inducas alterū: qui opꝰ
illiꝰ ſuperioris nouis operibꝰ obducat: nō/
ne indignat̄ ille qui opus ſuū adulteratū eſ
ſe cognouerit? Noli tollere picturā dei: et
picturā meretricis aſſumere: q̄ ſcriptū eſt:
1. Cor. 5. Tollā ergo membra chriſti: ⁊ faciam mēbra
meretricis? Abſit. Nā ſi quis adulterat opꝰ
dei: graue crimē admittit. Graue eſt em̄ cri/
men: vt putes ꝙ meliꝰ te homo q̄ deꝰ pin/
gat. Graue eſt vt dicat de te deꝰ: nō agno/
ſco colores meos: nō agnoſco imaginē me/
am: nō agnoſco vultū quē ipſe formaui: reij
cio ego qđ meū nō eſt. Illū quere qui te pin
xit: cū illo habeto cōſortiū: ab illo ſume gra
tiā cui mercedē dediſti. Quid reſpondebis?
Nā ſi graue eſt adulterare opus dei: quid
de illis dicemus qui interficiūt opus dei: q̄
humanū ſanguinē fundūt: qui vitā quā de/
us donauit extorquēt: qui dicūt: Tollamꝰ
iuſtū q̄ inutilis eſt nobis? Unde bene le
Matth. 8. ctū eſt hodie: Uulpes foueas habent: ⁊ vo
lucres celi nidos vbi requieſcant: filiꝰ autē
hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet.
Uulpes ergo ſe abſcondit in fouea: auis ſe
tuet̄ in nido: homo nō abſcondit̄ in fouea:
ſed decipit̄. Fouea v̄o os hoīs ē: fouea alta
pectus eſt hominis: vbi ſunt noxia et frau/
dulenta cōſilia: male cogitationes. Tu am/
bulas: ⁊ aliꝰ tibi foueā parat. In medio la/
queorū ambulas: quos abſconderūt tibi in
via inimici tui. Omnia ergo circūſpice: vt
effugias ſicut dāmula de retibus: ⁊ ſicut auis
de laqueo. Dāmula retia aſpectus viuaci/
tate declinat: Auis deuitat laq̄os: ſi ad ſu/
periora ſe cōferat: ⁊ terrena ſuꝑuolet. In ſu
perioribꝰ em̄ nemo tendit retia: laqueū nul
lus abſcondit. Ideo cuiꝰ cōuerſatio in ſuꝑ/
nis eſt: huiꝰ nō ſolet in predā venire captu/
ra. Sed quid miraris ſi homo decipit̄ ab
homine: quādo filius hominis vbi requie/
ſceret nō habebat? Et ille quidē talem ho/
minē fecit in quo caput ſuū reclinaret. Sꝫ
poſteaq̄ in pectore noſtro nō requies ꝓxi/
mi cepit eſſe ſed fouea: poſteaq̄ alter alteri
nectere cepit inſidias quē iuuare deberet: ca
put ſuū chriſtus auertit a nobis. Sꝫ poſtea

tū maluit illud morti offerre ꝓ nobis. Noli
igit̄ eſſe fraudulentus: crudelis: immitis: vt
in te chriſtus caput reclinet. Deniq̨ cū fe
ciſſet piſciū beluas: cū feciſſet ferarū gene/
ra ⁊ beſtiarū nō requieuit. Req̄euit autē po
ſteaq̄ hoīem ad imaginē ſuā fecit. In quo
requieſcat: audi dicentem: Supra quem re/ Eſa. 66.
quieſcā: niſi ſuꝑ humilē ⁊ quietū ⁊ tremen/
tē verba mea? Eſto ergo humilis ⁊ quie/
tus: vt ī tuo deꝰ requieſcat affectu. Qui nō
requieuit in beſtijs: multo magis nō requi/
eſcit in pectore beſtiali. Sunt em̄ animi be/
ſtiales: ſūt fere forma hominū indute. De
quibus dicit dn̄s: Attendite vobis a falſis Matth. 7.
ꝓphetis: qui veniūt ad vos in veſtitu oui/
um: intus autē ſunt lupi rapaces. In his
ergo nō requieuit deꝰ. Sꝫ requieuit in mo/
ribus humanis quos fecit deꝰ ad imaginē
ſuā ⁊ ſimilitudinē: quando fecit virū qui nō
debet velare caput ſuū: q̄m imago ⁊ gloria
eſt dei. Huius viri anime dicit: Ecce ego
hieruſalē pinxi muros tuos. Nō dixit: pin/
xi ventrē tuū: nō dixit: pinxi inferiora tua:
ſed dixit: Pinxi muros tuos: valida ſe aſſe
rens homini murorū dediſſe ꝑſidia: vt ſi ꝑ/
uigil ſpeculator in port̄ ſit: obſidionis poſ/
ſit periculū ꝓpulſare. Dicit itaq̨: Nō ti/
bi voluptates dedi: nō illecebras cupidita/
tū: nō incētiua luxurie: nō alieni decoris cō/
cupiſcentiā: ſed dedi tibi fundamēta mura/
lia: dedi tibi turriū excelſa faſtigia: in q̄bus
cōſtitutus expugnari ab hoſte nō metuas:
nec ingruentiū legionū terribilia licet tem/
ptamēta formides. Deniq̨ habes in eſa/
ia: quia iuſti anima dicit vel eccleſia: Ego
ciuitas munita: ego ciuitas obſeſſa: Muni
ta ꝑ chriſtū: obſeſſa per diabolū. Sed non
debet obſidionē vereri: cui chriſtꝰ adiutor
eſt. Munit̄ enī gratia ſpiritali: ⁊ ſeculari/
bus ꝑiculis obſidet̄. Unde ⁊ in cāticis ha Cant. 8
bes dictū: Ego murus: ⁊ vbera mea turres.
Murus eſt eccleſia: turres eiꝰ ſunt ſacerdo/
tes: quibus abundat ⁊ de naturalibus ver/
bū: ⁊ de moralibꝰ diſciplina. Cognoſce ḡ
te decora aīa: q̄ imago dei es. Cognoſce te
hō: q̄ glia es dei. Audi quō glia: ꝓpha dic:
Mirabilis facta ē cognitio tua ex me: hoc
eſt: in meo opere tua mirabilior ē facta ma/
ieſtas. In cōſilio hominis tua ſapiētia ꝑdi
catur: dū me intueor quē tu in ipſis cogita/
tionibus occultis ⁊ internis affectibꝰ deꝑ/
hendis: ſcientie tue agnoſco myſteria. Co



gnoſce ergo te o homo quātus ſis: ⁊ attēde
tibi: neq̄ laqueis implicatꝰ diaboli fias ꝑ/
da venantis: ne forte in fauces tetri illiꝰ le/
1. Petri. 5. onis icurras: qui rugit ⁊ circuit querēs quē
deuoret. Attende tibi vt ꝯſideres quid in
te intret: quid ex te exeat. Nō de cibo dico:
qui abſorbet̄ ⁊ egerit̄: ſed de cogitatione di
co: de ſermone aſſero. Nō in te intret alieni
thori ꝯcupiſcētia: nō irrepat in tuā mentē:
nō rapiat oculus tranſeūtis femine pulchri
tudinē: animꝰ nō includat: nō ſermo tuꝰ tē/
ptamentorū machinas nectat: non in dolo
ꝓdat: non maledico ꝓximum aſpergat op/
probrio. Uenatorē te fecit deus: nō expu
Hiere. 16. gnatorē q̄ dixit: Ecce ego mitto venatores
multos: venatores non criminis ſed abſo/
lutōis: venatores nō culpe vtiq̨ ſed gratie.
Luc. 5. Piſcator chriſti es: cui dicit: Amodo eris
hoīes viuificans. Sic mitte retia tua: ſic
mitte oculos tuos: ſic mitte ſermones tuos
vt nullū opprimas: ſed alleues fluctuantē.
Attēde inq̄t tibi. Sic ſta ne cadas: ſic cur/
re vt ad brauiū ꝑuenias: ſic certato vt ſepe
decernas: q̄ legitimo debetur corona certa
mini. Miles es: hoſtē diligenter explora:
ne tibi nocturnꝰ irrepat. Athleta eſ: manibꝰ
aduerſario ꝓpior eſto: q̄ vultu: ne oculū fe
riat tuū. Liber obtutus ſit: argutꝰ inceſſus:
vt irruentē effundas: cedentē occupes: vul/
nus vigilanti aſpectu exeas: forti cōgreſſu
repellas. Nā ſi fueris vulneratus attēde
tibi: curre ad medicū: quere remediū penitē
tie. Attende tibi: q̄ carnē habes que cito la
bitur: veniat tibi bonus animarū medicus
ſermo diuinus: aſpergat tibi oracula dn̄i tā
quā medicamenta ſalubria. Attende tibi
ne fiat verbum abſconditū in corde tuo ini/
quū. Serpit em̄ ſicut venenū: qđ ⁊ letalia
infert cōtagia. Attende tibi ne obliuiſca
ris deū qui fecit te: ne nomē eius inuanum
Deut. 8. accipias. Attende tibi lex dicit: Ne cū man
ducaueris ⁊ ſatiatus fuer̄: ⁊ domos edifica
ueris: ⁊ habitare ceperis: ⁊ pecoribꝰ tuis re/
pletus fueris: ⁊ auro ⁊ argēto abundauer̄:
⁊ omnibꝰ quecūq̨ tibi fuerint in multitudi
ne exaltes te corde: ⁊ obliuiſcaris dominū
1. Cor. 4. deū tuum. Quid em̄ habes homo qđ nō ac
cepiſti? Nōne hec omnia ſicut vmbra ꝑtere
unt? Nōne domus tua hec puluis eſt ⁊ rui/
na? Nōne hec omnia fabula? Nonne ſeculi
theſaurus vanitas eſt? Nōne tuipſe es ci/
nis? Reſpice in ſepulchra hominū: ⁊ vi/

de q̄d ex te niſi cinis ⁊ oſſa remanebūt: hoc
eſt: ex corpore tuo. Reſpice iquā: ⁊ dic mihi
q̄s ibi diues: quis pauper ſit. Diſcerne ino/
pes ac potētes. Nudi omnes naſcimur: nu
di morimur. Nulla diſcretio inter cadauera
mortuorū: niſi forte ꝙ grauius fetent diui/
tum corpora diſtenta luxurie. Quē audiſti
pauperē crudelitate defunctū? Prodeſt illi
inopia ſua: exercet corpꝰ nō opprimit: Nec
tamē audiuimus iuſtū derelictum: ⁊ ſemen Pſ. 36.
eius querens panē: q̄m qui bene operat̄ in
terra ſua abundat alimētis. Attende ḡ ti
bi diues: q̄ ⁊ tu carnem portas ſicut pauꝑ.
Attende tibi pauꝑ: q̄ anima tua ꝑcioſa
eſt: etſi caro mortalis diuturna anima: etſi
tibi deeſt pecunia: nō deeſt gratia: etſi nō ē
domus ampla: nō diffuſa poſſeſſio: celū pa
tet: terra libera eſt. Omnibꝰ in commune
elemēta donata ſunt: patent eque diuitibꝰ
atq̨ pauperibꝰ ornamēta mundi. Nūquid
pulchriora ꝑcioſiſſimarū domorū aurata la
quearia: q̄ celi facies ſtellis inſignita fulgē
tibus? Nūquid latiora diuitū rura: q̄ ſpa/
cia terrarū? Unde ad eos qui domū ad do/
mū ⁊ villam ad villā iungūt: dictū eſt: Nū/ Eſa. 5.
quid ſoli habitabitis ſuꝑ terrā? Maiorē do
mum tu habes pauꝑ: in qua clamas ⁊ exau
diris. O iſrael inq̄t ꝓpheta q̄ magna ē do/ Baruch. 5
mus dei: ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius:
magnus ⁊ nō habet finē: altus ⁊ immēſus.
Domꝰ dei diuiti eſt cōmunis ⁊ paupi. Dif/
ficile eſt tamē diuitē intrare regnū dei. Sꝫ
forte doles: ꝙ nullum tibi auratorū lychno
rum lumē refulgeat. Sed multo illuſtrior ti
bi lumine circūfuſo luna reſplēdet. De hy
eme forſitan querer̄: q̄ nulla tibi hypocau
ſta anhelātibus ignibus vaporent̄: ſed ha/
bes ſolis calorē: qui tibi orbē terrarū tēpe/
ret: et hiberno te defendat a frigore. An
illos beatos putas: qui ſeruorū ſequentiū
ſtipant̄ cateruiſ? Sed qui alienos pedes re/
quirūt: ſuis vti neſciunt. Deniq̨ a paucis
ꝑcedunt̄: a plurimiſ portāt̄. Niſi forte illud
mirar̄: qđ abundāt auro: argēto: pecunia.
Quātis abundāt vides: quātis egeant nō
vides. Sed eburneis lectis accūbere: ꝑci/
oſum putas: ⁊ nō cōſideras precioſiorē eſſe
terram que pauperi thoros graminum ſter
nit: in quibꝰ dulcis requies ſuauis eſt ſomnꝰ:
quē ille aurea cōpoſitꝰ ſponda tota ꝑuigil
nocte querit: ⁊ nō capit. O quanto te ille be
atiorē iudicat: vigilans quieſcentē. Illud

Preterea qđ multo eſt ꝑſtantius: qm̃ iuſtꝰ vir q̃ hic eguerit: illic abũdabit: ⁊ q̃ hic laborez tolerauerit: illic ɔſolationem habebit. Qui aũt hic receperit bona: illic mercedẽ eorum ſperare non poterit. Pauptas enĩ mercedẽ ſuã reſeruat: cenſus abſumit. Attende ꝙ tibi paup: attẽde diues: q2 in pauptate ⁊ diuitijs tẽptamenta ſunt. Ideo quidã ſapiẽs *Prouer. 30.* dicit: Diuitias ⁊ paupertatẽ ne dederis mihi. Et qua ratiõe petierit hoc dicit. Satl eſt enĩ hõi habere qđ ſibi ſufficit. Quia diuitię vt epulis ventrẽ: ita animũ curis ſollicitudinibuſq; diſtẽdũt. Ideoq; petit cõſtitui ſibi q̃ opus ſunt ⁊ ſufficiẽtia. Ne repletꝰ inq̃t mendax fiaz: ⁊ dicã: Quis me videt: aut factus pauper: furtũ faciã: ⁊ iurem in nomine dñi? Fugienda igit̃ et cauenda ſunt temptamenta mũdi: ne paup deſperet: ne opulens inſoleſcat. Scriptũ eſt enĩ: Cũ expuleris gentes: ⁊ cęperis vti terris eorum: ne dicas: Virtus mea ⁊ manus mea hanc mihi poſſeſſionẽ parauit. Sic eſt qui opes ſuas merito aſcribit ſuo. Et ideo q̃ſi ꝓbatꝰ ꝓprium nõ agnoſcit errorẽ: ſed longo trahit funе peccatũ. Nam ſi credat ꝙ acceſſio pecunię aut fortuiti euentꝰ aut turpis aſtutię ſit: nõ habet locũ inſolentia: in quibꝰ aut nulla laus: ⁊ inanis labor: aut cupiditas inuerecũda ſit: modũ neſciẽs ponere voluptati.

## De preſtãtia: decore ⁊ gratia humani corporis ac membrorum ipſius: Ca. IX.

Sed iaz etiã de ipſo aliq̃ dicẽda ſunt corpe hois: qđ ꝑſtantiꝰ ceteris decore et gratia eſſe q̃s abnuat? Nã etſi vna atq; eadẽ oim terrenoꝝ corpoꝝ videat̃ eſſe ſubſtãtia: firmitudo ⁊ ꝓceritas q̃buſdã maior in beſtijs: forma tamẽ humani corporis eſt venuſtior: ſtatus erectus ⁊ celſus: vt neq; enormis ꝓceritas ſit: neq; vilis ⁊ abiecta pauxillitas: cũ ipſa habitudo corpis ſuauis ⁊ grata: vt neq; beluina vaſtitas horrori ſit: nec gracilitas tenuis infirmitati. *De Preſtãtia capitis* Ac primũ omniũ cognoſcamus humani corporis fabricã inſtar eſſe mundi. Siquidẽ vt cęlum eminet aeri: terrl maria: quę velut quędam mẽbra ſunt mũdi: ita etiã caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimꝰ eminere: ꝑſtantiſſimũq; eſſe omniũ tanq̃ inter elemẽta cęlũ: tanq̃ arcẽ inter reliqua vrbis *De Laude oculorum* męnia. In arce aũt hac regalẽ quandã habitare ſapientiã ſm ꝓpheticũ dictũ: Quia oculi ſapientis in capite eiꝰ: hanc eſſe cęte- *Eccl. 2.* ris tutiorẽ: ⁊ ex illa omnibꝰ mẽbris vigorez prudentiãq; deferri. Quid enĩ robur ⁊ validitas lacertoꝝ ꝓficiat: quid velocitas pedum: niſi capitis velut principis ſui: imperialis quędã adminiculet̃ poteſtas? Ex hoc enĩ aut deſtituunt̃ vniuerſa: aut oĩa fulciuntur. Quid agat fortitudo: niſi oculo ducc vtat̃ in pręliũ? Quid fuga ſi deſit obtutus? Carcer eſt totũ corpus tenebroſo horrẽs ſitu: niſi oculoꝝ illuminet̃ aſpectu. Quid ergo ſol ⁊ luna in cęlo: hoc ſunt oculi in homine. Sol ⁊ luna duo mũdi lumina: Oculi autẽ quędã in carne ſidera fulgẽt deſup: ⁊ inferiora claro illuſtrant lumine: nec patiũtur noctis quibuſdã nos tenebris ĩplicari: ſpeculatores quidam noſtri die ac nocte excubãt. Nã ⁊ ex ſopore mẽbris ceteris citiꝰ excitant̃: ⁊ vigilãtes circũſpectant omnia. Viciniores enĩ ſunt cerebro: vnde omnis manat vſus vigendi. Neq; vero pręppropere quiſquã huc deſcendiſſe me credat: ꝙ relicto vertice oculos ꝑdicem: cũ alienũ non ſit ſummã rẽ in parte laudare. Oculos enĩ certuz eſt eſſe capitis portionem. Caput itaq; oculis explorat oĩa: auribus occulta rimat̃: cognoſcit abſcondita: audit quid alijs agatur in terris. *De vertice et ceſarie* Ipſe autez vertex capitis q̃ ſuauis ⁊ gratus. Q̃ ſpecioſa cęſaries: q̃ reuerenda in ſenibꝰ: q̃ veneranda in ſacerdotibus: q̃ terribilis in bellatoribꝰ: q̃ decora in adoleſcentibus: q̃ cõpta in mulieribꝰ: q̃ dulcis in puerl. Aliũ ſexũ crinita nõ decet: aliũ tonſa nõ decet. *De gratia capitis* Ex arboribꝰ licet quę humani ſit gratia capitis ęſtimare. In capite arboris omnis eſt fructus: ibi oĩs eſt pulchritudo: illius coma nos aut a pluuijs tegit: aut defendit a ſole. Tolle arbori comã: tota arbor ingrata eſt. Quãta igitur maior humani capitis ornatꝰ eſt: qui cerebruz noſtrũ: hoc eſt: ſedẽ originẽq; noſtroꝝ ſenſuũ capillis capitl munit ⁊ veſtit: ne aut frigore vexet̃ aut ęſtu. Illic enĩ fons vniuerſorũ eſt: ⁊ ideo vbi iniuria nocet: ibi gratia ꝑminet. Quid ſine capite eſt homo: cũ totꝰ in capite ſit? Cũ caput videris: hominẽ agnoſcis. Si caput deſit: nulla agnitio eſſe poteſt: iacet truncꝰ ignobilis ſine honore: ſine nomine. Sola ęre fuſa principuz capita: et ducti vultus de ęre vel de marmore: ab hominibꝰ adorant̃. Nõ immerito igitur huic quaſi cõſultori ſuo cętera mẽbra famulant̃: ⁊ circũferũt illđ ſeruili geſtamine ſicut numen: atq; in ſublime locatũ vehunt. Vnde cenſoria poteſtate quo vult dirigit quorundã obſequia ſeruuloꝝ: ⁊ ꝑcepta ſingulis obeunda decernit. Videas imperatori ſuo ſingula gratuito ſtipẽdio militare. Alia portant: alia paſcunt: alia defendũt: vel miniſteriũ ſuũ exhibent: parẽt vt principi: ancillant̃ vt dño. Inde velut quędã ꝓcedit teſſera: quã debeãt pedes obire regionẽ: q̃ militię munia manus cõſummãdię operibꝰ exequant̃: quã venter abſtinẽdi vel edẽdi for- *De fronte* mã impoſitę teneat diſciplinę. Huic frõs libera: nudiſ aperta tẽporibus: quę mentis habitum ſpecie ſui ꝓdat: nũc lęta: nunc triſtior: nunc directa ad ſęueritatẽ: nunc ad lenitatẽ remiſſior: quę ſignis forenſibꝰ internam exprimat voluntatẽ. Imago quędam animi loquit̃ in vultu: fidei baſis in qua q̃tidie dñi nomen inſcribit̃ ⁊ tenet̃. *De ſupcilijs oculorum* Eam germine ſepes ſupciliorũ ſequunt̃: quę oculis munimẽta ꝑtendunt: ꝑtexunt gratiã: vt et venuſtas decoris arrideat: ⁊ diligentia ꝓtectioniſ aſſiſtat. Si quid enĩ de capite ſordiũ decidat: aut harenę puluis: aut ros nebulę: aut humeſcẽtis verticis ſudor excipit̃ ſupcilio: ne teneres offenſa acie viſiones molliũ pturbet oculoꝝ. Adhęrent velut quibuſdã montiũ ſupcilijs oculi: vt ⁊ ꝓtegẽte mõtis cacumine tutiores ſint: et tanq̃ in ſũmo locati: de quadam ſcęna ſupiore vniuerſa ꝓ- *De Situ oculorum* ſpectẽt. Neq; enĩ oportebat eos humiles eſſe: ſicut aures: vel os: ipſoſq; nariũ iteriores ſinꝰ. Specula enĩ ſemp in alto eſt: vt aduenientiũ cateruarũ hoſtiliũ explorari poſſit aduentꝰ: ne improuiſo occupẽt ociantẽ: vel vrbis populũ: vel imperatoris exercitũ. Sic latronum quoq; cauent̃ incurſus: ſi exploratores in muris: aut turribus: aut montis excelſi ſupercilio ſint locati: vt deſuper ſpectent plana regionũ: ĩ quibꝰ inſidię latronum latere nõ poſſint. In mari quoq; poſitus ſi quis terrę appropiquare ſe conijcit: in ipſa mali faſtigia: ⁊ celſa antẽnaruz cornua voti explorator aſcẽdit: ⁊ adhuc inuiſibilez reliquis nauigãtibus eminꝰ terraz ſalutat.

Ac forte dicas: Si ſpecula editior neceſſaria fuit: cur nõ ſupra ſummũ verticẽ capitis oculi cõſtituti ſunt: ſicut cancrl vel ſcarabęis in ſũmo ſunt: quibꝰ licet nullũ caput appareat: colla ac dorſa: tñ cętero corpe celſiora ſunt? Sed illis teſta valida: nec tam tenuis mẽbrana ſicut nobis quę facile poſſit offendi: ruboq; ⁊ cęteriſ interſcindi ſentibus: Alijs quoq; animãtibꝰ hmõi ſpecics vt poſſint oculos aut ad ceruicẽ ɔferre: vt equi: ac boues: ac ꝓpemodũ oẽs ferę: aut ad alas ſuas: vt aues quo tuta q̃ete potiãt̃. Nobis aũt ⁊ in ſũma ꝓpemodũ corporis parte cõſtitui oculoſ oportuit tanq̃ in arce: ⁊ ab omni vel minima offenſione defendi: quę duo ſibi cõpugnantia videbant̃. Nã ſi in humili eſſent ꝓpter tutamẽ munus impediret̃: ſi in vertice paterent ad iniuriã. Itaq; ne vel vſui muneris aliquid detraheret̃: vel aliq̃d ad ꝓpulſandã iniuriã ꝓſpiceret̃: eo loco oculos cõſtituit: cui ſupcilia deſup nõ minimũ ꝓtectionis imptiãt: Subter malę aliquãtulum eleuatę haud exiguũ munitionis adiũgant: interiorẽ partem ſepiant nares: exteriorẽ quoq; frontes malarum quę ſibi exuberent: ⁊ licet oſſium cõpage conexa ⁊ ęquata cõfinia circumuallare videant̃. *De orbibus oculorum* Inter hęc medij ſunt oculoꝝ orbes: ⁊ tuti ad cauendũ ⁊ ad intuẽdũ liberi ⁊ decori ad gratiã: vt pote in cryſtalli ſpeciẽ refulgentes. *De pupillis oculorum* In quoꝝ medio pupillę ſunt: quę videndi munꝰ operantur. *De pilis pupillaꝝ* Hę ne qua incidẽtis iniurię offenſione lędant̃: pilis hinc inde conſertis velut quodã vallo ꝑ circuitũ muniunt̃. Vnde tutũ auxiliuz poſtulans ꝓpheta ait: Cuſtodi *Ps. 16.* me dñe vt pupillã oculi: vt ꝓtectionis diuinę fieret ei tã ſollicita ⁊ tuta cuſtodia: quam pupillã oculi tutiſſimo quodã naturę vallo munire dignatꝰ eſt: Simul q2 ĩnocẽtia ⁊ integritas leui ſorde aſperſa violat̃: et grãę ſuę munus amittit. Et ideo ꝓſpiciendũ ne q̃s eam puluis erroris oblinet: aut vlla vexet feſtuca peccati: q2 ſcriptũ eſt: Eijce primum *Matth. 7.* trabẽ de oculo tuo: ⁊ tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. *De cerebro* Itaq; ꝓpter oculos ferũt medendi periti cerebrũ hominis in capite locatũ: Alios aũt noſtri corporis ſenſus ꝓpter cerebrũ finitimo quodẽ eẽ domicilio cõſtitutos. Initiũ enĩ neruorũ ⁊ omniũ ſenſuũ voluntarię cõmotionis cerebrũ eſt: atq; inde omnis eorũ quę diximꝰ cauſa manat. *De arterijs ac corde* Initiũ aũt arteriarũ inſiti caloris quo animant̃ ⁊ tepeſiunt vitalia: cor eſſe plęriq; arbitrant̃. *De neruis* Senſuũ aũt ſingulorũ velut organũ nerui ſunt: qui velut chordę ⁊ fides quędã de cerebro oriunt̃: ⁊ ꝑ partes corporis in ſingula quęq; officia deriuantur. Ideoq; molliꝰ eſt ceteris cerebrũ: quia

omnes ſuſcipit ſenſus: vnde oēs nerui que/
rūt vniuerſa: que vel oculus viderit: vel au-
ris audierit: vel odor inoleuerit: vel lingua
ſcrepuerit: vel os ſaporis acceperit. Qđ eñ
molle ad cōpaſſionē aptius: qđ aūt durum
ex aliquo rigore neruorū ad agendū effica-
De auditu et auribus
tius. Preſtantiſſimū quoqꝫ audiendi mu
nus eſt: ⁊ viſui ſuppar gratia. Ideo aures
extantiores: vt ⁊ ornatꝰ decorē ꝓferant: ⁊ ex-
cipiant omne illud quicquid de vertice ſor/
diū humoris ve defluxerit: ſimul vt in caruꝫ
finibus vox repcuſſa ſine offenſione interi/
ores ingrediatꝛ anfractus. Nā niſi ita eſſet:
quis nō ad omnē fortioris ſonū vocis atto/
nitus redderetꝛ: cum inter ipſa ſubſidia fre/
quēter improuiſo ictus clamore nos obſur-
deſcere ſentiamus? Tum velut quedā ꝓpu
gnacula videas ꝓtendere aduerſus frigoris
aſperitatē: caloriſqꝫ flagrantiā: vt neqꝫ fri/
gus penetret ductus patētes: neqꝫ nimius
adurat eſtus. Sinuatio aūt interiorꝝ au-
riū: modulandi quendā numerꝝ preſtat ⁊ di
ſciplinā. Siquidē ꝑ anfractus auriū quidā
rithmus efficitꝛ: ⁊ modulis quibuſdā ingreſ
ſe ſonus vocis exprimitꝛ. Tenaces preterea
ſermonis accepti ipſos eſſe anfractus auri-
um: vſus ipſe nos docet. Siquidē velut in
cōcauis montiū: vel in receſſu rupiū: vel in
anfractu fluminū: vox auditur dulcior: ⁊ re/
ſponſa ſuauia referēs echo reſultat. Ipe qꝫ
ſordes auriū nō inutiles: que ligant vocem
vt tenacior eiꝰ in nobis ⁊ memoria ſit ⁊ gra/
De naribus et odoratu
tia. De naribꝰ aūt quid loquar: que biuio
⁊ ꝓcero foramine antrū quoddā recipiēdis
odoribus ꝓſtant: vt nō ꝑfunctorie odor trā/
ſeat: ſed diutiꝰ inhereat naribꝰ: ⁊ earū duc/
tu cerebrū ſenſuſqꝫ depaſcatꝛ? Ideo diutius
odor fragrat acceptuſ: qꝫ ſermo reſonat: aut
viſus apparet. Plerūqꝫ qđ momento breui
fueris odoratꝰ: toto die tibi ſpirat in nari/
bus. Per eas quoqꝫ purgamēta capitis de/
fluunt: ⁊ ſine fraude atqꝫ offenſione aliqua
De Tactu
corporis deriuantꝛ. Eſt etiā nō mediocris
ſenſus in tactu: atqꝫ in eo voluptas gratiſſi
ma: ſincerūqꝫ iudiciū. Plerūqꝫ eñ tactu ꝓ-
De officio oris et cibo et potu
bamꝰ: que oculis ꝓbare nō poſſumꝰ. Po
ſtremū quoqꝫ officiū eſt oris aut lingue: qđ
tamē omnibꝰ vires miniſtrat. Nā neqꝫ ocu/
li vigorem vidēdi haberent: niſi virtutē ſub
ſtātie corporalis acceperint: que cibo defer/
tur ⁊ potu. Neqꝫ aures audiēdi: aut nares
odorādi: aut manus tangendi: niſi corpus
omne cōfortetꝛ alimētis. Deficimus eñ viri/
bus: niſi eas cibi cōpetentis aſſiduitate re/
paremus. Deniqꝫ cōfecti fame: nullis oble/
ctantꝛ ſenſuū voluptatibꝰ: ſed quaſi exortes
eorū deliniamēta nō ſentiunt. Quid ego
De dentibꝰ
deſcribā dentiū vallum: quo cibꝰ conficitꝛ: ⁊
plene fit vocis expreſſio? Que ſine dentibus
alimonia delectaret? Deniqꝫ cui maturos
plerūqꝫ cernimus hoc ipſo citiꝰ ſeneſcere: qꝛ
amiſſis dentibꝰ nullam poſſint cibi virtutē
validioris aſſumere. Ideo muta infantia:
qꝛ nō habet adhuc organū vocis. Lingue
De munere lingue
quoqꝫ nō ſolum in loquēdo ſed etiā edēdo
munus ꝑcioſiſſimū eſt. Ea eñ velut plectꝝ
loquentis: ⁊ quedā edentis eſt manus: que
defluentē cibū dētibꝰ ſuggerit ⁊ miniſtrat.
Vox quoqꝫ aeris quodā remigio vehitꝛ: et
ꝑ inane portatꝛ: eadēqꝫ vis que aerem verbe
rat: nunc cōmouet: nunc demulcet audien/
tis affectū: iratū mitigat: fractū erigit: ſola/
tur dolentē. Sit igitꝛ nobis canorū cōmune
cū auibus. Sed apud quē: quo ſono vocis
vtatꝛ. Qđ eſt rationabile: nō pōt cuꝫ omni/
bus animātibus irrationabilibꝰ ſcꝫ eſſe cō/
mune. Nā ⁊ ipſi ſenſus cōmunes nobis ſūt
cū animātibꝰ ceteris: ſed tamē nō eadē his
ceteri animātes induſtria vtuntꝛ. Erigit bu
cula ad celuꝫ oculos: ſed quid ſpectet igno/
rat: Erigunt fere: erigūt aues: omnibꝰ eſt li
ber aſpectus: ſed ſoli ineſt homini eorꝝ que
aſpicit affectꝰ interpres. Spectat oculis or/
tus obituſqꝫ ſignorꝝ: videt ornamentū celi:
miratur ſtellaruꝫ orbes: fulgores quoqꝫ di/
uerſos intelligit ſignorꝝ: qñ heſperꝰ ſurgat:
quādo lucifer: cur ille veſpertinꝰ: hic matu/
tinus irradiet: quos motꝰ orion habeat: qs
luna defectus: quēadmoduꝫ ſol ſuos norit
occaſus: circuitꝰ quoqꝫ curſus ſui ſollēnita/
te cuſtodiat. Audiunt quoqꝫ animātes ce/
teri: Sed quis ꝓter hominē audiendo cog/
noſcit? Secreta ſapiētie ſolus homo ex om/
nibus generibꝰ que in terris ſunt auditu et
meditatiōe ⁊ prudētia colligit: qui pōt dice
re: Audiā quid loquatꝛ in me dñs deꝰ. Hoc Ps. 84.
eſt ꝑcioſiſſimū qꝛ homo diuine vocis ſit or/
ganuꝫ: ⁊ corporalibꝰ labijs exprimit celeſte
oraculū: ſicut illud eſt: Clama. Quid clama Esa. 40.
bo? Omnis caro fenū. Accepit qđ diceret:
⁊ clamauit. Sibi habeant prudentiā ſuaꝫ q
radio celi ſpacia trarūqꝫ deſcribūt: Sibi ha
beant intellectū ſuuꝫ: de quo dicit dñs: Et 1. Cor. 1.
intellectū prudentiū reprobabo. Neqꝫ nu-



meros: rationes: ac modos: ⁊ modulos mu
ſice ſapiētie ꝯſtituā in loco: ſed eā ſapientiā
Ps. 50.
definio: de qua dicit ꝓpheta: Incerta ⁊ oc/
De oſculo oris
culta ſapiētie tue manifeſtaſti mihi. Quid
aūt loquar de oſculo oris: qđ pietatis ⁊ cha
ritatis eſt pignꝰ? Oſculantꝛ ſe ⁊ colūbe. Sed
quid ad humani oſculi venuſtatē: quo ami
citie inſigne humanitatiſqꝫ ꝑfulget: in quo
plene charitatiſqꝫ fideliſ exprimitꝛ affectus?
Vnde ⁊ dñs velut ꝓdigij genus in ꝓdito/
Luc. 22.
re cōdēnans ait: Iuda: oſculo filiū hominiſ
tradis? Hoc eſt: Charitatis inſigne cōuertis
ad ſignū ꝓditionis: ⁊ infidelitatis indiciū:
pacis hoc pignore: vteris ad officiū crudeli
tatis? Beſtiali igitꝛ oris obſequio inferentē
potius necē qꝫ charitatis federa deferentē:
De ſermōe oris
diuine arguit voce oraculo. Illud quoqꝫ ꝓ
cipuū: qꝛ ſoli hoies ore exprimimꝰ: que cor/
de ſentimus. Itaqꝫ cogitationes tacite mē
tis oris ſermone ſignātꝛ. Quid eſt igitur os
hominiſ: niſi quoddā ſermonis aditū: fons
diſputationis: aula verborꝝ: ꝓmptuarium
voluntatis? Abſoluimꝰ velut quandā hūa
ni corporis regiā: in qua ſit licet quedā quā/
titas portionis: forma tñ vniuerſitatis eſt.
De gutture
Sequitꝛ guttur ꝑ qđ totiꝰ corpis vitale cō
mertiū: ⁊ ſpiritus huiꝰ cōmeatꝰ infunditur:
De brachijs manibus ac digitis
Succedūt brachia: ⁊ validi lacertorꝝ thori:
valide ad operandū manus: ⁊ ꝓcerioribꝰ digi
tis habiles ad tenenduꝫ. Hinc aptior vſus
operādi: hinc ſcribendi elegātia: ⁊ ille cala/
mus ſcribe velociter ſcribentis: quo diuine
De ſingulari preconio manuum
vocis exprimuntꝛ oracula. Manꝰ ē: que ci/
bū ori miniſtrat. Manus eſt q ꝓclaris eni/
tet factis: que cōciliatrix diuine gratie ſacris
infertꝛ altaribus: ꝑ quā offerimꝰ ⁊ ſumimus
ſacramēta celeſtia. Manꝰ eſt que operatꝛ pa
riter atqꝫ diſpēſat diuina myſteria: cuiꝰ vo/
cabulo nō dedignatꝰ eſt ſe dei filiꝰ declarari
Ps. 117.
dicēte dauid: Dextera dñi fecit virtutē: de/
xtera dñi exaltauit me. Manꝰ ē q fecit oīa:
ſicut dixit deꝰ oipotēs: Nōne manus mea
fecit hec? Manus eſt totiꝰ corpis ꝓpugna/
culū: capitiſ defenſatrix. Que cū ſit loco in/
ferior: totū verticem comit: ⁊ honeſto venu
De pectore et ventre
ſtat ornatu. Quis digne explicet pectoris
cratē: ventriſqꝫ molliciē? Aliter eñ viſcera
molliora nō poſſent foueri: ⁊ inteſtinorū ſi-
De pulmone
nꝰ duris haud dubie oſſibꝰ lederētꝛ. Quid
tā ſalutare qꝫ vt pulmo cordi finitimo limi/
te iungeretꝛ: vt cū exarſerit cor ira ⁊ indigna
tione: pulmonis ſanguine atꝫ humore citiꝰ
tēperetur? Ideoqꝫ mollior pulmo eſt: qꝛ ma
det ſp: ſimul vt rigorē indignationis emol/
liat. Hec ideo ſtrictim ꝑcurrimus: vt tanqꝫ
indocti obuia ꝑſtringere: non tanqꝫ medici
plenꝰ ſcrutari videamur ⁊ perſequi: que na
De liene et iecore
ture latibulis abſcondita ſunt. Lien quo
qꝫ cum iecore habet viciniā fructuoſam: qui
dū aſſumit quo ipſe paſcatꝛ: abſtergit quic/
quid ſordiū deprehenderit: vt ꝑ fibras iecoris
minutiores: ciborū poſſint tenues atqꝫ ſub
tiles reliquie tranſire: que vertātur in ſang/
uinē viribuſqꝫ ꝓficiant: ⁊ nō cū fimo ⁊ ſordi
De inteſtinis
bus egerātꝛ. Inteſtinorꝝ vero circūplexi or
bes: ⁊ ſine aliquo licet nodo ſibi tñ inuicem
nexi: quid aliud niſi diuinā ꝓſpicientiā cre/
atoris oſtendūt: vt nō cito eſca ꝑtranſeat: ⁊
De ſtomacho
ſtatim a ſtomacho decurrat? Qꝛ ſi fieret: iu
gis fames: ⁊ cōtinua vorandi libido homi/
nibus gigneretꝛ. Exinanitis eñ viſceribꝰ et
exhauſtis dū momētaria effuſione vacuan
tur: neceſſe erat inexplebilē atqꝫ inſatiabilē
cibi ⁊ potꝰ generari cupiditatē: quā ſine du
bio mors matura ſequeretur. Ideoqꝫ ꝓui/
de cōficiatur primuꝫ eſca in vtero ſuperiore:
deinde in iecore coquitꝛ: quuſqꝫ vapore dige
ſtus tranſfunditꝛ ſucꝰ eius in reliquas corpo
ris partes: eaqꝫ ſubſtantia artꝰ aluntꝛ huma
ni: quā iuuenes accipiūt ad incrementū: ſe/
nes ad ꝑſeuerandū: reliquū aūt velut ſuꝑ/
fluū ꝑ inteſtina deducitꝛ: ⁊ ꝑ illud ex trāſuer
De Ano
ſo oſtiū deriuatꝛ. Deniqꝫ etiā in geneſi ar/
ca noe ad fabricā humani corporis accipitꝛ:
de qua dixit deus: Fac tibi arcam ex lignis Gen. 6.
quadratis: nidos facies in arca: ⁊ bitumina/
bis eam intꝰ ⁊ foris bitumine: ⁊ ſic facies ar
cam. Et infra: Oſtiū vero facies ex trāſuer-
ſo: inferiora autē arce bicamerata ⁊ tricame
rata facies. Hoc ꝗ ſignificat dñs: qđ oſtium
ex poſteriori ſit parte: ꝑ qđ egerantꝛ ciboruꝫ
ſuꝑflua. Decore eñ creator noſter ductꝰ re/
liquiarū a vultu hois auertit: ne dū aluum
De pudēdis
purgamus: inqnaremꝰ aſpectū. Simul il
lud ꝯſidera: qꝛ ea q pudoris plena ſūt: eo lo
co cōſtituta ſunt: vbi opta veſtibus elucere
De Venis
nō poſſint. Venarū pulſus: vꝉ infirmitatis
internūcius vel ſalutis eſt. Eedem tñ cū to/
to diffuſe ſint corpore: neqꝫ nude atqꝫ intec/
te ſunt: ⁊ ita lenibꝰ operiuntꝛ viſceribꝰ vt ex
plorandi copia ſit: ⁊ celeritas ſentiendi: qñ
nulla eſt viſcerū craſſitudo que pulſuꝫ poſ/
De Oſſibus
ſit obducere. Oſſa quoqꝫ oia tenui opta
ſunt viſcere: ⁊ reiuncta neruis: ꝓcipue tñ ca/

De capillis pitis leui tecta ſũt corio. Unde quo poſſint
aliquod aduerſum imbres ⁊ frigora habere
munimen: capillis denſioribus veſtiũtur.
De genitalibꝰ Quid de genitalibꝰ loq̄r: que venis e re/
gione ceruicis ꝑ renes lumboſqꝫ deductis:
ſuſcipiunt genitale ſemen ad munus et ad
De officio pedum gratiã ꝓcreandi? Quid de officio pedũ:
qui totũ corpus ſine vlla ſuſtinẽt oneris in/
De genu iuria? Flexibile genu: q̄ ꝑ ceteris dñi miti
gatur offenſa: ira mulcet̃: gratia ꝓuocatur.
Hoc enĩ patris ſummi erga filiũ donuʒ eſt:
Phil.2. vt in nomine ieſu omne genu curuet̃ celeſti
um: terreſtriũ: ⁊ infernorũ: et omnis lingua
cõfiteatur: quoniã dñs ieſus in gloria ẽ dei
patris. Duo enĩ ſunt que ꝑ ceteris deũ mul
cẽt: humilitas ⁊ fides. Spes itaqꝫ exprimit
humilitatis affectũ: ⁊ ſedule ſeruitutis ob/
ſequiũ. Fides equat filium patri: atqꝫ vtri/
Cur duo tm̃ pedes homini uſqꝫ eandẽ gloriã cõfitetur. Recte autẽ nõ
plures ſed duo ſũt homini pedes. Quater/
ni enĩ pedes fere ac beluis ſunt: bini auibꝰ.
Et ideo vnus quaſi de volatilibꝰ eſt homo:
qui alta viſu petat: ⁊ quodaʒ remigio voli/
tet ſublimiũ cogitationũ. Et ideo de eo dic
Pſ.102. tũ eſt: Renouabit̃ ſicut aquile iuuentꝰ tua:
eo ꝙ propior ſit celeſtibus: ⁊ ſublimior aqui
Phil.3. lis: qui poſſit dicere: Noſtra autẽ conuerſa
tio in celis eſt.

## De fine ſermonis ⁊ cõpletione ſexti diei: cum humili gratiarum ac/tione: Ca. x.

Ed iã finis ſermoni noſtro ſit: quo/
niã cõpl etus eſt dies ſextꝰ: ⁊ mũda/
ni operis ſumma cõcluſa eſt: ꝑfecto
videlicet homine in quo principatꝰ eſt ani/
mantiũ vniuerſorũ: ⁊ ſũma quedã vniuerſi
tatis: ⁊ omnis mũdane gratia creature. Cer
te deferamus ſilentiũ: quoniã requieuit de/
us ab omnibꝰ mundi operibꝰ: requieuit au
tẽ in receſſu hominis: requieuit in eiꝰ mente
atqꝫ ꝓpoſito. Fecerat enĩ hominẽ rationis
capacẽ: imitatorẽ ſui: virtutũ emulatorẽ: cu
pidũ celeſtiũ gratiarũ. In his requieſcit de/
Eſa.66. us: q̄ ait: Sup quẽ requieſcã: niſi ſupra hu/
milẽ ⁊ quietũ: ⁊ trementẽ verba mea? Gra
tias ergo dño deo noſtro: qui hmõi opꝰ fe/
cit in quo requieſceret. Fecit celũ: non lego
ꝙ requieuerit: fecit terrã: nõ lego ꝙ requie/
uerit: fecit ſolẽ: lunam ⁊ ſtellas: nec ibi lego
ꝙ requieuerit: Sed lego ꝙ fecerit hominem
⁊ tunc requieuit: habens cui peccata dimit/
teret: Aut forte tunc iã future dñice paſſio/
nis ꝓceſſit myſteriũ: quo reuelatũ eſt qꝛ re/
quieſceret chriſtꝰ in hoĩe: q̄ requiẽ ſibi ꝓdeſti/
nabat in corpore ꝓ hominis redemptione:
ſm qd ipſe dixit: Ego dormiui et requieui: Pſ.3.
⁊ exurrexi: quoniam dñs ſuſcepit me. Ipſe
enĩ requieuit qui fecit: Cui ẽ honor: gloria:
ꝑpetuitas a ſeculis: ⁊ nunc: ⁊ ſemꝑ: ⁊ in om
nia ſecula ſeculorũ Amen.

Sancti Ambroſij epiſcopi: hexa emeron ſextus liber: de ſexto die explicit.

## Liber de dignitate humane conditionis: notata in eo qd ſcriptum eſt: Faciamus hominẽ ad imaginẽ et ſimilitudinẽ noſtram: qui ſancto Ambroſio auctori a q̄buſdã aſcri/bit̃: feliciter incipit.

## Qua ratione homini tanta dig/nitas ſit collata.

Aciamus homi
nẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudi/
nẽ noſtrã. Tanta itaqꝫ di
gnitas humane cõditionis
eſſe cognoſcit̃: vt nõ ſolo iu
bentis ſermone ſicut alia ſex dierũ opera: ſꝫ
conſilio ſancte trinitatis: ⁊ opere maieſtatꝭ
diuine creatꝰ eſt homo: vt ex prime cõditio/
nis honore intelligeret: quãtũ deberet ſuo
conditori: dũ tantũ in cõditione mox digni
tatis priuilegiũ ꝓſtitit ei conditor: vt tanto
ardẽtius amaret cõditorẽ: quãto mirabiliꝰ
ſe ab eo eſſe conditũ intelligeret. Nec ob
hoc ſolũ ꝙ conſilio ſancte trinitatis ſic excel
lenter a cõditore conditus eſt: ſed etiam ꝙ
ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſuaʒ ipſe crea/
tor omniũ eũ creauit: ꝙ nulli alij ex creatu/
ris donauit.

## De dignitate hominis ſumpta ex ratione imaginis: Ca. ii.

Ue imago diligẽtius ex interioris
hominis nobilitate eſt cõſiderãda.
Primo quidẽ vt ſicuti deus vnus
ſemꝑ vbiqꝫ totus eſt: omnia viuificãs: mo/
uens ⁊ gubernans: ſicut aplus cõfirmat: ꝙ
in eo viuimus: mouemur et ſumus: ſic ani/ Act.17.
ma in ſuo corꝑe vbiqꝫ tota viget: viuificãs
illud: mouens ⁊ gubernãs. Nec enĩ in maio
ribus corporis ſui mẽbris maior: ⁊ in mino/
ribus minor: ſed in minimis tota: ⁊ in maxi



mis tota. Et hec eſt imago vnitatis om/
nipotẽtis dei quã anima habet in ſe. Que
quoqꝫ quandã ſancte trinitatis habet ima/
ginẽ. Primo in eo: qꝛ ſicut deus viuit: deꝰ
⁊ ſapit: ita anima ſm ſuũ modũ eſt: viuit et
ſapit. Eſt quoqꝫ ⁊ alia trinitas in ea qua ad
imaginẽ ſui conditoris ꝑfecte quidẽ ⁊ ſũme
trinitatis que ex patre filio et ſpirituſancto
cõdita eſt. Et licet vnius illa nature: tres tñ
in ſe dignitates habet: id eſt: intellectũ: vo
luntatẽ: ⁊ memoriã. Qd idem licet alijs ver
Matth.22. bis in euãgelio deſignat̃ cuʒ dicit̃: Diliges
dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex to/
ta anima tua: ⁊ ex tota mente tua: id eſt: ex
toto intellectu: ⁊ ex tota voluntate: ⁊ ex to/
ta memoria. Nam ſicut ex patre generat̃
filius: ⁊ ex patre filioqꝫ ꝓcedit ſpirituſſanc/
tus: ita ex intellectu generat̃ voluntas: ⁊ ex
his item ambobꝰ ꝓcedit memoria: ſicut fa/
cile a ſapiente quolibet intelligi põt. Nec
enĩ anima ꝑfecta poteſt eſſe ſine his tribus:
nec horũ trium vnũ aliquod quantũ ad ſu/
am ꝑtinet beatitudinẽ: ſine alijs duobꝰ in/
tegrum cõſtat. Et ſicut deus pater: deꝰ fi/
lius: deꝰ ſpirituſſanctꝰ eſt: nõ tamẽ tres dij
ſunt ſed vnꝰ deus tres habens ꝑſonas: ita
⁊ anima intellectꝰ: anima voluntas: anima
memoria: nõ tñ tres anime ĩ vno corpore: ſꝫ
vna anima tres habens dignitates: atqꝫ in
his tribus eiꝰ imagineʒ mirabiliter gerit in
ſua natura noſter interior homo: ex quibus
quaſi excellẽtioribus anime dignitatibꝰ iu/
bemur diligere cõditorẽ: vt inquãtũ intelli/
git̃ diligat̃: ⁊ quantũ diligitur ſemꝑ in me/
moria habeat̃. Nec ſolus ſufficit de eo in/
tellectus: niſi fiat in amore eius voluntas:
imo nec hec duo ſufficiant niſi memoria ad/
dat̃: q̄ ſꝑ in mẽte intelligẽtis ⁊ diligẽtis ma
neat deꝰ: vt ſicut nõ põt eſſe momentũ quo
homo nõ vtatur vel fruatur dei bonitate ⁊
miſericordia: ita nullũ debeat eſſe momen/
tum: quo ꝑſentẽ eum nõ habeat memoria.
Et ideo dilectiſſime fili: iuſte mihi videtur
dictum interiorẽ hominẽ imaginẽ eſſe dei.
Anima enĩ nominat̃ totus interior homo:
qꝛ viuificat̃: regit̃: cõtinetur lutea illa maſſa
humectata ſuco: ne arefacta diſſoluat̃. De/
us dicit̃ vis illa ineffabiliter magna: ⁊ innu
Pſ.146. merabiliter ſapiẽs: vt ſcriptũ eſt: Magnus
dñs noſter: ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapiẽtie
eius nõ eſt numerus: ⁊ incõparabiliter ſua/
Pſ.144. uis: vt alibi dicit: Suauis dñs vniuerſis et
miſerationes eiꝰ ſuꝑ omnia opera eius: Ex
qua: ⁊ ꝑ quã: ⁊ in qua ſunt omnia que ſunt:
regunt̃ omnia que ſunt: ꝯtinent̃ omnia que
ſunt. Omnia dico ipſam vniuerſitatẽ que ẽ
totũ qd aliud eſt q̄ʒ ipſe qui fecit: ⁊ nõ eſt fac
tus: ſed ipſe ẽ ex quo: ⁊ qui ex eo: ⁊ quo. Qꝛ
ipſe deus ex quo eſt: pater dicitur a nobis
pauperibꝰ ſenſu: pauperioribꝰ verbis. Qꝛ
qui ex eo filius dicit̃: ꝙ quo ſpirituſſanctꝰ.
Ideo autẽ dicit̃ deus pater: qꝛ ipſe eſt ex
quo: ⁊ ſapientia eſt qua ordinant̃ omnia: et
dilectio qua ſe volunt omnia ita manere vt
ordinata ſũt. Ex quo ergo: ⁊ q̄ ex eo: ⁊ quo:
ſe diligunt: ipſa duo tria ſũt: ⁊ illa tria ideo
vnũ: quia ſic ſunt ex vno illa duo vt tamen
ab ipſo nõ ſint ſeparata: ſed ex ipſo ſunt: qꝛ
nõ a ſe ⁊ in ipſo: qꝛ nõ ſeparata: ⁊ ipſum ip/
ſa qd ipſe: ⁊ ipſũ ipſe qd ipſa: ⁊ nõ ipſum ip
ſa qui ipſe: ⁊ nõ ipſa ipſe que ipſa. Uis iſta
deus eſt: ⁊ ipſa deꝰ tria eſt: ⁊ vnũquodqꝫ ho
rum triũ deus eſt: ⁊ omnia tria illa nõ dij ſꝫ
deus eſt. Ad imaginẽ ergo ſuã cõditor: vt
dictũ eſt: fecit animã hominis: que tota di/
cit̃ anima. Nõ autẽ aliud ſignifico homi/
nis q̄ʒ animã cũ mentẽ dico: ſed ꝓpter ali/
ud animã: ⁊ ꝓpter aliud mentẽ. Nam totũ
qd viuit hoĩs anima eſt. Cũ autẽ anima
in ſe agit ſe: ⁊ ex ſe: ⁊ ꝑ ſe ſola mens dici ſo/
let: ſenſus vero ad ſua miniſteria implens
cõſuetius anima dicit̃. Mens ergo ſcire
gignit: ⁊ amat ſcire qd ſcit. Nõ illud ſcire di
co qd repente ſcit̃ res aliqua que ante neſci
ri putabat̃: ſed illud vnde ⁊ aliquid ⁊ omne
quicq̄d ſcit̃ vel neſcit̃ ſciri põt. Illud ꝟ ſcire
mens gignit: ⁊ cũ genitũ eſt: ſcientia põt di
ci. Sunt ꝟ iam duo: mens: ⁊ qd ipſa mẽs
ſcit: reſtat tertiũ vtriſqꝫ cõmune. Omnis
mens q̄cquid ſcit amat ſcire. Amor non mi/
nus q̄ʒ inter duos eſt: amanteʒ: ⁊ qd amat̃.
Unus eſt ergo amboꝝ amor: qui ⁊ tertius
eſt. Nõ aũt poteſt negari hoc totũ vnã eſſe
animã: ⁊ vnã animã hec tria eſſe. Sicut enĩ
hec tria vere vna anima ſunt: ſic nõ minus
vere vna anima eſt: hoc vnũ: ⁊ hoc alteruʒ:
⁊ hoc tertiũ. Cõparet igit̃ ſe hec creatura
tam eminẽs creatori ſuo ſuꝑeminenti ſibi:
excepto hoc: ⁊ multũ ſupra ſe amoto: ꝙ om
nis bonitas: ⁊ omne bonũ: ⁊ omnis bonita
tis ⁊ boni dulcedo creatoris a ſe ipſo ẽ: Cre/
atura vero nõ ſolũ qd eſt: ſed etiaʒ qd talis
eſt: ab alio eſt: nõ a ſe: ⁊ ipſa qd eſt ſemꝑ eſt:
licet ⁊ ipſa anima quodãmodo ſuo incõmu

tabilis eſt. Nam ſemꝑ anima eſt poſtq̄ eſſe
cœperit: ⁊ ſcit: ⁊ ſcire vult. Comparet ergo
vt dixi ſe anima eo modo quo pōt creatori
ſuo: vt dicatur mens pater quia gignit ſci-
re: dicaṫ ſcire filius: quia ex alio eſt et nō eſt
aliud q̄ ipſum quod ipſe eſt ex quo eſt: di-
catur amor ſpiritusſanct⁹: quia amborū eſt
eorū qui ſe amant. Unde in noſtris ſcriptu
ris ſępius amor: id eſt charitas: quę in deo
eſt erga nos ⁊ quę a nobis in deū ſpirit⁹ ip-
ſe appellatur. Et hęc de imagine o dilectiſ
ſime fili habeto.

## De dignitate hominis ſumpta ex ratione ſimilitudinis. Ca. III.

Nunc vo de ſimilitudine aliqua in-
telligē: quę minorib⁹ cernēda eſt: vt
ſicut deus creator qui hominē ad ſi
militudinē ſuam creauit eſt charitas: eſt bo
nus ⁊ iuſtus: patienſ atq̄ mitis: mundus ⁊
miſericors: ⁊ cętera virtutū ſanctaruꝫ inſig-
nia: quę de eo legūtur: ita homo creat⁹ eſt:
vt charitatē haberet: vt bonus eſſet ⁊ iuſt⁹:
vt patiens atq̄ mitis: mūdus ⁊ miſericors
foret. Quas virtutes quāto plus quiſq̄
in ſeipſo habet: tanto ꝓpius eſt deo: ⁊ ma-
iorem ſui cōditoris gerit ſimilitudinē. Si
vero qđ abſit aliquis ꝑ deuia vitiorum: ⁊ di
uortia criminum ab hac nobiliſſima ſui con
ditoris ſimilitudine degener oberrat: tunc
Ps.48. fiet de eo quod ſcriptū eſt: Et homo cum in
honore eſſet nō intellexit: cōparatus eſt iu-
mentis inſipientibus: ⁊ ſimilis factus eſt il
lis. Qui maior honor potuit homini eſſe
q̄ vt ad ſimilitudinē ſui factoris cōderetur:
⁊ eiſdē virtutū veſtimētis ornaretur: quib⁹
Ps.92. ⁊ conditor? De quo legitur: Domin⁹ regna
uit decorē indutus eſt: id eſt: omniū virtu-
tum ſplendore: ⁊ totius bonitatis decore or
natus. Uel qđ maius homini poteſt eſſe
dedecus: aut infęlicior miſeria: q̄ vt hac ſi-
militudinis gloria ſui conditoriſ amiſſa: ad
informem ⁊ irrationabilē brutorum iumen-
torum delabatur ſimilitudinē? Quapro-
pter o dilectiſſime: quiſq̄ diligentius atten
dat primę cōditionis ſuę excellentiā: ⁊ vene
randā in ſeipſo ſanctę trinitatiſ imaginē ag-
noſcat: honorēq̄ ſimilitudis diuinę ad quē
creatus eſt nobilitate morum: exercitio vir-
tutum: dignitate meritorum habere contē-
dat: vt quādo appareat qualis ſit: tunc ſimi
lis ei appareat qui ſe mirabiliter ad ſimilitu-
dinem ſuam in primo adam condidit: mira
biliuſq̄ in ſecūdo reformauit.

Explicit liber de dignitate huma
ne conditionis.

## Capitulorum libri de paradiſo ſancti Ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.

De difficultate inueſtigandi ⁊ explanandi
quid: vbi: ac qualis ſit paradiſus: Qđ ta-
men auctorē paradiſi de quo in geneſi le-
giṫ: inuenire poſſimus: ac de plantatione
eiuſdē ſcđm myſticā interꝑtationē. Qua eti
am ratione videaṫ paradiſus eſſe anima
in qua virtus vnaquęq̄ plantaṫ. Ca. I.
Qđ lignum ſciētię boni ⁊ mali fuerit in pa-
radiſo. Et qua ratione in ſcripturis diui-
nis nō facile debeamuſ reꝑhendere aliqđ
qđ intelligere nō poſſumus. Cur etiā lig-
num ſciētię boni ⁊ mali in paradiſo ſit ex-
ortū: ⁊ a deo ꝑmiſſum: ſimiliterq̄ ſerpens
ac diabolus: q̄uis plęriq̄ velint diabolū
in paradiſo nō fuiſſe. Quid pręterea qui-
dam per ſerpentē: mulierē atq̄ virum in-
telligi exiſtimēt. Ca. II.
Quę ſubſidia in tolerandis periculis habe
at anima ꝑ paradiſum figurata: ex fonte
diuiſo in quattuor initia ſiue flumina: in
quibus quattuor virtutes principales ex
primuntur: Quę etiā velut mundi iſtius
incluſerūt tēpora. Ca. III.
De apprehenſione hominis et poſitione ei⁹
in paradiſo vt operareṫ et cuſtodiret. Et
qua ratione extra paradiſum vir fact⁹ ſit:
mulier vero intra paradiſum. Quid p̄te-
rea interſit inter operari ⁊ cuſtodire: ⁊ cur
primus homo in paradiſo legitimi labo-
ris ſpeciē ſuſceperit. Ca. IIII.
De p̄ceptis adę in paradiſo datis: ⁊ de hu-
ius quęſtionis: Cur deus vbi pręcepit ex
omni ligno edendum: ſingulariter dixerit
Edes: vbi autē de ligno ſciētię boni ⁊ ma
li: pluraliter Edetis dixerit: abſolutione.
Atq̄ ei interꝑtatio ſymachi nō p̄iudicet.
De reſponſione quoq̄ ad tres quęſtioneſ
quas plęriq̄ quorū auctor Appelles eſt ꝓ-
ponunt. Ca. V.
De ſolutione aliarum quarundam quęſtio
num: quas circa obeditionem ⁊ cognitio-
nē precepti faciunt. Ca. VI.
De ꝑtractatione quęſtionis vnde mors ac-
ciderit adę: vtruꝫ videlicet a natura ligni
an a deo. Ca. VII.
De abſolutione quęſtionuꝫ quas quidam
circa pręſcientiam dei de pręuaricatione
adę: ⁊ impreſſioneꝫ opinionis boni ⁊ ma-
li faciūt. Ca. VIII.
Cur deus cum mandatū daret homini: de
manducando ⁊ nō manducando putaue-
rit eſſe mādandū. Qua etiam ratione do
minus deus adę dixerit: Morte moriemi
ni: ⁊ quid interſint vtrū aliquis dicat mo
riemi: an addat: morte moriemini. Ca. IX
De abſolutione quęſtionū incidentiū circa
factionē mulieris adę. Ca. X.
De ſolutione quęſtionū occurrentium circa
adductionē beſtiarum ⁊ volatiliū ad adā:
ſoporem quoq̄ ipſius adę: atq̄ exiſtentiā
beſtiarū ⁊ pecorū in paradiſo. Ca. XI.
De ſapientia ſerpentis: ⁊ cauſa inuidię: ar-
gumentiſq̄ quibus cōfidebat ſe poſſe ho
minē vincere. Quomodo etiā aggreſſus
fuerit mulierē. Qđ p̄terea neq̄ detrahere
aliquid debeam⁹ diuinis mādatis: neq̄
addere: Utrū deniq̄ pręter adiectionem
quę mandato ꝑ mulierē fuit applicata: qđ
additum eſt obfuiſſe videatur: ⁊ ex quo li
gno de⁹ dixerit eſſe guſtandū. Ca. XII.
Quomodo tēptamenta diaboli plena ſint
mendacij: Et de deceptione mulieris ⁊ la
pſu adę. Quemadmodū etiam cognoue-
rint ſe eſſe nudos ⁊ ſuccinctoria ſibi fece-
rint: ⁊ quid ſignificēt. Ca. XIII.
De voce domini deambulantis ad veſpe-
rum: ⁊ interrogatione vel potius increpa
tione adam: Ubi es. Cur p̄terea ante in-
crepeṫ adam cū mulier ante guſtauerit: ⁊
quid mulier ꝓ ſua excuſatione reſponde-
rit: ac de myſterijs iſtorū. Ca. XIIII.
Qua ratiōe veniabilis fuerit deceptio mu-
lieris. Et quēadmoduꝫ ſerpens typus ſit
delectationis: et de ſententia damnatio-
nis in ſerpentem: ac etiam cōdemnatio-
ne adę: ⁊ de diſcretione inter iſtas ſenten-
tias. Ca. XV.

Finis.



## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de paradiſo: In quo de plantatione paradiſi: et ijs que in ipſo facta ſunt eleganter differit: cuꝫ pulchra myſteriorū expoſitione: ⁊ queſtionū circa iſta occurrētiū dilucida abſolutione: feliciter incipit.

germane habentur ꝙ vno fundātur vtero. Sed cōtrarie ſunt: qꝫ oportet eas cū quodam anime partu edite fuerint diuidi ac ſeparari. Compugnātibus enī hoſpitium eſſe vnū perpetuo nō poteſt. Denique rebecca cū duas naturas humani igenij parturiret: vnā mali: alterā boni: eaſque exilire intra vterum ſentiret ſuū. Eſau enī typus erat malicię: iacob figurā bonitatis gerebat. Mirata quid illud eſſet ꝙ diſcordiā quandā cōcepti cerneret fetus: cōſuluit deum vt paſſionem pderet: medelā daret. Itaque precanti Gen.25. eſt reſponſum editum: Due gentes in vtero tuo ſunt: ⁊ duo populi de vētre tuo exibūt. Que ſi ad animā referas: eandē genitricem boni ⁊ mali intelliges: quia ex quodā fonte anime vtrūque demanat. Sed hoc ſobrij ſolet eſſe verique iudicij vt repudiato malo: vel enutriat qd bonū eſt atque confirmet. Prius ergo ꝙ pariat bonū eſt exhibere reuerentiā deo debitā: vt ipi totū deferat: ſua nō preferat. Cum vero genuerit confeſſionē qua defertur deo: deponit cordis ſui tumorem. Adijciens ergo deus bonum anime dogma abel: abſtulit improbū dogma cain.

## De myſterio in pmemoratis fratribus ſcdm ſcripturam ⁊ auctoris intelligentiā figurato. Et quid per hoc intelligi detur: quod in libris regum legitur: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. De cōparatione preterea iſaac ⁊ moyſi quantū ad typū ⁊ figuram que in eis pceſſit. Et qua ratione de moyſe non legatur ſicut de ceteris: Quia deficiens mortuus eſt: ac de ignorātia ſepulture ipſius: Ca.II.

Eo tamen hoc loco ſm ſcripturam myſteriū magis duorū populorum intelligo: qd deus adijciēdo eccleſie ſue fidem: pie plebis abſtulit perfidiā populi puaricantis: quādoquidē verba ipſa hoc ſignificare videantur dicente deo: Due gentes in vtero tuo ſunt: ⁊ duo populi de ventre tuo exibūt. Hec figura ſynagoge ⁊ eccleſie: in his duobus fratribus ante pceſſit cain ⁊ abel. Per cain parricidalis populꝰ intelligitur iudeorū: qui domini auctoris ſui: ⁊ ſm marie virginis partū fratris: vt ita dicam: ſanguinē pſecutus eſt. Per abel autem intelligitur populꝰ chriſtianꝰ adherēs deo: Pſ.72. ſicut ⁊ dauid ait: Mihi autem adherere deo bonū eſt. Et vt celeſtibꝰ ſe attereret ⁊ a terris ſeparet: Pſ.118. et alibi: Defecit inquit anima mea in verbū tuū: eo ꝙ ordinē viuendi atque vſum: nō in terrenis voluptatibꝰ ſed in verbi agnitione poſuiſſet. Ex quo cognoſcitur nec illud ocioſe ſcriptū eſſe ſed ꝓpenſe atque examinate qd legimus in regnoꝝ libris: Et appoſitus eſt ad patres ſuos. Intelligi enim datur qd patrum ſimilis fuerit fide. Unde daret nō ad ſepulturā corporis ſed ad conſortiū vite relatum. Denique de iſaac non pfunctorie ſcriptū putatur ꝙ requirens corporis iſtius ſpeciē que anime ſue atterebat appoſitꝰ ſit ad genus ſuū: eo ꝙ patris ſui moribus adheſerit. Pulchre aūt ad genus ait: nō ad populū: ſicut alibi. Nam legimꝰ alijs locis appoſitos fuiſſe ad populū ſuū. Sed iſti nō tam preſtantes. Preſtantior autē qui paucorū ſimilis fuerit ⁊ nō plurimorū. Plures in populo ſuo ꝙ genere. Et pſtātius dicitur paucorū ſimilem eſſe ꝙ plurimorum.

Qui ergo dei erat generatus ꝓmiſſione: qui ad ſacrificiū ꝓbandę pietatis electus: qui vnius vxoris: hoc eſt: ſolius ſapiētię ſocietate cōtentus: ſuperni illiꝰ generis quod eſt vnum ſibique ſemp cōueniens: nō plebeię vilitatis imitator aſtruendus fuit ſcripturę diuinę teſtimonio. Etenī vbi labor: doctrinę meditatio: illic cum pluribuſ cōmune collegiū: ⁊ quoddā populare conſortiū eſt. Audiendo enī plerique ꝓficiunt quos nominauit populū. Ubi aūt nō humana traditione ſed ingenioſa collectione ſine vſu laboriſ diſciplina pcipitur: illic ſublimis generis incorrupta ſinceritas eſt. Et ideo iſaac tanque dei munuſ ad genus ſuū magis ꝙ ad populū appoſitus legitur: vt diuinorū potius ꝙ humanorū imitatorē eſſe ſedulū recognoſcas. Beata ⁊ illa mens que ſpecies ⁊ ipſū genus ſupgrediēs: meret audire qd dictum eſt ad moyſen cū ſepararet a populo: Exo.34 Tu autē ſta mecū. Nam ſicut in iſaac dominicę incarnationis typus humanę generationis ſupgreſſus cōſuetudinē vicit priores: ita vt in eo nō vulgaris populariſque gratia: ſed ſpecialis ꝓrogatiua precelleret: ſicut lectio docet. Abrahę enī dictę ſunt repromiſſiones Gal.3. ⁊ ſemini eius: nō dicit: et ſeminibꝰ tanquā in multis: ſed ſicut vni: hoc eſt: ſemini tuo qd eſt chriſtus. Ita etiā in moyſe venturi doctoris figura qui legē doceret: euangelium pdicaret: impleret teſtamentū vetus:



nouum cōderet: celeſte populis alimentum daret: humanę dignitatē cōditiōis exceſſit: euſque vt dei donaret nomine: ſicut habe-
Exo.7. mus ſcriptū dicente domino: Poſui te deū pharaoni. Etenī victor paſſionū omniū: nec vllis captus ſeculi illecebris qui omnem iſtam ſm corpus habitationē celeſtis puritate cōuerſationis obduxerat: mentē regēs: carnem ſubijciens: ⁊ regia quadā auctoritate caſtigans nomine dei vocatus eſt: ad cuius ſimilitudinē ſe pfecte virtutis vbertate formauerat. Et ideo nō legimus de eo ſicut de ceteris: Quia deficiēs mortuꝰ eſt: ſed per verbū dei mortuus eſt. Deus enī neque defectionē aut diminutionē patitur: neque adiectionem capit. Unde ⁊ addidit ſcriptura: Quia nemo ſcit ſepulturā eius vſque in hodiernū diem: qd ad tranſlationem magis ꝙ ad interitum intelligas. Mors enī ſeceſſio quedā eſt anime ⁊ corporis. Mortuus igit eſt per verbū dei: vt ait ſcriptura: non ſcdm verbū: vt aduertas: nō nuncium mortis ſed gratie: munus expſſum qui tranſlatus magis ꝙ derelictus eſt: cuiꝰ nemo nouit ſepulturam. Quis enī in terrenis reliquias eius potuit depbendere: quem ſecū eſſe dei filiꝰ in euāgelio demonſtrauit. Denique ⁊ helias ſimul eſt a quibuſdā viſus qui tranſlatꝰ curru eſt: nō ſepultus nec mortuus legitur: viuit enī qui cū dei filio eſt. Moyſes autem mortuus quidem legitur: ſed per verbū dei
Pſ.32. mortuus: ꝑ quod facta ſunt omnia. Uerbo autē dei celi firmati ſunt. Per verbū igitur dei nō lapſus operis ſed firmamentum eſt. Nō ergo tanquā relapſus in terrā depbenditur corporis ſolutione: ſed tanquā verbi celeſtis operatione donatus et munere: vt quietē magis caro eius ꝙ buſtū acceperit.

Bene autē inter dominū ⁊ ſeruum ſeruatur diſtantia: vt ꝓrogatiuā domini intelligas ſerui gratiā. De moyſe legitur: Quia ſepulturam eius nemo ſcit: de chriſto autem ſepultura eius de terra ſublata eſt: quia ille ſcdm myſteriū legis expectabat redemptionem vt reſurgeret: hic ſcdm euangeliū donū redemptionē nō expectabat: ſed donabat. Et ideo ſepultura eius ignorata nō eſt ſed eleuata: quā diuitꝰ creatura tenere nō potuit: quia ꝑ ipſum omnis creatura ꝓperauit a corruptiōis ſeruitijs eleuari. Nemo ergo ſcit ſepulturā moyſi: quia vitā eius omnes nouerunt. Chriſti autē ſepulturam vidimꝰ ſed nunc iam nō nouimus: qui reſurrectionem eius agnouimꝰ. Debuit enim cognoſci tumulus eiꝰ vt reſurrectio manifeſtaretur. Et ideo in euangelio: tumulus ſūma expſſione deſcribitur. In lege non querit: quia licet reſurrectionē eius lex annūciauerit: nobis tamen euangelij ſeries pleniſſime comprobauit.

## Quid iuxta moralem interpretationem auctor ſignificari velit per hoc quod ſuperius cōmemoratum eſt: Et adiecit parere abel. Et de ſtatibus ac officijs abel et cain. Qua ratione etiam cum ante generatus ſit cain: in deſcriptione vite: ſtatus ⁊ operis vſus: abel prius commemoretur: Ca.III.

Ergo vt quod ꝓpoſuimus cōpleamus. Adiecit inquit parere abel: hoc eſt: meliorem Eua que grauiter ante peccauerat: ex ſe generauit ſententiam: vt ſuperioris ſententię aboleret errorē. Mentior niſi hoc in vniuerſis cōprobatur. Ita enī naſcimur vt ante infirmus infantię ſexus in nobis ſit: poſtea pueritię corporis tantūmodo curam ſciens: nullum cultum: nullā habens obſeruantiā diuinorū. Unde ⁊ euidenti naturę nouitate ortum ieſum chriſtum ex virgine vt ꝓbaret ꝓpheta ait: Ecce virgo in vtero accipiet ⁊ pariet filium Eſa.7. ⁊ vocabitur nomē eius emanuel: butyrum ⁊ mel manducabit: priuſque ſciat malum aut bonū: nō credet malicię vt eligat quod bonum eſt. Et infra: Priuſque ſciat puer vocare Eſa.8. patrem ac matrē accipiet virtutē damaſci ⁊ ſpolia ſamarię cōtra regem aſſyriorū. Solus enī fuit qui non eſt captus ſeculi huius vanitate ⁊ carnali tumore: vtpote qui ſe humiliauit factus obediens vſque ad mortem: Phil.2. Longe vnicuique noſtrū diſſimilis: quia nos fruſtra extollimur mente carnis inflati. Iob.15. Unde et nemo ſine peccato: nec vnius diei infans: Ille aūt peccatum nō fecit. Et ideo in nobis ante naſcitur cain ſeipſum pferēs: Poſtea abel generatur in quo ſit reuerētia diuinitatis. Prius ergo irrepit qd malum eſt: poſtea agnoſcitur quod bonū eſt. Ubi autē bonum ibi iuſtū: vbi iuſticia ibi ſanctitas: hoc eſt: abel qui adheret deo. Et factus eſt inquit abel paſtor ouium: cain autē operabatur terram. Nō eſt ocioſum ꝙ cū ante generatus ſit cain: vt lectio docet: pre-

latus ſit hoc loco abel: nec idem ſit ordo no
minū qui eſt ordo naturę. Quid ſibi vult
mutatio ordinis: vt prius iunioris memine
rit vbi ſcribitur vitę ſtatus: operiſq; vſus?
Officiorum interrogemus diſtantiam:
vt colligamus cauſam prelationis. Ope/
rari terram vſu prius eſt: gratia inferius
ꝙ oues paſcere. Hoc enim inſtar eſt cuiuſ/
daz doctoris ⁊ principis. Meritoq; prior ſe
a vetuſtiorib⁹ inchoauit: iunior recentiora
pretulit: quę nullas ſpinas: nulloſ tribulos
germinarēt: nulli ſententię eſſent obnoxia.
Deniq; peccati reus adam de paradiſo di
miſſus eſt voluptatis vt operaretur terrā.
Recte ergo vbi naſcunt̄ hi fratres: ſeruat̄
etiā in ꝑdicando ordo naturę. Ubi vero ex
primitur diſciplina viuēdi: ſeniori iunior an
tefertur: quia etſi tempore iunior virtute ꝑ/
ſtantior eſt. Innocētia eñ tēpore poſterior
eſt ꝙ malicia: ⁊ quadā ſuꝑar ętate: ſed me/
Sap.4. ritorū nobilitate antiquior. Senectus eniz
venerabilis eſt: non annis incana ſed mori/
bus. Et ętas inquit ſenectutis vita imma/
culata. Ubi ergo generatio exprimit̄ ꝑue
niat cain: vbi diſciplinarū fit ꝑdicatio ꝑcur
rat abel. Adoleſcentiam igitur ⁊ ipſam in
exordijs iuuētutē variarum illecebris paſſi
onum feruere quis abnuat? Sz vbi maturi
or ętas ſucceſſerit: tanquā pubeſcentis laſci
uię tēpeſtate diſcuſſa tranquillitatē refundi
⁊ in quoſdā portus quietos laſſę animę na/
uigiū ſubducere. Itaq; graues motus no/
ſtrę adoleſcētię fida ſenectutis ſtatione pla/
cidantur.

## Quod non ſolum nature exem/ plis ſed ⁊ fidelibus diuine ſcriptu/ re teſtibus comprobetur maliciā tempore ꝑcedere virtutem. Et quē/ admodum ſcdm myſterium latens in litteris: due mulieres vnicuiq; noſtrū cohabitēt inimicitijs ⁊ diſ/ cordijs diſſidentes: quarum vna voluptas: altera vero virtuſ nomi natur. De voluptatis quoq; deſcri ꝑtione ⁊ retib⁹ ipſius fallacibuſq; ſuaſionibus quibus mentē homi/ nis capere nitit̄: Ca.IIII.

Ne ergo dubites talib⁹ naturę admo
nitus exemplis: ꝙ malicia pręcedat
tēpore: ſed iuueneſcat infirmitate.
Habet illa ętatis ſtipendiū: virtus autē pre
rogatiuā glorię: qua plerūq; iuſto iniquus
iudici cedit. Cui⁹ rei teſtis eſt fidelis diui/
na ſcriptura: quę docet eſau cognomie ſtul/
ticię virū ceſſiſſe patienter primatus ſuos
fratri ſuo iacob ita vt diceret: Ut quid mi/ Geñ.25.
hi primatus? Sz quos iſte poſthabuit: hos
vir cognomēto exercitationis pręditꝰ queſi
uit mereri. Nōne tibi videtur eſau tanquā
in agone victus: ⁊ ꝓprię mentis infirmita/
te imparē ſe exiſtimans: ceſſiſſe victori coro
nā: quē videbat nullis paſſionuz illecebris
inflecti: quarū ipſe puluerē ſuſtinere nō po/
terat? Ut qd mihi inquit primatꝰ? Apud
ignauos eñ nulla ſūt inſignia ꝟtutis: apud
ſapientes prima habentur: ſtudia eñ virtu
tis quedā inſtrumēta ſunt. Itaq; ſicut bel/
lator ſine armis eſſe non poteſt: ita nec ſine
exercitatione virtus. Unde ⁊ dominꝰ in
euāgelio ait: A diebus iohānis baptiſtę re/ Matth.11.
gnum cęlorū cogitur ⁊ cogentes diripiūt il/
lud. Et alibi: Querite regnū dei ⁊ ecce om/ Matth.6.
nia pręſto ſunt vobis. Non dormiētibus
neq; ociantib⁹ ſed vigilātibus ⁊ laboranti/
bus pollicent̄ pręmia: ⁊ labori merces para
ta eſt. Qui licet nō ſuauis ad gratiā: tamen
fructuoſus ad pręmiū eſt. Docet hoc ſer/
mo legis: ſicut ſcriptū inuenimꝰ: Si fuerint Deut.21.
inquit vni homini duę vxores: vna earū di
lecta: altera odibilis: et pepererint ei ambę
filios dilecta ⁊ odibilis: ⁊ fuerit primitiuus
filius mulieris odibilis: qua die hęredes re/
liquerit filios in ſubſtantia ſua non poterit
primatum dare filio mulieris dilectę: omit/
tens filium odibilis: ſed primitiuum filium
odibilis cognoſcēs det illi dotem ex omni/
bus quę inueniunt̄ ei: quia ipſe initium fili
orū eius eſt: ⁊ ipſi debentur primitię. O
profunda latent myſteriorū ſecreta in litte/
ris. Recognoſce anima partus tuos: ⁊ odi/
bilis iſtius mulieris quęre myſteriū. Intra
te ea inuenies ſi requiras. Repete cogitati/
ones: relege ſenſus tuos: ⁊ cui primitię de/
beantur agnoſces. Duę eñ mulieres vni
cuiq; noſtrum cohabitant inimicitijs ac diſ
cordijs diſſidentes: velut quibuſdā zeloti/
pię cōtentionibus noſtrę replentes animę
domū. Una caruz nobis ſuauitati ⁊ amori
eſt blandę cōſiliatrix gratię: quę vocat̄ vo/
luptas. Hanc nobis opinamur ſociā ac do/
meſticam. Illam alterā immitē: aſperā: fe/



ram credimus: cui nomen virtus eſt. Illa
igitur meretricio ꝓcax motu: infracto ꝑ deli
tias inceſſu: nutantib⁹ oculis ⁊ ludentibus
iaculans palpebris retia quib⁹ ꝑcioſas iu/
uenum animas capit. Oculus eñ meretricꝭ
laqueus eſt peccatoris. Quēcūq; viderit
ſenſu dubio ꝑtereuntē: in angulo tranſitus
domus ſuę: ſermonib⁹ adoritur gratioſis:
faciēs iuuenū volare corda: domi iquieta:
in platęis vaga: oſculis ꝓdiga: pudore vi/
lis: amictu diues: genas picta. Eteniz quia
verū decorem naturę habere nō poteſt: ad/
ulterinis fucꝭ affectatę pulchritudinis leno/
cinatur ſpeciē non veritatē. Uitiorum ſuc/
cincta comitatu: nequitiarū choro circūfu/
ſa: dux criminū: talibus verborū machinis
Prouer.7. murum mentis aggredit̄ humanę. Sacri
ficiū pacis eſt mihi: hodie reddo vota mea:
hac ex cauſa ꝓgreſſa ſum obuiam tibi deſi/
derans faciem tuā inuenire. Inſtitis texui
lectum meum: ⁊ tapetis ab ęgypto ſtraui.
Aſperſi lectū meum croco: domū autē meā
cinnamomo: veni fruamur amicitia vſq; in
diluculum: veni ⁊ colluctemur cupidine.
Hanc eñ per os ſalomonis ſpeciē fornica
rię videmus expreſſam. Nam quid taz me/
retricium: ꝙ ſęcularis voluptas quę a fene/
ſtra domus ſuę intrat oculis prima tempta
menta ꝑludens: ⁊ penetrat cito ſi tu in pla/
team ꝓſpiciens: id eſt: in publicas tranſeū/
tium vias: nō in legis interna myſteria ob/
tutum mentis intendas? Ea ꝑfecto eſt quę
validiorib⁹ vinculis velut cubile quodam
cōſociate nobis cōmunitatis intexit: vt qui
reclinauerit ſe ligetur: ⁊ opprobrioſę fraudis
velamine operiat corporis ſui ſtratū ad ſol/
licitandos iuuenū animos: abſentiaz viri:
hoc eſt: incuriā legis obtexens: Lex eñ ab/
ſens peccantibus eſt. Nam ſi adeſſet: nō de
Abi.5. linqueret̄. Et ideo ait: Nō eñ adeſt vir me/
us in domo: abijt autem viam longiſſimaz
inuolucro pecunię accepto in manu. Quid
hoc eſſe dicam: niſi forte quia diuites putāt
nihil eſſe qđ non cedat ſuę pecunię: ⁊ in gra
tiam ſui legem velint eſſe venaliū. Spar/
git odores ſuos voluptas: quia chriſti odo
rem nō habet. Theſauros demonſtrat: reg
na ꝓmittit: amores ſpondet cōtinuos: inex
ploratos concubitus pollicetur: ſine pęda/
gogo diſciplinas: ſine monitore ſermones:
vitam ſine ſollicitudine: mollem ſomnū: in/
explebilē cupiditatem. Seducens eum in/
quit multo blandimento ſermonū: ⁊ laque/
is labiorum ſuorū alligans: domuz aduſq;
attraxit. At ille ſecutus eam circūuenitur.
Nitebat aula regio luxu ſplendida: cęlatis
parietibus et ſolo humido natabant paui/
menta vino. Fragrabat vnguento humus:
ſpinis cooperta piſciuz ⁊ marcentibus iam
floribus lubrica. Illic comeſſantiū tumul
tus: concertantiū clamor: litigantiū cędes:
concentus cęnantiū: ſaltantiū ſtrepitus: ri/
dentium cachinnus: laſciuientiuz plauſus:
cōfuſa omnia: nihil naturę ordine. Saltatri
ces tonſę: ⁊ criſpantes pueri coma: epulan/
tiū cruditas: edentiū ructus: ebriorū ſitis:
heſterna crapula: hodierna temulentia: re/
pleta vomitu bibentiū pocula: maiore odo
re ebrietatis: ꝙ ſi recentia tantum vina fra/
grarent. Ipſa in medio ſtans: Bibite in/
quit ⁊ inebriamini vt cadat vnuſquiſq; ⁊ nō
reſurgat. Ille apud me primus qui omniū
ꝑditiſſimus. Ille meus eſt qui ſuuſ non eſt.
Ille mihi gratior: qui ſibi nequitior. Calix Hiere.51.
aureus babylonis in manu mea inebrians
omnē terram: a vino meó biberunt omnes
genteſ. Qui eſt ꝫ inſipiētior diuertat ad me
⁊ indigētib⁹ ſapiētia ꝑcipio dicēs: panibus
abſconditꝭ ſuauiter vtimini: et aquā furtim
dulciorem bibite. Manducemus ⁊ bibam⁹ Eſa.22.
cras eñ moriemur. Tranſiet vita noſtra tā Sap.2.
quam veſtigia nubis: ⁊ tanquā nebula diſ/
ſipabitur. Uenite ergo fruamur bonis quę
ſunt ⁊ vtamur creatura tanquā in iuuentu/
te celeriter. Uino precioſo ⁊ vnguentis nos
impleamus ⁊ nō prętereat nos flos tempo/
ris. Coronemus nos roſis antequā marce/
ſcant. Nullum pratum ſit qđ non pertranſe
at luxuria noſtra: vbiq; relinquamus ſigna
lętitię. Hic omnia relinquuntur: nihil ſecuz
quis feret: niſi qđ corporis voluptate quis
perceperit. Deniq; ipſam ego inſtitui phi
loſophiam: nec eſt alia verior niſi ea quę bo
num aſſerit: ⁊ quod ſuaue atq; iocundū ſit.
Ergo vel philoſophię vel ſapientię ſalomo
nis credite.

## De occurſu virtutis ſaucium ⁊ ci to caſurum miſerantis. Ac ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiatur: pulcherrimis illaz

rationibꝰ a fallaci voluptate auer-
tentis ⁊ ad ſe trahentis: cū deteſta-
tione cōmemorate meretricis: ⁊ fal
ſitatis ipſiꝰ detectione. Quod eti-
am dominꝰ ieſus docuerit quēad-
modum aduerſus huius mundi tē
ptationes reſiſtatur: ⁊ de tribus la
queis quos illi diabolus tetende-
rat. De vituperatione quoq; gule
atq; auaricie: ⁊ cōtrariarum virtu-
tū cōmendatione: Ca. V.

Is auditis: velut ceruus ſagittatꝰ
b in iecore heret ſaucius. Quem miſe
rans virtus ⁊ caſurū cito videns im
prouiſa occurrit veritate: ne inter moras il-
lecebris demulcētibus mens capiatur huma-
na. Palam inquit apparui tibi nō querenti
me. Ne fallat īprudētē ⁊ circūueniat te mu-
lier effrenata ⁊ luxurioſa que non nouit pu-
Prouer. 7. dorem: ſedet in foribꝰ domus: in ſella palā:
in plateis aduocans pretereuntes. Nunc
igitur fili audi me: ⁊ intēde verbis oris mei:
Nō declinet in vias eius cor tuū. Multos
eñ vulnerando deiecit: ⁊ ſunt innumerabi-
les quos trucidauit. Vie inferorū domus
Prouer. 5. eius deducentes in ſeceſſum mortis. Au
fer igitur prauū os: ⁊ iniuſta labia longe a
te ꝓpelle. Oculi tui recta videant: noli in-
tendere fallaci mulieri. Mella enim diſtilla
bunt a labijs mulieris fornicarie: que ad tē-
pus impinguat fauces tuas: poſtea vero
amariorē felle inuenies. Dies me citiꝰ de-
fecerit q̄ vitia eius exponā: que tamē in ꝓ-
uerbijs ore ſapientie deſcripta atq; expreſſa
ſunt. Nō te vincat forme concupiſcentia.
Adulterina eſt fucis illita: nequaquā vero
ac ſincero fulgēs decore. Neq; capiaris ocu
Cant. 2. lis: circūfuſa eñ retia ſunt. Eſto magis ſi-
milis illius ⁊ ſequere eum qui ſalit ſup mon
tes ⁊ tranſilit ſup colles: ꝓſpiciens per fene
ſtras: eminens ſup retia. Mala ſunt volu
ptatis vincula. Oculos delectat: demulcet
aures: ſed mentē inquinat: multa mētitur:
falſa adiungit: vera ſubducit: ſpondet pe-
cuniam: aurū offert: ſed aufert diſciplinā.
Tu autē accipe potius diſciplinā q̄ pecu-
niam: ⁊ ſcientiā ſup aurum ꝓbatū: Melior
eſt eñ lapidibꝰ precioſis. Nō te celabo que
ſumma eius ferūtur: ne videar operire que
diſplicent in voluptate ⁊ obūbrare que pla
ceant. Eleuat eñ ⁊ extollit mentē ſuaſorijs
verbis: oſtendit omnia regna terre dicens:

Hec omnia tibi dabo ſi ꝓcidens adorauerꝭ Luc. 4.
me. Ibi tu caue ne capiaris p̄terlabentibuſ
⁊ nō manētibus: in quibus magna tempta
tio eſt. Docuit te certe dominꝰ ieſus quē-
admodū aduerſus huiuſmodi tēptationes
reſiſtas. Tetenderat diabolus primū la-
queū gule dicens: Si filius dei es dic huic
lapidi vt panis fiat. Reſpondit dominus:
Non in pane ſolo viuit homo: ſed in omni
verbo dei. Laqueū ſoluit hoc dicto. Po-
ſuit iterū diabolus ſm̄ iactantie laqueum:
qui etiā bonam mentē ꝓſperis currentē ſe-
mitis ſolet ſtrangulare. Et duxit illū inquit
in hieruſalē ⁊ ſtatuit eum ſupra pinnaculū
templi: et dixit illi: Si filius dei es mitte te
hinc. Scriptū eſt eñ: Q͛ angelis ſuis man-
dauit de te vt cōſeruent te: quia in manibꝰ
tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedē
tuū. Itaq; cū poſſet ſine vllo periculo mit
tere ſe dominꝰ ieſus cui ſupeterent ſpirita-
les volatus: tamē ne iactantie genus eſſet:
reſpondit diabolo: Nō temptabis dominū
deum tuū. Simul docuit nos cauere ne faci
amus voluntatē diaboli. Si ergo vere iac-
tantia declinanda eſt: quantomagis nemo
debet falſa iactare ꝓ veris? Tertiꝰ ſupeſt
laqueus auaricie atq; ambitionis. Oſtēdit
in monte poſito: omnia regna terre in mo-
mento tēporis. Bene in momēto: quia diu-
turna eſſe nequeunt. Paululū expecta ⁊ ci-
to tranſeūt. Itaq; qui ſequuntur ea in mon
te ſibi eſſe vidētur: ſed non ſunt perpetui: ſi
cut habes ſcriptū: Vidi impiū ſuperexalta- Ps. 36.
tum ⁊ eleuatū ſuper cedros lybani: ⁊ tranſi-
ui: ⁊ ecce nō erat. Sed qui maxime ea facit:
adorare videtur diabolū: cuiꝰ deus venter Phil. 3.
eſt: ⁊ in pudendis gloria. Tu autem in deo
gloriā quere: qui tibi ait: Dominū deū tuū Luc. 4.
adorabiſ ⁊ illi ſoli ſeruies: a quo eterna acci
pias nō tēporalia. Tamē ſi quē etiam iſta
delectant: ab eo moderatiꝰ petuntur qui ve
rus omniū fons eſt. Nam ⁊ ipſa peculiaria
que poſſidere ſibi videtur diabolus: aliena
ſunt: ſicut ipſe dixit: Tibi dabo poteſtatem
hanc vniuerſam ⁊ gloriā eorum: q͛ mihi tra
dita ſunt. Ab eo ergo ſpera: licet breuis vi
te nō ſit longū viaticum requirendum: ta-
men ab eo ſpera qui vniuerſam creaturā cō
didit: qui diabolo ea ad tēpus tradidit: nō
vt poſſideat ſed vt temptet. Non enim po-
terat corona eſſe ſine certamine. Probandi
erant dubij vt iuſti coronarentꝰ. Dedit itaq;



diabolo ea: quia in his ipſis pena accipien
tis eſt ſi vti neſciat. Quid eſt eñ theſaurus
luxurioſo: niſi ſumptus luxurie? Sed nō lu-
xurioſus: ſed frugi ꝓbatur. Et ideo vtere
quaſi frugi his que tibi apponūtur: vt nō cū
Eccli. 31. manducas multum: odibilis fias. Vigilie
eñ ⁊ tormenta viro edaci. Et infra: Si coac
tus fueris in edendo: ſurge ⁊ vome: et refri-
gerabit te: ⁊ nō adduces corpori tuo infirmi
tatē. Plurimos itaq; gula ſua occidit: nul
lum frugalitas. Innumeris vina nocuerūt:
nulli parſimonia. Pleriq; inter epulas fu-
dere animas: ⁊ menſas ꝓprio repleuere ſan
guine. Alijs cruditas vocē ſimul rapuit et
ſenſum. Etſi aliquibꝰ cruditas noxia nō fu-
it: his ruinā fecit ebrietas: alios in crimen
egit ebrietas: etſi ipſa crimen nō ſit: alioſ ad
egeſtatē redegit. Poſtremo audi q̄s chri
Luc. 13. ſtus excludat. Cū intrauerit inquit paterfa
milias ⁊ clauſerit oſtium: incipietꝭ foris ſta
re ⁊ pulſare oſtiū dicentes: Aperi nobis: et
reſpondens dicet: Neſcio vos vnde eſtis:
recedite a me operarij iniquitatis. Tunc in-
cipietis dicere: Manducauimus corā te ⁊
bibimus: ⁊ in plateis noſtris docuiſti. Et di
cet vobis: Neſcio vnde eſtis. Audiſtis q̄d
de manducantibꝰ dixerit: Audi nunc quid
Luc. 6. de ieiunātibus dicat: Beati qui nunc eſuri-
unt ⁊ ſitiunt quia ſaturabuntꝰ. Et infra: Ve
vobis qui ſaturati eſtis: quoniā eſurietis.
Sed vis mādućare: vis bibere? Veni ad
cōuiuium ſapientie: que inuitat omnes cū
Prouer. 9. magna p̄dicatione dicens: Venite et edite
panes meos ⁊ bibite vinū quod miſcui vo-
bis. Delectant cantica que epulantē de-
mulceant: audi hortantē: audi cantantē ec-
cleſiam: nō ſolū iu canticis ſed etiā in canti-
Cant. 5. ciſ canticorū: Manducate ꝓximi mei ⁊ bibi
te ⁊ inebriamini patres mei. Sed hec ebrie
tas ſobrios facit: hec ebrietas gratie nō te-
mulentie eſt. Leticiam generat: nō tituban
tiam. Nec verearis ne in cōuiuio eccleſie:
aut grati odores tibi: aut dulceſ cibi: aut di
uerſi potus: aut conuiue nobileſ deſint: aut
decentes magiſtri. Quid chriſto nobilius
qui in conuiuio eccleſie ⁊ miniſtrat: ⁊ mini-
ſtratur ei? Iſtius cōuiue recumbentis anne
cte te lateri: ac te deo cōiūge. Nec faſtidias
Abl. 5. menſam quā chriſtus elegit dicens: Introi
ui in hortum meū ſoror mea ſponſa: vinde-
miaui myrrham cū aromatibus meis: man
ducaui panem meū cum melle meo: et bibi

vinū cum lacte meo. In horto: hoc eſt: in
paradiſo eſt cōuiuiū eccleſie: vbi erat prius
adam q̄ peccatū cōmitteret. Ibi recūbebat
eua priuſq; culpam crearet ⁊ pareret. Ibi
vindemiabis myrrhā: hoc eſt: chriſti ſepul
turam: vt cōſepultus cū illo ꝑ baptiſmū in
mortem: quemadmodū ille ſurrexit ex mor-
tuis ⁊ tu reſurgas. Ibi manducabis panē
qui confirmat cor hominis. Mel guſtabis
quo tuarū dulceſcat meatus fauciū. Vinū
bibes cum lacte: hoc eſt: cum decore ⁊ ſince-
ritate: ſiue q͛ meri pura ſimplicitas ſit: ſiue
q͛ immaculata gratia que in remiſſionē ſu
mitur peccatorū: ſiue q͛ paruulos cōſolatio
nis ſue lactet vberibus: vt ablactati in deli
tijs in plenitudinē ꝑfecte etatis adoleſcāt.
Succede ergo in hoc cōuiuiū. An metuis
ne anguſtior domus ⁊ breuis cōuiuij locus
te cōprimat? O iſrael q̄ magna eſt domus Baruch. 3.
dei: ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius: mag-
nus ⁊ non habet finem: altus ⁊ immenſus.
Ibi fuerunt gigantes illi qui ab initio fue-
runt ſtatura magna ſcientes prelium. Nō hoſ
elegit deus. Et merito nō elegit: quia preli-
um non pacem ſciebant. Et ideo tu pacē di
ſce vt eligaris a deo. Sed ne forte incom-
ptam domus magnitudinē putes: et diuer
ſoria te colūnata delectent. Sapiētia edi- Sap. 9.
ficauit ſibi domū ⁊ ſculpſit colūnas ſeptē.
Ipſe etiā dominꝰ ieſus multas manſiones
apud patrē ſuū eſſe cōmemorat. In hac
ergo domo epulaberis anime cibo potuq;
mentis: vt poſtea nō eſurias neq; ſitias vn
quā. Qui eñ mādućat: mādućat vſq; ad ſa
tietatem: ⁊ qui bibit vſq; ebrietatem bibit.
Sed hec ebrietas pudicitie cuſtos eſt. Illa
vini ebrietas fomes libidiniſ: quo ꝑ carnes
vaporātur interna viſcera: animꝰ igneſcit:
anima exuritur. Seuus criminum ſtimu
lus libido eſt: que nūquā manere quietum
patitur affectū. Nocte feruet: die anhelat:
de ſomno excitat: a negocio abducit: a rati-
one reuocat: aufert cōſilium: amantes inq̄e
tat: lapſos inclinat: caſtis inſidiatur: potiē-
do inflāmat: vſuq; accenditꝰ. Nullus pec-
candi modus ⁊ inexplebilis ſcelex niſi mor-
te amantis extingui nō poteſt. Et ideo ait
apoſtolus: Fugite fornicationem: vt veloci 1. Cor. 6.
fuga tanquā furioſe domine declinare ſeui-
tiā et tetro ſeruitio exire poſſimus. Nam
quid de auaricia dicam inſatiabili pecunie
cupiditate ⁊ quadā eris libidine: que quo

plura abſtulerit:eo magis inopez eſſe ſe cre
dit. Omnibꝰ inuida: ſibi vilis: in ſummis
diuitijs inops affectu:extenuat quod ſenſu
abundat. Nullus rapiendi modus:vbi nul
la menſura cupiēdi. Sic inflammat animū:
ſic igne ſuo paſcit animū: vt hoc ſolo diſtet
ꝙ illa formarum adultera ſit:iſta terrarum.
Elementa concutit:mare ſulcat:terram ef/
fodit:cęlum votis fatigat:nec ſereno grata
nec nubilo:cōdemnat ꝓuentus annuos: fę
tuſqꝫ terrarū arguit. Sed hęc ęgritudo eſt
animę nō ſanitas. Deniqꝫ eccleſiaſtes dicit:
Eccs.5. Eſt languor malus quē vidi ſub ſole: diui/
tias cuſtodiri in maluz poſſidentis eas. Et
ſupra: Qui diligit argentū nō ſatiabitur ar
gento:nec eſt finis acquiſitionis eorū. Si
quęris theſauros:accipe inuiſibiles ⁊ occul
tos:quos in cęli altiſſimis:nō quos in ter/
rarum venis requiras. Eſto pauper ſpiritu:
⁊ eris diues qualicūqꝫ cēſu:quia nō in abū/
dantia diuitiaꝝ vita eſt hominis:ſed in vir
tute ac fide. Iſtę te diuitię verum diuitē fa/
cient:ſi ſis in deū diues.

## De rememoratiua ſuperiorū re/capitulatione:⁊ tribus nō pretere/undis quibus dominꝰ ieſus offi/cia humane deuotionis definiuit: ⁊ quemadmodū mens hec audiēs ſe a voluptate auertat: ⁊ virtuti ad iungat:ſtudiaqꝫ illius eligat: Qui/bus ⁊ ſanctus iacob vir plenus ex ercitationis mentē intēdit. Quod qꝫ ideo paſtor ouium inducatur: quia imperitare corpori ⁊ ſenſibuſ eius:ac voluptatibus:votiſqꝫ mo/dum tenere:preſtantius eſtimetur q̄ regere populos vel vrbibus ꝑ/eſſe: Ca.VI.

a Udiſti voluptatis myſteria: audi/
ſti etiā copiarum noſtraꝝ munera:
quas ego non ſupellectili operien/
das:ſed ſcripturę nudis ſermonibꝰ demon/
ſtrandas putaui:vt ſua luce refulgerent:vt
ex ſe ipſe vocem emitterēt ſibi inuicē. Neqꝫ
enim ſol et luna interpte indigent. Habent
interpretē fulgorem ſui luminis quo totus
repletꝰ orbis eſt. Illis illuminatio ē fides ſi
ne indice quędaz:vt ita dicam:inteſtata te/
ſtis quę alieno nō indiget teſtimonio: ⁊ ſu/
bito ſe vniuerſorum oculis effundit. Nō er/
go nunciātur opera noſtra:ſed clamant ⁊ ſe
ipſa nunciāt. Sane vt ⁊ hoc quod labori/
oſum in noſtris ducitur nō pretereaz: fides
exigitur:ſtudiū deſideratur:facta quęrunt.
His eñ tribus dominꝰ ieſus deuotionis
humanę officia diffinit dicens: Petite ⁊ da Math.7.
bitur vobis:quęrite ⁊ inuenietis:pulſate ⁊
aperietur vobis. Et infra: Omnis ergo qui
audit verba mea hęc ⁊ facit ea:ſimilis eſt vi
ro ſapienti. Hęc qui ſtudioſe fuerit ꝓſecu
tus:primatus benedictionis accipiet: ſicut
patriarcha iacob qui continentia ⁊ fide hu/
manarū ſupplantauit veſtigia paſſionum.
Iſte ait: Miſericordiaz mei habuit deus:⁊ Gen.33.
ſunt mihi omnia. Hanc itaqꝫ miſericordi
am nos fide:ſtudio:operibuſqꝫ mereamur:
quibꝰ diſciplinis inuenit iſrael gratiā dei ⁊
per ipſam omnia. Nō eñ mundi huiꝰ copi/
as ſed virtutū diſciplinas ſibi ſuppetere gau
debat. Has nobis ſubſtituamus heredes:
quas ſanctus abraam in iſaac filio ſuo ſub/
ſtituit ſibi:omnē operum ſuoruz deputans
hereditatē ſapienti ⁊ iuſto viro:nec vllū ius
hereditariū ancillis vel ancillarū filijs dere
linquēs:ſed tantūmodo donationis mune
ra. Perfectę eñ virtutes totum accipiunt
glorię patrimoniū: vſitatis ⁊ mediocribus
vile aliquid aſpergit. Et ideo agar quę ad/
uena latine dicit atqꝫ accola: ⁊ cethura quę
odorifera ſignificat: heredes nō ſunt. Qui
eñ medijs vtitur diſciplinis: accola nō in/
habitator eſt ſapiētię. Odore aſperſus:non
fructu explet. Sanitatem autem cibus non
odor inuehit:quia odor fructuū nūcius eſt.
Principales itaqꝫ diſciplinas ſequētibus
⁊ indigenas accolis agnoſcimus ꝓferēdas.
Hoc ſcdm ingeniū. At vero ſm myſteri
um:abraam pater gentiū:ſemini ſuo legiti/
mo quod eſt chriſtꝰ: hereditatē omnē fidei
ſuę detulit:qr in hac terra velut aduena fu/
it:vt vitę huius odorē magis q̄ fructum re/
ferret. Hęc cū audit mēs:auertit ſe a volu
ptate:virtutiqꝫ adiūgit:veri decoris admi/
rans gratiā:purū affectum:ſimplicē ſenten
tiam:mediocrē veſtem:hoc eſt:nō in pſuaſi
one ſermonis:ſ in oſtētatione ſpiritꝰ: Qua
lis eſt apoſtolicę forma ſentētię:amictuz ſa/
piētię atqꝫ pietatis: omni precioſiorē auro
refulgens:tamē choꝝ prudentię:temperan
tię:fortitudinis:iuſticię ſuſcipiens:quę fla/
grabat odorem diſciplinarū: incutiētes re/
uerentiā:infundentes gratiā. Itaqꝫ talibꝰ
mota elegit ſtudia virtutis. Quibꝰ iacob
vir plenꝰ exercitationiſ mentē intendit ſuā:



Et ideo ouiū paſtor īducit:eo ꝙ imperitare
corpori ⁊ ſenſibus eiꝰ ac voluptatibus: vo/
tiſqꝫ modū tenere:ne velut ouis vagēt īcer
ta:ꝑſtantiuſ ęſtimat q̄ regere populos: vel
ꝑeſſe vrbibus. Difficiliꝰ eñ quiſpiaz ſe q̄
alterū regit. Animū vincere:iracūdiā co/
hibere:cōpugnāteſqꝫ leges carnis ⁊ mentiſ
in vnū cogere:imortalis cuiuſdā ē viri quē
inferni porta nō ſuſceperit. Deniqꝫ ipſe ſi/
bi legiſlator vendicauit hoc munꝰ vt oues
paſceret iethro:qui dicit ſuꝑfluus:⁊ ageret
in deſertū:eo ꝙ irrationabilē ⁊ ſuꝑflui vul/
gariſqꝫ ſermonis loquacitatē ī ſecreta quę/
dā ſobrię doctrinę coegit myſteria. Iōqꝫ
ęgyptijs abominationi erāt paſtores ouiū.
Omnes eñ qui corꝑis dediti paſſionibꝰ
hmōi:⁊ voluptatibꝰ indulgēt ſuis:diſcepta
torem verbi:doctorēqꝫ virtutis quadam ex
ecratiōe declināt. Et ideo ꝑ ęnigmata hęc
docuit moyſes apta deo eſſe ſacrificia: quę
refugit oīs inſipienſ:hoc eſt opera ⁊ ꝑcepta
virtutis. Ideoqꝫ paſtor abel:cain aūt oꝑa/
tor terrę legit: qui in fratre ſuo vir inſipiēs
formā ſpeciēqꝫ virtutis expreſſam ferre non
potuit.

## De oblatione cain ex fructibꝰ ter/re:⁊ criminatione illiꝰ:ac de infor/matione ⁊ inſtructione ꝑ legē diui/nā quō vota ſolui debeat: Ca.VII.

e T factū eſt poſt dieſ:obtulit cain ex
fructibus terrę munus dño. Du/
plex culpa. Una ꝙ poſt dies obtu/
lit:altera ꝙ ex fructibꝰ:nō ex primis fructi/
bus. Sacrificiū aūt ⁊ celeritate cōmenda
Eccs.5. tur ⁊ gratia. Unde ꝑceptuz eſt: Si voueris
votū:nō facias morā reddere illud. Meliꝰ
eſt eñ nō vouere votū:q̄ vouere et nō red/
dere. Cū eñ morā facis: nō reddis votum.
Eſt aūt poſtulatio bonoꝝ a deo cū ſoluen/
di muneris ꝓmiſſione. Et ideo cū īpetraue/
ris qđ petiſti: ingrati eſt tardare ꝓmiſſum.
Sed interdū aut negligētibus irrepit ob/
liuio impetratoꝝ:aut tumidis ⁊ elatis arro
gare euētus ſibi:hebetis cordis eſt: ⁊ bonū
qđ agit:vel qđ a deo cōſequit ꝓprijs virtu/
tibus vendicare:nec auctoris deputare gra
tię:ſed ipſe ſe ſuorū bonorū auctorē ducere.
Tertiū genus eſt pcti quidē minoris: ſed
ſuꝑparis arrogātię:eorū ſcꝫ qui datorem bo
norū deuz nō negant:ſed quę acciderint ea
ſibi ꝓpter prudentiā ſuā cęterarūqꝫ merita
virtutum iure delata arbitrant. Propterea
etiam diuina dignos habitos gratia: ꝙ ne/
quaq̄ viderent indigni:quibus talia diui/
nis beneficijs ꝓuenirēt. Ne quid ꝗ hmōi
accidat vnde votū tuū tibi in peccatū fiat:
lex te informauit atqꝫ inſtruxit dicente dño
qui legem dedit: Attende tibi ne obliuiſca/ Deut.8.
ris beneficia dñi dei tui: ⁊ nō cuſtodias mā/
data ⁊ iudicia ⁊ iuſticias illius quę ego ꝑci/
pio tibi hodie:vt cū manducaueris ⁊ reple/
tus fueris: ⁊ cū domos bonas ędificaueris:
⁊ habitare cęperiſ in eis: ⁊ oues tuę ⁊ boues
tui cū repleti fuerint: ⁊ cū ęre :argento et au
ro cōpletus fueris: ⁊ omnia poſſidere cępe/
ris:et plena fuerint horrea tua: exaltes cor
tuū : ⁊ obliuiſcaris dñm deū tuū. Tunc ꝗ
obliuiſceris dñm cuz oblitus fueris tui. Si
autē cognoſcas infirmuz te eſſe: cognoſces
deū eſſe ſuꝑ omnia: ⁊ imemor eſſe nō pote/
ris vt ei reuerentiā debitā ſoluaſ. Diſce nūc
quēadmoduz vnuſquiſqꝫ moneat ne ſeipſe
auctorē ſuorū putet bonoꝝ. Ne dicas in/
quit in corde tuo: virtus mea ⁊ potētia mea
fecit mihi virtutē hanc magnā: ſed in men/
te tua habebis dñm deū tuum:quoniā ipſe
dat vires vt facias virtutes. Unde bene
aplus quaſi legis interpres nō gloriabat in
virtute ſua:ſed minimū apoſtoloꝝ ſe eſſe di
cebat: ⁊ quicqd eſſet gratię diuinę:eſſe non
meriti ſui:nihilqꝫ nos habere quod nō acce
perimꝰ. Quid eñ īquit habes qđ nō accepi 1.Cor.4.
ſti? Si aūt accepiſti:quid gloriaris quaſi nō
acceperis? Didiciſti ergo humilitatē magꝭ
ſequi q̄ arrogantiā:ſedulitatez affectare q̄
poteſtatē. Accepiſti ſalutaria ꝑcepta: no/
li negligere vtilia inſtrumēta medicinę qui/
bus fibra omnis lętalis vulneris execatur.
Ille quoqꝫ qui ſe iuſtificat ne inflet cordiſ
ſui tumore: ⁊ ipſe accepit ſalubre mandatū
in hmōi ſententiā reſultāte oraculo. Ne di/ Deut.9.
cas in corde tuo cum cōſumere cęperit dñs
deus tuꝰ gentes illas a cōſpectu tuo dicēs:
Propter iuſticiā meā induxit me dñs poſſi/
dere terrā iſtā. Sed ꝓpter iniquitates gen/
tium iſtarū extirpauit illos dñs a facie tua.
Nō ꝓpt iuſticiā tuā:non ꝓpt bonitatē tuā:
nec ꝓpter ęquitatē cordis tui intraſti poſſi/
dere terrā iſtā:ſed ꝓpter iniquitatē gentiuz
diſꝑdidit eos dñs a cōſpectu tuo:et reſtitu/
it teſtamentū qđ iurauit patribus veſtris.
Teſtamentuz ꝑfecta dei gratia eſt. Nihil
eñ impꝑfectū dat deus:ꝑfecta aūt virtus eſt
⁊ opera virtutis. Teſtamentū autē dicit

quo defertur bonorum hereditas. Merito
ꝛ teſtamentũ dicit ꝛ diuinũ: cũ ea que vere
bona ſunt atteſtatione mandatorũ celeſtiũ
cõferuntur. Et teſtamẽtũ dicit: quoniã ſan
guine dedicatũ eſt: vetus in typo: nouũ in
veritate. Quo teſtamento diuine gratie pi
Ioh.3. gnus tenemus: qꝛ ſic dilexit deus hunc mũ
dum vt vnigenitũ filiũ ſuum ꝓ nobis om-
nibus daret. Unde ꝑfectionẽ gratie predi-
Ro.8. cans apoſtolus ait: Quomõ nõ etiã cum il-
lo omnia nobis donauit?

## Q̄d prima voti gratia ſit celeritas ſolutionis: vt ex ſtudio imolationis abrae: ꝛ ſcriptura diuina: et vocatione zachei cõprobatur. De incitatione quoq ac admonitione vt cito vota nr̃a ſoluam⁹: Ca. VIII.

Rima igit voti gratia eſt celeritas
Gen.22. P ſolutionis. Deniq abraam filiũ ſu
um ad holocauſtũ iuſſus offerre: nõ
poſt dies vt cain obtulit: ſꝫ exurgens mane
ſtrauit aſinã ſuã: ꝛ adhibuit ſecũ duos pue-
ros ꝛ iſaac filiũ ſuũ: ꝛ cõcidens ligna ad ho-
locauſtũ: ſurgens abijt ꝛ venit ad locũ quẽ
dixerat ei deus die tertia. Primo aduerte
imolantis ſtudiũ maturũ atq feſtinum: vt
mora expectationis nõ eſſet: niſi donec au-
diret oraculũ. Deinde vt ſterneret aſinã
ſuã: obſequiũ om̄e ipſe ſuſciperet: ꝛ ſacrifi-
cio neceſſaria ꝓpararet: duab⁹ quoq fide ꝛ
ſpe virtutibus comitãtibus hoſtiã ſuaꝫ du
ceret: de poteſtate dei cert⁹ ꝛ de bonitate ſe-
cur⁹. Q̄d aũt ait: Die tertia: vel ꝙ ꝯtinua
eſſe debeat ꝛ ꝑpetua deuotio. Tripertitũ
eſt em̄ tẽpus: ꝓteritũ: ꝑſens ꝛ futurũ. Quo
admonemur: ꝙ nec ꝓteritoꝝ beneficioꝝ dei
vel ꝑſentiũ vel futuroꝝ irrepere debet vlla
obliuio: ſed tenax gratie memoria ꝑſeuera-
re: ꝛ obediẽtia nõ deeſſe. Uel qꝛ is qui ſa-
crificat in vnũ ſplendorẽ: in vnã luceꝫ debe
at credere trinitatis. Etem̄ qui fidelit ſacri-
ficat: dies lucet: nox nulla ẽ. Sic et i exodo
Exo.3. moyſes ait: Uiã triũ dierũ ibimus ꝛ imola
bimus dño deo noſtro. Sed etiã alibi cũ
viſus eſſet de⁹ abrae ad ilicẽ mambre: Re-
Gen.18. ſpiciẽs inquit abraã oculis ſuis vidit: ꝛ ecce
tres viri ſtabant ſuꝑ eũ. Et videns occurrit
obuiã illis ad oſtiũ tabernaculi ſui: ꝛ adora
uit ſuꝑ terrã ꝛ dixit: Dñe ſi inueni gratiã an
te te. Tres vidit: vnũ adorauit. Tres mẽ-
ſuras offert ſimilaginis. Nã etſi imenſus
de⁹: tamẽ menſurã omniũ tenet: ſicut ſcrip-
tũ eſt: Quis mẽſus eſt manu aquã: ꝛ celum Eſa.40.
palmo: ꝛ vniuerſã terrã clauſa manu? Per
fecte igit in ꝑſonis ſingulis trinitati: interi-
ore mẽtis arcano: hoc eſt ſimilaginis ſpiri-
talis ſanct⁹ patriarcha ſacrificiũ deferebat.
Hec ẽ ſimilago quã in euãgelio molit mu
lier illa que aſſumet. Una em̄ inqt aſſume- Matth.24.
tur: altera relinquet. Aſſumet eccleſia: relin
quet ſynagoga. Uel mẽs bona aſſumit: im
proba derelinquit. Ut ſcias autẽ quia et
abraam in chriſtũ credidit: Abraam inquit Ioh.8.
diem meũ vidit et gauiſus eſt. Et q̄ credit
in chriſtum: credit et in patrẽ. Et qui ꝑfecte
credit in patrẽ: credit in filiũ et ſpiritũſctm̄.
Tres ꝗ̃ mẽſure vna ſimilago: hoc eſt: vnuꝫ
erat ſacrificium qđ venerabili trinitati pari
quadã menſura deuotionis ꝛ cõgrua pleni-
tudine pietatis oblatũ eſt. Adhuc cogno
ſce celeri⁹ ſtudia deuotionis. Cucurrit in- Gen.18.
qt ꝛ accepit vitulũ vnũ tenerũ ꝛ bonũ ꝛ de-
dit puero: ꝛ feſtinauit facere eũ. Ubiq im-
pigra deuotio: et ideo deo fuit munus eius
acceptum. Habes et alibi vt ſolis ortum
oratione ꝓuenias: Occurre inquit ad ſolis
ortũ. Habes in euangelio dicentẽ dominũ
ieſum: Zachee feſtinans deſcẽde. Et ille qꝛ Luc.19.
impetrauerat qđ volebat vt chriſtum vide-
ret: ꝛ amplius impetrauerat vt videret ꝛ vo
caret a chriſto: Feſtinans deſcẽdit ꝛ accepit
illũ gaudẽs. Et ideo ꝓbauit dñs ei⁹ affectũ
ꝛ eũ celeri remuneratiõe donauit: dicẽs: qꝛ
hodie ſal⁹ domui huic facta eſt. Feſtinauit
em̄ ꝛ dñs ad beneficiũ: ꝛ iõ nõ expectauit vt
ꝓmitteret ꝛ impleret oĩa: ſed ante fecit: po-
ſtea declarauit. Dixit eniꝫ: Facta eſt ſalus:
qđ vtiq ꝓuenientĩ fuit nõ ꝓmittẽti. Iuſt⁹
ergo votũ ſuũ celeritate cõmendat. Et ideo
patres noſtri feſtinantes manducabãt pa-
ſcha ſuccincti lũbos ꝛ pedes ſuos calciamẽ
torũ exuentes vinculis: ꝛ tanq̃ onus corpo
reum deponẽtes: vt eſſent parati ad tranſi-
tũ. Paſcha em̄ dñi tranſit⁹ eſt a paſſionib⁹
ad exercitia virtutis. Et ideo paſcha dñi di
citur: qm̄ ꝛ tunc in typo illo agni veritas do
minice paſſionis annũciabat: ꝛ nunc ei⁹ ce-
lebrat gratia. Cito ergo hoc quere anima
vt cito etiam audias ſicut audiuit ꝛ iacob:
Quid eſt hoc ꝙ tam cito inueniſti fili? Et il Gen.27.
le ſꝫm dogma reſpondit: qđ tradidit dñs de
us tu⁹ in manus meas. Cito dat deus: qꝛ Pſ.148.
dixit ꝛ facta ſunt: mandauit et creata ſunt.
Uerbũ em̄ dei nõ ſicut quidã ait opus ẽ:



Ioh.5. ſed operãs: ſicut habes ſcriptũ: Pater me⁹
vſq modo operat: ꝛ ego operor. Preuenit
omnia. Eſt em̄ ante omnia ſicut pater: ꝛ in
omnib⁹ ſicut idem pater penetrãs omnia.
Heb.3. Ualidũ em̄ ꝛ acutũ: ꝛ omni gladio acutius
eſt: penetrans vſq ad diuiſionẽ anime ꝛ ſpi
ritus artuũq ꝛ medullarũ. Preueniẽs om-
niũ cogitationes: de quo ait pater de⁹: Iaꝫ
videbis ſi cõprehẽdit te verbũ meũ aut nõ.
Ioh.14. Ubi em̄ deus ꝛ verbũ eſt: ſicut dixit: Ueni-
emus ꝛ manſionẽ apud eũ faciemus. Et ſi-
cut habes in alijs de deo lectum: Ego ſteti
Ioh.1. hic priuſq tu: Ita ꝛ verbũ dicit: Priuſq ſta
res ſub arbore fici vidi te. Et de ipſo dictũ
Abi.3. eſt verbo: hꝫ eſt: filio dei: Medi⁹ aũt veſtruꝫ
ſtat quẽ vos neſcit. Ubicũq em̄ ſancti: ibi i
eoꝝ medio dei verbũ: in ſinguloꝝ ꝓcordijs
cõplẽs maria ꝛ terras. Et cũ hic eſt: etiã ali-
bi eſt: nõ mutato loco ſed repleto vbiq ſui
ꝑſentia. Ubiq eniꝫ eſt qui eſt ꝑ omnia ꝛ in
omnib⁹: nullũ locũ immunẽ ſui relinquẽs.
Et vbi adeſt erat: ꝛ vbi erat adeſt. Et ideo q̄
nouit velox eſſe verbũ dei: cito petit et cito
impetrat.

## De rep̄henſione pharaonis: qui vt ꝓ eo rogaret in craſtinũ diſtulit: ꝛ exaltatus mente deum obliuiſcebat. Quãtũq humilitas orationẽ cõmendet. Et ꝙ melior votoruꝫ ſit ſolutio: laudare deũ. Q̄d ꝓterea illa cõmendanda ſit orationis ꝛ voti diſciplina vt nõ diuulgem⁹ orationẽ: ſed abſcondita teneam⁹ myſteria: ſicut abraam ꝛ patres tenuerunt: ꝛ queadmodũ dñs in euãgelio docuit: ꝛ que in oratione cauere debeamus: Ca. IX.

T vero pharao qui opinionib⁹ va-
A nis ꝛ inanib⁹ ſtudiũ impẽdebat ſu-
um: ranis repleta egypto: ſonũ ina-
nem rerum ꝛ ſtrepitũ varium reddentibus:
Exo.8. dicenti moyſi: Cõſtitue mihi qñ ꝓ te orem:
ꝛ ꝓ famulis tuis: ꝛ ꝓ populo tuo: vt exter-
minet dñs ranas: cũ debuerit in tanta poſi-
tus neceſſitate rogare vt iam oraret nec dif
ferret: reſpõdit: Craſtina die. Ocioſus ꝛ ne-
gligens more penã egypti ſolutur⁹ excidio.
Itaq iſte vbi impetrabat immemor fiebat
gratie: ꝛ exaltatus mente carnis ſue obliui-
ſcebat deũ. Humilitas aũt cõmẽdabat ora-
Luc.18. tionẽ. Siquidẽ ꝛ phariſeus ille rep̄henſus
eſt: qui ieiunia ſua velut beneficia enumera
bat: ꝛ tanq̃ obiectabat deo: ꝛ ſe criminum
memorabat exortẽ. Publicanus aũt ꝓdica
tus eſt: qꝛ longe ſtans nolebat oculos ad ce
lum leuare: ſed ꝑcutiebat pectus ſuũ dicẽs:
Dñe deus ꝓpitiare mihi peccatori. Et ideo
diuina cũ ſentẽtia ꝓtulit dicens: Quia de-
ſcendit hic publican⁹ iuſtificatus magis q̃
phariſeus. Ille em̄ iuſtificat qui peccatũ ꝓ
priuꝫ cõfitetur: ſicut locut⁹ eſt ipſe dñs: Dic Eſa.43.
iniqtates tuas vt iuſtificeris. Et dauid ait:
Sacrificiũ deo ſpirit⁹ cõtribulatus. Et ite-
rũ: Cor cõtritũ ꝛ humiliatũ de⁹ nõ ſpernit. Pſ.50.
Hieremias quoq ait: Anima in anguſtijs: Baruch.3.
ꝛ ſpiritus anxius clamat ad te. Ergo ꝛ pha
rao ꝛ rex aſſyrius qui dicebat: Quis deorũ
gentiũ iſtarũ liberabit terrã ſuam de manu
mea: quomodo liberabit dñs deus tu⁹ hie-
ruſalẽ de manu mea: exaltatione ſua deiec-
ti ſunt. Iuſt⁹ aũt ſicut iacob ad auctorẽ deũ
refert quecũq fuerit bona cõſecutus dicẽs
de omnibus que ſibi ꝓſperari cognouerit:
Oĩa tradidit ea dñs deus in manus meas.
Hec igit melior votoꝝ ſolutio eſt: ſicut ꝛ da
uid ait: Immola deo ſacrificiũ laudis: ꝛ red Pſ.49.
de altiſſimo vota tua. Laudare deũ cõmen
dare eſt votũ ꝛ ſoluere. Unde ꝛ ſamarita-
nus ille alijs antefert: q̄ cũ leproſis alijs no
uem ſꝫm ꝓceptum dñi mũdatus a lepra: ſol⁹
regreſſus ad chriſtũ amplificabat deũ ꝛ age
bat gratias. De quo ieſus ait: Nõ fuit ex il- Luc.17.
lis qui rediret ꝛ gratias ageret deo: niſi hic
alienigena. Et ait illi: Surge ꝛ vade: qꝛ fi
des tua te ſaluũ fecit. Eſt etiã illa cõmendã
de orationis ꝛ voti diſciplina: vt nõ diuul-
gemus orationẽ: ſed abſcondita teneamus
myſteria: ſicut tenuit abraã qui ſubcinériti-
as fecit. Tenuerũt ꝛ patres qui coxere con-
ſperſum qđ extulerant de egypto: ſubcineri
tia faciẽtes azyma: que grece ενγριφια di-
cunt: eo ꝙ abſcondant in cinere: Significã-
tes fermentũ illud qđ abſcondit mulier illa
euãgelica mẽſuris tribus donec fermenta-
ret totũ: myſterioꝝ quoq innuẽtes ꝓmen-
dã eſſe doctrinã. Q̄d aptius dñs in euan
gelio docuit ſic dicẽs: Tu aũt cũ orabis in- Matth.6.
tra in cubiculũ tuũ: ꝛ clauſo oſtio patrẽ tuũ
ora in abſcõdito: ꝛ pater tu⁹ q̄ videt i abſcõ
dito reddet tibi. Orantes autẽ nolite mul-
tũ loqui. Et infra: Scit em̄ pat veſter q̄d vo
bis opus ſit añq petatis ab eo. Cubiculũ
tuũ mentis arcanũ animiq ſecretũ eſt. In
hoc cubiculũ tuũ intra: hoc eſt: intra in alta

ꝯcordia:totus ingredere de corporis tui ex/
terior:i veſtibulo:⁊ claude oſtiū tuū. Quid
Pſ.140. ſit oſtium tuū diſce: Pone dñe cuſtodiā ori
meo:⁊ oſtiū circuitus labijs meis. Et pau
Col.4. lus petit orari ꝓ ſe: Ut aperiat̃ mihi inquit
oſtium verbi:ad loquendū myſteriū chriſti.
Sed ille vtpote electus ad euangelij ꝑdi/
cationē:recte ſibi oſtium verbi optabat ape
riri:qꝛ de ore eius exibat ſalus gentium: de
ore eius ꝓdibat vita populorū. Nos aūt
claudamus oſtium ne culpa intret: ne lap/
ſus aliquis ſermonis exeat. Intrat culpa ſi
Prouer.10. lapſus exierit. Audi quomō ītret culpa. Ex
multiloquio inquit non effugies peccatum.
Exiuit multiloquiū:peccatū intrauit: qꝛ in
multiloquio nequaq̄ qui exeat ſermo truti
natur: imprudēter labit̃: Licet ipſum vltra
menſurā aliquid loqui grande peccatū ſit.
Et ideo caue ne imprudēter loquaris: La
bia eñ imprudētis inducunt eum ad mala.
Eccl.35. Caue ne in oratione te extollas. Oratio
eñ humiliātis ſe nubes penetrabit. Caue
ne incaute ſymboli vel dñicę orationis di/
uulges myſteria. An neſcis q̄ graue ſit in
oratione ꝯtrahere peccatū: vbi ſperas reme
diū? Certe dñs ꝑ ꝓphetā docuit hoc graue
Pſ.108. eſſe maledictū dicens: Et oratio eius fiat in
peccatuꝫ. Niſi forte mediocre id tibi putas
eſſe diffidere. Eſt eñ de potētia dei ęſtima/
re ꝙ nō audiaris niſi clamaueris. Clament
opera tua:clamet fides:clamet affectꝰ: cla/
ment paſſiones tuę: clamet ſanguis tuꝰ:ſi/
cut ſancti abel: de quo dixit deus ad cain:
Gen.4. Uox ſanguinis fratris tui ad me clamat.
Audit eñ in occultis qui mūdat in occul/
tis. Nos niſi loquentē aliquē audire nō poſ
ſumus:apud deū loquunt̃ nō verba ſed co
gitationes. Et vt hoc verū ſcias: dicebat
Matth.9. dñs ieſus ad iudęos: Quid cogitatis mala
in cordibꝰ veſtris? Nō interrogātis vox iſta
eſt ſed ſciētis. Qđ tibi manifeſtat euangeli/
ſta dicens: Jeſus aūt ſciebat cogitationes
eorꝝ. Sicut ergo filius nouit:nouit ⁊ pater.
Filiū noſſe cognouiſti:patrē noſſe:audi cō/
Matth.6. ſiliariū ⁊ teſtem patris dicentē: Scit eñ pa/
ter veſter quid vobis opus ſit:anteq̄ peta/
tis ab eo. Loque ergo ſubcineritiā tuā va
pore ſpirituſſancti. Loque etiā animi paſſi/
ones verbi calore. Etſi crudiores ſūt paſſio
nes tuę:nuꝑ fortaſſe de ęgypto egrediētes:
operito eas ⁊ lento calore excoque:ne forti/
orem ignē dū ferre nō poſſint:ſemiuſtulent̃
potius q̄ coquant̃. Sunt eniꝫ plurima quę
ꝑmaturo ſermone infidis auribus vel infir/
mis quaſi incocta cōmittas:ad quę auerta/
tur auditor: et cum horrore faſtidiat:ſi coc/
tiora guſtaret:ſpiritalis cibi ꝑciperet ſuaui/
tatē. Diuine autē dñs ieſus ⁊ bonitatē te
docuit patris:qui bona nouerit dare: vt q̄
bona ſunt a bono poſcas. Et impenſe ⁊ fre/
quenter monuit orandū:nō vt faſtidioſa cō
tinuet̃ oratio:ſed vt aſſidua frequēter effun
datur. Plerūq̄ inanis gloria longe p̄catio/
ni:intermiſſę aūt ꝓſus obrepit incuria. De
inde monet vt cū ipſe veniā tibi poſcis:tuꝫ
maxime largiendā alijs noueris quo precē
tuā operis tui voce cōmendes. Apoſtolꝰ
quoq̄ docet orandū ſine ira ⁊ diſceptatiōe:
vt nō turbet̃:nō interpolet̃ oratio tua. Do/
cet etiā orandū in omni loco:cū ſaluator di
cat: Intra in cubiculū tuū. Sed intellige Matth.6.
cubiculū:nō incluſuꝫ parietibꝰ quo tua mē
bra claudant̃:ſed cubiculū qđ in te eſt: in q̊
includunt̃ cogitationes tuę:in quo verſant̃
ſenſus tui. Hoc orationis tuę cubiculū vbi/
q̄ tecū eſt:⁊ vbiq̄ ſecretū eſt: cuius arbiter
nullus eſt niſi ſolus deus. Orandū auteꝫ
ꝑcipue ⁊ ꝓ populo doceris: hoc eſt: ꝓ toto
corpore:ꝓ mēbris omnibꝰ matris tuę: in q̊
mutuę charitatis eſt inſigne. Si eñ ꝓ te ro
ges:tantūmodo ꝓ te rogabis. Etſi ꝓ ſe tm̄
ſinguli orent:minor peccatoris q̄ intercedē
tis eſt gratia. Nunc autē qꝛ ſinguli orant ꝓ
omnibꝰ:etiā oēs orant ꝓ ſingulis. Ergo
vt cōcludamus:ſi ꝓ te roges tantū vt dixi/
mus: ꝓ te rogabis. Si aūt ꝓ omnibꝰ roges:
omnes ꝓ te rogabunt. Siquidē ⁊ tu in om/
nibꝰ es. Ita magna remuneratio eſt: vt ora
tionibꝰ ſingulorꝝ acquirant̃ ſingulis totius
plębis ſuffragia. In quo arrogantia nulla:
ſed hūilitas maior eſt ⁊ fructꝰ vberior.

**De tranſitu ad aliud vitium oblationis ipſiꝰ Cain:qui obtulit nō de primis fructibꝰ primitias deo: ⁊ quid ꝑ primitias intelligat̃. Qđ q̄ Abel obtulerit hec munera ⁊ etiam talia qualia lex ꝓbauerit: cum pulchra myſteriorū legis explanatione: ⁊ queadmodū interiora mūdare debeamus: ⁊ ibidē querere q̄ dño ſanctificemus. De ſimilitudine quoq̄ cōceptionis ac parturitionis feminarū et anime: partuūq̄ eiuſdē diſtinctione: Ca.x.**



SEd iam tēpus eſt alio trāſire:qm̄ de
eo ꝙ poſt dies obtulit cain plene
diximus. Factus eſt indicium re
ſupini:cuꝫ ipſa poſtulatio voti matura eſſe
debeat:ne videamur de hūanis artibꝰ:hoc
eſt:medēdi peritia:herbarūq̄ ſucis: ſperaſ/
ſe magis remediū q̄ de deo ſubſidiū popo
ſciſſe. Ad ipſum eñ priꝰ eſt cōfugiendū qui
noſtrę curare poſſit animę paſſiones. Uerū
homines quidaꝫ ꝑpoſtero ordine: ante ſibi
ab hominibꝰ opem arceſſūt. Ubi aūt huma
na ſubſidia defecerint:tunc opinant̃ diuini
poſtulandā fauoris gratiā. Cōcluſo ergo
illo ⁊ cōuicto cain crimine:aliud oblationis
vitiū diſcutiamus. Obtulit inquit a fructi/
bus terrę:non a primis fructibus primitias
deo:hoc eſt p̄mitias ſibi prius vendicare:
deo aūt ſequētia deferre. Itaq̄ cū vere aīa
corpori tanq̄ ſeruo dña ſit p̄ferenda: vtiq̄
primitias eius:hoc eſt:animę priuſq̄ corpo
ris offerre debemus. Primitię animę:pri/
matus ſunt bonarū diſciplinarū. Quę licet
tēpore poſteriores ſint:q̄ corporis primitię
quę ſunt eſca: incrementū: viſus: auditꝰ et
tactꝰ:odor:vox: mēs aūt ⁊ ſenſus pars aīę:
ꝑs corporis eſt:tñ priores ſunt diſciplinis.
Quarū primitiua eſt puro corde ⁊ ſimplici
ſermone oblata deo gratiarumactio. Hęc
munera obtulit abel:et ideo reſpexit deꝰ in
munera eius qm̄ a primitiuis obtulit. Acce
dit ergo qꝛ de primitiuis ouiū: ⁊ de adipibꝰ
earū:cōſidera qꝛ nō de inſenſibilibꝰ: ſed de
animātibus obtulit. Plus eſt eñ animalis
q̄ terrenꝰ:ſiquidē animalis ꝓximꝰ ſpiritali
1.Cor.15. eſt. Non eñ prius qđ ſpiritale eſt:ſed quod
animale:deinde qđ ſpiritale. Qđ animale
ſpirat:habet vitalē ſpiritū:nō ita qđ de ter
rarū fructibus. Deinde obtulit nō ſecūda
ſed prima:non exigua ſed pinguia. Qualia
eñ lex ꝓbauit ⁊ iuſſit offerri. Sicut ſcriptū
Exo.13. eſt: Et erit inquit cū inducet te deꝰ in terraꝫ
tur:quę futura formidinẽ. Sed improbum
plus p̄ſentia ꝙ̃ futura ſollicitãt. Vnde ꝛ ca/ Geñ.4.
in dixit ad deum: Maior cauſa mea eſt. Si
derelinques me:hodie a facie tua abſcõdã
me. Nihil enĩ grauius ꝙ̃ errantẽ a deo deſe
ri: vt ſe reuocare nõ poſſit. Mors peccatori
finẽ peccandi affert: vita autẽ diuino guber
naculo deſtituta p̄cipitatur:ꝛ in grauiora ꝓ
labitur: vt ſi gregẽ paſtor relinquat: incur/
ſent beſtię: Ita cũ deus deſerit hominẽ:in/
gruit diabolus. Graue eſt: p̄ſertim inſipien
tibus nõ habere rectorem. Serpit malicia:
vulnus augeť: vbi medicina defuerit. Ab/
ſcondit ſe aũt qui velare vult culpã: ꝛ tege/
re peccatũ. Qui enĩ male agit odit lucem: ꝛ Job.3.
amat tenebras ſuorũ: ꝛ latibula delictoruꝫ.
Iuſtus autẽ nõ abſcondere a dño deo ſuo:
ſed ipſe magis ſe offerre conſueuit dicens:
Ecce ſum ego:qui nõ habet criminoſam cõ/
ſcientiã quã timeat deprehendi. Merito er
go ſe abſcondit male cõſcius ꝛ ait: Omnis Geñ.4.
qui inuenerit me occidet. Anguſtę mentis
homo p̄ſentẽ mortẽ veretur: ꝑpetuã negli/
git: ꝛ diuinũ iudiciũ nõ reformidat. Interi/
tũ ſolũ corporis depc̃atur. Sed a quo time/



bat occidi qui ſolos parentes habebat i ter
ris? Potuit quidẽ ꝛ incurſus beſtiaruꝫ ti/
mere:qui legis diuinę iura violauerat: nec
p̄ſumere de ſubiectis animalib⁹ cęteris:qui
hominẽ docuerat occidi. Potuit et parẽtes
parricidas timere: qui docuerat parricidiũ
poſſe cõmitti. Potuerũt enĩ ꝛ parẽtes de fi/
lio diſcere:qđ didicerũt poſteri de parente.

## Qua ꝺ cauſa dixerit deus: Qis qui occiderit cain:ſepties vindictã exoluet. Et qua ratione ſignuꝫ ſuꝑ eum poſituꝫ fuerit ne occideretur: cum pulchra morali interp̄tatione atq3 inſtructiõe: Ca. x.

n Unc ꝯſideremus qua cauſa dixerit
de⁹: Omnis qui occiderit cain:ſep/
ties vindictã exoluet. Et qua ratio/
ne ſignum ſuper eum ponitur ne occidatur
parricida:cum ꝓſpectum non fuerit ne ino/
cens occidereť. Octau⁹ eſt homo: habet
rationabile quo pręſtet cęteris:habet ꝛ q̃n/
q3 corporis ſenſus. Habet etiam vocem:ha
bet ꝛ generandi gratiã. Hęc ſeptẽ niſi illo
rationabili regãť:ſubiecta morti ſũt:ꝛ ideo
ſtult⁹ in his habet om̃e periculũ ſui. Qui
ꝺ rationabile illud amiſerit:fruſtra ꝺ iſtorũ
ſibi vſu ſeptem carnaliũ munerum blandi/
ctur. Diſſoluũtur hęc om̃ia niſi habenis q̃/
buſdam rationis aſtricta ſint. Mors itaq3
rationis mortem operatur irrationabilium
paſſionũ. Sed illud melius ꝙ ſeptim⁹ nu
merus quietis et remiſſionis eſt. Ergo qui
alij non pepcerit peccatori: ꝛ mun⁹ ei remiſ/
ſionis peccatoꝝ inuiderit:ipſe ſibi ſpem re/
miſſionis eripiet: et erit in eo pari menſura
vindicta de gratia. Qđ autẽ ſignũ poſuit
ſuper cain ne quis eum occideret: reflectere
voluit erranteꝫ: ꝛ beneficio ſuo inuitare ad
correctionẽ. Ipſis enĩ nos facilius cõmitte/
re ſolemus:quoꝝ habemus gratiam. Nec
tamen magna cõcedit:ſed in eoipſo impru/
dentiam inſipiẽtis vlciſciť. Qui cum eſſet
ꝑpetuis ſupplicijs obnoxius:non remitti ſi/
bi pęnam popoſcit:ſed vitã corporis huius
obſeruãdã putauit:in qua plus erũnę eſt ꝙ̃
voluptatis. Mors enĩ vna eſt in ſeceſſione
animę ꝛ corporis: ꝛ in fine iſtius vitę: Quę
ſimul vt venit:omnes corporis dolores au/
ferre non augere conſueuit. Metus vero q̃
hanc vitam viuentibus frequẽter ingruũt:
męſticię: dolores: gemitus: diuerſiq3 cruci/
atus grauitatum ꝛ ęgritudinũ vulnera:plu

rimas etiã mortes generi humano inferũt:
vt iſta mors remedium eſſe videať: non pę/
na. Nõ enĩ pemptoria eſt ꝑ quã nõ adimi/
tur vita:ſed ad meliora transfertur. Nam ſi
nocentes moriũtur:qui gradum a peccatis
reuocare noluerint vel inuiti tamẽ finẽ non
naturę:ſed culpę adipiſcuntur:ne plura de/
linquant: quib⁹ vita fęnus eſt delictorum.
Si autem bonę ſpei compotes ſũt:migrare
magis ꝙ̃ deficere credendi ſunt. Inſeritur
hoc loco dogma de incorruptiõe animę: ꝙ
ipſa vera ꝛ beata vita ſit: quaꝫ vnuſquiſq3
bene ꝯſcius viuit:multo purius ac beatius
cum huius carnis anima noſtra depoſuerit
inuolucrũ: ꝛ quodam carcere iſto fuerit ab/
ſoluta corporeo:in illum ſuperiorẽ reuolãs
locum vnde noſtris infuſa viſceribus com/
paſſione corꝑis ingemuit donec cõmiſſi gu
bernaculi mun⁹ impleret: vt carnis hui⁹ ir/
rationabiles motus rationabili ductu rege
ret ꝛ coerceret. Inde eſt ꝙ poſtea prophetę
in captiuitatem cum populo iudęoꝝ trãſie/
runt:ne reliqua plebs ſuoꝝ deſtituta prę̃ſi/
dio:cõſilioq3 viduata:grauiorẽ ſubiret erũ/
nam:ſed magis frequentib⁹ cõmonita ora/
culis ꝓphetarum ad dominuꝫ deum ſuum
pio rediret affectu:ne aduerſis captiuitatis
attrita: ꝓrueret in ꝑfidię peccatuꝫ: ſalutiſq3
ꝑpetuę remediũ deſꝑaret. Redarguũtur
itaq3 hoc in loco qui vnicam hanc vitã pu/
tant eſſe quę ſit in hoc ſęculo: Omnia plena
lapſus: plena mœroris ſunt: et redarguũtur
ſimplici ſerie geſtoꝝ. Ecce enĩ iuſt⁹:inno/
cens:pius: ꝓpter gratiaꝫ deuotionis odia
fratris incurrẽs:imaturus adhuc ęui ſubla/
tus eſt parricidio: ꝛ iniquus:ſceleratus: im
pius etiam fraterna cęde pollutus: lõgęuã
duxit ętatem: duxit vxorem: poſteritatẽ re/
liquit: vrbes condidit: ꝛ hoc meruit ꝑmiſſi/
one diuina. Nõne in his apte vox dei cla
mat: Erratis qui putatl hic eſſe omnem vi/
uendi gratiã? Non intelligitis non aduerti
tis ſenectuteꝫ hanc miſeriarũ eſſe veteranã
ꝓceſſionemq3 ętatis: erumnarũ ſtipendia:
ꝛ ſcylleo quodaꝫ vſu circũſonari nos quoti
dianis naufraugijs: tundi fluctibus: in ſco/
puloſis habitaculis degere ꝛ in his delecta
ri: ſicut illud nõ tam ęternũ animal ꝙ̃ imor/
tale malum. Ergo ꝛ iſti cain longęuitas in/
dulta vindicta eſt: eo ꝙ vixit metu: ꝛ ꝓlixũ
ſpacium multo cucurrit: ꝛ infructuoſo labo
re: qua pęna nihil grauius ꝙ̃ vt q̃s ipſe ſibi

maioꝝ cauſa pęnarũ ſit. Uide igitur ꝙ ꝑ/
petua vita iuſtoꝝ: ⁊ nulla ſit improborum.
Juſti ſãguis clamat ⁊ mortui: vita aũt pec/
catoris abſconditur. Tertium eſt: quoniã
cum parricidiuꝫ eſſet admiſſum: hoc eſt ſce/
lerum ꝑncipatus: vbi peccatũ obrepſit: ſta/
tim ⁊ lex diuinę mãſuetudinis ꝓrogari de/
buit: ne ſi continuo vindicatuꝫ eſſet in reũ:
homines quoqꝫ in iudicando nullam pati/
entiam moderationẽqꝫ ſeruarẽt: ſed ſtatim
reos ſupplicio darent. Diuinę autẽ ſenten/
tię ꝓuidẽtia huiuſmodi eſt: vt magnanimi
tatem et patientiã doceret iudices: ne quis
ꝑpropere rapetur ſtudio vindictę: ⁊ ipſa de/
liberationis ĩmaturitate puniret inoxium:
aut pęnam acerbaret irati: nec tamen peni/
tus iudultum eſſe pateref in eo qui nullam
pęnitẽtiã ſceleris induiſſet. Repulit enim
eum a facie ſua: ⁊ a parentibus abdicatuꝫ:
ſeparatę habitationis ꝗdã relegauit exilio:
eo ꝙ ab hũana manſuetudine tranſiſſet ad
ſeuitiam beſtiarum. Uerũtamẽ homicidio
noluit homicidã vindicari: qui mauult pec/
catoris correctionem ꝙ̃ mortẽ. Unde in la/
mech ſeptuagies ſepties vindicatur: qꝛ gra
uior culpa eius eſt: qui nec poſt damnatio/
nem ſe correxit alteri⁹. Cain impetu quodã
improuido ante peccaueirt: Lamech vtiqꝫ
qđ in altero rep̃henſũ aduerterat cauere de
buerat: ſuo quippe iudici ſentẽtia debebaꝰ:
ne quis paſſim reum eſſe feriendũ putaret.
Et vt ad myſteriũ venias: nõ debuit inter/
imere eum qui vſqꝫ ad naturalem terminũ
mortis ſuę agẽdę habebat ſpacium pęnitẽ/
tię. Excuſare poſſet ꝙ ſe redemiſſet: vel ſera
actione pęnitentię: niſi eum ꝑmatura pęna
rapuiſſet.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber
ſecundus de Cain et Abel explicit.

Capitulorum libri de Noe ⁊ ar/
ca ſancti Ambroſij epiſcopi recolle
cta annotatio.

Q̄ꝫ dignum ſit vt iuſtus noe qui ad reuocã
dum ſemen hominuꝫ reſeruatus fuit: ad
imitationem omnium deſcribatur: vt et
nos requieſcamus ab omni iſtius mundi
ſollicitudine o pibuſqꝫ iniquitatꝭ: ac terre
nę ↄuerſationis cura. Ca. I.
De ſignificationibus nominũ trium filiorũ
noe: ⁊ de inſtructiõe aciei ac munitionib⁹
bonitatis naturę: qui nos ad hui⁹ mundi
ꝑlia generauit. Ca. II.
Quid ſignificet ꝙ ſecuturo diluuio: non ſo/
lum noe: ſed ⁊ vniuerſa generatio ꝙ̃ ma/
xime abundauerit filiorum ꝓcreatiõe. Et
quomodo beneficij gratiã ſequi debet ſo/
brię diſciplinę cenſura. Qua etiam ratio/
ne ſpiritusſanct⁹ hominib⁹ detur: non au
tem ꝑmaneat. Ca. III.
Q̄ꝫ gigantib⁹ qui fuerũt in terra ętate noe:
ſimiles ſint homines cultui carnis ſuę ſtu
dentes. Et qui dicanꝰ filij dei. Et quo pa
cto deus dicatur iraſci: aut moueri. Quẽ/
admodũ etiam irrationabilib⁹ ꝓpter ho/
minis peccatũ deletis: Noe tamẽ gratiã
apud deũ inuenerit. Ca. IIII.
Quõ omnis terra dicaꝰ fuiſſe corrupta. Et
tp̃s oĩs hoĩs veniſſe ante deũ. Ca. V.
De ędificatione arcę: ⁊ quemadmodũ in ea
deſcripta fuerit humani corporis figura.
Atqꝫ nidi eiuſdem quibus ſingula corpo
ris noſtri membra ſignificantur: bitumĩe
intus et foris linienda ſint ne facile corrũ/
pantur. Ca. VI.
De cõparatione arcę noe: ad arcam fęderis
quo ad materiam ligni: glutini et cõmoti
onis. Quomodo etiã longitudo ⁊ latitu/
do arcę: ſingulos hũani corꝑis ſenſus de/
notẽt ad vſũ aliquẽ eẽ cõpoſitos. Ca. VII
Quid ſignificet oſtium ex aduerſo in arca
factum. Et quemadmodũ qui retro erãt:
priores facti ſint. Ca. VIII.
Quid ſit ꝙ inferiora arcę bicamerata et tri/
camerata eſſe debeant. Et ꝙ deus per ar/
cę figurã voluerit non edocere quẽadmo/
dũ a diluuio intẽꝑantię tuti eſſemus per
remediũ electionis iuſti. Ca. IX.
De tribus cauſis ob quas muta animãtia:
quę peccandi ſenſũ non habent per dilu/
uiũ ſubiecta ſint pęnę: cuꝫ altiori myſtica



quadã interꝑtatione. Ca. X.
Q̄ꝫ abſumptis omnibus terrenis diluuio:
ſolus iuſtus ſe ⁊ domum ſuam ſeruet: Et
ꝙ̃ pulchre iuxta myſticam interꝑtationeꝫ
dñs ad noe dixerit: Quia vidi te iuſtum ĩ
generatione iſta. Ca. XI.
Qua ratione de iumentis mundis: ſeptem
⁊ ſepteꝫ: maſculus ⁊ fęmina iubeãtur ĩ ar/
cam induci: đ mundis aũt duo ⁊ duo: ſm̃
naturalẽ atqꝫ moralẽ expoſitiõeꝫ. Ca. XII
Qua de cauſa poſtꝙ̃ ingreſſus eſt noe ĩ ar/
cam: poſt ſeptem dies diluuium factũ fu/
erit. Quare etiaꝫ cum ſatis fuiſſet dixiſſe
diluuiũ fuiſſe. xl. dieb⁹: adiecerit: et. xl. no
ctibus. Et quia ratione. xl. diebus dura/
uerit. Quid pręterea ſibi velit qđ inquit
dñs: Et delebo oẽm reſurrectionẽ carnis
a facie terrę. Quid poſtremo qđ dicitur:
Et fecit omnia noe quę mãdauit ei domi/
nus deus. Ca. XIII.
Qualiter ſit conſiderandũ ꝙ ſexcenteſimo
anno noe: viceſima et ſeptima menſis fa/
ctum ſit diluuiũ. Et quemadmodũ oĩes
fontes rupti dicãꝰ: ac cataractę cęli aper/
tę: tam ſm̃ litteralem: ꝙ̃ etiam altiorẽ in/
tellectum. Ca. XIIII.
Cur dominus a foris arcam clauſiſſe dicaꝰ:
Et quomodo exundante aqua arca fere/
batur ſuper flumina aquaruꝫ: quę. xv. cu
bitis ſuper mõtes excelſos eminebant: iux
xta litteralem ⁊ allegoricam interpretati/
onem. Ca. XV.
De euidenti explanatione ⁊ allegoria eius
quod ſcribitur: Deleuit deus omne quod
erat ſuper faciem terrę. Quare etiam ſcri/
ptura dicat: Memor fuit dominus noe ⁊
beſtiarum ⁊ iumentorũ: ⁊ non fecerit mẽ/
tionem ⁊ de mitiorib⁹ quę poſt homineꝫ
ſunt: ſed fortioribus. Qualiſqꝫ fuerit ſpi/
ritus quem induxit domin⁹ ſuper terram
vt ceſſarent aquę. Ca. XVI.
Quid ſit ꝙ ait ſcriptura: Clauſi ſunt fonteſ
aquarum: ⁊ caractere cęli. Et đ compreheẽ
ſione loci illi⁹ vbi dicitur: Et ſedit arca ſe/
ptimo menſe ſeptima et viceſima mẽſis.
Et ꝗd ſit oſtium arcę qđ iuſtus aperuit vt
emitteret coruũ nõ reuerſurũ. Ca. XVII.
Quid ſibi portendat: ꝙ poſt coruum nõ re/
uerſurũ columba dimiſſa dicitur: ꝙqꝫ noe
extendens manum ſuſceperit eam: et ad
ad ſe introduxerit. Atqꝫ ſeptem alijs die/
bus tenuerit columbam ⁊ iterum eã emi/
ſerit. Ca. XVIII.
Cur columba dicatur ad veſperum eſſe re/
greſſa cũ ramo oliuę in ore: Et vnde cog/
nouerit noe aquas defeciſſe. Et đ colũba
tertio poſt dies ſeptem emiſſa: ꝗ tamẽ nõ
regrediebaꝰ. XIX.
Quid ſibi velit illa adiectio: ꝙ ſcp̃tura alia
die aquã minutam: alia ſiccatam terram
cõmemorat. Quomodo etiã noe tectũ ar
cę denudauerit. Et ꝙ ait primuꝫ menſem
vel ſcđm. Ca. XX.
Quare noe non ſua ſponte exiuerit arcã: ſꝫ
expectauerit oraculum diuinum: quo ſibi
dicebatur: Exi de arca: tu ⁊ vxor tua: ⁊ fi/
lij tui. Et q̃re in ingreſſu: ordinis delectus
fuerit habitus: vt ꝑmo ipſe ⁊ filij: deinde
vxores ingrederẽtur: in egreſſu autem id
cõmutatum: vt fęmię cum viris exierint.
Ca. XXI.
Qua ratiõe noe circa arcam nihil fecerit ni/
ſi iuſſus a domino: et tamen poſt egreſſũ
ab arca nõ monit⁹ aram deo ędificauerit.
Et quare dicatur deo ⁊ non domino. Cur
etiaꝫ ſumpſerit a beſtijs et volatilib⁹ mũ
dis vt offerret holocauſta. Quidqꝫ ſit ꝙ
ait dominus: Recogitãs non adijciã ma/
ledicere terrę. Ca. XXII.
De explanatione litterali ⁊ morali eius qđ
dominus dixit: Semẽ ⁊ meſſis: hyems ⁊
ęſtas: die et nocte nõ requieſcẽt. Ca. XXIII.
De prerogatiuã poteſtatis hominib⁹ in cę/
tera animalia attributa per id ꝙ domin⁹
benedixit noe ⁊ filijs eius dicens: Creſci/
te ⁊ multiplicamini et replete terraꝫ ⁊ do/
miamini eius. Et quomodo ĩtelligaꝰ qđ
ſubditur: Oia reptilia ꝗ ſũt viua ſint vo
bis in eſcam: cũ tamẽ quędã reptilia ſint
venenata. Ca. XXIIII.
An ſub his verbis quib⁹ ait domin⁹: Sicut
olera pabuli ded' vobis omnia: oleribus
magis ꝙ̃ carnalibus epulis vti debeam⁹.
Et quemadmodũ abſtinere debeamus a
ſanguine in ꝗ ẽ anima: Ac đ diuerſis phi
loſophorũ opinionibus circa naturã ani/
mę. Ca. XXV.
Q̄ꝫ per hoc ꝙ ait: Eteni veſtrum ſanguineꝫ
⁊ animarum veſtrarũ exquiram de omni/
bus beſtijs: ⁊ de manu hoĩs fratris: de/
tur intelligi hominẽ grauius peccare qui
fratri inſidiaꝰ. Et quis dicaꝰ frater. Qua/
re etiã dixerit: Ad imaginem dei fecit ho
minẽ: ⁊ non ad imaginem meam: cum re/

probatione opinionis pħoꝝ ꝗ negāt deū
habere curā ſuꝑ hoīes. Ca. XXVI.
Quomodo intelligendū ſit: ꝙ inquit domi
nus: Nō erit diluuiū vt corrūpat oēm ho
minē. Et ꝙ ſubdit: Arcū meū ponā ī nu/
be. Et qualis fuerit arcꝰ ille. Ca. XXVII.
Qua rōne cū tres filios noe: Sem: Cham
Japhet: ſupra cōputauerit: hoc loco me/
diū filij: id eſt: cham generationē prius cō/
prehenderit. Et quomodo ille chananęo
rū auctor fuerit. Ca. XXVIII.
Quomodo noe egreſſus ab arca: factus ſit
agricola. Et de differētia inter operatorem
terrę ꝛ agricolam. Quid etiam ſit ꝙ iuſtꝰ
primū vineam plātauerit et non triticum
aut ordeū. Et quid velit qđ ſubdit: Bibit
de vino ꝛ inebriatus ē. Et de duplici ſpe/
cie ebrietatis: ꝛ gemīa nudatione ſapiētꝭ.
Ac de operimētis aię. Ca. XXIX.
Quare nō ſimpliciter dixerit: Vidit cham
nudationē patris: ſed vidit cham pater
chanaan. Et cur cham nudatum patrē ri/
ſerit. Ca. XXX.
De euidenti pietatis affectu in bonis filijs
ſem et iaphet: qui nudatū amictu patrem
videre cauerūt. Et quomodo mens ſapi/
ens retrorſū ambulet. Quid etiā ſignifi/
cet ꝙ ſomno recedente: noe ſobrius factꝰ
ſit a vino. Et quare ſcriptura cham quem
primo medium inter filios poſuit: poſtea
minorē appellauerit dicēs: Cognouit noe
omnia ꝗ fecit ei filius iunior. Ca. XXXI.
De benedictione ſem filij: et quare noe do/
minum ꝛ deum dixerit: ꝛ ſpecialiter deū
filij ſui ſem. Et qua ratiōe cum cham pec/
cauerit: non ipſū ſed filiū illius ſeruituti
addixerit. Et đ benedictiōe filij iaphet: ꝛ
multiplici dilatatiōe bonoꝝ. Ca. XXXII
Quid ſignificet ꝙ poſt diluuiū noe dicitur
vixiſſe trecentis et quinquaginta annis.
Et ꝙ de generatione iaphet: rhodꝰ et alię
inſulę ſint nationū. Ca. XXXIII.
Qua ratione cham illius improbi: filiū ſe/
niorē ſcriptura fuiſſe memorauerit. Et ꝙ
Chus nemroth gigātē genuerit: qui erat
venator ante deum. Et de interpretatio/
ne nōis nemroth. Quoq; idē pncipiū fue/
rit regni babylonis. Ca. XXXIIII.
Finis.

Sācti Ambroſij epī liber đ Noe et arca: In quo eiuſdē ſācti viri vi/
tam: mores: geſta: altitudinē quo/
q; mētis diſerta explanatiōe deſcri
bit: feliciter incipit.

Qđ dignū ſit vt iuſtus noe ꝗ ad
renouandum ſemen hominū reſer
uatus fuit: ad imitationem omniū
deſcribatur: vt et nos requieſcamꝰ
ab omni iſtius mūdi ſollicitudine
opibuſq; iniqtatis: ac terrenę con/
uerſationis cura: Ca. I.

De ſancti adori

d
murvitam: mores: geſta: al
titudinem quoq; mentis ex
planare ſi poſſumus. Nā
cum ipſa prophetia dixerit:
nihil difficilius ꝙ hominis interiora cōpre/
hendere: ꝙto magis viri iuſti mentem cog/
noſcere? Etenim quem dominꝰ deꝰ ad re/
nouandum ſemen hominum reſeruauit: vt
eſſet iuſticię ſeminarium: dignū eſt vt nos
quoq; deſcribamus eum ad imitationē om
nium: ꝛ requieſcamus in eo ab omni iſtius
mundi ſollicitudine: quā quotidie diuerſis
exagitationibus ſuſtinemus. Pudet filijs
ſuꝑuiuere: tedet cum tot aduerſa audiamꝰ
chariſſimorū: lucem hanc carpere ipſarum
eccleſiarū diuerſos fluctus: tempeſtateſq;
vel pſentes ſubire vel animo recipe. Quis
tam fortis vt patienter ferat? Et ideo no/
bis quoq; affectāda hęc requies fuit: vt dū
noe ſanctum maiore intentione conſidera/
mus: reficiamus et nos: ſicut omne genus
ī illo requieuit ab operibus ſuis: atq; triſti/
cia: Vnde ꝛ noe dicitur: qđ latine dicit iu/
ſtus vel requies. Deniq; et parētes eius
dixerūt: Quia hic faciet nos requieſcere ab Geñ. 5.
operibus et a triſticia: et a terra cui maledi/
xit dominus deus. Qđ vtiq; ſi ad ea quę
facta ſunt referendū putes: cum diluuium
ſub eo factum ſit: non requies hominibus:
ſed interitus videatur illatus: nec remiſſio
malorum: ſed cumulus miſeriarū. Verū
ſi iuſti viri mentem conſideres: aduertes iu
ſticiam ſolam eſſe quę alijs potius nata eſt
ꝙ ſibi: nō quod vtile ſibi eſt quęrat: ſed qđ
omnibus. Hęc nos requieſcere facit ab ope
ribus iniquitatꝭ. Hęc reuocat a triſticia: qr
dum ea quę iuſta ſunt gerimus: nihil time/



mus purę conſcientię ſecuritate: nō dolemꝰ
graui dolore. Nihil eñi eſt ꝙ maioris dolo/
ris ſit: ꝙ culpę reatus. Requieſcamꝰ etiā
ab oñi cura terrenę cōuerſationis: quę cor/
pus noſtrū atq; animā frequētibus vexat
doloribꝰ: vitamq; atterit.

De ſignificationibus nominum
trium filiorū noe: et de inſtructiōe
aciei ac munitionibꝰ bonitatis na
turę: que nos ad huiuſ mundi pͥlia
generauit: Ca. II.

h
Vic vero tres filij nati: ſem: cham:
iaphet. Quę nomina ſignificāt bo/
num ꝛ malum ꝛ indifferēs: vt et na
turę gratia bonitatem habuiſſe: ꝛ malorū
temptamenta ei nequaꝙ defuiſſe: ꝛ indiffe/
rentibus: hoc eſt velut ſupellectili virtutū
abundaſſe videatur. Qua ratione aūt ma/
lum in medio poſuerit: ratio euidens eſt: qr
naturę bonum omnibꝰ ineſt: nec quaſi nau
fragos in lucē pͥjcit: ſed ꝛ ſuffulcit viribus
vt non opprimāt temptamētis malicię: nec
tanꝙ inualidi ſuccūbāt: ſed munit et veſtit
velut quibuſdam tegumentis indifferenti/
bus: quę ſunt ſalus: valitudo bona: pulchri
tudo: impigritia: diuitię: generiſ claritudo:
vt ea dote muniti tueantur bonitatem na/
turę: ꝛ malum illud includant ne poſſit no/
cere: ꝛ quaſi clauſū ſtrangulent. Nonne cer
nimus velut aciem quēdam virtutum ordi
natam in pręliū: vt inferiores in medio ſint
dextra leuaq; velut in cornibus validiores:
per quos tota acies robur accipiat? Vnde
ꝛ quidam poeta grecꝰ ait χάχούσ Δέ εισ
μέσού έάπεϋ hoc eſt: malos autē in me/
dium inſeruit. Ita ergo ꝛ natura quaſi bo/
nus dux imperante deo: quę nos ad huius
mūdi pręlia generare nouerit: qui bona ha/
bet primo ordine conſtituit: quę officiant ſe
cundo: quę adiuuant tertio: vt tanꝙ in me/
dio incluſus hoſtis: geminatis quocunq;
ſe contulerit opprimatur viribus: ne ſingulę
eorum velut ęquatis fatigentur pręlijs: et
euadendi de anguſtijs naturalibꝰ ac ſerpen
di latius facultatem haberet. Sed quia vbi
generantur hic ordo eſt: vbi autem generāt
iaphet pͥmo loco ſcribitur: tertio cham: iđo
ne contraria nos poſterioribus dixiſſe quiſ
arbitretur: etiam illius loci explananda ra/
tio eſt. Bonum quidem qđ velut in quadā
naturę nobilitate eſt pręcedit: malum autē
ſequitur. Sunt eñi cogitationes mētis con

trarię: quę vtiq; oriuntur poſtea. Hęc ꝙdiu
velut intus clauſa ſunt: nec tanꝙ in herbis
germinant: quodam ſinu bonę mentis fo/
uentur ne pdeant. Nam ꝙdiu in volunta/
te eſt malum: non in entelechia: hoc eſt in
opere atq; effectu: bonitas mentis guber/
natoris: velut aurigę modo cohibet vel re/
frenat maliciam temptantem prorumpere.
Cum vero efferbuerit atq; in vlcꝰ eruperit:
ne poſſit latius ſerpere: ꝛ finitima contami
nare: tunc iuſta ſuccedit pͥuidentia: ne illud
indifferens: qđ ſcđm bonum dicūt velut lo
co cedat: cum iam feruenti malo non poſſit
reſiſtere. Itaq; ne latius fundat virus no/
xium: ꝛ plurimas inficiat generando corru/
ptiones: illud primum bonum quod natu/
ra bonum eſt: dum locum mutat: ordinem
mutat: vt quaſi laboranti cornui opē ferat:
et eā partem aciei ſuſcipiat quę plus labo
rat. Virtus eñi bellatoris difficilioribus lo
cis eſt neceſſaria: ſicut etiam boni cuſtodis
pręſentia ibi frequentior: vbi muri fragilio/
res. At ne qua pars ſine defenſore ſit: dum
illud bonum inclinatiora ſuſtentat: tunc il/
lud indifferens locum ſuperiorem ſuſcipit:
velut deputante ſibi eam partem perfectio
ri bono. Nihil eñi virtute perfectius. Indif
ferentia autem non habet robur validę vir
tutis: ſed eius augent ꝛ diffundunt gratiā.
Vnde iaphet dictus eſt: qđ latitudo ſignifi
catur latine.

Quid ſignificet ꝙ ſecuturo dilu/
uio non ſolum noe: ſed et vniuerſa
generatio ꝙ maxime abundauerit
filiorum procreatione. Et quomo/
do beneficij gratiā ſequi debet ſo/
brię diſciplinę cenſura. Qua etiā
ratione ſpirituſſanctꝰ hominibus
detur: non aūt pmaneat: Ca. III.

n
Ec ſolum ſanctus noe abundauit
filiorum generatione: ſed etiā vni/
uerſa ſe effudit ꝙ maxime eo tempo
re generatio. Quod non ocioſum videtur.
Secuturo eñi diluuio non debuit eſtimari
defuiſſe gratiam fęcunditatis illi generati/
oni quā diluuia abſorbuerūt: vt qđ fuit hu
mani generis abundātia: diuinę deputetur
gratię: quod diluuium ſecutum eſt: noſtris
aſſcribatur iniquitatibus: qui peccatis no/
ſtris auertimus dei miſericordiam. Sic ꝛ in
poſterioribus inuenies qđ ſecuturā ęgypti

ſterilitatem pręceſſit totidem annoꝝ̄ fęcun
ditas. Principale eſt enī virtutis inchoare
a beneficiȷ̄s: et ꝓſeminare gratiam. Unde ⁊
Ps.100. dauid ait: Miſericordiam ⁊ iudicium cāta/
bo tibi domine. Pręcedit beneficiȷ̄ gratia:
ſequitur cenſura ſobrię diſciplinę. Diuinuʒ
eſt igitur ꝙ bona pręmittuntur: noſtrum ꝙ
mutantur. Ipſe hoc declarat deus dicens:
Gen.6. Non permanebit ſpiritus meus in homini
bus: quia caro ſunt. Spiritusſanctus: ſpiri/
tus ſapientię eſt: ſpiritus cognitionis. Ha/
bet ergo ſapientiam: habet et diſciplinam.
Sicut et ð beſeleel qui ſacrum tabernaculū
diuino oraculo iuſſus eſt facere: ait ſcriptu/
Exo.31. ra: Quia repletus eſt ſpiritu prudentię et
diſciplinę. Hic ergo ſpiritus datur homini/
bus: ſed non ꝑmanet. Qua autem ratione
nō ꝑmanet: cauſa ꝓdiꝫ: qꝛ caro ſūt. Carnis
enī natura diſciplinę repugnat: qꝛ volupta
ti obtemperat. Deniqꝫ de ſolo dn̄o ieſu ſcri
Ioh.1. ptum eſt: Super quem videris ſpiritum de/
ſcendentem de cęlo: ⁊ manentem ſuper eū:
hic eſt qui baptizat ſpiritusācto. In eo ma/
nebat quē nulla corruptelę carnalis impe/
dimenta reuocabāt: quominꝰ incorruptę et
Actu.2. impermixtę ordineʒ diſciplinę teneret: cuiꝰ
caro nō vidit corruptionē.

## Dð gigantibꝰ qui fuerunt in terra etate noe: ſimiles ſint homines cultui carnis ſue ſtudentes. Et qui dicantur filiȷ̄ dei. Et quo pacto deus dicatur iraſci aut moueri. Quēadmodum etiaʒ irrationabilibus propter hominis peccatuʒ deletis Noe tamen gratiam apud deum inuenerit: Ca. IIII.

Gen.6. G Igantes autem erant in terra ī die/
bus illis. Non poetarum more gi/
gātes illos: terrę filios vult videri:
diuinę ſcripturę conditor: ſed ex angelis et
mulieribus generatos aſſerit quos hoc ap/
pellat vocabulo: volens eorum exprimere
corporis magnitudinem. Et conſideremus
ne forte gigantiū ſint ſimiles homines cul/
tui ſtudentes carnis ſuę: animę autem nul/
lam curam habentes: ſicut illi qui de terra
ſm poeticam fabul ī orti: mole corporis ſui
freti feruntur habuiſſe cōtemptum ſupero/
rum. An diſpares eſtimādi ſunt qui cuʒ ex
anima conſtēt et corpore: mentis vigori (ꝗ̄
nihil habet anima ꝓcioſius) auerſantur: et
ſe carnis huiꝰ imitatores velut maternę ex/
hibēt ſtoliditatis heredes. Itaqꝫ inuanum
laborant: cęlum votis vſurpantes ſuꝑbis:
⁊ terrenis operibus incubantes: qui electi/
one inferioris: et contemptu ſuꝑioris cōſor/
tiȷ̄: tanq̄ȝ voluntariȷ̄ obnoxiȷ̄ peccatis grau/
ori cōdemnantur ſecuritate. Plęrūqꝫ ange/
los filios dei vocat ſcriptura: quia ex nullo
homine generātur animę. Itaqꝫ viros fide/
les filios ſuos dici: non eſt aſpernatus deꝰ.
Sicut ergo viri ꝓbabilis vitę filiȷ̄ dei vocā/
tur: ita quoruʒ carnalia ſunt opera: hos fi/
lios dicimꝰ carnis ſcripturarum auctorita/
te. Dicit enī iohānes euāgeliſta: Quia ꝗt/
quot dominū ieſum receperūt dedit eis po
teſtateʒ filios dei fieri qui credunt in nomi/
ne eius. Qui non ex ſanguinibꝰ: neqꝫ ex vo
luntate carnis: neqꝫ ex volūtate viri: ſed ex
deo nati ſunt. Ideo poſtea habes: quia ira
tus dominus eſt: quoniaʒ ꝯuis cogitaret:
hoc eſt ſciret: quia homo poſitus in terrę re
gione carnem portans: ſine peccato eſſe nō
poſſit: Terra enī velut quidā temptationū
locus eſt caroqꝫ corruptelę illecebra: tamen
cum haberent mentem rationis capacem:
virtutemqꝫ animę infuſam corpori: ſine cō/
ſideratione aliqua in lapſū ruerunt: ex quo
reuocare ſe nollent. Neqꝫ enī deus cogitat
ſicut homines: vt aliq̄ ei noua ſuccedat ſen/
tentia: neqꝫ iraſcitur q̄ſi mutabilis: Sʒ idō
hęc leguntur: vt exprimatur peccatoruʒ no
ſtrorum acerbitas: quę diuinaʒ meruerit of
fenſā: tanq̄ȝ eouſqꝫ increuerit culpa: vt etiā
deus qui naturaliter non mouetur: aut ira:
aut odio: aut paſſione vlla: ꝓuocatus vide
atur ad iracundiā. Minitatus eſt pręterea
ꝙ deleret homineʒ. Ab homine inquit vſqꝫ
ad pecus: ⁊ a reptilibꝰ vſqꝫ ad volatilia de/
lebo. Quid leſerant irrationabilia? Sed qꝛ
propter hominē illa facta erant: eo vtiqꝫ de
leto propter quem facta ſūt: ꝯſequens erat
vt etiam illa delerētur: quia non erat ꝗ his
vteretur. Senſu autē altiore illud manife
ſtatur: quia homo mens eſt: quę eſt ratiōis
capax. Homo enī definitur aīal viuum mor
tale: rationabile. Principali igitur extincto
etiam ſenſus omnis extinguitur: eo ꝙ nihil
reliqui ad ſalutem ſuꝑſit: cum ſalutis fūda/
mentum virtus defecerit. Ad cōdemnatio/
nem autem cęterorum: et ad expreſſionē pi/
etatis diuinę: dicitur noe apud deū gratiā
inueniſſe. Simul oſtenditur ꝙ hormineʒ iu/
ſtum non obumbret aliorum offenſio: quā/



do ipſe ad totius generꝭ reſeruatur ſemina/
rium. Qui nō generationis nobilitate: ſed
iuſticię ⁊ ꝑfectionis merito laudatur. Pro/
bati enī viri genus virtutis ꝓſapia ē: quia
ſicut hominū genus homines: ita aīaꝝ ge/
nus virtutes ſūt. Etenī familię hoīuʒ ſplen
dore generis nobilitanꝭ: aīaꝝ aūt clarificaꝭ
gr̄a ſplendore virtutis.

## Quomodo om̄is terra dicatur fuiſſe corrupta. Et tp̄s oīs hoīs veniſſe ante deū: Ca. V.

Gen.6. C Orrupta eſt aūt terra corā deo: ⁊ im
pleta ē inquit iniuſticia. Cauſa ter/
renę corruptelę manifeſtata ē: eo ꝙ
iniuſticia hominū terraʒ corruperit. Unde
⁊ dominꝰ deus ait: Tempus omnis hom̄is
venit ante me: quia impleta eſt terra iniqui
tatibus ſuis. Tempus ꝗdem omniū hoīuʒ
in conſpectu dei: ⁊ in eius voluntate ē. Nō
enī vt vulgo aiunt fatale decretum alligaꝭ.
Sed tamen ſpecialiter hic dictum puto: qꝛ
in euāgelio dominus redēpturus hoīuʒ ge
nus paſſione ſui corporis: ⁊ emūdaturꝰ ſan
Ioh.17. guine ſuo: ſacramētoqꝫ baptiſmatꝭ ait: Pa
ter venit hora clarifica filium tuū: vt ⁊ filius
tuus clarificet te. Ergo quia in diluuio per
arcam noe ſeruatę ſunt reliquię generis hu
mani: ad ſeminariū reꝑationis et renouati/
onis futurę: ideo ꝓmiſit hic: Tēpus omnis
hom̄is venit: quia repleta eſt terra iniq̄tati
bus ſuis. Hoc in figura. In veritate autem
ait: Reliquię per dilectionē gratię ſaluę fa/
ctę ſūt. Idōqꝫ exclamat apoſtolus dicens:
Ro.5. Suꝑabundauit peccatū: vt ſuꝑabundaret
gratia. Corrupit inquit om̄is caro viā ſuā.
Carneʒ hic poſuit ꝓ hom̄ie terreno: in quo
carnis illecebra viam eius corrupit. Qui ſi
intellexiſſet qð munus accepiſſet a deo: nō
vtiqꝫ paſſus eſſet: vt caro obſtaret aīę virtu
tibꝰ. Itaqꝫ caro cauſa fuit corrūpendę etiaʒ
animę: quę velut origo ⁊ locus eſt quidam
voluptatis: ex qua velut a fonte ꝓrumpūt
ꝯcupiſcētiarū: malarūqꝫ paſſionū flumina:
lateqꝫ exundant. Quibꝰ dimergitur animę
quoddam excuſſo gubernatore remigium:
cum ipſa mens velut ꝗbuſdam tēpeſtatibꝰ
et ꝓcellis victa loco ſuo cedit. Pulchre aūt
ait: Quia hō viam naturę ſuę corrupit. Nā
via ſua in paradiſo erat: in illo beatitudinū
tramite: in illo virtutū flore: in illa incorru/
ptibili gratia: quā viā terrenis inquinauit
veſtigiȷ̄s. Aliȷ̄ habēt: Uiā ipſiꝰ: hoc eſt dei.
Hoc ſolet verbo dn̄i declarari.

## De ędificatione arce: ⁊ quemadmodū in ea deſcripta fuerit humani corporis figura. Dðqꝫ nidi eiuſdem quibus ſingula corporis noſtri membra ſignificanꝭ: bitumine intus et foris linienda ſint ne facile corrūpanꝭ: Ca. VI.

S Ed iam de ipſa noē arca dicenduʒ:
Quā ſi quis velit impenſius conſi/
derare: inueniet in eius ędificatiōe
deſcriptam humani figurā corporis. Quid
eſt enī qð ait deꝰ: Fac tibi arcam de lignis Gen.6.
quadratis? Quadratum certe hoc appella/
mus: qð omnibus bene ꝯſiſtaꝭ partibus: ⁊
ꝯueniat ſibi. Itaqꝫ ⁊ deus auctor noſtri cor
poris: naturęqꝫ fabricator aſtruitur: ⁊ opus
ipſum perfectū eſſe his ſermonibꝰ ſignifica
tur. Quadrata autem hom̄is membra eſſe
euidens ratio: ſi ꝯſideres pectus hominis:
conſideres ventrē: pari menſura longitudi/
nis ⁊ latitudinis: niſi cum voluptatibus et
epulis ventre diſtento: menſura naturalis
exceditur. Iam pedes ⁊ manus: brachia: fę
mora ⁊ crura quadripertita: quis non ipſo
vſu aduertat? Sunt auteʒ plęraqꝫ eoꝝ: etſi
non eiuſdem longitudinis aut latitudinis:
tamen quę analogiaʒ ita ſeruent: vt in his
quoqꝫ congrua mēſura ratioqꝫ ꝯcurrat. Lō
gitudo ꝓlixor q̄ȝ latitudo ſit: latitudo q̄ȝ al/
titudo. Et ſicut ligni arcę trina diſtātia eſt:
ſiꝗdem trecentoꝝ cubitorū longitudinem:
⁊ quinquaginta latitudinem: ⁊ triginta cu/
bitorū altitudinem ſeruandam eſſe pręſcri/
pſit: ita et in noſtro corpore ſūma eſt: et me/
dia: ⁊ minima diſtantia. Sūma ſm longitu
dinem: media ſm latitudinē: minima ſm al
titudinē. Totū tamē corpus attextū ex ſin/
gulis mēbris: quadratuʒ videꝭ. Nam et in
vſu ita eſt: vt eos quadratos dicamus: ꝗs
nec enormes proceritate: ⁊ validos robuſti
q̄litate corpus ęſtimamuſ. Quid etiam ſibi
vult qð ait: Nidos facies ī arca: nequaq̄ȝ ſi
lendum videꝭ. Naturaliter enī dictum arbi
tror: eo ꝙ omne corpus noſtrū attextum eſt
ſicut nidus: vt ſpūs vitalis omnes partes
viſcerum penetret: atqꝫ de ꝑncipali noſtro
fundat ſe per artus ſingulos. Nidi quidam
ſūt oculi noſtri ꝗbus ſe viſus inſeruit. Nidi
ſunt noſtrarū ſinus auriū: per quos auditꝰ
ſe infundit: et velut in foueā altam deȷ̄cit.
Nidus eſt nariū qui ad ſe odoreʒ attrahit.

Nidus eſt q̄rtus maior ceteris:hiatus oris:
ĩ quo nutrit͛ donec adoleſcat ſapor:ꝛ vnde
vox euolat:ĩ ꝙ latet lingua ꝗ velut organū
vocis:ſonos eius artifici ſuauitate modula
tur.Et cū ſit ipſa irrationabilis:rationabi/
lem vocē exꝑmit.Nidus ē emigraneū.Ni/
dus ē mēbrana illa ꝗ cerebrū fouet:et intra
cohibet.Nidi ſunt viſcera pulmonis ꝛ cor/
dis.Spūs ꝙdem noſtri hoc eſt eius quē car
pimus:ꝛ quo alimur in hac vita : nidus eſt
pulmo.Sāguinis autē ꝛ ſpūs:nidus ē cor.
Duo ſunt eñ eius vteri.Unus ꝙ ſanguinē
velut quodā ſinu ſuſcipit ꝛ tranſfundit ĩ ve
nas :alter quo rigatꝰ ex illo ſuꝑiori deducit
in arterias iugi meatu .Oſſa quoqꝫ validi/
ora nidos habēt.Sunt eñ intus cauata:in
quibuſdā foramībꝰ eſt medulla.In viſceri·
bus ipſi mollioribꝰrudi cupiditatis aut do
loris ſunt. Et alia ſi ꝙs ꝯſideret:etiā plures
nidos ĩueniet in hac fabrica humani corpo/
ris.Unde puto ꝛ illū in pſalmo : non ſoluꝫ
myſticę:ſed etiā naturaliter dixiſſe:Etenim
Ps. 83. paſſer inuenit ſibi domū:ꝛ turtur nidū vbi
reponat pullos ſuos.Eſt eñ iam in hoc cor
pore nidus pudicitię:ĩ quo erat nidus irra/
tionabilis ꝯcupiſcētię . Sed vbi ante partꝰ
deformes nutriebat libido:ibi nunc decore
caſtitatis adoleſcit hęreditas . Illinies in-
ꝙt eā bitumine.Ex multis oſſibus neruiſqꝫ
ꝛ cęteris alijs ꝯſtat humanū corpus. Et fo/
ris igit͛ ꝛ intus apta compage ꝯnexum ſibi
adhęret:ꝛ habitudine ꝓpria quā
gręci dicunt tenetur : vt intus clauſus ſpūs
ꝙ infundit͛ :vel ſpiritalis ſubſtātia quę intꝰ
oꝑatur veluti geminis ꝯſtricta vinculis nō
euaget͛: ſed ad vnitatē aptam ꝛ ꝯtinentem
ꝯnexionēqꝫ validā cohibet͛ . Ideo bitumīe
cōſtringi arca iubet͛.Eſt eñ bitumen vehe/
mētis ad ꝯſtringendū naturę.Uñ gręce di/
cit͛                                             hoc eſt
bitumine : qḋ diſiuncta connectat: nexuqꝫ
cōſtringat indiſſolubili:ita vt naturali vni/
tate ſibi credas cōuenire. Ob hanc cauſam
intus ꝛ foris bitumine arca ꝯſtringit͛:ne cō/
nexio illa facile rumpat͛.

## De cōparatiōe arcę noe:ad arcaꝫ fęderis quo ad materiaꝫ ligni:glu/tini et cōmotiōis.Quomodo etiaꝫ lōgitudo ꝛ latitudo arcę :ſingulos humani corporis ſenſus denotet ad vſum aliquem eſſe compoſitos: Ca.VII.

Ubi autē:hoc eſt :in exodo etiā de-
auratur foris ꝛ intus arca illa:quę ĩ
ſanctis ē mūdi intelligibilis imita-
trix imago.Sicut eñ precioſius aurū bitu/
mine:ita illa ꝗ in ſanctis eſt arca: ꝙ̄ iſta prę
ſtātior.Deniqꝫ hic ſimpliciter ligna poſuit:
ibi aūt ligna ꝙdem:ſed imputribilia cōpre/
hendit:declarās merita ſanctorū. Addidit
etiā illic ſuportatoria imobilia eſſe:ꝙ ſācto
rū ſtatio ſtabilis ꝛ firma ſit : qꝛ vitę ꝓbabi/
lis tramiteꝫ virtutis ductu ſecuti ſunt:cor/
ruptelę declinantes ꝯſortia . Hęc autē arca
vtpote ĩ diluuio huc atqꝫ illuc motu impel/
lebat͛ ĩcerto :eo ꝙ peccatoꝝ ſtatus mobilis
ſit:ꝛ vitę eoꝝ quodā redundātiū paſſionū
diluuio:corruptioni obnoxię :errore incon/
ſtanti vagent͛.Nec illud ꝑtereundū qḋ cuꝫ
dixiſſet: Et facies arcā trecētoꝝ cubitorum
lōgitudine:ꝛ ꝙnquaginta cubitoꝝ latitudi
ne:ꝛ triginta cubitoruꝫ altitudine :addidit
colligēs: Facies arcā ꝛ in cubito ꝯſūmabis
eam a ſūmo: vt reliquo corꝑi mēſurę ſibi cō
uenietis:ad grāꝫ decore quadret: caput ho
minis tanqꝫ regale arcę adiungeret :ex quo
cum ſenſus oēs ad cęteras ꝑtes corꝑis trāſ/
funderent͛: tunc maxime oculi velut ſpecta
tores ꝛ cuſtodes:naturę appoſiti ꝓuidētia:
ꝓpe totū orbis noſtri ſtatū deſuper ꝯtuerē
tur: Ipſaqꝫ mens illic locata ſm plurimoꝝ
ſentētiā :ꝛ maxime ſalomonis ꝙ ait:Oculi Eccl. 2.
ſapientis in capite eius:quaſi in aula impe
riali: virtutū ꝯſiliuꝫ ſibi ꝯtrahat :quo ſtipa
ta comitatu:et ipſa munitior ſit:et tanqꝫ ex
edito quodā:tuendi totius corꝑis regnum
impertiat reſponſa ꝓferre:ꝑ quē poſſimus
noſipſos non ſolū retro reſpicere: nec ſoluꝫ
qḋ ante pedes eſt videre:ſed etiaꝫ cęli ipſiꝰ
ſecreta ꝓfundo obtutu ſapiētię ſpectare.
Ibi igit͛ ſūma noſtrę ſalutis: ibi grā. Inde
cuſtodia:inde etiaꝫ pulchritudo corꝑi toto
acquirit͛:ꝗ primum in vultu vernat .Decet
eñ ꝑſtantiorē eſſe aulę regalis nitorē: ĩ qua
ſicut vſus maior:ita ſplēdor ē . Naqꝫ ſi ſpe/
ctes ſingula ꝗ ĩ hoīs forma ad vſū aliquem
cōpoſita videt͛: vt viſus ad videndū: aures
ad audiendū:nares ad odorandū: os ad lo
quendū:ita vſus miniſtrāt vt ꝑſtēt decorē.
Qꝫ deformes ſunt vultus cęcoꝝ?Et ꝙd mi-
rū :ſi vultꝰ hoīs abſqꝫ oculis deformis eſt:
qñ ipſū cęlū ſine ſole nō habet ſuuꝫ decorē?
Triſtes ſine ſole dies ducimus:noctes ſine
luna nō placēt.Ipſi eñ ſunt ꝙdam mundi



oculi.Detrahe ſtellaꝝ lumina:ꝛ quędā ē in
cęlo ipſo cęcitatis deformitas.Pili ipſi qui
orbē oculoꝝ ꝑtexunt: ꝛ velut quādā aciem
ꝑtendūt:ne ſorde aliq̄ vel pulueris caligine
pupilla lędat͛:ꝛ ipſi excipiunt ſi ꝙd fuerit il/
latū: qḋ oculū poſſit lędere:ſi lippitudine in
tercidant dedecet:ſi palpebra ꝯtractior fue
rit : ſi radāt͛ ſuꝑcilia:ꝗ ꝑcioſoꝝ moniliū ſpe
cie velut intexta gēmis refulgent?Aurium
qꝫ vt neceſſarius vſus : ita decora ſpecies.
Quas ſi truncauerit:toto vultui infert de/
formitatē.In quibꝰ ita laborauit opꝰ ſuuꝫ
natura: vt ipſi amfractus cauernaruꝫ:mira
ꝓudētia ſinuati:plurimū vtilitatis afferāt:
ne repente feriat ſecreta capitis ſonus. De-
niqꝫ ſępe multos improuiſo clangore ꝯſter/
nari videmꝰ:ꝛ attonitos:aut vocis alicuiꝰ
aut tumultꝰ ſono expaueſcere.Sordes ipſę
ꝗ inter eoſdē gignunt͛ amfractꝰ:velut quo-
dam glutino auditū ligant.Simul ſi vehe/
mētior pulſus fuerit alicuiꝰ ſonus:infringi/
tur ac retardat͛: vt ꝑnunciatꝰ potius mulce-
at:ꝙ̄ improuiſus interna cōcutiat.Vermi-
culi quoqꝫ ſi aurē penetrare temptauerint:
quodā ſordiū viſco tenent͛ .Nares ſimę cō-
tra naturā videntur : Iam ſi inciſę fuerint:
quō poteſt vita ſubſiſtere ſublato ſpirandi
meatu?Quēadmodū pecudis magl facies
qꝫ vultus homis eſtimat͛?Capilli capitis ꝙ̄
grato amictu caput veſtiūt?Velut quidaꝫ
aulę regię ſtipatores:ne cerebrū aura lędat
aut imber feriat:aut ſol adurat . Quos ita
tñ dedit natura : vt pro ſexu:aut ꝓlixiores
placeāt:aut reciſi:ꝛ ꝓ ętate:aut plęrūqꝫ pro
tꝑis ꝛ anni qualitate. In ſenibꝰ grata cani/
cies:in pueri ꝓdigioſa ęſtate delectat prę/
ſius:hyeme indulgētiꝰ. Mulieribꝰ ornamē
to eſt coma:dedecori eſt viris. Deniqꝫ apľs
1. Cor. 11. euidentiꝰ expreſſit h̾ dicēs:Nam ipſa natu/
ra docet vos:ꝙ vir ꝙdem ſi comam nutriat
ignominia eſt illi:mulier vero ſi capillos ha
beat glīa eſt illi. Quid de ipſa regia loquar
ꝑ quam aulici ſermones prodeunt : quidaꝫ
mentis noſtrę indices animiqꝫ internūcij?
Quid de ipſo dentium ordine:qui cum ſuo
opere:toti quidem corpori vires miniſtrēt:
cum etiam modulatores ſunt vocis ipſius?
De quibus ſi quid ceciderit vox claudicat.
Hęc de capite prolixius diximꝰ :quia opor/
tuit ſenſus omnes in ſūmo locari: vnde om
nia per reliquas partes officia diuiderent͛.
Capiti autem noſtro:aut tergo ceruix ꝓxi-
ma:dextra lęuaqꝫ brachia ſunt : quę arcem
imperialē tāqꝫ fida tuent͛ cuſtodia . Deniqꝫ
hęc in nobis validiora:quę propiora capiti
hęc pręſtātiora. Pectus quoqꝫ velut quod/
dam ſacrarium ſapiētię:ꝛ ſtomachus velut
quidam teſtis(vt medici aiunt)ꝛ cōſcius ſe
cretoꝝ capitis:compaſſioniſqꝫ conſors: cui
ſua omnia vel ſalubria: vel aduerſa trāſfun
dat. Latera:natice:fęmora:et crura : mēſu/
rę latitudinem ipſa ſpecie ſignificāt pedūqꝫ
greſſus . Qui etſi exiliores vident͛ : fiunt tñ
latiores cū incedimꝰ.

## Quid ſignificet oſtiū ex aduerſo ĩ arca factū.Et quēadmodū qui re/tro erāt: priores facti ſint: Ca.VIII.

Vlchre autē addidit : Oſtiū ex ad/ Gen. 6.
p uerſo facies:eā ꝑtem declarans cor
poris ꝑ quaꝫ cibos egerere ꝯſueui-
mus: vt quę putamꝰ ignobiliora eſſe corpo
ris:his honorē abūdātiorē circūdaret . Qḋ
multo gratius ſcriptura expręſſit: ꝙ̄ ſocra-
tes in libro platonis dixiſſe legit͛ . Nā iſtud
moyſi ſcriptis:ſiue ipſe ſocrates: ſiue plato
qui ĩ ęgypto fuit:potuerit vel legere: vel ab
alijs ꝑcipere qui legerāt :decoro motus in/
uento:oſtium ſibi aptuꝫ putauit: vt oꝑato/
ris noſtri ꝯſilium ꝑdicaret:laudans eo ꝙ id
potiſſimum decori cōuenerit: vt ductus ꝙſ/
dam vel exitus cuniculorū noſtrorum a ter-
go auerteret:ne in purgationibꝰ ventris cō
ſpectꝰ noſter offenderet͛. At vero apľs: Quę 1. Cor. 12.
videt͛ inquit membra corꝑis infirmiora ne-
ceſſaria ſūt: vno ac ſimplici ꝟbo deſcriptio
nes phię ſuꝑgreſſus:ꝛ ꝗ putamꝰ ignobilio/
ra eē mēbra corꝑis : his honorē abūdātiorē
circūdamꝰ:et ꝗ ĩhoneſta ſūt nr̄a :honeſtatē
abundātiorē habēt . Sobrietatis eñ nr̄ę et
tēperātię indiciuꝫ:ꝑcipue illic cognoſcitur.
Helluones eñ:aut diſtendunt͛ cruditate vſ
qꝫ ad periculū:aut plęrūqꝫ ſoluūt͛ viſceribꝰ
exinanitis. Qḋ pulchre etiā ad ecclię mem/
bra apľs retulit. Quę eñ inhoneſta ſūt nr̄a
ac ſuꝑflua:niſi luxuria:niſi laſciuia? Quibꝰ
ſi quis iuuentę irretitus tꝑe :cū ad maturi-
orem ętateꝫ ꝓceſſerit: veniat ad baptiſmū:
renunciet ſuꝑioribꝰ:moreſqꝫ priores exuat:
peccata deponat:ꝯſepeliat͛ cū dn̄o ieſu chri
ſto:crucifigat͛ ei mūdꝰ: ꝛ ipſe mūdo . None
is pctōꝝ remiſſione donatus :abundātiorē
honeſtatē:ꝙ̄ ille cathecuminus:cuiꝰ vita ino
cētior habere eſtimat͛? Et vt apli ipiꝰ exēplo
vtamur:iudęꝰ erat:ꝑſecutor erat: vocatꝰ ad

gratiam chriſti: cepit eſſe apl'us. Et q2 pl' ei dimiſſum eſt: pl' cepit diligere: abundanti' ceteris apl'is laborare: vas electionis fact': doctor gētiū miſſ'. Nōne etiā apl'oꝝ ipſoꝝ plurimis: vberiorē ⁊ honeſtiorē ꝯſecutus ē gr̄iā: q̄ ante ⁊ inhoneſt' ⁊ inglorioſus fuit: cum ꝑſequeref eccleſiā dei? Paup iſte debilis: in eccl'ia te redemit ſuis votis. Et vt maiora aperiam' myſteria: quid tam ignobile q̄ gentilis popul'? Pauper: vtpote q̄ nulla haberet eloquia dei: debilis et vtroq; pede claudus: qui nec in legem nec in euangeliū crediſſet: vocatus tamē credidit ei: baptizatus accepit gratiā. Itaq; quia plus ei dimiſſum eſt: plus diligit. Remanſit iudeoꝝ populus: lꝫ vno pede claudus: q̄ſq; ⁊ i ipſa lege claudicet. Itaq; ille qui glorioſiſſimus habebaf: amiſit omnia: mirabilem conſiliarium: ⁊ prudentem architectum: ⁊ ſapientē auditorem. Iſte qui imobilis erat adeptus omnia: fidei titulo: tropheo martyrum: angelorum gloriatur ꝯſortio. Ergo plato qḋ potuit ſermonis nitorem adhibuit: apoſtolus autem qui habebat dei ſpiritū: reuelauit myſterium. Satis dictū ē de oſtio: quoniam qui retro erant priores facti ſūt.

## Quid ſit q̄ inferiora arce bicamerata ⁊ tricamerata eſſe debeant. Et q̄ deus per arcę figuram voluerit nos edocere quemadmodū a diluuio intēpantię tuti eſſemus ꝑ remediū electionis iuſti: Ca. ix.

Nunc illud quęram' quid ſit qḋ ait dn̄s: Inferiora arcę bicamerata et tricamerata facies. Inferiora q̄dē dicēdo: aduertim' q̄ pulchre nos ſentire voluerit inferiori loco eſtimāda ciboꝝ receptacula: hoc eſt ea viſcera q̄ acceptū conficiunt cibum. Corruptibilis em̄ eſca eſt. Qḋ autē corruptibile: non ſupioribus ſed inferiorib' cōpandum: ſimul quia cibus deorſum ferf: cuius exigua portio viribus corporis alimonięq; ꝑficit. Reliqua vero pars aluo purgāda deducif: quia inteſtina ſunt ꝑ q̄ deſcendunt ciborū ſupflua. Ita operator noſter inſtituit vt non extenta a ſtomacho ad imū: ſ; ſinuata ſint ac reflexa: quo vitę nr̄ę vſus ꝓpagaretur. Nam ſi extenderentur inteſtina hominis quę ſuſcipiūt ⁊ deducunt cibū: ſtatim ſine vlla pertranſiret mora: ⁊ neceſſe eſſet ſemp eſurire nos: iugit epulari: aut deficiente alimentorū ſubſtantia: deficere ilico. Nunc autem in illa inteſtinoꝝ reflectione ac ſinuatione biptita ac triptita adhęret cibus: et deſcēdendo paulatim vires miniſtrat: ſucum infundit corpori: tenet ſatietatem: differt edendi appetentiam: nec ſubita effuſio: nec repētina euacuatio eſt: nec inexplebilis appetentia eſt: nec inſatiabilis epulandi libido. Primum ergo indigentia eſt ⁊ fames. Deinde ex his ſequetur edendi ſine intermiſſione continuatio. Quid autem deformius q̄ ſemper ventri ſtudere? Qui cū repletur vacuandus eſt: cū vacuatur replēdus. Tertium quid ſuperat niſi mors inter ipſos cibos epulaſq; permixta? Quomodo enim poterant diutius vitā ꝑducere: ſimul edentes et eſurientes: bibentes ſitienteſq;: ⁊ priuſq̄ replerētur exinanientes omne qḋ ſumpſerant: ſtatimq; eſurientes? Nunc autem dum paulatim deſcēdit eſca: famem et cruditatē naturalis temperat prouidētia. Primum em̄ in ſtomacho quem plęriq; vētrem appellant ſuperiorem: cibus cōficitur: deinde coquitur in iecore: atq; eo digeritur vapore. Sucus eius diuiditur certis viſcerum portionibus: ex quo omne corpus valeſcit. Qḋ ſatis iuniorū incremēta: ſenū teſtificatur ꝑſeuerantia. Reliquū cibi in ventrem defluit: quem omnes ventrem appellamus ſine adiectione. Plęriq; dicunt ventrem inferiorem: ex quo fimus neceſſe ē: qui plenus iam corruptionis deſcenderat egeratur per illud ex tranſuerſo oſtium. Hec cū ita naturali inſtitutione ad dei ꝓceptionē cōpoſita videanf: tamē ſi nō edēdi a nobis agendiq; modus ſeruef: tanq̄ exuberantibus paſſionib' generaf diluuiū ⁊ quędam totius labes corporis. Intēperantia enim accēdit libidinem: cruditatem generat: corruptelā creat. Itaq; aut duricia interna tēduntur et quatiuntur doloribus: aut incocto ciborum humore et indigeſtionis aſperitate: interior quidam inteſtinorū amict' raditur: quia velut chartę ſpecie gemin' eorum amictus aſſeritur. Unus exterior quē continuū aiūt periti: vel qui curioſius ſcrutati ſunt: a ſummo ad imum directus. Ali' interior tanq̄ laterib' attextus: vnde aiūt non totū ſolui cū raditur. Nam ſi continu' eſſet interior: inmedicabilis ei' ſciſſura foret illic per moram adiunctionū: adhęrere ciborum reliquias. Quę ſi adiunctiōes ſoluanf trāſire ſemeſos cibos et pot' defluos: hoc ē



hominis diluuiū. Unde mihi videtur ꝑ arcę hui' figurā voluiſſe deū nos edocere quēadmodū ab hoc ſpeciali tuti ſim' diluuio. Corruptela em̄ diluuij cauſa eſt: ea vbi creꝑſerit aperiunf aquę: ebulliunt omnes fontes cupiditatū: vt totū corpus tanto ⁊ tam ꝓfundo vitioꝝ fluuio mergatur. Nihil eſt em̄ q̄ tam miſerę ſeruituti ſubijciat hominē q̄ libido atq; eiuſmodi cupiditates: quę iugo quodam criminū graui: deprimūt miſeram ꝯſcientiam: vt ſe nequeat attollere vtpote quę libertatē inocentię amiſerit. Maximum ergo in hoc diluuio eſt remediū: vt iuſtum ꝓferas: eumq; mādati cęleſtis executorem eligas. Quis eſt iuſtus in nobis niſi mētis vigor: qui intra iſtā arcam includat omne animantiū genus quod eſt ſuper terram? Cohibe ergo ⁊ tu omnes irrationabiles paſſiones tuas: om̄eſq; ſenſus tuos mēti ſubijce: animiq; imperijs aſſueſce. Euolare foras non ſinas cupiditates tuas: exire i vulgus libidinē: et per rationabilē mentē poteris etiam irrationabilia tua ⁊ imunda peccata: ab om̄i piculo diluuij liberare.

## De tribus cauſis ob quas muta animātia: quę peccandi ſenſum nō habēt per diluuiū ſubiecta ſint penę: cum altiori myſtica quadā interpretatione: Ca. x.

Omnia inquit quę ſunt in terra morientur. Quid itaq; muta deliquerant animātia: qua cauſa ſubiecta ſunt penę: q̄ peccādi ſenſū non habēt? Sed quēadmodū in bello cum imperator ab hoſte occidif: cōmorif eius exercit': atq; om̄is cōminuif virtus militaris: ſic non diſcrepare a iuſticia viſum eſt cū interiret homo: cui regalē quandā dn̄s deus in om̄e animātiū genus ptātē dedit: vt oibus volatibus: feris: beſtijs: imperiali ꝓeſſet auctoritate: q̄ etiā pecudes et quęcūq; erāt irrationabilia cōmorerenf animalia. Deniq; ſi quādo eſt peſtilentia: corrupto cęli tractu: prius ea q̄ ſunt irrationabilia lues dira contaminat: ⁊ maxie canes: equos: boues: atq; ea inficit quę cum hominib' cōuerſari videntur. Sic morbi vis gen' humanū implicat. Hęc igif prima cauſa vt arbitror iuſtę aſſertiōis. Secūda illa: quia nemo accuſat naturā: cur reliqua corporis noſtri mēbra moriantur ſolo capite ſublato: cum multos videamus amputatis manib' et pedibus ſuꝑuiuere. Sꝫ nōn eadē cęteroꝝ membroꝝ eſt ꝓrogatiua: quę capitis. Ideoq; abſciſo eo vnde ſenſus noſtri in reliquū corpus ꝓdeunt: moriūtur etiā omnia membra: nec in eo aut operatoris ꝓuidentia deſeritur: aut ſubſtātię humanę redarguif. Similiter ergo nemo nūc arguat: quia caput et pncipale quoddā cęteroꝝ animaliū homo eſt: Quo moriente non debet mirū videri: ſi cętera moriantur animalia. Tertium illud eſt: quia rationis expertia: nō propter ſe: ſed propter hominē generata ſunt animalia. Hominis em̄ cauſa: cē precepta ſunt: eorū ſubiectione humana ꝓſtare conditio. Deniq; gratię hominis attribuit ꝓpheta dicens: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues et boues vniuerſas: inſuper ⁊ pecora campi: volucres cęli: ⁊ piſces maris: quia ꝓpter ipſū illa omnia: alia ꝓpter vtilitatem: alia delectationis gr̄a: alia voluptatis: Conſequēs ergo erat vt cū deleref homo a facie terrę: ꝓpter quem facta ſunt: etiā ipſa pari delerentur occaſu. Hęc ſm ſimplicem lectionis expoſitionē. Altior autē ⁊ ꝓfundior iterpretatio illud attexit: q̄ vbi anima molę paſſionū curuatur graui et quaſi diuerſarū cupiditatū mergif ęſtu: terrenę omnes cogitationes ⁊ concupiſcentię i precepss ruūt. Quia peccator vnuſq̄ſq; q̄ grauiora flagicia cōmiſerit: eo fit inſolentior. Nanq; vſu atq; exercitatione improbitas augetur: et impunitate nutritur audacia. Recedit itaq; ab omni reſpectu honeſtatis: et in eo terrena omnia moriuntur: lętalis peccati acerbitate: quę vera perpetua morte peccatorem deleat. Nemo em̄ graui' moritur q̄ qui peccato viuit. Moriuntur in eo paſſiones ſingulę: moritur viſus qui peccatum annūciat: qui mulieri fallaci intēdit: qui capitur alieni vult' decore. Quem oculi meretricis ligauerint: quem aſpectus illaqueauerit fornicarię. An non videtur mori qui ſibi libidinis telum impreſſerit: qui ſpōtaneus in foueam mortis irruerit? Moritur et auditus cum refert crimina: cū ſollicitantis adulteri ſermonē annunciat: cū inſerit animis verba meretricis: quę ſeducit iuuenē multo blandimento ſermonis. Laqueis autem labiorum ſuorum illigat Prouer. 7.
eū. M[illegible]itur ex ſilentio: ſi non ꝯfiteaf deo.
Morif multiloq̄ q2 ſcꝑtū ē: Ex multiloquio nō effugies peccatū. Prouer. 10.
Moritur ꝑ iracūdiam cum pretergreditur mēſuram vltionis. Ois

Ps. 8.

nanqꝫ poſtremo ſenſus moꝛitur ſi miſter ſit
iniquitatis.

**Q̄ꝺ abſumptis omnibꝰ terrenis
diluuio: ſolus iuſtus ſe et domum
ſuaʒ ſeruet: Et ꝗ̄ pulchꝛe iuxta my
ſticam interpꝛetationeʒ dominus
ad noe dixerit: Quia vidi te iuſtū i
generatione iſta: Ca. XI.**

E ideo quia terrena omnia moꝛiun
e tur diluuio: ſolus aūt iuſtus in ęter
num manet: ad ipſum dicitur: Sta
tuam teſtamētum meum ad te: quia ipſe di
uinę eſt heres gratię: ipſe cęleſtis poſſeſſoꝛ
hęreditatis: beatiſſimoꝛum conſoꝛs bono
rum. Et homines quidem cum moꝛiuntur:
patrimoniū ſuum teſtamento tranſcribere
ſolent: nec cedit hęreditas donec viuit teſta
toꝛ. Deus autem cum ſit ſempiternus trāſ
fundit iuſtis diuinę hęreditatem ſubſtātię:
⁊ ipſe non indigens: donat ſua ſine vllo do
nationis diſpendio. Quem non grauāt ſu
oꝛum conſoꝛtes bonoꝛum: magiſqꝫ fruitur
2. Coꝛi. 8. eo quo nos vtimur. Deniqꝫ dominus ieſus
pauper factus eſt cum diues eſſet: vt illius
inopia ditaremur. Qui teſtamētū vtrunqꝫ
ſuo cōſūmauit ſanguine: vt nos vitę ſuę co
hęredes: ⁊ moꝛtis faceret hęredes: quo ⁊ vi
tę haberemus conſoꝛtium et moꝛtis benefi
cium. Multuʒ autem tribuit iuſto dicēdo:
Statuā teſtamentū meum ad te: eo ꝙ rati
onabilis ipſe vir: ſit teſtamentuʒ dei. Ipſe
eſt eñ hęreditas: ipſe poſſeſſio in quo virtꝰ
diuini teſtamēti eſt: in quo fructus iudicij:
in quo hęreditas ꝓmiſſiōis: de quo dauid
Pſ. 126. dic: Ecce hęreditas domini filij merces fru
ctus ventris. Sed iam ſalua expoſitione ꝓ
fundioꝛis myſterij: ad reliqua pergamus.
Intra inquit tu et omnis domus tua in ar
cam: quia te vidi iuſtum in generatiōe iſta.
Manifeſte fides ꝓphetic ſententię: etiam
hoc aſtruitur loco: quia ſtultus ſibi ſoli ſtul
tus eſt: ſapiēs autem ſibi et plurimis ſapit.
Itaqꝫ noe iuſti merito etiaʒ domus eius in
diluuio ſeruatur. Sic i mari nauigantes: ⁊
in bello exercitus: ſi illis non deſit guber
natoꝛis peritia: iſtis imperatoꝛis pꝛudētia:
a periculo tuti ſūt: aliena ope. Sed quia bo
ni imperatoꝛis bonus exercitus: ideo etiaʒ
laudeʒ iuſti in eo intelligimus non pꝛęteri
ri: qui talem inſtituit domum ſuam vt vir
tutis fulgeret ꝯſoꝛtio. Meritoqꝫ inuenit ſa
lutem cognatio: nec repugnat: quia poſtea
aut filius: aut vxoꝛ offendit. Doꝛmiebat iu
ſtus cum erraret filius. Fęmīa quoqꝫ vtpo
te ſexus fragilioꝛis mole periculi turbata:
quę totuʒ oꝛbem diuino incendio perire cre
deret: quid miraris ſi virum non potuit ſe
qui: cū ipſe iuſtus ab angelis monitus vix
euaſerit? Quid auteʒ mirum ſi homini ob
repit erroꝛ: aut ſe relaxat intentio? Argue er
manitatẽ:ne inſidiatoꝛes pudoꝛis eius tan
quã ęmulũ ⁊ vindicẽ vxoꝛis necarent. De/
niqꝫ ſimul vt viderunt illã ęgyptij admira/
ti ꝙ ſpecioſa eẽt valde:induxerũt illã ad re/
gem ſuũ:⁊ cũ abꝛaam bene egerũt: tanquã
fratrẽ eius quę placuiſſet regi honoꝛantes.
Afflixit aũt dominus pharaonẽ afflictioni/
bus magnis ⁊ ſęuiſſimis:⁊ domũ eiꝰ ꝓpter



ſaram vxoꝛem abꝛaę. Magnũ teſtimoniuꝫ
documentũqꝫ caſtitatis. Intuendus locus
ita hoꝛtatoꝛius vt vnuſquiſqꝫ ſe caſtum ꝑ/
beat:alienũ non affectet thoꝛum:nec laten
di ſpe aut faciendi impunitate alienã vxo/
rem inceſtet:nõ incuria aut ſtulticia ꝓuoce/
tur mariti:aut longioꝛe abſentia. Adeſt pꝛę
ſul cõiugij deꝰ quẽ nihil lateat:nullus eua/
dat:nemo irrideat:vicẽ abſentis mariti tu/
etur:ſeruat excubias:imo ſine excubijs de/
ꝑhendit reuꝫ antequã faciat qđ parauerit:
in animis ſingulorũ:in mentibus vniuerſo
rum crimẽ agnoſcit. Et ſi maritũ adulter fe
felleris:nõ falles deũ:etſi marituꝫ euaſeriſ:
etſi iudicem foꝛi luſeris:nõ euades iudicem
totius mundi. Ille grauius vlciſciꝛ iniuriã
inopis:qꝫ cõtumeliã iꝓudẽtis mariti. Ma
ioꝛ eſt eñ iniuria:auctoꝛẽ qꝫ cuſtodem tha/
lami ſpꝛetum ⁊ nõ cõſideratuꝫ. Ipſe quoqꝫ
pharao licet rex ęgyptioꝝ:quẽ ⁊ inſolentia
regalis potẽtię ſupinaret: ⁊ ęgypti laſciuia
atqꝫ luxuries a ſtudio caſtitatis abduceret:
Uocauit abꝛaã ⁊ arguit eum dicenſ:Quid
hoc feciſti mihi? Quare non dixiſti mihi qꝛ
vxoꝛ tua eſt? Sed dixiſti mihi: qꝛ ſoꝛoꝛ tua
eſt:⁊ ſumpſerã eam mihi vxoꝛem:⁊ nunc ec
ce mulier tua ante te. Etſi natura ferus ac
barbarus:tamen ſignificat etiaꝫ exteris ac
barbaris moꝛibus eſſe curã pudoꝛis:⁊ adul
terij etiam ſibi crimen cauendũ. Qui ꝑten/
dit ignoꝛantiã:cõdemnat intemperantiaꝫ.
Nec mirum ſi barbarus ius nouit naturę:
muta animalia licet nullis cõſtringantur le
gibus:ſunt tñ aliqua quę nõ ſolũ paribꝰ ſu
is copulę ſeruẽt fidẽ:verumetiã coitus vni/
us caſtitatem cuſtodiant. Ita maioꝛ lex na
turę qꝫ legum ꝑſcriptio eſt. Non mirum er/
go ſi ⁊ iſte ęgyptiꝰ rex deum timuit: qui ho/
minẽ non timebat:⁊ pęnam ſoluit adulterij
qui nullis teuebatur reus legibꝰ: ſtatimqꝫ
vbi alienã eſſe cognouit vxoꝛem: nõ ſolum
marito reddidit:verumetiã ꝓſecutoꝛes de/
dit qui deducerẽt eum: ne quis de populo
barbaro irrogaret violentiã:vel peculio vi
ri:vel vxoꝛis pudoꝛi. Pulcherrimꝰ ⁊ hic lo/
cus ad incitandę ſtudium deuotionis: ꝙ is
qui deuꝫ ſequiꝛ tutus ſemꝑ eſt. Et ideo de/
um ꝑferre debemꝰ omnibus: nec patrię cõ/
tuitu:nec parentũ filioꝛumqꝫ gratia:nec vx
oꝛis contemplatione reuocari debemus ab
executione pꝛęceptoꝛũ cęleſtiũ: quia deus
nobis omnia illa largiꝛ:⁊ potens eſt ſerua/
re quę donat. Itaqꝫ magnũ exemplum de/
uotionis abꝛaę:ꝙ cũ vxoꝛe ſpecioſa deſcen/
dit in ęgyptum. Erat quidẽ iuſto viro cura
cõiugalis pudicitię:ſed maius erat ſtudiuꝫ
maturandę deuotionis:ne ꝑtuliſſe cuſtodi
am thoꝛi mãdatis videreꝛ cęleſtibꝰ. Itaqꝫ
quoniã ꝓpter deum cõtempſit omnia:rece
pit a deo multiplicata omnia: ſed pꝛimã de
us pudicitię tribuit remuneratiõnẽ: quam
grataꝫ ſciebat cõiugij. Nã qꝛ ſtudio obeun/
di cęleſtis oꝛaculi:vxoꝛem quoqꝫ in pericu/
lum deduxit pudoꝛis:etiam caſtimoniã cõ/
iugij defendit.

## De ceteris abꝛae virtutibus: videlicet pꝛudentia:iuſticia: charitate atqꝫ parſimonia. Et quemadmodum rixas inter ſeruulos ſuos ac nepotis eius exoꝛtas fibꝛã diſcoꝛdie amputãdo ſedauerit: Ca.iii.

p Rimas igitur partes ſibi iuſto oꝛdi
ne vendicauit deuotio: Uideamuſ
⁊ cęterarũ virtutum gratiã. Mulce
batur ſanctus abꝛaam nepotis ꝑſentia: cui
patrium affectũ exhibebat. Incidit rixa in/
ter ſeruulos nepotis ⁊ patrui. Aduertit pꝛu
dentioꝛ:ſeruuloꝛũ diſſenſionibꝰ:dominoꝛũ
concoꝛdiã ſolui ſolere:amputauit fibꝛã diſ/
coꝛdię ne contagiũ ſerperet. Tolerabilius
eñ putauit:vt copula ſequeſtrareꝛ: qꝫ gra/
tia dirimeretur. Qđ te facere opoꝛtet: ſi foꝛ
te huiuſmodi aliquid incideris: vt ſemina/
rium diſſenſionis auferas. Neqꝫ eñ tu foꝛ/
tioꝛ qꝫ abꝛaam. Ille declinãda cenſuit non
deſpiciẽda ſeruuloꝛũ iurgia. Etſi tu foꝛti/
oꝛ:caue ne alter infirmioꝛ qui aurẽ pꝛębeat
ſeruuloꝛũ ſuſurrijs. Frequẽter indiuiſa ſer/
uitia:inter parentes diſcoꝛdiã ſerunt. Diui
de potiꝰ vt maneat amicitia. Indiuiſa do/
mus duos nõ ſuſtinet. Nõne meliꝰ eſt emi/
grare cum gratia:qꝫ cohabitare cum diſcoꝛ
dia? Ipſa quoqꝫ cuiuſmodi eſſe debeat di/
uiſio patriarcha edocet. Firmioꝛ diuidat:
infirmioꝛ eligat: ne habeat qđ conqueraꝛ.
Electionis eñ ſuę partẽ nõ poterit calum/
niari. Non reſidet occaſio reſiliendi:cui da/
tur optio eligẽdi:nec diuiſoꝛ grauatur. Nã
quo pꝛudentioꝛ:eo cautioꝛ:vt nec in diuiſi/
one circũſcribatur:nec in electione fraude/
tur. Diuiſit abꝛaam quia nõ capiebat in/
quit illos terra habitare ſimul: quia nimiũ
diuites erant. Sęculare vitium: vt diuites

terra nō capiat. Nihil eñ ſatis eſt diuitum
cupiditati. Quanto ditior quis fuerit: tan/
to auidior ad poſſidendū eſt. Extēdere agri
terminos cupit: ⁊ vicinū excludere. Nunqd
huiuſmodi abraā? Minime: ꝗuis in princi
pio ⁊ ipſe impfectior. Unde eñ pfectio an/
Matth. 19. te aduentū chriſti? Nondū venerat qui di/
ceret: Si vis pfectus eſſe vade: vende om/
nia quę habes ⁊ da pauperib⁹: ⁊ veni ſeque
re me. Tamē vt minime auarus electionez
offert: vt iuſtus diſſenſionē amputat. Non
ſit inquit rixa inter me ⁊ te: ⁊ inter paſtores
meos ⁊ paſtores tuos: quia omnes nos fra
tres ſum⁹. Nōne ecce tota terra ante te eſt?
Diſcede a me: ſi tu in dextrā ego in ſiniſtrā:
vel ſi tu in ſiniſtrā ego in dextram. Et leua/
uit oculos loth: ⁊ elegit irrigua: regionē in/
quit iordanis: quia tota irrigabat ⁊ erat ſi/
cut paradiſus dei. Plerūqꝫ poſſeſſiones ob
ueniunt hereditarię: alię vtiliores: alię amę
niores. Nō vtiqꝫ in portione ſecundę ſunt.
Nam incipit minui ſingulaꝝ meritum. Sꝫ
ſi nō queunt partes de vtiliorib⁹ cōuenire:
cōferantur amęnę vtiliorib⁹. Diuerſa homi
nuꝫ ingenia ſunt: alios vtilia: alios amęna
delectant. Infirmior amęniora eligit: vtili/
ora faſtidit. Uillicus nōnūquam vtilis eſt:
vel actor agri cōfertur vrbano. Si inſipiēs
ſit elector: aut cocum eligit: aut vocalē quē
venuſtioris gratię putat: refutat vtiliorem.
Plerūqꝫ etiam vbi fructus impares ſunt:
prudētior amęniora declinat. Cito inuidiā
mouēt: cito in ſe excitant mentē auari. Hic
tamē nihil dixit ſcriptura de eo ꝙ alia pars
vtilior: alia amęnior fuerit: ne ſtudio abraā
cepiſſe oculos adoleſcentis videret. Amę/
nam partē vnam deſcripſit: nō addidit alte
ram vtiliorem. Neceſſe erat vt de tota regi/
one duas partes faceret: deinde pſentia nō
abſentia diuidebat. Una regio capere vtrū
qꝫ non poterat. Qđ potuit ſummę eſſe iuſti
cię: electionez obtulit. Loth amęnā elegit:
quę cito prędonū oculos incurrit. Hinc bel/
lum inter reges: aduerſariorū victoria: inco
larum captiuitas. Itaqꝫ eñ loth infirmio/
ris conſilij preciū luit: non terrarū infęcun/
ditate: ſed amęnitatis inuidia deceptus: vt
etiam ipſe captiuus duceret: quoniā vitio
ſeruilis nequitię a prudentiore deflexerat: ⁊
partem flagitioſorū elegerat. Sodoma eñ
luxuria atqꝫ laſciuia eſt. Ideoqꝫ declinatio
latina interptatione dicitur loth: ꝙ is vi/
tia eligit qui a virtute declinat: et ęquitatē
deflectit. Quo comperto abraam numera/
uit ſeruulos ſuos vernaculos: ⁊ cū trecētis
decem ⁊ octo viris adeptus victoriā libera/
uit nepotē. Probatur diuiſionis affectus:
quādo ſic amabat nepotē vt ꝓ eo nec belli
declinaret periculū. Quid eſt numerauit?
Hoc eſt elegit. Unde illud nō ſolum ad ſci/
entiā dei refertur: ſed etiā ad gratiam iuſto/
rum: qđ in euangelio dixit dominus ieſus: Luc. 12.
Et capilli veſtri numerati ſunt. Cognouit 2. Timoth. 2.
autē domin⁹ qui ſunt ipſius: eos autez qui
nō ſunt ipſius nō dignatur cognoſcere. Nu
merauit autē trecentos decem ⁊ octo: vt ſci
as nō quantitatē numeri: ſed meritū electi/
onis expreſſum. Eos eñ aſciſcit quos dig/
nos numero fideliū iudicauit: qui in domi/
ni noſtri ieſu chriſti paſſionē crederent. Tre
centos eñ. T. gręca littera ſignificat: decem
⁊ octo autē ſummā. I H. exprimit nomen fi/
dei. Ergo merito abraam vicit: nō populo/
ſo exercitu. Deniqꝫ eos quib⁹ quinqꝫ reguꝫ
arma ceſſerunt: cū paucis egreſſus vernacu
lis triumphauit. Sed qui vincit non debet
arrogare ſibi victoriā: ſed deferre deo. Hoc
abraam docet: qui triumpho humilior fac/
tus eſt nō ſuperbior. Sacrificiū deniqꝫ ob/
tulit: decimas dedit: ideoqꝫ eum melchiſe/
dech qui interptatione latina dicitur rex iu/
ſticię: rex pacꝭ: benedixit. Erat eñ ſacerdos
ſūmi dei. Quis eſt rex iuſticię ſacerdos dei:
niſi cui dicitur: Tu es ſacerdos in ęternum Pſ. 109.
ſm ordinē melchiſedech: hoc eſt: dei filius:
ſacerdos patris: qui ſui corporis ſacrificio:
patrē noſtris repropitiauit delictis? Quan
tum autē illud quod de pręda victorię nihil
voluit cōtingere: nec oblatum ſumere? Mi
nuit eñ fructū triumphi: mercedis ſuſcep/
tio: ⁊ beneficij arrodit gratiā. Plurimū eñ
refert: vtrum pecunię an glorię dimicauerꝭ.
Alter mercennarij loco ducit: alter dignus
habetur cōſeruatoris gloria. Iure ſanctus
de pręda vſurpare aliquid vel oblatū recu/
ſat: ne dicat qui dedit: quia ego diuitez feci
eum: hoc ſolum ſibi ſatis eſſe teſtificat: qđ
paſtui pręliantiū iuuenū pfeciſſet. Dicet ali
quis: Cū ipſe vicerit: quomodo dicit ad re/
gem ſodomoꝝ: nihil ſumā abs te: cum prę/
da vtiqꝫ in poteſtate victoris fuerit? Docet
militarem diſciplinā vt regi ſeruentur om/
nia. Sane his qui ſecū fuiſſent in adiumen
tum fortaſſe ſociati: partē emolumenti tri/



buendā aſſerit tanquā mercedem laboris.
Ideoqꝫ quoniā ſibi mercedem ab homine
non quęſiuit: a deo accepit: ſicut legimus
ſcriptum: Quia poſt hęc factum eſt verbuꝫ
domini ad abraam in viſu dicens: Noli ti/
mere abraam: ego ꝓtegam te: merces tua
multa erit valde. Nō eſt ſerus ad remune/
randū domin⁹: ⁊ cito ꝓmittit: ⁊ multa largi
tur: ne infirmos animos per dilationē ali/
quā ſubeat pęnitentia ꝯtempſiſſe pſentia:
⁊ velut quadā vſuraria largitate cōpenſat:
vt vberiora reſtituat ei qui captus nō fue/
rit oblatione pręſentiū. Ab ipſo quoqꝫ do/
mino mercedeꝫ quā poſtulet cōſideremus.
Nō diuitias vt auarus expoſcit: nō longę/
uitatem vitę iſtius vt meticuloſus mortis:
nō potentiā: ſed dignum quęrit ſui hęredē
laboris. Quid mihi inquit dabis? Ego aūt
dimittor ſine filijs. Et infra: Quia mihi ſe/
men ait nō dediſti: vernaculus meus mihi
hęres erit. Diſcant ergo homines cōiugia
nō ſpernēre: nec ſibi ſociare impares: ne hu
iuſmodi ſuſcipiāt liberos quos hęredes ha
bere nō poſſint: vt vel tranſfundendę hęre/
ditatis cōtemplatione ſi nullo cōtuitū pu/
doris mouētur: digno ſtudeant matrimo/
nio. Sed ſi abrahę ſententia ad corrigenduꝫ
minus pficit: accipe oraculū dei huiuſmodi
cōdemnantis hęreditatē. Nō erit inquit hę
res tuus hic: ſed alter qui exierit de te: ille
erit hęres tuus. Quē dicit alterum? Pepe/
rit eñ ⁊ agar filium hiſmael: ſed non ipſum
dicit: ſed dicit ſanctum iſaac. Et ideo addi/
dit: Qui exierit de te. Ille eñ vere exiuit ex
abraam: qui legitimo cōiugio ꝓcreatus eſt.
Sed per iſaac legitimū filium: illum verum
legitimū poſſumus intelligere dominū ie/
ſum chriſtū: quē in principio euangelij ſm
matthęum abrahę filiū legimus: qui vere ſe
abrahę geſſit hęredē auctoris illuminās ſuc/
ceſſionem: per quē abraam reſpexit in cęlū:
⁊ ſplendorē potentię ſuę agnouit nō minus
illuſtrem: ꝙ ſtellarum cęleſtium fulget clari
1. Cor. 15 tas. Sicut eñ ſtella differt a ſtella in clarita
te: ita ⁊ reſurrectio mortuorum: apoſtol⁹ di
cit: eo ꝙ reſurrectionis ſuę donans ꝯſortia:
homines quos mors ſolebat terris abſcon/
dere: regni cęleſtꝭ fecit eſſe participeſ. Quo/
modo autē abrahę ꝓpago diffuſa eſt: niſi per
hęreditatē fidei per quā cęlo cōparamur: cō
ferimur angelis: ęquamur ſtelliſ? Ideo ait:
Sic erit ſemen tuū. Et credidit inquit abra/
am deo. Quid credidit? Chriſtum ſibi ꝑ ſuſ
ceptionē corporis hęredem futurū. Ut ſci/
as quia hoc credidit: domin⁹ ait: Abraam Ioh. 8.
diem meū vidit: ⁊ gauiſus eſt. Ideo reputa
tū eſt illi ad iuſticiam: quia rationē nō quę/
ſiuit: ſed ꝓmptiſſima fide credidit. Bonum
eſt vt rationē ꝑueniat fides: ne tanquā ab
homine: ita a domio deo rationē videamur
exigere. Etenim ꝙ indignū vt humanis te/
ſtimonijs de alio credamuſ: dei oraculis de
ſe nō credamus. Imitemur ergo abraaꝫ vt
hęredes ſimus terrę per iuſticiā fidei: ꝑ quā
ille mundi hęres factus eſt.

## De defenſione immunitatis ad/ulterij abrae: qui ex ancilla filium ſuſcepit. Et cur circumciſio manda/ta fuerit: ⁊ tamen hodie non obſeruetur: Ca. IIII.

Sed fortaſſe dicat aliquis: Quomō
abraam nobis imitandū ꝓponis:
cum de ancilla ſuſceperit filiū? Aut
quid ſibi vult hoc eſſe: vt tantus vir huic er
rori fuerit obnoxius: cui⁹ tanta opera mira/
mur? Et ideo ne quodā more nauigantium
locuꝫ hunc quem plerıqꝫ vadoſum putant
declinaſſe videamur: rationē eius explana/
re cordi eſt. Non abnuo ꝙ abraam de ancil/
la ſuſceperit filiū: vt cognoſcaſ quoniā non
ſuperioris cuiuſdaꝫ naturę ac ſubſtātię fuit
abraam: ſed vn⁹ e numero ⁊ fragilitate vni/
uerſorū hominū. Deniqꝫ ⁊ de regione chal/
dęorum vocatus eſt: quos ſupſtitioni vanę
intentos eſſe magis ꝙ cęteros accipimus:
⁊ ideo maiorez inuenit gratiā apud deum:
quia poſteriorib⁹ renunciauit: ad priora ſe
extendit vt ſequeret deum. Propoſitus eſt
eñ ad imitandū tibi: vt ⁊ tu aduertas ꝙ ſi
peccatis renūcieſ poſſis emereri domini mi
ſericordiam. Mouere tamē aliquos poteſt
ꝙ iam cuꝫ deo loquebat: ⁊ ad ancillam in/
troiuit: ſicut ſcriptū eſt: Quia dixit ſara ad
abraam: Ecce cōcluſit me domin⁹ vt nō pa
riam: intra ergo ad ancillā meam: vt filium
facias ex illa. Et ita factum eſt. Sed cōſide/
remus primū: quia abraam ante legē moy/
ſi: ⁊ ante euāgeliū fuit: nōdū interdictū ad/
ulterium videbat. Pęna criminis ex tēpo/
re legis eſt: quę crimen inhibuit: nec ante le
gem vlla rei damnatio eſt ſed ex lege. Non
ergo in legem cōmiſit abraam: ſed legem ꝑ/
uenit. Deus in paradiſo licet coniugiū lau/

dauerit:nõ adulteriũ dãnauerat. Nõ vult
eñi mortez peccatoris:et ideo quod pręmij
eſt pollicetur:qȯ pęnę non exigit. Mauult
eñi mitibus ꝓuocare:ꝙ ſeuerioꝛib⁹ terrere.
Et tu peccaſti cũ gentilis eſſes:habes excu
ſationẽ:veniſti ad eccleſiaz: audiſti legem:
Nõ adulterabis:iaz excuſationẽ delicti nõ
habes. Tamẽ quoniã cũ his mihi ſermo eſt
qui ad gratiã baptiſmatis nomẽ dederũt:
ſi quis tantũ crimen fecit ſciat ſibi tribuen-
dam veniã:ſed quaſi ei qui crimẽ cõmiſerit
in reliquũ tamen abſtinendũ nouerit. De-
niqꝫ illi adulterę quã in euãgelio obtulerũt
ſcribę phariſęorũ:ignouit quidẽ domin⁹ ſu
Joh.8. perioꝛa:ſed ait:Uade ⁊ amodo vide ne pec
ces. Qȯ cũ illi dicit:tibi dicit. Feciſti genti-
lis adulteriũ:feciſti cathecuminus:ignoſci-
tur tibi:remittiť per baptiſmũ:Uade: ⁊ p⁹
hęc vide ne pecces. Habes vnã abꝛaam de-
fenſionẽ. Secũda illa eſt ꝙ nõ ardoꝛe ali-
quo vagę ſuccenſus libidinis:nõ petulãtis
formę captus decoꝛe:ancillę cõtubernio cõ-
iugalẽ poſthabuit thoꝛum: ſed ſtudio quę-
rendę poſteritatis ⁊ ꝓpagandę ſobolis. Ad
huc poſt diluuiũ raritas erat generis huma
ni:erat etiã religionis:ne quis nõ reddidiſ-
ſe debituz videretur naturę. Deniqꝫ ⁊ loth
ſancti filię hanc cauſam quęrẽdę poſterita-
tis habuerũt:ne genus deficeret humanũ:
et ideo publici muneris gratia:priuatã cul-
pam pręrexuit. Nec ocioſum eſt: ꝙ vxoꝛ au-
ctoꝛ facti inducitur: vt excuſetur marit⁹: ne
vago raptus erroꝛe credať:Simul vt diſcãt
mulieres diligere viros: nec agitari vana
ſuſpitione pelicat⁹:aut inuidere priuignis:
ſi ipſę liberos non ſuſceperint. Uxori bonę
coꝛdi erat excuſare apud virum ſterilitatem
ſuã: ⁊ ne cauſa eſſet viro ꝙ liberos non ha-
beret:ſuaſit vt intraret ad ancillã. Hoc fecit
lya: hoc rachel poſtea. Diſce mulier zelum
deponere:qui ſępe mulieres in furoꝛẽ inci-
tat. Sed ⁊ vos moneo viri maxime qui ad
gratiã domini tenditis nõ cõmiſceri adulte
1.Cor.6. rino coꝛpoꝛi. Qui eñi ſe iũgit meretrici vnũ
coꝛpus eſt:nec dare hanc occaſionẽ diuoꝛtij
mulieribus. Nemo ſibi blandiať de legib⁹
hominũ. Omne ſtupꝛum adulteriũ eſt: nec
viro licet quod mulieri nõ licet. Eadẽ a vi-
ro quę ab vxoꝛe debeť caſtimonia. Quicqd
in eam quę non ſit legitima vxoꝛ cõmiſſum
fuerit:adulterij dãnatur crimine. Ergo ad-
uertitis quid debeatis cauere: ne quis ſa-
cramentis ſe indignũ prębeat. Accipite eti-
am aliud:quia huiuſmodi intẽperantia ſol
uit charitatẽ cõiugij:ſuperbas ancillas fa-
cit:iracũdas matronas:diſcoꝛdes cõiuges:
cõcubinas ꝓcaces:inuerecundos maritos.
Simul vt domino ꝯceperit ancilla: ſpernit
dominã ſuaz:tãquã ditioꝛ partu: Domina
ſe deſpici dolet:maritum auctoꝛẽ iniuriarũ
ſuarum arguit. Deniqꝫ ſara ipſa marito an-
cillę ſuę poteſtatẽ dederat:⁊ poſtea dicit ad
eum: Iniuriã accipio ego ex te. Dedi an-
cillam meã in ſinum tuũ:vbi autẽ videt cõ-
ceptum eſſe:ſpꝛeta ſum inquit coꝛaz ab ea:
Judicet deuſ inter me ⁊ te. Quãtus doloꝛ:
ꝙ grauis querela ſit fęminarũ: lectione ex-
ponitur. Da impꝛouidũ ⁊ leuem maritum:
qui moꝛigerari neſciat:⁊ diuoꝛtij cauſas ex-
hibet. Sed abꝛaam vir moderat⁹ ⁊ pꝛudẽs:
Ecce inquit ancilla tua in manib⁹ tuis:vte-
re ea quomõ tibi placuerit. Maluit eñi vx-
oꝛem tenere:ꝙ famulã. Nec hoc tamen ple
num remediũ. Accepit poteſtatẽ mirandę
vxoꝛ:⁊ immoderati⁹ vltione permiſſa vtiť.
Qꝫ ſi ſara moderationẽ nõ tenuit:quę tene
bit? Ideoqꝫ ſcriptũ eſt: Et afflixit eaz ſara:
⁊ fugit a facie eius. Duo ſunt quę cõpꝛe-
hendit ſcriptura:vt ⁊ dominę grauẽ indig-
nationẽ expꝛimeret: ⁊ ancillę tumoꝛẽ ac ſu-
perbiã. Qꝫ afflixit eam ſara:ad iracundiaz
affligentis refertur. Qꝫ agar fugit ꝯtumeli-
am ſeruili patiẽtia non ferebat:quę ſibi he-
rilis cõtubernij vendicabat faſtigiũ: indig-
nata eſt iniuriã:quę induerat inſolentiam.
Deniqꝫ interroganti angelo quo iret:reſpõ
dit:A facie ſarę dñę męę ego fugio. Et hoc
tumoꝛis immodici: vt pꝛius nomẽ diceret:
poſtea dominã ſignificaret. Illud ad iniuri
am ꝑmiſſum:hoc ad expꝛeſſionẽ perſonę ad-
ditũ. Nõ placuit angelo ancillę inſolentia.
Et ideo dixit illi:Reuertere ad dominã tu-
am. Utiqꝫ nõ latuiſſet angelũ:ſi vi ſupplici-
oꝛum victa fugiſſet: et magis repꝛehendiſſet
verberantis ſęuitiã: ꝙ fugientis diſceſſio-
nem. Sed vt oſtẽderet quia tanquã ſuper-
ba fugiebat:ne ſubiecta eſſet dominę:addi
dit:Et humiliare ſub manibus eius. Opto
igitur vt hoc vitiũ nullus incidat: ſed ſi qs
inciderit:diſcat ancillã ſuam humiliare vxo
ri ſuę:nedũ vult ancillam vindicare: exclu-
dat vxoꝛem. Ergo abꝛaam ⁊ vnus de popu
lo erat gentili: ⁊ cauſa poſteritatis introie-
rat ad ancillam:quia vxoꝛ eius ſterilitatem



ſuam obumbꝛare cupiens:auctoꝛ eius facti
fuerat viro:et tamẽ nõ ocioſum eſt qȯ poſt
hoc deus ſtatim quia alia ei⁹ opera ꝓbaret:
vel huius facti pęnitentiã:dixit illi:Ego ſũ
deus tuus:emerere in cõſpectu meo: ⁊ eſto
ſine querela. Quaſi adhuc plene nõ emeru
iſſet:qui deſperaret ſterilis partũ vxoꝛis:et
de ancilla poſteritatẽ quęreret. Eſto inquit
ſine querela: hoc eſt: irrepꝛehenſibilis: vt de
te vxoꝛ nõ querať:nec quiſquã tua facta re-
pꝛehendat. Mutat eñi nomẽ littera addi-
ta:vt abꝛam vocaretur abꝛaam:hoc eſt: de
patre vano:ſicut habet latina interpꝛetatio:
vocaretur pater ſublimis:pater electus: vł
de patre fieret:⁊ pater filij. Uanus erat cuz
deũ neſciret:electus fact⁹ eſt poſtqꝫ cogno-
uit deum. Pater erat cũ de ancilla ꝓlem ha
beret:ſed pater filij nõ erat: quia nõ erat ei
filius:qui nõ erat legitimo ſuſceptus cõiu-
gio. Peperit ſara:⁊ factus eſt pater filij:cir-
cũcidi iubetur:accepturus veri ſeminis he-
reditatẽ. Nõne euidenter circũciſio carnis
ꝑceptum eſt caſtimonię:vt aliquis reſecet li
bidinẽ carnis:⁊ indomitas luxu ac laſciuia
refrenet cupiditates? Etenĩ circumciſionis
vocabulo id ꝑſcribitur:vt omnis impurita
tis fętoꝛ abſtergať:⁊ incentiuũ libidinis au
feratur. Duabus vſi ſumus defenſionib⁹:
Tertia quoqꝫ eſt: quã nobis apoſtoli pauli
tribuit auctoꝛitas:q̃ ait: Illa q̃ geſſit abꝛa-
am vt de ancilla ſuſciperet ſobolem:in figu
ram facta ſunt:⁊ ſm allegoꝛiã dicta. Allego
ria eſt cũ aliud geritur:⁊ aliud figurať:ſicut
Gal.4. etiã ipſe apoſtolus docet dicens:Sub lege
volentes eſſe:legẽ non legiſtis? Scriptũ eſt
eñi:Qm̃ abꝛaã duos filios habuerit: vnuz
de ancilla:⁊ vnũ de libera:ſed is quidẽ qui
de ancilla ſm carnẽ natus eſt:qui autẽ de li
bera ꝑ repꝛomiſſionẽ. Quę ſunt per allego-
riã dicta. Nã hęc ſunt duo teſtamenta:vnũ
quidem a monte ſyna in ſeruitutẽ generãs
quę eſt agar:Duos populos oſtendens de
abꝛaę generatione manare:vnũ iudęoꝛum
qui legis ſyllabis ſeruat:eo ꝙ de ancilla in
ſeruitutẽ videatur eſſe generat⁹:alterũ chꝛi
ſtianum:qui ad remiſſionẽ peccatoꝛum cęle
ſtis gratię libertatez acceperit. Quod ergo
putas eſſe peccatum: aduertis eſſe myſteri
um:quo ea quę in poſterioꝛib⁹ erant futura
tempoꝛibus reuelabũtur. Deniqꝫ addidit:
Uos autem fratres ſecũdum iſaac ꝓmiſſi-
onis filij eſtis. Ideo inquit: Nolite quęre-
re opera legis:quoniã nõ iuſtificatur homo Ro.3.
ex operibus legis:niſi per fidez ieſu chꝛiſti.
Et vt ſcias quia chꝛiſtianis dixit:Et noſ in-
quit in chꝛiſtũ ieſum credidimus: vt iuſtifi-
caremur ex fide chꝛiſti:⁊ nõ ex operib⁹ legł.
Agnoſcamus ergo quoniã hęc quę in figu-
ram cõtingebant illis:crimini nõ erant: no
bis autẽ erunt:ſi ad coꝛreptionẽ noſtrã ſcri-
pta cauere nolimus:ſed magis id agamus
vt cum ſimus liberę filij quę eſt ſara legis la
queis ſeruiamus:cũ abꝛaã liberã tenuerit:
ancillã eiecerit. Quo loci plęroſqꝫ moue-
ri ſcio. Si eñi bona eſt circumciſio: hodieqꝫ
teneri debuit:ſi inutilis mandari nõ debu-
it:ꝑſertim diuino oꝛaculo. Sed cũ apoſto-
lus dixerit paulus:Quia abꝛaam ſignũ ac- Ro.4.
cepit circũciſioniſ:vtiqꝫ ſignum nõ ipſa res
ſed alterius rei eſt:hoc eſt:non veritas: ſed
indiciũ veritatis. Deniqꝫ ipſe expoſuit ⁊ ex
pꝛeſſit dicens:Signũ accepit circũciſionis:
ſignaculum iuſticię ⁊ fidei. Unde nõ incon
grue intelligimus:quia circũciſio coꝛpoꝛa-
lis:ſignuz circũciſionis eſt ſpiritalis. Ergo
ſignum manſit donec veniret veritas. Ad-
uenit dominus ieſus qui ait:Ego ſum via: Joh.14.
veritas ⁊ vita. Qui nõ partẽ exiguam coꝛ-
poꝛis in ſigno:ſed totũ circumcidit hominẽ
in veritate:ſignum deſtruxit:veritatẽ indu
xit:quia poſteaqꝫ venit qȯ ꝑfectum eſt: qȯ
ex parte erat euacuatũ eſt: Et ideo ceſſauit
circũciſio partis:vbi refulſit circũciſio vni-
uerſitatis. Jam eñi nõ ex parte ſed tot⁹ ho-
mo ſaluať:in coꝛpoꝛe ſcilicet ⁊ anima. Scri-
ptum eſt eñi:Qui vult poſt me venire abne Luc.9.
get ſeipſum:⁊ tollat crucem ſuã ⁊ ſequatur
me. Hęc eſt ꝑfectio circũciſionis:quia ꝑ coꝛ-
poꝛis oblationẽ redimiť anima: de qua ip-
ſe dñs ait:Quoniã qui perdiderit animaz
ſuam ꝓpter me inueniet eam. Supeſt illa
nunc quęſtionis poꝛtio:vtrũ debuerit pars
pręmitti:cũ eſſet ventura perfectio? Qui lo
cus eſt facilis ad diluendũ vel ad diſcernen
dum:ſi cõſideremus quibus pars manda-
ta ſit:quib⁹ ſeruata perfectio. Pars eñi mã
data eſt ſm legem populo iudęoꝛũ: illi du-
ra ceruice:illi infirmo: illi qui deũ ſuũ nõ co
gnouit. Cũ ergo partẽ nõ potuerit ſuſtine-
re:quomõ ꝑfectionẽ ſeruare potuiſſet? Ut
ſi puerulum litteris imbuas: a ſingulis lit-
terarum elementis inchoandũ eſt tibi: vt a
ſingulis apicib⁹ ad ſyllabas: a ſyllabis cũ
ꝑ oꝛdinez ad nomina oꝛationẽqꝫ deducas.

Nec poteſt mare quiſquã nauigare intrepi
dus:niſi qui ante in fluminibus nauigaue/
rit. Deniqꝫ ſi quid aut conficiendi itineris:
aut leuandi oneris puero velis ꝓuectioriqꝫ
mandare:nũquid ęquanda onera ſunt:aut
cõferendus labor? Ita igit̃ noueris his ꝑfe/
ctionẽ circũciſionis eſſe ſeruatã: qui a chri/
ſto inſtituti validiorib⁹ idonei viderent̃:vt
⁊ fideles ꝓbarentur:quoꝝ multitudo in/
numera crucẽ ſuam tolleret: quę ꝓ chriſto
animã deuoueret:⁊ increduli nõ poſſent re/
ſiſtere:qui in totius corporis immolatione
quęri ſalutẽ putarent: qui exiguũ circumci/
ſionis ſuę ſanguinẽ ſalutarem arbitrarent̃.
Conſiderandũ autẽ ꝙ in ꝑputio poſitum
vocauit deus:in ꝑputio adhuc manenti le/
gitimi filij ꝓmiſſa eſt hęreditas:vt nõ iudę/
orum tantũmodo patrẽ vt ipſi aſſerunt:ſed
omniũ credentiũ auctorem per fidẽ credas.
Sara quoqꝫ ante circũciſionẽ viri in vnius
litterę adiectione nõ mediocri remuneratio
ne benedicit̃:vt principatũ virtutis ⁊ gra/
tię haberet:de qua nationes ⁊ reges genti/
um ſpondet futuros: vt in ipſa typus nõ ſy
nagogę ſed eccleſię conſtitueret̃. Qḋ autẽ
ꝓmiſſo ex ea filio riſit abraam:nõ incredu/
litatis ſed exultationis indiciũ fuit. Deniqꝫ
ꝓcidit in faciẽ. Qui adorauit ⁊ credidit. Et
adiecit: Si mihi centũ annorũ naſcetur fili/
us:etſi ſara nonaginta annoꝝ pariet? Et
dixit: Hiſmael hic viuat in conſpectu tuo.
Non eſt incredulus in ꝓmiſſis:nec auarus
in voti. Hoc eſt: Non dubito ꝙ facias:vt ⁊
centũ annorũ ſeni dones filiũ:⁊ naturę auc
tor:naturę metas relaxes: Beatus cui iſta
donantur:ſed tamẽ etiã hic hiſmael quẽ ha
beo de vernacula viuat in cõſpectu tuo:ab/
undat mihi gratia. Deniqꝫ domin⁹ ⁊ ꝓba/
uit eius affectum:⁊ petitionẽ nõ abnuit: et
ſua ꝓmiſſa firmauit.

## De hoſpitalitate abrae hoſpitũ exploran tis aduentũ:et angelos hoſpitio ſuſcipientis:cum diligẽti exhortatione ad hoſpitalitatis illi us imitationem: Ca. V.

Primus de abrahę deuotiõe ac fide:
d prudentia:iuſticia:charitate: parſi
monia:nunc etiã de hoſpitalitate
dicamus. Eſt eñ non mediocris ea virtus.
Unde ⁊ apoſtolus ꝑncipaliter eã in epiſco/
po eſſe oportere geminę ſcriptionis docuit
auctoritate:vt ꝑſto ſit aduenientib⁹:⁊ occur
rat obuiam: ⁊ itinera exploret: et aſſit non
quęrentib⁹: ⁊ rapiat ꝑtergredientes. Ante
oſtium ſedebat abraam: ſedebat meridie.
Quãdo alij requieſcebant:iſte hoſpitũ ex/
plorabat aduentus. Merito illi deus appa/
ruit ad quercũ mambrę:quia fructũ hoſpi/
talitatis ſtudioſiſſime requirebat. Et re/
ſpiciens inquit oculis vidit: ⁊ ecce tres viri
ſtabant ſupra illũ. Et cũ vidiſſet illos cucur
rit obuiã illis. Uide primo fidei myſteriũ.
Deus illi apparuit:⁊ tres aſpexit. Cui deus
refulſit in trinitate:nõ ſine filio patrẽ ſuſci
pit:nec ſine ſpiritu ſancto filiũ oſtẽdit. Hęc
alibi plenius: Nunc moralis ꝓſequendi ꝓ/
poſitum eſt loci. Nõ ocioſus ſedet qui lon/
ge aſpicit:nec aſpexiſſe ꝯtentus cucurrit ob
uiam Feſtinauit occurrere:quia nõ ſatis eſt
recte facere:niſi etiam maturare qḋ facias.
Feſtinãter eñ mãducare paſcha lex iubet.
Uberiores eñ fructus habet celerata deuo
tio. Diſce ergo ꝙ̃ ipiger eſſe debeas vt poſ/
ſis ꝑuenire hoſpitem:ne quis ꝑueniat: ⁊ tę
boni muneris defraudet. Copia bona ẽ ho
ſpitalitas:habet mercedẽ ſuam:primũ hu/
manę gratię:deinde qḋ maius eſt remune/
rationis diuinę. Omnes in hoc incolatu ho
ſpites ſumus. Ad tempus eñ habitãdi ha/
bemus hoſpitiũ. Emigremus ꝓpere: caue/
amus ne ſi nos duri aut negligentes fueri/
mus in recipiendis hoſpitib⁹:etiam nobis
poſt vitę iſtius curſũ ſanctoꝝ hoſpitia dene
gẽtur. Unde in euãgelio ſaluator dicit: Fa Luc.19.
cite vobis amicos de iniqua mãmona: qui
vos recipiãt in ęterna tabernacula ſua. De
inde etiã in hoc corpore:ſitis plęrũqꝫ obori/
tur:ꝑegrinãdi neceſſitas. Qḋ ergo alijs ne/
gaueris id in te ipſe decernis:⁊ qḋ alijs de/
tuleris:eo te facies dignum videri. Si om/
nes eam ſententiã nõ ſuſcipiendi hoſpites
ſequantur:vbi erit requies ꝑegrinantibus?
Relictis igit̃ humanis habitaculis: capta/
bimus receſſus ferarũ:cubilia beſtiarũ? Sꝫ
pauperiẽ pręteendis. Non opes a te hoſpes
requirit:ſed gratiã:nõ ornatum cõuiuium:
ſed cibum obuiũ. Melior eſt inquit hoſpi/ Prouer.15.
talitas cũ oleribus ad amicitiã ⁊ gratiam:
ꝙ̃ ſi vitulos occidas ad ꝑſepia cum inimi/
citijs. Hęc ẽ grata hominib⁹ ⁊ accepta deo.
Unde domin⁹ ieſus in euãgelio: eum qui/ Matth.10.
cũqꝫ dederit hoſpiti potum aquę frigidę:cę
leſtium aſſerit pręmioꝝ nõ exortẽ futurum.
Deniqꝫ iacob oues adaquauit rachel:⁊ gra



tiã repperit:vxorẽ acquiſiuit. Deinde q̃ ſcis
an deũ ſuſcipias cum hoſpitẽ putas:abraã
dum peregrinãtibus defert hoſpitiũ:deum
atqꝫ angelos eius hoſpitio ſuſcepit:ꝙ̃uis ⁊
cũ hoſpitẽ ſuſcipis ſuſcipias deũ: Sic ſcrip/
tum in euãgelio legis dicẽte domino ieſu:
Matth.25. Hoſpes erã:⁊ collegiſtis me:qḋ eñ vni ho/
rum minimoꝝ feciſti: mihi feciſtis? Unius
horę hoſpitio vidua illa quę ſuſcepit heliã:
⁊ exiguo cibo perpetuũ toto tẽpore famis
inuenit alimentũ:⁊ mercedẽ accepit mirabi
lem:vt nunquã de hydria farina deficeret.
Heliſę⁹ quoqꝫ defuncti pignoris reſuſcita/
tione donata reſoluit hoſpitij penſionem.
Nõ ſola tamẽ facilitas ſuſceptionis:ſed eti
am ſedulitas ſuſcipiẽtis ⁊ affect⁹ quęritur.
Utrumqꝫ te abraam docet. Cucurrit obui/
am:rogauit prior:dicẽs: Dñe:ſi inueni gra
tiam ante te:ne ꝑterieris ſeruum tuũ. Su/
matur aqua:⁊ lauent̃ pedes veſtri:⁊ refrige
rate ſub arbore:⁊ ſumam panẽ: ⁊ manduca
te:⁊ poſtea tranſietis. Propter qḋ declina/
ſtis ad ſeruum veſtrũ. Tres videt: ⁊ vnum
deũ appellat:ipſius ſolius ſe ſeruũ fatetur.
Deinde cõuerſus ad duos quos miniſtros
arbitrabat̃:etiã ipſis deferre geſtit obſequi
um:iã nõ iure debito ſeruitutis aſtrict⁹:ſed
blando ſedulitatis noĩe vſuqꝫ famulatus.
Et feſtinauit abraã in tabernaculũ ad ſa/
rã:⁊ dixit ei: Feſtina ⁊ cõſperge tres menſu
ras ſimilaginis: ⁊ fac ſubcinericia. Bonus
marit⁹ exortẽ religioſi muneri eſſe nõ patit̃
vxorẽ:nec auare ſibi totũ munus vſurpat.
Recte igit̃ ⁊ pietatis ⁊ verecũdię cauſa ſer/
uat̃. Qḋ pietatis eſt vult eſſe cõe: qḋ pudo
ris eſt integrũ manet ſarę. Ante tabernacu
lum vir hoſpitũ explorat aduẽtus:intra ta/
bernaculum ſara tuet̃ fęminę verecundiã:⁊
opera muliebria tuto exercet pudore. Foris
maritus inuitat:intus ſara cõuiuium ador/
nat. Nec ſolum ipſe feſtinat abraã: ſed etiã
feſtinãdũ dicit vxori:ſociã deuotionis oſtẽ
dens:nec fide diſparẽ. Cõſperge iquit tres
mẽſuras ſimilaginis:⁊ fac ſbcinericia. Gręce
ce ἡγκρύφια dicunt̃:hoc eſt:abſcõdita:eo
ꝙ latere debeat omne myſteriũ:⁊ q̃ſi operi/
ri fidei ſilẽtio:ne ꝓphanis temẽ diuulgent̃
aurib⁹. Hoc paſcitur diuina maieſtas: hũc
epulat̃ affectũ:qui parcus loquendi ſit:nec
ſacra in mediũ ferat. Breuiter aũt myſteriũ
docet ſara vni⁹ ſimilaginis tres mẽſuras fa
Gal.4. ciẽs: quę typũ eccłię habet:cui dicit̃: Lęta/
re ſterilis quę nõ parturis: erũpe ⁊ clama q̃
nõ parturis. Hęc eñ quę intimo fidẽ ſpũ fo
uet eiuſdẽ diuinitatis aſſerens trinitatẽ:pa
ri quadã mẽſura atqꝫ reuerẽtia patrẽ filiũqꝫ
⁊ ſanctũ adorans ſpiritũ: ⁊ maieſtatis vni/
tate cõcelebrãs:ꝑſonarũqꝫ ꝓprietate diſtin
guẽs:hęc deuotione fideiqꝫ aſſertiõe ꝯſper/
get. Mulier ſimilaginẽ offerat:hoc eſt:inte
riora ſpiritalis frumẽti :vel grani illi⁹ de q̃
dictũ eſt: Quod niſi in terrã ceciderit nullũ Joh.12.
fructũ affert. Unñ ⁊ prima vidit dñicę reſur/
rectionis myſterium:⁊ feſtinauit nõ paſſim
oĩbus:ſꝫ ſolis petro ⁊ iohãni intimare ſacrę
ſaluti nunciũ. Uir currat ad boues: ſumat
vitulũ:⁊ ſacramentũ dñicę paſſiõis feſtina/
to ipiger ſtudio nõ lento ocio remiſſus acci
piat:tradat illud puero:q̃ innocẽtiã tenere
ſeruet ętatis:dolũ neſciat:referire nõ noue/
rit:incorrupti corpis caſtimoniã cuſtodiat.
De q̃ puero ait dñs ieſus: Niſi ꝯuerſi fueri/ Matth.18.
tis ⁊ efficiamini ſicut puer iſte: nõ intrabiti
in regnũ cęloꝝ. Huic puero ⁊ ſilibus ei⁹ etiã
ſanct⁹ dauid diuinę laudatiõis diſpẽſat of/
ficiũ dicẽs: Laudate pueri dñm. Nec illud Ps.112.
ocioſũ qḋ cucurrit ad boues:teneꝝ vitulũ
⁊ bonũ ſumpſit:⁊ cũ lacte appoſuit. Deniqꝫ
⁊ i exodo cũ paſcha dñi declararet ait moy/
ſes: Agn⁹ ſine macula mũdus:ꝯſũmat̃ an/ Exo.12.
nicul⁹:maſcul⁹ erit vobis ab ouib⁹ ⁊ hędis.
Sumetis ⁊ occidetis inq̃t illũ:tota multitu
do ſynagogę ad veſpeꝝ. Unñ ⁊ hic meridies
eſſe deſcribit̃:qñ abraã dño offert hoſpitiũ.
Sed ad cęnã vitul⁹ imolat̃:⁊ cũ lacte mãdu
cat̃:hoc ẽ:nõ in ſanguine:ſꝫ cũ fidei purita/
te. Bon⁹ vitul⁹ vtpote q̃ pctã dilueret. Te/
ner:q: nõ dura ceruice ſꝫ molli iugũ legi ag/
nouit:cruci patibulũ nõ recuſauit. Et meri/
to tener:de cui⁹ capite ⁊ pedib⁹ ⁊ intñis ni/
hil relictũ eſt:⁊ os nõ eſt ꝯtritũ ab eo: ſꝫ tot⁹
epulãtiũ cibo ceſſit. Talẽ nobis legi figura/
uit vmbra:talẽ veritas euãgelij demõſtra/
uit. Mãducauerũt inq̃t illi:abraã aũt ſta
bat ſub arbore. Aduertim⁹ hũilitati officiũ
cõmendare humilitatẽ. Abraã ſtabat: ⁊ tu
ꝑmã accubitiõis partẽ occupas? Deniqꝫ ea
hũilitas iuenit gratiã: vt ꝓmitteret̃ ei fili⁹.
Dixit aũt ad illũ: Ubi ẽ ſara vxor tua? Qui
rñdit ⁊ dixit: Ecce in tabernaculo. Nũqd ig
norabat dñs q̃ in poſteriorib⁹ ſodomorũ fu
tura excidia denũciat:vbi ſara eẽt? Sꝫ do/
cere nos voluit ꝙ̃t⁹ pudor eẽ debeat fęmina
rũ:ne ꝓcaci occurſu hoſpitũ i ſe oculos iflec

tant:ſalua verecūdia miniſteriū ſuum exer/
ceant. Abraam quoqꝫ auribꝰ tuis ingerit in
tabernaculo ſaram degere: vt diſcas quid
ab vxore exigas. Prouectior ętate iam ſara
iuuenilē cuſtodit verecundiā: ideo dominꝰ
ſpopondit ei filiū. Defecerant inquit ſarę
fieri muliebria. Nō ocioſe additū: ne puta/
res fęmineę adhuc poſſibilitatē fuiſſe vt pa/
reret. Riſit autē ſara: Qđ indiciū futuri ma
gis ꝙ̄ incredulitatis arbitror. Riſit enim: li
cet adhuc neſciens quid rideret: ꝙ publicā
eſſet in iſaac paritura lęticiam. Ideo nega/
uit ſe riſiſſe: quia ignorauit. Ideo riſit: quia
ꝓphetauit.

## De exitio ſodomorū a domino abrae reuelato: et de hoſpitalitate loth aduenientibus angelis exhibita: criminiſqꝫ ſodomorū ob hoſpitalitatis violationē aggrauationem: Ca. VI.

Xurgentes autē viri ɔſpexerunt in
e faciē ſodomę ⁊ gomorrę. Sicut viſi/
tatio dn̄i timētibus exhibet: ita eti/
am impijs pęna peccati reponit. Abraā de/
ducebat hoſpites: ad humanitatis gratiā
addebat obſequia: ſodomitę ꝓ pietatis of/
ficijs impuritatis augebant flagicia. Nō
celo inquit abrahę puero meo quę ego facio.
Senilis vtiqꝫ ętatis abraam ſuperiꝰ ſcrip/
tura ſignificauit: quia nonaginta ⁊ nouē ꝓ/
ceſſiſſet annos: quomō nunc puerū dicit?
Sed cū immemorē ſenectutis: exploratorē
indefeſſū: curſu impigrū: ſtandi patientiſ/
ſimū: deducendi ſtudioſiſſimū expreſſerit:
nōne cōuenire nomen pueri videtur? Offi/
cijs merito puer dicit: qui ſenile neſciebat
faſtidiū: puericię innocentiā ⁊ obſequiū de/
ferebat. Datur itaqꝫ iuſto benedictiōis gra
tia: ⁊ poſteritatis hęreditas. Offenſa aūt
peccatorū exponitur. Clamor inquit ſodo
morum ⁊ gomorrę impletꝰ eſt. Magna do/
mini patiētia vt nō ſtatim peccatorē puni/
at: ſed diu differat: ⁊ expectās correctionē:
nec cōmoueatur ad vlciſcēdū: niſi peccator
menſurā excedat. Unde ⁊ dominꝰ ieſus in
Matth. 23. euāgelio ad iudęos ait: Implete menſurā
patrū veſtrorū. Deſcendam itaqꝫ vt vide/
am ſcđm clamorē illorum venientē ad me:
ſi cōſummabunt: ſin autē vt ſciam. Non ig
norabat deus peccata ſodomorū: ſed ꝓpter
te inſtruendū verba huiuſmodi loquebat:
vt tu ꝓpius ſcruteris eorū cōmiſſa in quos
vindicandū arbitraris. Deſcendā inquit vt
videam: hoc eſt: etiā tu deſcende: cura: de/
ſcende indaginis ſtudio: ne quid ſit qđ fal/
lat aut lateat abſentē: vt oculis facinus de/
prehēdas. Eminꝰ poſiti multa neſcire poſ/
ſunt. Quē clamorē aūt ait: niſi forte quia ei
quē nihil latet clamant omnia: clamare vi/
dentur ſingulorū crimina? Deniqꝫ ad cain
dicitur: Sanguis fratris tui ad me clamat: Gen. 4.
hoc eſt: nō latet ſed clamat parricidiū tuū.
Itaqꝫ velut excitat deus flagitiorū noſtro/
rum clamoribus: vt aliquādo vindicet qui
libenter ignoſcit. Deniqꝫ abrahę petēti ne ſi/
mul ꝑderet iuſtos tanquā iniquos: ⁊ inter/
roganti ſi fuerint quinquaginta iuſti in ciui
tate perdes illos: reſpondit: Non ꝑdam in/
quit ciuitatē: ſi fuerint in ea quinquagin/
ta iuſti: ⁊ totū locum ſeruabo. Et ſic per or/
dinē interrogationū ⁊ reſponſionū vicem:
etiā ſi decē iuſtos inuenerit in ciuitate: tamē
ꝓpter paucorū iuſticiam impunitatē toto
populo ꝓmittit. Unde diſcimꝰ quātus mu
rus ſit patrię vir iuſtus: quēadmodū nō de
beamus inuidere ſanctis: nec temere dero/
gare. Illorū etenī nos fides ſeruat: illorū iu
ſticia ab excidio defendit. Sodoma quoqꝫ
ſi habuiſſet viros decē iuſtos: potuit nō pe
rire. Quid ſibi autē vult ꝙ ipſi qui ad abra
am ſimul cū domino venerant: ſodomā pe/
tierunt viri: niſi vt acerbaret crimen eorū:
ſi quos iuſtus honorauerat: his maiore ſa/
crilegio impij vim conarent inferre? Nā ꝙ
viros dixit: euidens eſt ratio: quia ſpeciē ꝓ/
ferebant virorū. Sodomā venerunt veſpe/
ri: meridie ad abraā: quia iuſto refulget an/
gelorū ꝓſentia: impijs tenebras affert. Ta/
men pōt referri etiā ad tēpus dominicę paſ
ſionis: ꝙ veſperi venerūt ad eum: qui a ſo/
domitanis cōtagionibus ⁊ totius vrbis ex/
cidio erat liberādus. Ueſper erat antequā
chriſtus veniret: quia totus erat mūdus in
tenebris. Ueſper erat omnibꝰ quos imma/
nium delictorum ſqualor tenebroſus vrge/
bat: Uenit dominꝰ ieſus: redemit ſangui/
ne ſuo mūdum: lucem attulit. Uenerūt aūt
angeli duo ſodomis ad veſperā. Ubi grā
largienda eſt chriſtus adeſt: vbi exercenda
ſeueritas ſoli aſſūt miniſtri: deeſt ieſus. Se
debat loth ad portā. Emendauerant loth
ſanctū aduerſa captiuitatis: ⁊ ſollicitiorē fe
cerant. Itaqꝫ ꝓceſſu ętatis didicerat imita
ri parentē. Ad portam itaqꝫ ſedebat vt exci



peret aduenietes. Deniqꝫ exurrexit obuiā
illis. Perfectior cucurrit obuiam: iſte exur/
rexit: ⁊ adorauit in faciē ſuper terram: ⁊ di/
xit: Ecce domini declinate in domum pueri
veſtri. Et coegit illos diuertere. Qui dice/
bāt: In platęa manebimus. Cōmendat
hic iuſti ſanctitas: ⁊ angelorū gratia. Illi no
lebant aduentū ſuum hoſpiti grauiorē vi/
deri: ille quidē īter quos habitaret ſciebat:
tamē domū ſuam offerebat periculis: qui/
bus auferret hoſpites. Certe quo tardius
acquieſcebant: diutiꝰ temptādo plenius cō
probabāt. Uiri autē ciuitatē ſodomorū cir/
cūdederunt domū ab infante vſqꝫ ad ſenē:
totus populus pariter. Pręſtruit iudicij di
uini ęquitas: ne forte ꝗs diceret: Quid pec
cauerunt pueri vt omnes excidio inuoluerē
tur? Ita nullus illic iuſtus: nullus innocēs
fuit. Audi ſcripturā teſtificantē: Quia circū
dederunt domū ab infante vſqꝫ ad ſenē: to
tus populus pariter. Nulla ętas erat culpę
immunis: ideo nullus immunis exitij fuit.
Et qui poſſibilitatem perpetrādi criminis
nō habuit: habuit affectū. Effetę vires ſe/
num: ſed mens plena libidinis. Offerebat
ſanctus loth filiarū pudorem. Nam etſi illa
quoqꝫ flagicioſa impuritas erat: tamen mi
nus erat ſꝫm naturā coire ꝙ̄ aduerſum natu
ram delinquere. Pręferebat domus ſuę ve
recundię hoſpitalē gratiam: etiā apud bar/
baras gētes inuiolabilē. Deniqꝫ illi quoqꝫ
inoffenſa hoſpitalitas eſt: vbi nec germani
tas ſatis tuta eſt. Percuſſerūt autē illos an
geli cęcitate: vt oſtium domꝰ quod aperire
cupiebant: nō reperirent. Hic quidē mirabi
lis angelorū declaratur poteſtas: vt obfuſa
impuris cęcitate: nō reperirent domꝰ oſtia.
Sed etiam illud oſtendit: quia cęca eſt om/
nis libido: ⁊ ante ſe nō videt. Simul quod
hoſpitū manibus reuocatꝰ eſt ſanctus loth
in domū: demonſtratur immemor periculi:
memor fidei: nō eripuiſſe ſe periculo ſed ob/
tuliſſe. Munitur pietatis locus: qđ manife
ſtata ſibi ꝑ angelos totius regionis euerſi/
one: ⁊ generos habere loth ſanctus induci/
tur: ⁊ monere eos vt fugerent: ſimul ne de/
ſerendo eos nec admonēdo minus pius vi/
deretur circa filiarū maritos: vel erroris ea/
rum cauſa ipſi aſſignaret: quę deſtitutę vi/
rili cōſortio: ɔcubitum inebriati expetiſſent
patris. Nō ergo indefenſum ſinit ſcriptura
virum ſanctū relinqui: cū in ea ⁊ tradidiſſe
maritis filias: ⁊ monuiſſe generos inducit.
Sed viſum eſt illis ꝙ derideret eos: ⁊ tamē
adhuc morabatur loth vt ꝑſuaderet gene/
ris ſuis: ⁊ pene nō eſt ꝓfectus vt euaderet:
niſi vrgentibꝰ angelis et tenentibꝰ manus
eius egredi coactus eſſet. Nō ergo ꝓfectus
ſed eductus eſt: ⁊ mandatū accepit ne reſpi
ceret retro: nec reſiſteret in tota regiōe illa:
ſed in montē aſcenderet. Hoc cum illi dicit:
omnibus dicitur. Si vis ergo ⁊ tu euadere
ne reſpicias retro: ſed ante: Aſpice vbi chri
ſtus eſt: qui dicat tibi: Uade retro: ſicut pe Marci. 8.
tro dicit: Uade retro me: vt chriſtū ſequere
tur: chriſtū videret. Retro ſodoma eſt ple/
na flagicij: retro gomorra vitijs ſcatens: cri
minum regio. Ne tetigeritis inquit apoſto Col. 2.
lus: ne attaminaueritis: ne guſtaueritis: quę
ſunt omnia ad corruptelā. Fuge ergo ſodo/
mam: relinque ocius: deſere elementa huiꝰ
mundi: ne te imminētia inuoluant pericu/
la: nō reſiſtas fugiens: nec in tota vitiorum
regione remoreris. Qui nō reſpexit euaſit:
quę reſpexit nō potuit euadere. Excuſant
autē filię ſancti loth: quia putauerūt nō vi/
cinę regionis: ſed totius orbis fuiſſe illud ex
cidium: ſe ſolas cū patre ſuperſtites omni/
bus populis remanſiſſe. Et ideo ne genus
deficeret humanū: paternū petiſſe concubi
tum: vt ſemē generationis humanę de pa/
tre ſuo reſuſcitarent. Nō ergo libidinis vi/
tium fuit: ſed generationis remediū: qđ nō
puto criminis duci loco. Nam ⁊ eua a viro
ſumpta ſupra cuius coſtā ędificata eſt muli
er: os de oſſibus eiꝰ: ⁊ caro de carne eiꝰ: ta/
men ꝓpter ſeriē ſucceſſionis humanę viro
mixta eſt. Subducit tamē huic admiſſo: cō/
ſcientia viri iuſti. Inebriatꝰ enī vino quid
gereret neſciebat. Unde nō mirum ſi puel/
las decepit opinio: quę putarēt totius po/
pulos orbis periſſe. Nō eadē eſſet loth ſan
cti excuſatio: qui audierat ab angelis: locū
illum nō totum mundū eſſe periturum. Sa
ne diſcimus vitandā ebrietatem: per quā
crimina cauere nō poſſumus. Nam quę ſo/
brij cauemus: per ebrietatē ignorantes cō/
mittimus. Parū eſt ꝙ ea inflammat libidi/
nem: accendit cupiditates corporis: ipſam
quoqꝫ mentem ſubruit: ⁊ animū capit: ſen/
ſum extorquet. Neſciunt quid loquantur:
qui nimio vino indulgent: iacent ſepulti.
Ideoqꝫ ſi qua per vinū deliquerint: apud
ſapientes iudices venia quidē facta donan

tur:ſed leuitatis notantur auctores. Quā/
ta ipſa deformitas: vt ſoluantur vires: inceſ
ſus vacillet? Multi ſe fortes putant: num
fortiores ꝙ̄ loth? Num cōtinētiores ꝙ̄ noe?
Non vtiꝫ vitia patriarcharū ſcriptura ex/
poſuit: quos victos vino legimus: ſed vt tu
diſceres quid caueres. Ille nudus iacuit:
iſte filiarū errori patuit. Et noe iuſtus dece/
ptus eſt: quia vini vis adhuc ignorabatur:
ſed ī illo inſtructꝰ es: ne tu ignorares. Loth
filiabus ſe credidit: ⁊ ꝑ ſenectutē madidam
vino ſolutus eſt: cōmiſit inceſtum ignorās:
tu ſic bibe ne capiaris. Inſtruant patriar/
chę: nō ſolum docentes: ſed etiā errantes.
Ideo iteratū eſt exemplū ebrietatis: vt con
firmetur magiſteriū cautionis.

## De pudicitia ſare vxoris abrae ſepiuſ temptata: ⁊ tandē a deo pulchra donata ꝓle: Ca. VII.

Deniꝫ ideo temptatur ſarę pudici/
tia: vt exigatur omniū. Nam ⁊ abi/
melech in vxorem ſibi eam ſumpſe/
rat: ⁊ dixit ei in nocte deꝰ: Ecce tu morieris
ꝓpter mulierē. Aduertimus adulterium di
uino iudicio morte puniri. Ideoꝫ addidit:
Hęc autē cōmoratur cum viro. Habent qui/
dem omnes viri mulieriſꝫ cōcubitus: nul/
la legitimi matrimonij forte celebrati ſuam
culpam. Diſcite etiā qui ad gratiam baptiſ
matis tenditis: velut quidā fide candidati
cōtinentię diſciplinaƺ ſobriā. Nulli licet ſci/
re mulierē: pręter vxorē. Ideo coniugij tibi
datū eſt ius: ne in laqueum incidas: ⁊ cum
1.Cor.7. aliena muliere delinquas. Iunctus es vxo
ri: noli quęrere ſolutionē: quia nō licet tibi
vxore viuente vxorē ducere. Nam ⁊ aliam
quęrere cū habeas tuam: crimē eſt adulte/
rij: hoc grauius: qꝺ putas peccato tuo auc/
toritatē lege quęrendaƺ. Tolerabilior eſt ſi
lateat culpa: ꝙ̄ ſi culpę vſurpetur auctori/
tas. Nec hoc ſolū eſt adulteriū cum aliena
peccare ꝯiuge: ſed omne quod nō habet po
teſtatem cōiugij: tamē locus iſte docet gra/
uius crimē eſſe vbi celebrati cōiugij iura te/
merātur: ⁊ vxorius pudor ſoluitur. Ideoꝫ
cum ꝑtenderet abimelech ꝙ vxorem alienā
eſſe ignorauerit: quā ſororē eſſe vir ipſe ſuā
dixerit: reſpondit ei dominꝰ: Ecce ego cog/
noui quoniā puro corde feciſti hoc: ⁊ peper/
ci tibi vt nō peccares in me: ꝓpter hoc non
ſum paſſus te tangere eam. Cognoſcamus
velut pręſulē cuſtodēꝫ coniugijſ eſſe deum:
qui nō patiatur alienū thorum pollui: Etſi
qui fecerit peccare eum in deū: cuius legem
violet gratiā ſoluat. Et ideo quia in deum
peccat: ſacramēti cęleſtis amittit conſortiū.
Fortaſſe te moueat qua ratione pharao ꝗ/
ſtionibus ab omnipotēte deo grauiter affli
ctus ſit: vt ſupra legimus: cū ⁊ ipſe ignora/
uerit vxoreƺ eſſe abrę ſaram quā ſororē au
dierat: abimelech autē nullam pęnā excepe
rit. Uerum cū ęgypti regem noueris duceƺ
fuiſſe vitiorum: qui quo plus habuerit licē/
tię: eo plus flagicij cōmiſerit: abimelech au
tem ⁊ fidelis ęſtimatus ſit deo vt meruerit
audire: Et ego cognoui qa puro corde feci/
ſti hoc: rex nō afflictionis vt ęgyptius: ſed
munitionis: qꝺ gerarū quibus ꝑerat docet
interpretatio: nō eſt dubium cęteris operi/
bus eius indignationē domini eſſe reuoca/
tam: qui vere interioris arbiter eſt cōſcien/
tię: ⁊ animi ac mentis interpres. Deniꝫ nō
vt pharao ille cōuentus a moyſe recuſauit
⁊ ſpreuit mandatū dei: nec obſequiū diſtu/
lit: ſed ſtatim vocauit abraam: vxorē ſuam
ei reddidit: precio ſeipſe multauit ꝙ vidiſ/
ſet alienam: dotem pudoris exoluit. Hinc
quoꝫ colligi poteſt: abimelech regem de/
mentiora meruiſſe: ꝙ abraam ꝓ eo rogauit
⁊ impetrauit. Peperit enī ⁊ vxor eiꝰ ⁊ ancil/
la eius: quas ante cōcluſerat deus propter
ſaram vxorē abrę. Qꝺ ęque ad ęconomiā
pertinet: vt ſarę partus dei donatꝰ ꝓmiſſi/
one: etiā hoc fulciretur teſtimonio: cum ad/
uertas dei offenſione: ⁊ fęcundas ſterleſce/
re: ⁊ rurſum domini volūtate ſteriles fęcun/
dari: iuxta quod ſcriptū eſt: Nōne ſterilem
⁊ parientem ego feci dicit dn̄s? Cuius ad ſy
nagogę illud ⁊ eccleſię myſteriū dictum ac/
cipiatur: quia ⁊ ſynagoga partꝰ habere de/
ſiuit: quę ſucceſſionis fraudata eſt poſterita
te: ⁊ cōgregatio nationū quę ſterilis erat cū
deū ignoraret: partꝰ cępit habere ęternos.
Unde lectū eſt: Lętare ſterilis quę non pa/ Gal.4.
ris: erumpe ⁊ clama quę nō parturis: quo/
niam plures filij deſertę magis ꝙ̄ eius quę
habet virū. Genitus eſt autē abrę filius
iſaac: cum eſſet annorū centuƺ. Et tu ſi per/
fectus fueris: habebis poſteritatē lęticię: ex
ultationis hęreditatē. Dixit ⁊ ſara: Riſum
mihi fecit dominꝰ. Quicūꝫ enī audierit cō
gratulabit̄ mihi. Nō vtiꝫ hoc de gn̄atione
hac intelligit̄: ꝗ caſibꝰ pleriſꝫ obnoxia eſt:



vt interdū melius fuerit non generaſſe: ſed
de generatiōe qua vnuſqͥſꝫ peccator agēs
pęnitentiā: cū redimitur a morte angelis ſo
let exhibere lęticiā. Et dixit ſara: Quis an/
nūciabit abrę quoniā lactet infantē ſara?
Moralis locus. Prouocant̄ fęminę memi/
niſſe dignitatiſ ſuę: ⁊ lactare filios ſuoſ. Hęc
enī matris gratia: hic honos quo ſe ꝓprijs
cōmendent viris. Deniꝫ eos plus amare
filios ſolent: quos ipſe matres lactauerint
vberibus ſuis. Fecit autē abraam cęnā ma
gnā: quando ablactatus eſt iſaac filius eiꝰ.
Nō mediocre iſtud: nec vſitatū. Non enī qꝛ
a nutricis lacte ſubductus eſt puer magnū
cōuiuium exhibuit abraam: ſed qꝛ idoneus
habitꝰ eſt iſaac fortioris gratię cibo ⁊ virtu
tis alimento: nō adhuc vt corinthij lacte po
tandus: ſed epulis ſolidioribꝰ mandatoruƺ
cęleſtiū: mentis ſuę lacertos firmans. Pro/
ſperitatē cito ſequit̄ inuidia. Pepererat ſa/
ra: ablactauerat filiū: vidit ancillę filium lu
dentē cum filio ſuo iſaac: ⁊ dixit ad abraaƺ:
Eijce ancillā ⁊ filiuƺ eius. Nō enī hęres erit
filius ancillę cū filio meo iſaac. Durum erat
hoc viſum abrę vt eijceret filium ſuū: licet
eum quē ſuſceperat ex vernacula. Et tu no/
li te miſcere ancillę: ne ſuſcipias ex illa filiū
⁊ vxor tua nō patiatur cohęredē illum filio
ſuo fieri. Uides enī hinc ſolui gratiā matri/
monij. Certe ſi incidiſti ⁊ habes filiuƺ: eijce
ancillā: ⁊ filiū eius. Melius eſt enī vt ancil/
la ꝙ̄ vxor recedat: ⁊ filius ancillę ꝙ̄ legitimꝰ
eijciatur. Qꝛ ſi dubitaueris: ſi cōtempſeris
vxoris tuę ſententiā: ⁊ durum tibi viſum fu
erit: dicit tibi deus qꝺ dixit abrę: Quod il
li enī dixit tibi dicit: ⁊ omnibꝰ dicit: Non ſit
durum ante te de puero ⁊ de ancilla. Om/
nia quęcūꝫ dixerit tibi ſara: audi vocē eiꝰ:
quoniā in iſaac vocabitur tibi ſemē. Nuſꝙ̄
alibi dixit: Audi vocē vxoris tuę: niſi hic: id
eſt: feciſti iniuriā vxori tuę: ⁊ nō mitigaſti af
fectum eius: ſuſcepiſti ex ancilla filiū: et nō
honoraſti vxoriſ filiū. Nūquid poteſt in an/
cillę filio ſemen tuū vocari? Nō vtiꝫ. In le
gitimo enī filio vera ſucceſſio eſt. Sed vere/
ris qꝛ filius tuus eſt: ne forte eiectus intere/
at atꝫ occidat. Nō ei deerit mea gr̄a. Om/
nes alit deus noſter: ſuffulſit vniuerſos: et
iuſtos ⁊ iniuſtos. Deniꝫ ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos
Matth.5. ⁊ iniuſtos. Sicut fecit abraā: facito ⁊ tu: Eij
ce ancillā vt ſecura vxor ⁊ inoffenſa maneat
domi. Eijce ⁊ ancillę filiū: vt nō habeat hę/
reditatis conſortiū: qui non habet originis
priuilegium.

## De tēptatione abrae: ⁊ multiplici eius ꝓbatione: Ca. VIII.

Et factū eſt: poſt hęc verba deus tē/
ptauit abraam. Aliter deꝰ temptat:
aliter diabolus. Diabolus tēptat
vt ſubruat: deus tēptat vt coronet. Deniꝫ
ꝓbatos ſibi temptat. Unde ⁊ dauid dicit:
Proba me deus: ⁊ tempta me. Et ſanctum
abraā ꝓbauit ante: ⁊ ſic temptauit: ne ſi an/
te temptaret ꝙ̄ ꝓbaſſet: grauaret. Proba/
uit eum cū exire de charra iuſſit: ⁊ obediētē
reperit. Probauit eum fidei titulo fretus li/
berauit nepotē: cū de prędа nihil attigit: cū
ꝓmiſit ſeni filiū: ⁊ cū eſſet centū annorū ꝙ̄/
uis ſarę genitalia ꝯſideraret emortua: tamē
credidit: nec fide hęſitauit: qui poſſet hęſita
re ratione ſterilitatis aut ſenectutiſ: ꝓbauit
eum hoſpitij ſedulitate. Probatū igit̄ qua/
ſi fortiorē temptandū putauit maioribꝰ: et
quibuſdā imperijs durioribꝰ. Et hic quidē
exemplo docemur: qꝛ veris ꝓbatur quis: tē
ptatur autē cōpoſitis ⁊ fictis. Nō enī vole/
bat deꝰ immolari a patre filiuƺ: nec impleri
hoc munꝰ volebat: qui ouē ꝓ filio immolā/
dam obtulit: ſed temptabat affectū patris:
ſi dei ꝑcepta ꝑferret filio: ne paternę pieta/
tis cōtemplatione vim deuotionis inflecte/
ret. Et dixit ad eū: Abraam: abraā. Repeti
tione nominiſ mentē excitat vt eſſet parati/
or. Deniꝫ reſpōdit illi: Ecce ego. Et dixit:
Accipe filiū tuum dilectiſſimū quē dilexiſti
iſaac: ⁊ vade in terrā excelſam: ⁊ offeres mi/
hi illum holocauſtū in vno montiuƺ quē ti/
bi dixero. Nō ſinit ocioſum eſſe affectū pa/
tris. A principio eū ſtimulat: ⁊ pungit pie/
tatis aculeis: et filij nomē addit ad nomen
neceſſitudinis ⁊ vim amoris. Nō ſatis pu/
tauit dixiſſe filiū: adiungit amantiſſimum
quē dilexiſti iſaac. Quid eſt qꝺ ait: Quē di
lexiſti: ⁊ nō dixit: quē diligis? Poſſumus qͥ/
dem vti ad defenſionē ſcripturę cōſuetudi/
ne diuinę: qꝛ ꝑterita plerūꝫ ponit ꝓ futuriſ
vel ꝑſentibus: vt in euāgelio habeſ: Hic eſt Matth.3.
filius meus dilectiſſimus in quo cōplacui:
cū vtiꝫ ſꝑ in filio placeat pater. Et in pſal/
mo habeſ: Dixit dn̄s dn̄o meo ſede a dextriſ Ps.109.
meis: cū ſꝑ ſedeat. Poſſumus tn̄ ⁊ amātiſſi
mū ad ꝑſens accipe: ⁊ quē dilexiſti ad id vt
nō recenti quodā impulſu amoris: ſed inoli
to diu ⁊ ꝓbato amore ſignificaret dilectuƺ.

Qđ eñ ad tempus augetur:ad tẽpus reſol
uitur:qđ aũt diu aut ſemꝑ placuit:cito ab/
oleri nõ poteſt. Poteſt ⁊ illud nõ abſurduʒ
videri:qꝛ morituros plus diligimus. Hoc ẽ
quẽ ante dilexiſti:quaſi iam nõ diligat im/
molandũ. Nec ocioſe addidit nomen ſanc/
ti iſaac:hoc eſt:eum quẽ ſuſcepiſti de vxore
vnicam:ſuſcepiſti in ſenectute:ſuſcepiſti tã
quam fidei tuę pꝛęmiũ:remuneratiõnẽ ope
rum tuorum ſuſcepiſti ex ꝓmiſſione dei nõ
cõiugis fęcunditate:ex qua aliũ ſperare nõ
poſſis:offeres mihi holocauſtum: ſed prius
vade in terrã excelſam. Interponiẽ ſpaciuʒ
ne ꝑcipitari ſubito videatur affectꝰ: vt illa
dilatione obrepat pietatis gratia deſideriũ
patris. Adiecit: In vno montiũ quẽ tibi di
xero. Et hic ſimiliter vt dũ aſcẽderet ſenex
infringeretur impetus:laſſaret dextera:de/
ficeret intentio:dum quęreret montẽ diſce/
re:dediſceret apparatum. Exurgens aũt nõ
ſolum ſequenti die:ſed etiã diluculo vt at/
tuliſſe nox moras ſtudio feſtinantis patris
videreẽ:ſtrauit aſinã ſuam: ⁊ ſumpſit ſecuʒ
duos pueros:⁊ iſaac filium ſuũ:⁊ cõcidit li/
gna ad holocauſtum. Docemur parata om
nia ad ſacrificiũ dei ferre. Diſcimus etiã ap
paratũ ſacrificij:⁊ miniſterij munus ipſi no
bis vẽdicare:nõ delegare alijs. Senex abꝛa
am:⁊ diues pecoꝛibus:atq; abundãs ſerui/
tioꝛũ:nõ quęſiuit comitatus ſui agmina:ip
ſe quoq; ligna ꝯcidit:⁊ obſequia maioꝛa vi
ribus ſuis nõ intermiſit. Venit autẽ ad lo/
cum quẽ dixit illi deus die tertia: ⁊ cũ duo/
bus ipſe tertius ꝓficiſcitur:hoſtiã ſuam ſe/
cum ducens:⁊ die tertio ad locũ ſacrificij ve
nit. Salutaris hic numerus:⁊ cõueniens ſa
crificaturis. Deniq; ⁊ in poſterioꝛibꝰ moy/
Exo.3. ſes dicit ad pharaonẽ regem ęgypti: Viam
trium dierũ ibimus: et immolabimus deo
noſtro:ſicut dixit nobis. Et recte tertio die
celebꝛatur trinitatis ſacrificiũ. Et reſpiciẽs
abꝛaam oculis: vidit locũ a longe. Sollici/
te explorat implere. Quis ſenilem ſtudio
celeraret gradũ:tamẽ hoc ſerum putans ꝓ/
cedebat oculis:vigebant ſingulorũ officia
membꝛorũ:licet ſenilia membꝛa nõ poſſent
vigere. Solet hebetare viſus ſenum:vt eti/
am ꝓpinqua nõ facile conſpiciant. Hic nõ
ſolum vidit locum:ſed etiaʒ longe poſitus
aſpexit. Nec dubitauit vidiſſe: ſed ait pue/
ris ſuis: Sedete hic cum aſina:ego auteʒ et
infans ꝑtranſibimus vſq; illuc: ⁊ cũ adoꝛa/
uerimus:reuertemur ad vos. Merito typꝰ
in aſina:qꝛ ⁊ veritas in pullo aſinę. In hoc
eñ animante figuratur populus gentiliuʒ:
ante oneri ſubiectus: nunc chꝛiſto ſubditꝰ.
Iſaac ergo chꝛiſti paſſuri eſt typus. Venit
in aſina: vt crediturũ populũ nationum ſi/
gnificaret. Ideoq; ⁊ dominꝰ cum ad ſubeũ
dam ꝓ nobis paſſionẽ veniret:pullum aſi/
nę ſoluit:quẽ ipſe ꝯſcientia mitem atq; mã/
ſuetum iam chꝛiſto ſua terga credentẽ aſcẽ/
derat. Qđ autẽ ait: Ego ⁊ puer pertranſibi
mus viam:demonſtrat qđ non deficeret in
tanto apparatu pater:nõ cęderet filius :aut
quia ꝑtranſirent pietatis remedio tanti fa/
cinoꝛis auſteritatẽ. Addidit: Ad vos reuer/
temur. Pꝛophetauit qđ ignoꝛabat. Ipſe ſo
lus diſponebat redire: immolato filio: ſed
dominꝰ per os eius locutuſ eſt qđ parabat.
Captioſe autẽ loquebatur cum ſeruulis:ne
cognito negocio: aut ĩpediret aliquis: aut
gemitu obſtreperet aut fletu. Accepit autẽ
ligna holocauſti:⁊ impoſuit iſaac filio ſuo:
accepit ⁊ ignem ipſe in manu ⁊ machęram.
Cõſecratur ſacris hoſtia miniſterijs:⁊ com/
mendaẽ futura. Quę pietatis hoſtia:pij an
te miniſterij vectura eſt. Ligna iſaac ſibi ve
xit:chꝛiſtus ſibi patibuluʒ crucis poꝛtauit.
Abꝛaam comitabaẽ filium:pater chꝛiſtum.
Nec iſaac ſolus:nec ieſus ſolꝰ. Deniq; ait:
Solum me relinquetiſ:⁊ nõ ſum ſolus:quia Job.16.
pater mecũ eſt. Dixit autẽ iſaac ad abꝛaam
patrẽ ſuum: Pater. Qui dixit. Quid eſt fi/
li? Pulſatur pietatis vocabulis patris affe
ctus:⁊ fluctibus quibuſdum hinc atq; inde
tundiẽ. Filius vocat patrẽ: pater dicit fili:
vt ipſo verboꝛũ ſono ſe recognoſcat pater:
q̃ impoſſibile eſt vt ferire poſſit:cuiꝰ ſe vul
neri ſubijcere optaret. Hęc nomina vitę ſo/
lent operari gratiã:nõ miniſteriũ necis:hęc
vocabula incitari ad pietatẽ:non ad moꝛtẽ
ſolent. Addidit iſaac dicẽs: Ecce ligna: vbi
eſt ouis ad holocauſtũ? Et hic ꝓphetat ſer/
mone nõ ſcientia. Quis eñ a domino ad ſa
crificiũ parabatur. Reſpondit deniq; ſimi/
liter ⁊ abꝛaam: Deus ꝓuidebit ſibi ouẽ ad
holocauſtum fili. Inflexibilis a ſtudio de/
uotionis miniſter vocare filium frequenter
nõ timet:ita erat intentionis ſoliditate fun
datus: ⁊ hoc ſe melioꝛem patrem putabat:
hoc ſibi in perenne manſurũ iudicabat fili/
um:ſi eum immolaret deo. Non ſolũ auteʒ
hoc ꝓphetauit qđ ſtatim accidit: qꝛ deꝰ ꝓ/



uidit ſibi ꝓ iſaac hoſtiã:⁊ reddidit patri fi/
liũ: Verũ illud magis ꝙ nõ hęc hoſtia diui
nę eſſet diſpoſitiõis:ſ; alia eſſet hoſtia quã
deus ſibi pararet vt mundaret oꝛbẽ terraꝝ:
illa eſſet omnibꝰ acceptioꝛ:ꝑ quã multi pa/
tres offerrent filios ſuos: vt moꝛianẽ in chꝛi
ſto:⁊ cõſepelianẽ in dño. Quãti patres oc/
ciſis martyrio filijs:lętioꝛes ab eoꝛũ tumu/
lo reuerterũt? Venit abꝛaã ad locum ſacri/
ficio ꝑdeſtinatũ:⁊ ędificauit ibi aram:⁊ im/
poſuit lingna. Quanta molimina immola/
turi:ne raptus ſubito ad immoladũ ęſtima
reẽ? Et colligatis manibꝰ ac pedibus iſaac
filij ſui:impoſuit eũ in arã ſupꝛa ligna. Ne/
ctit filio manibꝰ ſuis vincula pater:ne refu/
giendo filiꝰ ⁊ vi ignis exuſtꝰ peccatũ incur/
reret. Et dixit angeluſ: Abꝛaam abꝛaã. Te/
nuit quodãmodo manũ eius diuina vox: ⁊
ictũ vibꝛantis occupauit dexterę. Nõ ſemel
vocauit:ne aut nõ plene audiret:aut foꝛtui
tam vocẽ putaret. Sic reuocauit:queadmo
dum imperauit. Repetiuit vocẽ tanq; veri/
tus ne ꝑueniretur ſtudio deuotionis:⁊ vna
vox impetũ feriẽtis reuocare nõ poſſet. Nõ
inijciaſ inquit manũ in pueꝝ:neq; facias ei
quicquã. Nunc eñ cognoui:qꝛ timeas deũ
tuũ:⁊ nõ pepꝑciſti filio tuo dilectiſſimo ꝓp/
ter me. Hoc eſt dicere: Affectũ tuũ ĩquiſiui:
nõ factũ exegi. Temptaui mentẽ tuã:ſi eti/
am filio dilectiſſimo nõ parceres ꝓpter me.
Nõ aufero qđ donaui ipſe:nec hęredẽ inui/
deo quẽ largitus ſum nõ habenti. Nec oci/
oſe hic quoq; ei dilectiſſimũ filiũ dixit: vt il
lud quod ſupꝛa dixit:quẽ dilexiſti:ita dictũ
oſtenderet:ne ęſtimares ꝙ iam diligere de/
ſiſſet. Et reſpiciens abꝛaam vidit: ⁊ ecce ari
es vnus hęrens in virgulto. Qua ratione
arietẽ? Quaſi pꝛęſtantẽ vtiq; cętero gregi.
Qua ratione ſuſpẽſum? Ut aduerteres ho
ſtiam illã nõ eſſe terrenã. Qua cauſa coꝛni/
bus ſuſpenſum:niſi ꝙ carnẽ ſuã virtute ſu/
perioꝛe a terris leuaret: Iuxta qđ ſcriptũ ẽ:
Eſa.9. Cuiꝰ pꝛincipatus ſuꝑ humeros eiꝰ? Quis
vtiq; ſignificaẽ:niſi ille de quo ſcriptuʒ eſt:
Ps.148. Exaltauit coꝛnu populi ſui? Coꝛnu noſtruʒ
chꝛiſtꝰ eſt: qui ꝑſtitit omnibꝰ: ſicut legimꝰ:
Ps.44. Specioſus foꝛma ꝑ filijs hominuʒ. Solus
eleuatus ⁊ exaltatus a terris:quẽadmoduʒ
ipſe nos docet:cũ legitur: Ego non ſum de
hoc mundo:ego de ſuꝑnis ſum. Hunc vidit
abꝛaam in iſto ſacrificio:huiꝰ paſſionẽ aſpe
Job.8. xit. Et ideo ipſe dñs ait de eo: Abꝛaam diẽ
meũ vidit:⁊ gauiſus eſt. Unde ait ſcriptu/
ra: Vocauit abꝛaam nomẽ loci illiꝰ: domi/
nus videt: vt dicant hodie: Dñs in monte
apparuit:hoc eſt:ꝙ apparuerit abꝛaę:reuelãſ
futurã ſui paſſionẽ coꝛpoꝛis qua mundũ re/
demit: demonſtrans etiã genus paſſionis
cũ ſuſpenſuʒ oſtendit arietẽ: virgultũ illud
patibulũ crucis. Et in hoc ligno ꝑſtantiſſi/
mus ductoꝛ gregis exaltatus omnia traxit
ad ſe: vt ab omnibꝰ cognoſcereẽ. Unde ⁊ ip
ſe ait: Cũ exaltaueritis filiuʒ hominis tunc Job.8.
cognoſcetis qꝛ ego ſum. Hinc quoq; ꝓme/
ruit deũ abꝛaam. Deniq; hęc eſt tertia be
nedictio. Tres eñ plenarias accepit bene/
dictiones. Unã poſt victoꝛiã qua liberauit
nepotẽ qñ occurrit illi melchiſedech:quan/
do dixit ei dñs: Reſpice in cęlũ: ⁊ enumera
ſtellas ſi poteris:ſic erit ſemen tuũ. Et credi
dit abꝛaam deo:⁊ reputatũ eſt illi ad iuſtici
am. Aliã quãdo iuſſus ẽ nominari:⁊ ſigna/
culũ accepit circũciſiõis. Tertiã quãdo dile
ctiſſimũ filium ſuũ holocauſtũ deo non du/
bitauit offerre. Hęc iterũ benedictio ꝑſtitit
ſuperioꝛibus. In illis eñ ꝓpagationẽ ſemi
nis abꝛaę ꝓmiſit futuram: In hac autẽ ait:
Et benedicẽtur in ſemine tuo omnes reges
terrę:quoniã audiſti vocem meam. Et nos
ergo audiamus vocem dei noſtri: ⁊ obedia
mus ꝑceptis eiꝰ: ſi volumus apud eum in/
uenire gratiam.

## De morte vxoris abrae: fletuq; eius:⁊ ſepulture officio. De ſollicitudine quoq; ipſius ad ꝓuidendũ filio ſuo iſaac de vxore: Ca. IX.

I Deus qui ſequitur habet moꝛtẽ vx/
oꝛis: fletũ mariti :ſepulturę officiũ:
quibus maritalis affectꝰ ꝓbaẽ. Et
ſurrexit abꝛaã a moꝛtuo. Docemur vt nõ di
utiꝰ inhęreamꝰ moꝛtuis: ſ; quantũ ſatis eſt
officij deferamus. Feſtinauit aũt ꝓ loco ſe/
pulchꝛi pꝛeciũ ſoluere cũ gratiſ dareẽ: vt nõ
in alienis locis ſed noſtris potiꝰ ędificemꝰ
tumulos parentũ vel ꝓximoꝛũ. Sępe enim
cũ alienationibꝰ poſſeſſionũ:venales fiunt
quę in hiſdẽ locis ſepulturę ſunt. Hoc autẽ
ideo abꝛaã fecit:qꝛ nonduʒ erant hmõi dei
templa in quibꝰ fideliũ in dño reliquię con
dereẽ. Senuerat itaq; abꝛaã:qđ boni eſt
patris debuit vxoꝛẽ ꝓuidere filio: ſed ꝓpẽ
oꝛaculũ dei:nõ poterat redire eo vnde iuſ/
ſus erat exire. Habitat aũt in terris chana/
nęoꝛũ:ex quoꝝ genere legitimã ſucceſſionẽ

ſibi quęrere fugiebat. Et vocauit pueruȝ
ſeniorē domus ſuę: ⁊ dixit ei vt iret in char/
ram: ⁊ de ꝓximis ſuis vxorē peteret iunio/
ri dño ſuo. Diſce hinc: ꝙ etiā ſenioris ęta/
tis ſeruuli: pueri dicāt a dñis: vel a q̈buſq̄
potioribus. Vñ ⁊ quidā poeta hoc ſequen/
dū putauit: ſiue in eorū vſum qui ſibi docti
⁊ ſapientes videnᷓ ipſe hoc reperit: ſiue de
noſtris ipſe tranſtulit: ſiue trāſlatū inuenit.
Paſcite vt añ boues pueri ſubmittite tau/
ros. Unde ⁊ pueros dicimus: qñ ſeruulos
ſignificamus: nō ętatē exprimētes: ſed con/
ditionē. Aduerte nunc virtutē boni patriſ/
familias: ⁊ cōſidera primū qꝺ munus: ⁊ cui
mandet: vt ⁊ tu ita inſtituas ſeruulos: vt li/
beris tuis paternū affectū deferant: officia
exequanᷓ. Inuentus eſt de ſeruulis ſenior:
tamē qui ad vxorē ꝓuidendam dño iuniori
eligeretur: ⁊ cōſtrictus vt iuraret ⁊ mitteret
manū ſub femur dñi ſui. Per femur genera
tionem intelligimus. Generatio aūt abraę
Gal.3. chriſtus eſt. Unde apl'us ait: Abraę inquit
dictę ſunt ꝓmiſſiones: ⁊ ſemini eiꝰ. Nō di/
cit: ⁊ ſeminibus quaſi in multis: ſed ſicut in
vno: ⁊ ſemini tuo qꝺ eſt chriſtuſ: oſtendens
ꝑ ipſum nobis ſanctū ſacramentū: ꝑ ipſum
tutum auxiliū fore. Cōſtrinxit aūt eū vt nō
de ſemine chananęoꝝ vxorē accerſiret dño
ſuo: quorū generis auctor patrē nō honora
uerat: ⁊ ideo maledictiōis hęreditatē tranſ/
miſit in ſuos: vt cognoſcamꝰ fidem ⁊ quan/
dā hęreditatē de auctoris ꝓſapia in his re/
quirendā: quos nobis volumꝰ adiungere.
Ps.17. Cū ſancto eñ ſanctꝰ eris: ⁊ cū ꝑuerſo ꝑuer/
teris. Si hoc in alijs: quātomagis in cōiu/
gio: vbi vna caro ⁊ vnus ſpūs eſt? Quō au
tem poteſt cōgruere charitas: ſi diſcrepet fi
des? Et ideo caue chriſtiāe: gētili aut iudęo
filiā tuam tradere. Caue inquit gentilē aut
iudęam atq̄ alienigenā: hoc eſt: hereticā: ⁊
omnē alienā a fide tua vxorē arceſſias tibi.
Prima coniugij fides: caſtitatis gratia eſt.
Si idola colat: quorū p̄dicanᷓ adulteria: ſi
chriſtū neget qui p̄ceptor ⁊ remunerator eſt
pudicitię: quō poteſt diligere pudicitiā? Si
chriſtiana ſit nō eſt ſatis: niſi ambo initiati
ſitis ſacramēto baptiſmatis. Simul ad ora
tionē nocte vobis ſurgendū eſt: ⁊ cōiunctis
p̄cibus obſecrādus deus. Accedit aliud in/
ſigne caſtimonię: ſi credaſ a tuo deo tibi qꝺ
ſortitus es coniugiū datū. Unde ⁊ ſalomō
Prouer.19. ait: A deo inquit p̄parabitur viro vxor. Nō

poſſunt hoc diſpares fide credere: vt ab eo
quē nō colunt: putent ſibi conubij impꝛtitā
gratiā. Ratio docet: ſed ampliꝰ exempla cō
mouēt. Species illecebra mulieris decepit
etiā fortiores maritos: ⁊ a religione fecit diſ
cedere. Et ideo tu vel amori cōſule vel erro/
rē caue. Primū ergo in cōiugio: religio quę/
ritur. Ideo abraā ꝓximā quęſiuit dare vxo
rem filio ſuo. Et tu ꝓximā quęre. Quis eſt
ꝓximus? Qui fecit inquit miſericordiā. In Luc.10.
euāgelio hoc dixit dñs ieſus. Et tu ꝓximaȝ
ſeminis abraę require: ⁊ propinquā ꝓximi
tui. Semen abraę chriſtus: ipſe eſt ꝓximus
omniū: q̇ ſuꝑ omnes fecit miſericordiā: tol/
lens peccatū mundi. Et deinde quid in vxo
re quęraᷓ. Nō auruȝ: non argentū quęſiuit
abraam: non poſſeſſiones: ſed gratiā bonę
indolis. Deinde interrogatꝰ: ſi nollet veni/
re mulier: vtrum nā eo filiū dñi ſui duceret:
ait: Attende tibi: ne reuoces filiū meū il/
lo. Dñs deus cęli: ⁊ deꝰ terrę accepit me de
domo patris mei: ⁊ de terra in qua natꝰ ſū:
qui locutꝰ eſt mihi ⁊ iurauit dicēs: Tibi da/
bo terrā hanc: ⁊ ſemini tuo: ipſe mittet an/
gelum ſuum ante te: ⁊ accipies filio meo vx
orem inde. Qꝫ ſi noluerit tecū venire mu/
lier: in terram hanc: purus eris a iuramēto
hoc. Quo ꝓficiat hoc: cōſidera diligētius.
Nō licet tibi accipere alienigenam. Sane ſi
chriſtianā ſe faciet: ⁊ laudeȝ habebis ex ea.
Ne te q̄ȝ ſi recuſauerit chriſtiana fieri ſtudi/
um nuptiaꝝ a fide deflectat: inſtruit lectio.
Abraam eñ ſequentē deduci ad monuit: re
ſidētē nō expeti: nec eo filiū ꝑgere. Sane do
mini ſui qui ſe ab incolatu terrę in qua ha/
bitabat adduxerat nō defuturā miſericordi
am: vt q̄ret ſtudio petitoris ⁊ puellę incli/
naret animū. Quaſi ꝓpħa hoc dixit in cau
ſa filij: ⁊ quaſi moralis doctor docuit te ſpe/
rare de dño: ꝙ iuuare digneᷓ incrementum
fidei quęrentē. Et ſurgens puer: ꝓfectus
eſt in meſopotamiā: ⁊ iuxta voti ſeriē qꝺ ꝓ
ficiſcens ſeruulus vouerat: occurrit ei rebec
ca: habens hydriā ſuꝑ humerū: virgo ſpeci
oſa valde: quā vir nō cognouerat. Deſcen/
dit aūt ad fontē: ⁊ impleuit hydriam: dedit
puero bibere: adaquauit omnes camelos
eiꝰ. Unde puer abraę accepit inaures aure
as ſingularū dragmarū: ⁊ duas virias de/
dit in manꝰ eiꝰ: decē aureorū pondus earū:
⁊ quęſiuit ab ea ſi locus eſſet hoſpitio: ⁊ cu/
ius eſſet filia. Simplicitas quidē moralis



exprimiᷓ: ꝙ nullus fuerit vel in cōiugij peti
tione ambitioni locus: ſed dñs ꝯſul cōiugij
petitionem impleuerit. Tñ ſpectare licet ec
cleſię myſteria. Ubi inueniᷓ eccleſia: niſi in
meſopotamia? Inde quęriᷓ: ibi accerſiᷓ: ibi
duobus ſtipaᷓ fluminibꝰ: lauacro gratię: et
fletu pęnitētię. Eteñ niſi pctā ꝓpria defle/
ueris: niſi gratiā baptiſmatis acceperis: nō
tibi acq̄riᷓ eccleſię fides: ⁊ q̄dā cōiugalis co
pula: muniunt eā tigris: hoc eſt: prudētia: ⁊
eufrates: hoc eſt: iuſticia ⁊ illuminatio fru/
ctuoſa: a barbaris ſeparās gentibꝰ. Uirgo
autē ſpecioſa valde: cuiꝰ decorē nullius cor/
rupit ętas. Specioſa valde: q2 ſpecioſus et
ille p̄ filijs hominū qui eam acquiſiuit ſibi.
Quā vir nō cognouerat. Nulli eñ viro erat
copulę ius: ſed ſoli chriſto debita. Hydriam
habens ſuꝑ humerū: qua lauat actꝰ homi/
nū. Et q2 ex ꝯgregatiōe gentiliū cōſtat: q̄ ſu
os lauit. Ideo legis: q2 deſcendit ad fontē:
Joh.4. ⁊ impleuit hydriā ⁊ aſcendit. Samaritana
illa venit ad fontē: ſicut in euāgelio ſcriptū
eſt. Sed nō deſcendit: puteꝰ ei videbaᷓ: nec
impleuit hydriā. Deniq̄ ait: Hydriā nō ha
beo. Non habebat vnde actꝰ ſuos lauaret.
Hęc ſola deſcendit: hęc ſola cognouit fontē
verū: hoc eſt: nō aquę fontē: ſed vitę ęternę:
Ps.35. ſicut dixit dauid: Qm̄ apud te eſt fons vitę
⁊ in lumine tuo videbimꝰ lumē. Ideoq̄ ha
buit qꝺ daret ſitientibꝰ: quia credidit. Naȝ
quę nō credebat: ait fonti huic volenti ſibi
potū dare: Unde mihi habes dare aquā vi
uam? Hęc autē habuit vnde nō ſolū puerū
ſed etiā camelos adaquaret: quę nō ſolū iu
ſtos rigare cōſueuit: ſed etiā iniuſtos reple/
re. Ideo accepit iaures aureas: ⁊ virias q̄s
miſit abraam: tanq̄ȝ meritoꝝ ſuoꝝ pręmia.
Fortaſſe audientes hęc filię quę ad gratiaȝ
dñi tenditis: ⁊ vos ꝓuocemini vt habeatis
inaures ⁊ virias: ⁊ dicatꝭ: Quomō ꝓhibes
hoc epiſcope: vt habeamꝰ qꝺ rebecca acce/
pit ꝓ munere: ⁊ hortaris vt ſimiles ſimꝰ re/
beccę? Sed non has inaures rebecca habe/
bat: ⁊ viriaſ quę lites in eccleſia ſerere ſolēt:
quę labunᷓ frequēter: alias inaures habe/
bat quas vtinā vos habeatis: alias virias.
Inaures rebeccę: pij auditꝰ inſignia: ⁊ virię
rebeccę ornamenta factoꝝ ſunt. Has inau/
res habebat: quę nō grauarent aurē ſed de/
mulcerēt. Has virias quę manū nō materi/
ali auro onerarent: ſed ſpiritali actu leua/
rent: Ideo ⁊ fratri ⁊ parētibꝰ in hoc placuit

ornatu. Et tu ſume inaures quas tibi abra/
am reliquit: ſume quas trāſmiſit virias. Au
di verba dñi dei tui ſicut ipſe audiebat: exe/
quere iuſſa ſicut ipē ꝓperauit implere. Pul
cherrimus aūt locus ad inſtruendos eos q̇/
bus aliquid iniungiᷓ: qꝺ nō prius māduca/
uit puer abraę appoſitū ſibi panē: q̄ȝ manda
tum dñi exequereᷓ. Quo ipetrato vaſa au/
rea ⁊ argentea ⁊ veſtem dedit rebeccę. Ubi
ſponſata eſt eccleſia: accepit vaſa aurea ⁊ ar
gentea: in quibꝰ eſſet theſaurus fidei. Sūt
eteñ vaſa in honorē: ſunt ⁊ in contumeliā.
Quę ſint ea vaſa audi: Habemus theſauꝝ 2.Cor.4.
in vaſis fictilibus. Uaſa fictilia: corpora no
ſtra ſunt: fides noſtra theſaurꝰ eſt. Et fortaſ
ſe iam etiā ipſa corpora noſtra quę theſauꝝ
habēt aurea ſunt: q2 ſunt plena prudentię:
⁊ argentea vaſa ſunt: quę videnᷓ mandati
cęleſtis alloquijs refulgere. Honoranᷓ autē
⁊ parentes muneribꝰ: cōſuliᷓ puella non de
ſponſalibus: illa eñ iudiciū ſpectat paren/
tū. Nō eſt eñ v̄ginalis pudoris eligere ma
ritū: ſed iam deſponſata viro de ꝓfectionis
ꝯſuliᷓ die. Nec immerito dilationē nō attu
lit. Iure eteñ ꝓperare debuit ad mărituȝ.
Unde illud euripideon qꝺ mirātur plęriq̄:
vnde tranſlatū ſit manifeſtuȝ eſt. Ait eñ in
ꝑſona mulieris: quę tñ marituȝ volebat re/
linquere: ⁊ ad alias petebatur nuptias. μύ/
μεῦ μάτόμ μόμ πάτηρ ἐμόσ μέριάμ
ἐχεῦ τόυ χόράπτόσ χέσ τύμ ἐμόμ. Hoc
eſt: Sponſaliū quidē meoꝝ pater meꝰ curā
ſubibit. Hoc eñ nō eſt meū. Ergo qꝺ ⁊ ipſi
pħi mirati ſunt: ſeruate virgines. Mulier
etiā ſi qua amiſſo cito marito adoleſcētula
laqueum infirmitatis ſuę timet incidere: ſi
vult nubat tantū in dño: vt electionē mari/
ti parentibus deferat: ne appetentię ęſtimeᷓ
auctor: ſi ipſa de nuptijs ſuis electionē ſibi
vendicet. Expetita eñ magis debet videri
a viro: q̄ȝ ipſa virū expetiſſe. Uerecundiaȝ
p̄mittat anteq̄ȝ nubat: quo ipſuȝ cōiugium
plus cōmendet verecundia. Sed illi verba
imitanᷓ: opera imitari nequeūt. Ineſſe q̄ȝ
in eo pręclarū eccleſię myſteriū liquet: eo ꝙ
nemo auſus ſit eā ante chriſtū vocare. Soli
eñ chriſto hęc erat vocandarū nationū re/
poſita p̄rogatiua. Uocata aūt nō fecit mo/
ram: ⁊ ideo acceptior dño: q2 ꝑlus iudęorū
qui erat ad cęnā vocatus dignꝰ non fuit ve
nire: cōgregatio autē gentiū ſimul vt accer/
ſiri ſe vidit: occurrit. Deniq̄ vt ſcias nō ſine

myſterio eſſe:cū veheretur camelo venit ad
ſponſuȝ:eo ꝙ populus nationū beluina q̄/
dā horridus meritorū deformitate:qui for/
me ſue nullū haberet decorē: fidē eſſet atqꝫ
ꝯſenſū eccleſie receptur⁹. Nec illud ocioſū:
ꝙ cū veniret Rebecca vidit iſaac deambu/
lantē:ꝛ cū interrogaſſet quis eſſet: cognito
ꝙ ipſe eſſet cui duceret vxor:deſcendit ꝛ ca/
put ſuuȝ obnubere cepit:docens verecūdi/
am nuptijs ꝑire debere. Inde eñ et nuptie
dicte: ꝙ pudoris gratia puelle ſe obnube/
rent. Diſcite ergo virgines queadmodū ſer
uetis verecundiā: ne intecto capite ꝓdeatis
ante extraneos:cū rebecca iam deſponſata
deſignatū maritū aperto capite nō putaret
videndū. Quis ille eſt ſeruulus qui ꝓuidit
has nuptias? Un⁹ vtiqꝫ de aplis:ꝛ ille ma/
Act.15. xime qui ait: Uiri fratres:vos ſcitis qꝛ a di
ebus antiqs in nobis de⁹ elegit:ex ore meo
audire natiões verbū euāgelij. Uel ille qui
doctor appellat⁹ eſt gentiū. Ipſi eñ cum le/
gūtur ait iohānes euāgeliſta: acquirūt chri
ſto animā:vt credat que ante nō credidit: ꝛ
cupientib⁹ chriſtū videre:ſermonib⁹ demō/
ſtrāt ſuis. Itaqꝫ abraam celebratis filij nu/
ptijs:longeua etate:ꝛ bona ſenectute com/
pleuit diem.

## Sancti Ambroſij epiſcopi: de Abraam primus liber explicit.

## Sequitur annotatio capitulorū ſecundi libri eiuſdem.

De cōtinuatione huius libri ad ꝑcedentē:
cū pulchra ꝓfundioris intellect⁹ apertio/
ne:ꝛ qua ratione mēti dicat ſicuti ꝛ abrae
dictum eſt:vt exeat de terra:cognatione:
ꝛ domo ſua. Quomō etiā volens ꝑfectaȝ
purgationem cōſequi:a tribus ſe debeat
diſiungere. Ca.I.
De exitu abrae queadmoduȝ locutus eſt ei
domin⁹. Et ꝙ ꝓceſſus illi⁹ viri ꝓpoſitus
ſit nobis ad imitandū:ꝛ ſcriptus ad expe
rimentū:ac qualiter reformet ſe mens in
abraam:ꝛ ꝑ gradus ꝛ incrementa ſe colli/
gat. Ca.II.
De ꝑambulatione abrae vſqꝫ ad locuȝ vbi
dnm ſibi apparentē vidit:quē ꝗdiu chal/
deus fuit videre nō poterat. Qꝫ etiā mēs
ꝗdiu chaldaicis erroꝛib⁹ inflectit: deum
nō videt. De edificatiōe quoqꝫ are ꝑ abra
am ꝛ inuocatione nois dñi. Ca.III.
De abitu abrae ꝛ demoratione in deſerto:
deſcenſuqꝫ in egyptū. Qꝫ etiā mens tunc
ꝓbetur ac temptet quādo eſt in deſerto.
Quid ꝑterea ſignificet ꝙ abraam deſcen/
dens in egyptū: dixit ſare:ne ſe vxorē ſed
ſororē eius appellaret. Quid etiā increpa/
tio abrae ꝑ regem egypti: vxoriſqꝫ reſtitu/
tio ꝛ abeundi licētia. Ca.IIII.
Diſceſſus abrae de egypto cum vxore ſua
ſara quid ſignificet. Quid etiā ꝙ eo indu
citur rediſſe vnde in egyptū deſcēderat.
Cur ꝑterea diuitias eius ſcriptura expreſ
ſerit. Et vtrum loth quoqꝫ nepos eius di
ues fuerit. Ca.V.
Qua ratione ſcriptū ſit: Et loth qui ambu/
labat cum abraam. Cur etiā dictum ſit ꝙ
nō capiebat eos terra. Qui preterea ſint
paſtores:ꝛ quorū animantiuȝ. Que rixa
inter paſtores abrae ꝛ inter paſtores loth:
ꝛ quomō illam ſedare curauerit abraam.
Quāta quoqꝫ ꝑmiſerit ne loth diſcedere
cogeretur. De inſolentia deniqꝫ ipſi⁹ loth
ꝛ electionis neſcientia. Et quid nos elige
re debeamus. Ca.VI.
Quomō ex locutione dñi ad abraam ꝛ oſtē
ſe ſibi terre ꝓmiſſione doceamur quantū
mens ſupfluis portionib⁹ ꝛ irrationabili/
bus exhauſtis: ꝓficiat. Queadmodū etiā
inſtruamur ex triumpho quattuor reguȝ
cōtra quinqꝫ:quantū vitia vitijs adiunc/
ta noceant. Ca.VII.
Queadmoduȝ ex oblatione melchiſedech
āmoneat mens plena prudentie ac iuſti/
cie:vt deuotior ſit erga dei cultū. Qꝫ ex
petitione regis ſodomoruȝ: vbi ſe viciſſe
putat tēptari ſe diſcat:ꝛ qualiter ex abrae
reſponſione cōtagium intēperantie decli/
nare poſſit. Cur ꝑterea poſt euentū belli:
mercedē domin⁹ ſpoponderit. Quid de/
niqꝫ ſignificet ꝙ abrae cura poſteritatis fu/
it. Ac de myſtica interꝑtatione totius ſa/
crificij abrae. Ca.VIII.
Quid ſibi velit ꝙ poſt ſolis occaſum exceſ/
ſus cecidit ſup abraam. Et quomō ei non
tam que futura erāt declarabant: ꝗ ꝑſcri
bebantur que faciēda forent. Quid prete
rea ſingulariter ꝑ ſuperiora auctor ſignifi
cari arbitret. Ca.IX.
Quid ſignificet oraculo domini ad abraaȝ
dicentis: Semini tuo dabo terrā hanc ꝛc.
Ad quid etiam pertineat ſara vxor abrae
que ſterilis fuerat: Et qd ancilla ei⁹ agar
ſignificet. Qua ratiōe ꝑterea ſara cōcluſa
fuerit:ꝛ agar filios pepererat. Ca.X.
Quid nos doceat oraculuȝ quo dictum eſt
abrae: Circūcidatis omne maſculinū ve/
ſtrū ꝛc. Quō etiā plerıqꝫ moueant ex hoc
ꝙ dñs dixit: Quoniā qui non fuerit circū
ciſus maſculus ꝛc. Qua ratione ꝑterea ſa
re vna littera fuerit addita:ac de futuri fi/
lij ꝓmiſſione ꝛc. Quid deniqꝫ ſignificet ꝙ
abraam in faciem ceciderit. Et de ꝓmiſſi
cōfirmatione:ꝛ reſponſione dñi ad abrae
petitionē. Ca.XI.

Finis.



## Liber ſecundus ſancti Ambroſij epiſcopi de abraam: In quo altiori ſenſu ꝑ hiſtoriā diuerſarum ꝑſonarum virtutis forme ꝓceſſum explicat: feliciter incipit.

### De cōtinuatione hui⁹ libri ad ꝑcedentē:cum pulchra ꝓfundioris intellectus apertione:ꝛ qua ratione menti dicat ſicuti ꝛ abrae dictū eſt:vt exeat de terra:cognatione: ꝛ domo ſua. Quomō etiam volens perfectā purgationē cōſequi:a tribus ſe debeat diſiungere: Ca.I.

m. Oralem quideȝ
locū ꝓſecuti ſumus qua po
tuimus intellect⁹ ſimplici/
tate:vt qui legunt morum
poſſint ſibi haurire magi/
ſteria. Sed qꝛ ex vtraqꝫ parte acuta eſt aci/
es gladij:ex vtraqꝫ parte ꝑliaris. Similiter
verbū dei qđ eſt acutius omni gladio acu/
Heb.3. tiſſimo:penetrās vſqꝫ ad diuiſionem aie:q̊/
cūqꝫ cōuerteris paratuȝ inuenies ꝛ oportu
nū:vt animā legentis ꝑtranſeat ad reuelan/
da ꝓpheticarū ſcripturarū enigmata. Unñ
nō abſurdū reor referre ad altiora ſenſum:ꝛ
ꝑ hiſtoriā diuerſarū ꝑſonarū virtutis forme
quendā ꝓceſſum explicare:maxime cū iam
in adam itellect⁹ ꝓfundioris exordia degu/
ſtaremus. Adam etem̄ mentē diximus:euā
eſſe ſenſum ſignificauim⁹: ſerpentis ſpecie
delectationeȝ expreſſimus:ſed ibi de ſūma
beatitudine:ꝛ quadā naturali virtutū ame
nitate per circūſcriptionē ſenſus ꝛ delectati
onis illecebram deflexus ad culpaȝ eſt. Hic
aūt ꝑfectū mētis ſpeculari dat. Hoc eñ le/
giſlator ꝓuide egit: vt queadmodū lapſum
mentis demōſtrauit: vt illas erroris cauere/
mus ſemitas:ita etiā ꝓceſſū mentis ꝛ quē/
dam ſuperiorē reditū ſignificaret: vt queād
modū infracta mens reformare ſe poſſit co/
gnoſceremus. Purgauerat eñ terram dñs
in diluuij infuſione:lauerat humane collu/
uionē fragilitatis. Sed nō ſatis erat ad vir/
tutum ꝑfectū:niſi vt inſtrueret homo quē/
admodū ſe regeret ꝛ gubernaret. Abraam
mentis loco inducit. Deniqꝫ abraam trāſi/
tus dicit. Ergo vt mens que in adā totam
ſe delectationi ꝛ illecebris corporalib⁹ dede
rat:in formā virtutis ſpeciēqꝫ trāſiret: vir ſa
piens nobis ad imitandū ꝓpoſit⁹ eſt. De/
niqꝫ abraaȝ ſm hebreos ꝛ ſm latinos pater
dictus eſt:eo ꝙ mens paterna quadā aucto
ritate cēſione ꝛ ſollicitudine totū gubernet
hominē. Hec ǧ mens erat in charra: id eſt:
in cauernis obnoxia varijs paſſiōib⁹. Iōqꝫ
dicit ei: Exi de terra tua: hoc eſt: de corpore
tuo. Exiuit de hac terra ille cui⁹ cōuerſatio
in celis. Et de cognatione inquit tua. Cog/
nati ſunt anime noſtre corꝑis ſenſus. Diui/
ditur in duo anima nr̄a:in id qđ rationabi/
le:ꝛ in id qđ eſt irrationabile. In eo aūt qđ
eſt irrationabile ſenſus ſunt. Ergo cognati
ſunt ꝑtis rationalis:hoc eſt:mentis. Et de
domo tua inquit exi. Domus mentis prola
tum eſt verbū. Sicut eñ paterfamilias ha/
bitat in domo ſua:ꝛ in poteſtate habet quē
admodū regat domum ſuā:ita etiaȝ mens
in ſermonibus noſtris habitat ꝛ gubernat
verba noſtra:ꝛ vis eius ac diſciplina in ſer/
mone elucet. Et bonus paterfamilias a pri
mo veſtibulo domus eſtimatur:ita etiā de
ſermonib⁹ noſtris mens noſtra ꝑpenditur.
Deniqꝫ etiā modulū vocis pulſat ꝛ reuocat.
Ergo qui vult ꝑfectam purgationē ꝯſequi:
diſiungat ſe ab his tribus:a corpore: a ſen/
ſibus corporalib⁹:a voce. In quib⁹ ſūt om/
nes corꝑis paſſiones ꝛ circūſcriptiones ſen
ſuum quib⁹ decipimur ꝛ illudimur. In nul
lo eñ horū trium bonum. Nec in carne:ꝗ/
uis epicuri ſchola plerıqꝫ etiā voluntarij di/
rumpantur laudis corporis delectatione.
Neqꝫ eñ in ſenſib⁹:qui ſepe ludunt. Neqꝫ
in ſono vocis:que falſis plerūqꝫ animā de/
mulcet cantib⁹ eſt ꝑfectum bonū hoc incor/
ruptibile. Manifeſta auteȝ fides. Mortuo
etem̄ homine caro corrumpit: ſenſus pere/
unt:vox amittit: remanet mens immorta/
lis:incorporeā vitā recipiens. Unde in alte/

ram terrā vocaꝛ plenā beatitudine:vbi nō
falſa ꝓ veris ſicut in hac vita: ſed viuam re
rum cernat ſubſtantiā:eo ꝙ excuſſa corpoꝛl
⁊ ſenſuū ⁊ vocis nebuloſa quadā imagine:
corruptibilē caliginē deponat:⁊ reuelata fa
cie beatę vitę gratiā luſtret obtutu. Bene/
dicā inquit te:⁊ faciam te in gentē magnā.
Immortalitatē ſpondet cū genus ꝓmittit.
Genus em̄ immortale videtur eſſe. Perſo/
nę mortales ſunt ſingulorū:vt hominū: vt
equorū:vt apum. De quibus ait quidā:At
genus immortale manet. Tamen multo il/
lud melius ꝙ gentē magnam dixit: eccleſię
perpetuā poſteritatē ⁊ generationē illaꝫ ſu/
pernā quę vere magna eſt: Et peccato mo/
riamur:ideo renaſcamur.

## De exitu abrae quemadmodum locutus eſt ei dominus. Et ꝙ pceſ ſus illius viri ꝓpoſitus ſit nobis ad imitandū: ⁊ ſcriptus ad experi/ mentū: ac qualiter reformet ſe meſ in abraam:⁊ ꝑ gradus ⁊ incremen ta ſe colligat: Ca.II.

Xijt abraam quēadmodū locutus
e eſt ei domin⁹. Hinc ferunt gentiles
ſepteꝫ ſapientiū ſententiā: Seque/
re deum quaſi iumentū ſuū:cum longe an/
terior:nō dico abraam ſed moyſes fuerit: ꝑ
quē lex data eſt dicens: Poſt dominū deuꝫ
tuū ambulabis. Exiuit ergo abraā: in quo
nō tam ꝓfectio eius ꝙ̄ animę eius deuotio
⁊ mentis libertas exiuit de corporis vincu/
lis:de illecebris delectatiōis. Deniqꝫ ſic ha
bes: Exiuit abraam quēadmodum locutuſ
eſt illi deus. Supra habes:exi dixiſſe deuꝫ:
in quo apertū imperiū iubentiſ expreſſum:
hic habes: quēadmoduꝫ locutus eſt illi de/
us:quaſi quidā cōfabulationis affectus cō
p̄hēdiꝛ:omnia em̄ fecit quę ſtatuta ſunt.
Ante factū igitur de⁹ dicit quaſi obnoxio:
poſt factū loquitur quaſi amico. Amic⁹ eſt
em̄ deo qui facit quę imperata ſunt. Unde
Job.16. ⁊ in euāgelio ſuo dicit domin⁹ ieſus: Vos
amici mei eſtis ſi feceritis quę ego pręcipio
vobis. Jam nō dicā vos ſeruos. Sed(vt
dixi) ꝓceſſus viri ſapientis ꝓpoſitus eſt no
bis ad imitandum:ſcriptus ad experimen/
tum:nec perfectio. Adhuc enim reformat ſe
mens in abraam quę in homine primo lap/
ſa eſt. Et ideo per gradus ⁊ incremēta ſe col
ligit. Unde ⁊ addidit: Et abijt cuꝫ eo loth:
hoc eſt:declinatio. Id eniꝫ nominis ſignifi
cat interp̄tatio:eo ꝙ vt viantes incognitaꝫ
carpentes viam:ſemitis aliquib⁹ ſępe fallū/
tur vt a directo deflectant tramite:⁊ tamen
ſi prudentes ſunt nō deuiant:ſed cunctabū
di licet regionis ipſius contuitu viam colli/
gunt. Ita ⁊ abraam nutabūdus quidem ta
men tramitē veri ſequebaꝛ. Ducebatur plę
rumqꝫ falſa ſpecie bonorū:ſed non penitus
inclinabaꝛ. Perfecti eſt em̄ nō deflectere:
prudentis nō penitus declinare. Solus au
tem ille nunꝙ̄ deflexit: de quo ſcriptuꝫ eſt:
Ecce virgo in vtero accipiet:⁊ pariet filiuꝫ: Eſa.7. Luc.1.
⁊ vocabis nomen eius emanuel: butyrū et
mel manducabit. Priuſꝙ̄ ſciat aut ꝓferat
mala:eliget bonū:quoniā priuſꝙ̄ ſciat pu/
er bonum aut maluꝫ non credet malicię:vt
eligat qđ bonuꝫ eſt. Hoc abraam facere nō
poterat vt prius bona eligeret ꝙ̄ mala ſci/
ret: Sed p̄ceptis inhęrebat cęleſtib⁹ ne de/
clinaret a vero. Ideo etiā ⁊ ſeptuaginta et
quinqꝫ annorū deſcribitur exiſſe de charra:
ꝙ ſeptuageſſimo perfecto remiſſionis nume
ro ſenſus is ſit qui poſſit inflecti. Delectati/
ones em̄ horum ſenſuū faciunt:vt nō ſemꝑ
erecta ſit mens noſtra:ſed aliquādo ſe infle
ctat:vt non infra cauernas corporis ſe in/
tra latibula voluptatis abſcondat. Tamen
etiā in his cuniculis poſitus ita euaſit vt ſu
meret vxorem ſuā:⁊ nepotē:⁊ omnē animā
quācūqꝫ poſſederat in charram. Prudētes
em̄ ⁊ cōtinentes virtutis atqꝫ animę poſſeſ/
ſores ſunt:decorē morum manſuetorum eli
gentes. Qui autē amatores corporis ſunt:
delectationib⁹ eius irretiuntur:quia irrati/
onabiliū in corporis habitudine omnis vir
tus eſt:rationabiliū autē in virtutibus ani
mę ac diſciplinis. Propterea ſcriptum eſt:
Quia poſſidebat animā ſuam tanquā libe/
ram regens ⁊ nulli ſeruituti obnoxiaꝫ. Hoc
ergo habet intentio doctoris:eo ꝙ etiam in
illis diuerticulis ⁊ anfractibus cōſtitutus:
vel adhuc cui recentioris vel nondū perfec/
tioris diſciplinę locum patētē ad vitia nō ē
ita inflexus ad culpaꝫ vt demigrare nō poſ
ſet. Deniqꝫ mentē ſuam ab illa lubrica poſ/
ſeſſione defendit ⁊ tranſtulit.

## De perambulatione abrae vſqꝫ ad locum vbi dominum ſibi appa rentem vidit: quē ꝙ̄diu chaldeus fuit videre non poterat. Nō etiaꝫ mens ꝙ̄diu chaldaicis erroribus inflectitur:deum nō videt. De ędi ficatione quoqꝫ are ꝑ abraam ⁊ in uocatione nominis dn̄i: Ca.III.



T pambulauit inquit abraam vſqꝫ
e ad locum ſichem ad quercū altam.
Nōne videtur ſuperflua eſſe:niſi ra
tionem requiras:cum ⁊ altitudinē quercus
nō prętermiſerit? Sed vbi ratio eſt:nihil ſu
perfluū. Sichem em̄ vel humer⁹ vel ceruix
ſignificatur:qđ eſt laboris vel exercitatiōis
indiciū. Unde et iacob vir exercitatus filio
ſuo ioſeph eam pręcipuā dedit. Ergo quia
neqꝫ ſine dote naturę exercitatio ipſa per ſe
perfectionē conferre poteſt:⁊ naturę gratia
deſtituitur ſi deſit exercitatio: eſt em̄ inge/
nioſi adminiculuꝫ diligentia:induciꝛ is vir
ad cuius imitationē formariſ ad naturę gra
tiaꝫ adiuncta exercitatione:ita fundatior ⁊
excelſior factus:vt vſqꝫ ad quercū altā tran
ſiret. Quę arbor vt alta:ita etiā robuſta in/
dicio eſt. Non facile animā abrae ſęculi hu/
ius ꝓcellis eſſe curuatam:ſed manſiſſe ſub/
limem vt ſe ęternis inquiſitionib⁹ ad altitu
dinē diuinę cognitionis eleuaret. Deniqꝫ
cōtinuo apparuit illi deus. Nuſquā ſuperi⁹
habes ꝙ viſus eſſet illi deus. Unde liquet
eo referendū:quia ꝙ̄diu chaldęus fuit:hoc
eſt:nō ſolum in regione:ſed etiā in opinio/
ne chaldęorū:nō poterat deum videre quē
intra mundū quęrebat. Chaldei em̄ mūdū
ſuperiorem deū dicunt: ⁊ etiā ſticarum do/
mo:⁊ ſtellarū curſu ferri aſſerunt ea quę ter
rena ſunt:⁊ quodā coerceri vinculo. Unde
⁊ deos ſtellas appellauerunt:eo ꝙ eas domi
natū quendā habere ſupernū credant:quia
quędā ſtellis ad terrena cōpaſſio eſt. Opor/
tuit autē eos ęſtimare:quia qđ compatitur
nō imperatorū ius nec dominatū quaſi de/
us poſſit habere in eis quorū egreſcit com/
paſſione cū ſit ⁊ ipſe mortalis ⁊ corruptibi/
lis. Mundus quoqꝫ cū ſit factus:vtiqꝫ ipſe
deus nō eſt:ſ; operator ⁊ cōditor eius. Er
go mens ꝙ̄diu chaldaicis erroribus inflec/
titur nō videt deum:quē in his quę viden/
tur non in his quę nō videntur eſſe putant.
2.Corſ.4. Quę autē videntur temporalia ſunt: nam
quę nō videntur ęterna. Sed nō tempora/
lis deus. Nō igitur videꝛ. Non ergo mens
ea videt deum quę diſciplinā chaldęorum
ſequitur. Unde nec abraam primum vidit.
Quomō autē poterat videre eum ſupra
quem alterum eſſe arbitrabatur? Ubi vero
ad aliam demigrauit: nō regionem ſed ve/
ram religionem:paratā humilitati: hoc em̄
ſignificat chanaan:tunc deū videre cępit:et
cum cognoſcere eſſe deū:cuius inuiſibili vir
tute aduertit ea regi ⁊ gubernari. Hoc ergo
ſcriptura docet:quia abraam a ſtellarū ob/
ſeruatione migrans deū vidit. Confirma/
tio teſtimonij adiūgitur: quia in loco aram
domino ędificauit ei qui ſibi apparuit. Im/
preſſus eſt em̄ typus iſte validus in anima
eius:⁊ manifeſtata fides veritatl. Supe/
tit eniꝫ grato viro memoria:ingrato irrepit
obliuio. Illi hęrent a quib⁹ adiuuantur:iſti
labūtur omnia quę cōferuntur. Statuit au/
tem arā ſed nō ſacrificauit. Poſſet moue/
re niſi meminiſſet ꝓceſſus mentis hui⁹ ſcri/
pturę ſerie ſeruari. Et ideo ſpectabat a deo
genus diſcere ſacrificandi. Aduertebat em̄
irrationabilis animātis ⁊ mutę pecudis ſa/
crificium dignum diuino cultu hoſtiam nō
videri. Nondū in iſaac typum cognouerat
paſſionis futurę:nonduꝫ melchiſedech de/
derat ei benedictionis gratiā vt iſta cogno
ſceret. Receſſit inquit inde in montē con/
tra orientem bethel. Incrementū deuotio/
nis montis ſignificat eminentia:cui⁹ aſcen
ſio indiciū eſt vberioris ꝓceſſus. Cōtra ori/
entē ideo:quia ꝓphetabat venturū iuſticię
ſolem:ꝙ illic ſapientia pararet ſibi domuꝫ:
⁊ inde per virginē ſuum p̄deſtinaret exortū.
Volebat ergo cognoſcendorū iam myſteri/
orum lumen accipere. Sicut em̄ ſole mun/
dus:ita ſplendore ſapientię tota mens illu/
minabitur. Meritoqꝫ poſuit contra orientē
bethel. Domus enim dei dicitur bethleem
in qua natus eſt chriſtus. Unde ait per ꝓ/
phetam deus: Et tu bethleem nō es mini/ Michee.5.
ma inter principes iuda:ex te em̄ exiet prin
ceps qui regat populū meuꝫ. Non dixit cō
tra bethleem:ſed tabernaculū ipſum beth/
leem appellauit. Eccleſia em̄ iuſtorum eſt ta
bernaculū. Jam illa quis nō miretur myſte
ria ꝙ bethleem iuxta mare galilę eſt ab ori
ente? Etem̄ anima quę mereꝛ templū dei
appellari vel eccleſia:tunditur ſęculariū cu/
rarum fluctibus:ſed non ſubruitur:ceditur
ſed nō labefactatur:cōmotiones fluctuum
⁊ inſurrectiones paſſionū corporaliū facilis
p̄mere ac mitigare. Spectat aliorū naufra/
gia:ipſa immunis ⁊ exors periculi: parata
ſemꝑ vt illuceſcat ſibi chriſtus: atqꝫ illumi/

natione iocũditatẽ acquirat ſibi. Sicut enĩ oculi paſcuntur primo diei lumine: ita etiã mens noſtra alitur inuentis ſapiẽtię: ⁊ quibuſdam eius radijs videtur ſplendeſcere. Uiſibilis enĩ ſolis radijs terrę vaporantur: inuiſibiles autẽ radij cordis noſtri penetrãt interiores receſſus. Iterũ ędificauit aram: ⁊ inuocauit in nomine domini. Proceſſus fidei in domini inuocatõe ſignificauit. Hoc adiecit ſuperioribꝰ.

## De abitu abrae et demoratione in deſerto: deſcenſuqꝫ in egyptum. Qd etiam mens tunc ꝓbetur ac tẽptetur quãdo eſt in deſerto. Quid preterea ſignificet ꝙ abraam deſcendenſ in egyptum: dixit ſare: ne ſe vxorem ſed ſororem eius appellaret. Quid etiaꝫ increpatio abrae ꝑ regem egypti: vxoriſqꝫ reſtitutio ⁊ abeundi licẽtia: Ca. IIII.

e Tabijt abraam ⁊ demoratus eſt in deſerto. Tunc ꝓbatur mens quando in quodaꝫ deſerto eſt: vbi nulla cupiditatũ laſciuia: nulla abundantia pecunię: nullus ſumptus luxurię. Utinã in hoc deſerto eſſe poſſim: deſtitutus ab omni incentiuo cupiditatũ: derelictus ab omni delinquendi ſtudio: expoliatuſ iactantia ⁊ tumore. Sed quia vel deꝰ nos temptari patitur: vel temptator incurſat cuꝫ ſibi videtur in deſerto mens eſſe quieta ab omni terrenarum voluptatũ appetentia: in ęgyptum impellitur vbi compungi poſſit. Stimulus enĩ mentis caro noſtra eſt: ⁊ paſſiones eius cõpunctiones ſunt noſtrę. Ipſa eſt ęgyptꝰ noſtra: hoc eſt: caro noſtra: ipſa eſt afflictio. In hanc deſcendit mens noſtra quãdo cogitat quę carnalia ſunt. Tunc autẽ aſcendit quãdo inuiſibilia deſiderat. Ideo ⁊ abraaꝫ dicitur deſcendiſſe in ęgyptum: vt affligeretur. Patitur hoc mens noſtra: interdũ ſeparat ſe a corpore: ſecernit vt ſingulariter agat in corporalibus intendere atqꝫ adhęrere cupiens. Interdum ꝓpter colligationẽ animę ⁊ corporis inclinat ad carnales voluptates: quibus infirma ſubijcitur: fortior nõ tenetur. Afflictiones igit forti viro coronę ſunt: inualido infirmitates ſunt. Unde ⁊ ille non timebat afflictiones quibus ꝓbare- [2. Cor. 7.] tur merito qui dicit: Nam ⁊ cum veniſſemꝰ in macedoniã: nullam requiem habuit caro noſtra: ſed in omnibus ſumꝰ afflicti: foris pugnę: intus timores. Sed vt deſcenderet in ęgyptũ fameſ coegit. Exoritur ſęua mentis fames: quãdo appetentia carnis huius exundat: ⁊ expectatę aquę ſaluti aduerſę ſunt. Redigunt nos in anguſtias corporis cum habendi cupiditas irrepit: luxuria ſuauitati ⁊ cordi iactantia temptamur omnes. Inflectitur etiã ſobrius animꝰ: deſcendit in ęgyptum: hoc eſt: in afflictionẽ corporis. Sic tamẽ deſcendit vt quaſi aduena ad tẽpus incolere: nõ quaſi ciuis poſſidere videatur. Iuſtus enim dixit: Aduena ſum in [Ps. 118.] terra hac. Et alibi: Heu me ꝙ incolatuſ me- [Ps. 119.] us ꝓlongatus eſt. Deſcendẽs autẽ abraam in ęgyptũ: hoc eſt: ad feros ⁊ barbaros mores qui virtuti deferre neſcirent ne nocerent per inuidiã: dixit ſarę: ne ſe vxorem eiꝰ diceret: ſed ſororem eius appellaret. Et hinc grande virtutis myſteriũ: cui cito inuidet. Et ideo vt inuidiam reprimat: humiliorem ſe pręſtare debet. Nõ ſibi principatũ ſuper omnes vendicet: nõ ſibi ſoli ſapientiã pręcipuam arroget. Hęc eſt quã ſibi ſalomon vxorem acquiſiuit. Uxor enĩ pręcipue eſt viri debita. Itaqꝫ omneſ cupiunt tali ſe copula dignos videri: vt doleant aliquẽ ſibi pręferri. Quis tanta ſolus potiatur pulchritudine? Soror autẽ quodam vel iure germanitatis: vel nomine plęriſqꝫ ſociatur. Et ideo verum amatorẽ ſuum integrum ab iniuria reſeruat. Unde videntes etiã ęgyptij qui nõ poſſent diſcernere: nec virtutis formã cognoſcere: vulgari ęſtimantes iudicio: induxerunt ad tyrannũ: hoc eſt: ad mentem ſuperbam: quę pondus ſapiẽtię non ſuſtinuit: et ideo afflicta eſt. Etenĩ cum animã improbã virtutis intrauerit ſermo: redarguit eaꝫ culpę erroriſqꝫ pudore afficit: ⁊ ꝓlapſionis torquet dolore. Nãqꝫ dum in quadam ſumus delinquẽdi libidine: nebulis quibuſdã inſipientię mens obducitur: ⁊ fumo quodã iniquitatis oculi eius caligantur ne videat eorum quę cõcupiſcit deformitatem. Sed cuꝫ omnis nebula tranſierit: ⁊ ſapientię fulgor fulſerit: grauia tormenta exercentur in quodam male conſcij ſecretario. Itaqꝫ grauior noſtra mens iudex eſt cõſcientię reatu ⁊ iudicio pęnitentię. Qꝫ ſi vel egra per culpam: vel inualida per infirmitatẽ nõ potuerit ferre ac perpeti virtutis pręſentiam: dimittit eam: atqꝫ ſe relegat ne patiatur eam volui in ſe ⁊ adhęrere cogitationibus ſuis. Et vt infirmiores oculi lucem refugiũt: ita mens [Matth. 8.] inualida ſapiẽtię fulgorem nõ ſuſtinet. Tales erant geraſeni qui rogabant vt trãſiret de finibus eorũ dominꝰ ieſus. Deniqꝫ et iſte rex ęgypti ait ad abraam: Quid hoc feciſti mihi? Quare nõ dixiſti mihi quia vxor tua eſt: ſed dixiſti quia ſoror tua eſt: ⁊ ſumpſeram mihi vxorem? Et nũc ecce mulier tua ante te: accipe et recurre hinc. Intueamur animo intemperãtem aliquẽ qui intuitus caſtitatis gratiã quodam captus eius decore ſequẽdam putet. Deinde pediſſequaſ eiꝰ neſciens quibus colligata incedit: ⁊ ſtipata aduenit: ſobrietatẽ ſcilicet modeſtiam acverecundiam: parſimoniã cibi: fugaꝫ laſciuię: ꝓcacitatis petulantiam: cautiorẽ fęminaꝫ: ſollicitam cuſtodiam: ſubito aut ebrietatis ſuccenſus calore: aut ipſius carnis ęſtuauit occurſu formę decentioris nequaquã ſe teneat: nec legi carnis repugnet: Nõne dicit: Putaui rem faciliorẽ caſtimoniam ſequi: ſupra humeros meos ſupra vires meas eſt. Rarus cui iſta iungatur. Uale caſtitas: recede recede de finibus ſenſuũ meorum. Recurre cito eo vnde hic veniſti: non ſuſtineo pręſentiã tuam. Affligor grauibus quęſtionibus: dum tenendũ te arbitror quã tenere nõ poſſuꝫ. Cõuerſus deinde ad aliquẽ monitorem ſui: qui ſtuduerit in eius mentẽ inducere aſſuetudinem caſtimonię: allegans nõ arduam fore: nec impoſſibilem: ſed pluribus ſociam: finitimã ſtudioſis: cõuenientem voluntarijs: Quid hoc inquit feciſti mihi? Quare nõ dixiſti mihi quia vxor tua ẽ? Hoc eſt: quę non perfunctorie: ſed legitimo teneatur cõiugio: ſecum maximã vehat dotẽ: quę inuehat grauia onera matrimonij: ⁊ durę fęnus coniunctionis. Sed dixiſti ſororem: nullis aſtrictam legibus: ⁊ naturę ſociam: nõ iure aliquo dotalis cenſus ſuperbam ac potentẽ. Itaqꝫ impudens oneruꝫ eius: copulandã eam mihi ⁊ tenendam putaueram. Sed intellexi ꝙ pondus ſit in ea ⁊ ſarcina: Ecce mulierẽ tuaꝫ: id eſt: ecce perſuaſio tua ante te: accipe ⁊ curre. Nolo ante me ſit: nolo in meis cogitationibus. Tolle te hinc cum tuis cõſilijs: cum tua admonitione: cito tolle: cito recurre: moras tuas non refero: afflictiones ſunt mihi. Satiſ eſt ꝙ ante deceptus ſum. Et miſit alũnos ſuos quibus vagatur plęrũqꝫ mens intemperantior: voluens animo cogitationes luxurię: ambitionis: auaricię: ⁊ diuerſas illecebras offerens vt eliminarent ac longe propellerent caſtimoniã: ne recurſum faceret in eos fines quibus fuerat expulſa: quo ſecura iam et arbitrij ſerioris libera in peccatis ſuis redargui nõ formidaret.

## Diſceſſus abrae de egypto cum vxore ſua ſara ꝗd ſignificet. Quid etiaꝫ ꝙ eo inducitur redijſſe vnde in egyptuꝫ deſcenderat. Cur preterea diuitias eius ſcriptura expreſſerit. Et vtrum loth quoqꝫ nepos eius diues fuerit: Ca. V.

d Iſceſſit itaqꝫ abraam inde habens ſecum vxoreꝫ ſuam ſaram: hoc eſt: principalem nõ ſeruientem. Ideo ⁊ dicitur illi: Audi ſaram vxoreꝫ tuam. Quę enĩ ſeruitio delictorũ ſe exuit: principatum habet: nõ ſeruitium. Mens ergo validior principalem virtutem ſecuꝫ habet: hoc eſt: imperitantẽ corporis ſenſibus: nõ obedientem: Quę de ęgypto ſecũ omnia retulit: nihil ibi diſciplinarũ ſuarum amiſit. Non colorata eſt intẽperantia: inſolentia: flagitiorum immodeſtia: nõ expoliata eſt amictuꝫ ſedulę ſobrietatiſ: nõ exuta veſtimẽto pudoris. Erat diues valde vtpote cui nihil bonorum deerat: qui nõ alieni erat appetens: qui nullius indigebat qꝺ ſuum dici vellet. Hoc eſt enĩ eſſe diuitem: ꝙ ſatis voluntati ſit. Menſuraꝫ enĩ frugalitas habet: cenſus nõ habet cuius moduſ in arbitrio quęrẽtis eſt. Erat enĩ diues pecoribus: argento ⁊ auro. Quid ſibi hoc vult? Nõ mihi videntur in homine iuſto ſeculares diuitię laudari. Unde in pecoribus corporales ſenſus intelligo: quia ⁊ ipſi irrationabiles ſunt. In argento ſermonem: in auro menteꝫ. Merito diues erat abraam: quia regebat ſenſus irrationabiles. Deniqꝫ et domuit et manſuetos fecit: vt fierent rationabiles. Habebat ſermonẽ fidei calore ſplendidũ: purgatum ſpiritalis gratia diſciplinę: habebat mentẽ plenam prudentię. Et ideo auro cõparatur mens bona: quia ſicut cęteris pręſtat metal

lis:ita mens bona in homine cęteris potior
eſt humanę ſubſtantię portionib⁹. In trib⁹
igitur cenſus ſapientis: in ſenſu: in ſermo/
ne:mente:gradus quidā ꝑ ordinez factus.
1.Cori.13. Sicut etiā in apoſtolo legimus: Manet au
tem ſpes:fides:charitas:tria hęc:maior au/
tem his eſt charitas. Et mens igitur maior
eſt:quia ipſa eſt quę molit ſpiritale frumen
tum:vt purgationē ſenſuum ſermonūq̧ ꝓ/
ferat. Seruatur vbiq̧ ꝑſona ſapientis viri.
Deniq̧ eo inducit rediſſe abraam: hoc ē:
in bethel:vnde in ęgyptum deſcenderat:vt
agnoſcamus qđ etiā iuſti in domo dei poſi
ti:⁊ verbo dei intenti temptant quidē ſęcu/
laribus afflictionibus: ſed nō alienantur a
domo dei:⁊ a cuſtodia pręceptoꝝ cęleſtiū.
Si vis cōtentus eſſe finibus:nō extolli diui
tiarum copijs ⁊ rebus ſm gratiam volupta
tum fluentibus:hoc ſcias eſſe mentis opti/
mę:meditari ſemꝑ principiū ⁊ finem: eo ꝓ/
cedere:⁊ inde egredi:hoc eſt bonū. Bonum
Marci.10. autem ſapientia eſt. Nemo eniz bonus niſi
vnus deus. Ab eo ꝓcedimus creati ꝑ ipſū.
Ad eum reuertimur: quia cū chriſto eſt mul
to melius. Et vt ſcias quia bonū eſt cōgru/
ere principiū ⁊ finem:ipſe ait bonus ieſus:
Apoc.1. Ego ſum α ⁊ ω:principiū ⁊ finis. Mens igi
tur noſtra cū ipſo ſemꝑ ſit:ab eius templo:
ab eius verbo nūquā recedat. Semꝑ in lec/
tione ſcripturarū ſit:meditationibus:orati
onib⁹:vt ſermo eius qui eſt ſemꝑ operetur
in nobis:⁊ vt quotidie ꝓcedentes in eccle/
ſiam:vel domeſticis incubātes orationib⁹:
ab ipſo incipiamus:⁊ in ipſo finiamus. Ita
totius hic vitę noſtrę dies ⁊ curſus diei: ab
ſe ſumat principiū:⁊ in ſe deſinat. Sicut eñ
a principio vitę credere ⁊ imitari ſalus eſt:
ita ꝑſeuerantia vſq̧ in finem neceſſaria eſt.
Eſt autē mentis optimę diligētia: vt ver/
bo dei intenta:nihil faciat irrationabile vn
de triſticiā ſubeat:vt iugiter actuū ſuorum
bene cōſcia:lęticiam bonę ſeruet cōſcientię.
Qđ eñ bonum:hoc ſine timore ⁊ ſine triſti/
cia eſt:id eſt:ſecuritatis ⁊ gratia plenū. Poſ/
ſeſſio eñ iuſti grata eſt deo: inſipientiū aūt
nullus gradus. Ideo eſaias appropinquan
Eſa.35. te bono ait: Fugiet dolor ⁊ triſticia ⁊ gemi/
Apoc.21. tus. Johānes quoq̧ in apocalypſi: Et ille
inquit deus cū illis erit: ⁊ delebit omnē la/
chrymā de oculis eorum:⁊ mors nō erit am
plius:neq̧ luctus: neq̧ clamor: neq̧ dolor
vlterius. In reſurrectione eñ iuſtoꝝ lęticia
iugis erit ⁊ gratia:cum illud bonuz cęperit
eſſe cū ſuis:quādo requieſcēt in ſinu abraę
poſiti in eius tabernaculo qđ inter domum
vel ſermonē dei ⁊ gratiam fixum eſt. Signi
ficans innocentiā fideliū agere gratias auc
tori ſuo: qui nō habent vnde eos pęniteat
in hoc mundo fuiſſe. Factis itaq̧ ſimplici/
bus abraę magnarū inſtitutionū documen
ta explicant. Merito diues qui etiā diſpu/
tationes philoſophoꝝ diuites facit:qui de
eius actu p̄cepta formarent ſua. Eius ergo
diuitias ſcriptura expreſſerat:ſupererat co/
gnoſcere vtrū nam loth quoq̧ nepos eius:
⁊ ipſe vtpote eiuſdē ſucceſſionis diues fue/
rit. Sed ſcriptura eum pecoris tantū abun
dantē aſſerit. Deniq̧ ſic habet: Et loth qui
ambulabat cū abraam erant oues ⁊ boues
⁊ tabernacula. Non habebat argentū quia
nondū iuſtus. Etenī argentum ignitū ling
ua iuſti. Nō habebat aurū qđ habebat ille
qui vidit chriſti poſteriora. De quo ſcriptū
eſt: Et poſteriora eius in ſpecie auri. Vidit Pſ.67.
illū abraam ſicut teſtatus eſt domin⁹ dicēs:
Abraam diez meum vidit ⁊ gauiſus eſt. Et Joh.8.
ideo auri ſpēm habere meruit ⁊ poſſidere.

## Qua ratione ſcriptuz ſit: Et loth qui ambulabat cum abraam. Cur etiā dictum ſit ꝙ non capiebat eos terra. Qui preterea ſint paſtores: ⁊ quoruz animantiū. Que rixa inter paſtores abrae ⁊ inter paſtores loth:⁊ quomō illam ſedare curauerit abraam. Quāta quoq̧ premiſerit ne loth diſcedere cogeretur. De inſolentia deniq̧ ipſius loth ⁊ electionis neſcientia. Et quid nos eligere debeamus: Ca. VI.

n Unc illud quoq̧ nequaquā p̄tereū
dum arbitror:qđ videtur etiā doc/
tiores mouiſſe: qua ratione ſit ſcrip
tum: Et loth qui ambulabat cū abraā:qua/
ſi alter loth qui nō ambulabat cū eo ſm qđ
accepim⁹. Et putāt plęriq̧ nō ſolū q̄ſtionē:
Ergo vt illis ſatiſfaciam⁹ ⁊ a regula ſcriptu
rę nō recedamus: vnā ꝑſonā dicimus: duo
negocia ꝙ in vno eodēq̧ viro duę res ſigni
ficantur:numero vnus:nomine duplex. De
clinatio eñ dicitur loth: ſicut habet latina
interp̄tatio. Declinat autē quiſq̧ ad bonū



aut ad malū. Cum ergo loth declinaret ma
lum:hoc eſt:errorē:flagitiuz: crimen:iunge
batur patruo. Cū declinaret bonū:hoc eſt:
iuſtum:innocentē:ſanctum:religioſum: ſo/
ciabat flagitio. Bene ergo dixit: Et loth q̄
ambulabat cū abraam:quia adhuc nō ele/
gerat ſodomā:nō habitabat cū flagicioruz
auctoribus. Poſtea eñ cępit habitare cum
ſodomis. Ideoq̧ quaſi a ſeipſo mutat⁹ ve/
lut alter accipitur:nō ſolum a iuſto viro ſed
a ſeipſo deſciſcēs. Deniq̧ qꝛ ſtudio iā de/
flecti cęperat a patruo:nō capiebat eos ter/
ra. Nulla eñ ſpacia poſſunt ſatis eſſe diſcor/
dibus. Quietis ⁊ pacificis etiā anguſta abū
dant:diſſonis moribus etiā ſpacioſa artan
tur. Et qꝛ a principio dixi mētē hic formari
hoīs:q̄ a p̄ncipio ꝑfecta fuerat: ſ ꝑ icremēta
⁊ gradus q̄ſdā ꝓficit:ideo ait: Nō capit eos
terra:hoc eſt:vna anima mot⁹ diuerſos nō
recipiebat naturaliter ſibi repugnātes. Po
teſt tamē fieri vt interdū nō omnia in vno
eodēq̧ perfecta ſint:poſſit tamē aliqua vi/
tia ſua operire:vel motus ſuos temperare:
aut ſi plura bona ſint quibus pauciora vi/
tia operiat:aut repentinā cōmotionē conſi/
lio maturiore flectat. Verū ſi ex vtraq̧ plu/
ra cōcurrant diſſona ac repugnātia: habita
tio diſcrepantiū virtutū ac paſſionū in vna
anima ſoluat neceſſe eſt. Figurate ergo ani
mam ſcđm philoſophos terram appellauit.
Nam ⁊ ſalomon ait: Tanq̧ agricultura ho
mo imprudens:quę ſi fęcūda ſit opimis ſe/
getum fructib⁹ abſcondere pōt ſpinas. Sin
vero ſpinę concurrant:ariſtis ſecandi nulla
eſt copia. Qui igitur paſtores ſint:⁊ quo/
rum animantium:⁊ quę rixa inter paſtores
abraę ⁊ inter paſtores loth cōſiderem⁹. Pa/
ſtores ſunt magiſtri gregū:vel diligentes ⁊
ſobrij:vel non ſinentes agrorū culta obteri
pedis veſtigio atq̧ aduri ſentib⁹:vel negli/
gentes ⁊ remiſſi:⁊ qui nō reuocent pecus ſu
um quo herboſa ⁊ nō fructuoſa paſcat: ſed
libere vagari per varios agri fructus ſināt.
Iſtorum ergo paſtoruz ſollers cuſtodia ne/
ceſſaria eſt: ne forte aſcribat diligentibus:
quod euertit negligentiū incuria. Sz qꝛ
nō ſermo de viſibilibus:ideo cuius pecoris
paſtores ſint conſideremus. Paſtores hos
diffinire poſſumus. Paſtores inquit iumē/
torum: Iumenta autē ſenſus corporis ⁊ irra/
tionabiles ſignificari accepimus. Qui ſunt
ergo paſtores ſenſuū:niſi p̄ceptores:⁊ qua/
ſi quidam rectores gregum:duces eorū vel
monitores alicui⁹ ſermonis vel mentis no/
ſtrę cogitatiōes? Qui ſi paſtoralis diſcipli
nę gnari ⁊ tenaces ſunt:nō ꝑmittunt longi/
us ſenſuū gregem vagari:⁊ inutilib⁹ ac no/
xijs inhęrere pabulis:ſed ꝓuido doctore re/
uocant: ⁊ frenos rationis admouent :atq̧
obſiſtūt renitentib⁹. Mali aūt p̄ceptores
vel inutilis diſceptatiōis ꝑmittunt eos im/
petu ſuo ferri:⁊ in p̄ruptum ac periculū rue/
re:⁊ culta obterere: fructuoſa depaſci: vt ſi
quę ſunt in eadē anima virtutū huiuſcemo
di fruct⁹ eos quoq̧ diſſipēt. Hinc ergo co/
gitationū noſtrarū diſcordia:cū caro repug
nat aduerſus ſpiritum: ⁊ ſpiritus aduerſus
carnē:nō mediocris pugna eſt: quādo ipſe
apoſtol⁹ vas electionis dominicę dicit: Vi Ro.7.
deo legem carnis meę repugnantē legi mē/
dat oẽs. Accidẽtia ꝙ̃ ſũt negociatões: mer
caturę: ⁊ agriculturę: cõpetentia queſtꝰ la/
borũ operũqꝫ ruraliũ. Sunt etiaȝ corporis
accidẽtia: ſalubritas ⁊ cõmoditas valitudi
nis: decus: fortitudo: quę ex tẽpore accidũt
⁊ cũ ętate mutant̃. Nõ mediocrẽ hanc tripli
cẽ gratiã putes. Habes em̃ ꝑfectionẽ ꝑfectã
in euangelio. Nã cũ dicit dñs ieſus legiſpe
rito illi: Diliges dominũ deũ tuum: aię iu/ Matth. 22.
ſticiã mãdat tenendã. Etem̃ ſi honorari pa/
rentes iuſtũ eſt: quãto magis parẽti omniũ
fieri debet honorificẽtia? Rurſus cuȝ dicit:
Nõ occides: nõ adulteriũ: nõ furtũ facies: Matth. 19
nõ falſum teſtimoniũ dices: virtutes corpo
ris ſeruãdas ãmonet. In poſterioribꝰ vero
dicens: Nemo eſt qui relinquat domũ aut
parentes: aut vxorẽ: aut filios ꝓpter regnũ
dei: ⁊ nõ recipiat ſepties tantũ in hoc tẽpo/
re: in ſęculo aũt venturo vitam ęternã poſſi
debit: nõne incremẽto bonorũ accidentiuȝ
cũ aię corporiſqꝫ remuneratione promittit?
Hęc quę ſimplicibꝰ verbis ſacra ſcriptura
exprimit: magno quodã coturno ariſtoteles
⁊ peripatetici ꝑſonãt atqꝫ extollũt. Pytha/
goricũ ꝙ̃ dogma eſſe teſtificant̃ ſui. Sed qſ
illoꝝ ęquauit abraã tẽpore? Quis auctori/
tate ⁊ ſapiẽtia dñi cuiꝰ oraculo triplicl huiꝰ
gratię munꝰ agnoſcit? Dant̃ aũt ei tanqꝫ in
diſciplinã alienigenę nationes: vt mens ęq̃
obſeruãtiſſima: recidat vitia: emẽdet erra/
ta. Magis tñ euidens eccleſię declarat̃ my/
ſteriũ: qꝛ ꝑ apl'ſ qui ſunt iſraelitę: quoꝝ pa
tres ⁊ ex quibꝰ patribꝰ chriſtꝰ ſm carnẽ ſub
lege factꝰ eſt: cõgregãda eccleſia foret: credi
turꝰ ꝑpl's nationũ. Quos nõ ocioſe decẽ nu/
mero ſignificauit: ſꝫ vt oſtẽderet: qꝛ illi ante
ꝑfidi: vbi menſurã pietatis ipleſſent ꝓfecto



eẽnt fidei adepturi coronã. Deniqꝫ ſequit̃:
Quia ſara vxor abrę ſterilis fuerat. Qd ad
eccleſiã ꝑtinere mea expoſitione quã de mo
ralibꝰ ſcripſimꝰ apl'icis docuimꝰ exemplis.
Eccleſia em̃ ſterilis videt̃ i hoc ſęculo: qꝛ nõ
ſęcularia parturit: nec ꝑ̃ſentia: ſed futura:
hoc eſt: nõ ea quę videntur: ſed quę non vi/
dentur. Huiꝰ ancilla eſt ſynagoga: vel om/
nes hęreſes quę ſeruos non liberos creat.
Jõqꝫ agar dicit̃ habitatio. Etem̃ tẽporalis
ſpem fouet: nõ ꝑpetuę poſſeſſionis gratiaȝ
tenet. Itaqꝫ vt nõ inſolẽs partu corporeo ſi
at ancilla eiꝰ: ⁊ ius eccl'ię ſibi vendicet: dicit̃
ibi: Eijce ancillã ⁊ filiũ eiꝰ: nõ em̃ hęres erit
filius ancillę cũ filio meo iſaac. Sed etiã in
ſingulis ſara eſt: ⁊ i ſingulis agar. Sara vir/
tus vera ẽ: vera ſapiẽtia. Agar aũt ẽ verſu/
tia: tanqꝫ ancilla ꝑfectioris v̾tutis. Alia em̃
ſapiẽtia ſpiritalis: alia ſapiẽtia huiꝰ mũdi.
Ideo etiã ęgyptia ſcribit̃: qꝛ philoſophica
erudicio abũdauit i ęgypto. Deniqꝫ ⁊ moy/
ſes eruditꝰ erat in omni ſapiẽtia ęgyptioꝝ:
ſꝫ abiecit eã ꝑ̃ferẽs ęgypti theſaurl opprobri
um ꝓ xp̄i noie. Nã ſi illã iudicaſſet alicuius
Exo. 4. momẽti eſſe ſapiẽtiã: nõ vtiqꝫ dixiſſet: Pre/
cor dñe nõ ſum dignꝰ añ heſternã ⁊ nudius
tertianã diẽ: neqꝫ ex quo cępiſti loqui ſeruo
tuo. Gracili em̃ collocutione: ⁊ tardiore lin/
gua ego ſum. Deniqꝫ quaſi inerudito reſpõ
det̃ ei: ꝙ erudiret̃ a dño: Ego aperiã os tuũ
⁊ inſtruã te: qd debeas loqui. Pręclarũ aũt
myſteriuȝ ꝙ lex nõ ſatis plena erat vt ꝑſua/
deret populis: ⁊ gẽtes vocaret: vel qꝛ clau/
ſa foret vſqꝫ ad chriſti aduentũ. Qui expo/
nens nobis ꝓphetica oracula: ⁊ ꝓferẽs lec/
tionis veteris teſtimonia: veluti quoddaȝ
os legis aperuit vt fidei clamor in totũ ꝑue
niret orbẽ. Unde ⁊ myſtice ait ſara: Cõclu/
ſit me dñs vt nõ pariã: intra ergo ad ancil/
laȝ meã ⁊ filiũ facies ex illa: vt agnoſcas in
ꝑ̃deſtinatione fuiſſe ſemꝑ eccleſiã dei: ⁊ pa/
ratã fidei fęcunditatẽ qñ iuberet dñs ꝓrum
peret: ſꝫ volũtate dñi certo reſeruata tẽpori.
2. Cori. 6. Deniqꝫ ſcriptũ eſt: Tẽpore accepto exau/
diui te: ⁊ in die ſalutl adiuui te. Aduertimꝰ
itaqꝫ ꝙ feſtinabat fides eccleſię: ſed cõcluſa
erat eiꝰ fęcũditas. Quo verbo demonſtrat̃
qm̃ expectabat partꝰ ſui tẽpora: quia qd cõ
cluſũ eſt apiri ſolet. Qua rõne ꝯcluſa fuerit
Ro. 11. docet te aplus dicẽs: Cõcluſit em̃ deꝰ oia in
incredulitate: vt oibus miſereat̃: vt nõ vo/
lentis neqꝫ currẽtis: ſed miſerentis dei eſſet
gratia: ne teipſuȝ iuſtificares: ſed oia tribu/
eres deo q̇ te vocauit. Nemo em̃ pigreſcat
et excuſationẽ ꝑ̃tendat: quo ſeriꝰ credat: qꝛ
ſcriptũ eſt: Nõ volẽtis neqꝫ currẽtl eſſe. Cõ/
ſideret em̃ quid additũ ſit: Sed miſerentis
inquit dei. Talẽ te ḡ prębe bonis ſtudijs et
ꝓmpta fide: vt deꝰ tui miſereat̃: et vocet te
ſicut eccleſiã vocauit dicens: Palã factꝰ ſũ Eſa. 65.
quęrẽtibuſ me: apparui his qui me nõ inter/ Ro. 10.
rogabãt. Et recte ꝑ̃miſſa ſunt deteriora vt
meliora ſequerent̃. Peperit ancilla ſeruos:
vt coſ eccleſia liberos faceret: ⁊ de ſeruitute
ꝑpl'os ad libertatẽ vocaret: de culpa ad ino/
centiã: de offenſa ad gratiaȝ. Singuloꝝ ꝙ̃
hominũ ſi ſpectes ordinẽ: non oẽs a ꝑfectis
inchoauerũt: nec apud oẽs tẽpore prima ẽ:
ſed merito antiquior ꝑfecta virtꝰ. Pruden/
tis igit̃ mentis eſt cõſiderare ꝙ̃diu impfec/
ta eſt aia: quę ſunt ſecuȝ deliberet: vt vel in
poſterioribꝰ ſe exerceat virtutũ diſciplinis:
donec exercitij vſu valeſcat. Dũ vero ſe er/
roris inuolucris exuerit: ⁊ ab omni enoda/
uerit offenſione ꝯſummatã ſui purgationẽ
exhibens: tũc ſuo nitat̃ ordine magnos par
tus edere. Pręterea dicitur abrę: Eſto ſine
rep̄henſione: cui dabat̃ ſpũs ſapiẽtię ſanctꝰ
bene mobilis imaculatꝰ. Oportet igit̃ viri
ſapiẽtis animã die noctuqꝫ in exercitio iugi
ſpecula ꝑ̃tendere: nũqꝫ ſomno indulgentẽ:
ꝑpetuis vigilijs intentã deo: ad cõprehẽſio
nẽ rerũ earũ quę ſunt ⁊ ſingularũ cauſaruȝ
cognitionẽ. Sꝫ etiã futuroꝝ intpres ſapien
tia eſt: ſcit ꝑ̃terita: ⁊ de futurl ęſtimat. Scit
verſutias ſermonũ: ⁊ ſolutiones argumen/
torũ. Signa ⁊ monſtra ſcit añqꝫ fiant: ⁊ euẽ
tus tẽporũ ⁊ ſęculorũ. Non põt igit̃ bonus
atqꝫ ꝑfectus nõ eſſe qui hãc acquiſierit: qꝛ ⁊
omnẽ habet virtutẽ ⁊ imago bonitatis eſt.
Unde ⁊ ſęculi iſtiꝰ ſophiſtę traxerũt diffini/
tionẽ hmõi ꝙ ſapiens vir bonꝰ diſcendi pe/
ritꝰ ſit. Redeamus nũc ad domũ dei quo
nihil plenius. Quid em̃ meliꝰ ſapiã? Quid
peius vanitate? Quid deteriꝰ ſupſtitione?
Idcoqꝫ tãqꝫ ei cui ꝓmiſerat plenitudinẽ ꝑ/
fectionis ait: Augebo te valde: ⁊ ponã te in
gentes: ⁊ reges de te erũt: qꝛ qui eiꝰ eſt totꝰ
mũdus diuitiarũ eſt: ⁊ auget̃ nõ minuit̃ vt
ſtultus. Ponit̃ in gẽtes abraã: hoc eſt fides
eiꝰ ad gẽtes trãſfert̃: ⁊ reges ſęcli q̇ credide/
rũt ⁊ ſe ſubijciũt dño ieſu: cui dicit̃: Tibi of Pſ. 67.
ferẽt reges munera. Nec illđ abſurdũ: qꝛ ex
genere abrę nõ ſolũ reges erũt dignitate:

verũetiã illi reges qui peccato nõ ſeruiant:
nec vincat eos malicia: ſupra quos regnuꝫ
mors nõ habeat. Mentis quoqꝫ bonę cog/
nouim⁹ reges eſſe ⁊ principes inuentiões:
quę ſicut abraã mediocris quidẽ generatio
nis ꝓuent⁹ nõ habet:ſed abũdat regalib⁹.
Cui data eſt terra in poſſeſſionẽ: vt dñetur
corpori:nec ſit captiua carnaliũ voluptatũ:
ſ; quaſi famulatu debito obnoxia caro men
ti ſeruiat. Scdm ꝑſonã autẽ abraę euidens
myſteriũ eccleſię quę totũ orbẽ fidei hęredi/
tate poſſedit: Bene pater electiõis dicit̃:pa
ter fidei:pater pię cõfeſſionis.

Quid nos doceat oraculũ quo
dictũ eſt abrae: Circũcidatiſ omne
maſculinũ veſtrum ⁊c̃. Quõ etiam
pleriqꝫ moueant̃ ex hoc ꝙ dñs di/
xit: Quoniã qui nõ fuerit circumci/
ſus maſculus ⁊c̃. Qua ratione ꝑte
rea ſare vna littera fuerit addita:ac
de futuri filij ꝓmiſſione ⁊c̃. Quid
deniqꝫ ſignificet ꝙ abraam in faci/
em ceciderit. Et de ꝓmiſſi cõfirma/
tione:⁊ reſponſione dñi ad abraę
petitionẽ: Ca. XI.

Et quia ad ꝑfectũ vocat̃: oraculum
e ꝑfectionis accipit. Circũcidatis in/
quit omne maſculinũ veſtrũ:⁊ circũ
cidatis carnẽ veſtrã. Perfecta aũt circũciſio
ſpiritalis eſt. Deniqꝫ ⁊ lectio hoc docet cuꝫ
dicit: Circũcidite duriciaꝫ cordis veſtri. Et
hic plęriqꝫ ita accipiũt vt ſit: Circũcidite oẽ
maſculinũ veſtrũ:hoc eſt:mentẽ veſtrã. Ni
hil eſt eñ mente validius. Deinde q̄ꝛ ma
ſculinũ ſanctũ dicit̃: Omnis maſcul⁹ adape
riens vuluã ſanctus dño vocabit̃. Quid au
tẽ mente ſancti⁹: quę dat bonarũ ſemitã co/
gitationũ: quib⁹ aperit vuluã animę cõclu/
ſam pariẽdi ſterilitate: vt poſſit illas inuiſi/
biles generationes edere: vtero illo videli/
cet ſpiritali: d̃ quo dicit eſaias: In vtero ac/
cepimus ⁊ parturiuim⁹ ſpiritũ ſalutis. Cir/
cũciſio ğ cordis intelligibilis: circũciſio etiã
carnis mandat̃ ſenſibilis. Illa in veritate:
iſta in ſignaculo. Gemina itaqꝫ circũciſio:
q̄ꝛ ⁊ animi ⁊ corporis quęrit̃ abſtinẽtia. De/
niqꝫ egyptij quartodecimo anno circũcidũt
mares: ⁊ fęminę apud eos eodẽ anno circũ/
cidi ferunt̃: ꝙ ab eo videlicet anno incipiat
flagrare paſſio virilis: ⁊ fęminaꝝ menſtrua
ſumãt exordia. Legl aũt lator ęternę ſigna/
culũ circũciſionis carnalis in ſolis maribus
exigit: eo ꝙ ad mixtionis vſum vir muliere
vehementior ſit: et ideo ipſi⁹ impetũ infrin/
gere voluit circũciſiõis ſignaculo. Vel q̄ꝛ vi
ri licito ſe errare credunt: ſi ſolo ſe abſtineãt
adulterio: meretriceos aũt vſus tanqꝫ legi
naturę ſuppetere putant: cũ ꝑter ꝯiugiũ nec
viro liceat: nec fęminę miſceri alteri. Altio
re aũt interꝑtatione illud pandit̃: ꝙ ſi menſ
purgata ⁊ circũciſa ſit exuta ſuꝑfluis volup
tatibuſ ⁊ cogitationib⁹ reſtringit animã ad
ſui caſtimoniã: puriſqꝫ ſenſib⁹ infuſam bo-
narũ facit partuũ genitricẽ. Octauo autem
die circũcidi puerũ lex iubet: myſtico idqꝫ ꝑ
cepto: q̄ꝛ ipſe eſt reſurrectionis dies. Dñica
eñ die reſurrexit dñs ieſus. Ergo ſi dies re/
ſurrectionis circũciſoſ nos ⁊ exutos nos in/
ueniat delictorũ ſuꝑfluis ab omni ablutos
ſorde: mũdos a vitijs corꝑalib⁹: ſi hinc mũ/
dus exieris: mũdus reſurges. Circũcide igi
tur te nõ carne: ſed vitio carnali. Et circũci/
de tuũ nõ ſolum vernaculũ ſed etiã ꝑcio em
ptuꝫ. Si ad ſingula referas: vernaculi ſunt
mot⁹ naturales: ꝑcio empti: rõe ⁊ doctrina
acq̃ſiti. Egẽt aũt illi ⁊ hi tanqꝫ virgulta pur
gatione ⁊ inciſione luxurię: ne vagent̃ vt ſte
rilia ſarmenta: ⁊ obũbrent inutilia fructuo/
ſis: velut quędaꝫ omni vitio diſtenta: mul/
tis incaſſum laborat. Myſterij aũt ratio di
lucida. Vernaculi eñ iudęi ꝑcio empti ſunt
gentes q̃ crediderũt: q̄ꝛ ꝑcio ſanguinis chri/
ſti redẽpta eſt eccleſia. Ergo ⁊ iudęus ⁊ gre/
cus: ⁊ quicũqꝫ crediderit debet ſcire ſe circũ/
cidere a pctis vt poſſit ſalu⁹ fieri: Et dome/
ſticus: ⁊ alienigena: ⁊ iuſtus: ⁊ peccator: cir/
cũcidat̃ remiſſione pctõrum: vt peccatũ nõ
operet̃ ampli⁹: q̄ꝛ nemo aſcendit in regnuꝫ
cęloꝝ: niſi ꝑ ſacramentũ baptiſmatis. Nec
ꝓderit ſuꝑioris iuſticia tẽporis: ſi in fine vi/
tę iuſticiã dereliquerit. Ideo paul⁹ ait: Pre 1.Cor.7.
cio empti eſtis: nolite fieri ſerui hoim. Sũt
eñ ꝯtraria: q̄ꝛ ſeruitus pctõ cõtrahit̃: ⁊ ꝑcio
peccatũ remittit̃. Hęc igitur ſimplici expoſi
tione abundare ad intellectum opinantur.
Ideoqꝫ nec cibos geometricę: nec tetrago/
nũ numerũ philoſophię: necnõ cõfeſſioneꝫ
vt aiunt pythagoricã: nec ſemꝑ virgines vt
appellant hebdomadis numeros cura diſcu
timus inani: nec ſolis radios formam⁹: nec
cęlũ in puluere quęrim⁹: nec itra anguſtos
abacos orbẽ cõcludim⁹: ſ; vera aperim⁹ my
ſteria vnam ſalutẽ eſſe chriſti reſurrectionẽ.
Cõplantemur ergo ſimilitudini mortl eius vt



Ro.6. mereamur reſurrectionis cõſortium. Et ve
tus homo noſter ſit crucifixus cruci: vt cor/
pus deſtruatur peccati. Egregię autẽ infan
tię in primis vagitib⁹ circumcidi mares lex
iubet etiaꝫ vernaculos: quia ſicut ab infan/
tia circumciſio

Nullũ tempus vacuuꝫ debet eſſe tutelę: q̄ꝛ
nullum eſt culpę vacuũ. Et infans reuocan
dus a peccato eſt: ne idolatrię polluat̃ con/
tagio: ⁊ ne adorare aſſueſcat idolũ: ⁊ exoſcu
lari ſimulacrũ: parentis violare nidũ: pieta
tem lędere. Simul ne quiſqꝫ inflectet̃ ꝙ ſibi
iuſt⁹ videat̃: ętatis maturioris ꝓceſſu abra
am circũcidi iubetur. Nec ſenex ergo ꝓſeli/
tus: nec infans vernacul⁹ excipit̃: quia om/
nis ętas peccato obnoxia: ⁊ iõ omnis ętas
ſacramento idonea. Et erit inquit teſtamẽ/
tum meuꝫ in carne veſtra. Forſitan referat̃
hoc loco: quõ ſpiritalẽ dicis circũciſionẽ: cũ
oraculum dicat: Erit teſtamentũ circũciſio/
nis in carne veſtra? Quaſi vero animę ſoli/
us ⁊ nõ paſſionũ corporis exigatur tẽperã/
tia. Nam ⁊ viſus ⁊ auditus ⁊ odoris et gu/
ſtus ⁊ tactus ⁊ vocis ipſius quęrit̃ quędam
caſtimonia. Quia et viſus procacior habet
crimen: ⁊ ideo ſcriptum eſt: Noli intendere
fallaci mulieri: neqꝫ capiaris oculis: neqꝫ ar
ripiaris palpebris. Et in ipſo auditu crimẽ
eſt: ſi ſeducat meretrix: ⁊ multo blandimen/
to ſermonis ⁊ laqueis labiorum ſuorum te
alliget. Et in ipſo tactu crimen eſt: ideo tibi
dicit̃: Ne multus fueris ad alienã: neqꝫ cõ/
tinueris amplexibus nõ tuã. Et in voce cul
pa eſt. Laque⁹ eñ fortiſſim⁹ eſt homini ſua
labia: ⁊ abducit̃ a labijs ſui oris. Et mel ip/
ſum noli multũ edere ne euomas. Oportet
ergo vt omniũ ſenſuũ acuta ſit moderatio:
ne aut impet⁹ in vitiũ trahat: aut nimietas
lędat: aut mora offẽſioni ſit. Nõ ocioſe au
tem nec ſuꝑflue plęriqꝫ hoc qui ſequit̃ loco
moueri vident̃. Et ꝙ ita dixerit dñs: quo/
niã qui nõ fuerit circũciſus maſculus ⁊ non
circũciderit carnẽ ꝑputij ſui octauo die: pe/
ribit anima illa de genere ſuo: ⁊ teſtamentũ
meũ interrupit. Graue eñ putat̃ ꝙ infanti
octo dierum: negligẽtia parentũ fraudi eſ/
ſet futura: ita vt interiret anima ei⁹: cũ ipſa
lex etiã homicidę qui tñ nõ voluntariũ faci/
nus necãdi hois impleuerit ciuitates ꝑſcri/
pſerit: ad quas cõfugiendo mereat̃ ſangui/
nis impunitatem. Quõ ergo aut illic ratio
habet̃ fortuitę necis: aut hic ratio infantię
nõ habetur in qua crimẽ nõ potuit eſſe: aut
diſſimulationis aut volũtatis: niſi forte pu
tent aliqui: q̃ñ morte filij grauius puniunt̃
parentes? Sed iniuſtũ putatur vt culpa no
centũ: inferat̃ pęna innocenti: vel ꝓpter pę
nam nocẽtis innocens puniat̃: aut fiat con
ſors ſupplicij qui diſpar merito. Unde pu/
tant ꝙ de parẽte dicat exterminando ꝙ ei⁹
intereat anima nõ paruuli. Sꝫ valde am/
biguũ eſt licet ſuffraget̃ huic aſſertioni: qd̃
ait: Quia teſtamẽtũ meũ interrupit. Itaqꝫ
hoc ad intelligentẽ magis qꝫ ad infantẽ re/
ferendũ videtur. Alij grauiora parentibuſ:
vel ſilentio minitantẽ putãt dominũ deuꝫ:
quo plus timeant maiores: quãdo nec infã
ti parcit̃. Mihi autẽ ſatis liquido patet
dictũ de vniuſcuiuſqꝫ mente. Diximus enim
maſculi nomine mentẽ ſignificari: ꝙ ſit va/
lidus mẽtis vigor: et animã in ſui copulam
trahat: ſitqꝫ vehemẽtior tanqꝫ ſexu potior ⁊
virili validitate. Ergo hęc ratio ẽ ꝙ omnis
mens quę nõ fuerit circũciſa a ſuꝑfluis cor/
poralibus ⁊ purgata ſolẽni munere vt exu/
at ſe paſſionibuſ ⁊ vitijs: interibit. Nõ caro
inquit iteribit: nõ homo: ſed anima illa in/
teribit: q̄ꝛ potuit ſalua fieri ſi habuiſſet pur/
gationẽ. Nuda aũt pręſidij: ⁊ incircũciſi cor
dis colluuione infirmior: ſalutẽ generis ſui
nõ potuit ſeruare. Omne autẽ genus vide/
tur immortale: vt homo genus eſt: vt vllus
ſpecies eſt. Homo ſemꝑ dicit̃: vllus nõ ſem
per: imo nõ deficit vllus. Deficit qui fidem
nõ habet: ꝑſona deficit vnius: conditio vel
nomen hominũ nõ deficit. Ex diuturno igi
tur ⁊ innoxio in id qd̃ tẽporale eſt: ⁊ noxiuꝫ
peccator deducit̃ qui mentis ſuę aſcribere
debet infantię ꝙ incaut⁹ fuit ⁊ intẽperans:
vel remiſſionẽ peccatoꝝ nõ acquiſiuit. Niſi Iob.5.
eñ q̃s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpũſancto nõ
põt introire in regnũ dei. Utiqꝫ nullũ exci/
pit: nõ infantẽ: nõ aliqua pręuentũ neceſſi/
tate. Habeant tñ illam opertam pęnarũ im
munitatẽ: neſcio an habeant regni honorẽ.

Sarę qꝫ vna addit̃ littera ſcꝫ. r. vt voca/
retur ſarra. Quo vtiqꝫ par eſt vt in ſuperio/
ribus non vnius adiectioni penſari litterę.
Non eñ minus deo eſt vna littera: ſed vir/
tus litterę: quę exprimit munerl diuini gra/
tiam. Sara enim dicitur αρχηριη: hoc eſt:
poteſtas mea: vel principatus mei initiuꝫ:
vel regl. Sarra gręce dicitur ἀρχοῦσα: la/
tine q̃ regat. Illa mortalis: iſta imortalis.

Jlla ſpecialis:iſta generaliſ.Eſt nãqꝫ in me
ꝓudẽtia:in me caſtimonia:in me virtus:in
me iuſticia:me ſolũ regunt ⁊ mihi dominã/
tur:⁊ ſunt mortales.Moriẽte eñ me:ſoluũ
tur ⁊ moriunt̃ etiã illa. Que aũt prudentia
generaliter dicit̃:que caſtimonia:que forti/
tudo:cetereqꝫ virtutes principales:genera/
liter principales ⁊ regine quedã imortales:
in his ptãs eſt immortale illud principale:
ſicut eſt regina eccleſia:que nõ me vnũ:ſed
vniuerſos regit.Ergo ſpeciẽ in genus:par/
tẽ in vniuerſitatẽ:corruptibilitatẽ in incor/
ruptibilitatẽ cõuerſam videmꝰ:que omnia
eccleſie cõuenire certũ eſt. Nõ eñ ſpecialis
hec ſed generalis ratio eſt:nec partis ſ; vni/
uerſitatis ſalus. Jdeoqꝫ his ꝑcedẽtibꝰ cũ
vnũquẽqꝫ prudentia ſua ad hanc principa/
lez ⁊ diffuſam ꝑ omnes ſalutẽ deduxerit: in
qua fons ſapiẽtie iuſticieqꝫ eſt: requirit̃ ge/
neratio:⁊ ille ꝑfectus partus iocunditatis:
cuiꝰ nomẽ eſt iſaac.Nulla eñ melior eſt vo/
luptas ꝙ̃ emendate gratia cõſciẽtie. Hinc
epicuri traxerũt ſummũ bonũ voluptatẽ eſ
ſe:ſed eã corporiſ magis inquinamẽto ꝙ̃ ſo
brietate mẽtis eſtimauerũt. Quid eſt aũt
qđ ait:Cecidit in faciẽ abraaz ⁊ riſit? Et hic
reuerentia ſignificat̃ ꝙ timuit deũ velut li/
bero riſu ledere:ꝗuis riſus leticiã declara/
ret viri iuſti qui tãtis gratulabat̃ ꝓmiſſis.
Nõ eñ dubitantis hic riſus:ſed credẽtis fu
it.Simulqꝫ cadunt ante deũ omnia: ⁊ mu/
tantur ⁊ tranſeunt:ſola illa imutabilis ſtat
ſemꝑ ſubſtantia. Aut fortaſſe ⁊ in hoc my/
ſterio ꝓphetauit abraam dominũ ieſum:ꝙ
ꝑ ſuſceptionẽ dñici corporis ⁊ reſurrectionẽ
Ps. 98. tanti cõplenda oraculi gratia foret.Adorat
igit̃ nõ elementũ terre: de quo dictũ eſt:Et
Matth. 24. adorate ſcabellũ eius qm̃ ſanctum eſt.Ubi
eñ corpꝰ: ibi ⁊ aquile: que adorauerũt ver/
ſantẽ in corꝑe.Et dixit iquit i corde ſuo :Si
cẽtũ annoꝝ naſcet̃ filiꝰ:etſi ſara nonaginta
annoꝝ pariet? Grecus μειΔΗΧεμ poſuit:
vt poſſimus eſtimare:quia cordi ſuo quaſi
dixerit alternanti ſecũ: ſi centenario naſcet̃
⁊ nonagenaria pariet:hoc ẽ: etas generãdi
ꝑterijt:Deo omnia ſunt poſſibilia.Et ideo
facile iſtud vt ſenibus reuocet iuuẽtutis an
nos:vires refundat:ſterilibus det fecundi/
tatẽ. Nec illud ꝑtereũdũ ꝙ ꝓmiſſa ſibi ge
neratione legitima reſpondit abraam deo:
Hiſmael viuat hic in cõſpectu tuo.Juſti eſt
etiã ꝓ peccatoribꝰ interuenire. Et ideo vel
hoc credant iudei: q2 ⁊ ꝓ ipſis interuenit ſi
tamẽ credant.Hoc eſt eñ viuere in conſpec
tu dei: digna dei ꝟbo negocia gerere. Ocu Ps. 35.
li dñi ſuꝑ iuſtos.Unde ⁊ dñs ait:Etiã: Ec/
ce ſara vxor tua pariet tibi filiuz. De hiſma
el autẽ exaudiui te.Etiã:cum dicit:ꝯfirmat
ꝓmiſſa:confirmatiuũ eteñ verbum eſt. Et
ideo prius generationẽ eccleſie cõfirmat fu/
turam:vt verũ recognoſceret ꝓpheta ꝙ de
hiſmael ſe audiſſe dixiſſet deus: ꝓuidẽs q2
cecitas ex parte iſrael haberet cõtingere do Ro. 11.
nec plenitudo gentiuz intraret: ⁊ ſic omnis
iſrael ſaluus fieret. Jtaqꝫ ſicut teſtamenta
hoĩm prius heredẽ ferunt:poſtea legatũ ex
primunt:melioribꝰ hereditatẽ:inferioribus
legata:ita in deũ in teſtamento vnũ et nos
hunc morẽ accepimus. Heres ſcribit̃ natu/
ra bonꝰ:nobilis:legitimo creatus cõiugio.
Legato donatur inferior. Promittit̃ autez
generatio ſequẽti anno:vt aduertas quam
generationẽ polliceat̃ dñs: hoc eſt:nõ illaz
vteri corporalis ſare:ſed iſtum partũ eccle/
ſie qui eſſet futurus.Deniqꝫ ⁊ infra ait: Re/
uertar ad te in futuruz:⁊ erit ſare filius. Jn
quo vtrũqꝫ poſſumus accipere:⁊ hunc con/
uentũ eccleſie:⁊ fideliũ reſurrectionẽ. Ter/
tiodecimo quoqꝫ anno ꝙ circũcidit̃ hiſma/
el ratio euidens:quia is qui incipere habet
vti cognitionẽ femine: ante debet recidere
in ſe ardorẽ libidinis vt ſuꝑfluis abſtineat
cõmixtionibus cõiunctioni tantũ legitime
reſeruet.Mentẽ quoqꝫ ſapientis hoſpitalẽ
eſſe decet:vt etiã alijs impertiat ſui gratiã:
⁊ prudentie ſue fructũ alijs quoqꝫ diuidat:
atqꝫ epulent̃ bonis doctrine cibis: epulũqꝫ
eius exhibeat deſiderantibꝰ. Tunc ꝑterea
neſciat niſi ſm naturã viuere:in cuius inſti/
tuto et ordine dei lex eſt. Nulli ſe tranſuer/
ſari cupiditati miſcere nouerit: ſolius ſapiẽ
tie ꝑopter copulam. Mandatis dei: ſeculi
iſtius gloriã:⁊ quandã ꝑſentis laudis here/
ditatem ꝑferre neſciat.Atqꝫ vt altaribꝰ do/
mini ſuas immolet vtilitates:ita iudicij ig/
nem nõ excipiat neqꝫ reformidet:ſed magiſ
etiã vt alios eripiat elaboret.

Sancti Ambroſij epiſcopi: de
Abraam ſecũdus liber explicit.



Capitulorũ libri de Jſaac ⁊ Ani
ma ſancti Ambroſij epiſcopi: recol
lecta annotatio.
De commẽdatione ſancti iſaac tam ex pa/
terna origine ⁊ gratia:ꝙ̃ ex dominice ge/
nerationis ⁊ paſſionis ꝑfiguratione que
⁊ nomine ſuo ſignificatur.Ac de apertio/
ne myſterij inter chriſtum per iſaac deſig/
natum:⁊ animam repreſentatã per rebec/
cam.Ca.I.
De admonitione hominis vt intueat̃ ꝗ ſit:
quo ſalutẽ ſuã vitãqꝫ tueatur.Et quid ſit
homo.Quidue ac qualis ſit anima tã ſm
ſui naturã ꝙ̃ ꝑ irrationabilẽ ſui ꝑtez: qua
obnoxia ſit corruptioni.Ca.II.
De ꝑfecte anime primiqꝫ ꝓceſſus eiꝰ deſcri/
ptione:quõ charitatis impatiens: ⁊ ver/
bi moras nõ ferẽs:rogabat vt oſcula me/
reret̃:⁊ meruit deſideratũ videre. Ca.III.
De ſecũdo ꝑfecte anime ꝓceſſu:quo intro/
ducta in cubiculũ regis: cũ mutua miſce/
ret alloquia:in vmbra eiꝰ requieuit: ⁊ ſu/
bito eius verbo de medio ſermone diſceſ
ſit:querẽti tamẽ nõ diu abfuit: ſed ſaliẽs
ſupra mõtes ⁊ tranſiliens ſuper colles ad/
uenit.Nec multo poſt quaſi capreolꝰ aut
ceruorũ hinnulus dum affatur dilectã exi
liuit ⁊ reliquit.Ca.IIII.
De tertio ipſiꝰ anime ꝓceſſu:quo cũ in cubi
li ⁊ noctibus:in ciuitate:in foro: ⁊ in pla/
teis queſitũ nõ reperiſſet:aliquãdo ratio/
nibꝰ ſuis gratia querentẽ reuocauit:adeo
vt ab eiꝰ ſponſo ꝓpius vocaret̃.Ca.V.
De ſũmaria dictorũ ꝑſtrictione:cũ inducti/
one ⁊ ꝑſecutiõe quarti ꝓceſſus ꝑfecte aie
quo ipa iã dormiẽs ꝗuis corde vigilaret:
a ſponſo excitat̃ vt cõtinuo vocẽ pulſantiſ
audiret.Sed morã paſſa dũ ſurgit:q2 ve/
locitatẽ verbi nõ potuit cõprehẽdere: dũ
aperit oſtiũ trãſiuit ꝟbũ:⁊ ipſa exiuit: ⁊ ꝑ
vulnera charitatiſ reqſitũ: vix tãdẽ iuenit
⁊ tenuit vt poſtea nõ amitteret̃.Ca.VI.
De laudatione aie a ſponſo ꝙ tã bene ⁊ con
ſtanter requiſierit eũ. Et ꝙ tam fidelis et
verbo potens ⁊ fructibꝰ fecũda diuerſis:
ꝙqꝫ vna ſicut colũba habẽs ſpũs vnitatẽ
in qua ſit pax ꝗ fecit vtraqꝫ vnũ. Ca.VII.
Anima dũ laudat̃ a ſponſo verecũde refu/
giens corã laudari:⁊ reuocata a ſpõſo qđ
dicat.De ꝑconijs quoqꝫ bone anime:ſin/
gulariqꝫ laude charitatis.Ca.VIII.
Finis.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber
de ſancto Jſaac ⁊ Anima: Jn quo
iuxta myſticaz interpretationez de
amore inter chriſtũ ſponſum ⁊ ani
mam ſponſam diſputat: feliciter
incipit.

De cõmendatione ſancti iſaac tã
ex paterna origine et gratia: ꝙ̃ ex
dominice generationis ⁊ paſſiõis
ꝑfiguratione que ⁊ nomine ſuo ſi/
gnificat̃. Ac de apertione myſterij
inter chriſtũ ꝑ iſaac deſignatum: ⁊
animã reꝑſentatã ꝑ rebeccã: Ca.I.

A patre nobis
ſancti iſaac vel origo ſa/
tis eſt exꝑſſa vel gratia:
cũ ad oẽm redundat glo
riã:qđ tãto ⁊ tã imitabi/
li viro natus abrae patri
primũ fuit. Neqꝫ vero iſtud mirabile: cũ in
eo dñice generatõis ⁊ paſſionis figura ꝑceſ
ſerit.Siquidẽ ⁊ ſterilis anus ex ꝓmiſſione
dei peperit eum: vt crederemꝰ ꝙ potens eſt
deus facere vt poſſit ⁊ virgo generare:⁊ ob/
latus vnicus ad immolandũ:qui ⁊ patri nõ
periret ⁊ impleret ſacrificiũ. Jtaqꝫ ipſo no/
mine figurã ⁊ gratiã ſignificat. Jſaac eteñ
riſus latine ſignificat̃.Riſus aũt inſigne le/
ticie eſt.Quis autez ignorat ꝙ is vniuerſo/
rũ leticia ſit:qui mortis formidoloſe vel pa/
uore cõpreſſo: vel merore ſublato: factꝰ om/
nibꝰ eſt remiſſio peccatoꝝ? Jtaqꝫ ille noĩa/
bat̃:⁊ iſte deſignabat̃:exprimebat̃:⁊ annũ/
ciabat̃. Jpſe eſt quẽ iã nunc ꝑſequebat̃ an/
cilla:ipſe eſt ꝓpter quẽ iã tunc dicebat̃:Ex/
pelle ancillã:nõ eñ heres erit filius ancille
cũ filio meo iſaac. Jpſe eſt cui pater alieni/
genã acqſiuit ſponſam. Jpſe eſt mitis:hũi/
lis:atqꝫ mãſuetus:ꝗ veniente rebecca: hoc
eſt:patientia:exiuit in campuz abalienare.
Sapiẽtis eñ eſt ſegregare ſe a voluptatibꝰ
carnis:eleuare aiaz: atqꝫ a corpore abducẽ.
Hoc ẽ eñ ſe hoiem cognoſcere. Qui chalde
oꝝ ſermone enos dicit̃:latine hõ.Enos aũt
qui aſſũpſit ⁊ ſperauit iuocare deũ: et iõ cre
dit̃ eſſe trãſlatꝰ.Nõ videt̃ itaqꝫ hõ eẽ:niſi is
ꝗ in deũ ſperat.Qui aũt ſperat in deũ:non
degere in terriſ:ſ; ꝗſi trãſlatꝰ adherẽ deo:ma
nifeſta viri iterꝑtatiõe ſignat̃.Bonꝰ igit̃ iſa
ac:verꝰ vtpote plenꝰ gr̃e:⁊ fons leticie. Ad

quẽ fontẽ veniebat rebecca vt impleret hy/
driã. Dicit em̃ ſcriptura: Quia deſcẽdẽs ad
fontẽ impleuit hydriã: ⁊ aſcẽdit. Deſcendit
itaq; ad ſapiẽtię fontẽ: vel eccl̃ia: vel aĩa: vt
totũ vas impleret ſuũ: ⁊ hauriret purę ſapi
entię diſciplinaſ: quas haurire iudęi de fon
te ꝓfluo noluerunt. Quis iſte fons ſit audi
Hiere.2. dicentẽ: Me dereliquerũt fontẽ aquę viuę.
Ad hũc fontẽ currebat ſitiẽs aĩa ꝓpheta/
Pſ.41. rum: ſicut ⁊ dauid dicit: Sitiuit aĩa mea ad
deũ viuũ: vt ſitim ſuã vbertate diuinę cogi
tationis expleret: ⁊ inſipiẽtię ſanguinẽ ſpi/
ritalium rigatu dilueret fluentorũ. Hic eſt
em̃ fluxus ſanguinis ſicut ſignificat lex: qui
deoperit̃ qñ vir ſedenti in diebꝰ ſanguinis
ſui mulieri miſcetur. Mulier eſt delectatio
corpalis illecebrę. Itaq; caue ne vigor men
tis tuę cętu quodã corporeę voluptatis in/
flexus emolliat̃: atq; in eiꝰ amplexus oĩs re
ſoluatur: ⁊ fontẽ eius aperiat: qui debet eẽ
clauſus ⁊ ſeptus intẽtionis ſtudio: ⁊ cõſide/
Cant.4. ratione rationis. Hortus em̃ clauſus: fons
ſignatuſ. Nanq; mẽtis reſoluto ſenſu ſe cor
porales delectationes effundũt pernicioſe
nimis ⁊ in appetentiã plenã grauis periculi
ꝓruentes: ꝙ ſi mentis viuidę ꝯſiderata mã
ſiſſet cuſtodia: refrenaſſet.

## De admonitione hominis vt in/ tueatur qui ſit: quo ſalutẽ ſuam vi/ tãq; tueatur. Et quid ſit hõ. Quid ue ac qualis ſit anima tã ſm̃ ſui na/ turã q̃ ꝑ irrationabilẽ ſui partẽ: q̃ obnoxia ſit corruptioni: Ca. II.

Intuere igit̃ o homo qui ſis: quo ſa
lutem tuã vitãq; tuearis. Quid eſt
itaq; homo? Utrũ anima: an caro:
an vtriuſq; copula? Aliud em̃ nos ſumus:
aliud noſtrũ: alius qui induit̃: ⁊ aliud veſti/
mentũ. Legimus in veteri teſtamẽto: om/
Gen.46. nes animę quę deſcẽderũt in ęgyptũ: de ho
Gen.6. minibus dictũ. Et alibi dictũ eſt: Nõ ꝑma/
nebit ſpiritꝰ meus in hominibꝰ iſtis: quoni
am carnes ſunt. De alterutro igit̃ legitur:
quia homo dicit̃: ⁊ de anima ⁊ de carne. Sz
illa diſcretio eſt: ꝙ vbi anima ꝓ homine po
nit̃: hebręus ſignificat̃: deo adherẽs: nõ cor
pori: vt eſt illud: Anima benedicta oĩs ſim/
plex. Ubi aũt caro ꝓ homine nũcupat̃: pec
Ro.7. cator exprimit̃: vt eſt illud: Ego autẽ carna
lis ſum: venũdatus ſub peccato. Qđ enim
operor: non cognoſco. Non em̃ quod volo
ago: ſed quod odi illud facio. Hoc iã poſte/
rius ⁊ de vtroq;. Alius eſt em̃ qui vult: aliꝰ
qui odit: aliuſ qui facit. Deniq; addidit: Si
ergo qđ odi hoc facio: cõſentio legi quoniã
bona eſt: Nunc autẽ iam nõ ego illud ope/
ror: ſed quod habitat in me peccatũ. Illud
quoq; expreſſius: Uideo legẽ carnis meę re
pugnantẽ legi mentis meę: ⁊ captiuantem
me in legem peccati: Et tamẽ cum vtrũq; in
ſe ꝯcertantẽ hominẽ declaraſſet: hoc eſt: in/
teriorem ⁊ exteriorẽ: in animę magis q̃ in
corporis parte ſimilauit ſe cõſtituere: ꝙ ani
ma ſua traheret̃ captiua ad peccatũ: in qua
eſſe ſe mallet ⁊ eſſe cõfirmat dicens: Infęlix
ego homo: quis me liberabit de corꝑe mor/
tis huius? Tanquã de extraneo hoſte: ita
ſe deſiderat liberari. Nõ ergo ſanguis ani
ma: quia carnis eſt ſanguiſ: neq; harmonia
anima: quia ⁊ huiuſmodi harmonia carnis
eſt: neq; aer anima: q: aliud eſt flatilis ſpiri/
tus: aliud anima: neq; ignis eſt anima: ne/
q; enthelechia anima: ſed anima eſt viuẽs:
qua factus eſt adam in animã viuentẽ: eo
ꝙ inſenſibile atq; exanimũ corpus: anima
viuificet ⁊ gubernet. Eſt ⁊ p̃ſtantior homo:
de quo dicit̃: Spiritalis autẽ dijudicat om/ 1.Cor.2.
nia: ipſe autẽ a nemine iudicat̃. Hic eſt pręs
ſtantior cęteris. Unde ⁊ dauid dicit: Quid Pſ.143.
eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius homi
nis: niſi ꝙ viſitas eum? Homo vanitati ſi/
milis factus eſt. Non ille ſm̃ imaginem dei
homo vanitatis eſt: ſed qui illud amiſit: et
in peccatũ decidit: ⁊ in materialia iſta dila/
pſus eſt: ipſe homo eſt vanitatis. Anima
igitur ſm̃ ſui naturã optima eſt: ſed plęrũq;
per irrationabilẽ ſui partẽ obnoxia ſit corru
ptioni: vt incline̓t ad voluptates corporis
⁊ ad ipęnitentiã: dũ menſurã rex nõ tenet:
aut fallitur opinione: atq; inclinata ad ma/
teriã agglutinat̃ corpori. Sic viſibile eius
impedit̃: ⁊ malicia repletur: q: dum intẽdit
militię eiꝰ ſe vitijs replet: ⁊ ſit defectus bo/
nitatis intẽperantior.

## De ꝑfecte animę primiq; ꝓceſſus eiꝰ deſcriptione: quõ charitatis im patiẽs: ⁊ verbi moras nõ ferẽs ro/ gabat vt oſcula mereret̃: et meruit deſideratũ videre: Ca. III.

Perfecta aũt aĩa auerſat̃ materiã: oẽ
imoderatũ: mobile: malignũ refu/
git ac reſpuit: nec videt: nec appropi
q̃t ad illiꝰ terrenę labis corruptionẽ: diuinã
intendit: terrenã autẽ materiẽ fugit. Fu/



ga autẽ eſt: nõ terrena relinquere: ſed eſſe in
terris: iuſticiã ⁊ ſobrietatẽ tenere: renuncia/
re vitijs: nõ vſibus elementorum. Fugie
bat dauid ſanctꝰ a facie ſaul: nõ vtiq; vt ter
ras relinqueret: ſed vt immitis ⁊ inobſeruã
tis ⁊ ꝑfidi declinaret contagium. Fugiebat
Pſ.62. autẽ adherens deo: ſicut ⁊ ipſe ait: Adheſit
anima mea poſt te. Abducebat ſe ⁊ ableua
bat vitijs ſęculi huius: eleuabat animã ſuã
ſicut iſaac in cãpo vel abalienabat: vel vt
alij habent: deambulabat. Nã hoc quoq;
oſtendit cũ virtutibus familiare habere cõ/
ſortium: vt deambulet vnuſquiſq; in inno/
cẽtia cordis ſui: nullo vſu terrenis vitijs mi
ſceatur: atq; irrep̃henſibilẽ viam inoffenſo
mẽtis carpat veſtigio: nec vllum locũ in ſe
aperiat corruptiõi. Talis em̃ erat iſaac cũ
rebeccã aduenientẽ expectaret: p̃parans ſe
copulę ſpiritali. Ueniebat enĩ iam cęleſti/
bus dotata myſterijs: veniebat magna ſe/
cum ornamenta auriũ ⁊ manuũ ferens: eo
ꝙ auditu ⁊ operibꝰ emineat eccleſię pulchri
Gen.24. tudo: cui recte dictũ aduertimꝰ: Eſto in mi/
lia milium: ⁊ ſemẽ tuũ poſſideat aduerſari/
orũ ciuitates. Decora igit̃ eccleſia: q̃ ex ini
micis gentibꝰ filios acquiſiuit. Sz poteſt
hoc etiã ad animã deputari: quę paſſiones
corporis ſubigit: ⁊ ad virtutũ officia cõuer/
tit: repugnanteſq; motꝰ ſibi obedientes ef/
ficit. Ergo vel anima patriarchę vidẽs my
ſteriũ chriſti: videns rebeccã venientẽ cum
vaſis aureis ⁊ argenteis: tanq̃ eccleſiã cum
populo nationũ mirata pulchritudinẽ ver/
Cant.1. bi ⁊ ſacramentorũ eius: dicit: Oſculetur me
ab oſculis oris ſui. Uel rebecca audiẽs virũ
iſaac: verũ illud gaudiũ: veram lęticiã deſi/
derat oſculari. Quid eſt igit̃: oſculet̃ me ab
oſculis oris ſui? Cõſidera vel eccleſiam iam
diu ꝓmiſſo ſibi ꝑ ꝓphetas dñico aduẽtu ꝑ
tẽpora multa ſuſpenſam: vel animã quę ele
uans ſe a corpore: abdicat luxurię delitijs:
voluptatibuſq; carnalibꝰ: exuta quoq; ſolli
citudine ſęculariũ vanitatũ: iam dudũ infu
ſionẽ ſibi diuinę p̃ſentię ⁊ gratiã verbi ſalu/
taris exoptet: cõmacerari qđ ſero veniat et
affligi: Ideoq; q̃ſi vulneratã charitate cum
moras eius ferre nõ poſſit cõuerſam ad pa/
trem rogare vt mittat ſibi deũ verbũ: ⁊ cau
ſam qua ſit ita impatiẽs declarare dicentẽ:
Oſculet̃ me ab oſculis oris ſui. Non vnum
oſculũ quęrit: ſed plura oſcula: vt deſideriũ
ſuum poſſit explere. Quę em̃ diligit: nõ eſt
vniꝰ oſculi parcitate cõtenta: ſed plura exi/
git: plura vendicat: ⁊ ita ſe ampliuſ dilectio
cõmendare cõſueuit. Deniq; illa in euange
lio ſic ꝓbata eſt: Quia non ceſſauit inquit Luc.7.
oſculari pedes meos. Et ideo remiſſa ſũt ei
peccata multa: q: dilexit multũ. Ergo ⁊ hęc
anima oſcula verbi multa deſiderabat: vt il
luminet̃ diuinę cognitiõis lumine. Hoc eſt
em̃ oſculũ verbi: lumen ſcz cogitationis ſa/
cre. Oſculat̃ em̃ nos deus verbũ: qñ cor no
ſtrum ⁊ ipſũ principale hominis ſpiritu di
uinę cognitionis illuminat: quo anima do/
nata charitatis pignore nuptiali: lęta atq;
ouanſ dicit: Os meũ aperui: ⁊ duxi ſpiritũ. Pſ.118.
Oſculũ eſt em̃ quo inuicẽ amantes ſibi ad/
herẽt: ⁊ velut gratię interioris ſuauitate po
tiũtur. Per hoc oſculũ adheret anima deo
verbo: ꝑ quod ſibi tranſfundit̃ ſpiritꝰ oſcu/
lantis: ſicut etiã hi qui ſe oſculant̃: nõ ſunt
labiorũ p̃libatione cõtenti: ſed ſpiritũ ſuũ
ſibi inuicẽ videntur infundere. Oſtendens
itaq; nõ ſolã ſpeciẽ verbi: ⁊ vultũ quendã:
ſed omnia eiꝰ interiora diligere: adiũgit ad
oſculorũ gratiã: Quia bona inquit vbera Cant.4.
tua ſuꝑ vinũ: ⁊ odor vnguentorũ tuorũ ſuꝑ
omnia aromata. Illa oſculũ popoſcit: deuſ
verbũ ſe ei totus infũdit: ⁊ nudauit ei vbe/
ra ſua: hoc eſt: dogmata ſua: ⁊ interioris ſa/
pientię diſciplinas: ⁊ vnguentorũ ſuorũ dul
ci odore fragrauit. Quibꝰ capta: iam dicit
vberiorem eſſe iocunditatẽ diuinę cogniti/
onis: q̃ lęticiã omnis corporeę voluptatis.
Aſpirat em̃ in verbo odor gratię: ⁊ remiſſio
peccatorũ: quę in totũ diffuſa mundũ: om/
nia tanq̃ exinanito repleuit vnguẽto: quia
per vniuerſos grauis vitiorũ colluuies de/
terſa eſt. Propterea inquit adoleſcẽtulę di/
lexerunt te. Attrahe nos: poſt odorem vn/ Cant.1.
guentorum tuorũ curramus. Bona quidẽ
prudentia: ſed dulcis miſericordia. Illã em̃
pauci aſſequũtur: hęc ad omnes peruenit.
Propter hanc inq̃t indulgentiã tuã diligũt
te animę renouatę ſpiritu. Unñ et ad animã
dicit̃: Renouabit̃ ſicut aquilę iuuẽtus tua. Pſ.102.
Ad animã em̃ loquebat̃ dicens: Benedic Ubi ſ.
anima mea dñm. Et ideo feſtinat ad verbũ
⁊ rogat vt attrahat̃: ne forte derelinquatur:
q: currit dei verbũ: ⁊ nõ eſt alligatum. De/ Pſ.18.
niq; exultat tanq̃ gigas ad currendã viã.
Et q: egreſſus eius a ſummo cęlo: ⁊ occur/
ſus eius vſq; ad ſummũ eius: videns ſe im/
parem tantę velocitati dicit: Attrahe nos.

Bona anima: quę nõ ꝓ ſe ſola: ſed ꝓ oībus
rogat. Attrahe inquit nos. Habemꝰ em̃ cu/
piditatẽ ſequendi: quã vnguentoꝝ tuoꝝ
inſpirat gratia. Sed qꝛ curſus tuos ęquare
non poſſumus: attrahe nos: vt auxilio tuo
fultę: veſtigijs tuis poſſimus inſiſtere. Si
em̃ tu attraxeris: curremꝰ ⁊ nos: ⁊ ſpiritalia
velocitatis flabra capiemus. Deponiť em̃
ſarcina quibꝰ manus tua fulcro eſt: ⁊ oleuȝ
tuuȝ infundiť: quo curatus eſt ille qui a la/
tronibus vulneratꝰ eſt. Ac ne impudens ti
bi videať qđ ait: Attrahe nos: audi dicen/
Matth.11. tẽ: Venite ad me oẽs qui laboratis: et one/
rati eſtis: ⁊ ego vos reficiã. Vides ꝙ liben/
ter nos attrahit: ne remaneamꝰ ſequentes.
Phil.3. Sed qui vult attrahi currat vt cõprehẽdat:
⁊ currat ſuperiora obliuiſcenſ: ⁊ ea quę ſunt
priora appetens. Sic em̃ poterit chriſtũ com
prehendere. Prudẽter ergo rogat vt attra/
hať: qꝛ nõ omnes ſequi poſſunt. Deniqꝫ pe
tro dicenti: Quo vadis: reſpondit verbum
Ioh.13. dei: Nõ potes me ſequi modo: ſequeris au
tẽ poſtea. Claues ei cõmiſerat regni cęlorũ:
⁊ ſequẽdo ſe imparẽ iudicauit. Hanc tñ ani/
mam nõ diſtulit: qꝛ nõ p̃ſumebat ſed roga/
bat. Deniqꝫ ait: Introduxit me rex in cu
biculũ ſuum. Beata anima quę verbi ingre
diť penetralia. Inſurgens nãqꝫ de corpore:
ab omnibꝰ fit remotior: atqꝫ intra ſemetip/
ſaȝ diuinũ illud ſi quo modo aſſequi poſſit
ſcrutať ⁊ quęrit. Qđ cũ potuerit cõprehẽde
re: ea quę ſunt intelligibilia ſupgreſſa in il/
2.Cor.12. lo ↄfirmatur: atqꝫ eo paſciť. Talis erat pau
lus: qui ſciebat ſe raptuȝ in paradiſum: ſed
ſiue extra corpus raptũ ſiue in corpore neſci
ebat. Aſſurrexerat em̃ anima eius de corpo
re: ⁊ ſe a viſceribꝰ ⁊ vinculis carnis abduxe/
rat atqꝫ eleuauerat: factuſqꝫ a ſemetipſo ali
enus: intra ſemetipſũ tenuit verba ineffabi
lia quę audiuit ⁊ vulgare nõ potuit: qꝛ ad/
uertit ea loqui homini nõ licere. Anima er
go bona cõtemnit viſibilia ⁊ ſenſibilia: nec
cõſiſtit in eis: nec in deſpiciẽdis his immo/
ratur ⁊ reſidet: ſed aſcendit ad illa ęterna et
ĩuiſibilia ⁊ plena miraculi: puro ſenſu ſe pię
mentis attollẽs. Etem̃ pfectioni ſtudẽs: ſo/
lum illud bonũ diuinitatis intendit: nec ali
ud quicquã requirendũ putat: qꝛ tenet qđ
ſummũ eſt. Itaqꝫ vir hmõi in quo ẽ animę
pulchritudo ſolus ſibi abundat: qꝛ ipſe ſibi
eſt ſatis: Nec ſolus aliquãdo eſt: cui pręſul
dominus adeſt.

**De ſecũdo perfecte anime ꝓceſ/
ſu: quo introducta in cubiculũȝ re
gis: cũ mutua miſceret alloquia: in
vmbra eiꝰ requieuit: ⁊ ſubito eius
verbo de medio ſermone diſceſ/
ſit: quereñti tamẽ nõ diu abfuit: ſed
ſaliens ſupra montes ⁊ trãſiliens
ſup colles aduenit. Nec mlťo poſt
quaſi capreolus aut ceruorum hin
nulus dum affať dilectã exiliuit et
reliquit: Ca. IIII.**

d Eniqꝫ in illud diuini illiꝰ introduc/
ta ſecretũ: Exultemus inquit ⁊ lętę Cant.1
mur in te: diligamꝰ vbera tua ſuper
vinũ. Nõ em̃ in diuitijs auri argentiqꝫ the/
ſauris: nõ poſſeſſionũ fructibꝰ: nõ in pote/
ſtatibus: nõ in ↄuiuijs: ſed in ſolo deo exul/
tat. Eadẽ tñ anima cognoſcẽs ſe corporis
ſocietate fuſcatã: dicit ad alias animas: vel
ad aliaſ cęleſteſ ⁊ appoſitas ſacro miniſterio
poteſtates: Nolite aſpicere me: qm̃ obfuſca Ibi.5
ta ſum: qm̃ nõ eſt intuitꝰ me ſol. Filij matrĩ
meę pugnauerũt aduerſum me: hoc eſt: im/
pugnauerũt me corporis paſſiones: carnis
illecebrę decolorauerũt me: ideo mihi ſol iu
ſticię nõ refulſit. Quo viduata p̃ſidia: deuo
tionẽ meã ⁊ obſeruantiã plenã ſeruare non
potui. Hoc eſt em̃: vineã meã nõ cuſtodiui:
qꝛ ſpinas ⁊ nõ vuam attulit: id eſt: faciens
peccata ꝓ fructibꝰ. Et cũ de verbo loquiť:
irradiante ſibi verbi ſplẽdore cõuerſa ad ip
ſum: dicit: Vbi paſcis? Vbi manes in meri
diano? Recte dicit: vbi paſcis: qꝛ regulare
eſt dei verbũ: vbi manes: qꝛ morale: in me/
ridiano: qꝛ myſticum. Siquidẽ qꝛ meridie
ioſeph cũ fratribus ſuis in cõuiuio cõſtitu/
tus: futurorũ tẽporum myſteria reuelabat.
Sed etiã dauid ait: Reuela ad dñm viam Ps.36.
tuã: ⁊ ſpera in eũ: ⁊ ipſe faciet: ⁊ educet ſicut
lumen iuſticiã tuam: ⁊ iudiciũ tuũ tãqꝫ me/
ridiẽ. Et ipſe paulus circũfulſiſſe ſibi lumẽ
meridie aſſeruit: qñ a pſecutione eſt conuer
ſus ad gratiã. Queriť ergo qđ derelicta ſit:
qđ deſtituta ſit paup ex diuite. Abũdabat
em̃ munere gratiarũ: ſed ęgere cępit: vbi di
uinę p̃ſentię ſibi copia denegata eſt: ⁊ ideo
vel quaſi mercẽnaria haberi poſtulat: quę
ante ſibi p̃cioſioris copulę gratiã vendica/
bat. Cui reſpondit verbũ dei: Niſi cogno/ Cant.1.
ſcas te decora inter mulieres: quę quęreris
ꝙ relicta ſis: niſi te cognoſcas: niſi te pęni/
teat lapſus tui: niſi intentionẽ deuotionis



approbes: niſi fides tua ⁊ ſinceritas augeať:
q̃rela nihil ꝓderit. Ac ſic: Niſi cognoſcas te
qꝛ decora es: niſi pulchritudinẽ naturę tuę
ſerues: ⁊ corporis te illecebrę nõ demergãt:
nec impedimẽta detineãt: nihil tibi naturę
melioris nobilitas ſuffragibiť. Cognoſce
igiť te: ⁊ naturę tuę decorẽ: et exi quaſi exu/
ta vinculis pedẽ: ⁊ nudo exerta veſtigio: vt
carnalia integimẽta nõ ſentias: veſtigium
mentis tuę corporalia vincula nõ implicẽt:
vt pes tuus ſpecioſus appareat. Tales eniȝ
ſunt qui ad regnũ cęlorũ annũciandũ eligũ
Esa.52. tur a dño: de quibꝰ dictũ eſt: Q̃ ſpecioſi pe
Exo.3. des euangelizantiũ pacẽ. Talis moyſes:
cui diciť: Solue calciamentũ pedum tuoꝝ:
vt vocaturus populũ ad dei regnũ: priꝰ car
nis exuuias deponeret: ⁊ nudo ſpiritu veſti
gioqꝫ mẽtis incederet. Hoc eſt ꝗ qđ ait: Exi
Cant.1. tu in calcaneis greguȝ: ⁊ paſce hędos tuos
in tabernaculis paſtorũ: qꝛ p greges regnũ
intelligimus: eo ꝙ poteſtatis ſit gregibꝰ p̃/
ſidere. Pręſidet aũt vnuſquiſqꝫ ſibi quadã
poteſtate regali: ſi coerceat in ſe corporis lu
xus: ⁊ ſeruituti redigat carnẽ ſuaȝ. Ideoqꝫ
Luc.17. dictũ eſt: Regnũ dei intra vos eſt. Vñ pul/
chre ait ad animã: Exi: id eſt: exi a ſeruitio:
exi a carnis ĩperio atqꝫ dominatu: ⁊ exi non
in carne ſed in ſpiritu: exi ad regimẽ poteſta
tis. Ideoqꝫ addidit: Paſce hędos tuos: ħ
eſt: rege ea quę in ſiniſtra tua ſunt. Nã ſi nõ
regant: facile labuntur. Coerce petulantiã:
laſciuiã tui corporis et luxuriã irrationabi/
lẽ: edoma leues motus: paſce eos nõ in cor/
poreiſ tabernaculis: ſed in tabernaculis pa
ſtorum: qui regere gregẽ norunt. Sunt eniȝ
amabilia tabernacula iſrael: ſicẽ nemora ob/
umbrantia ſup flumen: in quibꝰ anima tan
q̃ꝫ in ꝓcinctu bellico ſita: bonã exercet mili/
tiam: incurſus explorat hoſtiles. Virtutis
labor quęrit victoriã: vt poſſit eque illi quę
ſalomonis eſt cõparari: velox ad currendũ:
habilis ad partũ: qm̃ fęcunditas animę de/
ſiderať ⁊ quęriť. Hęc ergo equa p̃cioſa: ⁊ cur
rus pharao veloces. Qđ aliqui ad eccleſiã
referũt ⁊ ad populũ. Sed de hoc myſterio
alibi ſępius diximus: ⁊ maxime in pſal[illegible]
centeſimo octauodecimo. Hoc aũt [illegible]
anima dicendũ ſuſcepimus. [illegible]
milis ęſtimať hęc anima: hoc eſt: ꝓp[illegible]
vel apl̃icę virtutis: eo ꝙ in eoꝝ annumer[illegible]
gregẽ: qui fęcũditate p̃dicationis ſuę to[illegible]
orbis terrarũ ſpacia reſperſerunt: ⁊ q̃uis in

corpore cõſtituti: nulla tamẽ curſus ſpirita/
lis ſenſere diſpendia. Ideoqꝫ laudať ꝙ cę/
leſti ſibi illuminãte p̃cepto: iam ſpecioſa: iã
pulchra ſit: quę vultu p̃ferat caſtitatis deco
rẽ: ⁊ redimicula ceruicis attollat: in qua ſũt
patientię ⁊ humilitatis inſignia. Talis ani
mę diligebat iſaac verus decorẽ: humilita/
tẽ: patientiã. Et ideo partus eiꝰ auide req̃/
rebat. Concepit aũt rebecca: ⁊ patientia
ſua nodũ ſterilitatis abſoluit. Quid auteȝ
pariat ꝓphetica atqꝫ apl̃ica anima conſide
remus: ⁊ quõ pariat. Abijt inquit interro/
gare dominũ: qꝛ exultabãt infantes in vte/
ro eius. Et reſponſum accepit: Duę gentes
in vtero tuo ſunt: eo ꝙ nihil ſpõte p̃ſumat:
ſed in omnibꝰ ſummũ deum p̃ſulem poſcat
ſuoꝝ cõſiliorũ: ſimul plena pacis atqꝫ pieta
tis: duos populos ſua fide ⁊ p̃dicatione cõ/
nectat: ⁊ tanq̃ꝫ vtero ſuo claudat. Quę non
ĩmerito ſoror magis q̃ꝫ vxor appellatur: eo ꝙ
mitis atqꝫ pacifica anima cõmunis magis
pietatis q̃ꝫ ſpecialis copulę nomẽ accipiat:
⁊ qꝛ vniuerſis magis q̃ꝫ vni ſe exiſtimet ob/
ligatã. Fodit aũt puteos iſaac: ⁊ plurimos
quidẽ quos foderat pater eiuſ: ⁊ repleuerãt
illos poſt morteȝ abrahę patris illiꝰ alienige/
nę. Pręceteris tñ fodit hos puteos: Vnuȝ
in cõualle gerarim: ⁊ inuenit ibi puteum aq̃
viuę: ⁊ litem fecerũt paſtores gerarim cum
paſtoribus iſaac: eo ꝙ aquã ſibi eius putei
quaſi ꝓpriã vendicabant: ⁊ vocauit nomẽ
eius iniuſticiã. Et fodit aliũ: in quo orta eſt
diſceptatio: ⁊ impoſuit illi nomẽ inimiciti/
as. Et fodit tertiũ: in quo lis nulla inter pa
ſtores cõmiſſa eſt: ⁊ vocauit euȝ latitudinẽ.
Fodit ⁊ puteũ iuramẽti: ⁊ nõ inuenit in eo
aquã: ⁊ vocauit eum puteũ iuramẽti. Quis
hęc legens: terrena magis q̃ꝫ ſpiritalia ope/
ra eſſe arbitreť: ꝙ vel abraam fodit puteos
vel iſaac: tanti videlicet patriarchę: vel etiã
iacob: ſicut ⁊ in euãgelio reperimus: velut
fontes quidã generis humani: ⁊ ſpecialiter
deuotiõis ac fidei? Quid eſt em̃ puteꝰ aquę
viuę: niſi ꝓfundę altitudo doctrinę? Vnde
⁊ agar ad puteum angelũ vidit: ⁊ iacob ad
puteũ rachel ſibi inuenit vxorem. Moyſes
quoqꝫ ſecꝰ puteum futuri locauit merita pri
ma cõiugij. A puteo igitur viſionis aperire
iſaac adorſus eſt puteos: ⁊ bono ordine: vt
eiꝰ putei aqua: primum rationabil[illegible] animę
oculũqꝫ eius dilueret ⁊ foueret: quo viſum
eiꝰ faceret clariorẽ. Fodit etiã alios puteos

d

Prouer.5. plures. Unde ⁊ ſcriptū eſt: Bibe aquā de
tuis vaſis: ⁊ de puteoꝛum tuoꝛū fontibus.
Quāto plures fuerint: tāto eſt vberioꝛ redū
dantia gratiarū. Fodit tñ puteū quē fode/
rat pater abꝛaā: de quo litem fecerūt paſto/
res gerarim: hoc eſt macerię. Ubi eñ mace/
ria ibi diuiſio int̃ repugnātes: ibi iniuſticia: ⁊
ideo vocauit iniuſticiā. Aliū quoqꝫ fodit: ⁊
oꝛta diſſenſione vocauit eū inimicitias. In
quibꝰ videt̃ elucere doctrina moꝛalis: eo ꝙ
ſublato pariete macerię: ſolutę ſint in carne
hominis inimicitię: ⁊ facta ſint vtraqꝫ vnū
in figura ꝑ iſaac: in veritate ꝑ chꝛiſtū: meri/
toqꝫ poſtea pura aqua in eo puteo ſit reper
ta: tanꝗ̃ doctrina moꝛalis: vtilis ad hauri/
endū. Puteus quoqꝫ latitudinis: quid ali/
ud ſignificat: niſi de naturalibꝰ diſciplināꝫ/
Qua cauſa ⁊ latitudo dicit̃: qꝛ ſine cōtenti/
one: ſine lite iam quietꝰ atqꝫ ſecurus eſt: qui
mūdana hęc ⁊ ſenſibilia fuerit ſupgreſſus.
Unde ſupatis iam aduerſantibꝰ ⁊ alienige
nis cogitationibꝰ (quid eñ tam alienum ꝙ̃
oīa ſecularia quę ꝑpetua eſſe nō poſſūt) po/
teſt ſapiens dicere: Dilatauit dñs nobis: et
auxit nos ſup terrā: qꝛ terrena tranſcendit.
Ultimꝰ eſt puteus iuramēti: in quo ei viſus
eſt deꝰ: ⁊ ait ei: Noli timere: tecum eñ ſum.
Et benedixit eū. Hęc doctrina iam myſtica
eſt. Habes hęc in ſalomone: qꝛ ꝓuerbia eiꝰ
moꝛalia: eccleſiaſtes naturalis: in quo qua/
ſi vanitates iſtiꝰ deſpicit mūdi: myſtica eiꝰ
ſunt cantica canticoꝛū. Habes ⁊ in ꝓpheta:
Seminate vobis ad iuſticiam: vindemiate
ad fructū vitę: illūinate vobis lumē cogniti
onis. Hoc eſt eñ lumē cognitionis habere
charitatis ꝑfectionē. Ideoqꝫ dictū eſt: No/
1.Joh.4. li timere. Charitas eñ timoꝛem excludit fo
ras. Ut cognoſcamus autē qꝛ ſalomon ita
hos interp̄tatus eſt puteos: vt ad moꝛalem
doctrinā: ⁊ naturalem referret ⁊ myſticā: in
ſingulis libꝛis ſuis quos de moꝛalibꝰ vł na
turalibꝰ vel myſticis ſcripſit: poſuit hos pu
teos. Nā ⁊ in ꝓuerbijs cū declinandā ſpēm
Prouer.5. diceret ſecularis illecebꝛę ait: Bibe aquam
de tuis vaſis: ⁊ de puteoꝝ tuoꝛum fontibꝰ:
⁊ ſupfluāt tibi aquę de tuo fonte. Et infra:
Fōs aq̄ tuę ſit tibi ꝓpꝛiꝰ: ⁊ iocūdare cū vxo/
re: eo ꝙ aduerſus tēptamēta mūdi remediū
nobis vera ſapiētia ſit: moꝛalis quoqꝫ doc/
trina quę imaginē mūdanę voluptatis me/
retricijs quibuſdā illitam fucis irriguo ſuo
diluat: ⁊ fluēto ſui fontis abſtergat. De na/
turalibꝰ ꝙ̃ habes in eccleſiaſten dictū: Fe/ Eccs.2.
ci mihi piſcinas aquarū: ad irrigādū ex his
ſaltū germinantē. Neqꝫ te moueat ꝙ ꝓ pu/
teo piſcinas poſuit: qꝛ ⁊ moyſes puteū lati/
tudiniſ dixit: eo ꝙ a ſollicitudine omni ⁊ an
guſtijs ſoluitur: qui mundū hunc pia mēte
trāſcenderit. Non imerito ḡ piſcinas habet
eccleſiaſtes: qui vidit nullā abundantiā eē
ſub ſole: ſed ſi quis abūdare velit: in chꝛiſto
abūdet. Et de myſticꝪ: Puteꝰ ſupeſt nobis:
quē etiā ipſum reperimus in canticiſcātico
rū dicente ſcriptura: Fons hoꝛtoꝝ: puteus Cant.4.
aquę viuę: ⁊ impetu deſcendēs a libano. Et
eñ ſi myſterioꝛū altitudinē ꝑſequeris: pute
us tibi videt̃ tanꝗ̃ in ꝓfundo ſita myſtica
eſſe ſapiētia: ſi vero haurire velis affluētiā
charitatis: quę maioꝛ et vberioꝛ eſt ꝙ̃ fides
⁊ ſpes: tunc tibi fons eſt. Exuberat eñ cha/
ritas: vt ⁊ haurire eā cominus: ⁊ rigare eiuſ
affluentia hoꝛtū tuū poſſis ſpiritalibꝰ fruc/
tibꝰ redūdātē. Et qꝛ ipe puteꝰ latitudinis ē:
q̄ charitatē habet: ideo dixit: Quia vbi cha
ritas eſt: ibi impetꝰ magnus deſcendit a li/
bano. Ne q̄d autē moueat ꝙ ⁊ puteū ⁊ fon/
tem eundē dixit: etiā euangeliū te inſtruat:
in quo ſcriptū eſt: Quia venit ieſus in ciui/ Joh.4.
tatē ſamarię: quę dicit̃ ſychar: iuxta p̄dium
q̄d dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autem
ibi fons iacob. Et fatigatꝰ īquit ſedebat ſic
ſup puteū. Unde ad myſticā doctrinā hūc
referri puteū etiā ibi cognoſcimus: qꝛ ibi ſa
maritana illa: id ē cuſtoſ. Cuſtos aūt cęleſti
um p̄ceptoꝛū hauſit d̄ puteo illo diuina my
ſteria: cognoſcens qꝛ deꝰ ſpiritꝰ eſt: et nō in
loco adoꝛat̃ ſed in ſpū: ⁊ qꝛ meſſias venit q̄
xp̄s ē. Et ideo qui adhuc expectat̃ a iudęis:
iam venit. Quibꝰ auditis: mulier illa q̄ ſpe
ciē eccleſię gerit: legis ſacramēta cognouit:
⁊ credidit. In ipſo quoqꝫ canticoꝝ libꝛo ſa/
lomon hanc triplicē ſapientiā euidenter ex/
p̄ſſit: licet in ꝓuerbijs dixerit: vt tripliciter
ſibi ſcripſerit qui ſapiētiā eius vellet audi/
re. Ait ḡ in canticis ſponſa de ſponſo: Ecce
ſpōſus eſt cōſobꝛinꝰ meus. Et iō pulchꝛa ac/
clinatio noſtra opaca: trabes domoꝝ nr̄aꝝ
cedri: lacunaria noſtra cup̄ſſi. Poſſumꝰ hoc
de moꝛalibꝰ accipere. Ubi eñ req̄eſcit chꝛi/
ſtus ⁊ eccleſia: niſi ī operibꝰ ſuę plębis? De/
niqꝫ vbi impudicitia: vbi ſupbia: vbi iniq̄/
tas erat: ibi ait dñs ieſus: Filius autē hoīs Matth.8.
nō habet vbi caput ſuū reclinet. De natura
libus autē q̄d accipiamus? In vmbꝛa inq̄t Cant.2.



eius cōcupiui ⁊ ſedi: et fructꝰ eius dulcis in
faucibꝰ meis. Qui eñ terrena ſupgredit̃: et
cui mūdana moꝛiunt̃: qm̄ crucifigit̃ ei mun/
dus ⁊ ipſe mundo: oīa quę ſunt ſub ſole re/
Cant.2. fugit ⁊ cōtemnit. De myſticis ꝙ̃ ait: Intro
duc me in domū vini: cōſtituite in me chari
Abi.8. tatē. Eteñ ſic vineā ſuā: ita dñs ieſus p̄pl̄m
ſuū quaſi vitis ęterna quibuſdaꝫ bꝛachijs
charitatis amplectit̃. Cōſidera ſingula. In
moꝛalibꝰ flos eſt inter ſpinas liliū. Sicut ip
ſe ait: Ego flos cāpi ⁊ liliū conuallium. In
moꝛalibꝰ ḡ flos eſt: in naturalibꝰ ſol iuſticię:
qui oꝛiens ⁊ reſurgēs illuminat: occidēs ob
umbꝛat. Caue ne tibi occidat: qꝛ ſcriptū eſt:
Eph.4. Sol nō occidat ſup iracūdiā veſtrā. In my/
ſticis charitas ē: qꝛ plenitudo legis eſt chꝛi/
ſtus. Et iō eccleſia q̄ diligit chꝛiſtū: vulnera
ta eſt charitate. Hanc ḡ charitatē ſuſcitat et
reſuſcitat: donec vocē eiꝰ accipiat: ⁊ p̄ſentiā
eius accerſiat: qꝛ quęſitꝰ nō ſolū venit: ſ; eti
am ſaliens venit. Saliens ſup montes ⁊ trā
ſiliens ſup colles. Sup maioꝛis gratię aīas
ſalit: inferioꝛis trāſilit. Uel ſic: ſaliens quō
venit: Saltu q̄dā venit in hūc mūdū. Apd̄
patrē erat: in virginē venit: ⁊ ex v̄gine in p̄/
ſepe trāſiliuit. In p̄ſepi erat ⁊ fulgebat e cę/
lo: deſcēdit in ioꝛdanē: aſcendit in crucē: de/
ſcēdit in tumulū: ſurrexit e tumulo: ⁊ ſedet
ad patris dexterā. Inde q̄ſi hinnulꝰ ceruo/
rū: qui deſiderat ad fontes aquarū: deſcen/
dit ad paulū: ⁊ circūfulſit euꝫ: ⁊ exiliuit ſup
eccleſiā ſuā quę eſt bethel: q̄d dicit̃ domus
dei. Pauli eñ vocatio: eccleſię firmitudo ē.
Uenit ḡ ⁊ pꝛimo poſt parietē ē: vt īimiciti/
as aię ⁊ coꝛpoꝛis ſoluat. Sublato pariete q̄
impedimentū cōcoꝛdię videbat̃ afferre. De
inde pꝛoſpicit per feneſtras. Quę ſint fenę/
ſtrę: audi ꝓphetā dicentē: Feneſtrę apertę
ſunt e cęlo. Pꝛophetaſ itaqꝫ ſignificat: ꝑ q̄s
dñs genꝰ humanū pꝛiuſꝗ̃ in terras ipſe de/
ſcenderet locutꝰ eſt. Et hodie ſi qua eū aīa
multū req̄rat: multū merebit̃ miſericoꝛdię:
qm̄ qui multū req̄rit: plurimuꝫ debet̃ ei. Si
qua ḡ aīa eū ſtudioſius q̄rat: lōge audit vo
cem eius: ⁊ ꝙ̃uis ab alijs requirat̃ p̄ ipſis a
quibꝰ quęrit̃ audit vocē eius. Uidet eū ſa/
lientē ad ſe venire: id eſt: ꝓperantē atqꝫ cur
renteꝫ ⁊ tranſilientē eos: qui infirmo coꝛde
virtutē eius capere nō poſſunt. Deinde ꝓ/
ſpicientē ꝑ ęnigmata ꝓphetaꝝ legēdo eos:
⁊ tenendo eoꝝ ſermones: videt eū ꝓſpiciē/
tē: ſcꝫ quaſi ꝑ feneſtrā: nō adhuc quaſi p̄ſen
tē videt eminētē ſup retia. Quid ē hoc: niſi
foꝛte qꝛ illa retia nobis ſunt: nō illi? Retia:
eo ꝙ adhuc illa aīa intra ſenſibilia ⁊ mūda/
na ſit poſita. Igit̃ adhuc in ſęcularibꝰ. Sed
tñ quęrēti eū ꝑ retia oſtendit. Deniqꝫ dicit
ad aīam eiuſmodi: Surge: veni ꝓxima mea
id eſt: ſurge a delectationibꝰ mūdi: ſurge a
terrenis: ⁊ veni ad me: quę adhuc laboꝛas
⁊ onerata es: qꝛ ſollicita es quę ſunt mūdi.
Ueni ſupꝛa mundū: veni ad me: qꝛ ego vici
mundū. Ueni ꝓpe me: iā pulchꝛa ęternę vi
tę decoꝛe: iam colūba: id eſt: mitis atqꝫ mā/
ſueta: iam tota gratię ſpiritalis. Iure ḡ iaꝫ
retia timere nō debet aīa: cū is vocet ad ſe
aīam: q̄ tēptamētis ⁊ retibꝰ mūdi nō potuit
capi. Naꝫ cū nos hoīes ambulemus in me/
dio laqueoꝝ ꝑ appetentiā eſcę: ſimul ⁊ laq̄is
noxij: ille ī coꝛpoꝛe poſitꝰ retia nō timebat:
ſed eminebat ſup retia: id eſt: ſup tēptamen
ta mundi ⁊ coꝛpoꝛis paſſiones: imo ⁊ alios
eminere faciebat. Ideoqꝫ ⁊ hanc aīam fun/
dare volens dicebat: Surge: veni pꝛoxima
mea: noli timere retia: iam p̄terijt hyems:
id eſt: venit paſcha: venit indulgētia: adue
nit remiſſio pctōꝝ: ceſſauit tēptatio: imber
abijt: ꝓcella abijt. Quaſſatio ante aduētū
chꝛiſti: hyems eſt. Poſt aduentū eiꝰ floꝛes
ſunt. Uñ ait: Floꝛes viſi ſunt in terra. Ubi Cant.2.
ante ſpinę: ibi nūc floꝛes. Tēpus inquit ſe/
candi aduenit. Ubi ante deſertū: ibi meſſiſ
eſt. Uox turturis audita ē in terra nr̄a. Be/
ne addidit ꝓpheta: Nr̄a: quaſi admirās ꝙ
vbi ante impudicitia ibi caſtitas. Ficꝰ ꝓtu
lit groſſus ſuos. Quę añ infructuoſa iube/
batur excidi: hęc fructus ferre iaꝫ cępit. Sꝫ
quid dubitas: qꝛ groſſus dixit? Pꝛioꝛes di/
ſcutit vt poſterioꝛeſ melioꝛes afferat. Sicut
ſynagogę fructus abijcitur: eccleſię autē re/
nouatur. Et ꝙ̃uis plena tranquillitas ſit: ⁊
adoleuerint myſteria: iterum tamen dicit:
Surge ſecura in tegimento petrę: id eſt: tu/
ta p̄ſidio paſſionis meę: et fidei munimēto.
Suxerunt eñ mel de petra: ⁊ oleum de fir/
miſſima petra. Hoc in tegimento animę pi/
oꝛū indutę: iam nudę nō ſunt. Et hęc illa p̄/
munitio: ideoqꝫ ⁊ huic aię ait: Et veni tu co Abi.8.
lumba mea: in tegimēto petrę iuxta p̄muni
tionē: oſtende mihi faciē tuā: ⁊ inſinua vo/
cem tuā. Hoꝛtat̃ ad cōfidentiā vt nō erube/
ſcat crucē chꝛiſti: nec eius ſignaculū. Hoꝛta/
tur ad cōfeſſionē: vult omnes inſidias de/
moueri: vt bonus odoꝛ fidei ſpiret: vt dies

fulgeat:vt aduerſę noctis vmbra nō noce
Ro.13. at:quoniā qui iuxta chriſtū eſt dicit: Nox ꝑ
ceſſit:dies appropinquabit. Eſt et vmbra ſę
culariū quę ꝑterijt:⁊ dies cęleſtiū chriſtus:q̄
ſanctis ſuis lucet. Accipit hęc anima bona
pignora charitatis.

## De tertio ipſius anime proceſſu: quo cū in cubili ⁊ noctibus: in ciuitate:in foro:⁊ in plateis queſitum nō reperiſſet:aliquando rationibꝰ ſuis gratia querentem reuocauit: adeo vt ab eius ſponſo ꝓpius vocaretur: Ca.V.

Sed quia ſemꝑ ſolliciti eſſe debemꝰ:
ſemꝑ intenti:⁊ qꝛ verbū dei ſicut ca
preola exilit:aut ſicut hinnulus cer
uorū:ſemꝑ vigilet anima ⁊ ꝑtendat quę re
quirit eū:⁊ quę tenere deſiderat. Ideo qua
Cant.3. ſi ſublapſū ſibi: In cubili īquit meo in noc
tibꝰ q̄ſiui:quē dilexit aīa mea. Qui bn̄ q̄rit
in cubili q̄rat:in noctibꝰ q̄rat:nec dies feria
tus:neqꝫ noctes ſint. Nullū tēpus vacet a
pietatis officio: etſi nō īuenerit ꝓmo ꝑſeue
ret in requirendo. Ideoqꝫ dicit: Exurgā ita
qꝫ:⁊ quęrā in ciuitate:in foro:in platęis. Et
fortaſſe ideo nō inuenit adhuc:qꝛ in foro q̄
ſiuit vbi lites ſunt: in platęis vbi nundinę
rerū venaliū. Nō eñ vlla chriſtus pecunia
cōparatur. Poſſumus et ſic intelligere: In
cubili quęrit chriſtū:quę requirit eū cū tran
quillitate:cū pace. In noctibus quęrit:qm̄
Ps.17. per parabolas loquebaꝛ. Poſuit eñ tene
Ps.18. bras latibulū ſuū: Et nox nocti indicat ſciē
tiā. Deinde qm̄ quę dicimꝰ in corde noſtro:
ea nos cōpungere in cubilibꝰ debent. Sed
tamē nec ſic inuenit:⁊ iō dicit: Exurgam:id
eſt:erigā ⁊ attollā intentionē meā:vt quę
ram impigre:quęrā ſollicite: introibo ciui
tatem. Eſt et anima quę dicit: Ego ciuitas
munita:ego ciuitas obſeſſa. Eſt ciuitas mu
nita ꝑ chriſtū:eſt ciuitas illa hieruſalē in cę
lo:in qua abundāt diuinę legis interp̄tes:
⁊ diſciplinarū periti:ꝑ quos verbū dei quę
ritur. Quęrā inquit in foro illiꝰ ciuitatis:in
illo foro vbi tractant iura cōſulti:vbi oleū
venditur:qđ euāgelicę virgines emunt:vt
ſemꝑ faces ſuę luceant:nec eas fumus iniq
tatis extinguat. Quęrā inquit in platęis:
in quibꝰ ſuꝑfluunt aquę:de illis fontibꝰ ꝑ
rumpentes:de quibꝰ ſalomon dicit eſſe po
tandū. Dū quęrit igiꝛ chriſtum:inuenit cu
ſtodes qui in miniſterio ſunt:ab his requi
rit. Sed anima quę deū quęrit:etiam cuſto
des tranſit. Sunt eñ myſteria quę etiā an
geli cōcupiſcunt videre. Unde petrus ait: 1.Petri.1.
Nūciata ſunt inquit vobis ꝑ eos quibꝰ euā
gelizauerūt:ſpūſancto miſſo de cęlo:in quē
cōcupiſcunt angeli ꝓſpicere. Ergo cū tran
ſierit cuſtodes verbū inuenit. Tranſiuit io
hānes:qui verbū apud patrē inuenit. Mul
ti quoqꝫ ſunt qui in ocio quęrūt chriſtum: ⁊
nō inueniūt:⁊ quęrūt eum in ꝑſecutionibꝰ:
⁊ cito inueniunt. Et ideo quaſi poſt tēptati
ones:qꝛ in periculis fideliū ſuoꝝ adeſt: Cū Cant.3.
modicū inquit cū tranſiui ab eis inueni eū:
tenui eū:⁊ non dimiſi eum. Omnis eñ qui
quęrit inuenit:⁊ qui inuenerit adhęrere de
bet ne poſſit amittere. Et qm̄ ꝑ euangeliū
in terris videmꝰ cęleſtia myſteria figurata:
veniamus ad illā mariam: veniamꝰ ad ma
gdalenā. Cōſideremus quemadmodū chri
ſtū in cubili corporis ſui: in quo defunctus
iacebat in noctibꝰ quęſiuerint:qn̄ dixit illis
angelus: Ieſum qui crucifixꝰ eſt quęritꝭ:nō Matth.28.
eſt hic: Surrexit eñ. Quid igiꝛ quęritis vi Luc.24.
uentē cū mortuis? Quid quęritis in ſepul
chro eū:qui iam in cęlo ſit? Quid quęritꝭ in
vinculis ſepulturę: vniuerſorū vincula ſol
uentem? Nō ſepulchrū huic ſedes: ſed cęlū
eſt. Ideo dixit vna ex his: Quęſiui eū:⁊ nō
inueni eum. Tamē dū vadunt apl̄is nunci
are:miſeratꝰ quęrentes:occurrit eis ieſus di Matth.28.
cens: Auete. Illę autē acceſſerunt: ⁊ tenue
runt pedes eiꝰ:⁊ adorauerūt eum. Tenetur
ergo ieſus:ſed delectaꝛ ſic teneri: qꝛ fide te
netur. Deniqꝫ delectauit eū ⁊ illa mulier: q̄ Luc.8.
tetigit eum:⁊ curata eſt ſanguinis fluxu:de
qua dixit: Tetigit me aliquis. Nam ſentio
virtutē de me exiſſe. Tāge ergo ⁊ fide tene:
⁊ cōſtringe fideliter pedes eius: vt virtꝰ de
eo exeat:vt ſanet animā tuam. Etſi dicat:
Noli me tangere:tu tene. Semel dixit: No
li me tangere quādo ſurrexit: ⁊ forte illi di
xit:quę putabat furto eſſe ſublatū: ⁊ nō vir
tute ꝓpria reſuſcitatum. Deniqꝫ in alio li
bro habes:quia tenētibus ⁊ adorantibꝰ di
xit: Nolite timere. Tene ergo ⁊ tu anima ſi
cut tenebat ⁊ maria: ⁊ dic: Tenui eum: ⁊ nō
dimittā:cum dicebant ambę:teneamus te.
Uade ad patrē: ſed non relinquas euā: ne
iterū labatur. Tecū eam ducito: iam nō er
rantē ſed arborem vitę tenentē:tecum rape
tuis pedibꝰ inhęrentē. Tecum aſcendā:no
li me dimittere:ne iterū ſerpenſ venena ſua



fundat:ne iterū quęrat fęmineum mordere
veſtigiū vt ſupplātet adam. Dicat ergo ani
ma tua: Teneo te ⁊ inducā te in domū ma
tris meę:⁊ in ſecretū eius quę concepit me:
vt cognoſcā myſteria tua:vt hauriā ſacra
menta tua. Suſcipe igiꝛ euam iam nō ficul
neę folijs adopertā ſed ſancto amictā ſpiri
tu:⁊ noua gratia glorioſam:qꝛ iam nō tan
quā nudata abſcondiꝛ:ſed tanqꝫ circūdata
veſtimēti ſplendore fulgētis occurrit:qꝛ ve
ſtit eā gratia. Sed nec adam primo nudus
erat:quādo eū innocētia veſtiebat. Uiden
tes itaqꝫ eam filię hieruſalē chriſto inhęren
tem ⁊ adhuc aſcendentē cū eo (Dignaꝛ eñ
quęrentibꝰ frequēter occurrere) ⁊ cōdeſcen
Cant.3. dere vt eos eleuet: dicunt: Quę hęc eſt quę
aſcendit a deſerto? Deſertꝰ hic terrę locus
⁊ incultus videꝛ:ſentibꝰ ⁊ ſpinis noſtroꝝ
obſitus delictoꝝ:mirantes videlicet quō
anima quę ante in inferno derelinquebaꝛ
inhęreat dei verbo:⁊ aſcendat ſicut vitis ꝓ
pago in ſuperiora ſe ſubrigēs: velut fumus
natus ex igne:atqꝫ alta petens:tum ꝑterea
bonis operibꝰ fragret. Odor aūt ille oratio
niſ pię redolet ſuauitatē:quę dirigitur ſicut
incenſum in cōſpectu dei. Et in apocalypſi
Apoc.8. legimus: ꝙ aſcendit fumus incenſorum ex
orationibus ſanctorū:quę incenſa referun
tur ꝑ angelū:ſanctorū orationes ſcilicet ſuꝑ
altare illud aureū:qđ eſt ante ſedē: et tanqꝫ
ſuaue pię ꝑcationis fragrat vnguentum:qꝛ
de ęternorū ⁊ inuiſibiliū nō de corporalium
petitione cōpoſitū eſt:ꝑcipue tamē myrrhā
redolet ⁊ thus:eo ꝙ peccatis mortua ſit: et
deo viuat. Hanc igitur aſcendentē ⁊ nō reſi
ſtentē videntes:⁊ meritoꝝ eius odoribꝰ de
lectātes:agnoſcentes quoqꝫ ſalomonis illi
us pacifici eſſe ſponſam:etiā comitatu ſedu
lo ꝓſequunꝛ vſqꝫ ad lectū ſalomonis: eo ꝙ
ei vera requies in chriſto debeaꝛ. Lectꝰ eñ
ſanctorū chriſtus eſt:in quo vniuerſorū feſ
ſa ſęcularibus pręlijs corda requieſcūt. In
hoc lecto requieuit iſaac:⁊ benedixit filium
Gen.25. iuniorē dicens: Maior ſeruiet minori. In hͦ
lecto recubās iacob: bn̄dixit duodecim pa
triarchas. In hoc lecto recubās archiſyna
gogę filia ſurrexit a morte. In hͦ lecto iacēs
viduę defunctus mortis vincula chriſti vo
catus voce diſſoluit. Perducta igitur ſpon
ſa vſqꝫ ad ſponſi requiē nuptialem: canunt
Cant.4. dicentes: charitatē filiabus hieruſalē: Egre
dimini ⁊ videte regem ſalomonē:in corona
qua coronauit eū mater eius:in die ſponſa
lium eius. Canunt epithalamiū: ⁊ vocāt cę
teras poteſtates cęlorū vel animas: vt vi
deant charitatē quā circa filias hieruſalem
habet chriſtus. Unde et meruit coronari a
matre filius charitatis:ſicut paulus oſten
dit dicens: Quia deus eripuit nos de pote Col.1.
ſtate tenebrarū:⁊ trāſtulit in regnū filij cha
ritatis ſuę. Charitatis itaqꝫ filiꝰ ⁊ ipſe chari
tas eſt:non ex accidētibus habens charita
tem:ſed habens ſemꝑ ſubſtantia ſua: ſicut
regnū de quo dicit: Ego in hoc natus ſum. Ioh.18.
Ideoqꝫ dicunt: Egredimini:id eſt:exite de
ſollicitudinibus et cogitationibus ſęculi:
exite de anguſtijs corporalibus:exite de va
nitatibus mundi:et videte qꝫ rex pacificus
in die ſponſalium ſuorum habeat charita
tem:qꝫ glorioſus ſit:quia corporibus reſur
rectionem dedit:⁊ animas ſibi iunxit. Hęc
magni eſt corona certaminis:hoc pręclarū
munus ſponſaliū chriſti:ſanguiſ eius ⁊ paſ
ſio. Quid eñ plus potuit dare:qui ſibi etiā
nō pepercit:⁊ ꝓ nobis mortem ſuā obtulit?
Ipſe quoqꝫ dominus ieſus delectatus fide
animę huiꝰ cōfeſſione gratię: ⁊ collaudatis
eius meritis: propius eam adducit dicens:
Ades huc a libano ſponſa:ades huc a liba Cant.4.
no:tranſibis ⁊ ꝑtranſibis a principio fidei:
a capite ſanyr ⁊ hermonijm:a ſpeluncis leo
num:a montibus pardorū:hoc eſt: egrede
re de corpore:⁊ totā te exue. Nō potes eñ
mihi adeſſe:niſi ante peregrineris a corpo
re:quoniā qui in carne ſunt peregrinātur a
dei regno. Ades inq̄t ades: bn̄ repetiuit:qꝛ
ſiue pręſens ſiue abſens adeſſe ⁊ placere do
mino deo tuo debes. Adeſto pręſens: ade
ſto abſenſ:etſi adhuc ī corpore es. Mihi eñ
omnes ꝑſentes ſunt:quorum fides mecum
eſt. Adeſt mihi qui exit de ſęculo:adeſt mi
hi qui me cogitat:me intueꝛ:de me ſperat:
cui ego portio ſum. Adeſt mihi qui abfue
rit ſibi:adeſt mihi qui ſe negauerit. Ille me
cum eſt qui itra ſe nō eſt:quoniā qui in car
ne eſt:nō eſt in ſpiritu. Ille mecū eſt qui ex
ſeipſo egrediꝛ:ille iuxta me qui extra ſe fue
rit:ille mihi integer:qui ꝓpter me perdide
rit animā ſuam. Et ideo ades deſponſata:
trāſibis ⁊ ꝑtranſibis a principio fidei. Trā
ſit ⁊ pertranſit cęteros: ⁊ pertranſit quę ad
chriſtum ꝑuenit. Tranſit fidei merito ⁊ ope
rum claritate:quę lucent ſicut ſanyr ⁊ her
monijm:hoc eſt: via lucernę: tranſit deuictꝭ

temptationibꝰ ſeculi: ⁊ ſuperatis nequitijs
ſpiritalibus legitime petens coronã certa/
minis: ⁊ ideo meruit chriſto iudicante lau/
Cant.4. dari. Hortꝰ clauſus ſoroꝛ mea ſponſa: hortꝰ
clauſus: fons ſignatꝰ: emiſſiones tue para/
diſus maloꝛũgranatoꝝ cũ fructu pomoꝛũ.
Laudatur ſponſa: eo ꝙ hortus ſit: habens
in ſe odoꝛẽ agri illius pleni: de quo dicit iſa
Gen.27. ac: Odoꝛ filij mei tanquã odoꝛ agri pleni.
Bona ergo anima fragrat odoꝛes iuſticie.
Et foꝛtaſſe ager eſt patriarcha: hortꝰ eſt ani
ma inferioꝛis alicuius: quaſi agri poꝛtio: et
hortꝰ clauſus ne incurſetur a beſtijs: ⁊ fons
ſignatus: que integritate ſignaculi pſeuerã
te: que fide ꝓpria peccata diluerit. Nã que
de eccleſia accepit habet qđ ad virginitatis
gratiam referat: eo ꝙ in paradiſo delectati/
onis poſita: ſine laboꝛe fructus capiat ſpiri
tales: vt ei patriarcharũ anime rurali quo/
dam laboꝛe fructus ſuos cõferant quo iſta
capere poſſit perpetuã ſuauitatẽ. Que me/
rito fons ſignatus dicit: eo ꝙ imago dei in/
uiſibilis in illa expꝛimatur. Laudant etiã
munera anime que miſſa ſunt a ſpõſo: qui/
bus dotata veniebat. Dos autẽ pie anime:
boni odoꝛes ſunt: myrrha ⁊ aloe: quibꝰ ſpi/
rat hoꝛtoꝛum gratia: ⁊ peccatoꝛũ fetoꝛ ado/
letur. Itaq; tanto ſecura ſconio cõquieſce/
re aquilonẽ grauem ventũ petit: ne floꝛes
diſcutiat: ſpirare auſtrũ: id eſt: vult hyemẽ
pꝛeterire: ⁊ mollioꝛis flatus vernare tempe/
riẽ. Inuitat ſponſum in hoꝛtũ ſuum. Deſcẽ
dit ſponſus: ⁊ fructuũ eius diuerſitate dele
ctatus: letatur ꝙ inuenerit foꝛtioꝛẽ cibum:
inuenerit etiã dulcioꝛem. Eſt enĩ velut pa/
nis quidã verbi et mel: alius vehementioꝛ:
alius ſuaſoꝛiꝰ ſermo. Eſt ⁊ fides: alia feruen
tioꝛ vt vinum: alia lucidioꝛ vt ſucus eſt lac/
tis. Hunc cibũ chꝛiſtus epulatur in nobis:
hoc poculum bibit: ⁊ eius potus ebꝛietate
nos ꝓuocat: vt ad melioꝛa ⁊ optima ab in/
ferioꝛibus faciamus exceſſum.

### De ſummaria dictoꝛũ perſtricti/ one: cum inductione ⁊ ꝓſecutione quarti ꝓceſſus perfecte anime quo ipſa iam doꝛmiens Quis coꝛde vi/ gilaret: a ſponſo excitatur vt conti/ nuo vocem pulſantis audiret. Sed moꝛam paſſa dum ſurgit: quia ve/ locitatem verbi non potuit compꝛe/ hendere: dum aperit oſtium tranſi/ uit verbum: ⁊ ipſa exiuit: ⁊ per vul/ nera charitatis requiſitum: vix tan/ dem inuenit ⁊ tenuit vt poſtea nõ amitteret: Ca. VI.

Udiens hoc anima: hauſit myſteri
a oꝛum ebꝛietatẽ celeſtium: ⁊ velut ſo
poꝛata a vino: ⁊ quaſi in exceſſu vel
ſtupoꝛe poſita dicit: Ego doꝛmio ⁊ coꝛ meũ Cant.5.
vigilat. Cum verbi pſentis lumine pcuſſa
oculis requieuiſſet inflexis: excitaꝝ a verbo.
Quartꝰ autẽ hic ꝓceſſus eſt anime. Pꝛi/
mum etenĩ charitatis impatiẽs ⁊ verbi mo
ras nõ ferenſ: rogabat vt oſcula mereretur:
⁊ meruit deſideratum videre. Introducta
quoq; in cubiculũ regis ſecũdo: cũ mutua
miſceret alloquia in vmbꝛa eius requieuit:
⁊ ſubito eius verbo de medio ſermone diſ/
ceſſit: querenti tamẽ nõ diu abfuit: ſed ſali/
ens ſupꝛa montes ⁊ tranſiliẽs ſup colles ad
uenit. Nec multo poſt quaſi capꝛeolus aut
ceruoꝝ hinnulus dũ affatur dilectã exiliuit
⁊ reliquit. Tertio cũ in cubili ⁊ noctibꝰ in ci
uitate: in foꝛo: ⁊ in plateis queſitũ nõ reppe/
riſſet: aliquando rationibꝰ ſuis gratia que/
rentẽ reuocauit: adeo vt eius ꝓpius voca/
retur a ſponſo. Quarto ipſa iã ab eo doꝛmi
ens excitatur: Quis coꝛde vigilaret: vt cõti/
nuo vocẽ pulſantis audiret. Sed moꝛã paſ
ſa dum ſurgit: quia velocitatẽ verbi nõ po/
tuit cõpꝛehendere: dũ aperit oſtiũ tranſiuit
verbũ: ⁊ ipſa exiuit in verbo eiꝰ: ⁊ p vulne/
ra requiſitũ: ſed vulnera charitatis: vix tan
dẽ inuenit: ⁊ tenuit vt poſtea nõ amitteret.
Ad ſummã hec cõpendioſo ſermone per/
ſtrinxi. Nunc diſcutiamꝰ ſingula. Etſi doꝛ
mias: ſi modo deuotionẽ anime tue noue/
rit chꝛiſtus: venit ⁊ pulſat eius ianuã: ⁊ di/
cit: Aperi mihi ſoroꝛ mea. Bene ſoroꝛ: quia
nuptie ſpiritales ſunt verbi atq; aie. Neq;
enĩ anime noꝛunt cõiugioꝛũ federa: ⁊ vſus
copule coꝛpoꝛalis: ſ ſũt ſicut angeli in celo.
Aperi inquit mihi: ſed extraneis claude: ſe/
culo claude: neq; ipſa foꝛas ad illa materia/
lia ꝓdeas: neq; tuum relinquens lumen ali
enũ requiras: : qꝛ materiale lumen tenebꝛo/
ſa: n infundit caliginẽ: vt nõ videatur lumẽ
vere gloꝛie. Aperi ergo mihi: noli apire ad/
uerſario: neq; locum des diabolo. Aperi ip
ſam te mihi: noli coartari: ſed dilatare ⁊ ad/
implebo te. Et quia decurſo oꝛbe terrarum
plus moleſtiarũ ⁊ offenſionis reperi: nec fa
cile habui vbi requieſcerẽ: ideo tu aperi: vt



in te filius hominis reclinet caput: cui non
eſt requies niſi ſupꝛa humilẽ ⁊ manſuetum.
Audiẽs anima: aperi mihi: et caput roꝛis
plenũ: hoc eſt: temptationibꝰ ſecularibꝰ: ſu/
bito turbata ⁊ quaſi ſurrectura que ſurgere
iubebatur: ait cũ aloẽ redolet ⁊ myrrhã in/
Cant.5. ſignia ſepulture: Exui tunicã meã: quomo/
do induã eam? Laui pedes meos: quomõ
inquinabo eos? Ueretur enĩ ne iterũ in tẽ/
ptationes reſurgat: ne iterum in culpã rede
at atq; peccatũ: ⁊ egreſſus ſuos virtutũq;
ꝓceſſus terrenis incipiat veſtigijs inquina
re. Certe etiã hoc modo pfectionẽ virtutis
ſue indicat: que tantã chꝛiſti meruerit chari
tatẽ: vt ad eã veniat ⁊ pulſet ianuã eius: et
veniat cũ patre ⁊ cenet cum eadẽ anima: ⁊
ipſa cum eo: ſicut in apocalypſi dixit iohan
nes. Etenim cũ i ſuperioꝛibꝰ audiſſet: Ad/
es huc a libano: ⁊ cũ aduerteret in carne ſe
chꝛiſto adeſſe nõ poſſe: ſed tunc adeſſe ſi ad
eſſet in ſpiritu: confoꝛmãs ſe ad eius volun
tatem vt eſſet ⁊ ipſa cõfoꝛmis imaginis chꝛi
ſti: iam nõ ſentit carnis exuuias: iam quaſi
ſpiritus exuens ſe coꝛpoꝛis cõiunctione: iã
quaſi oblita: ⁊ que ſi velit copule illius me/
miniſſe nõ poſſit: ait: Exui tunicam meam:
quomõ induã eam? Exuit enĩ tunicam illã
pelliciam: quã acceperunt adam ⁊ eua poſt
culpam: tunicã coꝛruptele: tunicam paſſio/
num. Quomodo induã eam? Nõ requirit
vt induat: ſed ita ſignificat abiectam: vt iã
indumento ſibi eſſe nõ poſſet. Laui pedes
meos: quomodo inquinabo eos? Hoc eſt:
Ueſtigia mea laui dũ egrederer: ac me ele/
uarem de coꝛpoꝛis cõtubernio: de illa cõne/
xione et familiaritate carnalis amplexus:
quomõ inquinabo eos vt in coꝛpoꝛis clau/
ſtrum ⁊ illum tenebꝛoſũ paſſionũ eius car
cerẽ reuertantur? Dum hec illa dicit: miſit
operationem ſuã verbũ tanquã per cauer
nam: nõ adhuc facie ad faciẽ miſit tanquã
Ibi.5. manum. Et venter inquit meus conturba/
tus eſt ſuper eũ. Et ſurrexi ego aperire fra/
tri meo: Manꝰ mee diſtillauerunt myrrhã:
digiti mei myrrha pleni ſunt ſuper manus
clauſure. Quid hoc ſignificet cõſideremus.
Pꝛimũ operibus ſuis videtur vt dixit de/
us verbum tanquã per cauernã: non plene
atq; perfecte: deinde augetur amoꝛ: ⁊ cõce/
ptus adoleſcit: atq; ex ſeminibus eius que
quodã vtero itelligibilis ſuſceperit anima:
totam plenitudinẽ diuinitatis eius habitã
tem in eo coꝛpoꝛaliter: vt legimꝰ videre de/
ſiderat. Surrexit: vt ꝓpius illud dei verbũ
videret. Et in hoc ipſo ꝓceſſus eius ſignifi/
catur: ꝙ ſurrexit per vigoꝛem atq; virtutẽ.
Pꝛeſentia enĩ verbi hauſit anima virtutẽ:
ſicut pꝛeſentia marie cũ vtero grauis eſſet:
erudit iohãnẽ in vtero ꝯſtitutum: adeo vt
exiliret in vtero ⁊ exultaret: domini pꝛeſen/
tiã recognoſcens. Surrexit aperire: ⁊ opera
eius ⁊ facta moꝛtificata ſunt mundo. Talis
enĩ debet eſſe anima: que verbũ eſt receptu
ra: vt moꝛiatur mũdo ⁊ cõſepelia tur in chꝛi
ſto: ſic enĩ chꝛiſtus inuenitur: ⁊ tale ſibi que/
rit hoſpitium. Deinde ipſa miniſteria ope/
rationũ: id eſt: manus ⁊ digiti quibus com
pꝛehenditur chꝛiſtus moꝛtificãtur: quos di/
gitos velut eminentia factoꝛũ noſtroꝛum
opera poſſumus eſtimare. Itaq; velut e cõ
plexu ſuo cũ iam extenderet intelligibiles
manus ſuas ⁊ digitos vt cõpꝛehẽderet ver
bum: tranſiſſe ſibi illud: nõ tamen adhuc p/
tranſiſſe anima pia dicit. Et hoc ꝓceſſum
habet quãdo tranſeat ⁊ pertranſeat animã
verbum dei: quia ſcriptũ eſt: Et tuam ipſi/ Luc.2.
us animã pertranſibit gladius: vt reuelen/
tur multoꝛũ coꝛdium cogitationes. Hic ad/
huc tranſitur nõ pertrãſitur: vt maria in po
ſterioꝛibus foꝛte pertrãſitur: vbi tanquã ſi/
gnaculũ ponitur in medio eius dominus
ieſus. Deniq; ſtatim alius pfectꝰ verbi trãſ
euntis: quia exiuit anima in verbo eiꝰ: hoc
eſt: verbum eius ſecuta: exiuit de coꝛpoꝛe:
eleuans ſe de eius habitaculo: ⁊ peregrinã
ſe faciens ei vt adeſſet deo: ⁊ eſſet ciuis ſan/
ctoꝛum. Simul enĩ ⁊ carnis domeſtici: ⁊ dei
eſſe nõ poſſumus. Ergo in hoc loco exire ſi/
gnificatur vt dixi anima: quãdo abducit ſe
a coꝛpoꝛis voluptatibus. Deniq; ſcriptum
eſt: Exi de babylone: fugiẽs a chaldeis. Nõ Eſa.48.
vtiq; vt regionem babylonis hebꝛeus fugi
at: ſed vt moꝛes ꝓphetico admonetur allo
quio. Siquidem ſint qui in babylone ſunt
hebꝛei: ⁊ de babylone exiſſe moꝛibus doce/
ant. Nã ⁊ illi de quibꝰ dicit ꝓpheta: ꝙ ſede/
bant ſup flumina babylonis: ſed in eiꝰ non
erant vitijs ⁊ cõfuſione. Nam quõ erant in
illa cõfuſione vitioꝛũ: qui flebant gerentes
penitentiã: ꝙ de arca deuotionis ac fidei ⁊
virtutis paterne meritis excidiſſent? Que
autem in verbo exit anima: verbũ requirit.

Unde ⁊ iſta cū querit: incidit in cuſtodes q̄
Cant.5. circueunt ciuitatē. Percuſſerunt inquit me
⁊ vulnerauerūt me: tulerunt palliū meū cu/
ſtodes murorum. Bene quidē quaſi ſponſa
veniebat cum pallio: quo obnuberet caput
cū ſpōſus occurreret. Sicut rebecca quę co/
gnito ꝙ iſaac ſibi veniret obuius: deſcēdit
de camelo ⁊ pallio ſe operuit: Ita et hęc ani
ma nuptialis veſtis p̄mittebat inſignia: ne
forte reijceretur quaſi veſtē nō habens nup
tialem: vel vt caput velaret ꝓpter angelos.
Sed illi percuſſerunt eam: vt amplius ꝓbare
tur. Exercētur em̄ animę tēptationibꝰ. Tu/
lerunt ei palliū: quęrentes ſi verum decorē
nudę virtutis afferret: vel quia ſine integi/
mento quis in illam cęleſtē ciuitatē debeat
introire: nulla deferens ſecū operimenta fu
corū. Sunt etiā qui requirant: ne qua ani/
ma exuuias ſecū vehat carnalis illecebrę: et
concupiſcentiā corporalē. Nudatur pallio:
cū eius conſcientia manifeſtatur. Sed eſt ⁊
quę bene nudatur: cui licet imitari dicentē:
Joh.14. Uenit em̄ princeps mūdi huius: ⁊ in me in/
ueniet nihil: quia certe i illo ſolo nihil inue/
nit qui peccatū non fecit. Beata ⁊ illa eſt in
qua nō grauia aut multa inuenit: ſed inue/
nit in ea amictū fidei ⁊ ſapientię diſciplinā.
Itaqꝫ ſine diſpendio ſui: q2 etſi volet quis
nō poteſt verā auferre ſapientiā: etſi aduer/
ſarius obſtrepat: ibi tamē vera innoxię con
uerſationis elucet integritas. Sine diſpen/
dio ergo tranſiuit cuſtodes: ⁊ filiabus illiuſ
cęleſtis ciuitatis admixta verbū requirit: et
quęrendo eiꝰ in ſe excitat charitatem: ⁊ vbi
verbū quęrat agnoſcit. Q2 inter orationes
ſanctorū moretur: ⁊ ipſis inhęreat nouit: et
ꝙ eccleſiā ſuam vel animas iuſtorū ſuorum
inter lilia paſcat intelligit. Hoc myſteriū ti/
bi in euangelio dominꝰ demonſtrauit: cum
in ſabbato duceret p̄ ſeminata diſcipulos.
Moyſes p̄ deſertū duxit populū iudęorū:
chriſtus p̄ ſeminata ducit: chriſtꝰ p̄ lilia du/
cit: quia p̄ paſſionē eius deſertū floret vt li/
lium. Sequamur ergo: vt in die ſabbati il/
lius magni ſabbati in quo requies magna
eſt fructꝰ colligamus. Ne verearis: ne pha/
riſęi accuſent ſeminata colligentē. Etſi illi
accuſant: ſed chriſtuſ excuſat: ⁊ ſimiles facit
quas vult animas ſe ſequētes: dauid illius
qui ſupra legem panes ꝓpoſitionis mādu/
cabat: nouę gratię ſacramenta ꝓphetica iā
tunc mente ꝓſpiciens.

De laudatione anime a ſponſo ꝙ tam bene ⁊ cōſtanter requiſierit eum. Et ꝙ tam fidelis ⁊ verbo potens ⁊ fructibus fecūda diuerſis: ꝙqꝫ vna ſicut columba habens ſpiritus vnitatē in qua ſit pax que fecit vtraqꝫ vnū: Ca. VII.

Laudatur itaqꝫ a ſpōſo ꝙ tam bene
⁊ cōſtanter requiſierit eū: ideoqꝫ iā
nō ſolū ſoror dicit̄: ſed etiā bn̄ placi/
ta nominatur: quaſi ei cōplacita qui cōpla/
cuit patri: ⁊ ſpecioſa ſicut hieruſalē: ſicut ad
miratio ordinata: ꝙ ciuitati ęternę vniuer/
ſa habeat myſteria: ⁊ admirationi ſit omni/
bus vidētibus eā: q2 plena vt ęquitas atqꝫ
p̄fecta eſt: ⁊ fulgorē de verbi lumine mutua/
ta: dū id ſemp̄ intendit: ſit etiā terribilis or/
dine quodam ad ſummū ꝑfecta virtutum:
Ideoqꝫ quaſi p̄fecte dicit: Auerte oc̄los tu/
os a me: noli cōtra me intendere. Deuotio/
ne nimia ac fide poſſibilitatē naturę: ⁊ cōdi
tionis ꝓprię ſup̄greſſa: q2 lucem inacceſſibi
lem e regione intueri eſt graue. Auerte inq̄t
oculos tuos a me: eo ꝙ plenitudinē diuini/
tatis eiꝰ: ⁊ ſplendorē veri luminis ſuſtinere
non poſſit. Poſſumus tamē ⁊ ſic accipere:
Auerte oculos tuos a me: Etſi tu p̄fecta es:
alię mihi adhuc redimendę ſunt animę: alię
fulciendę. Eleuas em̄ me videndo: ego aūt
ideo deſcendi vt omnes eleuē. Etſi ſurrexi ⁊
habeo patris ſedē: tamen orphanos nō re/
linquā vos: paterno p̄ſidio deſtitutos: ſed
p̄ſentia mea vos cōfirmabo. Habes in euā/
gelio hoc ſcriptū: Ecce ego vobiſcū ſū vſqꝫ Matth.28.
ad cōſummationē mundi. Auerte ergo ocu
los a me: q2 me eleuas. Quāto em̄ quis ad
dominū intendit: tāto ampliꝰ dn̄m eleuat:
⁊ ipſe eleuatur. Unde ⁊ ille ait: Exaltabo te Ps.29.
dn̄e: qm̄ ſuſcepiſti me. Sanctus em̄ exaltat
dn̄m: peccator humiliat. Uult em̄ auertere
illā oculos: ne eam cōſiderans ꝙ iam ad ſu/
periora ſequi poſſit eleuetur: ⁊ cęteras aīas
derelinquat. Ideo ⁊ in euangelio nō omni/
bus diſcipulis: ſed p̄fectioribus ſuā gloriā
demonſtrauit. Cōſtitue nunc aliquē docto/
rem: qui rem obſcurā velit aperire audienti
bus: quēadmodū etſi ipſe potens in ſermo
ne ſit ⁊ ſcientia: cōdeſcendat tamen ad eo/
rum inſcitiā qui nō intelligant: ⁊ ſimplici ⁊
planiore atqꝫ vſitato ſermone vtatur vt poſ
ſit intelligi. Si quis igitur inter audientes



viuacior ſenſu ſit qui facile ſequi poſſit: ele/
uat eū atqꝫ excutit. Hunc videns doctor re/
uocat: vt patiatur magiſ doctorē hūilioribꝰ
⁊ planioribꝰ immorari quo ⁊ cęteri ſeq̄ poſ/
ſint. Qđ ait aquila: ſonans vt reuelata: ſo/
nantē ad admirationē dignā retulit: quaſi
magna ⁊ ſonora habentē op̄a: reuelata ad
operū claritatē: vel qđ eius animę op̄a luce
ant corā patre qui in cęlis eſt. Un̄ nō ocioſe
palliū eius ſublatū intelligis: vt aperta me
ritiſ ⁊ nuda fulgeret. Laudat̄ p̄terea ꝙ fide/
lis: ꝙ verbo potens: ꝙ fructibꝰ fęcunda di/
uerſis: ꝙ vna ſicut colūba habens ſpiritus
vnitatē in qua ſit pax quę fecit vtraqꝫ vnū:
⁊ quę nō ſit cōpoſita ex diuerſis elementis:
diſcretę cōpugnantiſqꝫ naturę. Quid enim
tā diuerſum q̄ ignis et aqua: aer ⁊ terra: ex
quibꝰ corporis noſtri creatura cōſiſtit? Ani/
ma aūt benedicta oīs ſimplex quę imitatur
Joh.17. dicentē: Ut oēs vnū ſint: ſicut tu pater in
me ⁊ ego in te: ⁊ ipſi in nobis vnū ſint. Hęc
em̄ eſt cōſūmatio atqꝫ p̄fectio. Unde ⁊ addi/
dit: Ut ſint vnū ſicut ⁊ nos vnū ſumꝰ: ego
in his ⁊ tu in me: vt ſint cōſummati in vnū.
Hęc eſt ꝗ anima colūba atqꝫ p̄fecta: quę ſim
plex atqꝫ ſpiritalis: neqꝫ huiꝰ turbat̄ corpo/
ris paſſionibꝰ: in quo foris pugnę: intus ti/
mores ſunt. Deniqꝫ hoc verbo vnitatis cō/
cordiā ⁊ pacē ſignificari ſcriptura noſ docet
Act.4. dicens: Multitudo aūt credentiū habebat
cor vnū ⁊ animā vnā: ⁊ nō erat ſeparatio in
eis vlla. Nec ocioſe fęcūditatis laudat̄ ani/
ma: nō ſolū ꝙ ſit fęcunda virtutibꝰ: ſed eti/
am ꝙ nihil habeat in ſe mali. Illud em̄ de/
corū atqꝫ ſpecioſum eſt: in quo nihil ſit ma/
li. Decorū em̄ qđ bonum: qđ autē indecorū
hoc malū. Specioſa fęcūditas eſt bonorū
operū. Contraria em̄ ſpecioſitati ſterilitas:
qm̄ qui priuat̄ ſpecie vel decore: in eo ē ma/
lum: qđ aūt malū: hoc ſterile ⁊ infęcundū.
Cuiꝰ rei qđ euidētius indiciū q̄ natura eſt?
Terra em̄ quę bona eſt: fertiliſ atqꝫ fęcūda:
quę aūt mala: ea ieiuna atqꝫ ſterilis: quę ve
ro fertilis hęc decora. Quid enim in pleno
agro pulchrius: cū ſeges fluctuat: cū poma
irrutilant: vel cū vuarū ſerta depēdent: aut
baccis onuſta olea curueſcit: vel viridanti
gramine: montiū vertices: valliū humilia
veſtiuntur? Et vt ſcripturę vtamur teſtimo
nio: iacob decorꝰ erat: ⁊ ideo erat odor agri
pleni: Eſau hiſpidus erat ⁊ indecorꝰ: ⁊ ideo
agreſtis erat: qui fructꝰ illos habere nō poſ

ſet. De ipſo quoqꝫ dn̄o poſteaq̄ eccleſię fę/
cunditatē fecit aſſurgere: pulchre dictū eſt: Ps.92.
Dn̄s regnauit decorē induit. Et alibi: Con Ps.103.
feſſionē ⁊ ſpeciem induiſti. Liquet igit̄ de/
corum id eſſe qđ fęcundū: indecorū qđ infę/
cundū. Similis eſt cauſa animę ſoli: q2 ea
decora anima quę fęcūda ſit meritis: fęcun/
da cōſilijs: ea indecora quę ſterilis infirmi/
tate. Sed em̄ animę ſunt: ſterilitas ⁊ mate/
ria. Nāqꝫ eā ſterilitaſ fructu defraudat ſuo:
inopiā infert: timorē incutit: adolet cupidi/
tates ⁊ vanas opiniones. Sic anima cadit.
Quid ergo eſt malicia: niſi boni indigētia?
Suo em̄ defraudat̄: atqꝫ alieni indiget: exi/
nanitur atqꝫ replet̄ ſine menſura et modo.
Materialia aūt vitia animę obumbrāt gra
tiam. Ignorātia ⁊ cōcupiſcētia: animę ſunt
ęgritudines: ſed ad ſpeciē magis q̄ ad ma/
teriē referunt̄. Materia eſt caro: ſpecies eſt
ignorātia ⁊ cōcupiſcentia. Cur igit̄ caro ac/
cuſatur: cū tantę ſint in ſpecie labes? Quia
nihil ſpecies pōt ſine materia. Deniqꝫ nihil
ſpecies ſecuris ſine materia facit. Quid em̄
eſſet cōcupiſcentia: niſi eā caro inflāmaret?
Friget in ſenibꝰ: in pueris quoqꝫ q2 his cor
pus infirmū ē ardet: in adoleſcētibꝰ vis cor
poris feruet. Ex bonis igit̄ mala orta ſunt.
Nō em̄ mala ſunt: niſi quę priuant̄ bonis.
Per mala tamē factū eſt vt bona eminerēt.
Ergo indigētia boni: radix malicię eſt. Defi
nitione boni malicia dep̄hendit̄: quoniā p̄
diſciplinā boni malū reperitur. Bonū autē
nullius eget: ſibi abūdat: menſurā ⁊ p̄fecti/
onē: finē quoqꝫ tribuit omnibꝰ: in quo vni/
uerſa cōſtant: ⁊ de quo omnia pendēt. Hęc
boni natura ē: quę mentē replet. Circa hoc
verſat̄ anima pura: hoc introſpicit: ⁊ in hoc
deū cernit: bonis omnibꝰ abundat. Unde
⁊ ait: Fauces eiꝰ dulcedines: ⁊ totus deſide Cant.5.
riū. Omniū em̄ bonorū auctor eſt deus: et
quę ſunt: eiꝰ ꝑfecto omnia ſunt: ⁊ nuſq̄ illic
malū: et ſi in illo mens noſtra maneat: ma/
lū neſcit. Anima igit̄ quę in deo nō manet:
ipſa ſibi auctor maloꝝ eſt: itaqꝫ peccat. Ani Ezech.18.
ma aūt quę peccat ipſa moriēt. Aureis em̄
vinculis ſoluta virtutū: ꝓna fertur p̄ęcipi/
tio: ⁊ labitur ad inferiora. Anima autē bea/
ta eſt: quā nulla aduerſa corporis p̄ęlia ex/
pugnant. Hęc anima ſicut paſſer laqueo cō
trito euolat. Eſcę enim malorum ſunt volu
ptates corporis. His quiſquis intendit la/
queo innectit animā ſuā. Qui autē ab eſcis

eius tꝑerat: ⁊ de tenebris eius exit: ei⁹ aīa
Cant. 6. fulget vt diluculū: de qua dicit: Que nā hec
eſt ꝓſpiciens tanq̄ diluculū: ſpecioſa ſicut
luna? Proſpicit em̄ tanq̄ de domo libera.
Eccl. 23. Nec dicit: tenebre cooperiūt me: ⁊ parietes
circūdant me: et q̄s ſcit ſi videt altiſſimus?
Sed ipſa magis lucē expetit tanq̄ in ſupio/
ribus dom⁹ ſue: id eſt: corporis ſui: et ſupra
mundū poſita diuina intuet: ⁊ ad eterna ſe
eleuat: vt deo adſit: iam lumen ſuoꝝ operū
ſicut luna orbem ſuū toto orbe circūferens.
Qd autem aquila ait: Sonans ſicut ſol: vi
detur illa axis celeſtis cōuerſio: ſoliſq̄ ⁊ lu
ne ⁊ ſtellarū curſus cōcentus globorū expri
mi. A q̄buſdā etiā noſtris videtur: qui q̄m
nō venit ad fidem: ſaltē ꝓpter gratiā ſuaui/
tatis nō videtur alienus.

## Anima dū laudatur a ſponſo ve/recunde refugiens corā laudari: et reuocata a ſpōſo quid dicat. De p̄conijs quoq̄ bone anime: ſingula/rięq̄ laude charitatis: Ca. VIII.

D Um laudat a ſponſo verecūde refu
giens corā laudari: deinde ſponſi
Cant. 6. amore vocata ait: Hortū nucis de/
ſcēdi videre in natiuitate torrētis. Ubi em̄
eſt eccleſia: niſi vbi virga ⁊ gratia floret ſa/
cerdotalis? Ibi eſt frequēter vt in amaritu/
dinib⁹ ⁊ tēptationib⁹ ꝓbet. Per nucē ama
ritudines intelligim⁹: ꝑ torrentē temptatio
Ps. 123. nes. Sed tñ tolerabiles: q2 ſcriptū eſt: Tor/
rentē ꝑtranſiuit anima noſtra. Itaq̄ deſcē/
dit in locū amaritudinis: vbi floret vitis: et
malorūgranatorū ſpecie diuerſus ⁊ multi/
plex fruct⁹: qui velut vno tegmine toti⁹ cor
poris fide ⁊ charitate munit. In illa ſama/
Sap. 9. ritudine non cognouit ſe aīa. Corruptibile
em̄ corpus aggrauat animā: ⁊ terrenū habi
taculū cito inclinat. Cognoſcere autē ſe de/
bet. Sed tēptatus eſt ⁊ petr⁹: nō ſe cogno/
uit ⁊ petrus: nā ſi cognouiſſet nō negauiſſet
auctorē. Sed cognouit eū chriſtus? Deniq̄
2. Timoth. 2. cognouit: q2 etiā reſpexit. Cognoſcit em̄ do
min⁹ q̄ ſunt ei⁹: ⁊ tanq̄ ſuū miſcdię ſue fre/
nis vt bonus rector reuocauit a lapſu. Rec
Cant. 6. tor ḡ noſter chriſtus eſt. Ideoq̄ ait aīa: Po
ſuit me currus aminadab. Anima ḡ currus:
qui bonū rectorē ſuſtinet. Si currus eſt aīa:
habet eq̄s vł bonos vel malos. Boni equi
virtutes ſunt aię: mali equi paſſiōes ſūt cor
poris. Bon⁹ ḡ rector malos eq̄s reſtringit
⁊ reuocat: bonos icitat. Boni equi ſunt q̄t/
tuor: prudētia: tēperantia: fortitudo: iuſti/
cia. Mali eq̄: iracūdia: cōcupiſcētia: timor:
iniquitas. Interdū ipſi equi int ſe diſſidēt:
⁊ aut iracūdia ꝓtendit: aut timor: ⁊ ſe inui/
cē impediūt: ⁊ curſum retardāt. At vero bo
ni equi volāt: ⁊ a terris ad ſupiora ſe ſubri/
gunt: animāq̄ eleuāt: maxime ſi iugū habe
ant ſuaue: et on⁹ leue dicētis: Tollite iugū Matth. 11.
meū ſup vos. Iugū em̄ meū ſuaue ē: et on⁹
meū leue. Ipſe rector eſt qui nouit equos ꝑ
prios gubernare vt eq̄lis oīm curſus ſit. Si
velocior eſt prudētia: tardior iuſticia: admo
net flagello ꝓprio ſegniorē. Si tēperantia
māſuetior: fortitudo durior: nouit copulare
diſcordes: ne forte currū ſuū diſſipēt. Itaq̄
licet itelligibili ſpectaculo videre vnāquāq̄
aiam cū ſūmo certamie ad celū rapi feſtinā/
tes equos: q̄ priores pueniant ad brauium
chriſti: quo pri⁹ imponat palma ceruicib⁹.
Iſti ſūt equi ſubiecti fidei iugo: aſtricti vin
culo charitatis: iuſticię frenis: retinaculis ſo/
brietatis. Pulchre ait: Poſuit me curr⁹ ami
nadab: hoc eſt: pater p̄pli. Ipſe aūt q̄ pater
p̄pli: id eſt: pater naaſon: id eſt: ſerpētū. Iaꝫ
tu recole: quis ſicut ſerpēs in cruce pepēde/
rit ꝓ ſalute vniuerſoꝝ: ⁊ intelligis illā ani/
mā eſſe pacificā: cui pater de⁹ p̄pul ſit: chriſt⁹
agitator. Quia ſcriptū eſt ⁊ hoc nomē in no
ſtris: pater pater agitator iſrael. Hic ḡ agi/ 4. Reg. 2.
tator dicit: Cōuertere ſalamitis cōuerterte. Cant. 6.
Bene ⁊ quaſi agitator ad currum dicit. Cō/
uertere ſalamitis: hoc eſt: pacifica. Que em̄
pacifica eſt anima: cito ſe conuertit et corri/
git: etiā ſi ante peccauit: ⁊ magis eam chri
ſtus aſcēdit: ⁊ regere dignat: cui dicit: Aſcē Abachuc. 3.
de in equos tuos: ⁊ equitat⁹ tuus ſanitas.
Et alibi: Miſi eq̄s tuos tharſis. Hi ſunt eq̄
chriſti. Aſcēdit ḡ equos ſuos chriſt⁹: aſcen/
dit verbū dei aīas pias. Uñ cognoſce q2 et
iſtā aſcēdit ⁊ pduxit eā ad locū palme: q̄ñ et
dicit ad eam: Q̄ pulchra ⁊ ſuauis facta es
charitas in delitijs tuis. Statura tua ſiſis Cant. 7.
facta eſt palme. Et ipa ait: Dixi: aſcendā in
palmā. Sꝫ etiā ipſa charitas palma eſt: ipa
ē em̄ plenitudo victorię. Plenitudo em̄ legł Ro. 13.
charitas eſt. Curram⁹ ḡ vt cōprehēdamus:
curramus vt vincam⁹. Qui vincit aſcendit
in palmā ⁊ manducat fructus eius. Qui vi
cit iam nō currit: ſed ſedet: ſicut ſcriptū eſt:
Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in ſede Apoc. 3.
mea: ſicut ⁊ ego vici: ⁊ ſedeo cuꝫ patre meo
in ſede ipſius. Hinc phi currilia illa aiaꝝ in



ſuis libris expſſere certamina: nec tñ ad pal
mā puenire potuerunt: q̄m ſummitatē ver/
bi: ⁊ altitudinē illā animę neſcierūt: quā co/
gnouit hec anima: in qua erat verbi cōuer/
Cant. 7. ſio. Sic em̄ ait: Ego fratri meo: ⁊ ſup me cō/
uerſio eius. Hunc ſenſuꝫ tertio repetiuit di
uerſe in canticiſcāticoꝝ. In principio ait:
Cant. 2. Frater me⁹ mihi: ⁊ ego ei qui paſcit in lilijs
vſq̄ dum aſpiret dies: ⁊ amoueant vmbre.
Cant. 6. Deinde ait: Ego fratri meo: ⁊ frater me⁹ mi
hi qui paſcit inter lilia. In fine ait: Ego fra
Cant. 7. tri meo: ⁊ ſup me cōuerſio eius. Primuꝫ ad
inſtitutionē animę: ideo ⁊ p̄miſit: Frat me⁹
mihi: illo em̄ demōſtrante ſe etiā adherēdi
deo ſumpſit affectū: qd ſequit ſcd̄ꝫ ꝓfectū:
tertiū ſm̄ pfectionē. In primo quaſi in inſti
tutiōe adhuc vmbras videt aīa necdū ver/
bi appropinquātis reuelatione cōmotas: et
ideo adhuc ei dies euāgelij nō refulgebat.
In ſecūdo ſine vmbraꝝ confuſione odores
pios carpit. In tertio iā pfecta requiē in ſe
verbo miniſtrat vt cōuertat ſup eam: et ca/
put ſuū reclinet atq̄ requieſcat: meritoq̄ iā
tenens quē antea queſitū inuenire nō pote
Ubl. 5. rat: inuitat ad agrū ſuū dicens: Ueni frater
meus: exeamus in agrū: requieſcam⁹ in ca/
ſtellis. Sup ad hortū iuitabat: hic ad agrū
habentē nō ſolū florū gratiā: ſed etiam triti
cū ⁊ ordeū: hoc eſt: ſolidior firmamēta vir/
tutū: vt fructus ei⁹ aſpiciat. Requieſcam⁹
inquit in caſtellis. Ad que adā cū de para/
diſo eiect⁹ eſſet fuerat relegat⁹: in his requi
eſcebat: ſed terrā operabat. Qua aūt ratio/
ne exire eū in agrū vellet: intellectus mani/
feſtus eſt: vt quaſi bon⁹ paſtor paſcat gre/
gem ſuū: laſſos alleuet: reuocet errātes. Nā
etſi iſta aīa noua et vetera ſeruauit: tñ ſunt
adhuc velut agni qui lactis ſuco nutriendi
ſunt. Ergo quaſi pfecta: nō ꝓ ſe ꝫ ꝓ alijs in/
teruenit: vt de ſinu patris exeat: vt ꝓcedat
foras tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo: egre/
diens currat viā: vt infirmos lucret: nō in il
lo ſecreto patris ſolio: ⁊ in illa luce immore/
tur: quo inualidi equi aſcendere nō queūt:
ſed vt aſſumat ⁊ inducat in domū ſponſam
atq̄ ſecretū: ibi ſit foris vt nobis intus ſit
medius noſtrū: etſi nō videat a nobis. Uñ
Cant. 8. ait: Quis dabit te frater fratrē lactentē vbe
ra matris mee? Inueniēs te foris oſculabor
te. Bona anima ḡ foris eſt: vt verbū intus
ſit: illa extra corpus vt verbū habitet in uo
bis. Aſſumā te inq̄t ⁊ inducā te. Recte aſſu
mit ⁊ inducit verbū dei: q2 pulſat animā vt
aperiat ſibi oſtiū. Et niſi apertū ſibi oſtium
inuenerit nō intrat. Si q̄s aūt aperuerit ia/ Apoc. 3.
nuā: intrat ⁊ cenat. Sic ſponſa verbū aſſu/
mit vt aſſumēdo doceat. Unde nō immeri
to aſcēdit ad hanc ad ſupiores māſiones: ⁊
ſemp ꝓceſſū accipit. Qd ſignificant virtu/
tes q̄ dicunt: vel aię: Que ē hec q̄ aſcēdit cā Cant. 8.
dida: innitēs ſup fratrē ſuum? Supius dixe
rūt: Que nā eſt hec que ꝓſpiciēs tanq̄ dilu
culū: ſpecioſa ſicut luna: electa ſicut ſol: hic
plus qd diceret inuentū eſt: eo q2 verbo dei
innixa aſcēderat. Perfectiores em̄ ſup̄ chri/
ſtū recūbunt: ſicut ⁊ iohānes in chriſti pec/
tore recūbebat. Ita ḡ ⁊ hec vel incūbebat i
xp̄m: vel ſupra ipſū ſe reclinabat: aut certe
q̄m de nuptijs loquimur: iam q̄ſi tradita in
chriſti dextera: in thalamū ducebat ſpōſo.
Et q2 iam copula charitatis eſt: blandit ei
ſpōſus ⁊ dicit: Sub arbore mali eleuaui te: Ut s.
illic parturiuit te mater tua: illic parturiuit
te q̄ peperit te. Bona aīa que requieſcit ſub
arbore fructuoſa: ⁊ maxie boni odoris. Nā
ſi nathanael bon⁹: in quo dolus null⁹ erat
ſub arbore fici viſus eſt: vtiq̄ bona aīa que
ſub arbore mali eleuata eſt ſpōſo ſuo? Pluſ
eſt em̄ eleuari q̄ videri: plus etiā a ſponſo
eleuari. Nā etſi nathanael videbat ſub ar/ Joh. 1.
bore: tñ anima eius ſponſa non erat: qui oc
culte veniebat ad chriſtuꝫ: q2 verebat iude/
os. Nō erat ſpecioſa ſicut luna: electa vt ſol
que erat in vmbra: q2 ſponſa ꝑ diē nubit: pu
blice cōfitet. Ideo iſta ſub arbore mali: illa
ſub ficu: q2 hec cōfeſſionis ſue odorē diffun/
debat longi⁹: illa habebat puritatis inno/
cētię ſuauitatē: flagrantiā ſpiritus nō habe
bat. Illic inq̄t parturiuit te mater tua: illic
parturiuit te q̄ peperit te. Ibi. n. naſcimur:
ibi renaſcimur. Pariunt aūt in quib⁹ chriſti
imago format. Uñ ⁊ paulus ait: Filioli: q̄s Gal. 4.
ego parturio donec formetur chriſtus in vo
bis. Parturit em̄ qui in vtero accipit ſpiri/
tū ſalutis: ⁊ alijs infundit. Unde q̄m iā for
matus in hac erat chriſtus ait: Pone me vt Cant. 8.
ſignaculū in cor tuū: vt ſigillū in brachiū tu
um. Signaculū chriſtus in fronte eſt: ſigna
culū i corde. In fronte: vt ſp cōfiteamur: in
corde vt ſp diligam⁹: ſignaculū in brachio
vt ſp operemur. Luceat ḡ imago eius in cō/
feſſione nr̄a: luceat in lectiōe: luceat in ope/
rib⁹ ⁊ factis: vt ſi fieri poteſt tota eius ſpeci
es exp̄mat in nobis. Ipſe ſit caput nr̄m: q2

caput viri chꝛiſtus: ipſe oculus noſter vt ꝑ
illū videamus patrē: ipſe vox noſtra ꝑ quā
loquamur ad patrē: ipſe dextera: ꝑ quā deo
patri ſacrificiū noſtrū offeramꝰ: ipſe quoq̄
eſt ſignaculū noſtrū: qđ eſt ꝑfectionis ⁊ cha
ritatis inſigne: qꝛ diligens pater ſignauit fi
Job. 6. liū: ſicut legimus: Quē pater ſignauit de
us. Charitas itaq̄ noſtra chꝛiſtꝰ. Bona cha
ritas: qm̄ optulit moꝛti ſe pꝛo delictis: bona
charitas quę peccatū remiſit. Et ideo ani
ma noſtra induat charitatē: ⁊ charitatē hu
iuſmodi q̄ ſit valida vt moꝛs: qꝛ ſicut moꝛs
finis peccatoꝛū eſt: ita ⁊ charitas: qm̄ qui di
1. Cor. 13. ligit dominū peccare deſinit. Charitas em̄
nō cogitat malū neq̄ gaudet ſuꝑ iniquita
tē: ſed omnia ſuſtinet. Nam qui ea quę ſua
ſunt nō q̄rit: quō aliena querit? Eſt ⁊ moꝛs
illa valida ꝑ lauacrū: ꝑ qđ peccatū oē ſepe
lit: ⁊ culpa dimittit. Talis erat charitas quā
deferebat euāgelica illa mulier: de qua dn̄s
Luc. 7. ait: Remiſſa ſunt peccata eiꝰ multa: qm̄ di
lexit multū. Eſt ⁊ illa moꝛs ſanctoꝝ marty
rū valida: quę culpā abolet ſuperioꝛē: ⁊ idō
valida. Cuiꝰ nō impar eſt charitas: quę ad
equat martyrū paſſioni: vt auferat meritū
delictoꝛū. Zelus q̄ vt inferi: qm̄ q̄ zelū dei
habet: ꝓ xp̄o nec ſuis parcit. Itaq̄ ⁊ moꝛtē
habet charitas ⁊ zelū habet charitas: ⁊ alas
ignis habet charitas. Deniq̄ chꝛiſtus dili
Exo. 3. gēs moyſen: in igne ei apparuit. Et hieremi
as habens in ſe donū diuinę charitatis di
Hiere. 20. cebat: Et erat ignis inflāmans in oſſibꝰ me
is: ⁊ diſſolutus ſum vndiq̄ ⁊ ferre non poſ
ſum. Bona igit̄ charitas habēs alas ignis
ardentes: quę volitat ꝑ pectoꝛa ⁊ coꝛda ſan
ctoꝛum: ⁊ exurit quicq̄d materiale atq̄ ter
renū eſt: q̄cq̄d vero ſincerū eſt ꝓbat: ⁊ qđ cō
tigerit ſuo igne melioꝛat. Hunc ignē in ter
ras miſit dn̄s ieſus: ⁊ refulſit fides: accenſa
deuotio: illuminata eſt charitas: iuſticia re
ſplēduit. Hoc igne iflāmauit coꝛda apl̄oꝛū
Luc. 24. ſuoꝝ: ſicut teſtat̄ cleophas dicēs: Nōne coꝛ
noſtrū ardens erat in nobis cū aperiret ſcri
pturas? Alę igit̄ ignis in flamma: ſcripturę
ſunt diuinę. Deniq̄ aperiebat ſcripturas: ⁊
ignis exiebat: atq̄ audientiū coꝛda penetra
bat. Et vere alę ignis: qꝛ eloquia dn̄i eloq̄a
Ps. 11. caſta: argentū igne examinatū. Cū paulus
quoq̄ aſſumeret̄ a chꝛiſto vidit circūfulſiſſe
ſuper ſe lumē: ⁊ ſuꝑ eos q̄ ſimul erant: ceci
dit pauoꝛe ⁊ ꝓbatioꝛ reſurrexit: deniq̄ apo
Act. 2. ſtolꝰ factꝰ eſt: qui ꝑſecutoꝛ aduenerat. Spi
ritus q̄ ſanctꝰ deſcendit: ⁊ repleuit totā do
mū in qua erant plurimi ſedētes: ⁊ viſę ſunt
diſperſę linguę tanq̄ ignis. Bonę alę chari
tatis: verę alę quę volitabant ꝑ oꝛa apl̄oꝝ:
⁊ alę ignis quę purgatū ſermonē loquebā Gen. 5.
tur. His alis euolauit enoch raptꝰ ad cęlū:
His alis euolauit helias curru igneo: ⁊ eq̄s 4. Reg. 2.
igneis ad ſuꝑna tranſlatꝰ eſt: His alis dn̄s
deus ꝑ columnā ignis deducebat patꝝ ple
bē. Has alas habuit ſeraphin: qm̄ ſumpſit Eſa. 6.
carbones ignis de altari ⁊ tetigit os ꝓphe
tę: ⁊ iniquitates eiꝰ abſtulit: ⁊ peccata pur
gauit. Harū alarum igne purgati ſunt filij
leui: ⁊ baptizabāt̄ ꝑli nationū: ſicut teſtifi
catur iohānes dicēs de dn̄o ieſu: Ipſe vos Matth. 3.
baptizabit in ſpiritu ⁊ igne. Merito viri re
nes ſuos volebat ⁊ coꝛ ſuū dauid: qꝛ alas
igneas charitatis ſciebat non eſſe metuen
das. Merito hebꝛęi pueri in foꝛnace arden
ti non ſentiebant ignis incēdia: qꝛ charita
tis eos flamma refrigerabat. Et vt plenius
cognoſcamus qꝛ alas habeat ꝑfecta chari
tas: audiſti dudū dicentē: Quotiens volui Matth. 23.
cōgregare filios tuos ſicut gallina ꝯgregat
pullos ſuos ſub alas ſuas. Sumamꝰ igitur
has alas: quę ſicut flāma ad ſuperioꝛa diri
gunt. Exuat vnuſquiſq̄ animā ſuā inuolu
cris ſoꝛdidioꝛibꝰ: ⁊ quaſi auꝝ igne approbet
deterſā luto. Sic em̄ purgat̄ anima: velut
aurū optimū. Pulchꝛitudo aūt animę ſin
cera virtus ⁊ decoꝛ: verioꝛ cognitio ſuperio
rū: vt videat illud bonū ex quo pendēt om
nia: ipſum autē ex nullo. Eo igit̄ viuit: atq̄
intellectū accipit. Vitę em̄ fons eſt ſummū
illud bonū: cuiꝰ in nobis accendit̄ charitas
⁊ deſideriū: cui appꝛopinquare ⁊ miſceri vo
luptas eſt: qđ ei qui nō viuit deſiderio eſt: ⁊
qui videt ieſt: ideoq̄ vniuerſa alia deſpicit:
hoc vno mulcet̄ ⁊ delectatur: hoc eſt: qđ ſub
miniſtrat vniuerſam ſubſtantiā: ipſum aūt
in ſemetipſo manens dat alijs: nihil aūt in
ſe ex alijs ſuſcipit. De quo ꝓpheta ait: Di Ps. 15.
xi dn̄o deus meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝛū
nō eges. Hoc ſolū videre deſiderauit: ſicut
ipſe alibi ait: Vnā petij a dn̄o hanc requi Ps. 26.
ram: vt inhabitē in domo dn̄i oēs dies vitę
meę: ⁊ videā delectationē dn̄i ⁊ conſiderem
templū eius. Si quis igit̄ puꝝ illud ⁊ incoꝛ
poꝛeū ſummū illud videre meruerit: q̄d ha
bet aliud qđ deſideret? Deniq̄ petrus glo Matth. 17.
riā reſurrectionis chꝛiſti vidit: ⁊ nolebat de
ſcendere dicēs: Dn̄e: bonū eſt nos hic eſſe.



Et quāto incōparabilioꝛ eſt illa diuinitatis
gloꝛia ⁊ lux inacceſſibilis: quā ſi q̄s viderit
quid aliud cōcupiſcat? Nō regna: non facul
tates: honoꝛes: gloꝛiā: ꝑtātes. Illis em̄ vti
nihil beatitudinis eſt: hoc vti beatū eſt: vt
illa deſpiciēs ad hoc cōuerſus maneat. Hāc
igitur videns pulchꝛā imaginē ingrediatur
intus: foꝛis relinquat vultus coꝛpoꝛis. Nā
qui intuet̄ coꝛpoꝛa: nō debet introꝛſū intu
eri: ne moꝛe mergētis in gurgite rapiat̄ atq̄
abſoꝛbeat̄: ⁊ quaſi ꝓfundo dimerſus nuſq̄
appareat. Fugiamꝰ ergo in patriā veriſſi
mam. Illic patria nobis: ⁊ illic pater a quo
creati ſumus: vbi eſt hieruſalē ciuitas q̄ eſt
mater omniū. Sed quę eſt fuga? Nō vtiq̄
pedū qui ſūt coꝛpoꝛis. Iſti em̄ quocūq̄ cur
runt in terra currūt: ⁊ de ſolo ad ſolū tranſe
unt. Nec nauibus fugiamus ⁊ curribꝰ: aut
equis qui obligant̄ ⁊ cadunt: ſed fugiamus
animo ⁊ oculis: aut pedibꝰ interioꝛibꝰ. Aſ
ſueſcamꝰ oculos noſtros videre: quę diluci
da ⁊ clara ſunt: ſpectare vultū cōtinentię et
tēperantię: omneſq̄ virtutes: in quibus ni
hil ſcabꝛū: nihil obſcurū ⁊ toꝛtuoſum ſit: et
ſeipſū expectet quis ⁊ cōſcientiā ſuā: illum
oculū mūdet: ne quid ſoꝛdidū habeat. Qđ
em̄ videt̄ non debet diſſonare ab eo qui vi
det: qm̄ cōfoꝛmes nos deꝰ imaginis voluit
eſſe filij ſui. Cognitū igit̄ nobis eſt illud bo
num: nec longe eſt ab vnoquoq̄ noſtrū. In
Act. 17 ipſo em̄ viuimꝰ ⁊ ſumus ⁊ mouemur. Ipſi
us em̄ ⁊ genus ſumus: vt apl̄s gentiles po
ſuit ſignificari. Ipſum ē bonū qđ quęrimꝰ:
Marci. 10. ſolum bonū. Nemo em̄ bonus niſi vnꝰ de
us. Hic eſt oculus: qui magnū illū ⁊ verū
decoꝛē intuetur. Solē niſi ſanus ⁊ vęhemēs
oculus nō aſpicit: nec bonū pōt videre: niſi
anima bona. Fiat ergo bonus qui vult vi
dere dominū: et qđ eſt bonū. Huiꝰ boni ſi
miles ſimus: ⁊ ſm̄ id operemur q̄ bona ſūt.
Hoc eſt bonū qđ ſupꝛa omnē operationem
eſt: ſupꝛa omnē mentē atq̄ intellectū: ipſū
eſt qđ ſemꝑ manet: ad ipſum cōuertunt̄ om
nia: in quo habitat plenitudo diuinitatis:
⁊ ꝑ ipſū recōciliant̄ omnia in ipſum. Et vt
pleniꝰ definiamus quid ſit bonum: vita eſt
bonū: qꝛ ſemꝑ manet dans viuere: ⁊ eſt om
nibus: qꝛ fons eſt oīm vitę chꝛiſtus: de quo
Thren. 4. ait ꝓpheta: In vmbꝛa eiꝰ viuemus. Nunc
Col. 3. em̄ vita noſtra abſcōdita in chꝛiſto eſſe cum
aūt apparuerit chꝛiſtꝰ vita noſtra tūc ⁊ nos
apparebimus in gloꝛia. Ergo nō timeamus
moꝛtē: qm̄ requies eſt coꝛpoꝛis: animę autē
vel libertas: vl̄ abſolutio. Nec vereamur eū
qui poteſt coꝛpus interficere: animā aūt nō
pōt: qꝛ nō timemus eū qui poteſt veſtimen
tum auferre: nō timemus eū qui pōt noſtra
furari: nos aūt non poteſt. Nos igit̄ animę
ſumus: ſi volumꝰ eſſe hebꝛęi: de his q̄ ſunt
ſocij iacob: id eſt: imitatoꝛes eius. Nos ani
mę ſumus: noſtra aūt mēbꝛa ſunt ſeruāda:
ne ſcindant̄: ne inueteꝛeſcant: ſed ille magꝭ
qui his vtit̄ ſeruare ſe debet ⁊ cuſtodire.

Sancti Ambꝛoſij epiſcopi liber de Iſaac ⁊ Anima explicit.

## Capituloꝛū libꝛi de bono moꝛtis ſancti Ambꝛoſij epiſcopi: recollecta annotatio.


De cauſa facilitatis ſcribendi de bono moꝛ
tis: ⁊ qua ratione moꝛs bona vel mala vi
deri poſſit: cū argumento ex deſcriptione
vitę ⁊ moꝛtis accepto: quo moꝛs dicenda
videat̄ mala. Ca. I.
De tribus moꝛtis generibꝰ. Et ꝙ moꝛs ter
tia quę ē animę ⁊ coꝛpoꝛis ſeceſſio cū om
nes abſoluat paucos delectet. Atq̄ hoc
nō eius ſit vitiū ſed noſtrę infirmitatis: q̄
delectatione vitę iſtius capimur. In qua
cū plus ſit amaritudinis q̄ voluptatis:
moꝛs quę eſt finis illiꝰ bona eſt: nec vita
iſta tantopere deſiderāda. Ca. II.
Quid ſm̄ ſcripturā ſit moꝛs ⁊ quid vita. Et
ꝙ in hac vita ſit quędā moꝛs bona: cū ſci
licet quis in hac vita poſitus ſpeciē moꝛ
tis imitat̄: ⁊ ita ſe agit vt ei moꝛiant̄ om
nes coꝛpoꝛis delectationes: ⁊ etiā ipſe cu
piditatibus omnibus mundiq̄ illecebꝛis
moꝛiatur: Ad quā et ipſe apl̄s nos hoꝛta
tur: docens iſtā moꝛtē in hac vita poſitis
expetendā: Et quō quis ſic moꝛtē imite
tur. Quibus etiā rebus deflectatur ⁊ ab
ducatur. Ca. III.
De ſolutione obiectionis qua moꝛs argui
tur nō eſſe bona: qꝛ deus eā nō fecerit: et
qua ratione omnifariā moꝛs ſit bonum.
Atq̄ ideo fruſtra homines moꝛtē time
ant: ꝓſertim cū ſit finis pcti: ⁊ ꝙ ipſa mun
dum redemerit. Ca. IIII.
Qua ratione cōmunis omniū moꝛs nō ſit
timenda. Quō etiā dū in coꝛpoꝛe ſumus
vſum moꝛtis imitātes abducere nos de
beamꝰ a nexu coꝛpoꝛis: omniaq̄ terrena
relinquere: cōſcendere ad diuina: ſurgere

de mundanis: fugere hec mala: ⁊ exaltare animaȝ ad imaginem ⁊ ſimilitudinē dei: eāqꝫ munire muris ac ſpeculatore. Quomodo etiam ipſa debeat ingredi in hortos atqꝫ paradiſum: ⁊ ex illo abundantiā virtutū transferre: ⁊ in hortū mentis trāſplantare: in quē verbū dei inuitatū deſcēdat et paſcat: Et cognoſcere ꝗs fruct⁹ ⁊ cibos epuletur quibuſue delectet. Ca. V.

Quomodo cauēdi ſint laquei principatuū aereorū qui nos recte gradientes ⁊ ad altiora tendētes impedire querūt ⁊ ad terrena reuocare. Ca. VI.

Quō noſtri nobis ſint laquei cauēdi. Et de moleſtijs huius vite: ꝓpter quas totā vitam odio habuit eccleſiaſtes: ⁊ mortē laudauit. Atqꝫ ipso amarior ſit vita ꝗ̄ mors: cuȝ graui⁹ ſit ad peccatū viuere: ꝗ̄ in peccato mori: Ex quib⁹ ꝯcluditur mortem nō eſſe malū. Ca. VII.

Qua ratione nō mors ipſa ꝗ terribilis apd viuentes eſtimat ſit terribilis: ſed opinio de morte. Et de cōfutatione duarū cauſarū ob quas mortē inſipiētes verent. Atqꝫ mors generaliter nō ſit mala: licet ſpecialiter peſſima ſit mors peccatorū. Cur ꝑterea greci finē appellauerit mortē. Et ꝗntā morti ſanct⁹ iob laudē tribuerit. Ca. VIII.

Quēadmodū ex recapitulatione de bono mortis: ꝓbet anima nō mori cū corpore: ⁊ ꝙ in bonis demoratura ſit. Quid etiam nobis cauendū ſit: ⁊ quid faciendū ſi velimus poſt mortē hui⁹ corporis: in iſtis bonis eſſe. Ca. IX.

De diuino teſtimonio quo demōſtratur ꝙ anima nō moriat cū corpore. Et de errore hominū qui ꝑcioſa ſtruūt ſepulchra tāꝗ̄ anime ⁊ corporis receptacula: cū animaꝝ ſuꝑiora eſſe habitacula ſcripture teſtimonijs valde ꝓbet. Ca. X.

De iuſtarū aiaꝝ ingēti leticia ꝑ ſeptenariū ordinē digeſta. Ac ꝺ admonitōe vt ⁊ nos ſtudiū adhibeam⁹ quo aia nr̄a deo appropiquet: ⁊ ab eo nō ſeꝑemur. Quo etiā mō ꝺ facere debeam⁹. Atqꝫ nō vereamur illū oibus debitū finē in quo heſdras remunerationē ſue deuotionis inuenit. Ca. XI.

De ꝯſolatiua exhortatiōe vt intrepide ꝑgam⁹ ad redēptorē nr̄m ieſū xp̄m: ⁊ ad patriarchaꝝ ꝯciliū: ſctōꝝ cetū: iuſtoꝝqꝫ ꝯuētū: vbi paradiſus iocūditatꝭ: parateqꝫ ſeruiꝭ ieſu ꝓmiſſe māſiōes. Qua ratiōe ꝑterea illuc feſtinare debeamus. Ca. XII.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Bono mortis: In quo mortē nō eſſe malam ſed bonā: ⁊ ita neqꝫ timendā: ſed poti⁹ expetendaȝ eſſe demōſtrat: feliciter incipit.

### De cauſa facilitatis ſcribendi de bono mortis: ⁊ qua ratione mors bona vel mala videri poſſit: cū argumēto ex deſcriptione vite ⁊ mortis accepto: quo mors dicenda videatur mala: Ca. I.

Boniā de anima ſuperiore libro ſermonem aliquē ꝯtexuimus: faciliorē viam putamus de bono mortis cōficere aliqd. Que ſi anime nōceat malū videri poteſt: ſi nihil aūt officiat anime ne malū quidē. Qꝺ autē malum nō eſt: id etiā bonū: qm̄ qꝺ vitioſum id malū: qꝺ autē vitio caret id bonum: ideoqꝫ bona malis cōtraria ſūt: ⁊ mala bonis. Deniqꝫ innocētia eſt: vbi nō eſt nocendi volūtas: ⁊ noxius dicit qui nō ſit innoxius: miſericors qui remittat: imiſericorſ ꝗ ignoſcere atqꝫ inflecti neſciat. Sȝ forte aliqs aſſerit: Quid tam cōtrariū ꝗ̄ vita morti? Si ergo vita bona putat: quō mors nō eſt mala? Et ideo quid ſit vita: quid etiā mors cōſideremus. Vita eſt ſpirandi munere frui: mors priuari. Hoc aūt ſpirandi munus apud pleroſqꝫ in bonis ducitur. Hoc eſt ergo vita frui bonis: mors cōtra bonis exui. Et ſcriptura dicit: Ecce dedi ante faciē tuam vitā ⁊ mortē: Deut. 30. bonū ⁊ malum: vitam bonū appellans: mortem malū: vel illa ſibi priora: ⁊ hec ſibi cōferēs. Deniqꝫ vt lectionis diuine exēplo vtamur: in paradiſo eſt poſit⁹ homo: vt ederet de ligno vite: ⁊ ceteris paradiſi lignis: de ligno auteȝ in quo eſſet cognitio boni ⁊ mali nō ederet: qua die aūt ederet morte moreretur. Nō ſeruauit ꝑceptū: ⁊ caruit fructu: atȝ eiectus de paradiſo mortē guſtauit. Malū igit mors que ꝑcio dānationis infert.

### De tribus mortis generib⁹. Et ꝙ mors tertia que eſt anime ⁊ corporis ſeceſſio cū omnes abſoluat paucos delectet. Qꝺqꝫ hoc nō ei⁹ ſit vitiū ſed noſtre infirmitatis: qui delectatione vite iſtius capimur.



### In qua cuȝ plus ſit amaritudinis ꝗ̄ voluptatꝭ: mors que eſt finis illius bona eſt: nec vita iſta tantopere deſiderāda: Ca. II.

Sed mortis tria ſunt genera. Vna mors peccati eſt: de qua ſcriptū eſt: Ezech. 18. Anima que peccat ipſa morietur. Alia mors myſtica: quando ꝗs peccato moritur ⁊ deo viuit: de qua ait idem apoſtol⁹: Ro. 6. Conſepulti em̄ ſumus cū illo ꝑ baptiſmum in mortē. Tertia mors qua curſum vite huius ⁊ mun⁹ explemus: id eſt: anime corporiſqꝫ ſeceſſio. Aduertimus igit ꝙ vna mors ſit mala ſi ꝓpter peccatum moriamur: alia mors bona ſit: qua is qui fuerit mortu⁹ iuſtificat⁹ eſt a peccato: tertia mors media ſit. Nā ⁊ bona iuſtꝭ videt: ⁊ pleriſqꝫ metuēda. Que cū abſoluat omnes: paucos delectat. Sed nō hoc mortis eſt vitiū ſed noſtre infirmitatis: qui voluptate corporis ⁊ delectatione vite iſti⁹ capimur: ⁊ curſum hūc cōſummare trepidamus: in quo plus amaritudinis ꝗ̄ voluptatis eſt. An nō ſancti ac ſapiētes viri: qui longeuitatē ꝑegrinationis huius ingemiſcebāt diſſolui ⁊ cum chriſto eſſe pulchri⁹ eſtimantes: deniqꝫ diē generationis ſue execrabant: ſicut ille qui ait: Job. 3. Pereat dies illa in qua nat⁹ ſum? Quid em̄ eſt vel quo ꝙ hec vita delectat: plena erumnarum ⁊ ſollicitudinū: in qua innumere calūnie: et multe moleſtie: ⁊ multe lachryme eorū ꝗ affictantur moleſtijs: ⁊ nō eſt inquit qui eos cōſolet? Ec. 3. 4. Et ideo laudat eccleſiaſtes defunctos magis ꝗ̄ viuentes: Et optimus inqt ſupra hos duos qui nondū nat⁹ eſt: qui nō vidit hoc malū. Et alibi idem eccleſiaſtes: meliorem longeuo viro aſſeruit: quem abortu eiecit mater ſua: qꝛ nō vidit hec mala que ſiunt ī hoc mūdo: nec in has venit tenebras: nec in vanitate ambulauit ſeculi: ⁊ ideo requiē hic magis habebit qui in hanc vitā nō venit: ꝗ̄ ille qui venit. Quid em̄ boni ē homini in hac vita: qui in vmbra viuit: nec expleri pōt cupiditatib⁹ ſuis? Etſi repleat diuitijs: fructū quietis amittit: qꝛ cogitur cuſtodire qꝺ miſera auiditate queſierit: vt miſerius eas poſſideat: cui ꝓdeſſe nō poterūt. Quid em̄ miſeri⁹: ꝗ̄ vt cuſtodia torqueat: quarū abundātia nihil ꝓſit? Itaqꝫ ſi plena oneris vita: vtiqꝫ finis eius alleuamentum eſt. Alleuamentū aūt bonū mors: mors autem finis. Mors igit bonū eſt. Neqꝫ em̄ aliter gauiſus eſt ⁊ ſymeon qui reſpōſum acceperat: nō viſurum ſe mortē niſi prius videret chriſtum dn̄i: Luc. 2. ⁊ cū eum parētes in tēplū ducerent: ſuſcepit manib⁹ ſuis ⁊ dixit: Nūc dimittis dn̄e ſeruū tuū in pace: quaſi neceſſitate quadā teneret in hac vita: nō volūtate. Ita dimitti petit: quaſi a vinculis ꝗbuſdam ad libertatē feſtinaret. Sunt em̄ velut vincula quedā corporis hui⁹: ⁊ qꝺ eſt grauius vincula temptationū: que nos alligant ⁊ ad iniuriā captiuitatis aſtringunt quadā lege peccati. Deniqꝫ in exitu ipſo videm⁹: quēadmodū anima decedētis paulatim ſoluat ſe vinculis carnis: ⁊ ore emiſſa euolet tāquā carcere corporis huius exuta gurguſtio. Deniqꝫ feſtinabat etiā ſanct⁹ dauid de hoc loco ꝑegrinationis exire dicens: Ps. 38. Aduena ego ſum apud te in terra et ꝑegrinus: ſicut oēs patres mei. Et ideo tanꝗ̄ ꝑegrin⁹ ad illā ſanctoꝝ cōem omniū patriā feſtinabat: petēs ꝓ huius cōmorationis inquinamento remitti ſibi peccata priuſꝗ̄ diſcederet de vita. Qui em̄ hic nō acceperit remiſſionē peccatorū: illic non erit. Nō erit aūt: qꝛ ad vitā eternā nō potuerit ꝑuenire: qꝛ vita eterna remiſſio peccatoꝝ eſt. Ideoqꝫ dicit: Ps. 38. Remitte mihi vt refrigerer priuſꝗ̄ eam: et amplius nō ero. Quid igit tantopere vitam iſtā deſideramus: in qua quāto diutius quis fuerit: tanto maiore oneratur ſarcina peccatorū? Ipſe domin⁹ ait: Matth. 6. Sufficit diei malicia ſua. Et iacob dixit: Gen. 47. Dies annorū vite mee quos habeo: centū triginta minimi ⁊ mali: nō quia dies mali: ſꝫ quia nobis acceſſu dierū malicie incrememēta cumulātur. Nullus em̄ dies ſine noſtro peccato ꝑterit. Vnde egregie apoſtolus ait: Phil. 1. Mihi viuere chriſtus ⁊ mori lucrū: aliud ad neceſſitatē vite referens: aliud ad mortis vtilitatem. Chriſtus em̄ nobis viuere cui ſeruim⁹: cui oportet vt a ſanctis ſuis in euāgelij ꝑdicatione deferatur obſequiū. Deniqꝫ ⁊ ſymeon qui ait: Nūc dimittis ſeruum tuū: ꝓpter chriſtū expectabat. Chriſtus em̄ rex noſter eſt: ⁊ ideo qꝺ rex iubet: deſerere non poſſumus ⁊ cōtemnere. Quātos imperator terre huius in ꝑegrinis locis: aut honoris ſpecie: aut muneris alicuius cauſa iubet degere: Nunꝗd hi incōſulto imperatore diſcedūt? Et quāto ampli⁹ eſt diuinis parere ꝗ̄ humanis? Viuere ꝗ ſancto chriſtus eſt: ⁊ mori lucruȝ. Quaſi ſeru⁹ em̄ nō refugit vite

obſequiū:⁊ quaſi ſapiens lucrū mortis am
plectitur. Lucrū eſt euaſiſſe incrementa pec
cati: lucrum fugiſſe deteriora: ⁊ ad meliora
Phil.1. tranſiſſe. Et addidit: Diſſolui ⁊ cū chriſto eſ
ſe multo eſt melius: ꝑmanere aūt in carne
magis neceſſariū ꝓpter vos. Aliud meliꝰ:
aliud neceſſariū. Neceſſariū ꝓpt̄ fructū ope
ris: melius ꝓpter gratiā ⁊ copulā chriſti.

## Quid ſm̄ ſcripturā ſit mors ⁊ q̄d vita. Et ꝙ in hac vita ſit q̄dā mors bona: cum ſcilicet quis in hac vita poſitus ſpeciem mortis imitat̄: et ita ſe agit vt ei moriant̄ omnes corporis delectationes: ⁊ etiā ipſe cupiditatibus omnibꝰ mundiq; illecebris moriat̄: ad quā ⁊ ipſe apl's nos hortat̄: docens iſtam mortem in hac vita poſitis expetendam. Et quomō quis ſic mortem imitetur. Quibus etiā rebus deflectatur ⁊ abducatur: Ca. III.

Ergo qm̄ docuit apoſtolus eū qui
euaſerit ex hoc corpore (ſi meruerit
tamen) cū chriſto futurum: quid ſit
mors: quid etiā vita cōſideremus. Itaq;
ſcriptura docente cognouimꝰ: q̄ mors ab
ſolutio eſt animę ⁊ corporis: ⁊ quędā homi
nis ſeparatio. Soluimur eīm hoc nexu ani
mę ⁊ corporis cū recedimus. Unde ⁊ da
Ps.115. uid ait: Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrifi
cabo hoſtiā laudis. Uincula aūt vitę huiꝰ:
id eſt: cōiunctionis noſtrę quę ex anima cō
ſtat ⁊ corpore: ſignificari docet ſuperior ver
ſiculus pſalmi huiꝰ: Preciosa in ꝯſpectu do
mini mors ſanctoꝝ eius. Et ideo quaſi ꝓ
pheta ꝓuidens ſe cū ſanctis: ⁊ qui ꝓ deuoti
one animas ſuas in chriſto depoſuerunt fu
turū: letat̄: q̄ ⁊ ipſe obtulit ſe fideliter ꝓ dei
populo aduerſus goliam ſingulari certami
ne dimicare: vt ſolus cōmune periculū ⁊ cri
men refelleret: vel cū ſe morti ꝓ dn̄i placan
da offenſione ꝓmptꝰ obijceret: vel cū ſe pro
ſalute ꝑli laborantis diuinę vltioni paratꝰ
offerret. Sciebat eīm glorioſius eſſe ꝓ chri
ſto mori: q̄ regnare in hoc ſeculo. Quid eīm
ꝓſtantius q̄ fieri chriſti hoſtiā? Itaq; cū fre
quēter ab eo legamus dn̄o oblata eſſe ſacri
Ibi.3. ficia: hoc tamē loco addidit: Tibi ſacrifica
bo hoſtiā laudis. Nō ſacrifico inquit: ſed ſa
crificabo: ſignificans illud pfectū eſſe ſacrifi
ciū: quādo vnuſquiſq; dn̄o corporis huius
vinculis abſolutꝰ aſſiſteret: ⁊ offerret ſe ho
ſtiam laudis: q̄ ante mortē nulla eſt pfecta
laudatio. Neq; quiſq; in hac vita poteſt de
finito ꝓconio ꝑdicari: cū poſteriora eius in
certa ſint. Mors igit̄ abſolutio eſt animę
⁊ corporis. Deniq; ⁊ in ap'lo docuimus le
ctū: Diſſolui ⁊ cū chriſto eſſe multo meliꝰ.
Solutio aūt iſta quid aliud agit: niſi vt cor
pus reſoluat̄ ⁊ quieſcat: anima aūt cōuerta
tur in requiē ſuam ⁊ ſit libera: quę ſi pia eſt
cū chriſto futura ſit? Quid igit̄ in hac vita
aliud iuſti agunt: niſi vt exuant ſe huiꝰ cor
poris cogitationibꝰ: quę velut vincula nos
ligant: ⁊ ſe ab his moleſtijs ſeparare cōten
dant: renūcient voluptatibus ſuis atq; lu
xurię: fugiant flāmas libidinū? Nōne igi
tur vnuſquiſq; in hac vita poſitꝰ ſpeciē mor
tis imitat̄: qui pōt ita ſe agere vt ei morian
tur omnes corporis delectatiōes: ⁊ cupidi
tatibus omnibꝰ mūdiq; illecebris etiā ipſe
moriat̄: ſicuti mortuus erat paulus dicens:
Mihi eīm mundus crucifixꝰ eſt: ⁊ ego mun Gal.6.
do? Deniq; vt ſciamus q̄ eſt mors in hac
vita: et bona mors: hortat̄ nos vt mortē ie
ſu in corpore noſtro circūferamus. Qui eīm
habuerit in ſe mortē ieſu: is ⁊ vitā dn̄i ieſu
in corpore ſuo habebit. Operet̄ igitur mors
in nobis vt operet̄ et vita. Bona vita poſt
mortē: hoc eſt: bona vita poſt victoriā: bo
na vita abſoluto certamine: vt iā lex carnis
legi mentis repugnare nō nouerit: vt iā no
bis nulla ſit cū corpore mortis cōtentio: ſed
ſit in corpore morti victoria: atq; haud ſcio
ipſe: an maioris virtutis mors iſta: q̄ vita
ſit. Certe ap'li moueor auctoritate dicentis:
Ergo mors in nobis operat̄: vita aūt in vo
bis: Unius mors quantoꝝ populoꝝ vitā
ędificabat. Itaq; docet ⁊ iſtā mortē in hac
vita poſitis expetendam: vt mors chriſti in
corpore noſtro eluceat: ⁊ illā beatā qua cor
rumpit̄ exterior vt renouet̄ interior homo
noſter: ⁊ terreſtris domus noſtra diſſoluat̄:
vt habitaculū nobis cęleſte referet̄. Imi
tatur igitur mortem qui ſe a cōmunione car
nis huiꝰ abducit: atq; illis vinculis ſoluit:
de quibus tibi dicit dominꝰ ꝑ eſaiam: Sol Eſa.58.
ue omnē colligationē iniuſticię: diſſolue ob
ligationes violentarū cōmutationū: dimit
te cōfractos in remiſſionē: ⁊ omnē circūſcri
ptionem iniquā dirumpe. Imitatur ⁊ ille
mortem qui ſe voluptatibꝰ exuit: ⁊ a terre
nis cogitationibꝰ attollit atq; ableuat: ⁊ in



illo cęleſti habitaculo locat: in quo paulus
cum adhuc viueret ꝯuerſabatur. Aliter eīm
non diceret: Noſtra autem conuerſatio in
cęlis eſt: quod pariter ad pręſumptionem
meriti poteſt meditationēq; conferri. Illic
eīm erat eius meditatio: illic animę eius cō
uerſatio: illic eius prudētia: quę vtiq; intra
anguſtias carnis huius hęrere nō ſolebat.
Sapiens eīm cum illud diuinū requirit:
abſoluit animā ſuam corpore: ⁊ eius abne
gat contuberniū: cum illā veri tractat ſcien
tiam: quā velut nudā ſibi ⁊ apertam deſide
rat demonſtrari: ⁊ ideo retibus quibuſdā ⁊
nebulis huius corporis ſe quęrit exuere.
Neq; eīm manibus iſtis aut oculis atq; au
ribus cōprehendere illam ſupernā poſſumꝰ
Cor.II.4. veritatē: Quoniā quę videntur tēporalia
ſunt: quę autē nō vidētur ęterna. Deniq;
ſępe fallimur viſu: ⁊ aliter plęraq; q̄ ſunt vi
demꝰ. Fallimur etiam auditu: ⁊ ideo nō cō
templemur illa quę videntur: ſed quę nō vi
dentur ſi nolumus falli. Quādo igitur ani
ma noſtra nō fallitur: quādo ſoliū veritatis
attingit: niſi quando ſe ab iſto ſecernit cor
pore: neq; ab ipſo decipitur ⁊ illuditur? Il
luditur eīm viſu oculorum: illuditur auditu
auriū: ⁊ ideo relinquat illō ⁊ deſerat. Un
Col.2. de apoſtolus clamat: Ne tetigeritis: ne at
taminaueritis: ne guſtaueritis omnia quę
ſunt ad corruptelam. In corruptelam enim
ſunt: quę ſunt in corporis indulgentia. Et
ideo oſtendens nō per corporis diligentiā:
ſed ꝑ animę eleuationē ⁊ cordis humilitatē
inueniſſe qō verum eſt: addidit: Noſtra au
tem conuerſatio in cęlis eſt. Ibi igit̄ quę
rat quod verum eſt: qō eſt ⁊ manet: ſeq; in
ſeſe colligat: ⁊ congreget omnem aciem vir
tutis ſuę: neq; alijs cōmittat ⁊ credat: ſed ſe
ipſum cognoſcat ⁊ intelligat: ⁊ qō ſibi vide
tur verum eſſe hoc ſequēdū nouerit. Quod
delectatione carnali eligendū ęſtimauerit:
hoc ſciat falſū: ab eo fugiat ⁊ recedat: quia
fraudis eſt plenū. Merito ergo depręcia
uit ⁊ dehoneſtauit hoc corpus: corpus mor
tis appellans. Quis eīm oculis potuit vide
re virtutum ſplendorē? quis iuſticiam ma
nibus cōprehendere? quis ſapientiam ocu
lorum obtutibus intueri? Deniq; quādo
aliquid cogitamus: neminē nobis occurre
re: neminē volumꝰ obſtrepere auribus no
ſtris: atq; ita intendimus animo vt plerūq;
nō videamus pręſentia. Quinetiā in nocti
bus ſincerius cogitamus: ⁊ tunc meliꝰ quę
mouent: corde meditamur. Unde ⁊ ꝓphe
ta ait: Quę dicitis in cordibꝰ veſtris: in cu Ps.4.
bilibus veſtris cōpungimini. Sępe etiā
aliqui claudunt oculos: ſi quid ꝓfunde vo
lunt niſu cogitationis eruere: oculorū impe
dimenta vitantes. Sępe etiā ſolitudines
captamus: ne cuius ſermo noſtris auribus
inſuſurret: ⁊ quaſi ſemita quędā inhęrentē
cogitationi animā abducat a vero: atq; ab
intētione deflectat. Multas igitur occu
pationes nobis corporis huiꝰ neceſſitas gi
gnit: atq; vſus inuehit: quibus impeditur
animę vigor: ac reuocatur intētio. Unde
de ſe pulchre dicit ſanctus iob: Memēto q̄ Job.10.
lutū me finxiſti. Si ergo lutum eſt corpus:
oblinit nos vtiq; non diluit: et coinquinat
animā inquinamēto intēperantię. Corium
⁊ carnē me inquit induiſti: oſſibus ⁊ neruis
intexuiſti. Ligatur itaq; ⁊ diſtendit̄ anima
noſtra iſtius corporis neruis: ⁊ ideo interdū
rigeſcit: ſępe curuatur. Et addidit: Ab iniq
tate innocentē me nō feciſti. Si eīm impius
fuero vę mihi: ſi autē ſim iuſtus non potue
ro me reclinare. Plenus eīm cōfuſionis ſuę:
Induxiſti ſuꝑ me tēptationes. Quid eīm
eſt aliud hęc vita: niſi plena laqueorū? In
ter laquos ambulamꝰ: inter plurimas ver
ſamur tēptationes. Deniq; idem ſupra ait:
Nunquid non temptatio eſt vita hominis Job.7.
in terra? Bene addidit i terra: quia eſt vita
hominis ⁊ in cęlo. Sicut mercēnarij inquit
merces vita eiꝰ: in labore ſcilicet et tepore:
leuior fabulis: ⁊ fluitans et natans verbis:
cuius habitatio in luteis domibus ⁊ ipſa vi
ta in luto: nulla firmitudo ſententię: nulla
conſtantia. In die nox deſiderat̄: in nocte
dies quęritur: ante eſcam gemitus: inter ci
bos fletus: lachrymę: dolores: timores: ſolli
citudines: nulla requies a perturbationibꝰ:
nulla a laboribus reclinatio: irę ⁊ indignati
onis motus horridior. Plęriq; cupiunt mor
tem: ⁊ non impetrant: ſi aūt impetrauerint
gratulant̄: q̄ ſola eſt mors requies viro.

## De ſolutione obiectionis qua mors arguitur nō eſſe bona: quia deus eam non fecerit: ⁊ qua ratione omnifariam mors ſit bonum.

Qd̄ quia iō fruſtra homines mor

tem timeant:preſertim cū ſit finis
peccati:⁊ ꝙ ipſa mundum redeme
rit: Ca.IIII.

Sap.1. Ed dicet aliquis ſcriptū eſſe: quia
ſ deus mortem nō fecit. Uita erat in
paradiſo vbi lignū vitę: ⁊ vita erat
lux hominū: Mors igitur mala: quę acceſ-
ſit ⁊ ſubintrauit. Sed quomodo mors ma
la: ſi aut ſm gētiles ſenſu caret: aut ſm apo
Phil.1. ſtolū lucrū chriſtꝰ eſt: cū quo eſſe multo me-
liꝰ? Quō igiť mors nobis malū: ſi nullꝰ pꝰ
mortē ſenſus ē? Ubi eñ nullꝰ ſenſus: nullꝰ
vtiq̧ iniurię dolor: q̄r dolor ſenſus eſt. Aut
quia eſt poſt mortem ſenſus: eſt vtiq̧ vita
poſt mortem: ⁊ ſuperſtes mortis eſt anima:
quę ſenſu vtitur: ⁊ vita fungitur. Cū autē
manet poſt mortē vita atq̧ anima: manet
bonū: nec morte amittitur ſed augetur: nec
vllo impedimēto mortis retardatur anima
ſed operatur magis: quia operatur quę ſua
ſunt: ſine vlla ſocietate corporis: qḋ animę
maiori oneri q̄ʒ vſui ē. Quid igitur mali eſt
animę: quę puritatē ſuam cuſtodierit: ⁊ vir-
tum diſciplinā ſeruauerit? Aut ſi nō ſerua-
uerit: non mors malum: ſed vita: quia vita
nō fuit. Quę eſt enim vita: vitijs peccatiſq̧
obſita? Quid igitur accuſamus mortē:
quę aut vitę precium luit: aut abolet eiꝰ do
lorem atq̧ cruciatum? Itaq̧ mors aut ſuę
quietis bono vtitur: aut malo alieno labo-
rat. Nūc illud expecta: Si vita oneri: mors
abſolutioni: ſi vita ſupplicio: mors reme-
dio: aut ſi iudiciū poſt mortem: etiam vita
poſt mortē. Mors igiť ea nō eſt bona? Aut
ſi hic vita bona: quomodo mors illic nō eſt
bona: cū illic nullus ſit terribilis iudicij me-
tus? Sed ipſa ħ vita bona ſi eſt: qbꝰ rebꝰ
bona eſt? Uirtute vtiq̧ et bonis moribus.
Nō ergo ſm animę ⁊ corporis copulam bo-
na eſt: ſed quia per virtutē quod malum eſt
ſuū repellit. Qḋ autē bonū eſt mortis adi-
piſcitur: vt quod animę eſt magis q̄ʒ id qḋ
cōtubernij ⁊ cōiunctionis operetur. Et ſi vi
ta bona quę animę ſe a corpore ſeparantis
eſt ſpeculum: etſi anima bona quę ſe eleuat
atq̧ abducit a corporis cōtubernio: ⁊ mors
vtiq̧ eſt bonū: quę animā a ſocietate carniſ
huius abſoluit ⁊ liberat. Omnifariā igi-
tur mors eſt bonū: ⁊ quia cōpugnantia di-
uidit: ne ſe inuicē impugnēt: ⁊ q̄r portꝰ qui-
dam eſt eorum qui magno vitę iſtius iacta-
ti ſalo: fide quietꝰ ſtationē requirunt. Et
quia deteriorē ſtatum nō efficit: ſed qua-
lem in ſingulis inuenerit: talē iudicio fu
turo reſeruat: ⁊ quiete ipſa fouet: ⁊ preſen
tium inuidię ſubducit: ⁊ futurorum expe-
ctatione cōponit. Accedit eo ꝙ fruſtra
homines mortem timent: quaſi finem na
turę. Nam ſi recolamus ꝙ deus mor-
tem nō fecerit: ſed poſtquā homo lapſus
in flagitium eſt preuaricationis ⁊ fraudis
ſententia cōprehenderit: vt in terram ſuā
terra remearet: inueniemus mortē finem
eſſe peccati: ne quo eſſet vita diuturnior:
eo fieret culpa numeroſior. Paſſus eſt igi
tur dominꝰ ſubintrare mortē vt culpa ceſ
ſaret. Sed ne iterum naturę finis eſſet in
morte: data eſt reſurrectio mortuorū: vt
per mortē culpa deficeret: per reſurrectio-
nem autē perpetuaretur natura. Itaq̧
mors hęc tranſitus vniuerſorū eſt. Opus
eſt: vt conſtanter tranſeas. Tranſitur au
tem a corruptione ad incorruptionem: a
mortalitate ad immortalitatē: a perturba
tione ad tranquillitatem. Non igitur no-
men te mortis offendat: ſed boni tranſitꝰ
beneficia delectent. Quid eſt eñ mors:
niſi ſepultura vitiorum: virtutum ſuſcita
tio? Unde ⁊ ille ait: Moriať anima mea Numeri.23.
in animis iuſtorū: id eſt: cōſepeliatur: vt
ſua vitia deponat: iuſtorū aſſumat grati-
am: qui mortificationem chriſti in corpo-
re ſuo atq̧ anima circūferunt. Mortifica-
tio autem chriſti: remiſſio peccatorū: abo-
litio criminū: erroris obliuio: aſſumptio
gratiarum eſt. Quid aūt de bono mor-
tis plenius poſſumus dicere: q̄ʒ ꝙ mors ē
quę mundū redemit?

## Qua ratione communis omni um mors non ſit timenda. Quo modo etiā dum in corpore ſumꝰ vſum mortis imitantes abduce re nos debeamus a nexu corpo ris: omniaq̧ terrena relinquere: cōſcendere ad diuina: ſurgere de mundanis: fugere hec mala: ⁊ ex altare animam ad imaginem ⁊ ſi militudinem dei: eamq̧ munire muriſ ac ſpeculatore. Quomodo etiam ipſa debeat ingredi in hor tos atq̧ paradiſum: ⁊ ex illo abū dantiam virtutū transferre: ⁊ in hortum mentis tranſplantare: in quē verbum dei inuitatum deſcē dat ⁊ paſcať: Et cognoſcere quos fructus ⁊ cibos epuletur quibuſ ue delectetur: Ca.V.



Ed de cōmuni omniū morte dica
ſ mus. Quid eā timeamꝰ: quę ani-
mę nocere nō ſoleat? Scriptū eſt
Matth.10. enim: Nolite timere eos qui occidunt cor
pus: animā autem non poſſunt occidere.
Per mortē autem iſtam anima liberatur:
dum a corporis cōtubernio ſecernitur: et
inuolucris perturbationis exuitur. Un
de ⁊ nos dum in corpore ſumꝰ vſum mor-
tis imitantes: ableuemus animā noſtrā
ex iſtius carnis cubili: ⁊ tanquā de iſto ex
urgamus ſepulchro. Abducamus nos
a corporis nexu: relinquamꝰ omnia quę-
cūq̧ terrena ſunt: vt cum venerit aduerſa
rius nihil in nobis inueniat ſuum. Con
tendamꝰ ad illud ęternum: ad illud diui-
nū euolemus pennis dilectionis: ⁊ remi
gio charitatis. Surgamꝰ hinc: hoc eſt:
de ſecularibus atq̧ mūdanis. Dixit enī
Job.14. dominus: Surgite eamus hinc: ꝑcipiens
vt vnuſquiſq̧ ſurgat de terrenis: erigat
aīam humi iacentē: ad ſuperna attollat:
excitet aquilā ſuam: ⁊ illā aquilā ad quā
Ps.102. dictum eſt: Renouabitur ſicut aquilę iu-
uentus tua. Ad animā hoc dictū eſt. Ani
ma ergo noſtra ſicut aquila alta petat: ſu
pra nubes volet: renouatis ſplendeſcat
exuuijs: cęlo volatus ſuos inſerat: vbi la-
queos incidere nō poſſit. Auis eñ quę
deſcendit ex alto: vel quę in altū ſe extol-
lere nō poteſt: frequēter aut laqueis capi-
tur: aut viſco fallitur: aut quibuſcūq̧ irre
titur inſidijs. Sic quoq̧ ⁊ anima noſtra
caueat: ad hęc mundana deſcendere. La-
queus in auro: viſcū eſt in argento: nexuſ
in ꝑdio: clauus in amore. Dum aurū peti
mus ſtrangulamur: dum argentū quęri-
mus in viſco eius hęremus: dum prędiū
inuadimus alligamur. Quid inuanū
quęrimur lucrū: precioſę animę detrimen
tū? Exiguus tibi eſt totus mūdus ꝓ vni-
Luc.9. us animę diſpendio. Quid eñ ꝓdeſt ho-
mini: ſi hunc mundū lucretur: animę vero
ſuę detrimentū patiatur? Aut quā cōmu-
tationē dabis ꝓ anima tua? Nō auro re-
dimitur: nō argēto: immo auro amittiť.
Quinetiā mulieris decus dū tēptat: aſtrin-
git. Clauus eſt libido: clauus triſticia: cla-
uus iracundia: claui ſunt omnes paſſiones
quę velut veru quodā animā noſtram pe-
netrant: ⁊ infigunt corpori: viſceribuſq̧ eiꝰ
annectūt. Fugiamus ergo hęc mala: ⁊ ex-
altemus animā noſtram ad illam imaginē
dei ⁊ ſimilitudinē. Fuga malorum ſimilitu
do dei eſt: ⁊ virtutibus imago dei acquiri-
tur. Ideo qui nos pinxit quaſi auctor: pin-
xit virtutū coloribꝰ. Ecce ego inquit ad hie
ruſalem pinxi muros tuos. Nō detergamꝰ
pinicello negligētię: depicta animę noſtrę:
firmamenta muralia. Ideo dixit: Muros
pinxi: quibus hoſtē poſſimꝰ auertere. Ha-
bet anima muros ſuos de quibꝰ eminet: et
de quibus ait: Ego ciuitas munita: ego ci-
uitas obſeſſa. His munitur muris: his ob-
ſeſſa defenditur. Et vere murus anima: q̄
ꝓtenditur in caſtris. Unde ⁊ ipſa ait in can
ticis: Ego murus: et vbera mea vt turres. Cant.8.
Bonus murus quē pinxit dominꝰ: ſicut ip
ſe ait: In manibꝰ meis pinxi muros tuos:
⁊ in cōſpectu meo es ſemꝑ. Bona anima
quę habet ſpeculatorē deum: ⁊ in manibus
eius eſt: ſicut anima ꝓphetica: quę in manꝰ
domini cōmendatur vt ſpiritus: ⁊ quę in cō Ps.33.
ſpectu dei eſt. Oculi eñ domini ſuꝑ iuſtos:
ſicut ⁊ ipſe ait: Ego erā in oculis eius: tan
quā inueniens pacem. Bonas turres ha
bet: quę habet ⁊ de intelligibilibꝰ verbum:
⁊ de moralibꝰ diſciplinā. Ideoq̧ hęc ani-
ma habens gratiam ſuorū vberum ingredi
tur in hortos: ⁊ inueniens illic ſponſum ſe-
dentē ⁊ diſputantē cum amiciſ: ait: Qui ſe- Cant.8.
des in hortis: vocem tuā inſinua mihi. Mi
hi inquit nō amicꝭ. Fuge frater meus. Hor-
tať vt fugiat ſpōſus: q̄r iā ſequi pōt etiā ipa
terrena fugientē. Dicit vt ſilis ſit dāmulę:
quę euadit de retibꝰ. Uult eñ ⁊ ipſa fuge-
re ⁊ euolare ſupra mundū. Hinc hortū il-
lū ſibi plato ꝯpoſuit: quē iouis hortū alibi:
alibi hortū mētis appellauit. Iouem eñ et
deū ⁊ mentē totius mūdi dixit. In hunc in
troiſſe aīam quā venerē nūcupat: vt ſe abū
dantia ⁊ diuitijs horti repleret: in quo reple
tus potu iaceret: purum qui nectar effunde
ret. Hoc igitur ex libro canticorū cōpoſuit:
eo ꝙ anima deo adhęrens in hortū mentis
ingreſſa ſit: in quo eſſet abundantia diuer-
ſarum virtutum: floreſq̧ ſermonū. Quis

autē ignorat: ꝙ ex paradiſo illo quē legimꝰ
in geneſi habentē lignuꝫ vitę: ⁊ lignū ſcien/
tię boni ⁊ mali: ⁊ ligna cętera: abundantiaꝫ
virtutū putauerit transferendā: ⁊ in hortuꝫ
mentis eſſe plantandā? Quē in canticiſcan
ticorum ſalomon hortū animę ſignificauit:
Cant.4. vel ipſam animā. Sic eñ ſcriptū eſt: Hortꝰ
clauſus ſoror mea ſponſa: hortus clauſus:
fons ſignatus: tranſmiſſiones tuę paradi/
ſus. Et infra ait anima: Exurge aquilo: ⁊ ve
ni auſter: pfla hortum meū: ⁊ defluant vng/
uenta mea. Deſcendat frater meus in hor/
tum ſuū. Quāto hoc pulchrius ꝙ anima
ornata virtutū floribus hortus ſit: vel in ſe
paradiſuꝫ habeat germinantē. In quē hor
tum inuitat verbū dei deſcendere vt aīa illa
verbi imbre cęleſtis: ⁊ eiꝰ copijs irrigata fru
ctificet. Verbū autē dei paſcitur animę vir/
tutibus quotiens obedientē ſibi ⁊ opimaꝫ
inuenerit: ⁊ carpit fructꝰ eius atqꝫ his dele/
ctatur. Cū autē deſcendent in eam dei ver/
bum: defluunt ex ea ſalubriū vnguenta ver
borum: ⁊ diuerſarū fragrant longe lateqꝫ re
dolentia gratiarū ſpiramina. Unde ait ſpō
ſus (Sponſus autē animę deus verbū eſt:
cui anima legitimo quodaꝫ conubij fędere
Cant.5. copulatur) Ingreſſus ſū i hortū meū ſoror
mea ſponſa: vindemiaui myrrham meā cū
vnguentis meis: manducaui panē meū cū
melle meo: bibi vinum meū cuꝫ lacte meo.
Edite ꝓximi mei ⁊ bibite: ⁊ inebriamini fra
tres mei. Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat.
Cognoſcamus quos fructus ⁊ cibos epu
letur deus: quibuſve delectet̄. Delectatur
eo ſi quis mortificet peccatū ſuū: oblitteret
culpam ſuā: ſepeliat atqꝫ aboleſaciat iniqui
tates ſuas. Myrrha eñ eſt ſepultura mor/
tuorum. Mortua aūt peccata ſunt: quę vi/
tę ſuauitatē habere nō poſſunt. Perfundū/
tur aūt diuini ſermonis vnguētis: ⁊ fortio/
re cibo verbi velut pane: ⁊ ſuauiore ſermo/
ne velut melle curātur quedā vulnera deli/
ctorum. Sermones autē cibos eſſe docet et
Prouer.16. alibi ſalomon dicēs: Faui mellis ſermones
boni In illo ꝙ horto ſermones boni ſunt:
alius qui culpā coerceat: alius qui iniquita
tē corripiat: aliꝰ qui mori faciat inſolentiā:
⁊ velut ſepeliat eam: qñ correptꝰ aliquis er/
roribus ſuis renūciat. Eſt etiā ſermo fortior
qui cōfirmat cor hominis validioribꝰ ſcrip/
turę cęleſtis alimentis. Eſt etiā ſermo ſuaſo
rius dulcis vt mel: ⁊ tamē peccatoris cōſcīē
tiam in ipſa ſuauitate cōpungēs. Eſt etiam
ferueētioris ſpiritus ſermo: qui iebriat ſicut
vinū: ⁊ cor hominis lętificat. Eſt etiā lacteꝰ
ſermo: purus ⁊ candidus. Hos ciboſ dulciū
vtiliūqꝫ ſermonū epulandos ſponſus ꝓxi/
mis ſuis dicit. Proximi autē ſunt: qui eum
ſequunt̄: ⁊ nuptijs eiꝰ interſunt. Quo ci/
bo ⁊ potu repleta anima (bibit eñ vnuſqſqꝫ
aquā de ſuis vaſis: ⁊ de puteoꝝ ſuoꝝ fonti
bus) atqꝫ inebriata: ſęculo dormiebat: vigi/
labat deo. Et iō ſicut poſteriora docent ape
riri ſibi deus verbū eius ianuā poſtulabat:
vt eā ſuo repleret ingreſſu. Hinc ergo epu
latores illi platonici: hinc nectar illud ex vi
no ⁊ melle ꝓphetico: hinc ſonus ille tranſla
tus eſt: hinc vita illa ꝑpetua: quam deus di
xit ſuos epulari: qꝛ chriſtus vita eſt. Ideoqꝫ
taliū ſermonū ſeminibꝰ animę eius repletꝰ
eſt vēter: atqꝫ ipſa exiuit in verbo. Quę au/
tē exit anima a ſeruitio iſto: ⁊ eleuat ſe a cor
pore: verbū ſequit̄.

## Quomodo cauendi ſint laquei principatuū aereorum qui nos recte gradientes ⁊ ad altiora tendentes impedire querūt: ⁊ ad terrena reuocare: Ca. VI.

Sed ſunt principatꝰ aerij: ⁊ poteſta/
tes mundi: qui nos velut de muro
deijcere aię: vel impedire recte gra/
dientes: vel ad altiora tendētes quęrūt de/
ponere: ⁊ ad terrena reuocare. Sed nos
multomagis ad ſublimia menteꝫ erigamꝰ:
verbū ſequentes dei. Illi principatꝰ offe/
runt ſęcularia: quibꝰ tuam mentē incuruēt:
Tu magis ad chriſtū anima dirige greſſus
tuos. Inijciunt cupiditatē auri: argenti:
vicinę poſſeſſionis: vt acquirēdę eius gra/
tia excuſes a cęna illius qui ad nuptias ver
bi te inuitauit: Tu caue ne excuſes: ſꝫ veſtē
te indue nuptialem: ⁊ vtere cōuiuio diuit̄:
ne diues qui te inuitauerat: cum excuſaue/
ris tu: dū es ſęcularibꝰ occupatus alios inui
tet: ⁊ tu excludaris. Inijciunt etiā honoris
appetētiā: ptātes mūdi: vt te extollas ſicut
adaꝫ: ⁊ dū vis adęqri deo: ſilitudine ptātis
diuina ꝑcepta deſpicias: ⁊ quę habebas in/
Matth.13. cipias amittere. Qui eñ nō hꝫ ⁊ qȯ hꝫ au/
feret̄ ab eo. Quotiens in oratione nobis
ꝗ maxie deo appropinquamꝰ: offundunt̄ ea
quę plena ſunt opprobrij alicuius aut ſcele/



ris: quo nos a ſtudio precationis auertant.
Quotiens inimicꝰ cordi noſtro conat̄ in/
ſerere: quo nos reflectat a ſanctitatis ꝓpo/
ſito ⁊ pijs votis. Quotiēs corporeos in/
flammat ardores. Quotiēs occurſare facit
oculos meretricios: quibꝰ caſtum iuſti tem
ptet affectū: vt improuiſo amoris ſpiculo fe
riat imparatum. Quotiēs inſerit animo
tuo verbū iniquū: ⁊ cogitationes cordis ab
ſconditas: de quo tibi dicit lex: Attende ti/
bi ne fiat verbū abſconditū in corde tuo ini
quū: et dicat tibi dñs: Quid cogitas mala
Deut.8. in corde tuo? Neve cū abundaueris auro ⁊
argento: ⁊ opimis agrorū fructibus vel ho/
noribuſ dicas: Uirtus mea dedit mihi hęc:
⁊ obliuiſcaris dominū deū tuum. His er/
go anima quę cupit euolare deponit̄: Sed
tu obluctare quaſi bonꝰ miles chriſti ieſu: ⁊
inferiora obliuiſcēs: terrena deſpiciens: ad
cęleſtia ⁊ ęterna cōtende. Attolle animaꝫ
tuam: ne eā illiciat eſca laqueorū. Volupta
tes ſęculi: eſcę quędā ſunt: ⁊ qȯ peius ē eſcę
malorū: eſcę temptationū. Dum voluptatē
quęris: laqueos incurris. Oculus eñ mere
tricis: laqueus amatoris eſt. Oculus ergo
meretric̄ ē laqueꝰ. Laqueꝰ ē etiā ſermo me/
retriciſ qui obdulcat ad tēpus fauces tuas:
⁊ poſtea exaſperat eas amaritudine cōſcien
tię peccatricis. Laqueꝰ eſt aliena poſſeſſio
plena amęnitatis. Omne iter iſtiꝰ vitę: ple
Ps.141. nū laqueorū eſt. Unde iuſtus dicit: In via
hac qua ambulabā: abſconderunt laqueos
mihi. In via inquit hac abſconderūt. Iō
Joh.14. tu illam viā ambula quę dicit: Ego ſum via
Ps.22. veritas ⁊ vita: vt dicas: Animā meam con/
uertit: deduxit me ſuper ſemitas iuſticię ꝓ/
pter nomē ſuū. Moriat̄ igitur nobis hoc ſę
culum: moriat̄ nobis carnis iſtiꝰ ſapientia
quę inimica eſt deo. Subijciamꝰ animā no
Ps.61. ſtrā ſoli chriſto: vt dicat vnuſquiſqꝫ: Nōne
deo ſubiecta eſt anima mea? Nō ſeculo ſb/
dita: nō mūdo inquit ſubdita. Nō pōt hoc
pecunioſus: nō pōt auarus dicere: ſed dicit
Luc.12. iuſtus ⁊ ꝯtinens. Auarus aūt dicit: Anima
habes multa bona in annos multos poſi/
ta: requieſce: māduca: bibe: epulare: qꝛ aua
ri anima ſubdita eſt luxurię corporali: iuſti
aūt anima vtit̄ corpore vt inſtrumēto: aut
organo: quę velut pręclara artifex quo vult
obſequiū corporiſ ducit: ⁊ effingit de eo ſpe
ciē quā elegerit: ⁊ eas quas voluerit facit in
eo reſonare virtutes: pangēs nūc modulos
caſtitatis: nunc modulos tēperantię: ſobri/
etatis carmē: integritatis dulcedinē: virgi/
nitatis ſuauitatē: grauitatē viduitatis. In/
terdū tñ modulator cōpatitur organo ſuo:
Et ideo honeſta modulare vt ſit honeſta cō
paſſio. Nā ⁊ ille qui videt videndo plęrūqꝫ
⁊ audiens audiēdo afficit̄. Et ideo dicit ſcri
ptura: Oculi tui recta videāt. Et infra: Ne Prouer.4.
multus fueris ad alienā. Noli intendere in
oculos iuuencule: noli intendere in verba
meretricis.

## Quō noſtri nobis ſint laquei cauendi. Et de moleſtijs huius vite: ꝓpter quas totā vitam odio habuit eccleſiaſtes: ⁊ mortem laudauit. Quodqꝫ impio amarior ſit vita ꝗ mors: cū grauius ſit ad peccatū viuere: ꝗ in pctō mori. Ex quibꝰ ꝯcludit mortē nō eſſe malū: Ca. VII.

Et qd de extraneis laqueis loquor?
Noſtri nobis laquei ſunt cauendi.
In ipſo hoc corpore noſtro laquei
circūfuſi nobis ſunt: quos debemus vita/
re. Non credamus nos huic corpori: nō mi/
ſceamus cū eo aīam noſtrā. Cū amico inqt
miſce animā tuā: nō cū inimico. Inimicū ti
bi eſt corpus tuuꝫ: qȯ repugnat menti tuę:
cuiꝰ opera inimicitię: diſſenſiones: lites: ꝑ/
turbationeſqꝫ ſunt. Noli cū eo miſcere ani/
mā tuam: ne vtrūqꝫ cōfundas. Nā ſi miſce/
tur: ergo melior ſit caro quę inferior ē ꝗ ani
ma quę ſuperior: qꝛ anima vitā corpori tra/
dit: caro aūt mortē animę trāſfundit. Con/
fundit̄ ꝙ vtriuſqꝫ operatio: cōfundit̄ ꝓpe ip
ſa vtriuſqꝫ ſubſtātia. Igit̄ ſuſcipit in ſe ani/
ma inſenſibilitatē defuncti corporis: ⁊ cor/
pus omnibꝰ animę virtutibꝰ fungit̄. Ac
ne forte qꝛ infundit̄ anima corpori: etiā con
fundi putet̄: exemplū nobis ſit huius lumi/
nis gratia. Siquidē ⁊ lumē terreno loco in/
fundit̄: nec tñ cōfunditur. Nō ſit ergo cōfu/
ſa operatio quoꝝ diſpar ſubſtantia eſt: ſed
ſit anima in corpore vt viuificet corpꝰ: hoc
gubernet: hęc illuminet. Negare tñ non
poſſumus: ꝙ cōpatiatur corpori ſuo: nam ⁊
cōtriſtatur. Siquidem ieſus ait: Triſtis eſt Matth.26.
anima mea vſqꝫ ad mortē: affectū hominis
in ſe exprimēs. Et alibi: Anima mea turba/ Ps.6.
ta eſt. Siquidē ⁊ modulator modulis ſu/
is: aut tybię: aut citharę: aut organi voce:
geſtu: affectuqꝫ cōpatitur. In triſtibꝰ ſonis

triſtior:in lętꝰ lętior:in acutiorib⁹ excitatior:
in ipis mitiorib⁹ mitior atq; manſuetior:vt
ſonos cantuũ ipſe cõmẽdet: ⁊ quodãmodo
modulet affectus. Anima quoq; in hoc
corpore tanq̃ in fidibus muſicis quę ſobria
eſt:tamẽ ſummis(vt ita dicã)digitis velut
neruorum ſonos ita pulſat carnis paſſiones:
vt cõſonũ reddat morum atq; virtutũ:ꝯſen-
tientẽq; cõcentũ:vt in omnib⁹ cogitationi-
bus ſuis:in omnib⁹ operib⁹ id cuſtodiat:vt
omnia cõſilia ⁊ facta ſibi concinant. Ani-
ma eſt ergo qua vtit corpus quod vſui eſt:
ac ꝑ hoc aliud qđ in imperio:aliud qđ in mi-
niſterio:aliud qđ ſumus:aliud qđ noſtrum
eſt. Si qs animę pulchritudinẽ diligit nos
diligit:ſi quis corporis decorẽ diligit:nõ ip-
ſum hominẽ:ſed carnis diligit pulchritudi-
nẽ:quę tamẽ cito marceſcit ⁊ defluit. Un-
Pſ.25. de illi intẽde:de quo dicit ꝓpheta: Qui nõ
accepit inuanũ animã ſuam. Inuanũ acci-
pit animã ſuam:vt iam de hui⁹ vitę dicam⁹
moleſtijs:qui ſecularia ſtruit:ędificat corpo-
ralia. Quotidie ad edendũ ⁊ bibendum ſur-
gimus:⁊ nullus expletur:vt nõ poſt momen-
tum eſuriat ac ſitiat. Quotidie lucrũ quęri-
mus:⁊ nullus cupiditati modus ponitur. Nõ
Eccs.1. ſatiabitur inquit oculus viſu:nec auris au-
ditu. Qui diligit argentũ nõ ſatiatur argẽ-
to. Nullus finis laboris:⁊ nullus eſt fruct⁹
abũdantię. Cupimus quotidie ſcire noua:
⁊ quid eſt ipſa ſciẽtia:niſi quotidiani dolo-
Ubi s. ris adiectio? Omnia quę ſunt iam fuerũt: ⁊
nihil ſub ſole eſt nouũ: ſed omnia vanitas.
Totã vitã odio habui dixit eccleſiaſtes:
Qui vitam odio habuit: vtiq; mortẽ prędi-
Eccs.4. cauit. Deniq; mortuos laudauit magis q̃
viuẽtes:⁊ illũ iudicauit beatũ: qui in hanc
vitam nõ venit:nec inanẽ hunc ſuſcepit la-
Eccs.7. borem. Circuiuit inquit cor meũ vt ſcirẽ im-
pij lęticiã:⁊ vt conſiderarẽ ⁊ quęrerem ſapi-
entiã ⁊ numerũ:⁊ vt ſcirem ꝑ imperiũ lętici-
am ⁊ moleſtiã ⁊ iactationẽ: ⁊ inueni ego eã
amariorẽ q̃ mortẽ:nõ quia amara ſit mors
ſed quia impio amara:⁊ tamẽ amarior vita
q̃ mors. Grauius eſt eñ ad peccatũ viue-
re q̃ in peccato mori:qr impius q̃diu viuit
peccatũ auget: ſi moriatur peccare deſinit.
Plerią; criminũ ſuorũ abſolutione lętantur:
ſi emendaturi ſunt recte:ſi perſeueraturi in-
cis ſtulte:qr longe illis plus dãnatio ꝓfuiſ-
ſet:ne incrementa facerẽt peccatorũ. De
quo ſublimis eſt ſententia apl̃i dicentis:q

Ro.1. nõ ſolum hi qui flagitioſa agunt:ſed etiam
q̃ ea approbãt digni morte ſunt: ſed et illos
qui talia cõdẽnant in alijs qualia ipſi agũt
inexcuſabiles haberi: vt ⁊ ſua damnet eos
ſentẽtia:cũ eñ alios cõdemnant ſeipſos cõ-
demnãt. Nec ſibi eos blandiri oportere: qr
pęnarũ ad tempus immunes videntur: ⁊ ex-
ortes reatus: cũ grauiores pęnas intra ſe lu-
ant:⁊ ſibi rei ſint qui alijs nõ videntur:atq;
in ſe intorqueant grauiorẽ cõſcientię ſentẽ-
tiam:cũ de aliorũ peccatis iudicant. Sz
noli inquit o homo diuinę bonitatis ⁊ pati-
entię theſauros ꝯtemnere. Bonitas eñ dei
ad pęnitentiã te ꝓuocat: ad correctionẽ in-
uitat:duritia autẽ tua qua in erroris perti-
nacia ꝑſeueras:futuri iudicij auget ſęueri-
tatem vt dignã retributionẽ tuorum accipi-
pias delictorum. Nõ igitur mors malũ. Nã
neq; apud viuẽtes mors eſt:neq; apud de-
functos. Apud alios eñ nõ eſt:qr adhuc vi-
uũt:alij trãſierũt. Itaq; neq; apud eos ma-
la eſt qui eã adhuc neſciunt:hoc ipſo qr ne-
ſciũt: neq; apud eos qui iam ⁊ ſm corpus ni-
hil ſentiũt:⁊ ſm animã liberati ſunt.

## Qua ratione nõ mors ipſa que terribilis apud viuentes eſtimatur ſit terribilis:ſed opinio de morte. Et de cõfutatione duarũ cauſarum ob quas mortẽ inſipiẽtes verentur. Quoq; mors generaliter nõ ſit mala:licet ſpecialiter peſſima ſit mors peccatorum. Cur pterea gręci finẽ appellauerint mortẽ. Et quãtã morti ſanct⁹ iob laudẽ tribuerit: Ca. VIII.

(q)Uod ſi terribilis apud viuẽtes ęſti-
matur:nõ mors ipa terribilis ẽ: ſ; opi-
nio đ morte: quã vnuſquiſq; ꝓ ſuo
interp̃tatur affectu:aut ꝓ ſua cõſcientia ꝑhor-
reſcit. Suę igitur vnuſquiſq; cõſcientię vul-
nus accuſet:nõ mortis acerbitatem. Deniq;
iuſtis mors quietis eſt port⁹:nocẽtibus nau-
fragiũ putatur. Certe his quib⁹ grauis eſt ti-
mor mortis:nõ eſt graue mori:ſed graue eſt
viuere ſub metu mortis. Nõ ẽ mors grauis:
ſed met⁹ mortis. Met⁹ aũt opiniõis eſt:opi-
nio đo nrę infirmitatis ꝯtraria veritati. Nã
ꝑ veritatem virtus:ꝑ opinionẽ infirmitas.
Opinio autẽ non mortis vtiq;:ſed vitę eſt.
Ergo illud graue vita magis inuenitur eſſe.
Liquet igitur qr mortis met⁹ nõ ad mortẽ re-
ferẽdus eſt: ſ; ad vitã. Nõ eñ habem⁹ qđ in
morte metuam⁹:ſi nihil qđ timendũ ſit vita



noſtra cõmiſit. Etenim prudentib⁹ delictorũ
ſupplicia terrori ſunt:delicta aũt nõ mortuo-
rũ actus ſunt ſed viuentiũ. Uita igitur ad
nos refertur:cuius actus in noſtra poteſtate
eſt:mors aũt nihil ad nos. Eſt eñ ſeparatio
animę ⁊ corporis. Anima abſoluitur: corpus
reſoluitur. Quę abſoluitur gaudet:qđ reſoluitur
in terrã ſuã:nihil ſentit. Qđ nihil ſentit:ni-
hil agnoſcit. Tñ ſi mors malũ:quõ iuue-
nes nõ timent fieri ſenes:nec finitimã mor-
tis verentur ętatẽ? Patientiuſq; deficit qui ꝑ-
ſumpta morte deficit:q̃ qui inopinata. His
quoq; qui mortẽ malũ putant:aptũ reſpon-
ſum arbitror: qr ꝑ vitã ad mortẽ eſt tranſit⁹:
ꝑ mortẽ autẽ ad vitã reditus. Neq; eñ niſi
qui mortui fuerint poſſunt reſurgere. Inſi-
pientes aũt mortẽ quaſi ſummũ malorum re-
formidant:ſapiẽtes q̃ſi requiẽ poſt labores
⁊ finẽ malorum expetũt. Duabus aũt ex cau-
ſis mortẽ inſipientes verentur. Una q eã in-
teritũ appellant:interit⁹ aũt hoĩs eſſe nõ po-
teſt:cũ anima ſuꝑſtes corpori ſit:ſaluo eo q
ipſum corpus maneat reſurrectio. Altera
aũt cauſa q pęnas reformident:poetarũ vi-
delicet fabulis territi:latratus canis infer-
nalis cerberi: ⁊ cocyti fluminis triſtẽ vora-
ginem:⁊ nautã inferni gurgitis charonẽ triſti-
orem:furiarũ agmina aut ꝑrupta tartarea:
in quib⁹ hydra ſęuior ſedem habeat: tityi q̃;
viſcera reparandis fęcunda ſupplicijs:q̃ vul-
tur immanis ſine vllo fine depaſcitur: Ixio-
nij quoq; orbis ꝑpetuam ſub pęnę atrocita-
te vertiginẽ:et ſaxi deſuꝑ iminentis ſuꝑ ca-
pita accubantiũ inter epulas impendentem
ruinã. Hęc plena ſũt fabularũ:nec tñ nega-
uerim pęnas eſſe poſt mortẽ. Sed qđ ad
mortẽ id qđ poſt mortẽ eſt? Si aũt quę poſt
mortẽ ſunt referantur ad mortẽ:eadẽ etiam q̃
poſt vitã ſunt referantur ad vitam. Nulla er-
go erunt ſupplicia quę referantur ad mortem.
Mors eñ vt ſupra diximus abſolutio eſt ⁊
ſeparatio animę ⁊ corporis. Nõ eſt aũt ma-
Phil.1. la ſolutio: qr diſſolui ⁊ eſſe cũ chriſto multo
Pſ.33. meli⁹. Nõ igitur mala mors. Deniq; mors
peccatorũ peſſima. Nõ vtiq; mors peſſima
generaliter:ſed peſſima ſpecialiter peccato-
rum. Deniq; precioſa iuſtorũ. Unde liquet
acerbitatẽ nõ mortis eſſe:ſed culpę. Pul-
chre autẽ gręci a fine mortẽ appellauerunt.
τελευτην eñ mortem appellant: eo q finis
iſtius vitę ſit. Sed etiã ſomnũ ſcriptura
[illegible].11. nuncupat mortẽ:ſicut eſt illud: Lazar⁹ ami-

cus noſter dormit:ſed vadã vt ſuſcitẽ eum.
Somnus aũt bon⁹: quoniã quies eſt: ſicut
ſcriptũ eſt: Ego dormiui ⁊ requieui: ⁊ ſurre- Pſ.3.
xi:qm̃ domin⁹ ſuſcepit me. Dulcis igitur qui-
es mortis. Deniq; domin⁹ ſuſcitat quieſcẽ-
tes:quia dñs eſt reſurrectio. Illud quoq;
egregiũ:quod ait ſcriptura: Ante mortẽ nõ Eccl.11.
laudaueris quẽquã. Unuſquiſq; eñ in no-
uiſſimis ſuis cognoſcitur: ⁊ in filijs ſuis ęſti-
matur:ſi bene filios ſuos inſtituit: ⁊ diſcipli-
nis cõpetentib⁹ erudiuit. Siquidẽ ad negli-
gentiã patris:refertur diſſolutio filiorum. Dũ
eñ vnuſquiſq; q̃diu viuit obnoxius eſt la-
pſui:nec ſenect⁹ immunis a crimine. Ideo
legis:qr abraam mortu⁹ eſt in ſenectute bo- Geñ.25.
na:eo q in bonitate ꝓpoſiti ſui permanſit.
Mors igitur vitę eſt teſtimoniũ. Nam ſi
laudari ante gubernator nõ põt: q̃ in por-
tum nauẽ deduxerit: quomõ laudabis ho-
minẽ priuſq̃ in ſtationẽ mortis ſucceſſerit?
Et ipſe ſui eſt gubernator: ⁊ ipſe vitę huius
iactatur ꝓfundo. Q̃diu i ſalo iſto:tãdiu in-
ter naufragia. Dux ipe niſi ꝯfecto pręlio nõ
ſumit lauream:nec miles arma deponit:nec
ſtipendij mercedẽ adipiſcitur: niſi hoſte ſu-
perato. Mors igitur ſtipendiorum plenitudo
ſũma mercedis gratia miſſionis eſt. Quã-
tum autẽ morti dedit ſanct⁹ iob: qui dixit:
Benedictio morituri in me veniat. Nam Iob.29.
etſi iſaac benedixerat filios ſuos moriens: ⁊
iacob benedixerat patriarchas:tamẽ bene-
dictionis illius gratia poterat ſolis benedi-
centium meritis deputari:vel pietati pater-
nę. Hic vero nulla ꝑrogatiua meritorũ eſt:
nulla pietatis:ſed ſolius mortis priuilegiũ:
cũ benedictio cuiuſce morituri tantũ virtu-
tis habeat vt eã ſibi ſanct⁹ ꝓpheta optaue-
rit. Ac ꝑ hoc cogitemus ſemꝑ hunc verſi-
culum:⁊ corde teneamus: Si quẽ videmus
pauperem moriturũ ſumptu iuuem⁹: dicat
vnuſquiſq; noſtrũ: Benedictio morituri in
me veniat. Si quẽ viderimus debilẽ nõ de-
ſeramus:ſi quẽ in extremis poſitũ nõ relin-
quamus:occurrat ⁊ nobis dicere: Benedi-
ctio morituri in me veniat. Laudet ⁊ te vn⁹-
quiſq; moriturus:vnuſquiſq; depoſit⁹ ęuo:
vnuſquiſq; cõfect⁹ vulnere graui:vnuſq̃ſq;
morbo abſumptus:etiam morti proximus.
Hic verſicul⁹ quãtos benedici fecit:quoti-
ens mihi pudorẽ incuſſit:ſi moriturum ꝑterij:
ſi nõ viſitaui grauiter egrũ: ſi faſtidiui ino-
pẽ:ſi captiuũ nõ redemi:ſi ſenẽ ſpreui. Sit

ergo in corde ſemꝑ: vt ſtimulet duriores: vt
admoneat ꝓmptiores. Reſonēt te poſtre
ma verba morituri: ⁊ benedictionē tui egre
Prouer.24. diens corpore anima ſecū vehat. Eripe eti
am eū qui ad mortē ducitur: qui periturus
Job.29. erat niſi tu ſubueniſſes: vt dicas: Benedic/
tio morituri veniat in me.

## Queadmodum ex recapitulati/ one de bono mortis: ꝓbet anima non mori cū corpore: ⁊ quō in bo/ nis demoratura ſit. Quid etiā no/ bis cauendū ſit: ⁊ quid faciendum ſi velimus poſt mortem huius cor poris in bonis eſſe: Ca.IX.

q Vis igiᷣ dubitet de bono mortis:
cū id qd̓ inquietū: id qd̓ erubeſcen/
dum: id qd̓ inimicū nobis eſt: id qd̓
violentū: id qd̓ ꝓcelloſuꝫ ⁊ ad omnia vitia
illecebroſum eſt cōquieſcat ⁊ iaceat: ⁊ quaſi
feruida cauea claudaᷣ ſepulchri: relinquaᷣ
rabies eius exanimis ⁊ emortua cōpago vi
ſcerū in terrā reſoluatur: Id aūt qd̓ familia
re virtutibus: amicū diſciplinis: ſtudioſum
glorię: ſequax boni: deo ſubditū eſt. Ad il/
lud ſublime euolet: ⁊ cū illo puro ⁊ ꝑpetuo
bono atqꝫ immortali maneat: ipi adhęreat:
⁊ cū ipſo ſit de q̄ cognationeꝫ ducit: vt qui/
Actꝫ.17. dam ait: Cuiꝰ ⁊ genus ſumus? Nō eñ mo
ri animā cū corpore manifeſtū eſt: qꝛ nō eſt
de corpore. Nō eſſe autē eaꝫ de corpe ſcri/
Geñ.2. ptura multis modis edocet. Naꝫ ⁊ adam a
dño deo noſtro accepit ſpiritū vitę: ⁊ factus
Pſ.114. eſt hō in aīam viuentē. Et dauid ait: Cōuer
tere anima mea in requiē tuam: qꝛ dñs be/
nefecit mihi. Et in q̄ bñfecerit audi. Quia
liberauit iquit pedes meos a lapſu. Vides
gratulari eū mortis huius remedio: qꝛ finis
factus eſt erroris: qꝛ culpa non natura defe
Vbi ſ cit. Deniqꝫ quaſi exutus ⁊ liber: dicit: Pla/
cebo dño in regione viuorū. Illa eſt eñ re/
gio. Deniqꝫ illā animarū requiē dicit: terrā
eſſe dicit viuētiū: quo peccata nō penetrāt:
vbi virtutū viuit gloria. Iſta aūt regio ple
na ē mortuoꝝ: qꝛ plena delictoꝝ: meritoqꝫ
Matth.8. dictū eſt: Relinque mortuos ſepelire mor/
Pſ.24. tuos ſuos. Sꝫ ⁊ ſupra ſimiliter ait: Anima
eius in bonis demorabiᷣ: ⁊ ſemen eiꝰ hęre/
ditabit terram: hoc eſt: Anima timētis deū
habitabit in bonis: vt ſemꝑ in eis ſit et ſm
ea. Qd̓ pōt etiā de eo accipi q̄ ſit in corpo
re: vt ⁊ ipſe ſi timeat deū i bonis habitet: et
in cęleſtibꝰ ſit: ⁊ poſſideat corpus ſuū: ⁊ do/
mineᷣ ei quaſi in ſeruitutē redacto: ⁊ poſſi/
deat hęreditatē glorię ⁊ cęleſtiū ꝓmiſſoruꝫ.

Vnde ⁊ nos ſi volumꝰ poſt mortē corpo/
ris huiꝰ in bonis eſſe: caueamus ne aggluti
neᷣ anima noſtra huic corpori: ne cōmiſcea/
tur: ne inhęreat: ne trahaᷣ a corpore: ⁊ tan/
quā ebria ꝑturbationibꝰ eius vacillet ⁊ flui
tet: nec ſe ei credat atqꝫ eiꝰ delectationibus
vt cōmittat ſe eiꝰ ſenſibus. Nā ⁊ oculus eiꝰ
error ⁊ fraus eſt: qꝛ fallitur viſus: ⁊ auris eiꝰ
deceptio eſt: qꝛ ⁊ auditus illudiᷣ: ⁊ ſapor eiꝰ
deceptio eſt. Deniqꝫ non ocioſe dictū eſt:
Oculi tui recta videant: ⁊ lingua tua nō lo/ Prouer.4.
quaᷣ ꝑuerſa. Qd̓ nō eſſet dictū: niſi frequē/
ter errarent. Vidiſti meretricē: captꝰ es vul
tu eius: ⁊ forma decorā putaſti: errauerunt
oculi tui: ꝑuerſa viderūt: alia nunciauerūt.
Nā ſi vera vidiſſent: vidiſſent deformē me/
retricis affectū: inhęrentē ꝓcaciam: indecē/
tem impudicitiā: marcētes libidines: tetrā
colluuionē: animę vulnera: cōſcientię cica/
trices. Qui viderit inquit mulierē ad cōcu/ Matth.5.
piſcendum eam. Vides ꝙ iſte falſum quęſi/
uit: qui nō veritatē ſed adulterium requiſi/
uit. Videre eñ queſiuit vt cōcupiſceret: nō
vt verū cognoſceret. Errat igiᷣ oculꝰ vbi
errat affectus. Affectꝰ ergo deceptio eſt: de/
ceptio viſus. Et ideo tibi dicitur: Neqꝫ ca/
piaris oculis: id eſt: non capiaᷣ anima tua.
Mulier eñ viroruꝫ ꝑcioſas animas capit. Prouer.6.
Deceptio auditꝰ. Deniqꝫ blandimēto mul/
to ſermonis: mulier fornicaria ſępe iuuenis
cor ſeduxit: decepit: illuſit. Ergo nō laqueis
nos credamus ⁊ retibus his quę decipiūt ⁊
illudunt: qꝛ corda temptanᷣ: impediunᷣ co/
gitationes: quę impediunᷣ viſu: impediun
tur auditu: odore: tactu: ſapore. Nō ſequa/
mur illecebroſa ⁊ ſeductoria: ſed ſequamur
illud qd̓ bonū eſt: illi adhęreamꝰ: illud imi/
temur: illius ꝑſentia: illiꝰ cōmunicatio nos
meliores faciat: mores noſtros coloret: illiꝰ
quędā nos ſocietas informet. Qui eñ bo/
no adhęret aſſumit inde qd̓ bonū eſt: qꝛ ſcri
ptum eſt: Cū ſancto ſanctꝰ eris: ⁊ cū ꝑuerſo Pſ.17.
ꝑuerſus eris: ⁊ cū innocente innocens eris.
Aſſiduitate eñ atqꝫ imitatione quędā ſimi
litudinis imago formatur. Ideoqꝫ addidit:
Qm̄ tu illuminas lucernā meaꝫ dñe. Etem̄
qui appropinquat lumini citius illuminaᷣ:
⁊ plus in eo ſplēdor ęterni luminis refulget
e ꝓximo. Ergo anima quę illi adhęret inui/
ſibili bono deo atqꝫ immortali: ⁊ ipa corpo/



rea hęc fugit: ⁊ terrena ⁊ mortalia derelin/
q̄t: fitqꝫ illiꝰ ſimilis qd̓ deſiderat: ⁊ i quo vi/
uit ⁊ paſciᷣ: ⁊ qꝛ immortali intēdit: nō eſt ip
ſa mortalis. Quę enim peccat: moritur: nō
vtiqꝫ aliqua ſui diſſolutiōe: ſed merito mo/
riᷣ deo: qꝛ viuit peccato. Ergo quę nō pec/
cat nō moriᷣ: qꝛ manet in ſubſtātia ſui: ma/
net in virtute ⁊ gloria. Nam quō ſubſtātia
eius interire pōt: cū vtiqꝫ anima ſit quę vi/
tā infundit? Et cui anima infundiᷣ: vita in/
fundiᷣ: a quo anima diſcedit: vita diſcedit.
Anima ergo vita eſt: Quō pōt morteꝫ reci/
pere: cū ſit ꝯtraria? Sicut eñ nix calorē nō
recipit: nā ſtatim ſoluiᷣ: ⁊ lux non recipit te/
nebras: nā ſtatim diſcutit. Infuſo eñ lumi
ne tenebrarū horror aufertur: ſicut admoto
igne niuiū rigor deſinit: Ita ⁊ anima quę vi
tā creat mortē nō recipit: nō moritur.

## De diuino teſtimonio quo de/ monſtratur ꝙ anima nō moriatur cuꝫ corpore. Et de errore hominū qui precioſa ſtruunt ſepulchra tan quā anime ⁊ corporiſ receptacula: cum animarū ſuperiora eſſe habi/ tacula ſcripture teſtimonijs valde ꝓbetur: Ca.X.

h Abemus ergo rationē: ſed hęc hūa/
Job.10. na: illud diuinū qd̓ ait dñs: Pote/
ſtatē habeo ponendi animā meā: et
poteſtatē habeo iterū ſumendi eaꝫ. Vides
igiᷣ qꝛ nō moriᷣ cū corpore: quę ⁊ ponitur ⁊
reſumiᷣ: ⁊ in manꝰ dei patris cōmendatur.
Sꝫ ne forte dicas ſpeciale eſſe qd̓ chriſti ē:
Et q̄uis ille quę ſūt hominis ſuſceperit: ta/
men qꝛ alteriuſ eſt cauſa ⁊ iſtud aſtruere: ne
tēpus craſtinetur: audi dicentē: Quid ſcis
an nocte hac a te tua anima repoſcaᷣ? Nun
quid dixit: moriaᷣ in te anima tua? Sed re/
poſcaᷣ a te. Quę data eſt repoſciᷣ: vel repe
tunt a te. Repetiᷣ eñ anima: nō interimiᷣ.
Qd̓ repetiᷣ manet: qd̓ interimitur non ma/
net. Quō eñ interimiᷣ: de qua dixit ſapien
tia dei: Nō timendū quēquā qui pōt corpꝰ
occidere: animā aūt nō poteſt? De qua dicit
Pſ.118. ꝓpheta: Anima mea in manibꝰ tuis ſemꝑ.
Semꝑ inquit nō in tēpore. Et tu cōmenda
animā tuā in manus dñi. Nō ſolum cū rece
dit e corpore: ſed etiā cū eſt in corpore eſt in
manibꝰ dñi: quia nō vides eam vnde veni/
at: aut quo vadat. Eſt ⁊ in te: ⁊ eſt cuꝫ deo.
Deniqꝫ cor regis i manu dñi: ⁊ ab eo regiᷣ
⁊ gubernaᷣ. Cor repleᷣ mente: et mens ani/
mę principale eſt: ⁊ virtꝰ animę eſt. Nō eam
virtutē dico quę in lacertis: ſed quę in cōſi/
lijs: tēperantia: pietate: atqꝫ iuſticia eſt. Si
cor hominiſ in manu dñi: multomagis aīa.
Si aīa in manu dei eſt: nō vtiqꝫ aīa noſtra
ſepulchro ſimul cū corpore includiᷣ: nec bu/
ſto teneᷣ: ſꝫ quiete pia fungiᷣ. Et ideo ho/
mines fruſtra ꝑcioſa ſtruūt ſepulchra: quaſi
ea animę et nō ſolius corporis receptacula
ſint. Animarū aūt ſuperiora eſſe habitacu
la: ſcripturę teſtimonijs valde ꝓbatur. Si
quidē ⁊ in heſdrę libris legimus: Quia cuꝫ 4.Heſdre.7.
venerit iudicij dies: reddet terra defunctoꝝ
corpora: ⁊ puluiſ reddet eas quę in tumulis
requieſcunt reliquias mortuoꝝ. Et habita/
cula inquit reddent animas quę his cōmē/
datę ſunt: ⁊ reuelabiᷣ altiſſimus ſuꝑ ſedē iu
dicij. Hę ſunt habitationes de quibuſ dicit
dñs: multas mānſioneſ eſſe apud patrē ſuū:
quas ſuis ꝑgens ad patrē diſcipulis ꝑpara
ret. Sed heſdrę vſus ſum ſcriptis: vt cogno
ſcāt gentiles ea quę in phię libris mirantur
tranſlata de noſtris. Atqꝫ vtinā nō ſuꝑflua
his ⁊ inutilia miſcuiſſent: vt dicerēt animaſ
hominū pariter ac beſtiaruꝫ eſſe cōmunes:
earūqꝫ ſummū pręmiū: ſi magnoꝝ philoſo/
phorū animę in apes aut luſciniaſ demigra
rēt: vt qui ante hominū genus ſermone pa
uiſſent: poſtea mellis dulcedine: aut cantuſ
ſuauitate mulcerent. Satis fuerat dixiſſe il
lis: ꝙ liberatę aīę de corporibꝰ ά'ιΔΗμ pete/
rent: id eſt: locū q̄ nō videᷣ. Quē locū latine
infernū dicimus. Deniqꝫ ⁊ ſcriptura habi/
tacula illa animaꝝ ꝓmptuaria nūcupauit:
quę occurrens querelę humanę eo ꝙ iuſti q̄
ꝑceſſerunt videanᷣ vſqꝫ ad iudicij diē ꝑ plu
rimū ſcilicet tēporis debita ſibi remunerati
one fraudari mirabiliter ait: coronę eſſe ſi/
milē iudicij diem: in quo ſicut nouiſſimorū
tarditas: ſic nō priorum velocitas. Coronę
eñ dies expectaᷣ ab omnibꝰ: vt intra eū di
eni ⁊ victi erubeſcant: ⁊ victores palmā adi
piſcanᷣ victorię. Illud quoqꝫ nō reliquit oc
cultum: eo ꝙ ſuꝑiores videanᷣ qui ante ge/
nerati ſunt: infirmiores qui poſtea. Cōpa/
rauit eñ vtero mulieris partꝰ huius ſęculi:
qm̄ fortiores ſunt qui in virtute iuuentutis
nati ſunt: infirmiores qui tēpore ſenectutiſ.
Defecit eñ multitudine generatiōis hoc ſę
culū tanqꝫ vulua generātis: ⁊ tāqꝫ ſeneſcēs
creatura robur iuuētutis ſuę: velut marcen
ti iam viriū ſuarū vigorē deponit. Ergo dū

expectatur plenitudo tēporis:expectāt ani
mę remuneratione debitā. Alias manet pę
na:alias gloria:⁊ tamen nec illę iterim ſine
iniuria:nec iſtę ſine fructu ſunt. Nā ⁊ illę vi
cōprehēdā in holocauſtis? Nō in decē mili/
bus hędoꝝ:nō in milibus arietū:nō in fru
ctibus impietatis recōciliat domin⁹ ꝛ pec/
cata redimunt:ſꝫ in bona vita dn̄i gratia cō
prehendit. Renūciatū eſt inquit tibi homo
quid ſit bonū:aut quid domin⁹ requirat a
te. Quid aliud niſi vt facias iuſticiā: ꝛ dili/
gas miſericordiā: ꝛ paratus ſis ire cum dn̄o
Job.14. deo tuo? Dicit ergo euāgeliū: Surgite ea
mus hinc. Dicit tibi lex: Poſt dominū deū
tuum ambulabis. Didiciſti quomō hinc
fugias: Quid moraberis? Dicit tibi euā/
Matth.3. gelium iterū: Progenies viperarū:quis vo
bis demōſtrauit fugere ab ira ventura? Et
dicit hoc illis qui veniebāt ad baptiſmū pę
nitentię. Ergo penitentia fuga eſt bona.
Gratia dei fuga eſt bona:in qua eſt aſſum/
ptio fugiētis. Deſertū fuga eſt bona: ad
q̄d fugit helias:heliſeus:iohānes baptiſta.
3.Reg.19. Fugit helias mulierē iezabel:id eſt:effu/
ſionē vanitatis:et fugit ad montē oreb:q̄d
ſignificat exiccationē: vt ſiccaretur in eo car
nalis profluuium vanitatis: ꝛ cognoſceret
pleni⁹ deū. Erat eñ ad torrentē chorrad:
q̄d eſt cognitio: vbi abūdantiā pfluentē di
uinę cognitionis hauriret:ita fugiens ſecu/
lū: vt nec cibū corporis hui⁹ exquireret: ni
ſi quem aues detuliſſent miniſtrę: ꝙ ꝙ eſca
eius plerūq̄ terrena nō fuerit. Deniq̄ qua
draginta diebus in virtute eſcę quā accepe
rat:ambulabat. Utiq̄ nō mulierem fugie/
bat ppheta tantus ſed ſeculū. An mortē ti/
mebat qui ſe obtulerat requirēti: ꝛ qui dice
bat ad dominū: Recipe aiam meā? Tędiū
vitę iſtius ſuſtinens nō cupiditatē:ſed fugi
ebat ſecularē illecebram: ꝛ ꝯuerſationis ma
culoſę contagionē: ꝛ impię ac puaricatricis
nationis ſacrilegia. Salomon ꝙ in muli
eris illius ſpecie corruptelā ſeculi huius ex/
ponit: ꝛ meretricias artes declinādas edo/
cet. Hęc eſt mulier aliena ꝛ fornicaria:a q̄
te vt cuſtodias adhortat. Ne declines in
vias ſeculi cor tuū:ſed colloces illud in ma/
nu dn̄i:in qua ēſt cor regis. Qui eñ ſeip/
ſū regit q̄d plurꝭ eſt ꝙ alijs imperare:cor ei⁹
in manu dei eſt: ꝛ quo deus vult cōuertit il/
lud: Nō mirum ſi cōuertit in bonū: qui pfe/
ctę bonitatis eſt. In manu ḡ dei ſumus
vt bonū queram⁹:illud bonū incorruptibi/
le atq̄ incōmutabile: de quo dicit amos p/
Amos.5. pheta: Exquirite bonū ꝛ nō malignū: vt vi
uatis: ꝛ ſic erit vobiſcū dn̄s de⁹ omnipotēs.
Quō dixiſtis: Odio habuimus mala: et
dilexim⁹ bona? Ubi ergo bon⁹ deus: ibi bo
na ſunt quę deſiderauit videre dauid: ꝛ vi/
Ps.26. ſurum ſe credidit: ſicut ipſe ait: Credo vide
re bona dn̄i in terra viuentiū. Illa eñ bo
na ſunt quę manēt ſp:quę nō queunt tēpo/
ris vel ętatis mutatione corrumpi. In illis
Matth.6. bonis eſt:qui deū ꝗſierit ꝛ inuenerit. Ubi
eñ cor hoīs:ibi ꝛ theſaurus ei⁹ eſt. Non eñ
ſolet bonū datū depcantibus dn̄s denega/
re. Ergo qꝛ bonus dn̄s eſt: ꝛ maxime ſuſti
nentib⁹ ſe bon⁹ eſt:ipſi adhęream⁹: cū ipſo
ſim⁹ tota aīa noſtra:toto corde: tota virtu/
te: vt ſim⁹ in lūine ei⁹: ꝛ videam⁹ ei⁹ gloriā:
ꝛ delectatiōis ſupnę fruamur grā. Ad illō
igit bonū erigam⁹ aīas nr̄as: vt in illo ſim⁹
atq̄ in ipſo viuam⁹. Ipſi adhęream⁹: q̄d
eſt ſupra oēm mentē: ꝛ oēm ꝯſiderationē: et
pace vtit ppetua ac trāqllitate. Pax aūt ſu
pra oēm mentē eſt ꝛ ſup oēm ſenſū. Hoc eſt
bonū q̄d penetrat oīa: et oēs in ipo viuim⁹
atq̄ ex ipſo pendem⁹. Ipſū aūt ſup ſe nihil
Marci.10. habet: ſꝫ eſt diuinū. Nemo eñ bon⁹ niſi vn⁹
de⁹. Q̄d ḡ bonū diuinū: ꝛ q̄d diuinū bonū.
Ps.103. Et iō dr̄: Aperiēte te manū: iplebunt oīa
bonitate. Per bonitatē eñ dei nobis vniū
ſa tribuunt: merito bona: quib⁹ nihil admi
xtū eſt mali. Hęc bona pmittit ſcptura fide/
lib⁹ dicēs: Quę bona ſūt terrę māducabitꝭ.

Boni ꝗ illius ſimiles ſimus: vt q̄ bona ſunt
adipiſcamur. Bonū qđ eſt: ſine iniquitate
eſt: ſine dolo: ſine aſperitate: cū gratia: cum
pietate: cū ſinceritate ⁊ beniuolentia: chari
tate: iuſticia. Itaqꝫ omnes virtutes: boni/
tas tanq̄ꝫ mater fecūda amplectit̄.

**Qđ nō mediocris ſit cā cur hinc
fugere debeamus. Qđqꝫ nō impi/
gre malicia huiꝰ ſeculi fugiēda ſit:
Et quid ſit hinc fugere. Cur etiam
malicia in terris verſetur ⁊ ſeuiat.
Qua ꝑterea ratione dn̄s ieſus vin
dictā diaboli auctoris malicie diſ/
tulerit: Necꝫ eadē ſentētia in ipſuꝫ
⁊ in homine dicta ſit: Ca. VII.**

Et igit̄ nō mediocri cauſa cur hinc
e fugere debeamuſ: vt ꝑueniamus a
malis ad bona: ab incertis ad fide/
lia ⁊ plena veritatis: a morte ad vitā. Ip
ſe quoqꝫ dn̄s dicendo: Poſui ante te bonū
⁊ malū: vitam ⁊ mortē: demonſtrauit q̄ bo
num vita eſt: ſed eterna. Si em̄ hec obno
xia ſeculo: atqꝫ eius malignitati: vtiqꝫ illa
eſt bona: que nō corrūpit̄ ⁊ mutat̄: que nul/
lo vitio degenerat: que virtute acquiritur.
Fugiamꝰ ergo maliciā ſeculi huiꝰ in quo ip
ſi dies inquit mali ſunt: ⁊ fugiamus impi/
gre. Idēqꝫ eſaias clamat: Cōualeſcite ma/
nus remiſſe: ⁊ genua diſſoluta: id eſt: nō cor
poris ſed anime genua ꝯualeſcite: vt direc/
tū ad celi altiſſima mētis veſtigiū poſſit at/
tolli: vt ſit doctrina ſolidior: vita maturior:
gr̄a plenior: prudentia circūſpectior. Hoc
eſt em̄ fugere: ſcire quo tēdas: ableuare ſe a
ſeculo: ableuare ſe a corpore: ne iterꝝ fruſtra
ſe aliqs extollat: ⁊ inflata mente carnis ſue
nō teneat caput: ⁊ dicat̄ de his: Fugerūt et
nō viderunt. Sed hoc eſt fugere hinc: mo
ri elemētis iſtius mūdi: abſcondere vitā in
deo: declinare corruptiones: nō attamina/
re cupiditates: neſcire que ſunt mūdi iſtiꝰ:
qui nobis varios gignit dolores: exinanit
cū repleuerit: cū exinaniuerit replet. Et hec
omnia inania ⁊ vacua: in quibꝰ nullus ſoli/
dus eſt fructus. Mortuꝰ eſt diues: ⁊ nihil
habet: q̄ nō eſt in deū diues: ⁊ ideo inſipi/
ens: q̄ ſapiētia cultura eſt dei: abſtinere au
tē a malis diſciplina eſt. Quis ꝗ nō fugiat
malicie locū: officinā improbitatis: que in/
terire neſciat? Deniqꝫ nō ocioſe ſignū po/
ſitū eſt ſupra cain: ne qs eū occideret: vt ſig
nificaret̄ ꝙ non extinguatur ⁊ auferat̄ a ter/
ris malicia. Timebat cain ne occideret̄: q̄
fugere neſciebat. Augetur em̄ ⁊ cumulat̄
ipſo vſu malicia: ⁊ eſt ſine moderatione: ſi/
ne fine dolo ⁊ fraude decernens: que factis
ſuis ꝓditur ⁊ ſanguine peremptorū: ſicut ⁊
cain ꝓditus eſt. Verſatur itaqꝫ in terris
malicia: et ideo rogamus voluntatē dei fie/
ri in terris ſicut ⁊ in celis: vt ⁊ hic ſit innocē/
tia. Itaqꝫ malicia q̄m illic iam locum nō
habet: hic circuit: hic ſeuit: ſeſeqꝫ infundit:
nō mundano illo merſa diluuio: nō ſodomi
tano exuſta incendio. Deniqꝫ grauiꝰ po/
ſtea in ſeminarijs pullulauit: vſqꝫ in ipſum
parricidales ac ſacrilegas inijciens manus
vniuerſorū auctorē ſalutis. Lex factū dā
nat: nō aufert maliciā. Ipſe dn̄s ieſus pec
catū donauit: auctorē eius diſtulit: vt eſſet
ꝑ quē iuſti ꝓbarent̄. Etem̄ q̄ malū deꝰ non
fecit: ſed nequitia diaboli inſeruit: vindictā
deꝰ diſtulit: vt ab ipſis quos deceperat dia
bolus vinceretur. Exercent̄ ergo decepti
vt ⁊ preciū luant facilitatis: ⁊ ſumāt ſtudia
virtutis: induſtriā cautionis. Unde ait:
Eſtote aſtuti ſicut ſerpētes. Quare ſicut ſer Matth.10.
pentes? Ut ⁊ ille ſpoliet̄ ſuo: ⁊ qui alios ex/
uere voluit: amttat que ſunt ipſiꝰ: nō vene/
na ſed merita nature. Deniqꝫ deijcit̄ ille: cū
tu aſcenderis. Scriptū eſt em̄: Videbam ſa Luc.10.
thanan ſicut fulgur cadentē de celo. Nō ful
gur inquit ſed ſicut fulgur: quia ſuū lumen
amiſit: qđ habebat anteqꝫ tibi tuuꝫ lumen
vellet auferre. Verū forte dicas: quia et
de ſaluatore legimus: Quia ſicut fulgur co Luc.17.
ruſcans de ſub celo: ita erit ⁊ aduentus filij
hominis. Bene ⁊ hic ſicut fulgur: quia ⁊
hic ſupra fulgur. Deniqꝫ fulgur de ſubcelo:
lumen autē verum ſupra celum. Ergo ſa/
thanas ſicut fulgur: quia amiſit qđ habuit:
tu autē recepiſti quod amiſeras. Nō em̄
ita circa illū ſicut circa te ſoluta eſt ſentētia.
Naꝫ chriſti gratia que te reſoluit: illū aſtrin
xit. Manet em̄ maledictio directa in ſerpē/
tem ꝓpter tuam deceptionē. Sic em̄ di/
ctum eſt ad eum: Maledictus tu ab omni/ Gen.3.
bus pecoribꝰ terre. Omniū em̄ cōmunis ini
micus eſt: qui fuit hoſtis bonorum: ⁊ ꝑ his
damnatur quos adhuc nō leſerat: quoniaꝫ
qui hoīem leſit cui illa omnia ſubiecta ſūt:
leſit omnia. Communeꝫ etenim legem ſol/
uit: qua ⁊ ipſe homini cuꝫ ceteris ſubditus
eſt: ideo cōmuni odio oīm atqꝫ execratione
maledictio/eius onerat̄. Genus aūt dam/



nationis: non mors ſed pena diuturna eſt.
Gen.3. Sup pectꝰ inquit tuū ⁊ ventrē ambulabis.
Premēda em̄ fuit noxia cōſcientia: ⁊ ꝓterē/
da malicia: fraudulentūqꝫ ſecretū tanquā a
dei facie relegandū: ſimul oſtendit̄ ꝙ terre/
na malicia ſit: que in terrā recuruet̄. Deni
Ubi s. qꝫ addidit: Et terrā edes oēs dies vite tue.
Deſcribi quidē his natura ſerpētis videt̄:
ſed magis omne vas malicie deſcribit̄: oīs
ſerpens iprobitatis: qui in ventrē ſe deijcit:
atqꝫ intra ſe venenū ſuū claudit: ⁊ intꝰ in pe
ctore ſuo voluit: cogitationibꝰ ſuis lubricꝰ:
⁊ ſup fraudes ſuas ambulans: ſuis dolis ſe
ipſe implicans: mouens ſꝑ atqꝫ exagitans
ſua venena cū cogitat. Ventrē qꝫ: hoc ē:
ſeminariū cordis ſui ꝓterens. Unde pul
Ps.57. chre dauid ait: Alienati ſunt pctōres ab vte
ro: errauerūt a ventre: locuti ſunt falſa. Fu
ror illis ſm̄ ſimilitudinē ſerpētis: ſicut aſpi/
dis ſurde ⁊ obſtruentis aures ſuas: que nō
exaudiet vocē incantantiū: ⁊ venefici cū in/
cantat̄ a ſapiēte. Propter hoc etiā illud pul
chre dictū videtur: qđ in libro ꝓphetico le/
Hiere.4. gimus: Ventrē meū doleo: ventrē meū do
leo: q̄ ibi eſt malicia vbi debet eſſe innocē/
tia: ⁊ illud plus laborat qđ in nobis debet
eſſe trāquilliꝰ: atqꝫ id neq̄tie veſtigijs ꝑcul/
patur: ſtimulat̄ vnguibꝰ: ꝓceſſu quodā im/
probitatis incremētoqꝫ ꝯcutit̄: vbi ē genita
le ſeminariū poſteritatis eterne. Videt̄ q̄/
dē hoc ad id eſſe referēduꝫ ꝙ dolebat: periſ/
ſe quos creauit filios ⁊ ſuſcepit: ſed multo/
magis ꝙ in vētre ſuo verbi ſeminariuꝫ non
habebāt. Ideo ventrē ſuū dicit: quaſi ꝓcio/
ſiſſimū. Precioſus em̄ mētis vterus eſt: in
quo fecūda ſeges ꝯſilioꝝ verbi ſemine pul/
lulare cōſueuit: ⁊ vite totius ſolēt atqꝫ vir/
tutū ac diſciplinarū quedā mēbra formari.
Sed vt reuertamur ad ꝓpoſitū: ꝙ malici
Gen.3. am deꝰ reprimendā interimqꝫ abolendā pu
tauerit: ait ad ſerpentē: Et inimicitias po/
nā inter te ⁊ inter mulierē: ⁊ ſemē tuum ⁊ ſe/
men mulieris. Ipſa tibi ſeruabit caput: et
tu illiꝰ calcaneū. Ubi inimicitie ſunt: diſcor
dia eſt nocēdiqꝫ ſtudiū: vbi nocendi ſtudiū
ibi malicia ponit̄. Ergo diſcordia inter ſer/
pentē ⁊ mulierem: diſcordie malicia ſubeſt.
Nō ē ꝗ ſublata malicia. Deniqꝫ ſeruatū ē
ſerpenti vt calcaneū mulieris ⁊ ſeminis eiꝰ
obſeruet: quo noceat ⁊ venenū ſuum infun
dat. Nō ꝗ ambulemus in terrenis: ⁊ ſerpēs
nobis nocere nō pōt. Sumamꝰ euāgeliciꝫ
calciamentū quo venenū ſerpētis excludit̄:
morſus eius hebetat̄: vt ſimꝰ calciati pedes
in euangeliū. Et fortaſſe ideo moyſes iu/
bet̄ ſoluere calciamentū pedū ſuorum vt ſu
meret calciamentū euāgelij: vel q̄ nō moy/
ſi: id eſt: nō ꝓphetis: ſed ap̄lis ꝑdicatio euā
gelij debebat̄. Ea eſt quā ſupra diximus di
cta in ſerpentē ſententia: in hoīem qꝫ cuiuſ/
modi dicta ſit cōſideremus. Maledictꝰ eſt
ille qui auctor eſt culpe: ſed nō maledictꝰ eſt
iſte qui aliena fraude deceptꝰ eſt: tn̄ q̄ non
ſeruauit mandatū dei: operū ſuorum labo/
re damnat̄. Maledicit̄ ſane terra: ſed in opi
bus pctōris: ⁊ maledicit̄ donec reſoluat̄ in
terrā. Ideo ꝗ deus ſuſcepit carnē vt maledi
ctū carnis peccatricis aboleret: ⁊ factꝰ eſt ꝓ
nobis maledictū: vt benedictio abſorberet
maledictionē: integritas peccatū: indulgē/
tia ſententiaꝫ: vita mortem. Suſcepit em̄ ⁊
mortē: vt impleret̄ ſententia: ſatis fieret iu/
dicato ꝑ maledictū carnis peccatricis vſqꝫ
ad mortē. Nihil ꝗ factū eſt cōtra ſentētiā
dei: cū ſit diuine cōditio impleta ſententie.
Maledictū em̄ vſqꝫ ad mortē: poſt mortem
autē gratia. Mortui ꝗ ſeculo ſumꝰ: qd ad
huc ſeculo deſeruimus? Mortui ſumꝰ cuꝫ
chriſto: quid adhuc vite huiꝰ actus requiri/
mus? Mortē em̄ chriſti in corꝑe nr̄o circūfe
rimus: vt ⁊ vita chriſti in nobis manifeſtet̄.
Nō ꝗ iam nr̄am illā vitā ſꝫ chriſti vitā vi/
uimꝰ: vitā innocētie: vitā caſtimonie: vitaꝫ
ſimplicitatis oīmqꝫ virtutū. Cū chriſto re/
ſurrexerimꝰ: in ipſo viuamꝰ: in ipſos aſcen/
damus: vt ſerpens calcaneū nr̄m qđ vulne
ret in terrenis reꝑire nō poſſit.

**Quō hinc animo fugere poſſimꝰ
etſi corpore retineamur. Qđ etiaꝫ
hinc q̄ tēpus breue eſt fugiamus:
ne cū ꝑtereunte figura mundi: ope
ra noſtra noſqꝫ ipſi ꝑtereamus: qđ
ſi cauere velimꝰ: mandata dei non
ꝑtereamus: neqꝫ diſcipline alicuiꝰ
ꝓfectū: quēadmodū ioſeph fecit:
⁊ in ſara oſtendit: ⁊ ſic iacob execu/
tus eſt: Ca. VIII.**

Ugiamus hinc. Potes animo fu/
f gere: et ſi retineris corpore. Potes
⁊ hic eſſe ⁊ adeſſe ad dn̄m: ſi illi ad/
hereat aīa tua: ſi poſt ipſū cogitationibꝰ tu/
is ambules: ſi fide nō ſpecie vias eiꝰ ſequa/
ris: ſi ad ipſum confugias. Eſt em̄ refugiuꝫ
⁊ virtꝰ: cui dicit dauid: Ad te cōfugi ⁊ nō ſū

deceptus. Ergo qꝛ deus refugiū: deus autē
in cęlo ⁊ ſupꝛa cęlos: vtiq̄ȝ hinc illo cōfugiē/
dum eſt vbi pax: vbi requies ab operibus:
vbi epulemur ſabbatuꝫ magnū: ſicut dixit
moyſes: Et erunt ſabbata terrę vobis eſcę.
Epulatoriū eñ ⁊ plenū iocūditatis ⁊ tran
quillitatis eſt: requieſcere in deo: ⁊ eiꝰ dele/
ctationem videre. Qui ergo cōfugimus ad
deū: ad munduꝫ reuertemur? Qui peccato
mortui ſumus: peccata repetemus? Qui re/
nunciauimꝰ ſęculo ⁊ vſui eius: iterū in luto
eius herebimus? Fugiamꝰ hinc: qꝛ tēpus
1. Cor. 7. breue eſt. Audi quō fugias. Et qui habent
vxores: ita ſint ac ſi nō habeant: ⁊ qui flent
tanq̄ȝ nō flentes: ⁊ qui gaudent tanq̄ȝ non
gaudentes: ⁊ qui emūt: tanquā nō poſſidē/
tes: ⁊ qui hoc mundo vtunť: tanq̄ȝ nō vtan
tur. Pręterit eñ figura huiꝰ mūdi. Nō er/
go cū p̄tereunte figura mūdi opera noſtra
p̄tereāt: nec etiā ipſi p̄tereamus: ſed manea
mus in veritate. Si maneamꝰ in chriſto ma
nemus in veritate: ⁊ cū eo manebimꝰ et nō
Pſ. 128. p̄teribimus: ſed dicemꝰ: Benedictio dñi ſu
per vos: benediximus vobis in nomine do
mini. Qui eñ p̄tereūt nō poſſunt dicere:
quia nō dixerunt p̄tereuntes viā: benedic/
tio dñi ſup vos: queādmodū dixit ꝓpheta.
Itaq̄ȝ ſi volumꝰ nō p̄terire opa noſtra: nō
p̄tereamus mandata dei: nō p̄tereamus re/
quirēdi ieſu dñi diligentiā: emerēdi eiꝰ gra/
tiā. Nō p̄teriuit eum illa mulier: quę vſq̄ȝ
in phariſei domū ingreſſa: in qua chriſtꝰ re/
cūbebat: in pedes eius ſupfudit vnguentū.
Nō p̄tereamꝰ diſciplinę alicuiꝰ ꝓfectū: ſi/
cut etiā ioſeph adoleſcentulus nō p̄teriuit:
qꝛ fratres ſuos requirebat: ⁊ ad eū feſtina/
bat locū in quo paſcebant oueſ: ⁊ cū cogno
uiſſet quia in dothaim ſunt: prexit eo. Sig/
nificatur aūt illo verbo dothaim defectus
idoneus: id eſt: vanarū opinionū defectus
nō mediocris: ſed pfectus ⁊ plenus: in quo
ꝓfectus eſt animę. Sapiens eñ q̄ſi monu/
it: addidit: Deficiunt eñ ſęculares opinio/
nes: quę mulieribꝰ infirmis cōparāť. Un/
de pulchꝛe quo oſtenderet ſara ad ꝓfectum
Gen. 18. veniſſe vt generaret riſum ⁊ lętitiā. Defece/
runt inquit ſarę fieri muliebꝛia. Bona ergo
defectio cupiditatū: defectio vanitatis: qꝛ
veritatis adiectio eſt. Unde ⁊ ſanctꝰ dauid
Pſ. 118. ait: Defecit in ſalutare tuum aia mea. Pa
ritura eñ erat quę cōceſſerat ⁊ ꝓmiſerat de/
us: paritura lętitiā: ⁊ ſobꝛiā illam iocūdita/
tis ebꝛietatē: paritura ante expectatū inge/
nium celeritate partus: fęta ſapiētię. De/
niq̄ȝ ⁊ de alijs hebꝛęis mulieribꝰ habes: qꝛ Exo. 1.
hebꝛęę prius pariunt q̄ȝ veniāt obſtetrices:
eo q̄ animę iuſtoꝝ nō expectent artes ⁊ di/
ſciplinas ꝓpter inuentionū genera: nec re/
quirant adiumēta generādi: ſed ſponte par
tus ſuos fundant: expectationēq̄ȝ p̄ueniāt.
Nec minus impiger ad inueniendū q̄ȝ ad
exequendū iacob: cui cum mater dixiſſet vt
inferret patri eſcas: definitionū genera ſup
petiſſe cernimus. Nam ⁊ cito inuenit: ⁊ in/
uentorū ſuorum auctorē teſtificatꝰ eſt deū:
in quo ⁊ diligentię palma ⁊ ingenij ſanctifi/
catur vbertas. Prima ergo definitio in in/
uentione. Qđ iueniť q̄riť: ⁊ qđ q̄riť tēporis
eſt: qđ tēporis eſt: vtiq̄ȝ diligētię eſt. In/
geniū igiť diuini eſt muneris: qđ aūt diui/
ni muneris: hoc naturę. Ingeniū ergo na/
turę eſt: inuentio diligentię. Illud ſine tem
pore: hoc indiget tēpore. Ideoq̄ȝ illud in tē
pore p̄ſto eſt: hoc in ſpacio tēporis inueſti/
gatur. Illud ſupꝛa nos: hoc vero ad nos re
fertur. Querenti igitur patri cibum verbi(
Nō eñ in ſolo pane viuit homo: ſed in om/ Matth. 4
ni verbo dei) Talē cibum quęrebat iſaac:
Talē cibū eſuriuit petrꝰ q̄ñ vidit creditu
ri gentilis populi myſteria. Eſau p̄ſto nō
habuit cibū ſpiritalis ⁊ velocioꝛis ingenij.
Dū ille venať ⁊ quęrit: ⁊ pꝛędarū atq̄ȝ agre/
ſtem ſermonē ſuggerere parat: pręuenit ia/
cob celeri inuētione ⁊ miti: ⁊ ꝓpe domeſti/
ca reſponſione ſuaue verbū miniſtrās: quo
eum mulceret ac delectaret. Unde mira/
tus pater ait: Quid eſt hoc qđ tam cito in/ Gen. 27.
uenire potuiſti fili mi? Reſpōdit iacob: Qđ
tradidit dominꝰ deus tuꝰ in manus meas.
Prima definitio in interrogatione eſt: ſe/
cunda in reſpōſo. Plena igiť omnia repe
riens pater quę erāt vel ingenij vel diligen
tię: definitionis cōſummationē cōcluſit di/
cens: Ecce odoꝛ filij mei tanquaꝫ odoꝛ agri Ubi ſ.
pleni: cui benedixit dñs. Ager eñ ⁊ natu/
rale habet fertilitatis ingeniū: ⁊ culturę di/
ligentiā temporalē: meritoq̄ȝ i eo eſt pleni/
tudo: cui vtrūq̄ȝ nō deeſt ſimul. Cū addi/
derit: quē benedixit dñs: videť naturę gra/
tiā p̄tuliſſe inuētionis laboꝛi. Et cōfirma
uit eſau dicens: Iuſte vocatū eſt nomen il/
lius iacob. Supplantauit eñ me iam bis: et
pꝛimogenita mea accepit. Sꝫ forte dicas:
In quo morā fecit: qui ad venationē a pre



miſſus eſt? Sed cōſidera: qꝛ ⁊ pater ꝓnū/
ciauit: qꝛ paratū habere nō poſſet qđ ſpiri/
taliter petebať: ⁊ ideo qꝛ deficiebat igenio
vel diligentię ſubſidiū: vt adiūgeret exige/
bat. Celeritatis quoq̄ȝ admonet qui ait:
Cape arcū ⁊ ſagittā. Accepit tñ ⁊ diligentię
fructū: qui agnoſcit ſuperiꝰ ⁊ ſui ingenij mu
nus. Nec imerito domeſticos cibos detu
lit: qui de domeſticis ſeminis ſui ſapiētię ſi/
bi acquiſiuit copulā. Bona aūt diligētia cū
ſapientia: ⁊ inuentio cuꝫ ingenio naturali.
Deniq̄ȝ habēs in ꝓmptu ſapiētię copulam
ſanctꝰ iſaac: deambulabat in cāpo: imo ab/
alienabať. Et nos pꝛimo ſapiētię copule/
mur: ⁊ ſic exeamus in campū: quęrere ⁊ iue/
nire cupiētes. Multi eñ ſine ſapiētia ma
le quęrunt. Et ideo cain: qꝛ nō acceperat a
deo pꝛudentiaꝫ: male quęſiuit: male exiuit
in campū. Abel bene qui pfectū ſacrificij
munus impleuit. Bonū eñ ſapientię ſacri/
ficiū: bona eſt hoſtia fides: ⁊ omnis virtus.
Prouer. 9. Deniq̄ȝ ſapiētia interfecit ſuas hoſtias: ⁊
miſcuit in cratere vinū ſuū. Et ideo vt inſi/
piētibus gentilibꝰ potū fidei daret: ad cra/
terē ſuum cōuocauit eos dicēs: Qui eſt in/
ſipiens: deuertat ad me. Et egentibꝰ ſenſu
dixit: Uenite ⁊ edite de meis panibus: ⁊ bi
bite vinū qđ miſcui vobis. De hoc crate/
re plato in ſuos libꝛos transferenduꝫ puta/
uit: ad cuius potū vocauit animas: ſed eas
explere neſciuit: qui potum nō fidei: ſed pfi/
dię miniſtrabat.

## De exhoꝛtatiōe q̄ hinc fugiamꝰ ſicut fugit de patria ſanctꝰ iacob: et ſicut cerui fugiunt ad fontes aquarum: quos ⁊ dauid ſitiebat. Quis quoq̄ȝ ſit iſte fons: ⁊ quid hūc fontem deſiderans facere debeat: exēplo ſuſanne. Quō etiam ſicut paulus ⁊ loth fugerunt: nos fugere debeamus. Quibuſ pꝛeterea modis quis bene fugere poſſit. Ca. IX.

f Ugiamꝰ hinc ſicut fugit de patria
ſanctus iacob. Sciebat eñ verā pa
triā eſſe ſuperiorē. Fugiamus ſicut
cerui ad fontes aquarum: quos ſitiebat da
uid. Sitiat ⁊ anima noſtra. Quis eſt ille
Pſ. 35. fons? Audi dicentē: Qm̄ apud te ē fons vi/
tę. Huic fonti dicat anima mea: Qñ veniā
⁊ parebo ante faciē tuā? Fons eñ deus eſt.
Sed qui hunc fontē deſiderat: effundat
ſup ſe animā ſuā: vt nihil poſſeſſioni carnis
relinquat: ſed vbiq̄ȝ anima ſupfluat. Pul
chꝛe eaꝫ effudit ſuſanna: vt euapoꝛare in ea
nō poſſent incendia coꝛpoꝛis: moꝛtis foꝛmi
dines: vitę cupiditates. Effuſa ſup ipſam
anima: omne reſtrinxit carnale deſideriū: ſę
culare ſtudiū. Quę etiā ꝓdigioſorū ſenum
⁊ impꝛudentiū p̄ſbyterorū potuit flāmas re
ſtinguere: niſi in his libidinis ꝓfluuiū redū
daſſet. A quibꝰ cū intenderet calūnia: ſi aſ/
ſenſus negareť adulterio. Ingemuit ſu/
ſanna: ⁊ dixit: Anguſtię mihi aſſūt vndiq̄ȝ. Daniel. 13.
Si eñ hoc fecero: moꝛte ęterna peribo: ſi au
tē nō fecero: nō effugiā manꝰ veſtras. Me/
lius tñ iudicauit crimen potiꝰ fugere q̄ȝ peri
culū. Ploꝛauit itaq̄ȝ cū crimen obijcereť:
ploꝛauit cuꝫ ſibi de pudica ⁊ caſta: adulteri
iudiciū vendicarent: nō moꝛtē deploꝛas: ſꝫ
caſtitatis calumniā. Religionis iniuriā plo
rauit: ⁊ effudit ſup ſe nō coꝛpus: ſed animā.
Effudiſſet eñ coꝛpus: ſi carnalibꝰ acquieuiſ
ſet. Deniq̄ȝ cū moꝛte damnareť: exclama/
uit quaſi iudex reorū arbitra calumniātiū:
⁊ innocentis cōſcientię auctoꝛitate: diuinā
ſibi in iudiciū accerſiuit cognitionem: nō ti
more moꝛtis pcita: ſed arguētis cenſurę po/
teſtate p̄celſa. Suſanna ḡ fugit ſęculū: et
ſe deo credidit: ad illā arcē ciuitatis ętternę
fugiens: quę totū mundū cōplectiť: qm̄ in/
tra deum ſunt omnia. Fugit ⁊ paulus: vt
euaderet per feneſtram in ſpoꝛta dimiſſus. 2. Cor. 11.
Spartū eñ triplex coꝛrūpi non poſſe noue/ Eccl. 4.
rat. Sed fugit vt euāgeliū dñi toto oꝛbe p̄/
dicaret: ⁊ ideo in paradiſū raptus eſt. Et
nos fugiamuſ p feneſtrā: audientes p̄cepta
dñi: ⁊ viſu ſobꝛio: atq̄ȝ oculorū caſtitate ſer/
uantes. Fugiamus ſicut loth ſodomita/
na crimina: ampliꝰ q̄ȝ ſupplicia foꝛmidans.
Magis eñ pius certa ſcelerum fugit cōta/
gia: qui ſodomitanis domū clauſit: nec co/
habitans: nec cogitans eos: quoꝝ flagitia
neſciebat ⁊ oppꝛobꝛia auerſabať: nec fugiēs
reſpexit eos: quorū cōuerſationes nō deſi/
derabat. Fugit ergo ſicut loth: qui renū/
ciat vitijs: abdicat ſe incolaruꝫ moꝛibus: q
poſt ſe nō reſpicit: qui ſuperiorē illā ciuitatē
ingrediť introitu cogitationū ſuarū: nec re/
cedit ex ea donec moꝛiať pꝛinceps ſacci do/
tū qui tulit peccatū mundi: moꝛtuus quidē
ſemel eſt: ſed moꝛiať vnicuiq̄ȝ qui baptiꝫať
in moꝛte chꝛiſti: vt cōſepeliamur cū eo: ⁊ re/
ſurgamus cū eo: ⁊ in nouitate vitę illiꝰ am/
bulemus. Bene fugis: ſi coꝛ tuū nō imiteť
g

peccatoꝛū conſilia:cogitationes eoꝝ. Oſi
fugis:ſi oculꝰ tuꝰ fugiat calices et phialas:
ne fiat libidinoſus dum moꝛatur in vino:ſi
oculus tuus aliena declinet: vt lingua tua
veritatē cuſtodiat. Bene fugi:ſi nō reſpō-
deas imprudenti ad iprudentiā illiꝰ. Be/
ne fugis:ſi auferas greſſum pedū tuoꝛuꝫ ex
oꝛe inſipientiū. Cito em̄ malis ducibꝰ erra/
tur. Sed ſi vis bene fugere: longe fac vias
tuas ab eoꝛū ſermonibꝰ. Moꝛtuꝰ eſt tibi
princeps ſacerdotū:tibi crucifixꝰ eſt:vt cla-
uis eiꝰ adhereas. Te eniꝫ in illa carne ⁊ tua
peccata ſuſcepit: affixa ſunt in patibulo tu/
oꝛū delictoꝛū chirographa: vt iam mundo
nihil debeas:cui ſemel renūciaſti. Et recte
Gal.6. nihil debes cui ſuppetit dicere: Mihi enim
mūdus crucifixus eſt:⁊ ego mundo: vt iam
moꝛtē nō timeas:ſi geras chꝛiſtū in quo po
1.Coꝛi.15. tes dicere: Ubi eſt moꝛs victoꝛia tua? Ubi
eſt moꝛs aculeus tuꝰ? Etem̄ cū vetus ho-
mo noſter affixus eſt cruci:deſtructū eſt pec
catū:obtuſus aculeꝰ:vacuata culpa: vt vl/
terius ſeruire flagitijs deſinamꝰ. Abijt em̄
vetus homo in nobis. Nunc aūt iam non
vetꝰ homo in nobis:ſed noua eſt creatura:
habens in ſe ſimilitudinē chꝛiſti: cuiꝰ moꝛti
ſimilitudini cōſepulti:imaginē vite eiꝰ aſſū
pſimus:alas grē ſpiritalis accepimꝰ. Sic
Eſa.60. igit volate:vt dicat de vobis: Qui ſunt iſti
qui vt nubes volant: ⁊ ſicut colūbe cū pul/
lis ſuis:vt nebule veſtre roꝛent iuſticiā ⁊ co
lumbe pariant ſimplicitatē. Sic nauigate
quaſi trāſfretantes mundū nō perrantes:q̄/
ſi naues tharſis:vt ad intelligibiles poꝛtus
curſum dirigatis:⁊ cōuehatis diuitias ma-
ris. Sic feſtinate vt dicat de vobis: Leues
facti ſunt ſup aquilas. Ab ira em̄ ventura
fugiendū videtis:quaꝫ declinare poterunt
qui ꝑ penitētiā ſibi ſpem locauerint euadē/
di:⁊ recōciliationis future fidē hauſerint: ꝑ
dn̄m noſtrū:cui regnū eſt a ſeculis:⁊ nūc et
ſemꝑ:⁊ in oīa ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de fuga ſeculi explicit.

## Capituloꝝ libꝛi pꝛimi de ſancto iacob ⁊ vita beata ſancti Ambꝛoſij epiſcopi:recollecta annotatio.

Q ad virtutuꝫ diſciplinā paſſioneſq̄ coer/
cendas neceſſariꝰ ſit ſermo pꝛudens ac bo
nus ⁊ mens rationi intenta. Q ꝙ docibi/
lis ſit virtus. Et ꝙ licet ratio cōcupiſcētiā
eradicare ⁊ coꝛpoꝛales motus auferre nō
poſſit:mens tn̄ ſobꝛia refrenare atq̄ repri
mere valeat q̄uis grauē paſſionē. Ca.I.
De oꝛdine ac differentia paſſionuꝫ. Et qua
ratione tēperantia q̄ maxime iſtarū paſ/
ſionum reſtinguat ardoꝛē: coꝛpꝛoaliſq̄ fe
rocitatis habenas. Ac de magnis eiuſdē
tēperantie laudibus:quā ⁊ pꝛimis homi/
nibꝰ tenendā deus mandauit:⁊ lex docet
vniuerſoꝛūq̄ infūdit affectibꝰ. Ca.II.
Q ſapientiaꝫ ⁊ diſciplinā doceri ſcriptura
teſtetur. Ac de exhoꝛtatione ad ſtudiū :et
eiꝰ cōmendatione. Et ꝙ nulli noſtrā aſcri
bere debeamus culpā:niſi noſtre volūta-
ti:qua vel peccato vel iuſticie ſeruimus.
Q ꝑterea carnē iniuſte quaſi infirmā ac/
cuſemus:cum affectus nō caro auctoꝛ ſit
culpe. Q deniq̄ conſiderandū ſit in qua
ꝑte:an peccati vel iuſticie tolerabilioꝛ ſit
ſeruitꝰ:⁊ fructꝰ vberioꝛ. Ca.III.
Quantū dominꝰ homini cōtulerit ꝑ datio/
nem legis et gratie adiunctionē. Et quid
lex operata ſit in homine iuxta ſentētiam
apoſtolicā. Ac de abſolutione duaꝝ que/
ſtionū circa verba apl̄i incidētiū. Ca.IIII.
Qua ratione lex nō ſuffecerit:ſed vltra eaꝫ
neceſſaria fuerit gratia ꝑ moꝛtē chꝛiſti do/
nata. Q̄q̄ nos etiā cū illo moꝛi:reſurgere
⁊ verſari debeamꝰ. Ca.V.
Quid ꝓfuerit legis ꝓmulgatio. Quantuꝫ
etiā vtilitatis atq̄ conſolationis homini
attulerit gratia ⁊ pignus charitatꝭ chꝛiſti:
cū incitatione ad repenſionē obſequij ꝓ
tantis beneficijs debiti:eoꝛūdēq̄ benefi-
cioꝝ cōſolatiua inductione. Ca.VI.
Qualis in nobis debeat eſſe chꝛiſti chari-
tas:et ꝙ nulla aduerſa coꝛpoꝛis vite bea/
te munus imminuunt. Q̄q̄ in ſe habeat
remunerationē ſuam qui chꝛiſtum ſic ſe/
quitur:ac beatus ſit. Q etiaꝫ ſic beata vi
ta ſit in hominibus in quibus fuerit vita
ꝑfecta:⁊ que ſit vita ꝑfecta. Quid deniq̄
vir ꝑfectꝰ querat ac illi cōueniat. Ca.VII.
Q q̄uis ſapiens delectetur ſanitate coꝛpo
ris aut liberis: nō tamen minus perfectꝰ
ſi illa amittat:⁊ ꝙ nulla aduerſa intolera-
biliter ferat:cū expoſitione eoꝛum que ad
foꝛmā iuſti viri requirunt. Ca.VIII.

Finis.



## Sancti Ambꝛoſij epī liber pꝛimꝰ de ſctō iacob ⁊ vita beata: In quo de p̄ceptis virtutū eleganter diſpu tat:feliciter incipit.

Q ad virtutū diſciplinā paſſio
neſq̄ coercēdas neceſſarius ſit ſer/
mo pꝛudens ac bonus ⁊ mens ra/
tioni intēta. Q̄q̄ docibilis ſit vir
tus. Et ꝙ licet ratio cōcupiſcentiaꝫ
eradicare:⁊ coꝛporales motus au/
ferre non poſſit:mens tn̄ ſobꝛia re/
frenare atq̄ reprimere valeat q̄uiſ
grauē paſſionē: Ca.I.

n Eceſſarius ad
diſciplinā bonis omnibꝰ
ſermo plenꝰ pꝛudentie:⁊
mens rationi intenta ꝑ-
currit virtutibꝰ:paſſiōes
coercet. Docibilis em̄ vir
tus. Deniq̄ ſtudio ⁊ diſcēdo q̄rit: diſſimu/
lādo amittit. Alioquin niſi ſermo bonus
neceſſarius eſſet ad coꝛrectionē:nūquaꝫ lex
Exo.20. diceret: Nō adulterabis. Sed qꝛ nudus
ſermo ad monendū vtilis: ad ꝑſuadenduꝫ
infirmus eſt:ideo adhibēda eſt rationis re/
cta cōſideratio: vt qꝺ ſermo bonꝰ ꝑſcripſe-
rit:ratio pleniꝰ tractata ꝑſuadeat. Nō em̄
ſeruili ad obediendū cōſtringimur neceſſi-
tate:ſed volūtate arbitra ſiue ad virtutē ꝓ/
pendimus:ſiue ad culpā inclinamur. Et iō
nos aut liber affectus ad erroꝛeꝫ trahit:aut
voluntas reuocat rationē ſecuta. Paſſio
aūt grauiſſima culpe ꝯcupiſcētia:quā ratio
mollit ⁊ cōpꝛimit. Emollire em̄ pōt:eradica
re nō pōt:qm̄ animus q̄ eſt rationis capax:
vt ſuarū paſſionū dn̄s:ſic repꝛeſſoꝛ. Neq̄
em̄ fieri pōt vt facilis ad iracundiā non ira/
ſcat:ſed vt ratione ſe tēperet:indignationē
cohibeat ac puniēdo ſe reuocet:ſicꝰ ⁊ ꝓphe-
Pſ.4. ta nos docet:dicēs: Iraſcimini ⁊ nolite pec
care. Cōceſſit qꝺ nature eſt:negauit qꝺ cul/
pe eſt. Oīs itaq̄ tēperantia ex alijs nō ex
ſe oꝛiginē ſumit:ideoq̄ ſecūda eſt. Naꝫ aut
de naturalibus ſuſcipitur: aut de vtilibus.
Itaq̄ aut naturalia tēperat: aut vtilitatis
aſſertoꝛ eſt. Deniq̄ nō ibi excidit cōcupiſcē-
tiam:ſed facit ne cōcupiſcentie ſeruiamus.

Quis em̄ tantꝰ vt coꝛpoꝛales motus poſ
ſit auferre:niſi ſolus ille qui potuit de infru
ctuoſa ficulnea dicere:hoc eſt:malicia iude-
oꝛum: Ecce anni tres ſunt ex quo veni que/ Luc.13.
rēs fructū in ficulnea hac:⁊ nō īuenio:ſucci/
de ḡ illā? Cui reſpondit ſeruus: Remitte il/
lā ⁊ hoc anno: vſq̄ dū fodiā circa illā:⁊ mit/
tam cophinū ſtercoꝛis:etſi quidē fructū fe/
cerit:ſin aūt in futuꝝ ſuccides illam. Me/
rito ad dn̄m retulit: qꝛ excidende tēpoꝛalis
ꝓlapſionis ꝑtātem ſibi ipſe vēdicare nō po
terat:ſed dn̄o reſeruabat. Deniq̄ quē de
hominibꝰ melioꝛē ⁊ foꝛtioꝛeꝫ aſſumimus q̄
ſanctū dauid:qui cupiditatē ſibi qua cōcu/
pierat aquā de lacu bethleem hoſtili inter/
cluſam exercitu: ſibi auferre nō potuit: po-
tuit mitigare? Naꝫ cū alijs vtiq̄ defuiſſe
nō inueniamus:id eſt:tāto exercitꝰ numero
cuꝫ vtiq̄ multo minus regi deeſſe potuerit
ex ceteris fontibꝰ aqua:irrationabilē quan-
dā ꝯcupiſcentiā paſſus: deſiderauit eā que
hoſtiū erat circūfuſione vallata: vnde ſine
maximo periculo non facile potuiſſet defer
ri. Itaq̄ ait: Quis mihi dabit potum de la 2.Regū.23.
cu:qui eſt in bethleem ad poꝛtā? Et cum
eſſent repti tres viri qui hoſtiū caſtra ꝑcide
rent:⁊ deferrēt aquā quā ſummo deſiderio
deſideraſſet:cognoſcens ꝙ periculo alieno
aqua ſibi eadē ꝯſtitiſſet:ꝓfudit illam dn̄o:
ne ſanguinē illoꝛū qui eā detulerāt: bibere
videret. Que res indicio eſt:ꝙ cōcupiſcen
tia quidē rationē ꝑueniat:ſed ratio cupidi/
tati reſiſtat. Humanū itaq̄ qꝺ paſſus ē da/
uid:vt irrationabiliter cōcupiſceret: ſed il/
lud laudabile qꝺ irrationabilē cōcupiſcētiā
rationabiliter parato fraudauit remedio.

Dū laudo viros qui erubuerūt deſideriū
ſui regis:⁊ maluerūt finē eius verecūdie vl
ꝑiculo ꝓpꝛie ſalutis afferre: Plus laudo eū
qui erubuit in ſuo deſiderio alienū pericu-
lū:⁊ aquā dubie ſoꝛtis p̄cio queſitā ſangui/
nis cōparauit:ſimul q̄ſi repꝛeſſa victoꝛ cupidi
tate ꝓfudit aquā dn̄o:vt oſtenderet qꝺ cō/
cupiſcentiā ſuā verbi cōſolatione reſtingue
ret. Pōt igit mens ſobꝛia impꝛeſſione refre
nare ac repꝛimere q̄uis grauē paſſionem:⁊
feruoꝛē omnē cupiditatis flagrantiſſime re/
frigerare:deriuare alio motus: ⁊ recte ratio
nis tractatione deſpuere paſſiōes. Etem̄
cū deus hominēꝫ cōſtitueret:⁊ in eo moꝛes
ſenſuſq̄ plantaret:tunc motibꝰ eius impo-
ſuit regale mētis imperiū:vt omnes ſenſus
motuſq̄ hominis eiꝰ vigoꝛe ac ꝑtāte rege/
nerent. Adiunxit ad gratiam creature:vt
mentē ipſam diuinis refoꝛmaret p̄ceptis:⁊

ſapiētię inſtrueret diſciplinis: qbus ⁊ cauē/
da noſceret: ⁊ legēda cogſceret. Mens igit
recta rōne tenet diſciplinā ſapiētię: vt diui/
nę hūana cognoſcat eruditꝰ in lege: ꝑ quā
diſcit qs ſibi ſubijcere debeat paſſiones.

**De ordine ac differētia paſſionū. Et qua ratione tēperantia ꝙ mari/me iſtarū paſſionū reſtinguat ardo/rē: corpaliſꝗ ferocitatis habenas. Ac de magnis eiuſdē tēperātie lau/dibꝰ: quā ⁊ primis hoibꝰ tenendā deꝰ mandauit: ⁊ lex docet vniuer/ſorūꝗ infundit affectibꝰ: Ca. II.**

P Aſſionū aūt velut duces ſunt: natu
ralis delectatio ⁊ dolor: qs ſequun/
tur cetere. Ille eīn cōplectunt vni/
uerſas: quaꝝ vtraꝗ nō ſolū corporis: ſ eti/
am ſm aiam paſſiones ſunt. Et qꝛ diximꝰ
ſubeſſe his alias paſſiones: ante delectati/
onē ꝯcupiſcētia: poſt delectationē gratula/
tio eſt. Ante dolorē aūt eſt timor: poſt dolo
rē triſticia. Cōmotio aūt animi cōis paſſio
⁊ delectationis ⁊ doloris eſt. Trāſcurram
alias: id eſt: ſupbiā: auariciā: ambitionē: cō
tentionē: inuidiā: quę ſunt ſm aiam paſſio/
nes: tranſcurrā etiā inexplebilē vorādi libi/
dinē: effuſionēꝗ luxurię atꝗ laſciuię: q̄ vi/
tia nexa ſunt corpi: ⁊ ſm illud opant. Me/
ritoꝗ tēperātia ꝙ maxime iſtarū paſſionū
reſtinguit ardorez: q̄ primū ſobrietate atꝗ
moderamine animū tēperat: mentez infor/
mat. Deinde etiā delitiarū abſtinētia: re/
ſtinguit habenas corpalis ferocitatis. Jō
lex recidit ciboꝝ licentiā: epularuz copias:
nō ſolū vt reſecaret luxuriā: verūetiā vt in/
hibentis ꝯtēplatione p̄cepti viā tractatiōi
rationis aperiret: q̄ irritamēta gulę ceteraſꝗ
recideret cupiditateſ: corporeas paſſiones:
motuſꝗ cohiberet. Tēperātia eſt igit cor/
rectiōis p̄uia: diſciplinę magiſtra. Ab hac
ꝓfectus iacob ſanctꝰ: ꝑmatꝰ a fratre qs nō
habebat accepit: eiuſꝗ p̄latus aſſenſu: do/
cuit in reliquū intēperātes ꝓprio ſibi viles
eſſe indicio. Ab hac ꝓfectꝰ ioſeph: ⁊ calo/
rē iuuētutis edomuit: ⁊ tēptatū adulterinis
animū illecebris: rectę rationis inductione
firmauit. Deniꝗ ꝙuis fortis eſſet ⁊ vali/
dus: tn̄ tractatu rationis fulcire ſe maluit:
Gen. 39. dicens vxori dn̄i ſui: Si dn̄s meus neſcit p̄/
ter me aliqd in domo ſua: ⁊ oia quecūꝗ ha/
bet dedit in manus meas: neꝗ ſubtractū ē
a me quicquā preter te quę vxor illius es: et
quomō faciā verbum hoc malū: ⁊ peccabo
coram deo? Hęc eſt igit rectę rationis tra/
ctatio: quā gręci logiſmon nuncupant: qua
mens ſapiētię intēta ſolidatur. Pulchra
eniz ratio: ꝙ nec beneficijs dn̄i eſſe deberet
ingratus: nec occultū poſſet eſſe peccatum:
qȯ deo teſte cōmitteret quem latere nō poſ
ſet Bona igit ratio: quę ⁊ hoſtilē plerūꝗ
affectum exuit ⁊ dolorez iniurię ſequeſtrat.

Deniꝗ ⁊ in acie plerūꝗ victorē victo mi/
tigat: ⁊ ferituri mucronē retardat: ⁊ rogan/
tem mortē eripit: eoꝗ ſubiectis parcere iu/
ſta ratio pſuadet. Nam de excludēdo vel
mitigando iniurię dolore: qs melior magi/
ſter ꝙ patriarcha iacob: qui ꝓprios coargu
ens filios ſymeon et leui ait: Odioſum me Gen. 34.
feciſtis: ita vt ſeuus videar. Et vtiꝗ vlti fu
erant ſororis iniuriā: quę cōtra inſtituta pa
tria violato fuerat pudore temerata. Nec
potuit iacob p̄ceptor diſciplinę: cuſtos pu/
doris: ſtupruz ꝓbare cōmiſſum: ſed maluit
inſolentes ratione cohiberi: ſciens ꝙ indi/
gnationē ratio tēperare poſſet. Tēperan
tia eſt igitur: quę reſecat cupiditates. Hāc
primis hominibꝰ tenendā mandauit deus
Gen. 2. dicens: De fructu aūt ligni qȯ eſt in paradi
ſo nō edetis: neꝗ tangetis illud ne moria/
mini. Et qꝛ nō eſt retēta: ideo trāſgreſſores
virtutis egregię: paradiſi exules facti ſunt:
⁊ immortalitatis exortes. Hanc lex docet:
⁊ vniuerſorū infundit affectibꝰ.

**Qd ſapientiā ⁊ diſciplinā doce/ri ſcriptura teſtetur. Ac de exhorta/tione ad ſtudiū: ⁊ eius cōmendati/one. Et ꝙ nulli noſtrā aſcribere de/beamus culpam: niſi noſtre volun/tati: qua vel peccato vel iuſticie ſer/uimus. Qd p̄terea carnem iniuſte quaſi infirmā accuſemus: cum affe/ctus non caro auctor ſit culpe. Qd deniꝗ conſiderandum ſit in qua parte: an peccati vel iuſticie tolera/bilior ſit ſeruitus: ⁊ fructus vberi/or: Ca. III.**

D Oceri aūt ⁊ ſapientiā ⁊ diſciplinaz
ſcriptura teſtatur: de tēperantia in
lege: de ceteris in libro iob: in quo
ſcriptū eſt: Nōne dn̄s eſt: qui docet intelle/
ctū ⁊ diſciplinā? Et in euangelio dn̄s ipſe
ait: Diſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊ hūilis cor/ Matth. 11.
de. Et alibi ad diſcipulos ait: Ite docete Matth. 28.
oēs gentes: baptizātes eos in noīe patris et



filij ⁊ ſpūſſancti. Unde aūt diſcipuli dic/
ti? Aut quid aliud a chriſto: niſi virtutū ope
rari p̄cepta diſcebant? Deniꝗ dauid ait:
Ps. 33. Uenite filij audite me: timorez dn̄i docebo
vos. Utiꝗ timor dei de numero virtutū eſt
Eccl. 1. via. Initiū ſapientię timor dn̄i: ꝑ quē aſci/
ſcit pię forma doctrinę: de qua paulus ait:
Ro. 6. Gratias aūt deo: ꝙ fuiſtis ſerui peccati: ſed
obediſtis ex corde in eā formā doctrinę: in q̄
traditi eſtis: liberi aūt a peccato: ſerui facti
eſtis iuſticię. Doctrina igit facit: vt poſſi/
mus puenire ad iuſticiā. Pōt igitur acqri
iuſticia diſcendo. Intendamꝰ igit ſtudio in
formā euāgelicę doctrinę. Minimuz ſtudij
plerūꝗ ꝓ maximo habet. In ſtudio eīn ſū
oia: ꝑ qȯ adhibet obedientia: quę in vtrāli/
bet partē ꝓpēderit: aut culpā adiungit: aut
gratiā. Hęc nos in primo adam traxit ad
mortē: hęc nos in adā ſcdo ad vitā vocauit.

Nō eſt ꝙ cuiquā noſtram aſcribamus cul/
pam: niſi noſtrę voluntati. Nemo tenet ad
culpā: niſi volūtate ꝓpria deflexerit. Nō
habent crimē quę inſeruntur reluctantibꝰ:
voluntaria tātum cōmiſſa ſequitur delicto
rum inuidia: qȯ in alios deriuemus. Uo/
luntariū ſibi militē legit chriſtus: volūtari/
um ſeruū ſibi diabolus auctionatur. Nemi
nē iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet: niſi ſe
prius peccatorū ęre ei vendiderit. Quid
carnem quaſi infirmā accuſamus? Mem
bra noſtra arma ſunt iniquitatis: ⁊ arma iu
ſticię. Audiſti pauperē iniuriā accipien/
tem: ꝓtexiſti eum: membra tua arma pieta
tis ſunt: quibꝰ pauperem ab iniuria vindi/
caſti. Uidiſti egenū: donaſti eum mune/
ribus dexterę tuę: mortem a tuo pectore re/
puliſti. Uidiſti eum qui dānatur ad mor/
Prouer. 24. tem: eripuiſti euz: quia ſcriptū eſt: Eripe eū
qui ducitur ad mortē: mēbra tua arma ſunt
iuſticię: ſi iniuſte hominē perire non paſſus
es. Uidiſti mulierē: caſtigaſti corpus tu/
um: mortificaſti libidines: ꝓcaces meretri/
cis oculos auerſatus deſeruiſti: mēbra tua
arma ſunt: ⁊ arma caſtimonię. Cōtra au/
tem: ſi oculus tuꝰ vidit mulierē ad concupi
ſcendū eam: aperuiſti vulnus: impreſſiſti te/
lum corpori tuo: mēbra tua arma iniquita/
tis ſunt. Uidiſti poſſeſſionē pupillorū: et
paternis eos expuliſti ſedibꝰ: trāſtuliſti ter/
minos quos poſuerūt patres tui: membra
tua arma iniquitatis ſunt. Affectꝰ igitur
nō caro auctor eſt culpę: caro autē volunta/
tis miniſtra. Nō ergo vendat nos volū/
tas noſtra. Clamat apl̄us: Neſcitis qm̄ cui Ro. 6.
exhibuiſtis vos ſeruos ad obediendū: ſerui
eſtis eius cui obediſtis: ſiue peccati in mor/
tē: ſiue obeditiōis ad iuſticiā? Ergo ſi aut
peccato ſeruimus aut iuſticię: cōſideremus
in qua parte ſeruitꝰ tolerabilior: fructꝰ vbe/
rior. Sed qui pōt eſſe fructus in morte?
Peccati eīn ſtipendiū mors: et ideo nullus
in eo fructus eſt: ſed pudoris diſpendiū: cū
ea quę geſſimus erubeſcimꝰ. Seruire aūt
iuſticię: libertas eſt. Qui eīn vocatꝰ eſt in do 1. Cor. 7.
mino ſeruus: libertꝰ eſt dn̄i. Similiter qui
liber vocatꝰ eſt: ſeruus eſt chriſti. Utraꝗ
cōditio optima eſſe ſub chriſto: ſub quo ⁊ p̄
cioſa ſeruitus: ⁊ glorioſa libertas. Precioſa
ſeruitus quaſi tanti ſanguinis p̄cio cōpara
ta. Glorioſa aūt libertas: quā nulla ſeruitꝰ
culpę: nulla peccatoꝝ vincula cōſtringunt:
nulla flagitiorū onera: nulla criminū cōmer
tia degeneris nexui ſeruitutis addicāt. Di/
ſce humilitatē o homo: aplici vim cognoſce
magiſterij. Seruū te dicis: libertus es: ſi li/
berum te iactas: ſeruus es. Nam et ille qui
quaſi ſeruus redēptus eſt libertatē habet:
⁊ iſte qui quaſi liber vocatꝰ eſt: bonū eſt illi
vt ſeruum chriſti ſe eſſe cognoſcat: ſub quo
ſeruitꝰ tuta eſt: ⁊ libertas ſecura. Quis q̄/
ſi idiotam paulū vel in ipo iure aſſerit? Sci
uit eīn diſcernere inter libertum ⁊ liberū: et
ideo nō pfunctorie ſed ꝓprie dixit: Qui eīn Abi. s.
vocatus eſt in dn̄o ſeruus: libertꝰ eſt dn̄i: ſi/
militer qui liber vocatꝰ eſt: ſeruꝰ eſt chriſti.

Reuera eīn oēs chriſti liberti ſumꝰ: nemo
liber. Oēs eīn in ſeruitute gnāti. Quid
ſeruili ꝯditioni: arrogantiā libertatis aſſu/
mis. Quid titulos nobilitatis vſurpas ſer
uilis hęreditas? Neſcis ꝙ te adę atꝗ euę
culpa mancipauerit ſeruituti? Neſcis qȯ
redemerit te chriſtꝰ: nō emerit. Nō auro: nō 1. Petri. 1.
argento redempti eſtis de vana veſtra con
ditione: ſed precioſo ſanguine agni: clamat
apoſtolus petrꝰ. Ergo redēptꝰ a dn̄o es:
ſeruus es qui creatꝰ es: ſeruus es q̄ redem/
ptus es: ⁊ quaſi dn̄o ſeruitutē debes: ⁊ qua/
ſi redēptori. Nec inferiorē putes liberti/
nitatē ſub chriſto: ꝙ libertatē eſſe. Ad dig/
nitatez ęqualis: ad tuitionē preſtantior eſt:
ad gratiam par: aduerſus lapſum cautior:
aduerſus ſuperbiā tectior. Ita libertatē ac/
cepiſti: vt meminiſſe manumiſſoris tui de/
beas: vt patrono tuo noueris legitimū ob/

ſequiū deferendū:ne ab ingrato reuocet li/
bertas Quid te beatius:qui ſub dño reg/
nas:⁊ ſub patrono militas?

## Quantū dñs hōi cōtulerit p̲ da/tionē legis ⁊ gratie adiūctionē. Et quid lex operata ſit in homie iuxta ſententiā apl̄icam. Ac de abſolutione duarū queſtionū circa verba apl̄i incidentium: Ca. IIII.

q Uid aūt eſt qđ tibi nō ꝯtulit dñs?
Legē dedit:adiunxit gratiam. Lex
peccatū denūciauit:ſ; in ꝯditiōe lu/
brica penit⁹ cohibere nō potuit. Cognoui
eñ pctm̄ qđ neſciebā:cognoui ꝯcupiſcētiā.
Qđ ante p̲ ignorantiā in me mortuū vide/
bat:reuixit:ego aūt mortu⁹ ſum pcti vulne
re. Cognitio culpę q̄ mihi ꝓfutura videbat
hęc nocuit:vt ſcirē quod vitare nō poterā.
Peccatū eñ ꝓdidit:⁊ p̲ bonū denūciatiōis
ſuę pcti ipſi⁹ acerbauit inuidiā. Itaq; ſupra
modū factū eſt pctm̄ mihi: q: cumulatū eſt
denūciatiōe mandati. Creſcit eñ culpa: cū
ꝓdit:nec cauet. Quō ḡ bonū mandatū
qđ mihi mors ē? Aut quō nō eſt mihi mors
qđ p̲ bonū ſignificatiōis ſuę demōſtrando
pctm̄ opatū eſt i me mortē? Nā certū eſt ꝙ
mors mihi acceſſit:dū qđ facio agnoſco pec
Joh.15. catū:ſicut ipſe dñs ait: Si nō veniſſem ⁊ lo
cut⁹ fuiſſem his:pctm̄ nō haberēt. Quid
miraris igit ſi lex q̄buſdā morti ſit:cū morti
ſit ⁊ dñi ſalutaris aduēt⁹:p̲ quē redēpti ſu/
mus? Infidelis eñ mortē ſibi q̄rit ex grā:
manet aūt mandati gratia. Eteñ ſicut co
gnitio venenatoꝝ poculoꝝ cōſūmat ad di/
ſciplinā medicinę:ſic diuinū mādatū ad vi/
tā ęternā. Sicut aūt ei qui male vtit no/
xijs potionib⁹:cognitio eaꝝ in malū vertit
⁊ periculū:⁊ q̄ magis venena cognouerit:h̄
ſe intelligit ampli⁹ p̲iclitari. Sic forma mā/
dati his q̄ legē interp̄tant:vel demōſtrata
atq; interdicta pctā vitare nō poſſunt: mor
tis auctor eſt. Sicut ḡ bonū antidotū etiā
ſi imprudēti aut intēperāti nō bonū: ſic bo/
nū mandatū etiā ſi intēperāti nō bonū eſt.
Ergo bonū mandatū:qđ alicui mors eſt.
Reſpōſum igit habe p̄mę ꝓpoſitionis:q:
pōt eſſe bonū mādatū qđ mihi mors ē:bo/
nū p̲ naturā ſalutarī p̄cepti:mors p̲ in tēpe/
rātiā carnis. Et q: didicim⁹ eē bonū māda
tū qđ mihi mors eſt:nūc diſcutiam⁹ quō nō
ſit mihi mors:qđ lꝫ p̲ bonū:mihi tñ opatū ē
Ro.7. mortē. Sic eñ ꝓpoſuit apl̄s: Qđ ḡ bonū
eſt mihi mors eſt? Abſit. Sꝫ pctm̄ vt appare
at peccatū:p̲ bonū mihi opatum eſt mortē.
Itaq; ſpectem⁹ ſingula. Mādatū vtiq;
legis eſt:lex aūt ſpiritalis ē:cuius gratiā vi
deo:pulchritudinē laudo:formā p̄dico: p̄ce
ptū admiror:ſ; q: carnalis ſum ego:venun/
dat⁹ ſub pctō:trahor inuit⁹ ad culpā. Eteñ
q̄ſi ſeruo culpa dñat. Itaq; odi crimen ⁊ fa/
cio. Mens odit:caro ꝯcupiſcit:ego tamē in
vtraq; q̄ legi mēte cōſentio:⁊ carne qđ nolo
hoc ago. Bonū ḡ mandatū cui ꝯſentio:⁊
mens bona q̄ qđ bonū eſt elegit: Bona ad
iudicandū:ſ; infirma plerūq; ad reſiſtendū:
q: repugnat ei corp̲iſ appetētia:⁊ captiuā eā
trahit ad erroris illecebras. In q̄ periculo
vnū eſt remediū:vt quē lex nō potuit:libe/
raret dei gratia. Sic eñ ſcriptū eſt: Infęlix Abi.7.
ego hō:q̄s me liberabit de corp̲e mortis hu
ius? Gratia dei p̲ ieſum chriſtū dñm nrm̄.
Itaq; fit vt licꝫ pctm̄ qđ latebat:id eſt:cō
cupiſcentia mea quā nō putabā eſſe pctm̄:
mortē mihi opata ſit dum ꝓdit: ⁊ ſupra mo
dū factū ſit ipſū peccatū. Erat eñ pctm̄ et
ſi neſciebat:ſ; cognitione coaceruatū eſt: et
q̄ſi incremētū erroris aſſūpſit:atq; in natu/
rā delicti ceſſit forma mādati:mihi tñ mors
nō ſit:cui ꝓmptū eſt ad chriſtū ꝯfugere:per
quē ſoluimur omni mortis p̲iculo. Abſolu
ta igit etiā ſcđa eſt ꝓpoſitio:q: mādatū mi
hi legī mors eſt:etſi mortē nō opet. Qđ eñ
ꝯturbamur fragilitatis ē:qđ euadim⁹ xp̄i.

## Qua ratione lex nō ſuffecerit: ſꝫ vltra eam neceſſaria fuerit gratia p̲ mortem chriſti donata. Qđq; nos etiam cū illo mori:reſurgere ⁊ verſari debeamus: Ca. V.

e Rgo vt ad exordia ſermonis huius
reuertamur:mēs bona eſt q̄ habet
tractationē rationis:⁊ intēdit ſapi/
entię diſciplinis:ſ; grauis lucta ē ei cū mor/
tis corpore:⁊ plerūq; rationē mentis vincit
carnis illecebra. Et iō dñs primo legē de/
dit:cui mens hois ſeſe ad obtēperandū de/
dit:⁊ ei ſeruire cępit vt eſſet ſubdita: ſ; caro
ſubiecta nō erat:q: ſapientia carnis non eſt
legi ſubdita:⁊ p̄ceptis ei⁹ repugnabat. Nō
eñ poterat virtuti obedire: cupiditatibus
dedita:⁊ lenocinijs carnalibus implicata.
Ideo laborandū eſt:vt teneam⁹ dei grāꝫ.
Mens itaq; bona ſi rationi intendat:ſed
paruꝫ p̲fecta niſi habeat gubernacula xp̄i.
Venit eñ dñs ieſus:qui noſtras paſſio/



nes cruci ſuę affigeret: peccata donaret: in
cui⁹ morte iuſtificati ſum⁹:vt totus mūdus
eius mundaret ſanguine. Deniq; in morte
ipſi⁹ baptizamur. Si igit in ipſi⁹ morte
dimittunt nobis peccata:etiā peccatoꝝ no
bis paſſiones in illi⁹ morte moriant: illius
crucis clauis affixę teneant. Si in illi⁹ mor
te mortui ſumus:quid igitur tanq̄ viuētes
ad ea quę ſunt mūdana reuocamur? Quid
nobis cū elemētis mundi? Quid cū cupidi/
tatibus? Quid cū luxuria atq; laſciuia: qui/
bus in chriſto mortui ſum⁹? Qꝫ ſi ſum⁹ in
chriſto mortui:in xp̄o reſurrexim⁹. Cuꝫ xp̄o
igit verſemur:cū xp̄o ſup̲iora q̄ ſunt:non q̄
corruptibilia ⁊ terrena quęram⁹. Chriſtus
reſurgens a mortuis: veterē hominē affixū
reliquit:nouū reſuſcitauit. Chriſtus mortu
us eſt: vt ⁊ nos peccato moreremur:deo re/
ſurgeremus. Mortua eſt caro noſtra: quid
igit peccato reuiuiſcit? Quid igit pctō obe/
dit? Quid igit peccatū regnat in mortuis:
cū mors finis peccati ſit? Mortui ſumus
carne:renouati ſumus ſpū. Spiritu ambu/
lemus:q: ſpm̄ chriſti accepim⁹. Si aūt ſpiri
tus in nobis:ergo ſit nobis caro mortua ꝓ/
pter peccatū:ſpūs vero viuat ꝓpter iuſtifi/
cationē. Sic qđ erat impoſſibile legi ſolu/
tū eſt:ſi in ſpiritu ambulemus. Sic paſſio
nes ſepelimus:ſi crucē hui⁹ corporis nō re/
ſoluam⁹. Sic chirographū peccati qđ de/
letū eſt in cruce chriſti nō reſcribemus: ſi ve
teris homis amictū quē exuimus nō indua
Cant.5. mus. Scriptū eſt eñ in cāticis: Exui tuni/
cā meā:quō induā eaꝫ? Laui pedes meos:
quō inquinabo eos? Mortificata igit no/
bis ſunt corporis mēbra:cur ei⁹ pullulāt vi
tia? Ideo lex nō p̄ualuit:q: carnē nō mor/
tificauit. Ideo quaſi vmbra p̄terijt:nō colo
rauit:ideo etiā obumbrauit nos a ſole iuſti
cię:q: exaceruauit crimina. Ergo ⁊ obfuit.

## Quid ꝓfuerit legis ꝓmulgatio. Quantū etiā vtilitatis atq; cōſolationis hōi attulerit gratia ⁊ pign⁹ charitatis chriſti:cū incitatione ad repenſionē obſequij ꝓ tantis bñficij debiti:eorūdeq; beneficioꝝ cōſolatiua inductiōe: Ca. VI.

q Uid igit ꝓfuit vt lex ꝓmulgaret ſi
ꝓfutura nō erat? Habebamus iā
legē naturę:erat vnuſquiſq; ſibi lex
qui op⁹ legis ſcriptū habebat in corde ſuo.
Illā nō tenuimus:cur addebat ei altera:in
cui⁹ opib⁹ caro nō poſſet iuſtificari? Acceſ
ſit vinculū nō ſolutio:addita eſt pctōꝝ ag/
nitio:nō remiſſio. Peccauim⁹ oēs q̄ potera
mus excuſationē p̄tendere p̲ ignorantiā:os
obſtructū eſt oibus. Profuit tñ mihi: cę/
pi cōfiteri qđ negabā:cępi delictū meū cog/
noſcere:⁊ iniuſticiā nō operire: cępi ꝓnūci/
are aduerſus me iniuſticiā meā dño:⁊ tu re/
miſiſti impietates cordis mei. Sed ⁊ illud
mihi ꝓdeſt:ꝙ non iuſtificamur ex op̲ib⁹ le/
gis. Nō habeo igit vnde gloriari in op̲ibus
meis poſſim:nō habeo vñ me iactē:⁊ iō glo
riabor in chriſto. Nō gloriabor q: iuſt⁹ ſum:
ſed gloriabor q: redēptus ſum. Gloriabor:
nō q: vacu⁹ pcti ſuꝫ:ſed q: mihi remiſſa ſūt
pctā. Nō gloriabor q: ꝓfui: neq; q: profuit
mihi quiſq;: ſ; q: ꝓ me aduocat⁹ apud p̄rē
chriſt⁹ eſt:ſ; q: ꝓ me chriſti ſanguis effuſus
eſt. Facta eſt mihi culpa mea:merces redē
ptionis: p̲ quā mihi xp̄s aduenit. Propter
me chriſt⁹ mortē guſtauit. Fructuoſior cul
pa q̄ innocētia. Innocētia arrogantem me
fecerat:culpa ſubiectum reddidit. Habes
igit quib⁹ latio ꝓfuit tibi legis. Sed dic:
q: p̲ legem ſup̲abūdauit peccatū. Sꝫ vbi Ro.5.
ſup̲abundauit peccatū:ſup̲abūdauit ⁊ gra/
tia. Mortu⁹ es peccato homo:ergo lex iam
nō obeſt. Reſurgis p̲ gratiaꝫ:ḡ lex ꝓfuit q:
acquiſiuit gratiā. Accepiſti etiā pign⁹ chri
ſti charitatis:q̄m qui ꝓ te mortu⁹ eſt aduo/
catus eſt tibi:⁊ ſanguinis ſui mercem reſer/
uat. Et qui peccatorē recōciliauit patri:mul
tomagis cōmendat innocentē ⁊ tuet ſubdi
tum:q: ſcit innoxiū. Tanti igit beneficij
debitor:nō rependes obſequiū? Heredē te
fecit: cohęredē te fec. Hęredē dei: cohęredē
chriſti:ſpiritū tibi adoptiōis infudit. Nu/
mera hęc ⁊ adiunge: nō tam ad debiti nexū
q̄ ad muneris accepti cōuerſationem. Co
heres chriſti es:ſi cōpatiare:ſi cōmoriare: ſi
cōſepeliare. Cuꝫ chriſto ſuſcipe paſſiones
eius:vt ſupra paſſiones ei⁹ cū eodē eſſe me/
rearis. Vide quō tibi peccata ſup̲iora do/
nauit:vt nihil faceret obeſſe qđ peccaſti:vi
de quō te hortatur ne amittas qđ accepiſti.
Breuis hui⁹ laboris ē meta: ⁊ corona fruc
tus ꝑpetui:tolerabilis paſſio:merces inęſti
mabilis. Quid eñ te angit? An ignobili/
tatī abiectio? Sꝫ erit tibi i futuꝝ glīoſa no/
bilitas deuotionis ac fidei. Nūc cēſus te/
nuior:vict⁹ anguſtior:ſ; erūt tibi diuitię re/
muneratiōis ęternę:in q̄b⁹ rei vlli⁹ egere nō

poſſis. Nũ amiſſio filioꝝ? Recipies ꝑpe/
tuos quos ſuſceperas tẽporales: ⁊ dicet̃ de
te: Beatꝰ qui habet ſemen in ſyon: ⁊ dome/
Ro. 8. ſticos in hieruſalẽ. Indigne inqt paſſiões
ſunt huius tẽporis ad futurã gloriam: ſcrip
tura tibi dicit. Adde qꝛ vita beata his ad
uerſis ſeculariũ moleſtiarum: aut paſſionũ
corporalium non minuitur: ſed magis ꝓba
tur. Adde quod vel patrimonij dãna nõ
ſentit: vel neceſſitudinũ forte mẽte abſcon/
dit diſpendia: abſorbet dolorẽ. Adde qꝛ
neſcit naufragia: qui ſemꝑ in portu tranql/
litatis eſt. Quid illud ꝙ labor tibi cõmu
nis eſt cuꝫ omni creatura: qꝛ ꝓpter te mun/
dus ipſe ſeruituteꝫ tolerat corruptionis: qꝛ
cũ ſanctis tibi laboris huiꝰ ⁊ expectationis
cõmune cõſortiũ eſt? Sol occaſum ſuũ reco
gnoſcit: luna defectũ: errorẽ ſtellaꝝ lumia:
dum totus corporis noſtri expectat̃ redem
ptio. Sed vereris dubios vitę anfractꝰ: et
aduerſarij inſidias: cũ habeas auxiliũ dei:
habeas tantam eius dignationem: vt filio
ꝓprio ꝓ te non pepercerit? Pulchro verbo
vſa eſt ſcriptura vt dei patris erga te piũ ꝓ/
poſitũ declararet: qui morti ꝓ te totũ obtu
lit qđ in plenitudine diuinitatis nihil ipſe
amiſit ⁊ te redemit. Cõſidera affectũ pa/
triũ. Qđ pietatis eſt: quaſi morituri filij ſuſ
cepit periculũ: quaſi orbitatis hauſit dolo/
rem: ne tibi periret fructꝰ redẽptionis. Tã
tum fuit dño ſtudiũ tuę ſalutis: vt ꝓpe mo
dũ de ſuo periclitaret̃: dũ te lucraret̃. Ille
ꝓpter te diſpendia noſtra ſuſcepit: vt te di/
uinis inſereret: cęleſtibꝰ cõſecraret. Mire
etiã addidit: ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illũ:
vt oſtenderet ꝙ ita oẽs diligat: vt dilectiſ/
ſimũ ſibi filiũ ꝓ ſingulis traderet. Pro q̃/
bus igit̃ qđ ſuꝑ omnia eſt dedit: põt fieri vt
non in illo vniuerſa donauerit? Nihil em̃
excepit: qui omniũ ceſſit auctorẽ. Nihil eſt
igit̃ qđ negari poſſe nobis vereamur: nihil
eſt in quo munificentię diuinę diffidere ꝑſe/
uerantię debeamus: cuiꝰ fuit tã diuturna ⁊
iugis vbertas: vt primo p̄deſtinaret: dein/
de vocaret: ⁊ quos vocaret: hos ⁊ iuſtifica/
ret: ⁊ q̃s iuſtificaret: hos ⁊ clarificaret. Po
terit deſerere: quos tãtis bñficijs ſuis vſqꝫ
ad p̄mia ꝑſecutus eſt? Inter tot beneficia
dei: nũ metuẽdę ſunt aliquę accuſatoris in/
ſidię? Sꝫ quis audeat accuſare: quos ele/
ctos diuino cernit iudicio? Nũ deus pa/
ter ipẽ qui ꝯtulit: poteſt ſua dona reſcinde/
re: ⁊ quos adoptione ſuſcepit: eos a pater/
ni affectus gratia relegare? Sed metꝰ eſt:
ne iudex ſeuerior ſit. Cõſidera quẽ iudicẽ
habeas. Nempe chriſto dedit pater omne
iudiciũ. Poterit te ergo ille dãnare: quẽ re/
demit a morte: ꝓ quo ſe obtulit: cuiꝰ vitam
ſuę mortꝭ mercẽ eſſe cognoſcit? Nõne dicet?
Quę vtilitas in ſanguine meo: ſi dãno quẽ Pſ. 29.
ipſe ſaluaui? Deinde cõſideras iudicem:
nõ cõſideras aduocatũ? Poteſt iſte ſeui/
orẽ ferre ſententiã: qui interpellare non de/
ſinit: vt paternę recõciliationis in nos cõfe
ratur gratia?

## Qualis ĩ nobis debeat eſſe chri ſti charitas: ⁊ ꝙ nulla aduerſa cor/ poris vite beate munus imminu/ ant. Quodqꝫ in ſe habeat remune/ ratione ſuã qui chriſtum ſic ſequit̃ ac beatus ſit. Qđ etiã ſic beata vi/ ta ſit in hominibus in quibꝰ fuerit vita perfecta: et que ſit vita ꝑfecta. Quid deniqꝫ vir perfectus querat ac illi cõueniat. Ca. VII.

Ed etſi qua imminerẽt grauia: ne/
ſ quaquã nos a chriſto ſeparare de/
berent. Cur nos ꝓ illo nõ etiam
dura ⁊ acerba toleramus: qui ꝓ nobis tam
indigna ſuſcepit? Ideoqꝫ debet in nobis
eſſe charitas: vt nullis periculis reuocemur
a chriſto. Scriptũ eſt em̃: Aqua multa nõ Cant. 8.
poterit excludere charitatẽ: ⁊ flumina nõ cõ
cludent eam: qꝛ torrentẽ tranſit anima dili/
gentis. Nulla tẽpeſtas: nullũ ꝓfundum
periculum: nullus terror mortis aut pęnę
vim charitatꝭ iminuit. In his em̃ ꝓbamur:
in his beata vita eſt: etiã ſi multis periculis
inundet̃. Non em̃ frangit̃ ſapiens dolori/
bus corporis: nec vexat̃ incõmodis: ſed eti/
am in erũnis beatus manet. Neqꝫ em̃ ad/
uerſa corporis vitę beatę munus imminu/
unt: neqꝫ de eiꝰ ſuauitate aliq̃d delibant: qꝛ
nõ in delectatione corporis vitę beatitudo
eſt: ſed in conſciẽtia pura ab omni labe pec
cati: ⁊ in eius mẽte qui cognoſcit: qꝛ qđ bo/
nũ eſt hoc delectat: etiã ſi aſperũ ſit: qđ aũt
indecorũ etiam ſi ſuaue nõ mulcet. Ergo
cauſa bene viuendi nõ delectatio corpora/
lis: ſed mẽtis prudẽtia eſt: nõ caro quę ſub/
iecta eſt paſſioni: ſed mens quę iudicat: qꝛ
nihil melius delectat q̃ cõſiliorũ honeſtas:
⁊ operũ pulchritudo. Ea igit̃ beatę inter/
pres eſt vitę. Melior eſt em̃ prudentia vel



arbitra paſſionis q̃ paſſio: p̄ſtantiuſqꝫ qđ
iudicat q̃ qđ iudicio ſubiectũ eſt. Neqꝫ em̃
fieri põt: vt ratione ſit melius qđ eſt irratio
nabile. Habet ergo in ſe remuneratioꝫ
ſuam qui ſequit̃ ieſum: ⁊ in ſuo affectu prę/
miũ: etiã ſi dura ſuſtineat: beatus tñ eſt ſu/
is moribus: beatus ipſis periculis: ſicut do
minus definiuit dicens: Beati qui ꝑſecuti/
Matth. 5. onẽ patiunt̃ ꝓpter iuſticiã. Eſt ergo beata
vita in hominibꝰ: ſed in his ſcꝫ in quibꝰ fu/
erit ꝑfecta vita. Perfecta aũt vita nõ ſen/
ſibilis iſta: ſed illa rationabilis ſm tractati/
onẽ rationis ⁊ mẽtis viuacitatẽ: in quo nõ
eſt portio hominis: ſed ꝑfectio: quę nõ tam
eſt in cõditione hominis q̃ in operatione.
Ea em̃ beatũ facit. Huic igit̃ viro quid eſt
bonũ: niſi ipi ſibi qđ habet? Et adeſt ei hoc
bonũ: ⁊ cauſa ei erit futurorũ bonorũ. De
Prouer. 5. hoc bono dixit ſalomon: Bibe aquã de tu/
is vaſis: ⁊ de puteoruꝫ tuoꝝ fontibus. Su/
perfluãt tibi aquę de tuo fonte: in tuas au/
tẽ platęas diſcurrant. Sint tibi ſoli cõſtitu/
tę: ⁊ nemo alienꝰ particeps ſit tibi: Fõs aq̃
tuę ſit tibi ꝓprius. Utere igit̃ interno bono
tuo. Teſtimonium aũt boni huius maxi
mum: qm̃ qui habet alia nõ requirit. Quid
em̃ requirat: qui inferiora deſpicit? Pręſtã/
tiſſimo aũt inhęreat: ſicut ſcriptũ eſt: Ceruꝰ
amicitię: et pullus gratiarũ cõfabulet̃ tibi.
Amicitia autẽ p̄cedat te: ⁊ vna ſit tecũ in
omni tẽpore. Bona em̃ virtutũ amicitia: et
ſummi boni charitas. Nihil itaqꝫ aliud q̃/
rit ꝑfectꝰ ille: niſi ſolũ ⁊ p̄clarum bonũ. Un
Pſ. 26. de ⁊ dicit: Unã petij a dño hanc requiram:
vt inhabitẽ in domo dñi oẽs dies vitę meę:
⁊ videã delectationẽ dñi. Neqꝫ vero eum
tanquã anguſtũ inopẽqꝫ faſtidias: qꝛ vniꝰ
hominis velut ſolitaria ſocietate ꝯtentꝰ ſit.
Huiꝰ em̃ amicitia circũdatus plurimꝰ erit.
Abundat em̃ hmõi viro ad beatitudinẽ et
ad poſſeſſionẽ boni: ⁊ ideo nihil aliud deſi/
derat. Nihil em̃ quaſi nouũ expectat: q̃ om
nia habet. Nihil ẽ em̃ boni qđ nõ habeat:
nec ſuꝑfluis delectat̃ ſed neceſſarijs: ⁊ eo ip
ſo neceſſario qđ nõ ſibi ſed carni adhęrẽti ſi
bi neceſſariũ ſit: ideoqꝫ indulget ꝙ ab inte/
rioris hominis ꝓpoſito nõ diſcrepet: ꝙ faci
at vtraqꝫ vnũ: ⁊ recõciliet exteriorẽ hominẽ
iuxta atqꝫ iteriorẽ deo: vt fiat in vtroqꝫ vnꝰ
ſpiritus. Huius igit̃ ꝓpoſiti vir: nec diſpẽ
dio minuit̃: nec aduerſis frangit̃: nec repa/
gulis inhibet̃: nec ſuoꝝ amiſſionibꝰ męſtifi
catur. Ad cuiꝰ informationẽ dicit apl̄s:
Nolumus aũt ignorare vos fratres de dor/ 1. Theſſal. 4.
mientibus: vt nõ triſtes ſitis ſicut ⁊ cęteri q̃
ſpem nõ habent. Solat̃ em̃ ſe reſurrectiõis
fide: ⁊ remunerationis gratia: nec recipit ea
mente męſticiã qua adhęret deo: ⁊ diuinę p̄
ſentię voluptate lętat̃. Qui aũt cõtriſtatur
his: nõ ſm deũ cõtriſtatur. Qđ aũt non ſm
deũ: hoc plenum ſtulticię. A ꝑfecto igitur
abeſt huiꝰ mundi triſticia: quę nõ ſm deuꝫ:
⁊ omnis ſollicitudo corporalis erũnę. Hu
iuſmodi em̃ inductioni mẽtis atqꝫ ſubſtan/
tię nõ annumerat̃ habitudo corporiſ: ⁊ qui/
dã exterioris vſus naturę: cum ſimul aduer
ſus delitias corporis: fragilitatẽqꝫ ipſaꝫ na
turę orbitatis diſpendia: ꝯtumelias: inuic/
tus animus vniformẽ debeat ſeruare con/
ſtãtiã: vt corpus ipſum ſcindat: ſenſuſqꝫ ex/
uat carnis: qui beatitudinis palmã habere
deſiderat: cuiꝰ fructus nõ in vnius portiõe
ſit ſed in plurimarũ: etſi fieri põt omniũ ſit
virtutũ cõſortio. Neſcit igit̃ ꝑfectus incõ
moda huius corporis: aut aduerſa mundi:
neqꝫ ſentit qui alienũ ab hmõi metu ne occi
dant animũ gerit. Nõ em̃ vita ꝑfectior: ſi
his careat definit̃: ſed ſi iſta cõtemnat. Nã
ſi ita definiret̃ vt ea eſſet beata vita quę ab
hmõi caſibus expers vacuaqꝫ reperiri poſ/
ſet: vtiqꝫ his accedentibꝰ nõ poſſit beatꝰ ali
quis definiri. Ea igit̃ ſequeſtrata ſunt: ⁊
hoc ſolũ in ęſtimatione beatę vitę eſt requi
ſitũ: vt nõ in alijs ſed in poſſeſſione veri bo
ni eius definitio teneret̃: qm̃ qđ habet de/
ſpuit: cętera nec requirit.

## Qđ q̃uis ſapiens delectetur ſa/ nitate corporis aut liberis: non ta men minus perfectꝰ ſi illa amittat: et ꝙ nulla aduerſa intolerabiliter ferat: cũ expoſitiõe eoꝝ que ad for mã iuſti viri requirunt̃. Ca. VIII.

Uero nunc: vtruꝫ ſapiens delectet̃
q ſanitate corporis. Negare nõ poſ
ſumus: ꝙ delectetur ſm naturã: ⁊ li
benter accipiat nõ dolere aliquid q̃ dolere:
niſi forte ꝓ chriſto ꝓ quo ſi cauſa poſcat: et
debilitatẽ corporis ꝓmpte accipiat: ⁊ totuꝫ
corpus ſuuꝫ morti offerat. Idem tamẽ etiã
p̄ter cauſam fidei atqꝫ iuſticię: ſi deſit ſani/
tas nõ afficiatur animo: neqꝫ frangat̃ dolo/
re corporis: qui ſe põt virtutũ ꝑfectione ſo/
lari. Quero etiã vtrum delectet̃ liberis.
Quis iſtud abnuat? Neqꝫ em̃ durꝰ ⁊ fer/

reus:ſed ꝑfectus querit. Tamē etſi amittat liberos:nō ideo minus beat⁹:qui non ideo minus ꝑfect⁹. Qd̄ eñ ꝑfectū beatū: Quin etiā ſi aduerſa tolerat: ꝙ̄ ſi ſecūdis affluat: magis ſolet hmōi videri ꝑfect⁹: Quis neqꝫ ſi deſint:neqꝫ ſi aſſint ext'na cōmoda:aut corporalis leticia decedere ꝗcꝙ̄ ꝟtuti ſoleat vl' accedere. Sꝫ pleriſqꝫ tā laudi fuit toleraſſe aduerſa fortiter:ꝙ̄ nō incidiſſe. Veruꝫ hec ſpecie eſtimat̄:nō pondere. Illud profundū: virū iuſtū nihil velle niſi illud ſoluꝫ ⁊ p̄clarū bonū:huic ſoli intendere: hoc vnū in bonis ducere:nō aliud cū illo:ſed ſolū ipſum ſemꝑ deſiderare:hoc delectari:cui ſi aliud adiungat̄ qd̄ delectet eum: vt eſt filiorū ſuauitas:nō illud amittitur:ſed iſtud adiūgitur. Nō eñ minuunt accedēti ad beatitudinē que augere nō poſſunt:qꝛ plenū illud ⁊ iuiolabile manet:in qd̄ anima ſeſe inducit:⁊ cui ſe inſeruit et infudit. Manet ſꝑ inter aduerſa ⁊ delectabilia ꝑfecta virtus: neqꝫ aduerſa de ꝑfectione eius quicquā minuunt:neqꝫ delectabilia adiungūt ꝑfectioni. Quid eñ eſt ꝙ is qui ad ſummū aſcēdit:aut dāni de caducis ſentiat: aut cōmoditatis? Neqꝫ vero(qd̄ grauiſſimū apud pleroſqꝫ habet̄)ſe miſerū putauit:ſi in captiuitatē:vel ipſe veniat: vel eius filij. Non eniꝫ intolerabiliter feret:qd̄ habet natura: vel qd̄ videt̄ dño. Deniqꝫ iuſt⁹ dixit:bonum verbū qd̄ locutus eſt dñs: ⁊ dixit: Fiat pax ⁊ fides in diebus meis. Nō vtiqꝫ iuſtus iſte ezechias in filios deflexiſſe erumnā captiuitatis gratulabat̄: ꝗ volūtati dñi obuiare nō poterat: et ideo mandata eius equanimiter ſuſcipiebat vt ſeruulus. Accedit illud qd̄ eſtimare poterat:poſſe ⁊ in captiuitate meritū eminere virtutis. Neqꝫ eñ minus beatus hieremias in captiuitate:minus etiā daniel: minus heſdras: min⁹ beati ananias:azarias ⁊ miſael: ꝙ̄ ſi in captiuitatē nō incidiſſent:cū ideo in captiuitatem ducti ſint:vt ꝑſo ⁊ p̄ſentia in captiuitate ſolatia:⁊ ſpem euadēde captiuitatis afferrēt.

Perfecti eſt eñ viri:cōmunitatem nature ſuſtentare animi virtute:⁊ ad meliora adducere:nec ſuccūbere his que pleriſqꝫ terribilia ⁊ formidoloſa vident̄:ſed quaſi fortē militem grauiſſimoꝝ caſuū ſuſtinere icurſus: cōflictus ſubire:⁊ quaſi ꝓuidum gubernatorem nauē in tēpeſtate regere: atqꝫ occurrendo inſurgentibus fluctib⁹ magis vitare naufragiū ſulcando vndas ꝙ̄ declinando. Nō iſte in ꝑſecutione pauidus: non in tormentis mollior:ne torquentē exaſperet:ſed quaſi athleta fortis qui repcutiat verberantē. Si nō cedis certe ſermonis flagello:ꝗ metuenda multis tormēta deſpiciat dicēs: Sagitte infantiū facte ſunt plage eorū:qui Ps. 63. cū grauiſſimo licet dolore luctet̄:nec ſe miſerabilē p̄beat: ſed oſtendat tanꝙ̄ in laterna lumen:etiā inter aſperas ꝓcellas ⁊ grauiſſimos flatus ſuam lucere nec extingui poſſe animi virtutē. Nō iſte in ſuorum iniurijs mollis: nec de ſepulchro ſollicit⁹ ſui corporis:cui ſciat celum deberi:nō in captiuitate ciuice plebis abiectior:ſed ſicut iudex ſeuerus:infideliū ꝑfidiam erroreſqꝫ cōdemnās: vt daniel qui ſacerdotū furta ꝓdebat ⁊ ſuperſtitiones eorum redarguebat: oſtendēs nulla veritate ſubnixas:ſed fraudib⁹ adumbratas. Talis vir poſtremo eſt ꝑfect⁹:qui oēs velit bene agere:nihilqꝫ cuiquā accidere mali:etſi p̄ter voluntateꝫ eius acciderit: ipſe tamē de ꝓpria voluntate nil amittit.

Sed forte aliquis putet egritudinem atqꝫ imbecillitatē corporis impedimēto eſſe ad ꝑfectionis mun⁹ implendū:eo ꝙ nō poſſint opera manuū vlla factaqꝫ ꝓcedere. Verū ea ſibi iuſtus impedimēto eſſe non ſentiet: immo etiā eum qui illa miſerabiliter defleat corripiet:⁊ quaſi ignauū arguet:qd̄ plus in corporis vſu ꝙ̄ in animi virtute conſtituat:ꝙ ea quib⁹ ſeruiat deſideret:cuꝫ habeat ꝙ alijs magis poſſit iubere: ꝙ in paupertate ingemiſcat:qui poſſit ſupra mundi opes eſſe(Fideli eñ totus mūdus diuitiarū eſt) ꝙ ignobilitatē defleat:qui debeat deſpicere regias poteſtates:diuitib⁹ ⁊ potentibus imperare. Hec eñ vita iuſti: ꝗ etiā quas habeat facultates:cōmunes eſtimare debeat:immo etiā inopib⁹ diuidere: diſpenſare pauperib⁹:recidere volūtates ꝓprias:tenuare ſumptū:adhibere parſimoniā tēperantie:ſobrietatē tenere in ꝓſperis :patientiaꝫ in aduerſis:in dolore tolerantiā:magnanimitateꝫ in periculis:ſanitatis ꝑpetue vota neſcire:mortis iminentis terrore nō cōcuti: neqꝫ eū p̄ſtantiorē putare cui ſm̄ naturā liberi: ꝓpinqui:ſalubritas:leticia: affluētia: redūdauerint:ꝙ̄ cui illa defuerint: neqꝫ externis ſeculi:ſed virtutis domeſtice merita penſare. Illaꝫ quoqꝫ formā iuſti eſſe quis abnuat vt nihil metuat: nihil reformidet:



niſi virtutis diſpendia:aliorūqꝫ vanas formidines cōprimat:quas habeant de periculorū ſollicitudine:mortis timore: corporꝭ infirmitate: vt doceat diſſolui corpore:et eē cū chriſto multo melius: vt oſtendat qꝛ operationes nō impediunt̄ debilitatib⁹ corporis:ſed augent̄:neqꝫ ſplendore generis aut ꝓpinquorū ſubſidijs aut opibus:ſed bono cōmendantur affectu? Neqꝫ eñ minus beatus helias ꝙ̄ moyſes:cum alter cibi indigus:melotide vili:ſine filijs:ſine ſumptu:ſine comite:alter populi ductor: let⁹ ſobole: ſuccinctus potētia:diuerſo genere merituꝫ equale fundauerint:ſicut in euāgelio declaratū eſt:quādo cū dño ieſu in reſurrectiōis gloria refulſerūt. Videt̄ eñ pareꝫ his quaſi paribus glorie ſue teſtibus dediſſe mercedē. Nec minus beat⁹ heliſeus ꝙ̄ dauid: cū alter regibus ſubditus:alter regali poteſtate p̄dit⁹: ꝓphetice ſanctificationis haud diſparem ſint adepti gratiā. Quid eñ deeſt ei:qui illud bonuꝫ poſſidet: ⁊ habet ſibi ſemꝑ comitē:ſociūqꝫ virtutē? In quo ſtatu nō potētiſſimus? In qua paupertate nō diues? In qua generis ignobilitate nō clarus? In quo ocio nō laborioſus? In ꝗ debilitate nō vegetus? In qua infirmitate non fortis? In qua ſomni quiete feriat⁹: quē etiam quieſcentē virt⁹ ꝓpria nō relinquit? In qua ſolitudine nō ſtipatus: quē vita beata circūdat:quē veſtit gratia:quē glorie amictus illuſtrat? Nō minus etiā ocioſus ꝙ̄ cū operat̄ beatus:nec min⁹ dormiens ꝙ̄ vigilans glorioſus:qꝛ minus dormiēs ꝙ̄ cū vigilat incolumis ⁊ inſanus eſt. Qñ aūt feriatus videri pōt:cui⁹ mens ſemꝑ operat̄? Quādo autē ſolus:qui cū illo ſemꝑ bonus
Ps. 64. eſt:de quo ait ꝓpheta: Replebimur in bonis domus tue? Qñ abiectus cui⁹ cōuerſatio eſt in celo? Qñ nō decorus:qui ad illius decori ⁊ ſoli⁹ boni ſe cōformat ſimilitudinē: qui etiā ſi mēbris ſolutus ſit:tñ mente ſe erigat? Et tanꝙ̄ ille qui cithara canere ſolit⁹ ſi etiā diſſipatā reſolutis neruis ⁊ cōfractaꝫ viderit: ⁊ vſuꝫ eius interruptū abijciat eā: atqꝫ eius numeros nō reqrat:ſed voce ipſe ſe mulceat. Ita ⁊ iſte citharā corporis vitioſam iacere patiet̄:corde ſe oblectabit:bone cōſcientie recordatiōe mulcebit: diuinis oraculis ⁊ ſcriptis ꝓpheticis alleuiabit:ſuaue illud ⁊ iocunduꝫ animo tenens: mente cōplectens cui nihil triſte poſſit accidere:cū ſemꝑ ei diuine p̄ſentie aſpiret gratia: ⁊ ipſe ſibi aſſit ſūma animi tranqllitate ꝑfuſus.

**Sancti Ambroſij epi liber prim⁹ de ſctō Jacob ⁊ vita beata explicit.**

## Capituloꝝ libri ſecūdi de ſancto iacob ⁊ vita beata ſancti Ambroſij epiſcopi:recollecta annotatio.


Poſt ꝯtinuationē huius libri ad ſuperiorē: quēadmodū iacob beat⁹ fuerit etiā cū patriā relinqueret. Ac de definitione beati: Et ex hoc ꝙ ſancto iacob nihil boruꝫ ꝗ ad meritū btīdinis ſpectant: defuerit. Ca. I.

De excuſatione parentū ſancti iacob:ꝙ iuniorem filiuꝫ ſeniori p̄tulerint:ſimulqꝫ de cautela parentū circa filios obſeruanda. Et quali affectu iſaac ⁊ rebecca d̄ filijs certauerint. Qua ratione etiā iacob vicerit: ac de cōmendabili myſterio eorū que circa benedictionē ipſi⁹ facta ſunt. Ca. II.

Quid ſignificet ꝙ celebrata bñdictione poſtea ſenior frater aduenerit:⁊ vt ipſe bene diceret̄ cogendo elicuerit ⁊ impetrauerit. Cur preterea ea cōditione vt fratri ſuo ſeruiret. Ca. III.

De ortu iuidie ⁊ minitatione eſau ꝙ fratreꝫ occideret:⁊ quēadmodū ꝓuidendū ſit ne parricidium ſequatur: ac de ꝓfectione iacob ad laban. Ca. IIII.

De ditatione iacob apud laban: ⁊ ob id in inuidiā vocati:ac de diuina iuſſione vt in terram ſuam reuertat̄. Qualis p̄terea vir iuſtus eſſe debeat:ſi inuidia fuerit exorta. Quid deniqꝫ ſignificet inquiſitio laban: ⁊ nihil ſui apud iacob inuētio. Et ex h̄ de beati iacob excellēti cōmēdatiōe. Ca. V.

Quid ſignificet ꝙ ꝓficiſcenti iacob:angeli dei occurrerūt. Quid ſibi etiam velit ꝙ ipſe fratri occurrēs ſepties in terra adorauerit. Quid deniqꝫ ꝙ petitur⁹ a fratre ꝯcordiā in caſtris dormiuerit. Ca. VI.

De lucta iacob cuꝫ deo:⁊ quid ſit luctari cū deo. Qua ratione etiā claudicauerit. De vindicta quoqꝫ filiorū ei⁹ in alienigenas ꝓpter ſororis deflorationē:⁊ ipſius iacob manſuetudine atqꝫ clemētia. De reſponſo p̄terea diuino ſibi dato vt exurgeret et aſcēderet in locū bethel. Ca. VII.

De comendabili ſancti iacob ſenectute:futurarūqꝫ ac dubiarū rerum:finis quoqꝫ vite ſue p̄uidentia:atqꝫ agendorum diſpoſitione. Ca. VIII.

Qua ratione ſanctꝰ iacob cũ in ipſis moꝛtẽ eſſet diebus merito p̄dicandus fuerit beatus: multiplicĩꝙ eius laude p̄ſertim in patriarcharũ benedictione. Q̃ p̄terea neq̧ ioſeph: neq̧ eſaias: neq̧ hieremias: neq̧ daniel: neq̧ mater machabęoꝛũ cũ filijs: negandi ſunt fuiſſe beati: licet grauia ſuſtinuerint ſupplicia. Ca. IX.

Quantę laudis fuerit ſacerdotuʒ ſacerdos eleaʒarus in ſuppliciorum cõſtanti toleratione. Atq̧ ideo nõ minus ſed magis fuerit beatus. Ca. X.

De admirabili patientia ac foꝛtitudine ſeptẽ fratrũ machabęoꝝ: quibus mater octaua addita fuit: qui ſuis ſupplicijs merituʒ beatę vitę acquiſierũt. Ca. XI.

De ſingulari beatę illius matris ſeptẽ filioꝛum cõmendatione. Ca. XII.

Finis.

## Sancti Ambroſij epiſcopi de ſancto Jacob ⁊ vita beata liber ſecundus: In quo claroꝛũ viroꝛũ demõſtrat exemplis: beatitudinẽ vite in ſũmis periculis non ſolũ nõ amitti ſed ⁊ acq̄ri poſſe: feliciter incipit.

Poſt continuationẽ huius libꝛi ad ſuperioꝛẽ: quẽadmodum iacob beatus fuerit etiã cum patriam relinqueret. Ac de definitione beati: Et ex hoc ꝙ ſancto iacob nihil hoꝛum que ad meritum beatitudinis ſpectant: defuerit. Ca. I.

ſ Uperiore libro de virtutũ p̄ceptis diſputauimus: Sequẽti claroꝛũ viroꝛum vtamur exemplis: q̄ in ſummis periculis poſiti: beatitudinẽ vitę nõ amiſerunt: ſed potius acquiſierũt. An nõ beatus iacob etiã cũ patriã relinqueret? Immo plane beatus: q̄ dura exilij ſuſcepit: vt fratris mitigaret iracundiam. Nã ſi beatus eſt qui peccatũ declinat: vtiq̧ negari beatus eſſe nõ poteſt: q̄ alterius culpã leuat: crimen auertit. Paratum itaq̧ parricidiũ declinauit exilio voluntario: eoq̧ facto ſibi ſalutẽ quęſiuit: fratri innocentiã donauit. Merito itaq̧ eum diuina vbiq̧ comitata eſt gratia: vt et cum doꝛmiret beatę vitę munꝰ acquireret. Uidebat eñ futuroꝛũ myſteria: ⁊ diuina audiebat oꝛacula. Bonus in ſomno operariꝰ: et in pauptate diues: qui mercẽnarię vitę munere: ⁊ patrimoniũ ⁊ cõiugiũ eodem parauit officio. Idẽ fraterni affectus recõciliatoꝛ egregiꝰ: certauit muneribꝰ ⁊ obſequijs: vt indignationẽ omnẽ excluderet: doloꝛem offenſionis auerteret: oſtendẽs ſe minoꝛem exilio nõ fuiſſe: qui poſſit largiri quę nõ acceperat. Sed minis ad inferioꝛa ꝓpero: ⁊ vtilia tranſcurro: cũ pꝛius definiendum ſit: quid ſit beatꝰ. Scriptũ eſt eñ: Beatꝰ vir qui nõ abijt in cõſilio impioꝛũ: ⁊ in via peccatoꝛũ nõ ſtetit: ⁊ in cathedra peſtilentię nõ ſedit. *Pſ. 1.* Hoc ſcriptura ſignificãte: eũ beatũ eſſe: qui tela pfidoꝛũ conſoꝛtio tẽperauerit. (Ea eſt eñ impietas auctoꝛẽ vitę ⁊ parentẽ quendã ſalutis nõ recognoſcere) vel in peccato nõ mãſerit: vel in luxuria atq̧ laſciuia nõ pſeuerauerit. Ipſuʒ quoq̧ in lege dñi die ac nocte meditantẽ: foꝛe tanq̧ lignũ qđ dabit fructũ in tempoꝛe ſuo. Superioꝛa merita ſunt p̄mioꝛũ: hoc meritoꝛũ pꝛęmiũ.

Quid hoꝛũ quę ad meritũ beatitudinis ſpectant defuit ſancto iacob: qui tantũ abfuit a pfidoꝛũ conſoꝛtijs: vt ex eo fidelis populus nomẽ acciperet: iſrael dictꝰ: eo ꝙ deũ mentis internę oculis intuereť: peccati abſtinens: a luxurię omnis ebꝛietate ſobꝛius: vt dura laboꝛũ abſoꝛbuerit: ocij ſecura neglexerit? Nõne pulchꝛe ⁊ vere de hoc dictuʒ eſt: qđ ⁊ hic fructũ dabit in tẽpoꝛe ſuo: de quo ſcriptũ eſt: Ecce odoꝛ filij mei tanq̧ odoꝛ agri pleni? *Gen. 27.* Erat eñ perfectus in omni floꝛe virtutũ: ⁊ ſacrę benedictionis atq̧ cęleſtis redolebat gratiã. Ipſe eſt eñ ager quẽ benedixit dñs: nõ iſte terrenus aut hoꝛridus: ſiluis adhuc fragoſus toꝛrẽtibus: aut paluſtris pigrioꝛibꝰ aquis: aut ieiunus frumentis: aut inutilis vitibus: aut infęcũda glarea ſaxoſus: aut hiulcus ⁊ aridus ſiccitate: aut ſanguine madidus: aut ſentibus incultus: ſed ille ager de quo dicit eccleſia in canticis: Adiuraui vos filię hieruſalẽ in virtutibus ⁊ foꝛtitudinibꝰ agri. *Cant. 2.* Hic namq̧ eſt ager: de quo ⁊ dñs ait: Et ſpecies agri mecũ eſt. In hoc agro vua illa reperiť: quę expꝛeſſa ſanguinẽ fudit: ⁊ mundũ diluit. In hoc agro eſt ficus illa: ſub qua ſancti requieſcẽt ſpiritalis gratię ſuauitate recreati. In hoc agro eſt oliua illa fructifera: dominicę fluens pacis vnguentũ. In hoc agro floꝛẽt malogranata: quę plurimos fructꝰ vno



fidei munimine tegunt: ⁊ quodã fouẽt charitatis amplexu. Hos igiť fructus redolebat iacob: qui deũ p pericula ſequebatur: ⁊ tutum ſe eius vbiq̧ deductione credebat.

Nam licet dulcis ⁊ ſuauis odoꝛ ſit agri: q̄ eſt odoꝛ naturę: tamẽ in ſancto patriarcha virtutũ ſpirabat gratia. Q̃ cõtinens erat parſimonia: qui cibũ ſibi paratũ nõ expetiuit: ſed petenti fratri ſine dilatione cõceſſit: a quo pꝛimatꝰ benedictionis accepit. Q̃ pius erga parẽtes: vt p̄ferri germano ſenioꝛi materno mereretur: ⁊ paternę benedictionis munere ſacraretur. Q̃ religioſus vt fratrẽ recuſaret lędere. Q̃ verecũdus vt patrẽ timeret fallere. Q̃ honoꝛificꝰ: vt matri qđ iubebat nõ poſſet negare.

## De excuſatione parentũ ſancti iacob: ꝙ iunioꝛẽ filium ſenioꝛi p̄tulerint: ſimulq̧ de cautela parentũ circa filios obſeruanda. Et quali affectu iſaac ⁊ rebecca de filijs certauerint. Qua ratione etiaʒ iacob vicerit: ac de cõmendabili myſterio eoꝛum que circa benedictionẽ ipſius facta ſunt: Ca. II.

ſ Ed nec parentes nobis inexcuſati relinquẽdi ſunt: ꝙ iunioꝛem filium ſenioꝛi p̄tulerunt. Simul cauendum ne quis eoꝛũ dũ intendit exemplo: vnquã intra filios habeat iudiciũ: vt alterum diligendum putet: alterũ poſthabendum.

Hinc eñ excitanť odia fraterna: ⁊ de pecunię vilis incremẽto: facinus parricidale cõponitur. Eadeʒ fouet ꝑlem menſura pietatis. Eſto tamẽ vt aliquid ſibi ampliꝰ circa blandioꝛẽ aut ſimilioꝛẽ rapiat affectꝰ: Par debet circa omnes eſſe foꝛma iuſticię. Plus cõfertur dilecto cui fratrum amoꝛ quęritur: plus autẽ adimitur ei qui p̄lationis iniuſtę oneratur inuidia. Minitabať eſau ꝙ fratrem ſuũ occideret: nec fraterna euʒ germanitas: nec parentũ reuerentia a parricidali furoꝛe reuocabat: ⁊ dolebat ſibi benedictionẽ eſſe p̄reptam. Cuius vtiq̧ litigiũ ſe manſuetudine debebat ꝓbare nõ ſcelere. Sed ⁊ rebecca nõ quaſi filiũ filio: ſed quaſi iuſtũ pꝛęferebat iniuſto. Etenĩ apud matrem piã myſteriũ pignoꝛi p̄ponderabat: illum non tam fratri p̄ferebat q̄ offerebat dño: quẽ ſciebat collatum ſibi munus poſſe ſeruare: in quo ⁊ alteri cõſulebat: quẽ diuinę ſubducebat offenſę: ne grauioꝛe implicareť reatu: ſi acceptę gratiam benedictionis amitteret.

Accipe tamẽ bonũ certamen inter parẽtes. Mater deferat affectũ: pater iudiciuʒ: mater circa iunioꝛẽ tenera pietate ꝓpẽdat: pater circa ſenioꝛẽ naturã honoꝛificẽtię ſeruet. Hic magis honoꝛet: illa plꝰ diligat. Dũ ſinguli ſingulos foueãt: nõ in vnum vterq̧ cõſpirent: defraudent alterũ. Fiat ęquitas inter diuerſa certamina: ⁊ diſparibꝰ ſtudijs par vtriq̧ atq̧ ęqualis parentũ amoꝛ ⁊ gratia cõferatur: cõpenſet alter: qđ alter imminuit. Sic pio affectu iſaac patriarcha et ſancta rebecca certabant: vt neutrũ inferiorem facerent: ſed vtrũq̧ ęqualẽ. Uicit tamen ille qui p̄ferebatur oꝛaculo: vicit impigritia tarditatẽ: manſuetudo duriciã. Duʒ alter venatu aſpero pꝛędã quęrit agreſtem: hic mitiũ cibos moꝛum: hic domeſticã gratiam: hic tenerę manſuetudinis atq̧ pietatis pio pr̃i dulces epulas miniſtrauit. Plus placet in animis quicquid occurrerit: q̄ q̄cquid affectatũ putaueris deferendũ. Acceſſit ad oues iacob: ⁊ attulit innocẽtię partus: vel ſacrę ꝓphetię munera: quia patriarchę cibum nulluʒ credidit dulcioꝛem eſſe q̄ chꝛiſtum: qui ſicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt: ⁊ ſicut agnus ad victimã. *Eſa. 53.* Hunc publico parenti vel populo cuius typum gerebat cibum vtilẽ iudicabat: quo futura erat remiſſio peccatoꝛũ. Ideo ſtolã accepit fratris ſui: quia ſenili p̄ſtabat ſapiẽtia. Ideo iunioꝛ frater ſenioꝛeʒ fratrẽ exuit: quia fidei emicuit dignitate. Hanc ſtolam eccleſię typo rebecca ꝓtulit: ⁊ dedit filio iunioꝛi ſtolã veteris teſtamenti: ſtolam ꝓpheticam ⁊ ſacerdotalem: ſtolã illam regalẽ dauiticã: ſtolam ſalomonis: eʒechię ⁊ ioſię regum: ⁊ dedit populo chꝛiſtiano qui vti amictu ſciret accepto: quoniã populus iudęoꝛũ eam ſine vſu habebat: ⁊ ꝓpꝛios neſciebat oꝛnatus.

Iacebat hęc ſtola in vmbꝛa abiecta atq̧ neglecta. Obſcurabatur eñ tenebꝛoſa impietatis caligine: nec in anguſto coꝛde populi iudaici latius poterat explicari. Induit eam chꝛiſtianus populus et refulſit: illuminauit eam ſuę fidei claritate ⁊ pioꝛum luce factoꝛũ. Agnouit iſaac notũ odoꝛẽ generis ſui: recognouit ſtolam ſcripturę veteris: ſed vocẽ plębis veteris nõ recognouit: ⁊ ideo cognouit eſſe mutatam. Manet eñ hodie ſtola eadeʒ: ſed populi deuotioꝛis canoꝛa cępit eſſe ꝓfeſſio. Merito dixit: Uox *Gen. 27.*

quidē vox iacob:manus aūt manus eſau.
Et odoratus eſt odorē veſtimentorū. Et
fortaſſe illud eſt: quia nō operibꝰ iuſtifica/
mur ſed fide:quoniam carnalis infirmitas
operibusimpedimēto eſt:ſed fidei claritas
factorum obumbrat errorē:quę meret veni
am delictorum.

## Quid ſignificet ꝙ celebrata be/ nedictione poſtea ſenior frater ad/ uenerit:⁊ vt ipſe benediceret cogē/ do elicuerit ⁊ impetrauerit. Cur ꝑ/ terea ea cōditione vt fratri ſuo ſer/ uiret: Ca.III.

c Celebrata benedictione:poſtea ſeni
or frater aduenit. Quo declarat
prius eccleſię regnū ꝗ̄ ſynagogę in
ꝑdeſtinatione delatū:ſed ſubintraſſe ſyna/
gogā vt ſupabundaret peccatū:⁊ cū ſuper/
abūdaſſet peccatū ſupabundaret ⁊ gratia:
ſimul clareret impigrū militē regni cęleſtis
candidatū eſſe debere: vt ꝑripiat benedicti
onē:⁊ ꝑrogatiuā ſuę cōmendationis vſur/
pet. Unde nō eſt notatꝰ a patre iunior fi/
Gen.27. lius:ſed laudatꝰ. Qō ait iſaac: Frater tuus
veniēs cū dolo accepit benedictionē tuam.
(Bona enī vbi irrepħenſibilis eſt rapina:ir
Matth.11. repħenſibilis aūt rapina pietatis;qr a die/
bus iohannis regnū cęlorū cogitur:⁊ cogē/
tes diripiunt illud. Feſtinātes autē fratres
paſcha celebrabāt:qui feſtinātes manduca
bant agnū nō demorātes:⁊ fratrem benia/
min ſanctꝰ ioſeph pię cōmento fraudis ac/
cerſiuit ⁊ tenuit) Et ipſe tñ vt bñdiceret co/
gendo elicuit ⁊ impetrauit:ſed eā benedicti
onē quę cū ſupiore cōgrueret ⁊ ꝯueniret: vt
ſeruiret fratri ſuo. Etenī q̄ impare nō po/
terat ⁊ alteruz regere:ſeruire debebat: vt a
prudētiore regeret. Neqꝫ enī fuit ſancti pa
triarchę vt filiū ſuū degeneri cōditione ſer/
uitutis addiceret:ſed vt bonꝰ pater cū du/
os haberet filios:vnū intēperantē:pruden
tē ⁊ ſobriū alterū:vtriqꝫ cōſuleret. Intēpe/
rāti ꝑfecit ſobriū:⁊ inſipientē prudēti ſtatu/
it obedire:qr inſipiēs nō pōt volūtariꝰ vir/
tutis eſſe diſcipulꝰ:nec pſeuerare in ſtudio:
Eccl.27. qr ſtultꝰ ſicut luna mutat:meritoqꝫ ei liber/
tatez ꝓprij negauit arbitrij:ne velut nauis
in fluctibꝰ ſine gubernatore fluitaret:ſ ſub/
didit eū fratri:ſm qō ſcriptū eſt: Seruit enī
Prouer.11. imprudens prudēti. Recte ꝗ̄ cū ſubdidit:
vt regētis impio ſuū melioraret affectū. Jō
Gen.27. ait:Sup gladiū tuuz viues:⁊ ſeruies fratri
tuo. Dñā enī eſt pietas crudelitatis: ⁊ man
ſuetudo duris moribꝰ ꝑſtat. Seruit oīs q̄
auctoritatē purę nō habet cōſcientię: ſeruit
quicūqꝫ vel metu frangit: vel delectatione
irretit:vel cupiditatibꝰ ducit:vel indignati
one exaſperat:vel mœrore deijcit. Seruilis
enī eſt oīs paſſio:qm̄ qui facit peccatū ſeruꝰ Joh.8.
eſt peccati: ⁊ qō peius ē:multoꝝ ſeruꝰ eſt:q̄
ſubiectꝰ eſt vitijs multis. Sed oīs addixit:
vt ſeruitio ei exire vix liceat. At vero ille
qui volūtatis ſuę arbiter eſt:iudex ꝯſilij :in
terpres arbitrij:q̄ coercet corporeę appeten/
tiā paſſionis:q̄ ea quę agit bñ agit:bñ autē
agens recte agit:⁊ qui recte agit inculpate
⁊ irrepħenſibiliter agit:habēs ſuorū actuū
ptātem:is ꝓfecto liber eſt. Nā qui oīa pru/
dēter agit:⁊ ita viuit vt vult:is ſolus eſt li/
ber. Nō cōditio fortuitū ſeruū facit: ſed ꝓ/
broſa inſipiētia. Deniqꝫ famulus prudēs
regit dños ſtultos:⁊ ꝓbi ſerui dñis fęnera/
bunt. Quid fęnerabūt? Nō vtiqꝫ pecuniaz
ſed ſapientiā:ſicut ⁊ lex dicit: Fęnerabis gē Deut.15.
tibus multis:tu aūt mutuum nō accipies.
Fęnerabit iudęꝰ ꝓſelito diuinę legis ora/
cula. Sed qr ipſe legis myſteria videre non
potuit:⁊ q̄ habebat neſciuit oracula: q̄ litte
rā fęnerabat gentibꝰ: nūc ab his ſpiritalis
doctrinę gratiā mutuat: meritoqꝫ ſubiectꝰ
eſt ſeruituti:qm̄ qui mutuat ſeruꝰ eſt:quaſi
addictꝰ fęnori creditoris:q̄ aūt pię doctrinę
fęnus imptit:is eſt princeps:ſicut lex dicit:
Princeps eris gentiū multarū:tibi aūt pn/ Ibid.
ceps ex ipſis nō erit. Princeps enī ē q̄ regit
qui ⁊ habet ſapiētię pncipatū:quez habuit
ꝓplus iudęoꝝ. Sed qm̄ qō docebat ſeruare
nō potuit:debet diſcere qō docere neſciuit.
Hoc eſt igit qō ait patriarcha iſaac: Ser/
uies fratri tuo. Erit aūt cū depoſueris et Gen.27.
ſolueris iugū illiꝰ a collo tuo:ſignificās du/
os futuros ꝓplos:vnū ancillę filiū:alterū li/
berę. Seruit aūt lra:libera ē gratia:eumqꝫ
ꝓplm qui litterę intēdit tādiu ſeruū fore: ꝗ̄/
diu ſpiritalis doctrinę ſequat iterp̄tē. Tūc
ꝗ̄ illud futurū:qō apl's ait: Ut reliquię ſal/ Ro.9.
uę fiant ſm electionē gratię. Seruies ꝗ̄ fra/
tri tuo:ſed tūc ſenties ſeruitutis ꝓfectū: cū
volūtariꝰ potiꝰ ꝗ̄ coactꝰ obedire cępis frī.

## De ortu iuidie ⁊ minitatiōe eſau ꝙ fratrem occideret:⁊ quemadmo dum ꝓuidendū ſit ne parricidium ſequatur:ac de ꝓfectione iacob ad laban: Ca.IIII.



b Hinc orta eſt inuidia:⁊ minitabatur
eſau:ꝙ poſt obitū pfis fratrē occi/
deret. Sz ſi id acciderit dicamꝰ ad
rebeccā:quēadmodū ꝓuidendū ſit:ne inui/
dia iracundiā excitet:iracūdia in parricidiū
ꝓruat. Ueniat rebecca:hoc eſt:induat pa/
tiētia:bona cuſtos innocētię ſuadeat vt irę
locū demꝰ. Cōcedamus aliq̄ longiꝰ: donec
tēpore indignatio molliat:offenſioni ſurre/
pat obliuio. Itaqꝫ patiētia nec exiliū refor/
midat:ſed ipigre ſuſcipit:nō tā vt periculū
ſalutis:ꝗ̄ vt incētiuū ſcelerꝭ declinet. Ma
ter ꝗ̄ pia abeſſe ſibi dilectiſſimū filiū tole/
rat plus ei collatura quē leſit:vtriqꝫ tñ cōſu
lens vt alteꝝ imunē a periculo:alterū inte/
grū ꝑſtaret a crimine. Audiuimꝰ q̄d corpo
reis ebria cupiditatibꝰ intēperantia locuta
ſit:ꝯſideremus q̄d vera virtꝰ agat. Nihil re
quirit niſi dei gratiā:ſoluz illud ⁊ ſūmū bo/
nū ſequit:ſolo eo ꝯtēta eſt a quo accepimuſ
oīa:ipſi aūt nihil cōferimꝰ:qr nullo indiget
Pſ.15. ſicut ait dauid: Dixi dño deꝰ meꝰ es tu: qm̄
bonoꝝ meoꝝ nō indiges. Quo enī indiget
qui abūdat oībus:⁊ nobis largit vniuerſa:
oīa ſine defectu miniſtrat? Et ꝓfectus eſt
iacob ⁊ dormiuit:qō ē quieti animi idiciū:
⁊ vidit angelos dei aſcēdentes ⁊ deſcēden/
tes:hoc eſt:chriſtū ꝑuidit in terris:ad quez
angeloꝝ caterua deſcēdit atqꝫ aſcēdit: obſe
quiū ꝓpo dño pio ꝑbitura ſeruitio. Et ve
nit ad puteuz vt biberet de ſuis vaſis: ⁊ de
puteoꝝ ſuoꝝ fontibꝰ:⁊ ſupfluerent ei aquę
de ſuo fonte. Fons enī vitę eſt in manibus
iuſti. Et venit ad laban: ⁊ oues eiꝰ pauit.
Iniq̄tas incomitata reſidet:ſapiētia regen
di officiū nō omittit:neſcit vel alienis vaca
re:neſcit exul eſſe in pegrinis. Quō enī exul
quę vbiqꝫ ſuū ſeruat:⁊ in ſe habet qō poſſi/
det? Quaſi mercēnariꝰ ingredit iuſtus: et
rector eſt. Qui ſibi gregē multarū ꝑſtantiū
qꝫ virtutū ſplendore fulgentē:euangelicę ꝑ
dicationis miniſterio colligebat:vt petitu/
ris ouibꝰ virgā ſtoracinā ⁊ nucinā: ⁊ de pla
tano ꝓponeret inuentis:q̄ ꝯcupiſcentes be
atiſſimę trinitatiſ ꝑfigurata myſteria:haud
quaqꝫ decolores fętꝰ pię mētis cōceptione
formarēt. Bonę oues quę bonoꝝ partꝰ ope
rū fidei ſacrę nō degeneres ediderūt. Per
ſtoracē ſignificat incēſū ⁊ ſacrificiū veſperti
nū: qō deo pſi defert in pſalmo. Per nuci/
nā virgā ſacerdotale chriſto munus defert.
Hęc enī virga aaron quę repoſita floruit: q̄
ſacerdotalis gratia ſanctificationis emicu/
it. Per platanū ſpiritalis fructꝰ ſignificat
vbertas:qr arbori huic vitis annectit: vt ꝑ
eius lata conſortia partus ſeſe vberes fun/
dant. Siquidē dñicę munera paſſionis re/
miſſionēqꝫ omnium peccatoꝝ adiuncta ſpi
ritus gratia dare cōſueuit.

## De ditatione iacob apud laban: ⁊ ob id in inuidiā vocati:ac de diui na iuſſione vt in terram ſuā reuer/ tat. Qualis ꝑterea vir iuſtꝰ eſſe de/ beat:ſi inuidia fuerit exorta. Quid deniqꝫ ſignificet inquiſitio laban: ⁊ nihil ſui apud iacob inuentio. Et ex hoc de beati iacob excellenti cō/ mendatione: Ca.V.

b Is itaqꝫ vt ſcriptura dicit:diues fa
ctus eſt valde:bonū gregē nutriēs
xp̄o:quē fidei titulo ⁊ varietate virtu
tū nobilitabat inſignibꝰ. Itaqꝫ nec ſibi vi/
debat anguſtꝰ:cēſu fidei opimꝰ:⁊ labe filiꝰ:
vt opulētiſſimꝰ in inuidiā vocabat:q̄ ſuum
gregē alieni gregꝭ acceſſiōe cumulaſſet. Et
dixit ei deꝰ: Reuertē in terrā pr̄is tui:⁊ i gē/ Gen.31.
tē tuā: ⁊ ego ero tecū: oñdēs nihil ei deeſſe
cui adeſſet oīm plenitudo:hoc ſolū abūda/
re pfecte:in hoc ꝯſtare oīa:⁊ oīa ad ipſuz re/
ferri:nihil ei nouū:nihil ſupfluū neceſſariū:
cui pax fida ſuppeteret:ꝑ quā recōciliaret q̄
primo fuerant diſcrepātia. Nec mirū ſi pa/
cē haberet:qui colūnā ſtatuerat et vnxerat
deo:q̄ eſt eccleſia. Colūna enī ⁊ firmamētū
dicta eſt veritatis. Eā vngit:qui in chriſtuz
fidei:in paupes miſcdię fundit vnguētum.
Nūc ꝯſideremus q̄lis vir iuſtꝰ eſſe debeat
ſi inuidia fuerit exorta. Primū vt declinet
eā:meliꝰ eſt enī ſine lite abire ꝗ̄ reſidere cū
iurgio. Deinde vt talia poſſideat:q̄ ſecuz
auferre poſſit: vt in nullo teneri ab aduerſa
rio poſſit obnoxiꝰ:ſ dicat: Cognoſce ſiquid
tuū ē apud me. Et q̄ſiuit laban:⁊ nihil ſuū
inuenit apud iacob. Magnꝰ vir ⁊ vere be
atꝰ:q̄ nihil potuit ſuū amittere:nihil alienū
hře:h̊ eſt:nihil minꝰ hře:nihil ſupfluū. Ita
qꝫ ille pfectꝰ eſt:cui nihil deeſt:iuſtꝰ cui nihil
ſup̄ eſt. Hoc enī eſt iuſticię tenere mēſuram.
Quāta virtꝰ:cui ſocietas lucrū dabat:nō
irrogabat diſpēdiū. Hoc eſt pfectū eē:adhę
rētibꝰ ſibi cōmodi plurimū dare:nihil affer
re icōmodi. Deniqꝫ is q̄ nocere cupiebat:
inanē eū nō potuit dimittere. Sapiens enī
nūqꝫ inanis ē:ſp in ſe habēs amictū prudē/

Job.29. tię:qui pōt dicere: Juſticiā induebam:⁊ ve
ſtiebam iudicium:ſicut dixit iob. Nāq₃ hęc
mētis ſunt interna velamina:quę nemo ali
us poſſit auferre:niſi cum aliquē ſua culpa
deſpoliat. Deniq₃ ſic deſpoliatꝰ adam:nu
dus inuentus eſt. At vero ioſeph etiā ve
ſtimento exteriore relicto:nudus nō erat: ꝗ
ſalua habebat indumēta virtutis. Nunq₃
ergo inanis ſapiēs. Nā quomō inanis: qui
de plenitudine chriſti accipit: ⁊ ſeruat acce
ptum? Quō inanis:cuius repleta eſt ani
ma:quę accepte gratię veſtimēta cuſtodit?
Illud metuendū eſt:ne quis innocētię ve
lamen amittat:ne impij ſacrilegę ꝑſecutio
nis intentione terminos iuſticię ꝑtergreſſi:
veſtimentū animę ac mentis eripiant. Qđ
nō accidit:niſi prius aliquē vox ſuę iniqui
Ps.7. tatis exuerit. Unde ⁊ dauid dicit: Si eſt ini
quitas in manibus meis:decidā merito ab
inimicis meiſ inanis: ꝑſequatur inimicꝰ aīam
meā ⁊ cōprehēdat. Nemo ergo ex inimicꝭ
pōt tuam animā cōprehendere:niſi priꝰ in
anis fuerit effecta. Noli igitur metuere eos
qui poſſunt auri argentiq₃ cōpilare theſau
ros: Iſti tibi nihil auferūt. Hoc eñ auferūt
qđ nō habebas:hoc auferunt qđ poſſidere
nō poteras:hoc auferunt quod nō ornabat
animā tuā ſed onerabat:hoc auferūt qđ nō
locupletabat cor tuū:ſ₃ potiuſ deprimebat.
Matth.6. Ubi eñ fuerit theſaurus tuus:ibi erit ⁊ cor
tuū: Sicut audiſti:legiſti hodie. Multi ſerꝭ
portarū ſuarum includunt aurum ſuū₃: ad
hoc vectibus ⁊ clauſtris ſuis credūt: Multi
vigiles adhibent:ſed ipſi quoq₃ plus ipſos
ſolēt timere cuſtodes: Multi defenſo auro
incubant:aurum eorū ſub terra: ⁊ cor eoru₃
ſub terra. Caue ḡ ne ⁊ tu cor tuū terrę viuꝰ
infodias. Nō ergo auri iſtiꝰ metuēdi fures.
Ille tibi cauēdus eſt fęnerator:qui ſubſtā
tiam animę tue ſcrutatur:ſi qua peccati graui
oris ęra cōtraxeris: qui cor tuu₃ includit ſo
lo:qui animā tua₃ eo ceſpite obruit quo au
rum texeris:qui mentē tuam centeſimaru₃
incuruat theſauris:⁊ graui cōdit ſepulchro
de quo nullus reſurgit. Sequere ſanctu₃
iacob:qui neq₃ de alienis vitijs quicq₃ ha
bebat:neq₃ ſuarū virtutū erat inanis ⁊ va
cuus:qui erat iuſticię fructu repletus. Sed
hęc moralia. Illud myſticū:ꝙ venit ad eū
laban:hoc eſt:dealbatꝰ:q₂ ⁊ ſathanas trāſ
2.Corſ.11. figurat ſe in angelu₃ lucis:⁊ cępit ab eo ſua
Geñ.31. requirere. Reſpondit ei iacob: Cognoſce
ſiquid eſt tuorū apud me:hoc eſt:nihil tuo
rum habeo. Quęre ſiquid agnoſcis vitiorū
tuorum ⁊ criminū. Nihil mecū abſtuli: frau
dium tuarum dereliqui cōſortia:illa nō ha
beo:omnia tua tanq₃ cōtagiū refugi. Et
quęſiuit laban:⁊ nihil ſuū reperit. O be
atus vir:in quo inimicꝰ nihil inuenit qđ ſu
um poſſet dicere:in quo diabolus nihil of
fendit:qđ ſuū agnoſceret. Impoſſibile vi
debatur iſtud in homine: ſed typum gerebat
eius qui dixit in euāgelio: Uenit huiꝰ mū Joh.14.
di princepſ:⁊ in me inueniet nihil. Nihil eſt
eñ quicquid eſt diaboli:qđ nullā poteſt ha
bere ꝑpetuitatē atq₃ ſubſtantiā. Ipſe aūt
eſt qui ꝑfigurabatur in iacob :dñs ieſus ſpon
ſus duorum cōiugiorū: hoc eſt:quidē legis
⁊ gratię:qui virginē rachel ante dilexit:⁊ ꝑ
deſtinatā ſibi in cōiugium pio amore affec
tauit. Sed qm̄ alia tanq₃ lex ſubintrauit: et
oculis infirmior obrepſit tanq₃ ſynagoga:
quę mentis cęcitate chriſtū videre nō potu
it. Supabundauit gratia ſanctę rachel:quę
ſupra primū:illud eſt expetita cōiugiū: quę
eccleſię principatū futurum iam tunc nomi
nis ſui interꝑtatione ſignabat. Beata ra
chel quę abſtulit opprobriū ſuo partu. Bea
ta rachel quę abſcondit cultus erroreſq₃ gē
tiliū:quę ſimulacra eorū plena eſſe immun
dicię declarauit. Nemo credat paternę pi
etatis lęſam eſſe reuerentiā :ꝙ ſtante patre
ſedit:qm̄ ſcriptū eſt: Qui plus diligit patrē Matth.10.
aut matrē q₃ me:nō eſt me dignꝰ. Ubi cau
ſa agebatur religionis:fides debuit habe
re ſedē iudicij: ⁊ quaſi rea ſtare ꝑfidia.

**Quid ſignificet ꝙ ꝓficiſcenti ia
cob:angeli dei occurrerūt. Quid ſi
bi etiā velit ꝙ ipſe fratri occurrens
ſepties in terra adorauerit. Quid
deniq₃ ꝙ petiturꝰ a fratre ꝯcordiā
in caſtris dormiuerit: Ca.VI.**

Ec eouſq₃ ꝓbata ſunt:vt ꝓficiſcen
h ti iacob ſctō :angeli dei occurrerēt.
Deniq₃ vidit caſtra dei applicātia:
⁊ ait: Caſtra dei hęc ſunt. Perfectis eni₃ Geñ.32.
⁊ fidelibus diuina ſolēt adeſſe ꝑſidia. Per
fectus autē qui cogitabat de recōciliatione
fraterna:ita vt humilitate eā inuitaret:offi
cijs acquireret:muneribus quoq₃ emēdam
putaret. Occurrit itaq₃ fratri cum vxori
bus ⁊ pignoribus ſuis:vt etiam ſi ipſe indi
gnaretur neceſſitudinis obſequijs inflecte
retur. Et adorauit ſepties in terra. Quid



Deutſ.10. ſibi iſtud vult eſſe? Lex dicit: Dñm deū tuū
adorabis:⁊ ipſi ſoli ſeruies:⁊ hic adorat in
tēperante₃:iracundū:minantē parricidale
flagitiū. An terrā adorauit:illā hūano cru
ore cōcretā:ſerpentiū infuſam venenis:aut
ieiuna infęlicē glarea:aut duris atq₃ aſperꝭ
inhorrentē cautibus? Quid ſibi etiā vult
ꝙ ſepties adorauit? Hęreret ſolutio: niſi il
lud occurreret:ꝙ petro interroganti in euā
Matth.18. gelio: Si frater meꝰ in me peccauerit:quoti
ens dimittam ei:vſq₃ ſepties:reſpōdit dñs
ieſus: Nō ſolū ſepties:ſed vſq₃ ſeptuagies
ſepties. Hoc igitur ꝓphetico ſpiritu ſanctus
patriarcha ſignificat:in aduenientē reſpici
ens:qui nō ſolū vſq₃ ſepties:ſed etiā ſeptu
agies ſepties veniā fratri laxari iuberet: vt
eiꝰ cōtemplatione cōuentꝰ eſau:iniuriā quā
ſe accepiſſe putabat remitteret fratri: ⁊ q₃
uis lęſus in gratiā rediret:q₂ ꝓpterea carnē
ſuſcepturus erat dñs ieſus:⁊ venturꝰ in ter
ras: vt multiplicatā nobis donaret venia₃
delictorū. Deniq₃ peti turꝰ a fratre cōcor
diā:dormiuit in caſtris. Perfecta virtꝰ:ha
bet qetis tranquillitatē ⁊ ſtabilitatē. Ideo
dñs donū eius ꝑfectioribꝰ reſeruauit dicēs:
Joh.14. Pacē meā relinquo vobis:pacē meā do vo
bis. Perfectorū eſt eñ: nō facile mūdanis
moueri:nō turbari metu:nō exagitari ſuſpi
tione:nō terrore cōcuti:nō dolore vexari: ſ₃
quaſi in littore tutiſſimo aduerſum inſurgē
tes fluctus ſęculariū ꝓcellarū mentē immo
bilē fida ſtatiōe placidare. Hoc firmamē
tum chriſtianis mētibus chriſtꝰ inuexit: pa
cem internā inuehens animis ꝓbatorū: vt
nō turbetur cor noſtrū:neq₃ exagitetur animus.
Hanc pacē ſup omnē mentē eſſe apl's do
Phiſ.4. ctor aſſeruit dicens: Et pax dei quę exupe
rat oēm mentē:cuſtodiat corda veſtra ⁊ ſen
ſus in chriſto ieſu. Fructus itaq₃ pacis eſt:
nō ꝑturbari in pectore. Deniq₃ vita iuſti qe
ta eſt:iniuſtꝰ aūt inquietudinis ⁊ ꝑturbati
onis plenꝰ eſt. Itaq₃ ampliꝰ ſuis ſuſpitioni
bus affligitur impiꝰ:q₃ alienis plęriq₃ verbe
ribus:maioreſq₃ vibices vulnerū in eiꝰ ani
mo ſunt:q₃ in eorū corpore qui ab alijs ver
berantur. Grande eſt intra ſe aliquē tranqꝭ
lū eſſe ⁊ ſibi cōuenire. Foris pax aut impe
ratoris ſollicita ꝓuidentia:aut manu mili
tū ꝗritur:aut bellorū ꝓſpero cedit euentu:aut
internitiōe aliqua barbarorū ſi in ſe hoſtili
motu arma ꝯuertant. In ea pace nulla nr̄a
virtus:ſed euētus eſt. Certe gloria pacꝭ il
lius ad imperatorē refertur: iſtiꝰ pacis fructꝰ
in nobis eſt:quę eſt in mētibus ſingulor u₃:
quę tenetur affectibꝰ. Iſtius pacis maior eſt
fructꝰ:quo ſpiritalis neqtię tēptamenta :q₃
quo arma hoſtilia repelluntur. Iſta pax ſub
limior quę corporaliū paſſionū excludit il
lecebras:ꝑturbationeſq₃ mitigat: q₃ ea quę
barbaricos ſedat icurſus. Plus eſt eñ clau
ſo intra te hoſti reſiſtere:q₃ remoto.

**De lucta iacob cū deo: ⁊ quid ſit
luctari cū deo. Qua rōne etiā clau
dicauerit. De vindicta quoq₃ filio
rū eius in alienigenas ꝓpter ſoro
ris deflorationem: ⁊ ipſius iacob
manſuetudine atq₃ clemētia. De re
ſpōſo preterea diuino ſibi dato vt
exurgeret ⁊ aſcenderet in locum be
thel: Ca.VII.**

Taq₃ iacob qui cor ſuū ab omni ſi
i multate mundauerat:vt pacificum
affectū gereret:poſtq₃ ꝑcedunt oīa
ſua ſolꝰ remāſit:⁊ luctatꝰ eſt cū deo. Qui
cūq₃ eñ ſęcularia negligit:ad imaginē ſimi
litudinēq₃ dei ꝓpiꝰ accedit. Quid eſt eñ
luctari cū deo:niſi virtutis ſuccedere certa
men:⁊ cū ſuꝑiore cōgredi:potiorēq₃ cęteris
imitatorē fieri dei? Et q₂ inſuꝑabilis erat
fides eius atq₃ deuotio: ſecreta ei myſteria
dñs reuelabat:tangēs latitudine₃ femoris
eiꝰ:eo ꝙ ex eius erat generatione dñs ieſus
oriūdus ex virgine: ꝗ deo nec impar nec in
ęqualis eſſet:cuiꝰ crucē obſtupeſcētis fęmo
ris latitudo ſignabat:eo ꝙ diffuſa ꝑvniuer
ſū mundū remiſſiōe peccati ſalutaris foret
oībus:qui ſtupore ſui corporis ac ſudore re
ſurrectionē tribueret defunctorū. Uñ non
immerito exortꝰ eſt ſol ſancto iacob :cuiꝰ ge
neri crux dñi ſaluatoris illuxit: ſimul q₂ ſol
ei oritur iuſticię:qui deū cernit: q₂ ipſe eſt lu
mē ęternū. Claudicauit aūt iacob a fęmo
re ſuo. Propter hoc nō mādu cant hodieq₃
filij iſrael neruū. Utinā māducaſſent ⁊ cre
didiſſent. Sed q₂ nō erant facturi volunta
tē dei:ideo nō māducauerūt. Sunt ⁊ qui
ita accipiant: ꝙ ideo claudicauerit ab vno
fęmore iacob:q₂ duobus populis ex eiꝰ ge
neratione manātibus:vnius ſtupor ia₃ tūc
circa fidei gratiā declarabatur futurus. Ip
ſe eſt ḡ populus qui ſtupore ꝑfidię claudica
uit. Deniq₃ nō multo poſt reuelationem
iſtiuſmodi:cū eſſet ab alienigenę filio:dina
filia iacob deflorato virginitatis pudore te

merata:fratres eiꝰ qui nõ intellexerũt my/
ſteriũ:alienigenas qui ſocietatẽ ꝑ cõiuncti/
onẽ generis offerebant vindictę ſtudio per/
emerunt. Jacob aũt qui morali mãſuetu
dine clementiã diligebat:vel myſtico ſpiri/
tu ſacramẽtũ regenerãdę ex gentibꝰ ꝓuide-
bat eccleſię:inuitꝰ ⁊ dolẽter ſcęnã illam exa
ctę vltionis accepit. Vñ ꝓphetanti aduẽ
tũ dñi ieſu:reſponſum diuinũ eſt datũ:Ex/
Geñ.35. urgens aſcẽde in locũ bethel:hoc eſt: in do/
mũ panis vbi natꝰ eſt chriſtꝰ:ſicut michęas
Michee.5. ꝓpheta teſtatꝰ eſt dicẽs:Et tu bethleem do
mus ephrata nõ es minima vt ſis inter ꝓn/
cipes iuda.Ex te eñ exiet princeps iſrael: ⁊
egreſſus eiꝰ ab initio a die ſęculi. Vere do
mus panis quę domꝰ chriſti eſt:q̃ nobis pa
nis ſalutaris aduenit e cęlo:vt iaꝫ nullꝰ eſu
riat:cibũ ſibi imortalitatis acq̃rens. Ubi
iubetˀ habitare patriarcha: vbi aram facere
deo q̃ apparuit ei:Jbi deos accepit alienoſ:
⁊ abſcõdit eos ſub lẽtiſco:Jbi quoq̃ſ ſepul
ta eſt rachel in via ephrata:hoc eſt:bethleẽ:
Jbi etiã columnã ſtatuit iacob ſupra monu
mentũ eius.Quanta myſteria: qꝛ ibi eſt ec/
cleſia dei in qua apparet deꝰ ⁊ loquitˀ cũ ſer/
uis ſuis:ibi eripiuntˀ ⁊ abſconduntˀ ſimula-
cra gentiũ.Fides eñ eccleſię oẽm obſeruã-
tiã gentilitatis aboleuit. Sed cur ſub len
tiſco quęro. Certe genus iſtud infructuo/
ſuꝫ eſt.Jbi ẽ ſunt dij gentiũ: vbi nullus eſt
fructꝰ:ibi inaures gentiliũ infodiuntˀ quas
dederũt iacob: vt iam nouã linguã audire
aſſueſcãt:veterẽ ꝑfidię ſonũ neſciant:obſur
deſcant aures eorũ ſacrilegio: ⁊ mundentˀ
ad gratiã. Nõ immerito ibi ſanctꝰ daniel
falſum aduerſus ſuſannã teſtimoniũ depre
hendit.Jbi eñ volebat adhuc radices ſuaſ
locare ꝑfidia:ſ; latere nõ potuit:qꝛ a ꝓphe/
tico ſpiritu dep̃henſa eſt. Cõgruus aũt er
ror ꝑſbyteri verę cõfeſſionis:vt ibi cõtami/
natã diceret caſtitatẽ:vbi gentiũ defoſſa ſi/
mulacra ſunt.Sed veritas eccleſię nõ texit
ꝑfidiã:⁊ aures gentilitatis obſtruxit. Con
uenienter q̊ꝫ ibi ſepulta eſt ſancta rachel:qꝛ
oẽs qui baptizantˀ in chriſto:ꝯſepeliuntˀ cũ
Ro.6. eo.Sic eñ docemur dicente aplõ: Cõſepul
ti eñ ſumus cũ illo ꝑ baptiſmũ in mortẽ:vt
quẽadmodũ ille ſurrexit a mortuis ꝑ̃pa vir
tute ſuſcitatꝰ:ita ⁊ nos ꝑ eius gratiã reſur/
gamꝰ.Tunc igitˀ vere abſconditur oĩs error
gentiliũ:cum quis fuerit ablutꝰ a vitijs: qꝛ
cõfixus cruci vetꝰ hõ noſter:neſcit iã veteri
ſeruire peccato. Cõpetenter etiã columna
ſtatuitˀ ſupra monumẽtũ rachel: qꝛ eccleſia
eſt colũna ⁊ firmamentũ veritatis.

## De cõmendabili ſancti iacob ſe/ nectute:futurarũq̃ dubiarũ rerũ: finis quoq̃ vite ſue ꝓuidentia atq̃ agendorũ diſpoſitione:Ca.VIII.

Senuit aũt iacob. Etate iam ſenue/
rat ⁊ morbꝰ:ſed certabant in eo im
pigra viuacitas iuuẽtutis:⁊ tranq̃l
litas ſenectutis.Etenĩ ⁊ ſenectus virẽs gra
tia:⁊ iuuentus cana in cõſilijs:de qua dicit
ſcriptura:Senectus eñ venerabilis:⁊ ętas Sap.4.
ſenectutis vita imaculata. Ex hac vita fu
git iacob: qui bonis opibus ꝑuenit tẽpus
longęuę ſenectutis:vt ⁊ fructũ eiꝰ ante tem
pus carperet:⁊ poſtrema eiꝰ in tẽpore nõ ti/
meret. Beatus q̃dẽ ⁊ iuuenis q̃ bñ viuit:
ſ; beatꝰ ⁊ ſenex qui bñ vixit.Qd̃ eñ iuueniſ
ſperat:adeptꝰ ẽ ſenior: qd̃ ſenex fuit: optat
hoc eſſe q̃ iuuenis eſt.Certe hic inq̃eti marˀ
longiore ſibi adhuc curſu manẽte iactatˀ flu
ctibus:ſenex vero ſicut in portu ita in ſtati/
one eſt ſenectutis. Erat itaq̃ hmõi iacob:
qui vix ſperãda iuuenibus bona: incolomi
⁊ tuta gratię clauę: iam clauſa ⁊ obſignata
tenebat.Qd̃ aũt poſſideas:eo ꝙ adhuc ſpe
res pręſtabilius eſt. Erat ẽ ſenex iacob:ad
quẽ iuuenes aduerſa tẽporis alicuiꝰ tẽpeſta
te ꝑculſi:tanq̃ꝫ in portũ ſeſe recipiebant:ip/
ſe aũt tanq̃ꝫ in ſpelunca vitę huiꝰ poſitꝰ ſol/
licito ꝑtendebat affectu:⁊ longe añ rebꝰ du
bijs ꝓuidebat remedia. Deniq̃ fames erat
in tota terra:⁊ ſenex depoſitꝰ quę alacres iu
uenes ignorabãt primꝰ audierat:primꝰ ad/
monuit filios ſuos:in ęgypto exuberare fru
mentũ:⁊ ꝓficiſcendũ vt emerẽt quę ſibi ad
vſum neceſſaria forent.Libẽter etiã ipſe iu/
uenũ cõſilio acquieſcebat:vt etiã filiũ iuni/
orem ſimul mitteret. Et renũciantibꝰ illis
ꝙ ioſeph filiꝰ ſuus viueret:infracto licet cor
pore:ſed viuida animi virtute nõ expecta/
uit vt filiꝰ ad ſe veniret:ſed ipſe magis pre/
xit ad filiũ.Pietati eñ menſura ordis nõ ꝑ̃
ponderat.Nulla itaq̃ ſenſit ipedimẽta feſ/
ſę ſenectutis cũ ꝑgeret.Pietas eñ leuabat
laborẽ. Verũ vbi recepti filij fructu potitꝰ
eſt:aliquãto exacto tẽpore decẽ ⁊ ſeptẽ vide
licet annorũ ꝙ ſm̃ illam patriarchę longęui
tatẽ exiguę portionis tempus eſt: finẽ vitę
ſibi appropinquare cognouit. Vocauit ita
q̃ꝫ ioſeph filiũ:⁊ ꝑ generationis ſuę futuruꝫ



heredẽ:cõſtrinxit eũ ne in ęgypto ſepeliretˀ.
Acceptaq̃ fide:cũ paulo poſt iſirmaretˀ: be
nedixit pr̃iarchas duodecim ⁊ ꝓphauit.

## Qua ratione ſanctus iacob cũ in ipſis mortis eſſet diebꝰ merito ꝑ̃di candus fuerit beatus:multipliciq̃ eiꝰ laude ꝑ̃ſertim in patriarcharuꝫ benedictione. Qd̃ ꝑterea neq̃ io/ ſeph: neq̃ eſaias: neq̃ hieremias: neq̃ daniel:neq̃ mater machabeo rũ cũ filijs:negandi ſunt fuiſſe bea ti: licet grauia ſuſtinuerint ſuppli/ cia:Ca.IX.

Dicat nunc aliq̃s:nõ beatũ iacob cũ
in ipſis mortis eſſet diebus: qui pe
ne plura cũ deo q̃ꝫ cũ hominibꝰ allo
quia miſcebat:non beatũ cũ oculi eius gra-
uarentˀ in ſenectute:⁊ nõ poſſet videre. Vi
detur eñ cęcitas quibuſdã eſſe grauis: ęrũ-
na:calamitas. Sed tunc q̊ꝫ beatꝰ iacob:
qui diſcernebat ſpiritu:qd̃ oculis diſcerne/
re aſpectuq̃ nõ poterat. Videbat futura
qui ęſtimabatˀ nõ videre ꝑ̃ſentia. Deniq̃
errauit ⁊ ipſe ioſeph vt ad dexterã eius ap/
plicaſſet filium ſuũ ſeniorẽ:⁊ ad ſiniſtrã ipſi
us:hoc eſt:iacob: applicuiſſet filiũ iunioreꝫ:
vt ętatis ordo benedictionis ordinẽ ſerua/
ret:cũ extenderet dexterã ſuam ſuꝑ nepotẽ
iuniorẽ:⁊ ſiniſtrã ſuꝑ ſeniorẽ nepotem:⁊ vo
lẽti filio patriã dexterã ſuꝑ manaſſen ſeni/
Geñ.48. orem ꝯuertere: reſponderet:Scio fili ſcio:⁊
hic erit in populũ:⁊ hic exaltabitˀ:ſed frater
eiꝰ iunior maior illo erit. Et cauſam ꝑ̃latio/
nis adiũxit dicens:Semẽ eius erit multitu
do gẽtiũ. Adeo lꝫ impedito corporis aſpe/
ctu melius videbat:vt videntẽ doceret er-
raſſe.Quis eniꝫ melius videt: q̃ꝫ qui videt
chriſtũ?Aut quis põt dicere oculis impedi
tũ eũ:qui videbat in xp̃o refulgentẽ eccleſi/
am? Nõne igitˀ claꝝ eſt:ꝙ debilitas beati/
tudinẽ impedire nõ poſſit? Jlle oculorũ im
peditꝰ munere: ille defatigatis corporis vi
ribꝰ in lecto tanq̃ꝫ in ſepulchro corpꝰ relin-
quẽs aſſurrexit in ſe:⁊ lõge ab alijs atq̃ in/
tra ſemetipſum ſeſe colligẽs:ꝑ̃ſentibꝰ ſe re/
bus ſubduxerat:⁊ nouiſſimoꝝ dierũ futurę
Geñ.49. miſcebatˀ ętati.Sic eñ ſcriptũ eſt:Annũcia
bo inquit vobis quę occurſura ſunt vobis
in nouiſſimis diebꝰ. Quid igitˀ ei deerat
cui deus aderat:q̃ ei ꝓfecturo dixerat: De-
ſcendã tecũ in ęgyptũ:⁊ ego deducã te in ꝑ-
petuũ:nec defuit qñ in eo ſpirituſſanctꝰ lo-
quebatˀ?Quis tã potens in ſuo domicilio:
q̃ꝫ iſte in alieno?Quis tã abundãs in vber/
tate:q̃ꝫ iſte in fame?Quis tã fortis in iuuẽ/
tute:q̃ꝫ iſte in ſenectute? Quis tã actuoſus
in negocio:q̃ꝫ iſte in ocio? Quis tam velox
in curriculo:q̃ꝫ iſte in lectulo?Quis tã lętuſ
in flore adoleſcẽtię:q̃ꝫ iſte in mortis ꝯfinio?
Quis tam diues in regno:q̃ꝫ iſte in peregri
no loco? Deniq̃ reges benedicebat. Nec
imerito pauꝑ nõ erat:qui nullo indigebat.
Pauꝑ nõ erat:qui ſe pauperẽ nõ putabat.
Et quis pauperẽ dicat:cuiꝰ cõuerſatione di
gnus orbis terrarũ nõ fuit?Et ideo cõuerſa
tio eiꝰ erat in cęlo. Hic vero ꝑdiues in di-
uitijs ſimplicitatis ⁊ ſinceritatis:decorꝰ ma
iore animę:q̃ꝫ corpis pulchritudine: q̃ mar/
ceſcere ñ nouit:ętate impiger:cui liceret cũ
vellet corporeo iſto exire gurguſtio:⁊ ſuꝑna
paradiſi mẽtis vigore penetrare: exultans
ſpiritu:cũ ſepulchri extrema mãdaret. Nõ
eñ terreno ſe tumulo claudenduꝫ: ſ; ſuꝑno
recipiendũ domicilio ꝑſumebat:⁊ ideo tan
quã alteri mãdabat ſepulchrũ:ſui aũt ſecu/
rus mortẽ illam imortalitatẽ putabat. Vi
debatˀ corporis implicatꝰ impedimẽto: ⁊ vi
gilans in futura tẽpora ꝑcurrebat affectu:
dicens de ꝑſecutoribus dñi:qui de tribu ſy
meon ⁊ leui auctores erãt nequicię ꝓceſſu:
Jn cõſilio eoꝝ non veniat anima mea: ⁊ in Geñ.49.
occurſum eorũ nõ cõtendant viſcera mea.
Quis aũt tam validus in virtute: q̃ꝫ for/
tis iſte in infirmitate:qui dicebat: Maledi
ctus furor eorũ:qꝛ ſuꝑbus ⁊ temerariꝰ: ⁊ ira
illorũ qꝛ indurata eſt? Diuidam illos in ia-
cob:⁊ diſpergã illos in iſrael. Quis vero
tam canorus cantibꝰ:q̃ꝫ iſte vocibꝰ: qui to-
to auditꝰ eſt mundo:qui ꝑ oẽs ꝓꝓ̃los: ꝑ oẽs
auditur ętates? Quis tã ſuauiter ſeptẽvo
cũ differẽtias oblocutꝰ:q̃ꝫ iſte ſeptẽplici ſpi
rituſſancti gratia reſultauit?Qui lꝫ mẽbris
reſolutꝰ:tñ attollẽs ſe aĩo ⁊ erigens ſpiritu:
corporis ſui tanq̃ꝫ citharę harmoniã diſſolu
Ipſi occiderūt ꝓphetas ⁊ apoſtolos: annūciantes dn̄i ſaluatoris aduentū: paſſionis ⁊ reſurrectionis gloriā p̄dicantes. Ipſi poſtea in ſua cupiditate terrena flagitia deſiderabant: diuina conſortia refugiētes: corporis caſtimoniā: ſobrietatē mentis: cōtemptū pecunię: lucrū gratię. Subneruauerūt autē taurū: illum videlicet cornua ꝓducentē ⁊ vngulas: quē vident pauperes ⁊ lętant̄: quoniā verbum dei exaltauit cornu populi ſui: quo ⁊ inimicos repulit: ⁊ premium coronę celeſtis emeruit. Hic eſt taur⁹ quo eccleſia figurat̄ in luna: tunc plenior cū velut cornibus nixa taurinis: ſpaciū totius orbis includit. Tamē ꝓphetię huic videtur etiā gratiam benedictionis adiungere. Nam ⁊ ad primogenitū ruben dicēdo: Nō efferueas vt aqua: peccatū ſtatuit: q2 aqua mundare magis delicta menteſq̄ noſtras ab omni ſolet vitiorū feruore reuocare. Et iterū dicēdo ad ſymeon ⁊ leui: Diuidā vos in iacob: ⁊ diſpergā in iſrael: oſtendit gentium cōgregatione redimendos. Percuſſo enī paſtore: grex ille diſperſus eſt: qui fuerat ante collectus: vt qui nō erat introiret: ⁊ ſic omnis iſrael ſalu⁹ fieret. Et maxime ꝓpter Ro.11. tribū leui debemus hoc credere: q2 ex ea tribu domin⁹ ieſus videt̄ ſm corporl' ſuſceptionem genus ducere. Ex qua tribu ſunt ſacerdotes leui et nathan: quos ſanct⁹ lucas in euangelij libro quē ipſe ſcripſit: inter maiores dn̄i cōputauit. Sacerdos enī patris ⁊ princeps omniū ſacerdotū: ſicut ſcriptum Ps.109. eſt: Tu es ſacerdos in eternū: ſacerdotalis originis ſucceſſionē debuit vendicare. Unde ⁊ moyſes benedixit hanc tribum dicēs: Deut.33. Date leui ſortē ſuffragij eius: ⁊ veritatē ei⁹ viro ſancto. Benedixit etiā moyſes tribū ruben: ſicut habes ſcriptū: Viuat ruben et nō moriatur: ⁊ ſit mult⁹ in numero. Nec enī benedixiſſet ſi ſm patriarchę ſententiā benedictione ſciſſet indignos. Certe qđ ſtrictim ille p̄terijt: iſte cōpleuit.

## De benedictione Jude: ⁊ myſtica eiuſdē ſignificatione: Ca. IIII.

Et quia ꝑ admixtionē generis iuda ⁊ leui tribus iunctę ſunt: Ideo mattheus ex tribu iuda deſcripſit eius familiā. Et ap̄ſus ait: Qm̄ de iuda ortus eſt dn̄s noſter: vt ex tribu leui ſacerdotalis ⁊ plena ſanctitatl' annumeraret̄ hereditas.

Ex tribu aūt iuda ex qua dauid ⁊ ſalomō ⁊ reliqui reges fuerunt: regalis ſucceſſionis ſplendor refulgeat: vt idē rex ⁊ ſacerdos ſcripturarū teſtimonio demōſtret̄. Meritoq̄ ſe circa gratiā iudę iacob ſanctus effudit diGen̄.49. cēs: Iuda te laudabūt fratres tui: manus tuę ſup dorſū inimicoꝝ tuoꝝ: adorabūt te filij patris tui. Catulus leonis iuda ex germine fili mi aſcēdiſti: recūbens dormiſti vt leo: et tanq̄ catulus leonis: quis ſuſcitabit eū? Nō deerit iudex ex iuda: et princeps de femorib⁹ ei⁹: donec veniat cui repoſitū eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentiū: alligans ad vitem aſinā ſuā: ⁊ ciliciū pullū aſinę ſuę. Lauabit in vino ſtolā ſuam: ⁊ in ſanguine vuę anaboladiū ſuū. Hilares oculi eius vino: ⁊ dentes cādidiores q̄ lac. Ad iudā quidē patriarchā dirigi videt̄ alloquiū: ſed iuda ille poſterior ver⁹ ꝯfeſſor exprimit̄: qui ex ea tribu nat⁹ eſt: q̄ ſolus laudat̄ a fratrib⁹: de Ps.21. qb⁹ dicit: Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis. Dn̄s ꝑ naturā: frater ꝑ gratiā: cui⁹ man⁹ quas expādit ad ꝓpl'um nō credentē ſup dorſū inimicoꝝ. Hiſdē enī manib⁹ atq̄ eadem paſſione ſuos texit: ⁊ ſubiugauit aduerſarias ptātes: oēſq̄ fidei ⁊ pietatis exortes ſubditos ſibi fecit. Et dn̄aberis inimicoꝝ tuorū: quos inimicos ſua malicia fecit: nō xp̄i volūtas. In quo magna gr̄a dn̄i. Etenī ſpiritales neq̄tię: quę an̄ ceruicē noſtrā iugo ſolebāt captiuitatis inflectere: ita vt dauid ip̄e man⁹ quodāmodo triūphantiū ſentire ſe ſcriberet dicens: Sup dorſum meū fa- Ps.128. bricauerūt peccatores: ipſe nūc ſubditę triūpho chriſti: ⁊ quibuſdā manib⁹ ei⁹: id eſt: factis operibuſq̄ ſubiectę: ꝑpetuę ſubeūt captiuitatl' erumnā. Ipſe vtiq̄ qui adorat̄ a filijs patris ſui: q̄ſi adorat̄ a nobis q̄bus ipſe ꝓmiſit vt patrē vocem⁹: cui⁹ ſeruū eſſe virtutis eſt. Catul⁹ leonis iuda. Nōne euidēter ⁊ patrē exp̄ſſit: ⁊ filiū declarauit? Quid tā euidēs q̄ vni⁹ naturę fili⁹ dei cū p̄re eſſe doceat̄? Leo ille: h̄ catul⁹ leonis. Vili cōparatiōe: eiuſdē naturę ac potētię vnitas itelligit̄. Rex ex rege ꝓceſſit: fortis ex forte: q2 futuros ꝓuidebat q̄ filiū aſſererēt iunioris ętatis: occurrit his ſubijciēs. Ex germine mihi aſcēdiſti: recūbens dormiſti vt leo: et tāq̄ catulus. Et alibi habes: Quia ipſe eſt Apoc.5. leo de tribu iuda. Ergo q2 catulū dixerat: hn̄ ſtatim leonē poſuit: hoc ē dicere: Nō capiant̄ aures vr̄ę: q2 catulū audierūt: filiū expſſi: nō dixi minorē. Et ip̄e eſt leo ſicut pat̄.

Audiāt q2 ⁊ leonē ⁊ catulū appellauit: leonē quaſi ꝑfectę plenęq̄ virtutis: catulū q̄ſi filiū: ne quis cū audiret ęq̄lē patri nō putaret filiū. Nō ſic laudat̄ fili⁹ vt ſeparet̄ a p̄re. Ille ꝓbat ęqualē qui filiū ꝯfitet̄. Mirifice aūt ⁊ incarnationē ei⁹ expreſſit dicēs: Ex germine mihi aſcēdiſti: eo ꝙ tāq̄ frutex terrę in aluo virginis germinauit: ⁊ vt flos boni odoris ad redēptionē mundi toti⁹ materni viſcerib⁹ in ſplendore nouę lucis emiſſus aſcēderet: ſicut eſaias dicit: Exiet virga Eſa.11. de radice ieſſe: ⁊ flos ex radice ei⁹ aſcendet.

Radix familia iudęoꝝ: virga maria: flos marię chriſt⁹ eſt: q̄ fetorē mūdanę colluuionis aboleuit: odorē vitę eternę infudit. Habes ꝗ incarnationē: accipe paſſionē. Recūbens inquit dormiſti vt leo: q̄ſi iacuit in ſepulchro: velut q̄dā corpis ſui ſomno ꝗetus: ſicē ipſe ait: Ego dormiui: ⁊ req̄eui: ⁊ ſurrexi: Ps.3. qm̄ dn̄s ſuſcepit me. Unde ⁊ iacob ait: Qui ſuſcitabit eū: hoc ē: quē dominus ſuſcipiet. Quis eſt alius qui reſuſcitet: niſi ipſe ſe ſua patriſq̄ reſuſcitet ptāte? Video natū auctoritate ꝓpria: video mortuū ꝓpriā voluntate: video dormientē poteſtate ꝓpria. Qui oīa ſuo fecit arbitrio: cui⁹ alterius vt reſur-

gat egebit auxilijs? Ipſe igiť reſurrectio⸗
nis ſuę auctoꝛ eſt: qui moꝛtiſ eſt arbiter: qui
expectať a gentibus. Et ideo donec ille ve⸗
niat nō deficiet dux ex iuda: vt vſqꝫ ad eiuſ
oꝛtum regalis ſucceſſionis fides incoꝛrupta
ſeruet. Poſtea eñ vt docuimus tractatu
habito in euãgelio: per herodeꝫ adulterata
ſucceſſio ꝓrogatiuã dignitatẜ amiſit. Eteñ
quia verũ regem negauerunt: falſos habe⸗
re cęperũt. Ergo hoc dicit patriarcha: Ser
uabitur in iudicibꝰ vel regibus iudęoꝝ in⸗
temeratę ſuccceſſionis hereditas ducta per
reges: donec veniat cui repoſitũ eſt: vt ec⸗
cleſiam dei cõgreget ex cõuentu nationum
omniũ: ⁊ gentiliũ deuotione populoꝝ: hoc
eſt: ipſum manet: ipſi debitũ ſeruať: ipſi tã⸗
tę gratię ꝓrogatiua defertur. Et ipſe eſt ex
pectatio gentiũ. Plus dixit ꝗ̃ ſi dixiſſet:
ipſũ expectant gentes: eo ꝙ omnis ſpes ec⸗
cleſię in ipſo recumbat. Ideo dicitur moy
Exo.3. ſi: Solue calciamentum pedum tuoꝛum: ne
ipſe ſponſus eccleſię crederetur: qui dux plę
bis eligebatur. Ideo ſoluit calciamentuꝫ
ſuum ieſus naue: vt venturo tanti muneris
gratiã ⁊ ipſe ſeruaret. Ideo dicit iohan⸗
Luc.3. nes: Poſt me venit vir: cuius nõ ſum dig⸗
nus ſoluere coꝛrigiam calciamentoꝛũ eius.
Ioh.3. Ideo dicit: Qui habet ſponſam ſponſus
eſt: amicus autẽ ſponſi qui ſtat ⁊ audit euꝫ:
et gaudio gaudet: hoc eſt: ipſe ſolus vir eſt
eccleſię: hic eſt expectatio gentiũ: huic defe⸗
rentes copulę gratiã nuptialis: calciamẽtũ
ſuum ſoluerunt pꝛophetę. Hic ſponſus eſt:
ego amicus ſpõſi: gaudeo qꝛ venit: quia vo
cem audio nuptialẽ: quia iam nõ dura pec⸗
catoꝛũ ſupplicia: dura legis toꝛmenta: ſed re
miſſionẽ criminũ: vocem lętitię: ſonũ iocũ⸗
ditatis: exultationem feſti nuptialis audi⸗
Gen.49. mus. Hic eſt ille alligans ad vitem aſinũ
ſuũ: ⁊ cilitium pullũ aſinę ſuę: vt feruoꝛẽ ſpi
ritusſancti habeat cõgregatio nationũ an⸗
te remiſſa ⁊ negligens: ſed iã deuota ꝑ chꝛi⸗
ſtum: ⁊ viti illi ꝑpetuę: hoc eſt: domino ieſu
Ioh.15. qui ait: Ego ſum vitis: pater meus agrico⸗
la: velut fructuoſi palmites quibuſdã inex⸗
olubilibus vinculis fidei alligemur. Hoc
eſt illud myſterium: quod pullũ aſinę ſolui
iuſſit in euangelio: ⁊ ipſe dominus ieſus ſe⸗
dit ſuꝑ eum: vt alligatus ad vitem ꝑpetua
Gen.49. ſanctoꝛũ ſuauitate requieſceret. Lauit in⸗
quit in vino ſtolam ſuã. Bona ſtola eſt ca
ro chꝛiſti: quę omniũ peccata operuit: omni
um delicta ſuſcepit: omnium erroꝛes texit.
Bona ſtola quę vniuerſos induit veſte io⸗
cunditatis. Lauit hãc ſtolã in vino: quã⸗
do cum baptizareť in eufrate: deſcendit ſpi
ritusſanctꝰ ſicut colũba: ⁊ manſit ſuꝑ eum.
Quo ſignificatur: ꝙ plenitudo ſpiritusſan⸗
cti indiuidua in eo fuerit: nec receſſerit. Vn
de ⁊ euãgeliſta ait: Quia plenus ſpiritusſan Luc.4.
cto dominꝰ ieſus regreſſus eſt ab ioꝛdane.
Lauit ergo ieſus ſtolam ſuã: nõ vt ſuam
quę nõ erat: ſed vt noſtram quę erat ſoꝛdeꝫ
ablueret. Deniqꝫ ait: Et in ſanguine vuę
anaboladium ſuũ: hoc eſt: in paſſione coꝛ⸗
poꝛis ſui diluit gẽtes ſuo ſanguine. Eteñ
verbi anaboladiũ gentes ſunt: ſicut ſcriptũ
eſt: Viuo ego dicit dominꝰ: niſi omnes eos
induam ſicut veſtimentũ. Et alibi: Sicut Ps.101.
amictũ mutabis eos: ⁊ mutabunť. Non er⸗
go ſanguie ꝓpꝛio ſuo peccata quę nõ erãt:
ſed noſtra quę fecimus delicta mundauit.
Et bene vuam dixit: quia ſicut vua pepẽ
dit in ligno. Ipſe eſt vitis: ipſe vua. Vitẜ
ligno adhęrẽs. Vua qꝛ lancea militis aper
tũ latus emiſit aquã ⁊ ſanguinẽ. Sic eniꝫ
dixit iohãnes: Quia exiuit de eo aqua ⁊ ſan Ioh.19.
guis. Aqua ad lauacrũ: ſanguis ad pꝛeciũ.
Aqua nos abluit: ſanguis redemit. Et iõ
ait ꝓpheta: Hilares oculi eius vino: ⁊ den⸗ Gen.49.
tes candidioꝛes ꝗ̃ lac: ſignificãs ꝓphetas ⁊
apłos. Alij eñ ſicut oculi chꝛiſti ꝓuiderũt
⁊ annũciauerunt eius aduentũ: de quibus
ipſe dicit: Abꝛaam diẽ meum vidit: ⁊ gaui⸗ Ioh.8.
ſus eſt. Et vnus de pꝛophetis dicit: Vidi
dominũ ſabaoth: quẽ videntes ſpiritali lę⸗
ticia cõplebantur. Alij vero: hoc eſt: apo⸗
ſtoli: quos dñs a peccatoꝛum labe munda⸗
uit ſuꝑ lac candidioꝛes facti ſunt: quos ma⸗
cula nulla poſtea fuſcauit. Eteñ lac tẽpo⸗
rale eſt: gratia autẽ apoſtoloꝛũ ꝑpetua ma⸗
net: qui nobis ſpiritalia illa atqꝫ cęleſtia cõ⸗
ficiẽtes alimẽta: mẽtis internę viſcera ſagi⸗
narũt. Sunt etiã qui mãdata dñi lucida:
quę diuino oꝛe depꝛompta ſunt ſicut lac no
bis facta arbitrenť: quibꝰ nutriti ad panis
cęleſtis ꝑuenimꝰ alimoniã. Vnde ⁊ paulus
ait: Lac vobis potũ dedi: nõ eſcam: Nõdũ 1.Cor.3.
enim poteratis. Coꝛinthios in pꝛincipio fi⸗
dei potu lactis imbuit. Sancti illi quoꝝ fi⸗
des annũciať in vniuerſo mũdo: tanꝗ̃ ab⸗
lactati eſca ſolidioꝛe firmanť.

## De benedictiõe Zabulon: ⁊ myſterijs illius: Ca. V.



Gen.49. Zabulon iuxta mare habitabit: ⁊ ip
ſe ſecus acceſſus nauium: ⁊ ꝑtendit
vſqꝫ ad ſidonẽ. Ipſa nominis in⸗
terp̃tatio melioꝛa ꝓmittit: eo ꝙ latina exp̃ſ⸗
ſio liberationẽ ſignificet a nocturnis: qđ eſt
vtiqꝫ bonũ: ⁊ eius qui ſperat in penniſ dñi:
quẽ circũdat veritas eius: ne timeat a timo
re nocturno: ⁊ a negocio ꝑambulante in te⸗
nebꝛis. Hic ergo zabulon iuxta mare in⸗
quit habitabit: vt videat alioꝛũ naufragia:
ipſe immunis periculi: ⁊ ſpectet alios fluc⸗
tuantes in freto iſtius mundi: qui circũferã
tur oĩ vẽto doctrinę: ipſe fidei radice imobi
lis ꝑſeuerans: ſicut eſt ſacroſancta eccłia ra⸗
dicata atqꝫ fundata in fide ſpectans hęreti⸗
coꝛũ ꝓcellas: ⁊ naufragia iudęoꝛũ: quoniã
gubernatoꝛem quẽ habuerãt abnegarunt.
Circa fluctus itaqꝫ habitat: nõ fluctibus
cõmouetur: magiſqꝫ ad ſubueniendũ parat
aquã periculo obnoxiaꝫ: vt ſi qui tẽpeſtati⸗
bus acti grauibꝰ cõfugere ad poꝛtũ velint:
pꝛęſto ſit eccleſia tanquam poꝛtus ſalutis:
quę expanſis bꝛachijs in gremiũ trãquilli⸗
tatis ſuę vocet periclitantes: locũ fide ſtati⸗
onis oſtendens. Eccleſię igiť in hoc ſecu⸗
lo tanquã poꝛtus maritimi ꝑ littoꝛa diffuſa
occurrũt laboꝛantibꝰ: dicentes eſſe creden⸗
tibus refugiũ pꝛęparatũ: quo ventis quaſ⸗
ſata nauigia poſſint ſubducere. In his ec
cleſijs ſunt pꝛincipes zabulon: et pꝛincipes
neptalim: ſicut docet quinquageſimꝰ ſepti
muſdecimꝰ pſalmus: quoꝛũ alij liberatoꝛes
Ro.13. ſunt a tẽpeſtate nocturna: clamãtes: Abijci
amus ergo opera tenebꝛaꝝ: ⁊ induamur ar
ma lucẜ: Alij ſunt latitudinis apłicę qui poſ
2.Cor.6. ſunt dicere: Os noſtrũ patet ad vos o coꝛin
thij: coꝛ noſtrũ dilatatũ eſt. Ipſi ſunt iſti
qui cũ eſſent in tenebꝛis: lucem viderũt ma⸗
Esa.9. gnã: ſicut ꝓpheta teſtať dicens: Regio za⸗
bulon ⁊ regio neptalim: via maris tranſ ioꝛ
danẽ: populus qui ſedebat in tenebꝛis vi⸗
derũt lucẽ magnã: qui ſedebant in regione
vmbꝛę moꝛtis: lux oꝛta eſt eis. Exploꝛato⸗
res igiť ſecꝰ acceſſus nauiũ poſuit dñs deuſ
noſter patriarchę huiꝰ hęredes: cuiꝰ cura ꝑ⸗
uigil ⁊ ſpiritalis ſucceſſio ꝑtendit vſqꝫ ad ſi⸗
donẽ: hoc eſt: vſqꝫ ad gentes ꝑuenit: vt dñi
miſericoꝛdia peccata abluat nationũ. Si⸗
don eñ pꝛimitiuꝰ eſt filius cham: illiꝰ vtiqꝫ
qui ꝓpter irreuerentiã paternę pietatis ma
ledictione dãnatus eſt. Patris ergo libe⸗
ratio nocturna: tanquaꝫ in excubijs poſita
ꝓpugnaculi ſpiritalis: ne quis ſcopuloſa vi
tę huius itinera poſſit icedere: ꝑtendit vſqꝫ
ad grauiſſimoꝛũ criminum peccatoꝛes: ⁊ ſi⸗
dones ipſos: qui ante ſupſtitione vehemẽ⸗
ti venatoꝛes ſcelerũ nuncupabanť: ⁊ vt in⸗
terp̃tatio docet ſoluta hęreditate maledicti
donat: atqꝫ hęreditate benedictionis abſol
uat: vt vbi maioꝛ reatus erat: ibi nunc vbe⸗
rioꝛ ſit gratia.

## De benedictione Iſachar: ⁊ myſtica eiꝰ expoſitione: Ca. VI.

Iſachar bonũ ꝯcupiuit: requieſcẽs Gen.49.
inter medias ſoꝛtes: ⁊ videns requi
em: qꝛ bona eſt: ⁊ terrã qꝛ pinguis:
ſuppoſuit humerũ ſuum ad laboꝛandũ: ⁊ fa⸗
ctus eſt vir agricola. Iſachar merces dici
tur: ⁊ ideo referť ad chꝛiſtũ: qui ẽ merces no
ſtra: ꝙ euꝫ nobis ad ſpem ſalutis ęternę nõ
auro: nõ argento ſed fide ⁊ deuotione mer⸗
cemur. Vnde ⁊ dauid de ipſo dicit: Ecce hę Ps.126.
reditas dñi filij merces fructus ventris. Et
ideo dicit moyſes: Merces circa mare inha
bitantiũ. Hic eſt qui bonũ cõcupiuit ab ini⸗
tio: ⁊ quod malũ eſt deſiderare neſciuit. De
quo eſaias ait: Pꝛiuſquã ſciat puer vocare Esa.8.
patrẽ aut matrem. Nõ credidit malicię eli⸗
gens quod bonũ eſt. Requieuit inter ſoꝛ⸗
tes veteris vel noui teſtamenti: vel in me⸗
dio ꝓphetarũ. Ideoqꝫ inter moyſen ⁊ he
liam mediꝰ apparuit: vt oſtẽderet nobis ꝙ
eoꝛum ſermonibꝰ requiẽ habeat: ꝑ quos plę
riqꝫ peccatis renũciantes credunt in deum
viuum: vel ꝙ ipſi ſint teſtes reſurrectionis
eius ⁊ beatę quietis. Itaqꝫ vt ad reſurrecti
onis ſuę gratiã vocaret gentes. Ipſa eſt
eñ pinguis ⁊ fertilis terra: quę fructꝰ gene⸗
rat ęternos: fructus centeſimos et ſexageſi⸗
mos. Subiecit humerũ ſuum ad laboꝛan
dũ: ſubijciens ſe cruci vt noſtra peccata poꝛ
taret. Ideoqꝫ dicit ꝓpheta: Cuius pꝛin⸗ Esa.9.
cipatus ſuper humerum eius: hoc eſt: ſuper
coꝛpoꝛis paſſionẽ diuinitatis poteſtas: vel
crux ſupereminens coꝛpoꝛi. Suppoſuit er
go humerũ incũbens aratro: omnibus ſub
eundis contumelijs patiens: ita ſubiectus
laboꝛi: vt vulneraret ꝓpter iniquitates no⸗
ſtras: vt infirmaretur ꝓpter peccata noſtra.
Et factꝰ eſt agricola: ſciens terrã ſuam bo
no ſeminare frumẽto: ⁊ fructiferas arboꝛes
alta radice plantare.

## De ꝓphetica benedictiõe Dan: ac myſtico eiuſdẽ intellectu: Ca. VII.

Geñ.49 D An iudicabit populū ſuū tanquā
vna tribus iſrael. Et factus eſt dan
ipſe ſerpens in via ſedens: ⁊ in ſemi
ta mordens calcaneū equi: ⁊ cadet eques re
troꝛſum: ſalutē expectās a dño. Simplex
quidē intellectus hoc habet: qđ etiam dan
tribus iudicē dederit in iſrael. Etenī poſt ie
ſum naue iudices fuerunt plebis de diuer-
ſis tribubus. Fuit autē ⁊ ſamſon de tribu
dan: ⁊ iudicauit iſrael viginti annis. Sꝫ nō
hunc ꝓphetia ſignificat: ſed antichriſtū qui
futurus eſt ex tribu dan. Seuus iudex et
tyrannꝰ immanis iudicabit populū ſuum.
Tanquā ſerpens in via ſedēs deijcere tē-
ptabit eos qui viam ambulāt veritatꝭ: ſup
plantare cupiēs veritatē. Hoc eſt enī mor
dere eq̄ calcaneū: vt veneni ſuffuſione equꝰ
ſaucius ⁊ vulneratus dente ſerpentis leuet
calcaneū ſuum. Sicut iudas ꝓditor tēpta-
tus a diabolo ſup dominū ieſū leuauit cal
caneum ſuū vt deijceret equitē: qui ſe deie-
cit vt omnes leuaret. Cecidit igiť non ꝓ-
ſtratus in faciē: quaſi dormitans: ſed retror
ſum: vt a ſuperioribꝰ ad priora ſe extēdens
a domino expectaret ſalutē. Sciebat enī ſe
reſuſcitandū: ⁊ ideo iacentē adam expecta-
bat erigere. Unde nos cū bene in via cur-
rimus: caueamus: necubi ſerpens lateat in
ſemita: ⁊ ſubruat veſtigiū equi: hoc eſt: cor-
poris noſtri: ⁊ deijciat ſubito equitē dormi-
entē. Nā ſi vigilamus: cauere debemꝰ ali
quatenꝰ: ⁊ morſus declinare ſerpētis. Nō
ergo nos opprimat ſomnus negligētię: ſom
nus ſęculi: nō opprimat diuitiarū ſomnus:
Pſ.75 ne de nobis dicať: Obdormierūt ſomnum
ſuū: ⁊ nihil inuenerūt omnes viri diuitiaꝝ.
Sed ſunt ⁊ ęquites dormientes: de quibꝰ
ſcriptū eſt: Dormierūt qui aſcenderūt eq̄s.
Si auaricia pectus tuū vulneret: ſi libido
inflāmet: dormis equeſ: ⁊ ideo corpus tuū:
hoc eſt: equū tuū nō potes refrenare. Ui-
gila ergo vt etiam ſi deiectꝰ fueris: hoc eſt:
mortuꝰ fueris nō obdormias. Qui enim
obdormiūt ſomnū ſuū: nihil inueniūt. Tu
autē expecta ſalutē a dño venturā: reſpice
vt gratiam reſurrectionis inuenias. Dor-
miebat iudas: deniq verba chriſti nō audi-
ebat. Dormiebat iudas: equidē ſomnum
diuitiarū: qui mercedē de ꝓditione quęre-
bat. Uidit eū dormientē diabolus ⁊ op-
preſſū auaricię ſomno graui: miſit ſe in cor
eius: vulnerauit equū: deiecit equitē quē
ſeparauit a chriſto. Hanc tribū benedixit
moyſes dicens: Dan catulus leonis: ⁊ effu- Deutꝫ.33
giet ex baſan: hoc eſt: ex cōfuſione. Unde
ſm grecum magis intelligere debemus: ex
quo latinus tranſtulit: qđ dan ipſe factꝰ ſit
ſerpens in via ſedens. Dan iudiciū inter-
pretať. Et ideo graue iudicij periculū tri-
bus iſta ſubijt: cui ſerpēs illapſus antichri-
ſtus eſt: qui currētē ſuis ſauciaret venenis.
Sed tamē ipſa tribus liberabiť a cōfuſio-
ne: cū fuerit cōfeſſa equitem reſurgentē qui
ait: Qui me cōfeſſus fuerit coram homini- Luc.12
bus: cōfitebor ⁊ ego eū corā patre meo qui
eſt in cęlis: qui autē me cōfuſus fuerit corā
hominibꝰ: confundā ⁊ ego eū coram patre
qui in cęlis eſt.

## De benedictione Gad: ⁊ myſtica interp̄tatione: Ca. VIII.

G Ad temptatio. Temptauit eū ⁊ ip-
ſe: tēptauit eum ſecus pedes. Tē
ptatio eſt cōgregatio ⁊ aſtutia ſcri-
barum ⁊ ſacerdotū: qui dominū de tributo
cęſaris: ⁊ de iohānis baptiſmate vt docuit
ſcriptura temptabāt: quibꝰ dñs ieſus in ſua
iuſticia tēptamentū retorſit. Secꝰ pedes:
hoc eſt: cōtinuo ſine vlla deliberatione refe
rens: quo tēptātes magis ipſe cōcluderet.
Dicentibꝰ enī: In qua ꝑtāte hęc facis: nō Matth.21
ad quęſita reſpōdit: ſed etiā ipſe ꝓpoſuit di
cens: Interrogabo ⁊ ego vos vnū verbū:
qđ ſi dixeritꝭ mihi: ⁊ ego vobis dicā in qua
ꝑtāte hęc facio. Iterū dicētibꝰ: Licet tri- Matth.22
butū dare cęſari an nō: ait: Quid me tēpta
tis hypocritę? Oſtēdite mihi nūmiſma cen-
ſus. Et offerentes: iterum interrogauit: Cu
ius eſt imago ⁊ ſupſcriptio? Dicunt ei: Cęſa
ris. Ubi igiť eos ligauit ipſorū ſermonibꝰ:
ipſorū obligatione cōſtrinxit: tunc ait illis:
Reddite quę ſunt cęſaris cęſari: ⁊ quę ſunt
dei deo: vt cōtra verba ſua venire non poſ-
ſent. Deniq mirati abierūt ab eo. Sꝫ nō
eſt mirū ſi ſecꝰ pedes reſpōdebat: qui añ ꝑe
des videbat. Expoſuit moyſes euidēter
hanc ꝓphetiam iacob ſancti eſſe de chriſto.
Sic enī ait: Benedictꝰ qui ampliauit gad. Deutꝫ.33
Sicut leo requieuit confringens brachia et
princeps: ⁊ vidit ab initio ſuo q̄ꝛ ibi diuiſa
eſt terra principū collectorum ſimul cū prin
cipibus populorū: Iuſticiā fecit dominꝰ et
iudiciū in iſrael. Agnoſcimus itaq quis
requieuerit ſicut leo: ꝯfregerit brachia potē
tium: quis ab initio diuiſiones tēptationū



vidit. Ibi igiť hiatus eſt terrę qui abſorbe-
at calūniantes: vbi tēptatio ꝑfidoꝝ eſt.

## De benedictione Aſer: ⁊ de myſterio eiuſdem: Ca. IX.

Geñ.49. A Ser: pinguis eius panis: ⁊ ipſe da-
bit eſcam principibus. Aſer inter-
pretatione latina: ſignificat diuiti-
as. Quis igiť diues: niſi vbi altitudo di-
uitiarū eſt ſapiētię ⁊ ſcientię? Quis diues
niſi dñs ieſus: qui abūdat ſemꝑ: ⁊ nunq̄ de
ficit? Pauꝑ venit in hunc mundū: ⁊ omni-
bus abūdauit: vniuerſos repleuit. Quā-
tus eſt in diuitijs: qui pauꝑtate ſua omnes
diuites fecit? Sed pauꝑ ꝓpter nos: diues
cum patre. Pauper ille vt nos ab inopia
2.Cor.8. vēdicaret: ſicut apľus docet dicens: Quia
ꝓpter vos pauꝑ factus eſt cū diues eſſet:
vt illius inopia vos ditaremini. Cuiꝰ ino
pia ditat: ſanat fimbria: fames ſatiat: mors
viuificat: ſepultura reſuſcitat. Hic ergo di-
ues eſt theſaurꝰ: huiꝰ pinguis panis: quem
qui māducauerit eſurire nō poterit. Hunc
panē dedit apľis vt diuiderent populo cre-
dentiū: hodieq dat nobiſ eū: quē ipſe quo-
tidie ſacerdos cōſecrat ſuis verbis. Hic ꝗ
panis factus eſt eſca ſanctoꝝ. Poſſumus ⁊
ipſum dominū accipere: qui ſuā carnē no-
Ioh.6. bis dedit: ſicut ipſe ait: Ego ſū paniſ vitę.
Patres veſtri manducauerūt manna in de-
ſerto ⁊ mortui ſunt: hic eſt aūt panis qui de
cęlo deſcēdit: vt ſi quis ex eo māducauerit
non moriať. Et ne quis putaret q̄ꝛ de hac
morte dicit: quę ꝑ animę ⁊ corporis ſeceſſio
nem venit: ⁊ iure dubitet cum ſciat ſanctos
apoſtolos hac morte eſſe defunctos: addi-
dit: Ego ſum panis viuꝰ: qui de cęlo deſcē-
di. Si quis māducauerit ex hoc viuet i ęter
num: hoc eſt: nō de tēporali vita dixi ſupra:
nec de morte iſtius vitę: qua etiā ſi q̄s mor-
tuus fuerit: tamē ſi panē meū acceperit: vi-
uet in ęternū. Ille enī accipit qui ſeipſum
ꝓbat: qui aūt accipit non moriť peccatoris
morte: q̄ꝛ panis hic remiſſio peccatorū eſt.
Moyſes quoq pulcherrime ꝓphetauit
Deutꝫ.33. in benedictionibꝰ ſuis dicēs: Benedictus a
filijs aſer: ⁊ erit acceptꝰ a fratribꝰ ſuis: ⁊ in-
tinget in oleo pedē ſuū: ferrum ⁊ ęs calcia-
mentū eius. Et ſicut dies tui ſunt: ſic erunt
virtutes tuę. Nō eſt quiſquā ſicut eſt deus
tuꝰ in cęlo: adiutor tuus ⁊ magnꝰ dñs firma-
menti: ⁊ ꝓtegēs deus initij: ⁊ per vires bra
chiorum potentiū eiecit a facie tua inimicū
dicens: pereat. Et inhabitabit iſrael fidens
ſolus ſuper terram iacob in frumento et vi-
no: ⁊ cęlum tibi cū nebula roris erit.

## De benedictione neptalim: ⁊ myſtica illiꝰ declaratione: Ca. X.

N Eptalim vitis remiſſa: porrigēs in Geñ.49.
germine decorem. Sarmentū vi-
tis aliud amputatur quod videtur
inutile: ne caſſa vitis ſarmentoꝝ exultatio-
ne luxuriet: ⁊ aliud pauliſper reciditur ac re
mittitur: vt fructū afferat: cuiꝰ decus in ge-
neratione porrigiť: quia dū ad ſupna ſe ſub
rigit vitem amplectiť ⁊ ad verticem aſcen-
dens iugi: quędā colla vitium p̄cioſi palmi
tis veſtit monili. Eſt ⁊ ille decorus in ge-
neratione: q̄ꝛ plenis palmitibꝰ multus fru-
ctus exundat. Decorū hoc: ſed multo il-
lud pulchrius: q̄ hęrentē palmitem vitis ſi-
gnificat ſpiritalis: cuiꝰ nos ſarmentū ſumꝰ:
⁊ fructū afferre poſſumus ſi maneamꝰ in vi
te: ſin autē p̄cidimur. Sanctꝰ patriarcha
neptalim erat palmes abundans. Unde et
moyſes dicit: Neptalim ſatietas accipienti Deutꝫ.33.
um: replebiť benedictōe a dño: mare ⁊ afri-
cum poſſidebit: exponēs hoc qđ iacob dixe
rat: quid ſit vitis remiſſa ꝑ fidei gratiā: hoc
eſt: vinculis mortis exutꝰ: in quo ſignificať
populus dei ad libertatē fidei: ⁊ vbertatē
vocatꝰ gratię toto orbe diffuſus: qui iugū
chriſti bono fructu veſtiat: ⁊ ligna verę illiꝰ
vitis: hoc eſt: myſteria dñicę crucis ambiat:
nec timeat ꝑſecutionis eius periculū: ſed ma-
gis etiā in ꝑſecutionibus poſitus chriſti no
mine gloriet. Hic eſt vere remiſſus a vin-
culis: qui nullo nexu formidinis alligetur.
Unde ꝓpheta dicit: Exibunt et trepida- Malachie.4.
būt ſicut vituli reſoluti vinculis. Ideoq
in germine ſuo decorē porrigit: quia in loco
paſcuę collocatꝰ: ⁊ ſuꝑ aquā refectioniſ edu
catus: ꝑ ſacramēta regenerationis ſuę ger-
minat bonū verbi decorē: ⁊ aſſumiť in illā
pulcherrimā chriſti gratiā qui pōt venuſta-
tem tui decoris augere. Deniq ſuꝑ om-
nes decorus qđ habet donat: q̄ꝛ nemo pōt
donare qđ nō habet. Ideoq dictum eſt: Pſ.92.
Dominꝰ regnauit: decorem induit. Induit
enī decorē eccleſię gratiā: quę in illo lauacro
deponēs fęditatē omniū delictorū ſplendo
re gratię cęleſtis enituit. Ideoq ſponſuſ Cant.6.
de ea dicit: Quę nā eſt hęc ꝓſpiciens tanq̄
diluculum: electa ſicut ſol: ſpecioſa ſicut lu-
na: mirabilis ſicut ornatus?

## De benedictione ioſeph: ⁊ qua ratione ſuper omnes filios eū pater vberius ꝓſecutus ſit: ac de myſtica illiꝰ benedictionis expoſitione: Ca. XI.

n Unc vt tanꝙ̄ epilogo quodā ꝯcludamus hiſtoriā: ſicut ⁊ ſcriptura diuina cōcluſit ꝓphetiā ſancti iacob:
Geñ.49. de ſancti ioſeph nomine digeramus. Filius meꝰ ampliādus ioſeph: filiꝰ ampliādus meus zelatꝰ: filiꝰ meus adoleſcētior ad me reuertere. In quē cōſilia cōferentes maledicebant: ⁊ intēdebant in eū dñi arcū: ⁊ cōtriti ſunt cū potentia arcus eorum: ⁊ diſſoluti ſunt nerui brachiorū manus eorū ꝑ manus potētis iacob. Ille qui ꝑualuit a deo iſrael patri tuo: ⁊ adiuuit te deꝰ meus: ⁊ benedixit te benedictione celi a ſummo: ⁊ benedictione terrę habētis omnia: ꝓpter bñdictionē vberū ⁊ vuluę: benedictiones patris tui ⁊ matris ꝑualuit. Benedictiones montiuʒ manentiū: ⁊ deſideria colliū ęternorū erunt ſuꝑ caput ioſeph: ⁊ ſuꝑ caput eoꝝ quibꝰ ꝑfuit fratrū. Quę cauſa eſt ꝙ ſuꝑ oēs filios ioſeph vberiꝰ ꝓſecutus eſt pater: niſi qꝛ ꝑfigurata in eo iam chriſti videbat myſteria? Unde benedicēs illū magis qui expectabatur ꝙ̄ illū qui videbaẜ ait: Filius ampliandus meꝰ ioſeph. Qui eſt ampliādus: niſi chriſtus cuiꝰ gratia ſemꝑ augeẜ: ⁊ finē ꝓceſſus ſui nō habet gloria? De quo et iohānes
Joh.5. dicit: Illū oportere creſcere: me aūt minorari: qꝛ ꝑ illius illud ſalutare ꝑfectūꝙ nomen: cumulata eſt in hoc mūdo ⁊ abūdauit gratia. Filiꝰ meus ampliādus. Et ideo qꝛ videbant eū creſcere fratres: ⁊ inuidere cęperunt. Intelligibilis aūt ioſeph ⁊ zelū incidit ab his quos magꝭ fouebat. Deniꝙ di
Matth.15. cebat: Nō veni niſi ad oues ꝑditas domus
Joh.9. iſrael. Et illi dicebant: Neſcimꝰ vnde ſit. Ille curabat eos: ⁊ illi negabant eū. Filius inquit meꝰ adoleſcētior. Reuera adoleſcentior: qui erat pene vltimꝰ natoꝝ. Deniꝙ et
Geñ.37. ſcriptura dicit: Amabat euʒ iacob: qꝛ filius erat ſenectutis illiꝰ. Qđ etiā ad chriſtum referẜ. Seneſcēti eñ mundo ⁊ iā occidēti illuceſcēs dei filius ꝑ marię virginis partuʒ: ſero aduenit quaſi filiꝰ ſenectutis ẜm ſacramentū ſuſcepti corporis: qui erat añ ſęcula ſemꝑ apud patrē. Unde dicit ad eū paẜ: Ad me reuertere: vocans eū ad cęlū de terris: quē ꝓpꝫ noſtrā ſalutē miſerat. Itaꝙ reſuſcitans filiū ſuū vnigenituʒ: euacuauit cōſiliū maledicentiū. Unde et eſaias dicit: Uanū cōſiliū ſpiritꝰ veſtri. Et ꝯuitia quę q̄ſi iaculātes ſagittas dirigebāt: ſoluit oīa: cōtriuit eoꝝ potentiā qui in ſuis virtutibꝰ ⁊ nō in deo cōfidentes erāt. Ille inquit q̄ ꝑualuit a deo iſrael patri tuo: et adiuuit te deꝰ meus. Quis eſt qui ꝯfortauit iſrael: ⁊ adiuuit filiū: niſi ſolus deꝰ pater: qui dixit: Jacob puer meꝰ ſuſcipiā eū: iſrael electꝰ meus: ſuſcipiat eū anima mea? Et benedixit eū bñdictione cęli deſuꝑ: ⁊ bñdictione terrę habētis oīa. Omnia eñ ſubiecit ei: cęleſtia ſicut benedictionē cęli: ⁊ terrena ſicut bñdictionē terrę: vt ⁊ hominibꝰ ⁊ angelis dñaretur. Itaꝙ in illo velut cōtemptibili corpore ꝑualuiſti inqꝫ ꝓpter benedictionē vberū ⁊ vuluę. Bñdictiones patris tui ⁊ matris vbera: vel duo teſtamēta dixit: quoꝝ altero annūciatus eſt: altero demōſtratus. Et bene vbera: qm̄ velut quōdaʒ nos ſpiritali lacte nutritos educauit: et obtulit deo filios. Uel marię dicit vbera: quę vere bñdicta erant: quibꝰ ſancta virgo ꝑplo dñi potū lactis immulſit. Unde ⁊ illa mulier in euan
gelio ait: Beatꝰ vēter qui te portauit: ⁊ vbe Luc.11.
ra quę ſuxiſti. Qđ aūt ait: Uuluę bñdictionē patris tui ⁊ matris. Si vuluā ſolaʒ marię velimꝰ intelligere: cur vtrūꝙ benedictione ꝯiunxerit: latebit cauſa. Potuit eñ dicere de ſola vulua matris. Sed pulchrius arbitror: vt ẜm ſpiritale myſteriū intelligamus vtrāꝙ generationē dñi ieſu: ⁊ ẜm diuinitatē: ⁊ ẜm carnem: qui ante ſęcula eſt ge
neratus ex patre. Unde ⁊ pater ait: Eru Pſ.44.
ctauit cor meū verbū: eo ꝙ ex illa intima: eo ꝙ irrepꝛ̄henſibili patris ꝓceſſit ſubſtantia ⁊ in ipſo eſt ſemper. Unde ⁊ euāgeliſta ait:
Deū nemo vidit vnquā: niſi vnigenitꝰ filiꝰ Joh.1.
qui eſt in ſinu patrꝭ ipſe enarrauit. Sicut ergo ſinus patrꝭ ſpiritalis intelligiẜ intimū quoddā paternę charitatis naturęꝙ ſecretum: in quo ſemꝑ eſt filiꝰ: ita etiā patris ſpiritalis eſt vulua interioris arcanuʒ: de quo tanꝙ̄ ex genitali aluo ꝓceſſit filiꝰ. Deniꝙ diuerſe nunc legimus vuluā patris: nūc cor eius quo verbū eructauit: nunc os eius ex quo iuſticia ꝓceſſit: ex quo ꝓdiuit ſapiētia:
ſicut ipſe ait: Ex ore altiſſimi ꝓdiui. Ita cū Eccl.24.
vnum nō definitur: et vnuʒ omnia ſonant: ſpiritale magis myſteriū generationis paternę ꝙ̄ membrū aliqđ corporale ſignificat.



Sed ſicut illā ex patre generationē intelligimus: ita etiā ad cōſummationē fidei generationē marię intelligamuſ: qm̄ benedicitur vulua matris: illa vtiꝙ marię virginalis: q̄ nobis edidit dñm ieſuʒ. De quo partu di
Hiere.1. cit dñs ꝑ hieremiā ꝓphetam: Priuſꝙ̄ te formarē in vtero noui te: ⁊ ꝓuſꝙ̄ exires de vulua matris ſanctificaui te. Geminā igiẜ ꝓpheta in chriſto ſubſtantiā declarauit: diuinitatis ⁊ carnis: alterā ex patre: alteram ex virgine: ita tamē vt nō exors ſuę eſſet diuinitatis cū ex virgine naſcereẜ ⁊ eſſet in corpore. Unde ⁊ cōualuit ſuꝑ omnes mōtes: ⁊ deſideria colliū ęternoꝝ. Suꝑ oēs eñ illos ſublimis meriti veros patriarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ apłos: ſed etiā vltra ſolem lunam archangelos tanꝙ̄ cęli lumen emicuit: ſicut
Luc.6. ipſe ait: Nō eſt diſcipulus ſuꝑ magiſtrum: nec ſeruus ſuꝑ dñm. Quis eñ illoꝝ fuit cui ſubiecta eſſent omnia: quibꝰ ipſe donauit qđ erant? In quo benedicunẜ oēs ſancti eius: qꝛ ipe eſt ſuꝑ capita omniū: caput om
1.Cor.11. niū. Caput eñ mulieris vir: caput viri chriſtus. Et ſuꝑ vertices montiū: qꝛ ipſe eſt ſuꝑeminens vertex vniuerſoꝝ. Sed iuſtoꝝ eſt vertex altiſſimus: quos fratres vocauit acquiſitos ꝑ gratiā: ⁊ quoddā regenerationiſ cōſortiū. Unde ex fratribꝰ ioſeph illos magis fratres ītelligimꝰ: de quibꝰ dicit in pſal
Pſ.21. mo: Narrabo nomē tuū fratribus meis: in medio eccleſię laudabo te. Deniꝙ ⁊ moyſes cōpleturus vitę iſtius curſum cū benediceret tribū ioſeph: nō illū vtiꝙ defunctum ioſeph: ſed chriſtū benedicebat: ſicut habes
Deut.33. ſcriptū de ioſeph: A benedictione dñi terra eius: a finibꝰ cęli: ⁊ a rore: ⁊ abyſſis fontium deorſum: ⁊ ẜm horam factā ſolis curſus: ⁊ a cōuenientibꝰ menſibꝰ: ⁊ a vertice montium ab initio: ⁊ a vertice colliū ęternoꝝ: ⁊ ad horam terrę plenitudinis: ⁊ ab eo qui viſus eſt in rubo: veniat ſuꝑ caput ioſeph bñdictio: ⁊ ſuꝑ verticē ipſius: honorificꝰ ſit inter fratres. Primogenitꝰ tauri decꝰ eius: cornua vnicornui. In ipſis gentes ventilabit: ſiꝉꝙ ad extremū terrę ipſe myſteria de ſe fremet: ⁊ ipſe chyliades. Manaſſes bñdictio eadem eſt: quę omnē habet ⁊ cęleſtium ⁊ terreſtriū plenitudinē: ⁊ ſpecialē chriſti gratiam.

Qui viſus in rubo dixit ad ipſū moyſen:
Exo.3. Solue calciamentū pedū tuorū. Qui eſt ſuꝑ omnes deos: qꝛ ipſe eſt caput corporis
Col.1. eccleſię. Qui eſt principiū primogenitus ex mortuis vt ſit in omnibus ipſe primatū tenens: qm̄ in ipſo cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare. Et ideo ſoli benedictiōis huius ꝑrogatiua deferẜ: a ſummitate cęli vſꝙ
ad extremū terrę. Ipſe eſt eñ ante oēs: in Col.1.
quo cōſtant omnia: qui etiā ꝑ ſanguinē crucis ſuę pacificauit omnia: ſiue quę in cęlo: ſiue quę in terris ſunt. Cuiꝰ typum ꝑferēs pulchre benediciẜ ſanctus ioſeph: vt honorificeẜ inꝭ fratres. Primogenitꝰ tauri decus eiꝰ: habens cornua vnicornui: in quibꝰ gentes vētilabit. Et bene taurꝰ quaſi hoſtia ꝓ delictis: ⁊ totius mūdi victima: vt pacificaret omnia. Cuiꝰ decus ſanctū. Omne eñ ſanctum primogenitū: ſicut alibi demonſtrauimꝰ. Unde ⁊ leui: nō ętatis ordine: ſed ſacrę ſucceſſionis ꝑrogatiua primogenitꝰ meruit nūcupari. Et vere ſanctum
decꝰ eius: de quo ſcriptū eſt reſurgēte: Spe Pſ.44.
cioſus forma ꝑ filijs hominū: qꝛ ipſe eſt primogenitꝰ ex mortuis: habēs cornua vnicornui. Sed cū dixerit cornua: quō poſuerit vnicornui: requirendū: cū ipſe vnicornuus inter generationes ferarū vt periti aiūt: nō inueniaẜ? Et ideo verbū vnicū magis ęſtimare debemus: qꝛ ſubſtantiuū verbuʒ dei vnum eſt: nō multa verba. Unde ⁊ anna
ait: Dñs iudicat fines terrę: ⁊ dabit virtutē 1.Reg.2.
regi: ⁊ exaltabit cornu xp̄i. Et eſaias ait:
Uinea facta eſt dilecto in cornu in loco vbe Eſa.5.
ri: qm̄ in dei filio vnigenito floret eccleſia tenens vnicū dei verbum: in quo eſt virtutis atꝙ ſapientię plenitudo: cuius vbertate ſeges fidei pullulauit. Qđ verbū ſequuntur
ſancti. Decem milia inquit effrem: ⁊ milia Deut.33.
manaſſe: id eſt: ⁊ iudęoꝝ ⁊ gentiū domineẜ: ⁊ ex vtroꝙ populo acquirat ſibi eccleſię plenitudinē. Ideoꝙ dexterā ſuam ſuꝑ effreʒ poſuit ſanctꝰ iacob: eo ꝙ legis dicente eccle
ſia in canticiſcanticoꝝ: Frater meus candi Cant.5.
dus ⁊ rubeꝰ: electus ex decē milibus. De 1.Reg.18.
niꝙ etiā dauid iuuenculę marię auctorē: ex cuius ſucceſſione chriſtꝰ eſt natꝰ ꝑ virginis partū: in decē milibus ꝑdicabant: ſaul aūt in milibus: cū reuerentię gratiā circa regeʒ magis ꝓponere debuiſſent. Qui ergo cornu chriſti exaltauerit cōfeſſus eius gloriaʒ: ipſe quoꝙ accipiet cornua. Uñ etiā ſancti vnicornui dicti ſunt in pſalmi verſiculo:
Et dilectꝰ quēadmodū filius vnicornuorū. Pſ.28.

Etenim ſicut animal hmōi cū ei oriuntur cornua: ꝓceſſuʒ ſignificat plenioris ętatis:

ita cū e capite quodaʒ noſtrę animę cornua pullulare cęperint: ꝓceſſum videnť ꝑfectionis ſignificare virtutis: ⁊ tamdiu creſcunt ꝙ̄ diu cōpleanť. Hoc cornu dn̄s ieſus cōminuit gentes: vt ſupſtitionē obtereret: ſalutē

Exo.32. redderet: ſicut ipſe ait: Percutiā ⁊ ſanabo. Ideoqꝫ tanꝙ̄ imitator tauri huiꝰ ꝓpheta:

Ps̄.43. dicit: In te inimicos noſtros ventilabimꝰ: id eſt: altitudinē omnē eleuantē ſe aduerſuſ dei ſcientiā deſtruentes. Et ideo iuxta legē munda animalia cornua habēt. Lex em̄ ſpiritalis eſt. Qui em̄ poſſunt ſęculi huiꝰ illecebras verbo deo ⁊ virtutis obſeruantia ꝓpulſare: cornibꝰ velut quibuſdaʒ capitis ſui armis videnť eſſe muniti. Meritoqꝫ ⁊ tuba cornea diciť: virtus ſermonis mirabilis: quę bonos chriſti milites accendit ad ꝑlium: vt de hoſte diabolo manubias reportemus. In acie igitur ſumus: ⁊ plurimos ex nobis videmus in aduerſarij caſtris eſſe captiuos: hi nobis iugo grauiſſimo exuendi ſunt.

## De bn̄dictione Beniamin: ⁊ myſtica repſentatione eiuſdē: Ca. XII.

Plurimos lupos habet diabolus: quos ad chriſti oues dirigit: ⁊ ideo intelligibilis ioſeph vt oues ſeruaret ſuas: ipſum inimicū venientē ad diripiendas oues rapuit lupū paulū: faciens ex pſecutore doctorē. De quo dicit iacob: ſicut

Gen.49. ſcriptū eſt: Beniamin lupus rapax mane edet adhuc: ⁊ ad veſperū diuidet eſcam ꝓ̄ncipibus. Lupus erat: cū diſpergeret ⁊ deuoraret oues eccleſię. Sed qui lupus venerat paſtor eſt factus. Lupus erat cū ſaulus erat: quādo intrabat in domos et viros ac mulieres trahebat in carcerē. Lupus erat quādo ſpirans minas ⁊ homicidia in diſcipulos dn̄i: petebat epiſtolas a principe ſacerdotum vt iuaderet ſeruos chriſti. Quē tanquā lupum nocturnis tenebris oberrantem: offuſa ieſus luce cęcauit. Ideo rachel cuʒ pareret beniamin: vocauit nomē eius: filius doloris mei: futurum ꝓphetans ex ea tribu paulum: qui affligeret filios eccleſię ꝑſecutionis ſuę tēpore: ⁊ graui matrē dolore vexaret. Sed tamē idem poſtea principibus eſcam poſteriore diuiſit tempore: euangelizans gentibꝰ dei verbum: et plurimos ad fidem ꝓuocans: qui eo diſputante ſicut legatꝰ pauli ꝓcōſulis: ⁊ publius princeps: domini gratiā receperunt. Pulchre etiaʒ moyſes cū benediceret beniamini tribū dixit: Dilectus a domino: habitabit fidens: ⁊ Deut.33.

deus obumbrabit ſup euʒ omnibꝰ diebus: ⁊ inter humeros requieſcet dilectꝰ a domino. Qui etiā vas electionis eſt factꝰ. Neqꝫ em̄ aliter niſi dn̄i eſt miſeratione ⁊ amore cōuerſus. Unde ⁊ ipſe nihil merito tribuens ſuo: ſed totū deferens chriſto ait: Ego enim 1.Cor.15.

ſum minimꝰ apoſtolorū: qui nō ſum dignꝰ vocari apoſtolus: quoniā pſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia autē dei ſum id qđ ſum: ⁊ gratia eius egena in me nō fuit. Habitabit fidens in domo: quā ante vaſtabat: habitabit i tabernaculis chriſti: qui ante ſicut lupus errabat in ſiluis. Et deꝰ obumbrauit ſup eum quādo viſus eſt ei chriſtꝰ. Qui licet apertis oculis videret nihil: tamē chriſtum videbat. Et merito videbat ꝑſentem: quē etiam audiebat loquentē. Nō cęcitatiſ eſt obūbratio iſta: ſed gratię. Deniqꝫ marię dicitur: Spiritusſanctꝰ ſupueniet in te: ⁊ Luc.1.

virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et inter humeros requieſcet: hoc eſt: inter bonos actus: ⁊ opera ꝑcioſa. Nam ⁊ ſupra habes: ꝙ iſachar ſupoſuit humerum ſuū ad laborandū: ⁊ factus eſt vir agricola. Quē paulus imitatus poſuit fidei nouella plātaria: ideoqꝫ quaſi bonꝰ agricola dixit: Ego plantaui: apollo rigauit. 1.Cor 3.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber de benedictionibus patriarcharū explicit.



## Capitulorum libri de nabuthe iezraelita ſancti Ambroſij epiſcopi recollecta annotatio.

Quō exemplo nabuthe ⁊ achab regis iſrael pauperes quotidie a diuitibꝰ opprimantur: cuʒ tamen natura omnes ęquales ꝓduxerit. Ca. I.
Q̄ꝫ homines quanto ditiores cenſu: tanto pauperiores affectu. Et quos inſatiabiliſ auaricia graduſ habeat. Et quid hęc vox: da mihi: ꝑ ſe ferat. Ca. II.
Q̄ꝫ omnia animātia ſocialia ſint: ⁊ cōmertium viuendi quęrāt: ſolus autē homo conſortē excludat: ſoluſqꝫ omnia poſſidere cōtendat. Et ꝙ̄ turpe ſit agrū paternū ꝓ vili vſu alienare. Ca. III.
De rep̄henſione diuitum: qui magꝭ alienū ꝙ̄ ſuū panē manducāt: ⁊ ꝙ ideo miſere luant pauptatis erūnas. Ca. IIII.
Q̄ꝫ menſa diuitum multorum pauperū inſtruitur ſanguine. Et de patre qui cogebatur a diuite cuius menſę vinū defuit vt filium venderet. Et quomodo ſępe mulieres incitamenta ſint extorſionis a pauperibus. Ca. V.
Q̄ꝫ nullę diuitię aliquid cōferre poſſint contra iminentē fati neceſſitateʒ. Et vnde diuites appellentur. Q̄ꝫ qꝫ diues dormire nō poſſit: nec ipſe ſe q̄etū eſſe patiať. Ca. VI.
Q̄ꝫ diuites qui humanitatis prędicatione imitari deberent ſanctum ioſeph: potius de bonis faciant mala ꝙ̄ de malis bona acquirāt. Et in quę horrea diuites frumēta cōdere debeant. Ca. VII.
De admonitione diuitis vt timeat ⁊ ſpe vana nō fallatur: ac rep̄henſione eorum qui dicunt nihil dandū paupibꝰ: qꝛ deos eos maledixerit vt egerent. Ca. VIII.
Quomodo iezabel quę eſt auaricia ꝓmittat diuitibus contra iuſticiā poſſeſſioneʒ quā deſiderant. Ca. IX.
De cōſuetudine diuitum qui aliena rapere nō poſſunt. Et quid facere debeant vt deus vel eorum preces exaudiat: vel eorū ieiuniū reſpiciat. Ca. X.
Quid eſt ꝙ duo falſi teſtes atteſtati ſunt nabuthe deum benedixiſſe ⁊ regem. Et quō diuiteſ cū calumniati nocuerint: ſimulent ſe dolere. Et q̄d ſibi velit ꝙ meretrices lauerūt ſe in ſanguine achab. Ca. XI.
Q̄ꝫ omnis auarus pauperiorē ſe iudicet: eo ꝙ ſibi deeſſe arbitreť quicq̄d ab alijs poſſideť. Et quō helias achab inueniſſe dicatur. Quō etiā diues puteum ſuum exundantē: vſu aliquo exercere nō ocio corrūpi ſinere debeat. Ca. XII.
Q̄ꝫ ſtultia ſit ſupbia diuitū gloriātiū de nobilitatis ꝓſapia. Et ꝙ meritū heredum nō in auro: ſed in virtute cōſiſtat. Ca. XIII.
Quomodo diuites cuſtodes ſint ⁊ ſerui diuitiarū: Et ideo illas potius pauperibus erogare debeant ꝓ melioribus rebus acquirendis. Et de pauperibꝰ abūdantibꝰ ⁊ diuitibꝰ egentibꝰ. Ca. XIIII.
Q̄ꝫ omnes viri diuitiarū inſipientes dicantur: ⁊ corde turbati. Et quomō dormiant ſomnū ſuū. Quomō etiā dormitarint qui aſcenderunt equos. Ca. XV.
Quomodo diuites quieſcere ⁊ feriare debeant a flagitijs: ⁊ cōfiteri dn̄o in fide: humilitate: ⁊ deuota oratione. Et ꝙ multi diuites ꝓpter ꝑfidiā perierint. Ca. XVI.
Quemadmodū achab dicať cōmotus ante faciē dei: vt in diebus eius nō inducerenť ſup euʒ mala. Et ꝙ dn̄s etiā circa indignos ꝓmiſſa ſua ſeruet. Ca. XVII.

Finis.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Nabuthe iezraelita: In quo diuitum inſolentiā ⁊ auaricie ſtudium reprehendit: Et parſimonie ac paupertatis virtutem commēdat: fęliciter incipit.

## Quomodo exemplo nabuthe et achab regis iſrael pauperes quotidie a diuitibus opprimanť: cum tamen natura omnes equales ꝓduxerit: Ca. I.

Nabuthe hiſtoria tēpore vetus eſt: vſu quotidiana. Quis enim diuitū nō quotidie cōcupiſcit aliena? Quis opulentiſſimorū nō exturbare ꝯtendit agellulo ſuo pauperē atqꝫ inopē auiti ruris eliminare finibus? Quis cōtentus eſt ſuo? Cuiꝰ nō inflāmat diuitis animū vicina poſſeſſio? Nō igiť vnus achab natꝰ eſt: ſed qđ peiꝰ eſt quotidie achab naſciť: et nūquaʒ huic ſęculo moriť. Si vnus occidat

aſſurgūt plurimi:plures qui rapiant ꝗ̃ qui
amittant. Non vnus nabuthe pauper occi
ſus eſt:Quotidie nabuthe ſternitur:quoti-
die pauper occidiť. Hoc metu percitum hu
manū genus cedit iam ſuis terris: migrat
cū paruulis pauper onuſtꝰ pignore ſuo: ſe-
quitur vxor illachrymans tanꝗ̃ ad buſtum
ꝓſequať maritū. Minus tamē deplorat il-
la:que deflet ſuorū funera: quia etſi amiſit
cōiugis ꝑſidium:ſepulchrū patet:etſi filios
nō tenet:tamē exules nō dolet: nō ingemit
grauiora funeribꝰ tenere ꝓlis ieiunia. Quo
uſqꝫ tenditis diuites inſanas cupiditates?
Nunquid ſoli inhabitatis ſup terram? Cur
eijcitis conſortē nature:⁊ vendicatis poſſeſ
ſionē nature? In cōmune omnibꝰ diuitibꝰ
atqꝫ pauperibꝰ terra fundata eſt. Cur vobis
ius ꝓprium ſoli diuites arrogatis? Neſcit
natura diuites:que omnes pauperes gene
rat. Neqꝫ eñ cū veſtimētis naſcimur:nec cū
auro argētoqꝫ generamur. Nudos fudit in
lucem: egētes cibo:amictu: poculo:nudos
recipit terra ꝗs edidit: neſcit fines poſſeſſio
nū ſepulchro includere. Ceſpes anguſtus
eque ⁊ pauperi abūdat ⁊ diuiti: ⁊ terra que
viuētis nō cepit affectū:iam diuitē capit.
Neſcit ergo natura diſcernere quādo naſci-
mur:neſcit quādo deficiamꝰ. Omnes ſimi-
les creat:omnes ſimiles gremio claudit ſe-
pulchri. Quis diſcernat ſpecies mortuorū?
Redoperi terrā:etſi potes diuitē depꝛehen-
de. Eruderato paulopoſt tumulū: etſi cog-
noſcis egentē argue: niſi forte hoc ſolum ꝙ
cū diuite plura pereūt. Sericeȩ veſtes ⁊ auro
intexta velamina:qbꝰ diuitis corpꝰ ambiť:
dāna viuētiū: nō ſubſidia defunctoꝝ ſunt.
Unguētū accipis diues: pꝰ mortuꝰ es ⁊ fe-
tidus es: ꝑdis alienā gratiā:nec acquiris tu-
am. Heredes relinquis qui litigent cū here
dibus:relinquis depoſitū magis heredita-
rium ꝗ̃ cōmodū voluntariū:qui qꝺ relictū
eſt minuere ac violare formident. Si frugi
heredes ſunt cuſtodiunt:ſi luxurioſi exhau-
riunt. Itaqꝫ aut bonos heredes ꝑpetua cō
demnas ſollicitudine:aut malos dimittis:
quo tua facta cōdēnent.

## Quod homines quanto ditio- res cenſu:tanto pauperiores affe- ctu. Et quos inſatiabilis auaricia gradus habeat. Et quid hec vox: Da mihi:ꝑ ſe ferat: Ca. II.

ſ Ed quid arbitraris ꝙ dū viuis abū
das omnibꝰ? O diues neſcis ꝗ̃ pau-
per ſis:ꝗ̃ inops tibi ipſi videaris:q
te diuitē dicis? Quanto plus habueris plꝰ
requiris: ⁊ quicquid acquiſieris tamen tibi
adhuc indiges. Inflammať lucro auaricia
nō reſtinguitur. Quaſi gradus quoſdā cu-
piditas habet:quo plures aſcenderit:eo ad
altiora feſtinat:vnde ſit grauis ruina lapſu
ro. Tolerabilior tamē iſte cum minus habē
ret ſenſus:cōtemplatione mediocria requi-
rebat. Acceſſione patrimonij acceſſit cupi-
ditatis augmētū. Nō vult eſſe degener vo-
tis pauper in deſiderijs. Ita duo intolera-
bilia ſimul iungit: vt ambitioſam ſpem di-
uitis augeat :⁊ non deponat mendicitatis
affectum. Deniqꝫ docet nos ſcriptura di-
uina:ꝗ̃ miſer egeat:mendicet abiecte. Rex
achab in iſrael erat:et paup nabuthe. Ille
regni opibus affluebat:⁊ tamē ceſpitē pau
peris flagitabat:pauper nihil de poſſeſſio-
nibus cōcupiuit diuitis. Rex ſibi egere vi-
ſus eſt:quia vineā habebat pauper vicinꝰ.
Quis igiť tibi pauper videť: qui cōtentus
eſt ſuo:an qui cōcupiſcit alienū? Alter certe
pauper cenſu videtur:alter pauper eſt affec
tu. Affectus diues egere non nouit: cenſus
abūdans nequit auari pectꝰ explere. Idōqꝫ
diues cupidus:in inuidia poſſeſſiōis ⁊ pau
pertatis querela eſt. Sed iam ſcripture ver
ba cōſideremus. Et factum eſt inquit poſt 3. Reg. 21.
hec verba:Erat vinea nabuthe iezraelite in
iſrael iuxta domū achab regis ſamarie. Et
locutꝰ eſt achab ad nabuthe dicens:Da mi
hi vineā tuam:⁊ erit mihi in hortum olerū:
quoniā ꝓpinquat domui mee:⁊ dabo tibi
ꝓ ea aliā vineā. Si vero placuerit tibi: da-
bo tibi pecuniā ꝓ vinea iſta: ⁊ erit mihi in
hortū olerum. Et dixit nabuthe ad achab:
Nō fiat hoc a deo:vt dem tibi hereditatem
patrū meorum. Et turbatus eſt ſpiritꝰ eius
⁊ dormiuit in lecto ſuo:⁊ velauit faciē ſuam
⁊ non manducauit panem. Expoſuerat ſu-
pra ſcriptura diuina:quia heliſeus cū eſſet
paup reliquit boues ſuos:⁊ cucurrit ad heli
am:⁊ occidit eos: ⁊ erogauit populo: ⁊ ad-
heſit ꝓphete. Ad cōdemnationē igitur pre
miſſa ſunt diuitis qui in iſto rege deſcribiť:
eo ꝙ habens beneficia dei ſicut iſte achab:
cui dominus ⁊ regnū donauit:⁊ pluuiā he-
lie vatis oratione cōceſſit:diuina mandata
violauerit. Audiamus ergo quid dicat: Da



mihi inquit. Que alia vox egentis eſt? Que
vox alia ſtipem publicā poſtulātis: niſi: da
mihi? Hoc eſt:da mihi:qꝛ egeo. Da mihi:qꝛ
aliud viuendi ſubſidiū habere nō poſſum.
Da mihi:quia nō eſt mihi panis ad victū:
nūmus ad potum:ſumptus ad alimentū:
ad indumentū ſubſtantia. Da mihi: qꝛ tibi
dominꝰ dedit vnde largiri debeas:mihi nō
dedit. Da mihi:niſi tu dederis habere non
Luc. 11. potero. Da mihi:quia ſcriptū eſt: Date ele-
moſynā. Hec ꝗ̃ abiecta:ꝗ̃ vilia? Nō habēt
eñ humilitatis affectū: ſed cupiditatis in-
cendiū. In ipſa autē deiectione:quāta im-
pudentia? Da mihi inquit vineā tuam. Cō-
fiteť alienā:vt poſcat indebitā. Et dabo in-
quit tibi ꝓ ea aliā vineam. Diues qꝺ ſuum
eſt quaſi vile faſtidit:qꝺ alienū eñ eſt quaſi
precioſiſſimū cōcupiſcit. Si vero placuerit
tibi :dabo tibi pecuniā. Cito repꝛehēdit erro-
rem ſuum:pecuniā offerendo ꝓ vinea. Ni-
hil eñ vult alienū poſſidere:qui totū deſi-
derat ſuis poſſeſſionibꝰ occupare.

## Quod omnia animātia ſocialia ſint:⁊ cōmertium viuendi querāt: ſolus autē homo conſortem exclu- dat:ſoluſqꝫ omnia poſſidere côten dat. Et ꝗ̃ turpe ſit agrū paternum ꝓ vili vſu alienare: Ca. III.

T erit mihi inquit in hortū olerū.
e Hec erat igiť omnis inſania:hic oīs
furor:vt ſpaciū vilibus oleribꝰ que-
rereť. Nō tā ꝗ ipſi cupitis quaſi vtile poſſi-
dere:ſed alios vultis excludere. Maior vo
bis cura de pauperum ſpolijs:ꝗ̃ de veſtris
emolumentis eſt. Iniuriam veſtram puta-
tis:ſi quid pauper habeat qꝺ dignū poſſeſ-
ſione diuitis eſtimetur. Damnū veſtrū cre-
ditis:quicquid alienū eſt. Quid vos delec-
tant nature diſpendia? Uniuerſis creatꝰ eſt
mundus:quē pauci diuites vobis defende
re conamini. Nō enim terrena tantū poſſeſ
ſio:ſed celū ipſum:aer:mare:in vſum pau-
corum diuitū vendicatur. Hic ager quē tu
diffuſis includis poſſeſſionibꝰ:quātos ale-
re populos poteſt? Nūquid angeli diuiſa ce
li ſpacia habent:vt tu terram poſitis diſtin
Eſa. 5. guas terminis? Clamat ꝓpheta: Ue his q̇
iungunt domū ad domum:⁊ villā ad villā.
Arguit eos inefficacis auaricie. Fugiūt eñ
cohabitare hominibꝰ:⁊ ideo excludūt vici-
nos. Sed fugere nō poſſunt:quia cū hos ex
cluſerint :alios rurſū inueniūt:⁊ cum illos
ꝓpulſauerint :ad aliorū neceſſe eſt eos vici
niam ꝑuenire. Soli eñ ſuper terrā habita-
re nō poſſunt. Auis auibus ſe aſſociat: De
niqꝫ ingentis plerūqꝫ agminis volatu celū
obtexiť:pecus pecori adiungiť:piſcis piſci-
bus:nec damnū ducunt:ſed commertiū vi
uendi cum plurimū comitatū capeſſunt: et
quoddā munimentū ſolatio frequentioris
ſocietatis affectant. Solus tu homo cōſor-
tem excludis:includis feras:ſtruis habita-
cula beſtiarū:deſtruis hominū. Inducis ma
re intra predia tua ne deſint belue: ꝓducis
fines terre ne poſſis habere finitimū. Au-
diuimꝰ vocē diuitis aliena querētis: Audi-
amus vocem pauperis ꝓpria vendicātis.
Nō fiat inquit hoc a deo: vt dem tibi here-
ditatē patrum meorū:quaſi quandā conta-
gionem ſui pecuniā eſſe diuitis arbitretur.
Quaſi dicat: Pecunia tua tecū ſit in perdi- Act. 8.
tionē:ego autē hereditatē patrū meorum
nō poſſum vendere. Habes qꝺ ſequaris di
ues ſi ſapias: vt nō vendas agrum tuū pro
nocte meretricis:nō trāſfundas ius tuū ꝓ
ſūptu comeſſationis delitiarūqꝫ impenſis:
non adiudices domū tuam ad ludum alee:
ne ius hereditarie pietatis amittas. His au
ditis turbatus eſt ſpiritꝰ auari regis:⁊ dor-
miuit in lecto ſuo:⁊ velauit faciē ſuam:⁊ nō
manducauit panem ſuū. Lugent diuites:
ſi nō potuerint aliena diripere: ſi ſuis paup
nō ceſſerit facultatibus:vim meroris tege-
re nō poſſunt. Dormire deſiderant: velant
faciē ſuam ne quicquā in orbe terrarū alie-
num videant:ne quicquā in hoc mundo nō
eſſe ſuū nouerint:ne audiant vicinū iuxta
ſe aliquid poſſidere:ne audiant pauperē ſi-
bi cōtradicentē. Horum ſunt anime quibꝰ
dicit ꝓpheta: Mulieres diuites exurgite.

## De repꝛehenſione diuitum: qui magis alienū ꝗ̃ ſuum panem man ducant:et ꝙ ideo miſere luant pau pertatis erūnas: Ca. IIII.

T nō manducauit inquit panē ſu-
e um:quoniā querebat alienum. Et
enim diuites magis alienū panem
ꝗ̃ ſuum manducant:qui rapto viuūt: ⁊ ra-
pinis ſumptū exercent ſuum. Aut certe nō
manducauit panem ſuū: volens ſe morte
multare ꝙ ei aliquid negaretur. Compara
nunc affectum pauperis. Nihil habet: ⁊ ie-
iunare voluntarius niſi deo neſcit: ieiuna-
re niſi ex neceſſitate nō nouit. Diuites eripi

tis quidē pauperibꝰ vniuerſa: aufertis om/
nia: nihil relinquitis: pœnā tñ pauperū vos
potius diuites ſuſtinetis. Illi ieiunant cuꝫ
nō habeant: vos nō ieiunatis cū habeatis.
Vobis igit̃ ꝑ́uſ pœnā exigitis: q̄ pauperibꝰ
eroget̃. Vos igit̃ veſtro affectu luitis miſe
re paupertatis erūnas: ⁊ pauperes quidem
nō habent quo vtant̃. Vos autem nec ipſi
vtimini: nec alios vti ſinitis. Eruitis auruꝫ
de metalli venis: ſed rurſum abſconditis.
Quantoꝝ vitas in illo infoditis auro? Cur
illa ſeruant̃: cum legeritis de auaro diuite:
Theſauros cōdit: ⁊ ignrat cui cōgregat eos?
Heres ocioſus expectat: heres faſtidioſus
increpat ꝙ ſero moriamini. Odit incremen
ta hereditat̃ ſuę: ad damna feſtinat. Quid
igitur miſerius: quando nec apud illum cui
laboratis gratias derelinquit̃? Propter il/
lum totis męſtam diebus toleratis fameꝫ:
quotidiana menſę veſtrę damna metuētes:
ꝓpter illū diurna adamatis ieiunia. Noui
ego diuitē in agrum ꝓficiſcentē: panes bre/
uiores vrbe delatos numerare ſolere: vt ꝓ
numero panis ęſtimaret̃ quot dies in agro
futurus eſſet. Nolebat obſignatuꝫ aperire
horreū: ne quid de cōdito minueretur. Pa/
nis vnꝰ ſingulis diebꝰ deputabat̃: q̄ tenacē
vix ſatiare poſſet. Cōperi etiā viri fidē: ſi qñ
ei ouū eſſet appoſitū: quęri ꝙ pullus eſſet oc
ciſus. Hoc ideo ſcribo: vt cognoſcatis vin/
dicem eſſe dei iuſticiā: quę lachrymas pau/
perū veſtro vlciſcat̃ ieiunio.

## Quod menſa diuitum multoꝝ pauperꝝ inſtruitur ſanguine. Et de patre qui cogebatur a diuite cuius menſe vinum defuit vt filium venderet. Et quomodo ſepe mulieres incitamenta ſint extorſionis a pauperibus. Ca. V.

q Vam religioſum eſſet ieiuniū: ſi ſū/
ptū cōuiuij tui deputares pauperi/
bus. Tolerabilior iam diues ille cu
ius de menſa ea quę cadebant pauper laza
rus colligebat: ſaturari cupiens: ſed etiā ip
ſius menſa multoꝝ pauperū cōſtabat ſan/
guine: ⁊ ipſius pocula multoꝝ quos ad la/
queum coegerat rubebant cruore. Quanti
necant̃ vt vobis qđ delectat paretur? Fune/
ſta fames veſtra: funeſta luxuries. Ille de
ſummis culminibus ruit: vt frumentis am
pla veſtris receptacula prępararet. Ille de
ſublimi arboris cacumine decidit: dum ge/
nera vuarū explorat: quo deferat: quibꝰ di/
gna cōuiuio tuo vina fundantur. Ille mari
merſus: dum veret̃ ne piſcis menſę tuę de/
ſit aut oſtrea. Ille brumali frigore dū lepo/
res inueſtigare: aut laqueis ſtudet aues ca/
ptare diriguit. Ille ante oculos tuos ſi q̄d
forte diſplicuit verberatur ad mortem: atqꝫ
ipſas epulas fuſo reſpergit cruore. Deniqꝫ
diues erat qui ſibi ad menſam caput ꝓphe
tę pauperis iuſſit afferri: ⁊ aliud vnde ſalta/
trici pręmiū ſolueret non inuenerat: niſi vt
pauperē iuberet occidi. Vidi ego pauperē
duci: dū cogeretur ſoluere qđ nō habebat:
trahi ad carcerē: quia vinū deeſſet ad men
ſam potētis: deducere in auctionē filios ſu/
os: vt ad tempꝰ pœnam deferre poſſit: inuē
tum forte aliquē qui in illa neceſſitate ſub/
ueniret. Redit ad hoſpitium cū ſuis paup
diruta ſpectans omnia: nihil ſibi ad cibum
relictū: ingemiſcens filioꝝ famem: dolens
ꝙ eos non potuis ei qui poſſet paſcere ven/
didiſſet. Redit ad conſiliū: vendendi ſumit
arbitriū. Compugnabāt tamē inopię iniu/
ria: et paternę pietatis gratia: fames vrge/
bat ad preciū: natura ad officium: commori
filijs paratus: q̄ a filijs ſeparari. Sępe gra/
dum ꝓtulit: ſępe reuocauit. Vicit tamē in
eo neceſſitas nō voluntas: ⁊ ipſa cōceſſit pi
etas neceſſitati. Conſideremuſ nunc patrię
mentis ꝓcellas: exęſtuantis: quē de liberis
prius traderet. Quē inquit vendā prioreꝫ?
Scio eñ ꝙ non ſatis eſt vnius preciū ad pa
ſtum reliquoꝝ. Hoc ſolū diues fęcunditas
ad erūnam. Quē offerā? Quē frumenti auc
tionator libenter aſpiciat? Primogenitum
offeram? Sed primus me patrem vocauit.
Hic eſt maior ex filijs: quē congrue honoro
ſeniorem. Sed iuniorē dabo? At iſtum tene
riore amore cōplector. Illū erubeſco: huius
miſereor. Illius gradū ſuſpiro: huiuſ ętatē.
Ille iaꝫ ſentit erumnā: iſte ignorat. Flectit
me illius dolor: huiꝰ inſcitia. Ad alia me cō
feram. Ille mihi plus blanditur: iſte plus
verecundatur. Ille parenti ſimilior: hic vti/
lior. In illo imagineꝫ meam vendo: in iſto
ſpem meam ꝑdo. Me miſerū: non inuenio
quid faciā: nō habeo quid eligam. Circum/
uallant me facies calamitatū: erūnarū cho/
rus. Ferina hęc rabies eſt: eligere quem tra
das. Ferę ipſę cū pericula imminere ꝑſpi: ac



ſibi ſentiunt: ſolent eligere quos liberēt: nō
quos offerant. Quomō igitur diſcernā affe
ctum naturę? Quomō obliuiſcar? Quomo
do exuam patris mentē? Quomō filij aucti
onem cōſtituam? Quo ſermone paciſcar p̄/
cium? Quibus tradā manibꝰ in ſeruitutem
filium? Quibus oculis aſpiciam ſeruientē?
Quibus oculis diſcedenti valedicā? Qui/
bus factū excuſeꝫ ſermonibꝰ? Fili: ego te ꝓ
meo cibo vendidi. Funeſtior ergo iam pau
peris mēſa: q̄ diuitis. Ille adijcit alienos:
ego meū vendo. Ille neceſſitateꝫ imponit:
ego affero voluntatem. Vt ſit excuſabilior
cauſa adijciā: Fili ꝓ fratribus tuis ſeruies:
vt illis quęrant̃ alimēta. Et ioſeph a fratri/
bus ſuis in ſeruitutē venūdatꝰ eſt: poſtea et
ipſos ⁊ patrē pauit. Reſpōdebit ⁊ ille: Sed
nō eum vendidit pater: ſed fleuit amiſſum.
Sed poſtea etiam ipſi in poteſtatē diuitis
venerūt: ⁊ vix potuerūt poſtea liberari. Ge
nus eius diuitijs ęgypti multa ętate ſerui/
uit. Vende me poſtremo pater: ea cōditio/
ne ne diuites emāt. Hęc ſi fateor veꝝ: quid
faciam? Nullū vendam. Sed cū vnum con
ſidero: omnes videbo fame pereuntes. Si
vnū tradā: quibꝰ oculis videbo cęteros de
mea impietate ſuſpectoſ: ne alios q̄ vēdā?
Quo pudore regrediar domū? Quomodo
intrabo? Quo habitabo affectu: qui mihi
abnegaui filiū quē nō morbus abſumpſit:
nō mors abſtulit? Qua cōſcientia cōſidera/
bo menſam meam: quā ſicut nouella oliua/
rum in circuitu tot filij veſtiebant? Hęc pau
per te p̄ſente deplorat: ⁊ tibi auaricia aureꝫ
obſtruit: nec mens tua facti miſerabilis hor
rore mollitur. Totus populus ingemiſcit: ⁊
ſolus diues nō flecteris: nec audis ſcriptu/
Eccl. 29. ram dicentē: Perde pecuniā ꝓpter fratrem
⁊ amicū: ⁊ nō abſcondas eam ſub lapide in
mortem. Et quia non audis: ideo exclamat
Eccſ. 5. eccleſiaſtes dicens: Eſt languor malus quē
vidi ſub ſole: diuitias cuſtodiri in malū poſ
ſidentis eas. Sed fortaſſe redeas domū: cū
vxore conferas: illa te hortetur: vt redimas
venundatum: immo magis hortabitur: vt
mundū muliebrē cōferas. Vnde poteſt vel
pauper pauperē liberare? Illa tibi imponit
ſumptuū neceſſitatem: vt gemma bibat: in
oſtro dormiat: in argētea ſponda recūbat:
auro oneret manus: ceruicē monilibus. De
lectant̃ ⁊ cōpedibus mulieres: dūmodo au
ro ligentur. Non putant onera eſſe ſi preci/
oſa ſint: nō putant vincula eſſe: ſi in his the
ſauri coruſcent. Delectant ⁊ vulnera: vt au/
rum auribus inſerat̃: ⁊ margaritę depende/
ant. Habent ⁊ gemmę pondera ſua: habēt
⁊ veſtimenta frigora ſua. Sudatur in gem/
mis: algetur in ſericis: tamen p̄cia iuuant:
⁊ q̄ natura aduerſatur cōmendat auaricia.
Smaragdos: ⁊ hiacynthos: berilluꝫ: acha/
ten: topazion: amethiſtū: iaſpin: ſardium:
ſummo quęrūt furore: vel ſi dimidiū patri/
monij petatur. Nō parcunt diſpendio: duꝫ
indulgent cupiditati. Non abnuo gratiam
quandā lapidū iſtorum eſſe fulgorē: ſed ta/
men lapidum. Nec ipſi admonent cōtra na
turā expoliti vt ſaxoꝝ deponerent aſperita
tem: rigorem magis mētis eſſe expoliendū
q̄ lapidum.

## Quod nulle diuitie aliquid conferre poſſint cōtra imminentē fati neceſſitatē. Et vnde diuites appellētur. Quodqꝫ diues dormire nō poſſit: nec ipſe ſe quietum eſſe patiatur: Ca. VI.

q Vis artifex vnum diem vitę homi/
nis potuit adiungere? Quem diui/
tię eius ab inferis redemerūt? Cuiꝰ
ęgritudinē pecunia mitigauit? Nō in abun
dantia diuitiarū inquit vita eius. Et alibi:
Nihil ꝓſunt theſauri iniuſti: iuſticia auteꝫ Prouer. 10.
liberat a morte. Merito clamat propheta:
Diuitię ſi affluant: nolite cor apponē. Quid Pſ. 61.
eñ mihi ꝓſunt: ſi me a morte liberare non
poſſunt? Quid mihi ꝓſunt: ſi mecum poſt
mortē eſſe nō poſſunt? Hic acquirunt̃: hic re
linquūtur. Somniū igitur loquimur nō pa
trimoniū. Vnde bene ait idē ꝓpheta de di
uitibus: Dormierūt ſomnum ſuum: ⁊ nihil Pſ. 75.
inuenerunt omnes viri diuitiarū in mani/
bus ſuiſ. Hoc eſt dicere: Nihil inuenerūt in
operibꝰ ſuis diuites: qui nihil pauperibus
cōtulerunt. Nullius inueniūt inopiā: nihil
ad vtilitatē ſuam ꝓficientes reperire potu/
erunt. Ipſum nomē cōſidera. Ditem dicūt
gentiles inferni p̄ſulem: arbitrum mortis
ditem appellant ⁊ diuitem. Quid niſi mortē
diues inferre nouerit: cui regnum de mor/
tuis: cui ſedes inferna ſint? Quid eſt enim
diues: niſi inexplebilis auri fames ac ſitis?
Quo plus hauſerit: plus inardeſcit. Sic ꝓ/
pheta admonet: Qui diligit argentū nō ſa

Eccls.5. tiabitur argento. Et infra idem: Equidem
hic peſſimus languor. Sicut eñ fuit: ita et
abijt: ⁊ abũdantia eius laborat in ventum.
Equidẽ omnes dies eius in tenebris ⁊ luc/
tu: ⁊ iracũdia multa: ⁊ languore ⁊ ira. Tole
rabilior cõditio ſeruulorũ. Illi eñ domini/
bus ſeruiunt: iſte peccato. Sic inquit apo/
Ro.6. Job.8. ſtolus: Qui eñ facit peccatũ: ſeruus eſt pec
cati. Semꝑ in laqueis: ſemꝑ in vinculis eſt:
nunquã liber a cõpedibus: q̄r ſemꝑ in crimi
nibus. O miſera ſeruitus: ſeruire peccatꝭ.
Nature ipſius neſcit omnia: nec ſomnij ipſi
us nouit vices: aut cibi fungitur ſuauitate:
Eccls.5. cuius nullũ eſt immune ſeruitium. Dulcis
eñ ſomnus ſerui: etſi modicuꝫ vel multum
edat. Et ſatiato diuitijs nõ eſt qui eũ ſinat
dormire. Excitat eum cupiditas: excitat cu/
ra ꝑuigil: aliena rapiendi: torquet inuidia:
mora vexat: ſterilitas ꝓuentuũ infecunda
ꝑturbat: ſollicitat abundãtia. Unde illi di/
uiti cuius poſſeſſio vberes fructus attulit:
Luc.12. qui cogitauit dicens: Quid faciaꝫ q̄r nõ ha/
beo quo congregem fructus meos: ⁊ dixit:
Hoc faciã: Deſtruã horrea mea: ⁊ maiora fe
ciam: illo cõgregabo omnia que nata ſunt
mihi: ⁊ dicã anime mee: Anima habes mul
ta bona in annos multos poſita: requieſce:
mãduca: bibe: epulare: reſpondit deꝰ: Stul
te hac nocte animã tuam repetunt a te: que
autẽ paraſti cuiꝰ erunt? Ne ipſe quidẽ deus
eum dormire ꝑmittit. Interpellat cogitan/
tem: excitat dormientẽ. Sed ipſum quietũ
eſſe patitur: qui de abundãtia diuitiarum
ſuarum ſollicitatur: ⁊ in vbertatẽ fructuum
vocem gementis emittit? Quid faciam in/
quit? Nõne hec pauperis vox eſt: nõ habẽ/
tis ſubſidia viuendi? Egens omniũ huc at/
q̄ illuc reſpicit: ſcrutatur hoſpitiũ: nihil in/
uenit ad vſum alimenti: cõſiderat nihil mi/
ſerius q̄ fame cõfici: ⁊ cibi indigentia mori.
Querit mortis compendia: et tolerabiliora
abeundi ſupplicia rimaꝰ. Arripit laqueum:
ſuſpendit laqueuꝫ: ignem adolet: explorat
venenum: ⁊ inter hec quid eligat dubius di
cit: Quid faciã? Deinde vite huius ſuauita
te reuocatꝰ: cupit reuocare ſententiã: ſi poſ/
ſit viuendi ſubſtantiaꝫ reperire. Aſpicit nu
da omnia: vacua omnia: ⁊ ait: Quid faciã?
Unde mihi alimenta: vnde veſtitus? Uo/
lo viuere: ſi habeã quomodo poſſim vitam
hanc ſuſtinere. Sed quibus cibis? Quibus
ſubſidijs? Quid faciam inquit q̄r non ha/
beo? Clamat ſe diues nõ habere. Pauper/
tatis hic ſermo eſt: de inopia queriꝰ: abun/
dans fructibus. Non habeo inquit quo cõ
gregem fructus. Putares illũ dicere: Non
habeo fructus vnde viuendũ eſt mihi. Be/
atus qui de abũdantia periclitaꝰ: immo mi
ſerior iſte fecũditatibus ſuis: q̄ pauper cui
periculũ de egeſtate eſt. Habet ille vnde ex/
cuſet erumnã: habet certe iniuriã: nõ habet
culpam: iſte nõ habet quẽ preter ſe arguat.
Et dixit: Hoc faciã: horrea mea deſtruam.
Putes adhuc dicere illum: Aperiaꝫ horrea
mea: ingrediãtur qui tolerare famẽ nõ que/
unt: veniant inopes: intrent pauperes: re/
pleant ſinus ſuos. Deſtruant parietes: qui
excludunt eſurientes. Ut quid ego abſcon
dam: cui deus facit abundare quod largi/
ar? Ut quid repagulis portarum claudam
frumenta?

## Quod diuites qui humanitatis ꝑdicatione imitari deberent ſanctum ioſeph: potius de bonis faciant mala q̄ de malis bona acquirãt. Et ĩ que horrea diuites frumẽta cõdere debeant: Ca. VII.

a Udiant hec quibus deus totũ re/
pleuit camporũ ambitum: que ſine
cuſtode naſcunꝰ: et victu abũdant.
Eſt ſpes auaro ſi reſpicit pauperẽ. Rumpũ
tur vetuſta horrea meſſibus nouis. Minus
habui: ⁊ fruſtra ſeruaui: plus natum eſt: cui
congregabo? Dum incremẽta preciorũ au/
cupor: amiſi vſum beneficiorũ. Quãtas an
ni ſuperioris frumento animas pauperũ re
ſeruare poſſem. Hec me magis delectarent
precia: que nõ nummo eſtimanꝰ ſed gratia.
Imitabor ſanctũ ioſeph humanitatis pre/
dicatione: clamabo voce magna: Uenite
pauperes edite panes meos: expandite gre
mium: ſuſcipite frumentũ. Fecũditas diui/
tie totius orbis abũdantia: omniũ debet eſ
ſe fertilitas. Tu vero nõ hoc dicis: ſed ais:
Deſtruam horrea mea. Recte deſtrues ea:
quibus nullus pauper onuſtus reuertitur.
Horrea iniquitatis ſunt receptacula: nõ pi/
etatis ſubſidia. Recte deſtruet qui ſapiẽter
edificare nõ nouit. Deſtruet ſua diues: qui
neſcit eterna. Deſtruet horrea: qui non no/
uit ſua frumenta diuidere: ſed claudere. Et



maiora inquit faciã. Infelix: vel id diſpen/
ſato pauperibus: qđ ꝓ ſumptu edificatio/
nis impendis. Dũ liberalitatis gratiã refu/
gis: damna edificationis reſoluis. Et addi/
dit: Illo congregabo omnia que nata ſunt
mihi: ⁊ dicã anime mee: Anima habes mul
ta bona. Cõfitetur auarus ſemꝑ vbertateꝫ
ꝓuentuũ: dum vilitate alimonie calcatur.
Fecunditas eñ vniuerſorũ eſt: ſterilitas ſo/
li auaro eſt. Queſtuoſa delectatur magꝭ in
enormitate preciorũ q̄ abundantia copia/
rum: et mauult habere ſolus q̄ q̄r cum om/
nibus vendat. Uide timentẽ ne ſuperfluat
cumulus frumentorũ: ne ſuꝑ horrea redun/
dans tranſfundaꝰ in pauperes: ⁊ boni ali/
cuius occaſio indigẽtibus acquiratur. So/
li ſibi partus terraruꝫ vendicat diues: nõ q̄r
vti ipſe velit: ſed alijs denegare. Habes in/
quit multa bona. Neſcit auarus bona: niſi
ea que queſtuoſa ſunt nominare. Sed acq̄/
eſco ei vt bona dicantur que ſunt pecunia/
ria. Cur ergo de bonis facitis mala: cum de
Luc.16. malis bona facere debeatis? Scriptum eſt
eñ: Facite vobis amicos de mãmona ini/
quitatis. Ei ergo qui vti ſciat: multa bona
Ps.111. ſunt: ei qui vti neſciat: recte mala. Diſperſit
dedit pauperibꝰ: iuſticia eius manet in eter
num. Quid hoc melius bono ſi pauperibꝰ
largiaris: in quo tibi debitorẽ deum quadã
pietatis feneratione cõſtituas? Bona ſunt
ſi apias horrea iuſticie tue vt ſis panis pau
perum: vita egentiũ: oculus cecorũ: orbato
rum infantiũ pater. Habes vnde facias: q̄d
vereris? Tua te voce cõuenio. Habes mul/
ta bona in annos multos poſita: potes ⁊ ti
bi ⁊ alijs abundare. Habes fecunditatẽ pu
blicam: quid deſtrues horrea tua? Oſtendo
tibi vbi melius tua frumẽta cuſtodias: vbi
bñ ſepias: vbi fures ea tibi auferre non poſ
ſint. Include ea ĩ corde pauperũ: vbi nulla
tinea: nullus gurgulio ꝯſumat: nulla corrũ
pat vetuſtas. Habes apothecas inopum ſi/
nus: habes apothecas viduarũ domos: ha
bes apothecas ora infantium orphanorũ:
Ps.8. vt dicaꝰ tibi: Ex ore infantiũ ⁊ lactentiũ ꝑfe
ciſti laudẽ. Iſte ſint tibi apothece: q̄ mane/
ant in eternũ: iſta ſint tua horrea: que fecun
ditas futura nõ deſtruat. Nã q̄d iterũ faci/
as: ſi tibi plus natuꝫ fuerit anno ſequenti?
Iterum ergo ⁊ illa deſtrues: que nunc face/
re paraſ: ⁊ maiora facies. Dat eñ tibi fecun
ditatem deus: vt aut vincat: aut cõdemnet
auariciaꝫ tuã: quo excuſationẽ habere non
poſſis: Tu vero qđ per te multis naſci volu
it tibi ſoli reſeruas: imo et tibi ipſi adimis.
Magꝭ eñ ſeruares tibi: ſi diſpertires alijs.
Bonoruꝫ enim fructus munerum in eos ip/
ſos qui cõtulerunt conuertũtur: ⁊ gratia li/
beralitatis in auctorẽ boni operꝭ redit. De/
Osee.10. niq̄ ſcriptũ eſt: Seminate vobis ad iuſtici/
am. Eſto ſpiritalis agricola: ſere qđ tibi ꝓ/
ſit. Bona ſatio in corde viduarũ. Si terra ti
bi reddet fructꝰ vberiores q̄ acceperit: quã/
tomagis miſericordie remuneratio reddet
multipliciora que dederis.

## De admonitione diuitis vt timeat ⁊ ſpe vana nõ fallatur: ac reprehenſione eorum qui dicunt nihil dandũ pauperibꝰ: quia deus eos maledixerit vt egerent: Ca. VIII.

d Einde homo neſcis quia terre par/
tum ꝑuenit dies mortis: miſericor/
dia autẽ incurſum mortis excludit.
Aſſiſtunt iam qui repoſcant animã tuam: ⁊
tu adhuc differs operum fructus tuorꝫ? Ad
huc tu tibi tẽpora viuendi longa meditarꝭ?
Stulte hac nocte anima tua auare repoſci/
tur: a tenebris incipit: ⁊ in tenebris perſeue
rat. Auaro ſemꝑ nox eſt: dies iuſto: cui dici/
tur: Amen amen dico tibi: hodie mecũ eris Luc.23.
in paradiſo. Stultꝰ ſicut luna mutatur: Iu Eccl.27.
ſti autẽ fulgebunt ſicut ſol in regno patris Matth.13.
eorum. Recte arguitur ſtulticie: qui in man
ducando ⁊ bibendo locarit ſpem ſuam. Et
ideo ei tẽpus mortis vrgetur: ſꝫm quod dic/
tum eſt ab ipſis qui gule ſeruiunt: Mandu Esa.22.
cemus ⁊ bibamꝰ: cras eñ moriemur. Stul/
tus q̄r anime ſue corporalia ſubminiſtrat:
que recõdit: que cui ſeruet ignorat. Et ideo
ei diciꝰ: Que autẽ paraſti cuiꝰ erunt? Quid
quotidie metiris: ⁊ numeras: ⁊ obſignas?
Quid aurũ trutinas: argentuꝫ ponderas?
Quantũ meliꝰ eſt liberalẽ eſſe diſpẽſatorẽ:
q̄ ſollicitũ cuſtodẽ. Quãtũ tibi ꝓdeſſet ad
gratiã multorũ pupillorũ patrẽ numerari:
q̄ inumeras ſtateras in ſacculo obſignatas
habere. Pecunia eñ hic relinquiꝰ: grã autẽ
operum bonorũ nobiſcũ ad iudicem meriti
defertur. Sed fortaſſe dicas qđ vulgo ſole/
tis dicere: Nõ debemus ei donare: cui deꝰ
ita maledixit vt eum egere vellet. Sed non

pauperes maledicti: cū dictuꝫ ſit a deo: Be
Matth.5. ati pauperes ſpiritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celorū. Nō de paupere ſed de diuite ſcriptura dicit: Captans precia frumēti maledictꝰ erit. Deinde non requiras quid vnuſquiſq; mereat̃. Miſericordia nō de meritis iudicare cōſueuit: ſed neceſſitatibꝰ ſubuenire: iuuare pauperē: nō examinare iuſticiam. Scriptum eſt em̄: Beatus qui intelligit ſuꝑ egenum
Ps.40. num ⁊ pauperē. Quis ē qui intelligit? Qui compatit̃ ei: qui aduertit conſortē eſſe nature: qui cognoſcit ꝙ ⁊ diuitem ⁊ pauperez fecit dominꝰ: qui ſcit ꝙ ſanctificet fructus ſuos ſi de his delibet aliquā pauperibꝰ portionem. Ergo cū habeas vnde largiaris: vide ne differas dicens: Cras dabo: ne largiendi amittas copiaꝫ. Periculoſa eſt de alterîꝰ ſalute dilatio. Poteſt fieri vt duꝫ tu differs illum: ille moriat̃. Magis ante morteꝫ precurre: ne auaricia te ⁊ cras impediat: ⁊ ꝓmiſſa fraudentur.

## Quomodo iezabel que eſt auaricia ꝓmittat diuitibus contra iuſticiam poſſeſſionem quam deſiderant: Ca. IX.

f
Ed quid dicā ne differas liberalitatem? Utinam non approperes rapinam: vtinam qđ cupieris nō extorqueas: vtinam alienū non petas: negatum pretermittas: excuſatuꝫ patiēter feras: non audias illā iezabel que eſt auaricia: quodam ꝓfluuiū vanitatis dicentem: Ego tibi dabo poſſeſſionē quā deſideras. Tu triſtis es: quia vis menſuraꝫ cōſiderare iuſticie vt alienū nō eripias: ego habeo mea iura: meas leges: calūniabor vt ſpoliem: ⁊ vt poſſeſſio eripiat̃: vita pulſabitur. Quid em̄ aliud in illa hiſtoria niſi diuitū auaricia deſcribitur: que eſt vanū ꝓfluuiuꝫ qđ omnia fluuij more rapit: et nullo vſui ꝓfutura traducit? Hec eſt iezabel illa non vna ſed multiplex: nō vnius tēporis: ſed tēporū plurimorum: hec omnibꝰ dicit: ſicut in illa dicit viro ſuo achab: Surge ⁊ manduca panem: ⁊ redi ad
3.Regi.21. te: ego dabo tibi vineā nabuthe iezraelite. Et ſcripſit libruꝫ nomine achab: ⁊ ſignauit anulo illius: ⁊ miſit illū ad ſeniores ⁊ ad liberos: eos qui morabant̃ cum nabuthe. Et erat ſcriptū in libro: Jeiunate ieiuniū: ⁊ cōſtituite nabuthe in principē populi: ⁊ cōſtituite duos viros: filios iniquitatꝭ ex aduerſo eius: vt falſum teſtimoniū ꝓhibeant aduerſus eū dicentes: Benedixit deū ⁊ regeꝫ: ⁊ ꝓducite illum ⁊ lapidate.

## De cōſuetudine diuitū qui cōtriſtant̃ ſi aliena rapere non poſſunt. Et quid facere debeat vt deus vel eorū p̄ces exaudiat: vel eoruꝫ ieiuniū reſpiciat: Ca. X.

q
Uam euidenter expꝛeſſa eſt diuitum ꝯſuetudo. Contriſtant̃ ſi aliena nō rapiant: renūciant cibo: ieiunant: nō vt peccatū minuāt: ſed vt crimen admittant. Uideas illos tunc cōuenientes ad eccleſiam officioſos: humiles: aſſiduos: vt effectum ſceleris impetrare mereant̃. Sed dicat illi deus: Nō hoc ieiuniū elegi: nec ſi flectas vt circulū collum tuū: cinerem etiā ⁊ cilitium ſubſternas: nec vocabitis ieiuniū ac
Esa.58. ceptum. Non tale ieiuniū elegi dicit dominus: ſed ſolue omnē colligationē iniuſticie: diſſolue obligationes violentarū cōmutationū: dimitte cōfractos in remiſſionē: conſcriptioneꝫ iniquā dirumpe: frange panem tuū eſurienti: egenos nō habentes tectum induc in domū tuam: ſi videris nudū cooperi: ⁊ domeſticos ſeminis tui nō deſpicieſ: tunc orieſ tibi matutinū lumen tuū: ⁊ ſanitas tua matutina orieſ: ⁊ p̄cedet ante te iuſticia: ⁊ maieſtas dei circūdabit te: tunc clamabis ⁊ deus exaudiet te: adhuc te loquente dicet: Ecce aſſuꝫ. Audis diues quid dn̄s deꝰ dicat: Et tu ad eccleſiā venis: nō vt ꝯuiuij aliquid pauperibꝰ largiaris: ſed vt auferas. Jeiunas nō vt conuiuij tui ſumptꝰ ꝓficiat egenis: ſed vt ſpoliū de egentibus adipiſcaris. Quid tibi vis cū libro: ⁊ charta: et ſignaculo: ⁊ conſcriptione: ⁊ vinculo iuris? Nō audiſti: Solue omnē colligationē iniuſticie: diſſolue obligationē violentarū commutationū: dimitte confractos in remiſſionē: ⁊ omnē ꝯſcriptionē iniquā dirūpe? Tu mihi tabulas offerſ: ego tibi recito dei legē. Tu attramēto ſcribis: ego ſpū dei inſcripta repeto oracula ꝓphetarū. Tu teſtimonia falſa cōponis: ego teſtimoniū cōſciētie tue poſco: quia iudicē tuū effugere ⁊ declinare nō poteris: cuius teſtimoniū non poteris recuſare in die qua reuelabit dn̄s occulta hominum. Tu dicis: Deſtruā horrea mea. Et dominus dicit: Sine magꝭ: quicqd intra hor



reū eſt pauperibꝰ deputari: ſine cellas iſtas pauperibꝰ ꝓdeſſe. Tu dicis: maiora faciaꝫ: ⁊ illo ꝯgrebabo omnia que nata ſunt mihi.
Esa 58. Dominꝰ dicit: Frange eſuriēti panem tuū. Tu dicis: tollaꝫ pauperi domū ſuā. Dominus autē dicit: vt egenos non habentes tectum inducas in domū tuam. Quomodo vis vt deꝰ te exaudiat: cū tu deuꝫ nō putes audiendū? Si nō acquieſcat̃ arbitrio diuitis: ſcena componit̃. Dei eſtimat̃ iniuria: ſi diuitis petitio refutet̃.

## Quid eſt ꝙ duo falſi teſtes atteſtati ſunt nabuthe deum benedixiſſe ⁊ regem. Et quomō diuites cum calumniati nocuerint: ſimulent ſe dolere. Et quid ſibi velit ꝙ meretrices lauerunt ſe in ſanguine achab: Ca. XI.

o
Eum inquit bn̄dixit ⁊ regeꝫ. Equalis videlicet perſona: vt ſit equalis
3.Regi.21. cōtumelia. Benedixit inquit deum ⁊ regem. Ne diuitē maledicti nomen offendat: ⁊ ſermonis ipſo ledatur ſono: benedictio ꝓ maledicto vocat̃. Queruntur duo teſtes iniquitatis. Duobꝰ em̄ teſtibus ⁊ ſuſanna eſt appetita: duos teſtes ⁊ ſynagoga inuenit: qui aduerſum chriſtū falſa iactarent: duobꝰ teſtibus pauper occiditur. Produxerunt igit̃ nabuthe foras: ⁊ lapidauerūt eū. Utinaꝫ vel in ſuis ei liceret mori. Pauperi ipſam diues inuidet ſepulturā. Et factum eſt inquit cū audiſſet achab: qꝛ mortuus eſt nabuthe: cōſcidit veſtimenta ſua ⁊ cooperuit ſe cilitio. Et factū eſt poſt hec: ⁊ ſurrexit ⁊ deſcendit achab ad vineā nabuthe iezraelite poſſidere eam. Iraſcunt̃ diuites ⁊ calumniant̃ vt noceant: ſi non obtineant qđ deſiderauerint. Cū autem calūniati nocuerint: dolere ſe ſimulāt: triſtes tamē ⁊ tanquā meſti: nō corde ſed vultu in poſſeſſionis direpte locū ꝓdeunt: ⁊ impꝛeſſionis ſue iniquitate potiunt̃. Hic diuina moueſ iuſticia: ⁊ auarū digna ſeueritate cōdemnat dicens: Occidiſti ⁊ poſſediſti hereditatem. Propter hoc in loco in quo linxerūt canes ſanguinē nabuthe in eo lingent canes ſanguinē tuū: ⁊ meretrices lauabunt̃ in ſanguine tuo. O iuſta: quam ſeuera ſentētia: vt quā intulit alteri mortis acerbitatē: eam ipſe mortis ſue horrore diſſoluere ꝑderet̃. Inhumatū pauperez deus aſpicit: ⁊ ideo inſepultū diuitē iacere decernit: vt ⁊ mortuus luat ſue iniquitatis erumnam: qui nec mortuo putauit eſſe parcēdū. Itaq; vulneris ſui cruore ꝑfuſum cadauer: ſpecie funeris vite ſue ꝑdidit crudelitateꝫ. Hec cū pertulit pauper: diues arguebat̃: cū diues excepit penā: pauꝑ vīdicabat̃. Quid ſibi autē vult ꝙ meretrices lauerūt ſe in ſanguine eius: niſi forte vt meretricia quedam in illa feritate fuiſſe regis ꝑfidia ꝑderetur: vel cruenta luxuries: qui ſic fuit luxurioſus vt olus deſideraret: ſic cruentus vt ꝓpter olus hominē occideret? Digna auaruꝫ: digna auaricie pena cōſumit. Deniq; ⁊ iezabel ipſam comederūt canes ⁊ volucres celi: vt oſtenderet̃ ꝙ ſpiritalis nequitie fiat preda diuitis ſepultura. Fuge ergo diues huiuſmodi exitū. Sed fugies hmōi exitum: ſi fugeris huiuſmodi flagitiū. Noli eſſe achab: vt poſſeſſionem finitimā cōcupiſcas. Non tibi cohabitet iezabel illa feralis auaricia: que tibi cruenta perſuadeat: que cupiditates tuas nō reuocet ſed impellat: que te faciat triſtiorē: etiā cū deſiderata poſſederis: que te faciat nudū cū diues fueris.

## Quod omnis auarus pauperiorē ſe iudicet: eo ꝙ ſibi deeſſe arbitret̃ quicquid ab alijs poſſidet̃. Et quomodo helias achab inueniſſe dicatur. Quomodo etiā diues puteuꝫ ſuum exundantem: vſu aliquo exercere nō ocio corrumpi ſinere debeat: Ca. XII.

p
Auperiorē em̄ ſe iudicat oīs abundās: quia ſibi deeſſe arbitrat̃: quicquid ab alijs poſſidet̃. Toto mundo eget: cuiꝰ non capit mūdus cupiditates: Eius autē qui fidelis eſt totꝰ mundus diuitiarū eſt. Toto mundo fugit: qui cōſiderās conſcientiā ſuam metuit depꝛehendi. Et ideo achab ad heliā ſcđm hiſtoriā ait: ſcđm enigmata autē diues ad pauperē: Inueniſti me inimicus meus. O miſera cōſcientia: que ſe ꝓdita modulauit. Et dixit helias ad eū: Inueni: quoniā feciſti malū in cōſpectu domini. Rex erat ille: ⁊ rex ſamarie achab: helias pauꝑ ⁊ indigēs pane: cui victꝰ defeciſſet ſubſtātia: niſi corui alimoniā miniſtraſſent. Adeo deiecta erat ꝯſciētia pctōris: vt nec regalꝭ potētie faſtu attolleret̃. Itaq; q̄lis vilis et degener: Inueniſti me inqt inimicꝰ meꝰ: depꝛehendiſti in me que latere putabaꝫ. Nul

la mentis meȩ occulta te fallunt. Jnueniſti
me: patent tibi vulnera mea: captiuitas ꝑ-
ſto eſt. Jnuenitur peccator: cũ iniquitas ei⁹
Pſ.16. ꝑditur. Juſtus autẽ dicit: Jgne me exami-
naſti: ⁊ non eſt inuenta in me iniq̃tas. Adã
cum lateret inuentus eſt: moyſi autem ne-
quaquã inuenta eſt ſepultura. Jnuent⁹ eſt
achab: nõ eſt inuentus helias. Et ſapientia
Prouer.1. dei dixit: Querẽt me mali: ⁊ nõ inuenient.
Unde et in euãgelio dominus noſter ieſus
querebat̃: ⁊ nõ inueniebatur. Culpa igitur
3.Reg.21. auctorẽ ſuũ ꝑdit. Unde ⁊ theſbites ait: Jn
ueni: quoniã feciſti malũ in cõſpectu domi-
ni: quia culpȩ reos tradit domin⁹: innocen-
tes autẽ nõ tradet in poteſtatẽ inimicorum
ſuorꝫ. Deniqȝ ſaul querebat ſanctũ dauid
⁊ inuenire nõ poterat: dauid vero ſanct⁹ re-
gem ſaul quẽ nõ querebat inuenit: quoniã
tradidit eũ domin⁹ in poteſtatẽ ipſius. Ca-
ptiua eſt igit̃ opulentia: paupertas libera.
Seruitis diuites ac miſerã quidem ſeruitu
tem: qui ſeruitis errori: ſeruitis cupiditati:
ſeruitis auariciȩ quȩ expleri nõ poteſt. Gur
ges quidã inſatiabiliſ: rapidior eſt cũ illata
demergit: ⁊ putei modo cum exundat cȩno
inquinat̃: terram rodit: nihil ſibi ꝓfuturaꝫ.
Uel hoc exemplo vos admoneri conuenit.
Pute⁹ enĩ ſi nihil haurias inerti ocio ⁊ de-
generi ſitu facile corrumpit̃: exercitat⁹ autẽ
niteſcit ad ſpeciẽ: dulceſcit ad potũ. Jta et
aceruus diuitiarũ: cumulo harenoſus: ſpe-
cioſus eſt vſu: ocio autẽ inutilis habet̃. De-
riuato igitur aliquid de hoc puteo: igneꝫ ar
Eccl.3. dentẽ reſtingue: quia elemoſyna reſiſtit pec
catis. Aqua aũt ſtatiua cito vermes facit.
Nõ ſtet theſaurus tuus: ne ignis tuus ſtet.
Stabit in te: niſi eũ operibuſ tuȩ miſeratio
nis auerteris. Jn quãtis vero ſis diues in-
Luc.16. cẽdijs cõſidera. Tua vox ẽ iſta dicẽtis: Pa-
ter abraam dic lazaro vt extremũ digiti ſui
intingat in aqua: ⁊ refrigeret linguã meaꝫ.
Tibi igit̃ ꝓficit quicq̃d inopi cõtuleris: ti-
bi creſcit quicq̃d in pauperes erogaueris.
Prouer.19. Scriptuꝫ eſt: Qui miſeret̃ pauperi fȩnerat
deo. Jpſe cibo in paupere paſcitur: ⁊ fruct⁹
iam in his eſt miſericordiȩ. Seminat̃ in ter-
ra: germinat in cȩlo. Plantat̃ in pauperes:
apud deuꝫ pullulat. Ne dixeris inquit: de-
us cras dabo. Qui nõ patit̃ te dicere: cras
dabo: quomodo patitur dicere: non dabo?
Nõ de tuo largiris pauperi: ſed de ſuo red-
dis. Qđ enĩ cõmune eſt in omniũ vſum da-
tum: tu ſolus vſurpas? Omniũ eſt terra: nõ
diuitum: ſed pauciores qui nõ vtunt̃ ſuo q̃
q̃ vtunt̃. Debitũ igitur reddis: non largiris
indebitum. Jdeoqȝ tibi dicit ſcriptura: De- Eccl.4.
clina paupi animã tuã: ⁊ redde debitũ tuũ:
⁊ reſpõde pacifica in manſuetudine.

## Quã ſtulta ſit ſuperbia diuitum gloriantiũ de nobilitatis ꝓſapia. Et ꝙ meritũ heredum nõ in auro: ſed in virtute cõſiſtat: Ca. XIII.

Uid enĩ ſuperbis diues? Quid di-
q cis pauperi: noli me tangere? Non-
ne ſic vtero cõceptus: ⁊ natus es ex
vtero: quemadmoduꝫ ⁊ pauper eſt natus?
Quid te iactas de nobilitatis ꝓſapia? So-
letis ⁊ canum veſtrorũ origines ſicut diuitũ
recenſere: ſoletis ⁊ equorũ veſtrorum nobi-
litatem ſicut conſulum ꝑdicare. Jlle ex illo
patre generat⁹ ẽ: ⁊ illa matre edit⁹: ille auo
illo gaudet: illis ſe ꝓauis attollit. Sꝫ nihil
iſtud currentem iuuat. Nõ datur nobilitati
palma: ſed curſui. Deformior eſt victus: in
quo ⁊ nobilitas generiſ periclitat̃. Caue igi-
tur diues: ne in te erubeſcant tuorũ merita
maiorũ: ne forte ⁊ illis dicat̃: Cur talẽ inſti-
tuiſti: cur talẽ elegiſti herȩdẽ? Nõ in aurati
laq̃arib⁹: nec in porphyreticis orbib⁹ herȩ-
dis ẽ meritũ. Laus iſta nõ hoim ſed metal-
lorum eſt: in quib⁹ homines puniunt̃. Per
egentes aurũ querit̃: ⁊ egentibus denegat̃.
Laborant vt querant: laborant vt inueni-
ant: qđ habere nõ norunt. Miror tamẽ cur
eo vos diuites iactandos putetis: cũ aurũ
materia magis offenſiõis q̃ cõmẽdationis
gr̃a ſit. Lignũ enĩ offenſionis eſt aurũ: ⁊ vȩ
his q̃ ſectant̃ illud. Deniqȝ bñdicit̃ diues q̃ Eccl.31.
inuent⁹ eſt ſine macula: ⁊ qui poſt aurũ non
abijt: nec ſperauit in pecuniȩ theſauris. Sꝫ
quaſi is cognitus eſſe nõ poſſit: cũ ſibi deſi
derat demonſtrari. Quis eſt hic inquit? Et
laudabimus eũ. Fecit enĩ qđ mirari magis
quaſi nouũ: q̃ qđ quaſi vſitatũ recognoſce
re debeamus. Jtaqȝ qui in diuitijs potue-
rit cõprobari: is vere perfectus ⁊ dignus eſt
gloria. Qui potuit inquit tranſgredi ⁊ non
eſt tranſgreſſus: ⁊ facere mala et non fecit.
Auruꝫ ergo vobis in quo tanta illecebra er
roris eſt: nõ tã ſua gratia q̃ hoim pȩna com
mẽdat. An vos ampla extollũt atria? Quȩ
magis debent cõpungere: q̄ cũ ꝑplos capi-
ant: vocem excludunt pauperis: q̃q̃ nihil
ꝓſit audiri eam: quȩ etiã audita nihil ꝓfi-



cit. Deinde nõ ipſa vos pudoris aula admo
net: quia ȩdificando veſtras vultis ſupera-
re diuitias: nec tamẽ vincitis. Parietes ve-
ſtitis auro: homines nudatis. Clamat ante
domũ tuam nudus: ⁊ negligis: ⁊ tu ſollicit⁹
es quibus marmorib⁹ pauimenta veſtias.
Pecuniã paup querit ⁊ nõ habet: panẽ po-
ſtulat homo: ⁊ equus tuus aurũ ſub denti-
bus mandit. Sed delectant te ornamẽta ꝑ-
cioſa: cũ alij frumenta nõ habeant. Quan-
tũ o diues ſumis tibi iudiciũ. Populus eſu
rit: ⁊ tu horrea tua claudis: populus deplo-
rat: ⁊ tu gemmã tuam verſas. Infȩlix cuius
in poteſtate eſt tantorũ animas a morte de-
fendere: ⁊ nõ eſt voluntas. Totius vitã po-
puli poterat anuli tui gemma ſeruare. Au-
Job.29. di plane qualis diuitẽ deceat ꝑdicatio. Li-
beraui inquit pauperẽ de manu potentis:
⁊ orphanũ cui nõ erat adiutor adiuui. Be-
nedictio perituri ſup me venit: os autem vi
duȩ me benedixit. Juſticiam induebar: ocu
lus eram cȩcorũ: pes autẽ claudorũ: ego erã
pater orphanorũ. Et infra: Ante fores me-
as nõ habitauit hoſpes: oſtium autem me-
um omni venienti patuit. Si autẽ peccaui
imprudens: nõ celaui culpam meã: neqȝ re-
ueritus ſum multitudinẽ plȩbis: vt non an
nunciarẽ ꝑſentib⁹ eis. Si paſſus ſum infir-
mum exire oſtiũ meũ vacuo ſinu. Cautionẽ
q̃ ſi quã habui debitoris: ſciſſã ſine debiti
recuperatione reddidi ſine mora. Nã quid
etiã illud repetam: ꝙ in omni infirmo fleuiſ
ſe ſe dixit: ⁊ ingemuiſſe ſe cũ videret virum
in neceſſitate: ſe autẽ in bonis. Sꝫ ⁊ tunc ſi-
bi magis fuiſſe dies malorũ cum ſe habere
cerneret: alioſ indigere. Si hoc ille dicit qui
nunquã viduȩ oculũ fecit tabeſcere: qui nũ
quã panem ſuũ ſolus manducauit: ⁊ nõ or-
phano tradidit: quẽ a iuuentute ſua nutri-
uit: aluit: inſtituit parentis affectu: qui nũ-
quã nuduꝫ deſpexit: qui morientẽ operuit:
qui velleribus ouium ſuarũ infirmorum ca
lefecit humeros: nõ oppreſſit pupillũ: nunq̃
diuitijs delectatus eſt: nunquã gratulatus
eſt lapſu inimicoruꝫ ſuorum: ſi qui fecit hȩc
de ſummis cȩpit egredi diuitijs: ſi nihil ex
patrimonio tanto niſi ſolum fructũ miſeri-
cordiȩ reportauit: quid de te futurũ eſt: qui
tuo neſciſ vti patrimonio: qui in ſummis di
uitijs dies ſuſtines mẽdicitatis: quia nulli
largiris: nulli ſubuenis?

## Quomõ diuites cuſtodes ſint ⁊ ſerui diuitiaruꝫ: Et ideo illas potius pauperibus erogare debeãt ꝓ melioribus rebus acquirẽdis. Et de pauperibus abundãtibus ⁊ diuitibus egentib⁹: Ca. XIIII.

Uſtos ergo es tuaruꝫ nõ dominus
c facultatũ. Qui auruꝫ terrȩ infodis:
miniſter vtiqȝ eius nõ arbiter. Sed Matth.6.
vbi theſaurus tuus: ibi ⁊ cor tuum. Ergo in
illo auro cor tuũ infodiſti terrȩ. Uende po-
tius aurum: ⁊ eme ſalutẽ: vende lapidem et
eme regnũ dei: vende agrum ⁊ eme tibi vi-
tam ȩternam. Uera allego: q̄ verba aſtruo
veritatiſ. Si vis ꝑfectus eſſe inquit: omnia Matth.19.
quȩcũqȝ habes vende: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ ha
bebis theſaurũ in cȩlo. Et noli cõtriſtari cũ
hȩc audis: ne dicatur ⁊ tibi: ſicut ⁊ illi adole
ſcenti diuiti dictum eſt: Q̃ difficile qui poſ Ibi.s.
ſeſſiones habent in regnũ dei intrabũt: ma
gis cũ hȩc legis conſidera: q̄ iſta tibi poteſt
mors eripere: poteſtas ſuꝑioris tollere. De-
inde quia poteris parua ꝓ magnis: caduca
ꝓ ȩternis: theſauros pecuniȩ ꝓ theſauris
gratiȩ vendere. Jſti corrumpunt̃: illi ꝑma-
nent. Cõſidera quia hos ſoluſ nõ poſſides.
Poſſidet enĩ tinea: poſſidet erugo: quȩ con
ſumit pecuniã. Has tibi conſortes auaricia
dedit. Uide autẽ quos tibi det gratia debi
tores. Splendidũ in panibus: benedicẽt la
bia iuſtorum: ⁊ teſtimoniũ bonitatis illius
fiet. Facit tibi patrẽ debitorẽ deum: qui ꝓ
munere quo paup adiutus eſt: fȩnus exol-
uet: quaſi boni debitor creditoris. Facit ti-
bi debitorẽ filiũ dei: qui ait: Eſuriui: ⁊ dedi Matth.25.
ſtis mihi manducare: ſitiui: ⁊ dediſtis mihi
bibere: hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me: nudus
⁊ operuiſtis me. Qđ enĩ vnicuiqȝ minimorũ
collatum fuerit ſibi dicit eſſe collatum. Ne-
ſcis o hõ ſtruere diuitias. Si vis diues eẽ:
eſto pauper ſeculo: vt ſis diues deo. Diues
fidei: diues eſt deo. Qui diues eſt in miſeri
cordia: hic eſt diues in deo. Diues in ſimpli
citate: diues deo eſt. Diues ſapientiȩ ⁊ ſciẽ-
tiȩ: diues eſt deo. Sunt qui in paupertate
abundent: ⁊ qui in diuitijs egeant. Abun-
dant pauperes: quorũ ꝓfunda paupertas:
Abundauit in diuitijs ſimplicitatis ſuȩ: di
uites autẽ eguerunt ⁊ eſurierũt. Neqȝ enim
ocioſe ſcriptum eſt: Diuitum pauperes prȩ
poſiti erunt: et proprij ſerui dominis fȩne-
rabunt: quia diuites ⁊ domini ſuperuacua
et vana ſeminant: ex quibus non fructum

colligant: ſed ſpinas metant. Ideo pau/
peribus diuites erunt ſubditi: ⁊ ſerui domi
nis ſpiritalia fenerabunt: quemadmodum
diues rogabat vt ſibi ſtillam aque pauper
lazarus feneraret. Potes et tu diues iſtam
implere ſententiã: ſi largieris pauperi: ⁊ do
Prouer.19. mino feneraueris. Qui eñ largit pauperi:
dño fenerat. Pulchre aũt ſanctus dauid in
pſalmo ſeptuageſimoquinto: hymnũ deo
cõcinens ad aſſyriũ ſcriptum: hoc eſt: aduer
ſus neqtias ſpiritales: aſſyriũ inanẽ ac va/
Pſ.75. cuũ principẽ iſtius mũdi: ita cepit: Not⁹ in
iudea deus: in iſrael magnũ nomẽ eius: hoc
eſt: nõ in diuitib⁹: nõ in nobilib⁹: vel in po-
tentibus: ſed in anima cõfitente deo: nõ in
principib⁹ ⁊ cõſulibus: ſed in eo qui deũ vi/
det. Ipſe eſt eñ iſrael in quo pfunda fides
Abl.3. ad cognitionẽ dei potuit puenire. Et factuſ
eſt in pace locus ei⁹: ⁊ habitatio ei⁹ in ſyon:
vbi quietus affectus: nullis diuerſarũ cupi
ditatũ exagitat fluctib⁹: nullis auaricie tur
batur pcellis: nullis querendarũ diuitiarũ
igneſcit incẽdijs. Ipſe eſt qui ſpeculat eter-
na: ⁊ habitat in ſyon: cõfringens omnia ſpi
ritaliũ inſtrumenta bellox: cõterens arcus
quib⁹ diabolus ignita dirigens iacula: gra
ues pectorib⁹ hominũ ſolet inurere paſſio/
nes. Sed illa iacula iuſto nocere nõ poſſũt:
cui deus lux eſt: tantũqz abeſt a caligantiũ
horrore tenebrarũ: vt aduerſarius in eo lo/
cum habere nõ poſſit: qui etiã principibus
ſe cõſueuit infundere: ſicut infudit iude pdi
tori: cõcidens tanquã in ſilua lignorũ fidei
ianuas: vt in cor eius haberet ingreſſum: et
eterni nominis tabernaculũ poſſideret. Er-
go princeps huius mundi quaſi improbus
vſurpator cõcidit ianuas: vt violentus in-
troeat: domin⁹ autẽ quaſi pius illuſtrat ſer-
uulos: ⁊ eorũ fulgentib⁹ meritis: ⁊ claritate
virtutum: tenebras mundi hui⁹ illuminat.
Hanc pacifici atqz manſueti habent apud
deum gratiam: ſobria mẽtis ſue tranquilli/
tate fundati.

## Qd omnes viri diuitiarũ inſipientes dicantur: ⁊ corde turbati. Et quomodo dormiant ſomnum ſuum. Quomõ etiã dormitarint qui aſcenderũt equos: Ca. XV.

Inſipientes aũt corde turbant: ⁊ ip
i ſi ſibi ſunt prie exagitationis auc
tores: qz deſideriorũ ſuox eſtu vol/
uunt: ⁊ quodã ſalo fluctuant. Qui aũt ſint
iſti: ppheta ſignificauit dicẽdo: Omnes vi Pſ.75.
ri diuitiax. Omnes dixit: nullũ excepit. Et
bene viros diuitiarũ appellauit: nõ diuitias
virorum: vt oſtenderet eos non poſſeſſores
diuitiarũ eſſe: ſed a ſuis diuitijs poſſideri.
Poſſeſſio eñ poſſeſſoris debet eſſe: nõ poſ/
ſeſſor poſſeſſionis. Quicũqz igitur patrimo
nio ſuo tanqz poſſeſſione nõ vtitur: qui lar/
giri pauperi ⁊ diſpenſare nõ nouit: is ſuarũ
ſeruulus eſt: nõ domin⁹ facultatũ: qz aliena
cuſtodit vt famulus: nõ tãquã domin⁹ ſuis
vtit. In huiuſmodi ergo affectu dicim⁹: qz
vir diuitiarũ ſit: nõ diuitie viri. Intellectus
eñ bonus vtentib⁹ eo: qui autẽ non intelli/
git: is vtiqz intellectus ſibi gratiã nõ poteſt
vendicare: ⁊ ideo ſomno temulentie cõſopi
tus obdormit. Huiuſmodi igit viri ſomnũ
ſuum dormiũt: nõ chriſti dormiunt ſomnũ.
Et qui ſomnũ chriſti nõ dormiũt: nõ habẽt
chriſti quietẽ: nõ ſurgunt xpi reſurrectione:
quia ipſe ait: Ego dormiui: ⁊ quieui: ⁊ ſurre Pſ.3.
xi: quoniã domin⁹ ſuſcepit me. In hoc quo
qz ſeculo dormiant digni habiti increpatio-
ne celeſti: quia aſcenderũt equos: quos re/
frenare nõ poterant. Legimus alibi dicen/
tem eccleſiã ſiue animã. Poſuit me currus Cant.6.
aminadab. Si ergo anima currus eſt: vide
ne equus caro ſit. Agitator autẽ vigor men
tis qui regit carnem: ⁊ motus eius velut qſ/
dam equos: prudẽtie habenis coercet. Dor
mitauerunt ergo qui aſcenderũt equos cor
poris voluptates: nullo eas moderamine
gubernãtes. Unde ⁊ aſcẽſores eos qz equi/
tes vel agitatores maluit nũcupare. Agita
tor eñ cum diſciplina et arte p arbitrio ſuo
equos agitat: vel currentes incitat: vel re-
flectit indomitos: vel reuocat fatigatos: vl
manſuetos p ſua voluntate conuertit. Un
de cũ reciperetur helias: ⁊ curru quaſi ad ce
lum ferretur: clamauit ad eũ heliſeus: Pa/ 4.Reg.2.
ter pater agitator iſrael ⁊ eques ei⁹: hoc eſt:
qui populum domini bono ductu regebas
cõſtantie merito: hos accepiſti currus: hos
equos ad diuina currẽtes: quia moderato
rem te animarum humanarũ dominus cõ/
probauit: ideo tanquã boni auriga certa-
minis victor eterno premio coronaris. In/
abachuc quoqz ppheta lectum eſt: ad ipſũ
dominũ dictum: Aſcende ſup equos tuos: Abacuc.
⁊ equitatus tuus ſalus. Agitauit eñ aplos
ſuos: quoſ per diuerſa mundi direxit: vt to
to orbi euangelium pdicarent. Aſcende ait



quaſi rectori: nõ quaſi equox aſcẽſori. Aſcẽ
dit eñ etiã eques: nõ tantũmodo vt ſedeat
ſed vt regat: eo qz deſidioſus et piger: ſom/
nolẽtus pferre nõ poſſit mentis inceſſum.
De equite aũt lectũ eſt: Et eques aſcendit
retrorſũ: expectans ſalutẽ dñi. Et eñ quia
nemo ſine lapſu eſt: etiã ſi quis ceciderit: et
terrenis aliquib⁹ vitijs fuerit implex⁹: ſi tñ
nõ abijciat ſpem reſurgendi: fret⁹ miſerati/
one diuina pueniet ad ſalutẽ. De aſcenſore
vero manifeſtũ eſt indiciũ: qz repheñſibilis
habeat: qñ moyſes ipſe ait in cantico exo/
Exo.15. di: Equũ ⁊ aſcenſorẽ picit in mare. Et in
Zacharie.12. zacharia locut⁹ eſt dñs dicens: Percutiam
omnẽ equũ in amẽtia: ⁊ aſcenſorẽ ei⁹ in inſi
pientia. Nõ dixit ſolũ equũ: ſed aſcenſorẽ:
quõ in exodo habes: equũ ⁊ aſcenſorẽ. Ubi
eſt eñ aſcenſor: qui nõ põt equũ prium gu
bernare: ſi indomito furore in prupta ⁊ peri
culoſa raptat? Quid igit vobis in equis cõ
Pſ.32. fiditis diuites? Mendax eſt equ⁹ ad ſalutẽ.
Pſ.19. Quid in currib⁹ vobis plauditis? Hi in cur
ribus: ⁊ hi in equis: nos aũt in nomine dei
magnificabimur. Ipſi obligati ſũt ⁊ ceciderũ
re: nos autẽ ſurreximus et erecti ſum⁹. No/
lite amare adhinnientes: nolite fremitu li/
bidinis excitari. Terribilis eſt domin⁹: ⁊ cui
nemo poſſit potens ⁊ diues reſiſtere: iudi-
cium celeſte iaculat.

## Quõ diuites quieſcere ⁊ feriare debeant a flagitijs: ⁊ cõfiteri domino in fide: hũilitate: ⁊ deuota oratione. Et qz multi diuites pter pfidiã perierint: Ca. XVI.

Onum eſt vt iam quieſcatis: ⁊ a fla
b gitijs feriãtes: reuereamini dñi po-
teſtatẽ. Ideo dictũ eſt parricide ca/
Geñ.4. in: Peccaſti quieſce: vt modũ peccato ſuo
poneret. Cogitationes veſtre confiteantur
dño: nõ dicatis: nõ peccauim⁹. Dixit tñ ſan
1.Cor.4. ct⁹ paulus: Etſi nihil mihi cõſcius ſũ: addi/
dit tamẽ: Sed nõ in hoc iuſtificat⁹ ſum. Et
vos etiã ſi nihil eſtis cõſcij: cõfiteamini ta/
men dño: ne quid ſit qd vos pterceat. Et eñ
cõfitetur dño: etſi reliquas cogitationes ad
bibuerit ad cõfeſſionẽ: diem feſtum mentis
1.Cor.5. celebrabit arcano: ⁊ epulabit nõ in fermen/
to malicie ⁊ nequitie: ſed in azymis ſinceri-
tatis ⁊ veritatis. Itaqz in cõcluſione cõuer/
Pſ.75. ſus ad vos ppha dicit: Orate ⁊ reddite do/
mino deo veſtro: id eſt: Nolite diſſimulare
diuites: dies inſtat: orate p peccatis veſtri:
reddite p beneficijs que habetis munera.
Ab ipſo accepiſtis qd offeratis: ipſi⁹ eſt qd
ei ſoluitis. Dona inquit mea ⁊ data mea: h
eſt: que offertis mihi dona: data ſunt mea.
Ego ea dedi vobis atqz donaui. Deniqz p/
pheta ait: Quoniã bonox meorũ nõ eges: Pſ.15.
tua tibi offero: quoniã nõ habeo qd nõ de/
diſti. Fides eſt que dona cõciliat: humili/
tas eſt que oblata cõmẽdat. Fide abel plu/ Heb.11.
rimã hoſtiã obtulit deo. Ideo ſup cain fra-
tris munera: placuit munus abel: qz fide vi
cit. Nam vnde pauperis magis qz diuitis
placet? Quia paup fide ditior eſt: ſobrieta/
te locupletior: ⁊ cuĩ ſit paup ex illis eſt qui/
bus dicit: Tibi offerent reges munera. Nõ Pſ.67.
eñ purpuratis offerentib⁹: ſed motus pri
os regentib⁹ ieſus dñs delectat: qui corpo/
rali laſciuie mẽtis dominent imperio. Ora/
te ergo diuites: nõ habetis in operib⁹ quod
placeat. Orate p peccatis veſtris atqz flagi
tijs: ⁊ reddite dño deo veſtro munera: Red
dite in pauperes: in egenos: ſoluite in ino/
pes: fenerate que placare poſſint deũ pter
flagitia veſtra. Aliter eñ nõ poteſtis. Ergo
quẽ vltorẽ timetis: facite vobis eum debi/
torem. Nõ accipiã inquit de domo tua vitu Pſ.49.
los: neqz de gregibus tuis hircos: quoniã
mee ſunt omnes fere ſiluarũ. Quicqd obtu
leritis meũ eſt: qz totus orbis me⁹ eſt. Non
exigo qd meũ eſt: ſed eſt qd de veſtro mihi
poſſitis offerre. Studio deuotionis ⁊ fidei:
nõ ſacrificiorũ ambitione delector. Tantũ/ Abl.3.
modo o homo immola deo ſacrificium lau/
dis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. Aut certe ſi
placet ſic accipiã. Quoniã dixit obdormiſſe
ſomnũ ſuum diuites: increpationes pmiſit
domini in eos: terrorẽ ſubtexuit: potentiã
pdicauit: cui nec diuites reſiſtãt: ⁊ cõuerſus
ad vniuerſos ait: Diuites dormitent: diui/
tes increpentur. Oro vos: orate et reddite Pſ.75.
domino deo veſtro omnes qui ĩ circuitu ei⁹
offerunt munera: id eſt: gratias agite pau/ Act.10.
peres: quia nõ eſt perſonarum acceptor de/
us. Illi diuitias ſeruent: cõdant pecuniam
auri: aggerent argenti theſauros: vos ora/
te qui aliud non habetis: voſ orate qui hoc
ſolum habetis quod eſt auro precioſius et
argento. Uos reddite munera qui a domi/
no non receditis: qui eſtis in circuitu: quo/
niam qui eratis longe facti eſtis pe. Qui
autem prope ſibi videntur eſſe per diuitias
ac potentiã: longe facti ſũt pter auariciã.

Nemo em̄ foris ē: niſi quē culpa excluſerit: ſicut ejecit adā de paradiſo ⁊ euā neglexit: nemo longe: niſi quē flagitia ꝓpria relegauerint. Ergo vos ꝓpe poſiti orate ⁊ reddite munera terribili deo: ⁊ ei qui aufert principū ſpiritū: terribili apud reges terrę: eo ꝙ nullo redimat̃ diuitis p̃mio: nullo inflectatur potentiū ſup̄cilio: qui culpę ꝑcia diſcriminat: qui quo plus alicui contulerit: eo pluſ exigit ab eo. Saul ꝑuato ꝯtulit regnū: ſed qꝛ mandatū nō cuſtodiuit: ⁊ regnū amiſit ⁊ ſpiritū. Multos reges gentiū ꝓpter ꝑfidiā fecit ꝑſo patrū eſſe captiuos. Et vt iā de ꝓpoſita loquamur hiſtoria: qui achab regē cęleſtib⁹ ingratū beneficijs ita iuſſit occidi: vt canes ei⁹ vulnera lamberēt. Etem̄ qꝛ pauperis vineā cōcupierat: nequaq̄ tantis opib⁹ explet⁹ imperij: infra oēm inopiā redactus eſt a dn̄o. Nō qui vulnera ei⁹ lauaret inuētus eſt: nō qui corpus operiret. Defecit circa eū hominū humanitas: canū ſucceſſit aſperitaſ. Dignos plane ſui miniſtroſ funeris auarus inuenit. Pſ.75.

## Queādmodū achab dicat̃ cōmotus ante faciē dei: vt in dieb⁹ ei⁹ nō inducerent̃ ſup eū mala: Et ꝙ dn̄s etiā circa indignos ꝓmiſſa ſua ſeruet: Ca. XVII.

Oc loco orit̃ illud q̄ſtionis: quō legimus dixiſſe dn̄m ad heliā: Vidiſti queādmodū cōmotus eſt achab a facie mea? Nō inducā in dieb⁹ eius mala: ſed in dieb⁹ filij eius inducā mala. Aut quō dicimus: qꝛ valet apud dn̄m pęnitētia? Ecce rex mot⁹ eſt a facie dei: ⁊ ibat plorans: et cōſcidit veſtimēta ſua: ⁊ operuit ſe cilitio: ⁊ erat indut⁹ ſacco ex illo die quo iterfecit nabuthe iezraelitā: ita vt deū miſcōia cōmoueret ⁊ mutaret ſententiā. Ergo aut pęnitentia nō valuit: nec inflexit dn̄m miſericordē: aut oraculū falſum eſt: Nā achab vict⁹ eſt ⁊ occiſus. Sed cōſidera qꝛ iezabel habuit vxorē cuius inflāmabat̃ arbitrio: quę cōuertit cor eiuſ: ⁊ nimijs ſacrilegijs execrabilē fecit. Et hunc ꝗ pęnitētię eius reuocauit affectū. Dn̄s aūt nō pōt mutabilis ęſtimari: ſi ꝯfeſſionis imemori nō putabat eſſe ſeruandū qꝺ ꝓmiſerat cōfitenti. Accipe aliud verius: Et idigno ſeruauit dn̄s tenorē ſentētię ſuę: ſed beneficia circa ſe diuina ipſe nō tenuit. Intulerat bellū rex ſyrię: victus eſt ⁊ ſeruatus ad veniā: captiuus q̄ʒ libertati donat⁹: ⁊ remiſſus ad regnū eſt. Qꝺ fuit diuinę ſententię nō ſolū euaſit achab: ſed etiā triūphauit: ꝙ ipſius ignauię hoſtem ſibi quo vinceret armauit: ⁊ certe fuerat monitus a ꝓpheta dicente: Cognoſce ⁊ vide q̄d facias. Monitus inquā erat eo ꝙ cōtra ſyrię regis pueros deberet̃ gratię cęleſtis auxiliū: qm̄ dixiſſent: Deus montiū: de⁹ iſrael: ⁊ nō deus baal: propter hoc inquit obtinuerūt ꝓ nobis. Et ideo inquit ſi nō plene obtinuerim⁹ eos in locū ſyrię regis ſatrapas ꝯſtituite: vt virtutem illis ⁊ potentiā regis auferret. Denique primo cōgreſſu vicit vt fugaret hoſtē: ſecundo vicit quando captum imperio ſuo reddit. Qua cauſa vincendi eius euidēter reſultauit oraculum: dicente vno ex filijs ꝓphetarum ad ꝓximum ſuum: Occide me. Et noluit homo occidere eum. Et dixit: Eo ꝙ non obediſti verbo domini: ecce tu recedes a me: et interficiet te leo. Et receſſit ab eo: ⁊ inuenit eū leo: ⁊ interfecit eū. Et poſt hoc alius ꝓpheta aſtitit ante regem iſrael: ⁊ dixit ad eum: Hęc dicit dominus: quoniā dimiſiſti tu virum exterminationis de manu tua: ecce anima tua ꝓ anima illius: ⁊ populus tuus ꝓ populo illi⁹. Liquet igit̃ his oraculis: ꝙ domin⁹ etiā circa indignos ꝓmiſſa ſua ſeruet: ſed impioſ aut ſtulticia ſua opprimi: aut alia p̄uaricatiōe dānari: etiā ſi primę p̄uaricationis laqueos euaſerint.

b 3.Regl.21.
3.Regl.20.
Abl.ſ.

Plurima hr̄e cupit qui poſſidet oīa diues:
 Nēpe inopes reddit copia magna viros.
Vn̄ habeant/cura eſt paucis: ſ oportet hr̄e
 Per ſcelus atq̄ʒ nefas: paup vbiq̄ʒ iacet.
Hoc pſ Ambroſi⁹ Nabuthe teſtat̃ i vmbra:
 Qui ꝓ rure ſuo/rege volente/cadit.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Nabuthe iezraelita explicit.

# Liber De Helia et Jeiunio

## Capitulorū libri de Helia ⁊ Jeiunio ſancti Ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.


Qua ratione diuinū ad patres reſultauerit oraculū: vt egredientes ad bellū tuba canerent: ⁊ cur nos etiā tuba canere debeamus. Ca. I.

Qꝛ magna virtus ſit ieiunij: q̄ʒq̄ʒ ſpecioſa ac valida eius militia: Exēplo chriſti atq̄ʒ ſancti helię cōprobata. Ca. II.

Quid ſit ieiuniū. Et de ieiunio ſancti iohānis: ⁊ q̄lis eſca a nobis q̄rēda ſit. Ca. III.

De origine ⁊ antiquitate ieiunij: a quo primus vſus mundi cępit: qꝺ in paradiſo ꝓ prima lege cōſtitutū fuit. Qꝛq̄ʒ ieiunium operiat id qꝺ gula denudauerit. Ca. IIII.

Qꝛ ebrietas noe obdormire fecerit: ⁊ ꝑ ignorantiā nudauerit. Qꝛq̄ʒ ebritas ſeruitutē ⁊ incęſtum induxerit. Et quō abraam nō miniſtrauerit vinū in ſuo conuiuio. Neq̄ʒ iohānes eo vſus fuerit: neq̄ʒ moyſes amaritudines aq̄ruʒ vino tēperauerit. Ca. V.

De lege ieiunij a moyſe data: et de ieiunio eiuſdē. Et ꝙ ſterilitatē matrum ſamſon ⁊ ſamuelis abſtinentia vini fęcundauerit: quibuſq̄ʒ cibis heliſęus filios ꝓphetaruʒ aluerit. Ca. VI.

Qꝛ tres pueri hebręorū ieiuni in caminū ignis intrantes: non ſolum nō lęſi: ſed ⁊ illic refrigerati fuerint. Et ꝙ danielis ieiuniū etiā leones ieiunare docuerit. Ca. VII.

De vtilitatibus ieiunij. Et de eſcarū laqueis: et inquietudine et periculis conuiuiorum. Ca. VIII.

Qua ratione potētes ꝓhibeant̃ vina bibere. Et de ieiunio iudith. Qꝛq̄ʒ heſter pulchrior facta ſit ieiunio: Aman aūt ſuę ebrietatis pęnā exoluerit. Ac de multis excellentibuſq̄ʒ ieiunij p̄conijs. Ca. IX.

Queādmodū myſtica menſa ieiunio cōparetur. Et quę fames faciat acceptabile ieiunium. Quidq̄ʒ ſit qꝺ dicitur: Cum ieiunatis vngite capita veſtra: et de duplici capite: ac de vnguēto ſobrietatis ⁊ oleo lęticię. Ca. X.

Qꝛ amara optabiliora ſint dulcioribus. Et quō eſca ad horā dulcis: in poſterū exemplo eſau amarior efficiat̃. Et ꝙ nihil ꝓſit ieiuniū ad iactantiā factū. Ca. XI.

Queādmodum ebrietas in omne facinus p̄cipitet. Et de conuiuijs lubricorum hominū. Ca. XII.

De cōuiuijs pręliatorū ⁊ fortiſſimorū adoleſcentū. Et de potu ad ęquales calices. Et de furoris poculo. Ca. XIII.

De reprehenſione eorum qui cōuiuia illicita p̄parant. Et ꝙ maior ſit vis vini q̄ʒ veneni. Ca. XIIII.

Quid de ebrietate eſaias loquat̃. Et ꝙ non ſolū vinū ſed etiā ſicera inebriet. Et quid ſignificet: Calix aureus babylon i manu domini. Et quomō vas apoſtoloꝝ fictile ſit. Ca. XV.

De magna ebrietatis deteſtatiōe. Ca. XVI

De obteſtationib⁹ ⁊ ſacramentis potantiū quę violare nefas arbitrant̃. Et quō ſępe vino ſecretiora hoīs extorqueant̃. Qꝛq̄ʒ frequens ingurgitatio interiora hominis abſumat. Ca. XVII.

Quō etiā fęminę vſq̄ʒ ad ebrietatē bibant: ⁊ inde in platęis inuerecundos viris ſub cōſpectu adoleſcentulorū intēperantium ducāt choros. Et quid boni ſit ſobrietas: quid mali intēperantia. Ca. XVIII.

Quid ſibi ſperare debeant bene paſti ⁊ luxurioſi. Et de viſione tyri. Qꝛq̄ʒ mare nulla neceſſitate ſed ſola humana intēperantia inquietatū fuerit. Et quō luxurioſi nauibus aſſimilent̃. Ca. XIX.

Quis dicat̃ cant⁹ meretricis: de quo in eſaia: Eritq̄ʒ poſt annos ſeptuaginta tyrus vt canticū meretricis. Et de miſericordia medici: ⁊ ſaluatoris gratia: ⁊ quibus modis quęrēda ſit. Ca. XX.

Quō intelligendū ſit illud ꝓphetę: Ecce venit dn̄s diſperdere orbem terrarū. Et quō athletę ſimus quibus multis certaminibus in ſtadio currēdū eſt ꝓ brauio: ⁊ ideo ſobrietate et abſtinentię exercitio nobis opus ſit. Ca. XXI.

Qua ratione corpus noſtrum ieiunijs caſtigandū ſit: comeſſationeſq̄ʒ indecorę fugiendę: ne ſuccūbētes in ſtadio: exortes venia: multis fautoribus mcrorē afferam⁹. Et de ablutione aquę baptiſmatis: ꝙq̄ʒ feſtinandū ſit ad gratiā. Ca. XXII.


Finis.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Helia ⁊ Ieiunio: In quo ieiunij ac ſobrietatis virtutē excellēter cōmendat: Ebrietatiſq́ ⁊ gule vitium arguta diſputatione cōdēnat: feliciter incipit.

## Qua ratione diuinū ad patres reſultauerit oraculū: vt egredientes ad bellū tuba canerent: ⁊ cur nos etiā tuba canere debeam⁹: Ca. I.

d
Iuinum ad patres reſultauit oraculū: vt cū egrederent̄ ad bellum tuba canerēt: cui⁹ ſonitu dn̄s reminiſceretur populi ſui: quo petitum conferret auxilium: pluſq́ miſericordię ſuę incētiua cognoſtētes in dieb⁹ lętitię ſuę: in neomenijs ſuis cōcinerent tubarum ſono.
ſunt nauigia. Uerſat vnda ſub remige: qñ
quieſcit a flamine. Nõ parturiui inquit nec
peperi: nec nutriui: iuuenes quid me inqui/
etant: quos neſcio: quos non agnoſco? Ite
in carthaginẽ: vlulate qui inhabitatis inſu
las. Supra dixit: Ululate naues carthagi/
nis. Carthaginẽ etenĩ tyrij ꝯdiderũt: ⁊ ideo
carthaginẽſes ſequunt luxuriã conditoruz:
trãſfuſa in ſe decolora ſucceſſione nequitię:
peſſimorꝫ vitiorꝫ hęredes deteriores. Et bñ
luxurioſos naues dixit. Sicut eñ illę vẽto:
ita hic cibo iactat et vino. Inſulęqꝫ repletę
potu inhabitant: corpora naufragijs circũ/
ſonant: Tundunt fluctibus ebrietatis: nec
ꝑ diẽ nec ꝑ noctẽ quieſcunt. Horũ igit mer/
catorũ ſemen in aqua: merces in fluctibus
eſt. In aqua enim labores ſuos ſeminãt: vt
pericula metant. In aqua eis ſeges pullu/
lat: in aqua iſtiſ exuberat fruct⁹. Ipſe in aq̃
eſt: nunq̃ tutus eſt ⁊ ſolidus. Uñ recte ait:
Qui ſeminabat in terra nõ introiuit in ne/
gociationẽ: imo qui ſeminabat in cęlo. Sz
eſt ⁊ bona terra in qua quicũqꝫ ſeminauerit
fructus ei cęleſtis oriat.

## Quis dicat cantus meretricis: de quo in eſaia: Eritqꝫ poſt annos ſeptuaginta tyrus vt canticũ meretricis. Et de miſericordia medici: ⁊ ſaluatoris gratia: ⁊ quibus modiſ quęrẽda ſit: Ca. XX.

Ululate inquit iterũ naues carthagi
nis: qñ perijt munitio veſtra: ⁊ erit
in illa die: relinquet tyr⁹. Et infra: Eſa. 23.
Eritqꝫ poſt ſeptuaginta annos tyrus vt cã/
ticũ meretricis. Uidete quib⁹ verbis vtat
ꝓpheta: nec refugiat verborꝫ iſtiuſmodi vi/
litatẽ. Nos interdũ refugimus: nõ quo no/
bis q̃ illis lingua ſit caſtior: ſed auctoritas
inferior. Maior eñ vis rerũ in taliũ expꝛeſſio
ne ſermonuz ẽ: vt qui delicta nõ erubeſcũt:
erubeſcãt vel nomina delictorꝫ. Eritqꝫ tyr⁹
inquit vt canticũ meretricis. Uidete ne cũ
aliquis illos choros viderit: pia verba can/
tare dicat: Ecce tyrus facta eſt vt canticum
meretricꝭ: oraculũ ꝓphetice annũciationis
impletũ eſt. Et ſubiecit: Accipe citharam: ⁊
vacare ciuitas meretrix oblita bene cithari/
zare: multa cãta vt fiat memoria tui. Et p⁹
ſeptuaginta annos erit tyrus canticũ mere
tricis: ⁊ viſitationẽ faciet de⁹ tyri. Uñ poſ/
ſumus ⁊ in bonũ canticũ raab illi⁹ meretri/ Joſue. 2.
cis accipere: quę exploratores ieſu fideli mẽ
te ſuſcepit. Nã ⁊ dñs ait: Cantauimus vo/ Luc. 7.
bis ⁊ nõ ſaltaſtis. Et dauid ait: Cãtate dño Ps. 95.
canticũ nouũ: cãtate dño omnis terra. Hoc
eſt canticũ meretricis: qđ ante illa meretrix
in adã ⁊ eua terra cantauit: meretrix in ꝑſo
nationũ. Hęc meretrix bonas plurimas fe/
cit meretrices: de quib⁹ dictũ eſt a dño ieſu
ad illũ electũ ⁊ ſeniorem populũ dei: Publi
cani ⁊ meretrices ꝑcedent vos in regnũ dei.
Ergo qñ tam miſericordẽ habemus dñm:
qui etiã graui ignoſcat errori: Cõuertamur
nos a vitijs: nõ recedamus a lege: ꝑceptuz
dñi quaſi ſerui ſedulis ſtudijs exequamur.
Quid nobis cũ impuritatib⁹ ⁊ ipudicitijs?
Quid cuz operib⁹ diaboli? Audiſtis hodie
in lectiõe decurſa quid legio dixerit: Quid Luc. 8.
mihi et tibi eſt ieſu fili dauid? Et tu dicis: ſi
forte vides pugnare aduerſuz te diabolũ tẽ/

ꝑtamenta: quid mihi et tibi eſt belial? Ego
chriſti ſeruus ſum: illiꝰ redēptus ſanguine
illi me totū mācipaui. Quid mihi ⁊ tibi eſt?
Nō noui opera tua. Nihil tuū quero: nihil
tuū poſſideo: nihil tuum deſidero. Quāto
magis nos oportet ſeparare a diabolo: ſi ſe
ille diſcernit a chriſto? Et ſi fuimus ei aliqñ
obnoxij: iam nō ſimꝰ: cōfugiamus ad medi
cū qui vulnera ſupiora curauit. Etſi quid ſu
pereſt acerbitatis: medela nō deerit. Etſi qd
iniurie fecimꝰ: memor nō erit qui ſemel dona
uit. Etſi grauia deliquimꝰ: magnū medicū
inuenimus: magnā medicinā gratie eiꝰ ac-
cepimus. Medicina enī tollit peccata mag
na. Habemus etiā plura ſubſidia quibꝰ pec
cata noſtra redimamus. Pecuniā habes: re
dime peccatū tuū. Nō venalis eſt dñs: ſed
tuipſe venalis es. Peccatis tuis venūdatꝰ
es: redime te opibꝰ tuis: redime te pecunia
tua. Uilis pecunia: ſed ꝓcioſa eſt miſericor-
Tobie.12. dia. Elemoſyna inquit a pctō liberat. Et ali-
Prouer.13. bi dicit: Redemptio viri diuitie eius. Et in
Luc.16. euāgelio dñs dicit: Facite vobis amicos de
mām̄ona iniquitatis. Et veneno frequēter
antidotū tēperatur: hoc eſt: venenū veneno
excluditur. Ueneno mors repellitur: vita ſerua-
tur. Fac ⁊ tu quaſi bonus diſpenſator de in
ſtrumēto auaricie ſubſidiū miſcdie: ſinceri-
tatis gratiā de corruptionis illecebra.

## Quō intelligendū ſit illud ꝓphe te: Ecce venit dñs diſperdere orbē terrarum. Et quomō athlete ſimus quibus multis certaminibus i ſta- dio currendū eſt ꝓ brauio: et ideo ſobrietate ⁊ abſtinētie exercitio no bis opus ſit: Ca. XXI.

Eſa.13. Udiſti quid lectū ſit hodie: Ecce ve
a nit dñs diſꝑdere orbē terraꝝ. Qua-
ſi manu ſanctꝰ ꝓpheta demōſtret:
quaſi oculis aduenientē videat iudicij diē:
ita dicit: Ecce venit dñs diſperdere terrarū
orbē. Immo qr in ſpiritu ꝓphetis etiā que
futura ſūt tanq̄ ꝓſētia reuelantur: Ideo que
videbant: nobis q̄ demōſtrare cupiebant:
vt nos ad cōuerſionē ab errore reuocarent.
Nec tñ quiſq̄ frangi debet cū audit: Quia
diſperdet dñs orbē terrarū. Ne forte dicat:
eſto: nos grauia pctā cōmiſimus: qd orbis
deliqt: qd terra: vt ⁊ illā diſꝑdat? Cur perit
tam pulcher ornatꝰ? Sz anguſtia eſt animi
iſtiuſmodi opinio. Ceterū ſi altius ſpectes:
inuenies hoc eſſe ꝓ nobis qđ putas eſſe cō-
tra nos: iudicabis hoc eſſe ꝓ mundo qđ ad-
uerſū mūdū arbitraris. Nō ſꝑ ſtadiū plenū
repertū eſt ſpectatoribꝰ: nō ſemꝑ certamini-
bus inquietū: nō ſemꝑ cōcretū puluere: ſed
qñ certamina tunc populꝰ in ſpectaculo: luc
tatur i ſcāmate: puluis i ſtadio. Ubi decur-
ſa certamina cōuentus ſoluitur: diſcedit vnuſ
quiſq;: aut victor ad gratiā: aut victꝰ ad op
probriū: euehit corona victorē: victū ꝓmit
verecundia: angit iniuria. Si quis ergo po
ſtea ingrediatur ſtadiū: videat vacuū celebri-
tatis: dicat agonithete: cur vacat ſtadium?
cur ſilent certamina? cur ſollēnia feriantur?
Reſpōdebit qui agoni ꝓeſt: oportet ſpecta
tores requieſcere. Qui enī laboris eſt fructꝰ
niſi requies poſt laborē? Siliter ⁊ orbis ter-
rarū aliqñ ſoluendus eſt: vt ſit requies fati-
gatis. Athlete ſumus: in quodā ſtadio de-
certamus ſpiritali. Deniq; bonꝰ athleta di-
cebat: Facti ſumus ſpectaculū huiꝰ mūdi. 1.Cori.4.
Et alibi: Sic curro: nō vt in incertū: ſic eni- 1.Cori.9.
tor nō vt aerem cedens: ſed caſtigo corpus
meū. Et alibi: Superiora obliuiſcēs: ⁊ que Phil.3.
ſunt priora appetens: ad deſtinatum ſequor
brauiū. Athlete ergo ſumus: legitime certā
dū eſt. Multa certamina ſunt: ⁊ qui hodie
victus eſt cras ſe reparet. Ante brauiū ꝯten
ditur ad coronam. Poſtea nūquid athleta
ocio vacat: cum ſemel dederit certamini no
men ſuū? Exercetur quotidie: vngitur quoti-
die: Ipſe cibus ei agoniſticꝰ datur: diſciplina
exigitur: caſtimonia cuſtoditur. Et tu dediſti
nomen tuū ad agonem chriſti: ſubſcripſiſti
ad cōpetitionē corone: meditare: exercere:
vngē oleo leticie: vnguēto exinanito. Libꝰ
tuus cibus ſobrietatis ſit: nihil habeat intē
perantie: nihil luxurie. Potus tuꝰ parcior:
ne quid ebrietatis obrepat: cuſtodi corpori
caſtimoniam vt poſſis eſſe habilis ad coro-
nā. Nec exiſtimatio tua offendat ſpectato-
ris affectū: nec te fautores tui negligentē vi
deant: ⁊ deſerant ſpectantes archāgeli ⁊ po
teſtates: ⁊ dñationes: ⁊ illa angelorū decē
milia ⁊ decem miliū. Sub tantis erubeſce-
re conſidera q̄ dedecoroſum ſit. Ingreſſus
ſtadiū: puluere rigorem anime tue excita: la
certos excute. Progreſſus in ſcāma: neceſſe
eſt vt excipias puluerē: ſubeas eſtiui ſolis
flagrantiā. Grauis eſtus: ſed dulcis victo-
ria. Moleſta caligo pulueris: ſꝫ ſpecioſa to-
lerantia. Nemo ſtadiū puluerulētus ingre-
ditur: ſed puluerulentū reddūt certamina.



Ubi colligitur puluis: ibi palma ꝓponitur.
Nemo iterū nitidus coronatur: puluerulentū
decet victoria. Ueni ergo dñe ieſu: exeat co
rona tua: admitte victores in requiē: victos
ad cōpūctionē. Etſi diſꝑdideris orbē terraꝝ:
plura ſūt inuiſibilia opera tua q̄ que vidimꝰ.
Qui anguſtioris eſt animi: illa non cernit:
dolet ꝙ diſperdas orbē terrarū. Sed q̄ no-
uit ſpectare que inuiſibilia ſunt: gaudet vt
venias: ⁊ omnes liberes. Gaudent athlete
Matth.6. qui poſſunt dicere: Ueniat regnū tuū: fiat
Ro.8. voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Gaude
bit creatura mundi: vt a vanitate mūdi iſti-
us liberetur: que nunc cōgemiſcit ⁊ parturit:
qr vanitati etiā illa creatura ſubiecta eſt: do
nec multiplicetur adoptio filiorum: et totius
corporis redemptio compleatur. In bono
ergo diſperdet orbē terrarū. Erit etenī celū
2.Cori.3. nouum: ⁊ nox non erit amplius. Deniq; re-
uelabit inquit faciem eius vt reuelata facie
ſpectemus gloriā chriſti.

## Qua ratione corpus noſtrū ieiu nijs caſtigandū ſit: comeſſatiōeſq; indecore fugiende: ne ſuccumben- tes in ſtadio: exortes venia: multiſ fautoribus merorē afferamus. Et de ablutione aque baptiſmatis: ꝙ q̄ feſtinandū ſit ad gratiā: Ca. XXII

Duertimus ergo in ſtadio cōſtituti
a quātis aut delectationi aut dolori
erimꝰ: q̄ nunc fautores nobis ſunt:
Luc.15. ne ꝓ nobis incipiant erubeſcere. Sicut enī
erit gaudiū in celo ſuꝑ vno peccatore peni-
tentiā agente: ita erit meſticia ſuꝑ vno pec-
catore: ſi exors venie curſū huiꝰ vite cōfece-
rit. Caſtigemꝰ ergo corpus noſtrū ieiunijs:
fugiamꝰ idecoras comeſſatiōes. Caueamꝰ
ne nobis dicatur: Ululate a vino. Ne veniat
moyſes ⁊ leuitas aduocet: ⁊ quicūq; paratꝰ
ad dominū armatā dexterā gerat: ſeparet
ſe ab his qui manducando ⁊ bibendo gra-
uia cōtrahere peccata. Et hodie moyſes ve-
nit cū lex recenſetur. Moyſes vocat cū lex
ꝓcipit. Apoſtolꝰ docet vt ſeparemꝰ nos ab
omni fratre inquiete agēte: Percuciamꝰ eū
gladio ſpiritali qui eſt verbum dei. Nō fra-
tris: non ꝓpinqui accipiamus ꝑſonam: ſed
omnē immundū a chriſti ſecernamꝰ altari-
bus: vt emūdet ⁊ corrigat lapſus ſuos: quo
ad ſacramēta chriſti redire mereatur. Si quis
aūt nō ē baptizatꝰ: ſecurior ꝯuertatur: ⁊ remiſ
ſionē accipiat pctōꝝ: ſiqdē baptiſmꝰ velut
ignis qdā peccata cōſumit: qr chriſtus in ig
ne ⁊ ſpū baptizat. Deniq; hūc typū legis in
regnoꝝ libris inuenies: vbi helias ſuꝑ altare
ligna impoſuit: ⁊ dixit vt mitterent ſuꝑ de
hydrijs aquā: ⁊ dixit: Iterate tertio: ⁊ itera 3.Regl.18.
uerūt tertio: ⁊ cū maneret aqua: ꝓcatus eſt
helias: ⁊ ignis deſcendit de celo. Tu es ho-
mo ſuꝑ altare qui ablueris aqua: cuius exu
ritur culpa vt vita renouetur. Lignū enī ⁊ ſti-
pulam cōſumit ignis. Noli timere ignē per
quē illuminaris. Ideo tibi dicitur: Accedite Ps.33.
ad deū ⁊ illuminamini. Suſcipite iugū chri
ſti: nolite timere qr iugum eſt: feſtinate qr le
ue eſt. Nō cōterit colla: ſed honeſtat. Quid
dubitatis? Quid ꝓcraſtinatis? Nō alligat
ceruicē vinculis: ſed mentē gratia copulat:
nō neceſſitate cōſtringit: ſed voluntatē bo-
ni operis dirigit. Quid negas adhuc eſſe tē
poris? Omne tēpus oportunū ad indulgen-
tiam. Si aurū tibi offeram: non mihi dicis:
cras venias: ſed iam exigis. Nemo differt:
nullus excuſat. Redēptio aie ꝓmittitur: ⁊ ne
mo feſtinat. Johānes in penitētiā baptiza
bat: ⁊ ois iudea cōueniebat. Chriſtꝰ bapti-
zat i ſpū: chriſtus gratiā diſpēſat: ⁊ cū faſti-
dio ꝯuenitur. Typū baptiſmatis demōſtrauit
helias: ⁊ celū aperuit qđ fuit clauſum tribꝰ
annis ⁊ ſex menſibꝰ. Quāto maiora mune-
ra veritatis ſunt? Aperuit itaq; celum non
pluuia deſcendēs: ſed aſcendēs gratia. Ne-
mo enī niſi ꝑ aquā ⁊ ſpiritū aſcendit in reg-
nū celoꝝ. Clauſerat celū hoibꝰ ꝑfidia: ſꝫ ape
ruit fides. Patebat et ante hoc celū hoibꝰ.
Deniq; enoch raptꝰ ad celū eſt. Iterū clau-
ſū ē: ſꝫ aperuit helias q̄ raptꝰ ē curru igneo.
Et vos poteſtis aſcēdere ſi ſacramēti gratiā
cōſequamini. Quouſq; ad delectationes?
Quouſq; ad cōmeſſationes? Inſtat iudicij
dies: dum differs gratiā mors appropinqt.
Quis dicat: nūc mihi non vacat: occupatꝰ
ſum? Nō mihi demonſtres lumen: nolo tā
cito me redimas. Nō mihi adhuc opus eſt
regnū celeſte. Nōne hoc dicit q̄ excuſat ſe a
baptiſmate? Ad q̄tā gratiā vocaris o hō:
purgaris ⁊ nō exureris: ſanaris ⁊ nō doles: re
formaris ſed nō diſſolueris: ictū mortis nō
excipis ⁊ reſurgis: Et adhuc diſſimulas: ad
huc expectas vt viuas ſeculo: poſtea te re-
uerſas deo. An ignoras ꝙ cain ꝓpterea diſ-
plicuerit ſacrificiū: quoniā nō primitiua ob
tulit: ſed primitiuis ipſe ꝑfunctus eſt: de ſe-
quētibus munꝰ deo tēptauit offerre? Abel

autē primitiaꝝ ſuarum oblatione p̄ꝛelatus meruit inſigni pietatis laudari oꝛaculo.

Quę bona ſobꝛietas: q̄les gula ſęua reatus
Ebꝛietaſqꝫ ferant: cōtinet ille liber.
Abſtinet helias: viuuſqꝫ adit aſtra: ioānes
Eſurit: ⁊ meruit tingere in amne deū.
Jeiunās moyſes legē capit. Jdola adoꝛat
Ebꝛia gens: epulo diues ad ima ruit.

## Sancti Ambꝛoſij epiſcopi liber de Helia ⁊ Jeiunio explicit.

## Capituloꝝ libꝛi de Tobia ſancti ambꝛoſij epiſcopi: recollecta annotatio.

Qꝫ humiliter ac patiēter vir iſte iuſtus: miſericoꝛs et hoſpitalis tulerit captiuitatis erumnā: quā ob virtutes quibꝰ ꝑditus fuerat ſubijt: cōem magis iniuriam q̄ꝫ ꝓuatam dolens. Qꝫqꝫ nullū hūanitatis officium illo ſit ꝑſtantius qꝺ defunctis coꝛpoꝛibus cōfertur. Ca. I.
De cōmendatione ſancti viri: qui dū cęcitatē incidit nō ingemuerit nec cōqueſtus fuerit. Et qꝫ diligēter cauebat ne quid furtiuum domū ſuā intraret. Qꝫ etiā pecuniā quā ꝓximo ſuo cōmendauerat in tāta indigentia nō popoſcerit. Qꝫ ꝑterea in hoc qꝫ pecuniā cōmendauit ⁊ nō fęnerauit: iuſti ſeruauerit officiū. Et de duplici fęnoꝛe cū deteſtatione execrabilis ac mali fęnoris ⁊ cōmendatione boni. Ca. II.
De deteſtatione duricię et auaricię fęneratoꝝ. Ca. III.
Qua ratione fęneratoꝛes iudę ⁊ diabolo cōparent. Et quid ſignificet noībus creditoꝛis: debitoꝛis: fęnoꝛis ⁊ ſoꝛtis. Ca. IIII.
Quomō pecunia fęneratoꝝ nūq̄ꝫ quieſcat. Quō etiā impꝛudēter recipiētes ſub vſuris mutuo: ſtatim multos acquirant amicos: cum quibꝰ opipere ⁊ ſplendide cōiuuent: qui tñ exhauſta pecunia ſoli fęneratoꝛi dilacerādi relinquant. Et de illoꝛum ſera pęnitentia. Ca. V.
De nequitia fęneratoꝝ: qui aliena dāna arbitrantur ſua lucra: ⁊ quō ſibi fingant tectoꝛiolū ſuę iniuſticię. Ca. VI.
De increpatione adoleſcentū: qui ſub vſuris pecuniā mutuo recipiūt: ⁊ de vulnere remediū quęrunt. Et q̄ꝫ triſtis his ſit facies creditoꝛis occurſantis. Et de inducijs per eos poſtulatis: parum tamen ꝓfuturis. Ca. VII.
Qꝫ ꝓ paterno debito nonnūq̄ꝫ liberi in auctionē deducant: ⁊ publice ſub haſta vendant. Et quō obligatus fęneratoꝛi venditus dicatur. Ca. VIII.
Qꝫ fęneratoꝛ peccati noſtri diabolus ſit. Et de cōparatione ipſius ad vſurarium. Et qꝫ idem ſit exactoꝛ qui ſe creditoꝛem appellat. Ca. IX.
Qꝫ a fęneratoꝛibꝰ defunctoꝝ cadauera aliquādo teneant ꝓ pignoꝛe: ⁊ eis tumulus denegetur. Et qꝫ nihil intereſt inter funus ⁊ fęnus: inter moꝛtē ⁊ ſoꝛtē. Ca. X.
De vſura ab aleatoꝛibus extoꝛta. Et de inuiolabili lege aleę: cui ſubijciunt etiā ferociſſimi homines. Ca. XI.
De odibili fęneratoꝝ exactione. Et de varijs vocabulis ab eis ſub honeſtatis ſpecie excogitatis. Et qꝫ fęneratoꝛis pecunia ſit ethymia: et imitetur naturam ſerpentum. Ca. XII.
Unde dicatur vſura. Et quemadmodū ſimul naſcatur ⁊ enutriatur: ⁊ iam nata parturiat: ſemperqꝫ inexplebilis atqꝫ inſatiabilis ſit. Ca. XIII.
De vſura diuina lege ꝓhibita. Et qꝫ ſcḋm Catonē fęnerare ſit hominē occidere. Qꝫqꝫ omne quod ꝑter ſoꝛtē accipitur ſit vſura quocūqꝫ vocabulo appelletur. Ca. XIIII.
Quomodo intelligatur illud deuteronomij: Ab alienigena vſurā exiges: nō autem a fratre. Et de maledictione vſurarij ſcḋm ezechielē. Ca. XV.
Quibus dominꝰ in euangelio doceat fęnerandū. Et qꝫ fęneratoꝛes a deo peccatoꝛes appellent. Et quis poſſit eſſe bonus fęneratoꝛ: ⁊ quęrere bonas vſuras. Ca. XVI.
An liceat mutuum danti recipere pignoꝛa. Ca. XVII.
Quid fęnerandū: ⁊ quibus ſcḋm legis ſtatuta: ⁊ qꝫ etiā iuſtus ⁊ pauper hoc facere valeant. Ca. XVIII.
Quomō patres noſtri gētibus fęnerarint. Et quomodo hodie ſacerdotes fęnerare debeant. Ca. XIX.
Qꝺ ſit illꝺ pignꝰ qꝺ lex reddi iubet añ ſolis occaſū. Et de triplici pignoꝛe. Ca. XX.
De rep̄henſione debitoꝝ mutuū recipientium: ⁊ poſtmodum cōmodantibꝰ ingratoꝛum in redditione facienda. Et de obligatione molę et lapidis ſupermolaris ꝓhibita. Ca. XXI.
Quē fęneratoꝛē imitari debeamꝰ Ca. XXII
An fęneratoꝛes excuſet: qꝫ etiā ſup̄ioꝛes noſtri id fecerint: ⁊ qꝫ antiquū ſit vſurarū exercitium. Et quomodo Tobias neqꝫ pignus: neqꝫ fideiuſſoꝛē recepit. Quo pacto etiā quis pꝛo alieno debito fideiubere debeat. Ca. XXIII.
De alijs virtutibꝰ Tobię. Et quō mercēnario merces ſit ſoluēda. Ca. XXIIII.
Finis.



## Sancti Ambꝛoſij epiſcopi liber de Tobia: Jn quo cōpendiario ſermone ſancti illiꝰ ꝓphete merita et opera: que ſcriptura moꝛe hiſtoꝛico latius digeſſit: ſtrictiꝰ cōpꝛehendendo recenſet: virtutūqꝫ eius genera velut quodā bꝛeuiario colligit. Et fęneratoꝛum vitia acri atqꝫ multiplici rep̄henſione deteſtatur: fęliciter incipit.

**Quam humiliter ac patiēter vir iſte iuſtus: miſericoꝛs ⁊ hoſpitalis tulerit captiuitatis erumnā: quam ob virtutes quibus ꝑditus fuerat ſubijt: cōmunē magis iniuria q̄ꝫ pꝛiuatam dolens. Qꝺqꝫ nullū humanitatis officiū illo ſit ꝑſtantius qꝺ defunctis coꝛpoꝛibꝰ cōfert: Ca. I.**

l

**Ecto prophe**tico libro: q̄ inſcribitur tobias: q̄ꝫuis plene vob virtutes ſancti ꝓphetę ſcriptura inſinuauerit: tamē cōpendiario mihi ſermone de eius meritis recenſendis et operibus apud vos vtendū arbitroꝛ: vt ea quę ſcriptura hiſtoꝛico moꝛe digeſſit latius: nos ſtrictius cōpꝛehēdamus: virtutuꝫ eius genera velut quodā bꝛeuiario colligentes. Fuit vir iuſtus: miſericoꝛs: hoſpitalis: ⁊ ob virtutes quibꝰ ꝑditus fuerat: ſubijt erumnā captiuitatis quā ferebat humiliter atqꝫ patienter: cōmunē magis iniuriā q̄ꝫ pꝛiuataꝫ dolens. Nec ſibi virtutū ſuffragia nihil ꝓfuiſſe deploꝛans: ſed magis eā cōtumeliam minoꝛē peccatoꝝ ſuoꝛum pꝛecio illatā arbitratus: meruit edictū: ne queꝫ ex filijs captiuitatis moꝛtuū ſepultū daret. At ille interdicto nō reuocabatur magis q̄ꝫ incitabatur: ne deſerere officiū pietatis moꝛtis metu videretur. Erat miſcḋię pꝛeciuꝫ moꝛtis pęna. Talis flagitij dep̄henſus reus: vix tandē ꝑ amicū potuit direpto patrimonio ęgenus et exul reſtitui ſuis. Jterū in his verſabatur officijs: ſi qḋ alimenti foꝛet: peregrinū cū quo cibū ſumeret quęrens. Jtaqꝫ cū a ſepulturę feſſus reuerteretur munere: appoſitis ſibi edendis ſubſidijs: miſſo filio quęrebat cōſoꝛtem cōuiuij. Dū cōuiua accerſitur: nūciatis inſepulti coꝛpoꝛis reliquijs: deſerebat nec putabat piuꝫ vt ipſe cibū ſumeret: cū in publico coꝛpꝰ iaceret exanime. Hoc illi quotidianū opus: et magnū quidē. Nam ſi viuētes operire nudos ꝑcipit: quātomagis debemus operire defunctoꝝ coꝛpoꝛa? Si viantes ad lōgioꝛa deducere ſolemus: quātomagis in illā ęternam domū ꝓfectos vnde iam nō reuertentur? Ego inquit iob ſuꝑ omnē infirmum fle- Job. 30.
ui. Quis infirmioꝛ defuncto: de q̄ dicit ſcriptura alibi: Suꝑ moꝛtuum ploꝛa? Eccleſia- Eccl. 22.
ſtes autē ait: Coꝛ ſapientuꝫ in domo luctꝰ: coꝛ autē ſtultoꝛum in domo ępularū. Nihil Eccles. 7.
hoc officio ꝑſtantius ei cōferre qui tibi iam nō poſſit reddere: vindicare a volatilibus: vindicare a beſtijs cōſoꝛtē naturę. Ferę hāc humanitatē defunctis coꝛpoꝛibus detuliſſe ꝓduntur: hoīes denegabunt?

**De cōmendatione ſancti viri: qui dum cecitatē incidit nō ingemuerit nec cōqueſtus fuerit. Et qꝫ diligenter cauebat ne quid furtiuū domū ſuam intraret. Quod etiā pecuniā quaꝫ ꝓximo ſuo cōmendauerat in tanta indigētia nō popoſcerit. Qꝺ ꝑterea in hoc qꝫ pecuniā cōmendauit ⁊ non fęnerauit: iuſti ſeruauerit officiū. Et de duplici fęnore cū deteſtatione execrabilis ac mali fęnoris ⁊ cōmendatione boni: Ca. II.**

t

Am ſancto feſſus officio ꝓpheta dū requieſcit in cubiculo ſuo: cadēti de paſſerū nido albugine: cęcitatē incidit: nec cōqueſtus ingemuit: nec dixit: Hęc merces laboꝝ meoꝛuꝫ. Fraudari magis ſe doluit obſequioꝝ q̄ꝫ oculoꝛuꝫ munere: nec cęcitatē pęnā ſed impedimētū putabat. Et cum victū mercede leuaret cōiugis: ne quid furtiuū domū ſuam intraret cauebat: vxoꝛ hędum ꝓ mercede acceperat. At ille plꝰ honeſtati q̄ꝫ pietati cōſulens cui ſua deerant:

alimoniã cõmendauerat ꝓximo ſuo:quam
toto vitę ſuę in tanta indigentia nõ popo/
ſcit. Vix vbi ſe feſſum vidit ⁊ depoſitũ ſene
ctute:inſinuauit filio:nõ tam cupiens com/
mendatũ repoſcere:ꝙ ſollicitus ne frauda/
ret herede. Nõ igit̃ cõmendauit pecuniã: et
nõ fęnerauit:iuſti ſeruauit officiũ. Malum
eſt eñ fęnus quo quęrunt̃ vſurę:ſed non il/
lud fęnus malũ:de quo ſcriptũ eſt: Fęnera
Ecci.29. ꝓximo tuo in tẽpoꝛe neceſſitatis illiꝰ. Naꝫ
Pſ.36. dauid ait: Juſtꝰ miſeret̃ ⁊ cõmodat. Aliud
illud fęnus iure execrabile:dare in vſurã pe
cuniã qꝺ lex ꝓhibet. Sed tobias hoc refu/
giebat qui mõnebat filiũ ne p̃ceptũ dñi pręteriret:vt ex ſubſtãtia ſua elemoſynam face
ret:nõ pecuniã fęneraret:nõ auerteret faciẽ
ſuam ab vllo paupere. Hęc qui monet:con/
dẽnat vſuras fęnoꝛis:ex quo multi quęſtuꝫ
fecerunt:⁊ multis cõmendare pecunias ne/
gocio fuit. Et quidẽ eaꝫ ꝓhibuerunt ſancti.
Quo grauius malũ fęnus eſt:eo laudabili/
oꝛ qui illud refugit. Da pecuniã ſi habes: ꝓ
ſit alij quę tibi ocioſa eſt. Da quaſi nõ rece/
pturus: vt de lucro cedat ſi reddita fuerit.
Qui non reddit pecuniam reddet gratiã: ſi
fraudaris pecunia:acquires iuſticiã. Juſtꝰ
eſt eñ qui miſeret̃ ⁊ cõmodat. Si amittitur
pecunia:cõparat̃ miſcꝺia. Scriptũ eſt eniꝫ:
Ecci.29. Qui facit miſericoꝛdiã:fęnerat ꝓximo.

## De deteſtatione duricie ⁊ auaricie fęneratoꝛũ. Ca. III.

m Ulti diſpendij metu non fęnerant:
dũ fraudẽ verent̃. Et hoc eſt qꝺ pe/
tentibꝰ cõſueuerunt referre. Hoꝛuꝫ
Tobi.5. vnicuiqꝫ dicit̃: Perde pecuniã ꝓpter fratrẽ
⁊ amicũ:⁊ nõ abſcondas illã in ꝑditionem.
Pone theſaurũ tuũ in p̃ceptis altiſſimi:⁊ ꝓ
derit tibi magis ꝙ aurũ. Sed obſurduerũt
aures hominuꝫ ad tam ſalutaria p̃cepta:et
maxime diuites ęre ſuę pecunię:auras clau
ſas habent. Dum pecuniã numerãt: reſpõ/
ſa nõ audiunt. Simul vt aliquis neceſſitate
cõſtrictus:aut ꝓ ſuoꝝ redẽptione ſollicitus
quos captiuos vendidit:rogare cęperit:ſta
tim diues vultũ auertit:naturam nõ recog
noſcit:humilitatẽ ſupplicis non miſerat̃:ne/
ceſſitatẽ nõ ſubleuat: fragilitatẽ cõmunem
nõ cõſiderat:ſtat inflexibilis:reſupinus:nõ
pꝛecibꝰ inclinat̃:nõ lachꝛymis mouetur: nõ
eiulatibꝰ frangit̃:iuranſ qꝺ nõ habeat:imo
⁊ ipſe fęneratoꝛẽ requirat:vt neceſſitatibus
ſubueniat ſuis. Quid addis duricię ⁊ auari
cię tuę ſacramentũ? Nõ abſolueris ꝑiurio:
ſed ligaris. At vbi vſurarũ mentio facta fu
erit aut pignoꝛis:tunc deiecto ſuꝑcilio fęne
ratoꝛ arridit:⁊ quẽ aſi ſibi cognitũ denega/
bat:eundẽ tanqꝫ paternã amicitiã recoꝛda/
tus oculo ſuſcipit:hęreditarię pignus chari
tatis appellat:flere ꝓhibet. Quęremus in/
quit domi ſi quid nobis pecunię eſt:frangã
ꝓpter te argentũ paternũ qꝺ fabꝛefacti eſt:
plurimũ damni erit ꝙ vſurę cõpꝛehẽſabũt
pꝛecia emblematoꝛũ:ſed ꝓ amico diſpendi/
um nõ refoꝛmidabo cũ reddideris reficiaꝫ.
Jteꝙ anteꝙ det recipere feſtinat:et qui in
ſũma ſubuenire ſe dicit:vſuras exigit. Ka/
lendis inquit vſuras dabis: fęnus interim
ſi nõ habueris vnde reſtituas non requiro.
Jta vt ſemel det frequẽter exagitat:⁊ ſemꝑ
ſibi debere efficit. Hac arte tractat virum.
Jtaqꝫ eum chirographis ligat: et aſtringit
vocis ſuę nexibus. Numerat̃ pecunia:addi
citur libertas: abſoluit̃ miſer minoꝛe debi/
to:maioꝛe ligatur. Talia ſũt veſtra diuites
beneficia. Minus datis ⁊ plus exigit̃. Ta/
lis humanitas vt ſpolietis etiã dum ſubue
nitis. Fęcũdus vobis etiã pauꝑ eſt ad que/
ſtuꝫ. Uſurariꝰ eſt ęgenus:cogentibꝰ vobis
habet qꝺ reddat:qꝺ impendat non habet.
Miſericoꝛdes plane viri quẽ alij abſoluit̃:
vobis abdicatis. Uſuras ſoluit qui victu
indiget. An quicquã grauius? Jlle medica/
mentũ quęrit:vos offertis venenũ. Paneꝫ
imploꝛat:gladiũ porrigitis. Libertatẽ ob/
ſecrat:ſeruitutẽ irrogatis. Abſolutionẽ pꝛe
catur:infoꝛmis laquei nodũ ſtringitis.

## Qua ratione fęneratoꝛes iude ⁊ diabolo cõparentur. Et quid ſignificetur nominibꝰ creditoris: debitoris:fenoris ⁊ ſortis: Ca. IIII.

b Anc p̃cipue iniuſticiã deploꝛat ſan/
ctus dauid dicens: Uidi iniquita/ Pſ.54.
tem ⁊ cõtradictionẽ in ciuitate:⁊ nõ
defecit de plateis eiuſ vſura ⁊ dolus. Jtaqꝫ
cũ ꝓditionẽ iudę ſubiecerit:hoc p̃miſit:ſiue
ꝗ vltra ſacrilegij iniuriam coniuratis dñicę
necis: fęnoꝛis crimen acciderit: ſiue ꝗ tan/
tum ſacrilegiũ ſatis abundęqꝫ vſura fęnoꝛi
vltum iret. Mali fęneratoꝛes qui dederunt
pecuniã vt interficerent auctoꝛẽ ſalutis:ma
li ⁊ iſti qui dant vt interficiant innocenteꝫ.
Et iſte quoqꝫ qui pecuniã accepꝑit vt ꝓdi/
toꝛ iudas:laqueo ſe ⁊ ipſe ſuſpendit. Jpſuꝫ
iudã hoc maledicto putauit eſſe dãnandũ:



vt ſcrutaret̃ fęneratoꝛ eius ſubſtantiã:quia
qꝺ ꝓſcripto tyrannoꝛũ aut latronũ manus
operari ſolet:hoc ſola fęneratoꝛis nequitia
cõſueuit inferre. Doctioꝛes autẽ ipſi fęnera
toꝛi putant diabolũ cõparandũ:qui reſ ani/
mę:⁊ p̃cioſę mẽtis patrimoniũ fęnerat quo/
dam vſurarię iniquitatis:ſic ſumptu capit:
ſic auro illicit:ſic reatu inuoluit:ſic caput ꝓ
theſauro repoſcit. Quid vobis iniquiꝰ qui
nec ſic capitis ſolutione eſtis ꝯtenti? Quid
vobis iniquius qui pecuniã datis: ⁊ vitam
obligatis:⁊ patrimoniuꝫ accipitis: aurum
argentũqꝫ ꝓ pignoꝛe:⁊ adhuc illum debito
rem dicitis qui vobis plus reddidit ꝙ acce
pit? Uos creditoꝛes aſſeritis: qui amplius
debetis. Uos inquã dicitis creditoꝛes: qui
nõ homini ſed pignoꝛi credidiſtis. Bene fę
nus appellatur qꝺ datis:ita vile ac fęnũ eſt.
Soꝛtem dicitis qꝺ debetur. Eteñ velut vr/
na ferali miſera ſoꝛs voluitur: perituri debi
toꝛis luenda ſupplicio. Stant pallentes rei
ad ſoꝛtis euentũ. Non ſic trepidãt de quo/
rum dãnatione ſoꝛs ducitur: non ſic deiecti
ac ſuſpenſi pauitant: de quoꝛũ captiuitate
expectatur ſoꝛtis euentus. Jllic eñ vnius
captiuitas:hic plurimoꝛũ addicitur. Et foꝛ/
taſſe ideo ſoꝛs:quia in euẽtu ſunt patrimo/
nia quę ſub hac arte voluunt̃. Magnum et
memoꝛabile beneficiuꝫ dei. Hoc ſpecialiter
oꝛe ꝓphetico p̃dicatur qꝺ in patres ꝯtulit:
Pſ.71. quia ex vſuris ⁊ iniquitate liberauit eoſ. Et
ꝓpꝛie ait:ex vſuris liberauit eos:quia vſu/
rę inferunt ſeruitutẽ. Quaſi diceret: Ex ſer/
uitutis vinculo ereptos reddidit libertati.
Graue vocabulũ debitoꝛũ. Debita: pecca/
ta dicuntur. Debitoꝛes quoqꝫ criminoſi ap
pellãtur. Sic eñ iſti ſicut ⁊ illi de capite de/
cernunt. Culpę tamẽ habent nomen ſuum:
vt factoꝛũ diuerſitatẽ. Debita ꝗuis diuer/
ſę quãtitatis:vnum habent nomen: vnum
onus:vnum periculũ. Neſcit ergo quid po
ſcat infęlix qui pecuniaꝫ petit mutuã: quid
accipiat ignoꝛat.

## Quomodo pecunia fęneratoꝛũ nunqꝫ quieſcat. Quomõ etiam impꝛudenter recipientes ſub vſuris mutuo ſtatim multos acquirant amicos:cũ quibus opipere ⁊ ſplẽdide cõuiuent:qui tamen exhauſta pecunia ſoli feneratoꝛi dilacerandi relinquũtur. Et de illorum ſera pęnitentia: Ca. V.

n On nouit pecunia fęneratoꝛis vno
diutius loco ſtare:ſolita trãſire per
plurimos:vno teneri ſacculo:verſa
ri ac numerari expetit:vſum requirit vt ac/
quirat vſuram. Fluctus eſt quidam maris:
nõ fructus. Pecunia nunquã quieſcit. La/
bitur velut ſcopulo illiſa:ita gremiũ debito
ris ꝑcutit:⁊ cõtinuo relabitur eo vnde ꝓceſ
ſit. Cũ murmure venit:cũ gemitu reuertit̃.
Frequẽter tamẽ placidum ſtat ventis ma/
re:ſemꝑ fęnoꝛis vnda iactat̃. Mergit nau/
fragos: expuit nudos: veſtitos exuit: inſe/
pultos relinquit. Nummũ ergo peti:⁊ nau/
fragium ſuſcipis. Hinc charybdis circũſtre/
pit:hinc ſirenę quę voluptati ſpecie ⁊ cano/
re dulcedinis ſuauitate: in vada deductos
cęca:repetendę domus (vt ferunt fabulę) ſę
pe ⁊ cupiditate fraudabant. Statim vendi
toꝛes vnguẽti ⁊ diuerſarũ ſpecierum irruũt
velut quidã canes: ſagaci pꝛędę vagantis
odoꝛe p̃ſtricti:venatoꝛes:aucupes: caupo/
nes quoqꝫ miſcentes mero aquã:qui nobi/
litatem vetuſti generis ⁊ patrię et natalem
diem viri circũſonent:circũſtantes repente
paraſiti:quẽ ante ſolebãt ſpernere:ſalutãt:
deducunt:ad lęticiã ꝓuocant:ad ſumptum
incitant dicentes: Uenite ⁊ fruamur bonis Sap.2.
quę ſunt ⁊ vtamur creatura tanquã in iuuẽ
tute celeriter:vino pꝛecioſo ⁊ vnguẽtis nos
impleamus:⁊ non p̃terat nos flos tẽpoꝛis.
Coꝛonemus nos roſis anteꝙ marceſcant:
nullum pꝛatũ ſit qꝺ non ꝑtranſeat luxuria
noſtra: vbiqꝫ relinquamꝰ ſigna lęticię: qm̃
hęc eſt pars et hęc eſt ſoꝛs nr̃a. Et vere ſoꝛs
omnis illoꝛũ facta eſt: Tu autẽ remanes ex
oꝛs bonoꝛũ. Non tales ſoꝛtes tibi ſcriptura
mõſtrauit. Nõ inter tales ſoꝛtes dauid me/
moꝛat doꝛmiendũ dicens: Si doꝛmiatiſ in/ Pſ.67.
ter medias ſoꝛtes. Nam ſi in medio illaruꝫ
doꝛmiſſes ſoꝛtiũ:id eſt:veteris ⁊ noui teſta/
menti:nõ te pecunię cupiditas in voꝛaginẽ
teterrimi fęnoꝛis demerſiſſet:gratia ſpirita
lis fidei tibi dediſſet argentũ:⁊ in ſpeciẽ au
ri diuinę ſapiẽtię inſtitutione foꝛmaſſet. Et
eñ ſi nos vnũ teſtimoniuꝫ diuinę ſcripturę
poſuimus:⁊ luxurioſum illud cõuiuiũ decli
nauimus: vtiqꝫ potuit ⁊ iſte ſaluari ſi oꝛacu
lis cęleſtibus inhęſiſſet. Reuertamur tamẽ
ad cõuiuium:nõ vt eius deguſtemus epu/
las:ſed cauendas alijs demõſtremus. One
ratur mens a peregrinis ⁊ exquiſitis cibis:
adhibentur nitẽtes miniſtri :magno empti

preċio:ſumptu paſcendi maiori:bibit in no
ctem;dies cōuiuio clauditur:ebrietati deficit.
Surgit ille vino plenus:vacuus opuꝫ:dor
mit in lucem:vigilās ſomniū putat. Etenī
vt in ſomnis ſibi videtur diues ex paupere:
ſic etiam egenus ex diuite.Dum defluit in/
terim pecunia: vſura ſupfluit:tempus mi/
nuitur:fenus augetur:theſaurus exinanitur:
ſors accumulatur:paulatim cōuiue ſe ſubtra/
hunt:ſponſores cōueniunt:mane fenerator
pulſat ad ianuas:queritur dies ſolutionis:
tranſiſſe pſcriptos:iniurijs vigilantē adori/
tur:in ſomnis dormientē excitat.Non noc/
tes quiete:nō dies ſuauis eſt:nō ſol iocun/
dus eſt.Detrahunt paulatim deaurate ac
ſerice veſtes:⁊ veniunt de medio minores.
Ponit cū lachrymis ornamenta cū vix tam
triſtior empta carius.Pueri cōſtituunt mē/
ſe miniſtri:⁊ male aſſueti emptorē auertūt.
Offertur pecunia creditori: vix inquit hec
ſoluit vſuraꝫ.Caput debes.Reddit exhau
ſto patrimonio:capitis reus:⁊ īminuto ac/
cipit fenore:accipit inducias triſtiores belli
cis quaſi poſt biduū preliaturus. In bello
enī incerta victoria:hic certa inopia. Illic ſe
clypeo tegit:hic nudus occurrit. Illic lorica
pectus includit:hic totus carcer includitur.
Illic manꝰ telis onerat:armat ſagittis: hic
ere vacuas offert vinculis alligādas.Duci/
tur plerūqꝫ vterqꝫ captiuus. Ille habet quē
accuſet aduerſum belli euentū:hic preter ſe
quē accuſet nō habet.Nihil eſt intolerabili
us hac miſeria:que excuſari nō poteſt.Acer
bat cōſcientia pondus iniurie.Tunc ſecum
reputat:tunc ſcripturas recordatur: tunc di/
Prouer.5. cit:Nōne mihi ſcriptum eſt: Bibe aquā de
tuis vaſis:⁊ de tuorum puteorū fontibus?
Quid mihi cū puteo feneratoris vbi ⁊ aqua
includitur?Suauiora erant olera cū ſecuri/
tate:qꝫ aliene epule paſte cuꝫ ſollicitudine.
Non oportuit aliena querere: deinde inci/
deram debita:de meis oportuit fontibꝰ re/
mediū querere.Erant domi vaſa minutio/
ra.Melius erat miniſteriū deeſſe qꝫ cibuꝫ:
melius veſtem venalē pponere qꝫ libertatē
adijcere. Quid pfuit ꝙ publicare pauper/
tatem meam verecūdatus ſum? Ecce alius
publicauit.Ego nolui nutritores vēdere:ec
ce alius adiudicat. Sera hec conſideratio:
Tunc decuit ſuccurrere cum vulnera prima
ſerperent.Melius fuerat in principio tenu/
are ſumptum:⁊ neceſſitatē debiti rei famili/
aris anguſtijs alleuare: qꝫ vt ad horam di/
tatꝰ alienis:poſtea exuereris ⁊ ex pprijs.

## De nequitia feneratorū:qui aliena damna arbitrantur ſua lucra: ⁊ quomodo ſibi fingant tectoriolūꝫ ſue iniuſticie:Ca.VI.

Cauſamus debitorem:ꝙ impruden
a tius ſe geſſerit.Sed tamē nihil ne/
quius feneratoribus qui lucra ſua
aliena damna arbitrantur:⁊ diſpendio ſuo
deputant quicquid ab alijs poſſidetur. Au
cupantur heredes nouos:adoleſcētulos di
uites explorant p ſuos:adiungunt ſe ſimu/
lantes paternā ⁊ auitam amicitiaꝫ: voluut
domeſticas eorum cognoſcere neceſſitates.
Si quā cauſam inuenerint: accuſant vere/
cundiam:pudorē arguunt:qꝺ non ante de/
ſperatū atqꝫ preſumptuꝫ. Sin vero nullos
laqueos alicuiꝰ neceſſitudinis offenderint:
intexunt tabulas:aiūt nobile prediū eſſe ve
nale:amplam domū:accumulant puectus
fructuū:annuos redditus exaggerāt:hortā
tur vt coemant. Similiter faciūt precioſas
veſtes:⁊ monilia nobilia pdicantes. Negā
ti ſe habere pecuniā: ingerunt ſuā dicētes:
Vtere vt tuam de fructibus empte poſſeſſi
onis:preciū multiplicabis:debitū reddes.
Pretendūt alienos fundos adoleſcenti:vt
eum ſuis expolient: tendunt retia: Simul
vt indagine cuncta ſpacia fuerit ingreſſus:
cogunt eū in retia cautionū:laqueos vſura
rum:paternū ſepulchruꝫ:preſtituit dies ſo/
lutioni:diſſimulatur cōuentio:quando pōt
ſolutio ſuſtineri:vbi ſatis ſecurum reddide
rint repente ingruunt ⁊ inſtāt vehemētius:
cauſanti incumbūt dicentes: Tu poſſides
tua predia:nos noſtrā pecuniam nō habe/
mus.Aurū dedimus:lignū tenemus.Tibi
fructuū emolumenta pcedunt: nobis nihil
accreſcit pecunie.Ocioſa cauſatio eſt ſalteꝫ
renouetur chirographo.

## De increpatione adoleſcentum: qui ſub vſuris pecuniā mutuo recipiunt:⁊ de vulnere remediuꝫ querunt.Et qꝫ triſtis his ſit facies creditoris occurſantis.Et de īducijs per eos poſtulatis:parum tamē pfuturis:Ca.VII.

Taqꝫ dum primū adoleſcens:nihil
i putat de veſtibus ſuis aut poſſeſſi/
onibus eſſe vendendū:ad hec faciē
da poſcit dilationē.Vſure applicantur ad ſor/



tē:accumulantur cenſure. Iam ſuſpirare inci/
pit:iam malū ſuuꝫ agnoſcere. Die ac nocte
vſurā cogitat:quicqd occurrerit feneratorē
putat:qcqd crepuerit :vocē ſibi videtur fene/
ratoris audire. Si habes cur non ſoluis: ſi
nō habes cur malū malo adiūgis:⁊ de vul/
nere remediū queris?Cur quotidie obſidio
nē pateris:feneratoris expugnationē times?
Vetus ſentētia eſt feneratoris et debitoris
ſibi occurrētiū: Proſpectū amboꝝ facit do
minꝰ.Alter quaſi pdaꝫ reqrit:alter quaſi fe
ra pdonē declinat. Ille quaſi leo querit quē
deuoret:iſte quaſi anſer aut fulica mauult
ſe vel in prupta deijcere: vel in pfunda de/
mergere:qꝫ iſtū hūani corporis accipitrē ſu/
ſtinere.Quid quotidie fugis?Etſi nō occur
rat fenerator:occurrit tibi inopia tanqꝫ bo/
nus curſor.Ambos ꝗ videt dñs:feneratorē
⁊ debitorē.Occurrētes ſibi ſpectat ambos:
teſtis alteriꝰ iniquitatis:alteriꝰ iniurie. Il/
lius auariciā cōdemnat:huiꝰ ſtulticiā. Ille
greſſus debitoris ſingulos numerat:aucu/
patur deflexus:iſte cōtinuo poſt colūnas ca/
put obūbrat.Nullā enī habet debitor auc/
toritatē.Ambobꝰ in digitis vſuraꝝ repetitur
ſepius calculatio.Par cura:ſed diſpar affe/
ctus.Alter letatur incremēto fenoris: alter cu
mulo deuotionis affligitur. Ille queſtus nu/
merat:hic erūnas.Quid fugis hoīem queꝫ
poteras ⁊ nō timere? Quid fugis: aut quo
uſqꝫ fugies?Si quis pulſauerit nocte:fene/
ratorem putas ſub lecto. Ilico ſi quē ſubito
intrare ſenſeris:tu foris exilis. Canis latrat:
⁊ cor tuū palpitat. Sudor effunditur: anheli/
tus quatitur:queris qd mentiaris vt fenera/
torē differas: ⁊ cū dilationeꝫ impetraueris
gaudes. Funē tuo ſimulat ſe fenerator gra/
uari:ſed libēter imptit quaſi venator qui fe/
rā cinxerit. Securus eſt pde:tu oſcularis ca
put:amplecteris genua:⁊ quaſi ceruꝰ ſagit/
ta toxicata ictus paululū pcedens: tandeꝫ
victꝰ veneno pcūbis:aut quaſi piſcis q fu/
ſcina fuerit infixus:quocūqꝫ fugerit: vulnꝰ
vehit. Et vere piſcis ille in eſca mortē deuo
rat:illū hamū glutit dū cibū querit.Sed ta
men hamū nō vidit quē tegit preda: tu ha/
mum cernis ⁊ glutis? Hamus tuꝰ fenus eſt
creditoris:hamū voras:ſed vermis te ſemp
obrodit. Ipſe ē eſca que decipit. Itaqꝫ ⁊ ti/
bi fenoris nec cibus vſui eſt: ⁊ hamus vul/
neri.An ignoras qr ſemel illaqueatꝰ nodo:
ſe magis ſi fugiat ipſe cōſtringit:⁊ intra re/
tia poſitus fugiendo magis deijciat ſup ſe
retia. In plateis fugis:cū intra parietes tu/
tus eſſe non poſſis. Inueniet te cū voluerit
fenerator.Deniqꝫ vbi tēpus impleueris: ſi/
cut lupus nocte irruit:dormire non ſinit:ex
lecto ad publicū trahit:aut tabulis venditi
onis cogit ſubſcribere. Vt fureris pudoris
diſpendiū ſubſcribis ilico. Vēditurus aui/
tum ſepulchrū:paternū ſane vt ptereatur ali/
quid verecūde emitur:ieiuniū ſolum iacta/
tur:qꝺ infecūda vendiderit:diſpendijs one
rauerit debitoreꝫ:⁊ ſuperioris tēporis aſcri
būtur diſpendijs damna pſentis. Mox et
laudata venduntur ⁊ inferuntur:iam nō inſtru/
menta ſed vincula. Tamē adhuc querendi
fideiuſſores: tribuuntur inducie: non vt pre/
dam libertatis inueniat: ſed vt conſortē ſer
uitutis adiungat qui ſe ſociet erūnoſo. At
quid iuuare poteſt aliene calamitatis acceſ
ſio? Iam ⁊ amici fugiunt:cōuiue non recog
noſcūt. Ipſe quoqꝫ conſpectꝰ omniū refu/
git:⁊ vt pugil ictus varios cōcertantiū: ita
iſte honeſtorum vitat occurſus: ⁊ ſollicitus
vbi in aliquem offenderit:vigilanti exit ob
tutu:redit paratus ad vincula:redit mortē
optans:cogitans eam ſibi vt moreretur infer
re:redit miſere ſe cōdemnans ꝙ alienā pecu
niam nō refugerit:⁊ feneratoris ſe eri deuin
xerit.O quātos miſeros aliena fecerunt bo
na.Quid inquā tibi vt bibas aquā gyon?
Quid inquā tibi vt biberes calicē fenerato
ris? Multi inquit mutuati ad tēpus: et ne/
ceſſitatibꝰ cōſuluerūt ſuis:⁊ pecuniā reddi/
derunt.Et quāti ſe ppter fenus ſtrangula/
uerunt? Illos cōſideras:hos nō enumeras.
Reminiſceris euaſiſſe aliquos:non remini
ſceris oppetiſſe. Nūmos redditos imputas:
laqueos appetitos non cōputas? Quos de/
formitate tam dedecoroſe cōuentionis ple/
riqꝫ verecūdiores ad cōtumeliā:fragiliores
ad iniuriam:expetito interitu ptulerūt:op/
probriū vite amplius qꝫ mortis ſuppliciū p/
timeſcentes.

## Quod p paterno debito nonūqꝫ liberi in auctionē deducantur:⁊ publice ſub haſta vendantur. Et quo modo obligatus feneratori venditus dicatur:Ca.VIII.

Idi ego miſerabile ſpectaculū: libe
v ros p paterno debito in auctioneꝫ
deduci:⁊ teneri calamitatis heredes:
qui nō eſſent participes ſucceſſiōis.Et hoc

tã imane flagitiũ: non erubeſcere creditorẽ:
Inſtat: vrget: adijcit. Mea inquit nutriti
pecunia ꝓ alimonia ſeruitutẽ recognoſcãt:
ꝓ ſumptu illicitationẽ ſubeant. Agitetꝛ ha/
ſta de precijs ſingulorũ. Non imerito haſta
agitatꝛ vbi caput querit: nõ imerito ad auc/
tionẽ ꝑuenitur: vbi ſors poſcitur. Hęc eſt fę/
neratoris humanitas: hęc debitoris ſtulti/
cia: vt filijs quibꝰ nõ reliquit pecuniã: liber/
tatem auferat: ꝓ teſtimonio chirographuꝫ
dimittat: ꝓ emolumẽto hęreditatis: iniqui
tateꝫ obligationis. Quid ſibi vult paterni
in liberos ſcriptura maledicti: vbi nulla eſt
impij offenſa peccati? An põt durius aliqđ
eſſe maledictũ: grauiuſqꝫ ſeruitiũ? Et illa ſę
pe poſt morteꝫ habet defunctus cõpendia:
qđ nõ ſpectat miſerias filiorũ. Vendit plę/
rũqꝫ ⁊ pater liberos auctoritate generatio/
nis: ſed nõ voce pietatis: ad auctionẽ furi/
bundo vultu trahit dicens: Soluite filij gu
lę meę ſumptũ: ſoluite paternę menſę preci/
um. Vomite qđ nõ deuoraſtis: reddite qđ
nõ accepiſtis. Hoc meliores ꝙ vr̃o p̄cio redi
mitis patrẽ: veſtra ſeruitute paternã emitiſ
libertatẽ. Eſto vt aliquis qui ſubuenire poſ
ſit accedat: qſ tantã expleat charybdim? qs
rationes fęneratoris agnoſcat? quis auari/
ciam ſatiet? Quę non iſte precia exaggeret:
cum viderit redemptores? Nõ em̃ ſuo ma/
gis lucro q̃ alieno detrimento paſcitꝛ. Ve/
ra ꝑfecto: vera eſt vtpote dei diuina ſenten
tia: qui cũ iratus eſſet ꝑpter impietatẽ iudę
Eſa.50. orum: ꝙ poſt deos alienos abirent: Cui in/
quit vendidi vos fęneratori? Venditꝛ enim
qui obligatus fęneratori fuerit: ⁊ venditꝛ nõ
vno precio: ſed quotidiano: venditꝛ nõ cum
diffinitiõe: ſed cũ acceſſione diuturna. No/
ua vſurarũ auctio: ꝑ menſes ſingulos noua
ſub quotidiana licitatione venditio. Qui
plus obtulerit trahitꝛ: ſemꝑ venalis adijcitꝛ:
nunq̃ quaſi venditus ęſtimatꝛ. Magna igi
tur vis cęleſtis ſentẽtię. Nõ ſatis iudicauit
dñs dicere: Cui vendidi vos: ſed addidit: fę
neratori. Offenſus nihil potuit grauiꝰ inue
nire quo iudicaret in ꝑfidos. Derelictos ex/
poſtulat: cur ita fugerint ſalutis auctorem:
quaſi fęneratori alicui dñs vendidiſſet dig/
na pęna dominũ relinquẽtes. Habent ſer/
ui qđ amplius q̃ carceris pęnas et vincula
reformident: habent liberi qđ paueant ꝓ li/
bertatis incuria. Simul illud aduerte ꝙ fę/
neratio ꝑuaricationis materia iudicata ſit:
ꝙ is facile recedat a domino qui fęneratori
ſe potuerit obligare. Fęnus em̃ radix men/
dacij: cauſa ꝑfidię eſt. Ego inquit vos non
vendidi: ⁊ peccatis veſtris venditi eſtis. Er
go qui ſe fęneratori obligat: ipſe ſe vendit:
⁊ qđ peius eſt vendit ſe nõ ęre ſ3 culpa.

## Quod fęnerator peccati noſtri diabolus ſit. Et de cõparatione ipſiꝰ ad vſurariũ. Et ꝙ idẽ ſit exactor qui ſe creditorẽ appellat: Ca.ix.

Vis iſte peccati ẽ fęnerator: niſi dia
q bolus: a quo eua mutuata peccatũ
obnoxię ſucceſſionis: vſuris defęne
ratur omne genus humanũ? Deniqꝫ quaſi
malus fęnerator chirographũ tenuit: quod
poſtea dñs ſuo cruore deleuit. Etem̃ quod
mortis erat ſcriptum apicibꝰ: debuit morte
diſſolui. Fęnerator ergo diabolus. Deniqꝫ
oſtendebat ſaluatori diuitias ſuas dicens:
Hęc omnia tibi dabo ſi ꝓcidens adoraueriſ Matth.4.
me. At vero dominꝰ ęris ſaluator alieni: ni/
hil ipſe debebat: qui poterat dicere: Ecce ve Joh.14.
nit huius mundi princeps: ⁊ in me ſuum ni
hil inuenit. Nihil debebat: ſed ſoluebat ꝓ
omnibus: ſicut ipſe teſtatur dicẽs: Quę nõ Pſ.68.
rapui tunc exoluebaꝫ. Quid diſtat malicia
huius principis mundi? Fęnerator pecunię
caput obligat: manuꝫ tenet: ſorte ducit. O
nomen triſte de dulci. Dominꝰ ouem cente/
ſimaꝫ liberauit. Illa centeſima ſalutis: hęc
mortis eſt: ⁊ terra bona centuplũ fructũ red
dit. Vę his qui dicunt ꝙ amarũ eſt dulce: ⁊ Eſa.5.
qđ dulce amarum. Quid amarius vſura?
quid dulcius gratia? Nõne hoc ipſo ſermo/
ne quo centeſimã appellant: reuocare debe/
rent in memoria redemptorẽ: qui venit cen
teſimã ouem ſaluare nõ perdere? Quis gra
uior exactor eſt? Et hoc triſte nomẽ. Deniqꝫ
dominꝰ ait: Populus meus exactores ve/
ſtri circumſcribunt vos. Et in euãgelio ha/
bes: Dum vadis cũ aduerſario tuo ad ma/ Luc.12.
giſtratum: da operã liberari ab illo ne forte
ꝑducat te ad iudicem: ⁊ iudex tradat te ex/
actori: ⁊ exactor mittat te in carcereꝫ. Quis
iſte ſit exactor agnoſce: qui etiã nouiſſimuꝫ
quadrantẽ exigit: ⁊ ideꝫ ſe creditorẽ vocat:
atqꝫ in hoc etiam nomine fraudem facit: vt
qui veneni pocula melle illinit: vt ſ3 grato
odore mors lateat: atqꝫ illita caliciſ ora: vim
fraudis abſcondat. Creditur: ꝑtexitur qua/
ſi fidelis: ⁊ quaſi incredulus ad quem fide/
lis oppignorat.



## Qđ a fęneratoribus defunctoꝝ cadauera aliquãdo teneantꝛ ꝓ pig nore: ⁊ eis tumulus denegetꝛ. Et ꝙ nihil intereſt inter funus ⁊ fęnus: inter mortẽ ⁊ ſortẽ: Ca.x.

Votiens vidi a fęneratoribꝰ teneri
q defunctos ꝓ pignore: et negari tu/
mulũ duꝫ fęnus expoſcitꝛ. Quibus
ego acquieſcẽs libẽter: vt ſuũ cõſtringerent
debitoreꝫ: vt electo eo fideiuſſor euaderet.
Hę ſunt fęneratoris leges. Dixi itaqꝫ tene/
te reum veſtrũ: ⁊ ne vobis poſſit elabi do/
mũ ducite: claudite in cubili veſtro carnifici
bus duriores: qm̃ quẽ vos teneti carcer nõ
ſuſcipit: exactor abſoluit. Peccatorum reos
poſt mortẽ carcer emittit: vos clauditis. Le
gũ ſęueritate defunctꝰ abſoluitꝛ: vobis tene
tur: certe hic ſortẽ ſuam iam memoratꝛ iple/
ſe. Nõ inuideo tamẽ: pignus veſtrũ reſerua
te. Nihil intereſt inter funus et fęnus: nihil
inter mortẽ diſtat ⁊ ſortem. Perſonat fune/
brẽ vlulatũ fęnoris vſura: nunc vero capite
minutꝰ eſt quẽ cõuenitis: vehemẽtioribꝰ tñ
nexibus alligate: ne vincula veſtra nõ ſen/
tiat: durus ⁊ rigidus eſt debitor: ⁊ qui non
iaꝫ nouerit erubeſcere. Vnũ ſane eſt qđ nõ
timere poſſetis: qꝛ poſcere nõ nouit alimen
ta. Juſſi igitur lauari corpus: et ad fęnera/
toris domũ exequiarũ ordinẽ duci: ſed etiã
inde plauſoꝝ mugitu talia ꝑſonabant. Ibi
quoqꝫ funus eſſe crederes: ibi mortuos plã
gi putares. Nec fallebat ſentẽtia: niſi ꝙ plu
res cõſtabat illic eſſe morituros: victus reli/
gionis cõſuetudine fęnerator. Nã alibi ſuſ/
cepi pignora: etiaꝫ iſta ducuntꝛ: rogat vt ad
tumuli locũ etiã reliquię deferãtur: tunc tã/
tuꝫ vidi humanos fęneratores grauari me:
tamẽ ego eorũ humanitatẽ memorabã ꝓſi/
cere: ne poſtea ſe q̃rerentꝛ fraudatoſ eſſe: do
nec feretro colla ſubiecti: ipſi defunctum ad
ſepulchra deducerent: grauiori męrore de/
flentes pecunię ſuę funus.

## De vſura ab aleatoribꝰ extorta. Et de iuiolabili lege alee: cui ſubij/ ciũtur etiam ferociſſimi homines: Ca.xi.

Llud nõ minoris acerbitatiſ accipi/
a te. Obſeruant iſti aleatorũ cõuenti/
cula: ⁊ ꝑdentis erumnã cõmodita/
tẽ ſuã iudicant: ſpondẽt ꝓ ſingulis: varios
primo ſors ludit euentus: ad diuerſos ſępe
transfertꝛ victoria: ſtipendiaqꝫ eius viciſſim
atqꝫ erumna mutantꝛ. Oẽs vincuntur ⁊ vin
cunt: fęnerator ſolus acquirit. Penes alios
manet nomẽ ꝙ vicerint: penes fęneratoreꝫ
ſolũ fructus eſt: nõ annuꝰ ſed momẽtarius.
Illi ſoli faciunt lucꝝ in omniũ detrimento:
illis ſolis eſt vſurę victoria. Videas reliq̃s
ſubito ęgentes: repente diuites: deinde nu
dos: ſingulis iactibus ſtatũ mutãtes. Ver/
ſatur enim eoꝝ vita vt teſſera. Voluitꝛ cen/
ſus in tabula: fit ludus de periculo: ⁊ de lu/
do periculũ: quot ꝓpoſitiones: tot ꝓſcripti/
ones. Clamor plaudentiũ: fletus deſpolia/
torũ: gemitus deplorantiũ. Sed ⁊ hos cre/
ditor vt tyrãnus damnãs: vnũquẽqꝫ ſorte
capitali: agitat haſtaſ: feralẽ inſtituit de ſin
gulorũ exuuijs auctionẽ. Alios ꝓſcriptioni
adijcit: alios ſeruituti: nõ tanti occiſi ſub ty
rannis ſunt. Vitę igitꝛ hanc aleã: rectius di
xerim q̃ pecunię: ſub momẽto fertur: qđ va
leat in ęternũ: ebrietas iudicat: ⁊ nullus ap
pellat. Habet ⁊ alea ſuas legeſ: quas fori iu
ra nõ ſoluant. Notatꝛ (ſi credi põt infamia)
qui putauerit renitendũ: ⁊ infamiũ ſenten/
tia grauiũ: quã cenſura iudicialis inurit op
probrium: qm̃ qui apud iudiceꝫ damnantꝛ:
apud illos glorioſi ſunt: qui apud illos dã/
nantur: apud iudicẽ criminoſi ſunt. Nobile
cõſtituit moyſes ſeniorũ iudiciũ: hi tamẽ de
leuioribus iudicabãt: veruꝫ graue: hoc eſt:
de potioribꝰ negocijs moyſi iudiciũ reſerua
re cõſueuerant. Hic dicitꝛ alionũ conciliũ iu/
dicauit: ⁊ plus eoꝝ timetꝛ potentia q̃ dęmo
num. Inter has feras viuis fęnerator atqꝫ
verſaris. His beſtijs cibũ eripis: his tetrior
ęſtimaris: hiſ crudelior plus timeris. Ferũt
hunorũ populos omnibꝰ bellum inferre na
tionibus: fęneratoribus tamen eſſe ſubiec/
tos. Et cũ ſine legibus viuãt: alee ſolius le/
gibus obedire: in procinctu ludere: teſſeras
ſimul ⁊ arma portare: ⁊ plures ſuis q̃ hoſti/
libus ictibus interire. In victoria ſua capti
uos fieri: ⁊ ſpolia ſuorum ꝑpeti: quę pati ab
hoſte nõ nouerint. Ideo nunq̃ belli ſtudia
deponere: ꝙ victus alee ludo: cum totius
pręde munuſ amiſerint: ludendi ſubſidia re
quirunt bellandi periculo. Frequẽter autẽ
tanto ardore rapti: vt cum ea quę ſola mag
na eſtimant victꝰ arma tradiderint: ad vnũ
alee iactum vitã ſuam poteſtati vel victoriſ
vel fęneratoris addicãt. Deniqꝫ conſtitit ꝙ
quidam eorum ⁊ imperatori romano cogni
tus in fide: precium ſeruitutis quã ſibi tali

ſorte ſuꝑatus intulerat: ſupplicijs imperate
mortis exoluerit. Premit ergo fenerator eti-
am colla hunorū ⁊ eos vrget in ferrū: premit
barbaros ſue terrore ſeuicie.

## De odibili feneratorū exactione Et de varijs vocabulis ab eis ſub honeſtatis ſpecie excogitatis. Et ꝙ feneratoris pecunia ſit ethymia: ⁊ vnitet natura ſerpentū: Ca. XII.

Quid enim tetrius eo qui hodie fene-
rat: et cras exigit? Et odibilis inquit
homo hmōi. Oblatio quidem blan-
da: ſed īmanis exactio. Verū ipſa oblatōis
humanitas facit: ⁊ exactionis ſeuitiā ꝓtulit
pecunia: hypotechas exigit: ⁊ ī ſuis apothe-
cis recondit. Una pecunia a feneratoribus
datur: ⁊ q̄s multa a debitoribꝰ exiguntur. Quā-
ta tibi fecerūt vocabula? Nūmus datur: ⁊ fe-
nus appellatur. Sors dicitur: caput vocatur. Es
alienū ſcribitur: multorū hoc capitū īmane ꝓ-
digiū: numeroſam exactionem efficit. Syn-
graphā nūcupat: chirographū nomīat: hy-
pothecas flagitat: pignus vſurpat. Fiduci-
as vocat: obligationē aſſerit. Uſuras ꝓdi-
cat: cēteſimas laudat. Ethymia quidē eſt fe-
neratoris pecunia: que tāta mala parturit.
Ethymia tn̄ fecunda penis: viſcera trahēs:
partu ſuo rūpitur: ⁊ morte materna docet ſo-
bolē nō eſſe degenerē in matrē. Illam mor-
ſibus ſuis ſcindūt: illic vbi naſcitur venenum
primū ꝓbatur: Pecunia aūt feneratoris oīa
mala ſua cōcipit: parit: nutrit: atq; ipſa ma-
gis in ſobole ſua creſcit: triſti ꝓle numeroſi-
or. Nō minus flexuoſa q̄ ſerpēs: atq; in or-
bem ſe totā colligens vt caput ſeruet. Reli-
quos flagellat corpore: illud ſolū ꝓducit ad
vulnera ſpiris ingētibus: quos cōprehēde-
rit ligat: ſolo capite interficit: ſaluo capite
etiam ſi reliqua pars eius dilapidata fuerit
reuiuiſcit. Diuerſa quoq; ſerpentibꝰ ſūt cō-
ueniendi ⁊ parturiēdi tēpora: pecunia feno-
ris a die inite ꝯuentionis creſcētibus ſerpit
vſuris: que ꝑturire nō nouit: qr dolores ma-
Ps.47. gis ipſa in alios trāſfundit. Ibi dolores vt
parturiētis. Unde etiā όσφόυσ greci appella-
uerūt ſup: eo ꝙ dolores partꝰ aīe debitores
excitare videantur. Ueniūt kalēde: parit ſors
centeſimā. Ueniunt mēſes ſinguli: generā-
tur vſure. Malorū parentū: mala ꝓles: hec
eſt generatio viperarū. Creuit cēteſima: pe-
titur nec ſoluitur: applicatur ad ſortem. Fit ma-
ledictū ꝓpheticū: dolus in dolo: vſura ipro-

bi ſeminis: fetura deterior. Itaq; nō iam cē-
teſima icipit eſſe ſed ſūma: hoc eſt: nō feno-
ris centeſima: ſed fenꝰ cēteſime.

## Unde dicatur vſura. Et quēadmodū ſimul naſcatur ⁊ enutriatur: ⁊ iā nata parturiat: ſemp̄q; īexplebilis atq; inſatiabilis ſit: Ca. XIII.

Vſuram quoq; ab vſu arbitror dic-
tam: ꝙ vt veſtes vſu: ita vſuris pa-
trimonia ſcindantur lugubre. Cetera
ꝓma littera ſonat: parturit vox doloris eſt.
Quid ibi pōt eſſe boni qđ a dolore incipit?
Et ab obligatione lepores ferūt generare:
ſimul ⁊ educare: ⁊ cōtinuo parturire. Iſti q̄s
anaglypharijs vſurarū generantur ⁊ ſupgene-
rantur: vſura enutritur ac naſcitur: ⁊ nata iam par-
turit. Radices q̄s arborum primo plantantur
vt prendāt: cū prenderint tunc vireſcere in-
cipiunt: poſtea pullulare. At vero pecunia
fenoris vix plantata iam pullulat. Semina
tēpore erūpunt: aīalia tēpore pariūt. Tem- Eccs.3.
pus enim pariendi: et tēpus moriendi: tēpus
plantādi: ⁊ tēpus euellendi qđ plantatū ē:
tēpus occidendi ⁊ tēpus ſanandi. Et infra:
Tēpus acquirēdi ⁊ tēpus reddendi: tēpus
cuſtodiendi ⁊ tēpus expellendi: vt eccleſia-
ſtes ait. Pecunia fenoris hodie ſeminatur:
cras fructificat: ſemp̄ parit et nunq̄ interit:
ſemp̄ plantatur: vix euellitur. Uult ſemp̄ fe-
nerator acquirere: nunq̄ ꝑdere: nunq̄ cuſto-
dire: pecuniā ſuam ſemp̄ explere. Nūquā ſa-
nare: ſemp̄ occidere. Et qr bonus ad omnia
magiſter eccleſiaſtes liber eſt: ſalomoni ipſi
paulisper inhereamus. Nō ſatiabitur oculus Eccs.1.
inquit videndo: ⁊ nō ſatiabitur auris auditu:
nec fenerator expletur accipiendo: nec affectꝰ
eius quotidiano numerādi eris ſatiabitur au-
ditu. Et iterū: Omne qđ fuit: ipſū ē qđ erit.
Creſcit ſemp̄ pecunia: ocioſum neſcit auari-
cia vſuras creas. Omnes inq̄t torrētes va-
dūt in mare: ⁊ mare nō adimpletur. Mare iſtud
fenerator eſt. Oim patrimonia tanquā fluc-
adhuc. Ipſi ſūt ergo q̄ neſciunt. Unde ⁊ in
Luc.23. euangelio dicit dn̄s ieſus:Dimitte illis pa/
ter:qꝛ neſciunt q̄d faciunt. Sed nō excuſan
tur qui neſciūt: cū ſcire nolūt qđ debuerint
cognoſcere. Certe non illis inuidemꝰ ſi dn̄i
ſequant ſententiā. Sentētia eñ ſuꝑiora ſo/
let abſoluere:non futura. Sed nec ille imu/
nis a ſcelere q̄ crucifixit ſuę auctorē ſalutis:
⁊ poſtea veniā non popoſcit. Eſto vt ante
ignorauerit quē ꝑſequebat :in cruce tn̄ po/
ſitum debuit recognoſcere : vniuerſoꝝ eſſe
dn̄m elementoꝝ:ſub quo oīa elementa tre/
muerūt. Cęlū obſcuratū eſt:ſol refugit:ter/
ra diſſiluit: defunctoꝝ ſepulchra patuerūt:
mortui viuentiū receperūt ꝯſortia. Unde ⁊
Matth.27. centurio ait: Uere dei filius erat iſte. Cētu/
rio agnoſcit alienū : leuita non recognoſcit
ſuū: Gētilis venerat:hebręus abiurat. Nō
imerito ergo colūnę orbis terrarū motę ſūt
q̄n nō crediderūt ꝑncipes ſacerdotū. Sed
motę ſūt veteres:vt nouę ꝯfirmarent :ſicut
Ps.74. ipſe dignatꝰ eſt dicere : Ego ꝯfirmaui colū/
nas eius. Audi q̄s colūnas ꝯfirmauerit: pe
trus ⁊ iacobꝰ ⁊ iohēs: q̄ videbant colūnę eē
Gal.2. dexteras dederūt mihi ⁊ barnabę cōmuni/
onis. Quō ergo excuſant ſe neſciſſe: quorū
alij viderunt:alij cognouerūt ſolem non ex
pleto diei curriculo receſſiſſe: ⁊ rurſus an̄ ꝑ/
actū ſpaciū noctis egreſſum: noctē in die fe
ciſſe? In die noctē vtiꝙ intelligere debue/
runt:qꝛ ſol iuſſus ſe recepit: ⁊ iuſſus exiuit.
Matth.12. Prędixerat eñ dn̄s : qꝛ tribus diebꝰ futurꝰ
erat in corde terre:⁊ tribꝰ noctibus. Didice
rat hoc ſol:ſeruabat ꝓceptū. Dubitabat er/
go dicēs: Quid facio? Orior et dies ē:occi/
do ⁊ nox eſt. Si curſū meū ꝑuauero :demo/
rabor mūdi ſalutē. Feſtinemꝰ etiā ad redē/
ptionē noſtrā. Feſtinare etiā debeo ipſe ad
nouā vitam. Erit eñ beneficio crucis :quia
renouantur vniuerſa : et ſol nouus : cęlum
nouū. Feſtino ergo vt illum poſſim videre
ſolē iuſticię:illuminantē alas vniuerſorū.
Sed q̄d faciā? Ipē vult poſt triduū fieri re/
ſurrectionē. Inueni quid faciā: vt ⁊ moras
non faciā:⁊ numerū dierū cuſtodiā. Nō fa/
ciam integrū diem ⁊ integrā noctē. Abbre/
uiabo horas vt tribꝰ q̄dem diebꝰ ⁊ noctibꝰ
ſit inter mortuos dn̄s ieſus.

dierū ac noctiū interualla patiunt reſurgat
a mortuis. Abbreuiabo igit horas vbi aſcē
derit crucē. A ſexta hora ſtatim fiat nox: ne
videā dn̄i paſſionē:ſ fugiā patricidalis ꝑſe
cutionis ſpectaculū. Occidā ⁊ erit nox ho/
rarū trium:egrediar ⁊ inouabo diem :vt ſit
horaꝝ triū. Percuſſus ē primꝰ dies : ſequit
nox ſcđo:ſpacio ſuo:ſequit ſiliter dies:inci/
pict nox. Tertia reſurget dn̄s i nocte : ⁊ erit
dies in lumine reſurgētis: vt cōpleat illud:
Et nox ſicut dies illuminabit. Hic ē dies il/ Ps 138
le magnꝰ quā vidit abraā et gauiſus eſt: de Joh.8.
quo ⁊ dauid ait: Hęc ē dies quā fecit dn̄s: Ps.117.
exultemꝰ ⁊ lętemur in ea. Cui nō miniſterio
laboris:ſ fructu exultationis iterero. Ipſe
ergo dn̄s diē ducit:⁊ an̄ mūdi ꝯſūmationē
videbit lumē: qđ illumiat oēm hoiem veni/ Joh.1.
entē in hūc mūdū. Ipē ē dn̄s q̄ ſignat ⁊ nu/
merat multitudinē ſtellaꝝ. Ipſe eſt dn̄s q̄
cęlū ſolus extēdit: q̄ ambulat tāꝙ in paui/
mento ſuꝑ mare:q̄n petrus vidit eū ambu/
lantē ⁊ dixit: Dn̄e iube me venire ad te ſuꝑ Matth.14.
aq̄s. Et iuſſit dn̄s:ſ ille titubauit:⁊ niſi por
rexiſſet ei dn̄s dexteram:dimerſus fluctibꝰ
occidiſſet. Titubauit caro:ſaluauit dexte/
ra. Et ait illi : Modice fidei q̄re dubitaſti.
Fides ergo ābulauit i apl'o nō caro. Deni/
ꝙ fides titubauit:⁊ caro ſentire cępit nau/
fragiū. Qđ nō improprie dictū ē:quia caro
nauis eſt animę:ſicut ſcriptum eſt: Qui de/ Ps.106.
ſcendūt mare in nauibus. Et alibi: Ibi do/ Ps.47.
lores vt parturientis:in ſpiritu vehementi
cōteres naues tharſis. Animę eñ noſtrę cū
verbū parturiunt edūt dolores. Quę aūt Job.16.
peperit:iam non meminit preſſurę propter
gaudium:quia natus eſt illi homo qui mū/
dum redemit. Naues tharſis :id eſt:intelli/
gibiles quę ſalomoni aurum ferebant atꝙ
argentum:id eſt:corpora noſtra quę habēt
theſaurum in vaſis fictilibus: vt apoſtolus 2.Cor.4.



dixit. Uel ꝙ etiam hic partus dubio conte
Luc.21. runt :iuxta qđ dictum eſt: Uę pręgnantibꝰ
⁊ nutrientibus. Nam cū anima quatitur:
caro fluctuat: Uel ſpiritu vehementi agita/
buntur infuſo: cum expleto tempore fuerit
Ezech.37. reſurgendum:ſm qđ ſcriptū eſt: Ueni ſpi/
ritus ⁊ inſuffla in mortuos iſtos et viuent.
Unde ⁊ ipē iob in poſterioribus dicit: No/
ui eñ quia ęternus ⁊ potens eſt qui ſolutu/
rus eſt me in terra.

Conteruntur
autem:quia reſuſcitatur ad iudiciū. Eſt au/
Ps.50. tem bona contritio. Cor eñ contritū et hu/
Ps.?59. miliatum deus non ſpernit. Et alibi: Sana
contritiones eius. Sed ⁊ ad ioſaphat dictū
eſt: Contritę ſunt naues in tharſis : eo ꝙ ſe
ſacrilegio miſcuiſſet. Utrūꝙ igitur cōtritio
Joh.5. ſignificat:quia vtrūꝙ ē in die iudicij: quā/
do omnes qui in monumētis ſunt audient
vocē filij dei:⁊ ꝓcedent q̄ bona fecerūt i re/
ſurrectionem vitę:qui male egerunt i reſur/
rectionē iudicij. Quod etiam dauid ꝓphe/
Ps.47. ta ſignificat dicens: Ibi dolores parturien
tis:ſicut audiuimus ita ⁊ vidimus i ciuita/
te dn̄i virtutū:in ciuitate dei noſtri. Nāꝙ ⁊
dolorē futurū ⁊ lęticiā cōprehendit. Dolorē
de iudicio:de abſolutione leticiā.

## De multiplici hominis tribulatione:⁊ đ veloci curſu vitę noſtrę:cū deploratione ſancti viri ꝓ cōmuni infirmitate:Ca.VI.

Sed ad propoſitę nobis interpellati
onis ſeriē reuertamur. Multas in/
quit ꝯtritiones fecit mihi : reſpirare
Job.9. me non ſinit. Impleuit me amaritudine:et
quia virtute eſt potēs:nemo poteſt iudicio
eius reſiſtere. Si iuſtus ſum
lingua mea errat. Magnum ⁊ potentē di/
ſpergit:irā improbi in morte graui:iuſti au
tem irridentur. Dati ſunt eñ in manus im/
pij. Uide ſingula. Potētibꝰ ira ſua grauis
eſt:improbis nequicia:iuſtis conditiōis in/
firmitas. Ita nihil periculo vacat. Fortitu/
do ⁊ magnitudo viri ſua poteſtate decipit:
improbitas afflictatur: virtꝰ ridetur. Ride/
tur ille quia plꝰ poteſt :labit iſte quia nihil
poteſt. Affligitur cōditiōis vitium:quia vi
ta noſtra leuior eſt curſore. Trāſiuit et nihil
vidit:tanꝙ nauis veſtigium:aut aquilę vo
lantis ⁊ q̄rentis eſcā:ita et pręterit vita ho/
minis. Qđ loquimur obliuiſcimur: nec vl/
lum trāſitus noſtri inſigne deprehenditur:
niſi qđ ſit plenum męroris ⁊ gemitꝰ. Cōcu/
tior inquit omnibus membris. Utinam ſit Job.10.
mediator noſter ⁊ arguens dijudicās inter
vtrūꝙ noſtrum. Dicam domino: Quare ſic
me iudicas? An bonum tibi eſt vt iuſtꝰ ego
ſim:quia repuliſti opera manuū tuarum:et
conſilio impiorū intendiſti? Nunquid ſicut
mortalis videt ſic videas:aut vita tua ſicut
hominis:aut anni tui ſicut viri:quia exqui/
ſiſti iniquitates meas:⁊ peccata mea inue/
ſtigaſti? Noſti quia impie non geſſi: ſ quis
ē qui de manibꝰ tuis eruat? Magna fides:
magna auctoritas cōſcientię :deum teſtem
mentis ſuę acceſſiri. Qđ cōditionis eſt non
negat:qđ impietatis eſt repellit:qđ infirmi
tatis eſt fatetur. Peccaſſe cōditionis eſt :qꝛ
nemo imunis lapſus eſt:impie agere nō cō
ditionis eſt:ſed ꝑfidię ⁊ nequiſſimę mentis
venenū. Non agnoſcit hoc iuſtus:ſed abſo
lutio hominis in dei miſeratione:non i ho/
minis poteſtate eſt. Manꝰ inquit tuę plaſ/
mauerunt me:poſtea conuertiſti ⁊ ꝑcuſſiſti
me. Memento quia lutum me feciſti:⁊ i ter/
ra me reſolues. Nunquid non vt lac mulſi/
ſti me:confeciſti me ſicut caſeū? Corio ⁊ car/
ne me induiſti:oſſibus ⁊ neruis me inſerui/
ſti. Uitā autē ⁊ miſericordiā in me poſuiſti:
⁊ viſitatio tua ꝓtexit ſpiritū meū. Quāta
deploratio ſancti viri ꝓ cōmuni infirmita/
te:quāta ꝯuentionis auctoritas: qđ deꝰ ho
minem manibꝰ ſuis fecerit. Excuſat culpa
infirmitatis obtētu:cōmendat gratia priui
legio operationis ęternę et ꝓtectione digna/
tionis cęleſtis. De quo loco etiā dauid pul/
cherrimę locutus eſt dicēs: Quid eſt homo Ps.8.
ꝙ memor es eius : aut filius hominis quia
viſitas eum? Nec inquit habes in te noui:
quia oīa potes:impoſſibile autem nihil.
Si eñ peccauero cuſtodies me:ab iniq̄tate Job.10.
aūt imaculatū me n̄ feciſti. Si impꝰ fuero: vę
mihi:ſi ſim iuſtꝰ:nō poſſū me erigere. Ple/
nus ſū ꝯfuſiōis:iueſtigor ſicut leo ad necē.
Uide tria. Si peccauero iq̄t cuſtodies me.
Et ideo o hō fatere peccatū vt veniā ꝯſequa
ris:dic iniq̄tates vt iuſtificeris. Qui erube/
ſcit fateri eas in q̄bꝰ natꝰ eſt:negātis nō fa/
tentis crimen eſt. Negare qđ natus ſis :qđ
accepiſti vtinā ſerues. Cur putas te habe/
re quod nō acceperis? Ergo peccator fateat:
impius ingemiſcat. Juſtus non ſe erigat ⁊
extollat:ne per arrogantiā fructum iuſticię
amittat. Et pulchre ait: Si iuſtus ſum:non

poſſum me erigere:plenus eñ ſũ confuſio-
nis. Juſtus eñ aduertit magis fragilitateꝫ
ſuam:ꝙ inſipiens agnoſcit. Non agnoſcit
inſipiẽs. Deniqꝫ lapſibus ſuis ſapiens cõ-
Prouer.18. pungitur:inſipiens delectaꝛ. Juſtus accu-
ſator eſt ſui:iniuſtus aſſertor. Juſtus pꝛeue-
nire vult accuſatorẽ confeſſione peccati:in-
iuſtꝰ peccatuꝫ ſuũ occultare deſiderat. Jlle
in principio ſmonis vt prodat errorem:iſte
multiloqo ſmonis ſui ſomnũ excuſationis
inuoluit:ne ꝓdat errorẽ.

## Quid ſignificet illud: Quare ob-ſcripſiſti aduerſum me mala:et appoſuiſti mihi adoleſcentię peccata ꝛc. Similiť ⁊ illud: Moꝛtalis filiꝰ mulieris:bꝛeuis vitę ẽ ꝛc. Pꝛęterea etiaꝫ iſtud: Cum aũt doꝛmierit homo non reſurget: vſqꝫdum cęlũ aſſuatur: Ca. VII.

Job.13. Jterũ adijciens dicit: Quare obſcri-
pſiſti aduerſũ me mala: ⁊ appoſuiſti
mihi adoleſcẽtię peccata? Pulchꝛe
id ętatis arripuit ad querelã quę magis ad
vitiũ lubꝛica eſſe conſueuit. Habet eñ pue-
ricia inocentiã:ſenectus pꝛudẽtiã. Jpſa vi-
cina adoleſcentię iuuentus bonę exiſtimati-
onis intuitum:⁊ verecũdiam delinquendi.
Adoleſcentia ſola eſt inualida viribꝰ:infir-
ma conſilijs:vitio calens: faſtidioſa moni-
toꝛibus:illecebꝛoſa delitijs. Jn tãto igitur
cõfragoſo ⁊ ſcopuloſo mundi huiꝰ turbine:
cur tã crebꝛa naufragia inpꝛouide aſſcribũ-
tur ętati? Unde pꝛęclare dauid totius tem-
poꝛis eius veniaꝫ ſibi a domino poſtulauit
Ps.24. dicens: Delicta iuuentutis meę:⁊ ignoꝛan-
tię ne memineritis domine:quia tũc maxi-
me caloꝛ coꝛpoꝛis feruet: ⁊ ęſtu ſãguinis va-
poꝛãtis igneſcit. Sꝫ iterũ ipſuꝫ audiamꝰ.
Job.14. Moꝛtalis inquit filiꝰ mulieris bꝛeuis vitę ẽ
⁊ plenus iracũdię:qui ſicut flos floꝛuit a ce-
cidit. Diſcedit aũt vt vmbꝛa:⁊ non reſiſtit.
Nõne ⁊ ab hoc ratio quęriť? Et hunc feciſti
intrare in iudiciũ ſub conſpectu tuo. Quis
autem mũdus eſt a ſoꝛde? Sed nemo etiaꝫ
ſi vnius diei ſit vita eiꝰ ſuper terram. Uere
miſerabilis cõditio peccati ſui qꝺ vitare nõ
poſſit:rationẽ pꝛęſtare cogaꝛ:iudiciuꝫ ĩtra-
re:in conſpectũ ſubire domini omnipotẽtꝭ:
compelliť edere cauſas geſtoꝛum ſuoꝝ:quę
tot vitę ſuę ętatibus percurrerit:cum mun-
dus a peccato quis eẽ nõ poſſit: vt ab ĩpis
cunabilis ꝑus obꝛepat infantię culpa:ꝙ ſit
vllꝰ ſenſus erroꝛis. Quãqꝫ illud miſerabile
vt bꝛeuis ſit vita eiꝰ:dulcis illecebꝛa:multi-
plex erũna:iracũdia quotidiana. Jtaqꝫ in
exigua delectatiõe:amaritudo perpetua ẽ.
Est inqͭ arboꝛi ſpes. Si eñ fuerit exciſa vi- Ubi s
rideſcit:etſi in terra moꝛtuꝰ ramus eius fue-
rit:ab odoꝛe aquę floꝛebit: faciet autẽ ſicut
nouella. Uir autẽ defunctus abijt:cadens
aũt moꝛtalis homo:nõ vltra eſt: Tempoꝛe
autẽ fluctuat mare. Expectauimꝰ ꝓphetici
ſmonis ex duobꝰ inferioꝛibꝰ elementis ter-
ra ac mari:q̃ om̃i iniurię crebꝛiſqꝫ tempeſta-
tibus ſubiacent:ꝙ validuꝫ argumentũ no-
ſtrę expꝛęſſit erũnę. Terrena inqͭ virgulta:
nemoꝛoſaqꝫ arboꝛuꝫ etiam cũ fuerint moꝛ-
tua in vſus vitales reſurgũt. Mare quoqꝫ
ipſũ tempoꝛũ vicibꝰ ſolet fluctuare:at vero
caro noſtra ſemper exęſtuat:ſibiqꝫ ipa tem-
peſtas eſt:nec vnꝙ a motibus pꝛocellarum
miſerandiſqꝫ naufragijs feriaꝛ. Cum auteꝫ Job.14.
doꝛmierit hõ nõ reſurget vſqꝫdũ cęlũ aſſua-
tur: Quod videtur declarare donec cęlũ no-
uetur. Erit nouũ cęlum et terra noua: ſicut
ſcriptum eſt. Qꝺ eñ aſſuitur vetus eſt: qꝺ
vetus mutabitur. Deniqꝫ audi dauid dicẽ-
tem: Jnitio terram tu fundaſti domine:et Ps.101.
opera manuũ tuarum ſũt cęli. Jpi peribũt
tu aũt permanes: ſicut veſtimentũ vetera-
ſcent:⁊ ſicut opoꝛtoꝛiũ mutabis eos et mu-
tabuntur. Poſſumus etiam illud attexere:
quoniã quod vetus eſt aſſuitur:qꝺ nouum
cogitur. A diebus aũt iohãnis baptiſtę re- Matth.11.
gnum cęloꝝ cogitur:⁊ gẽtes diripiũt illud.
Aſſuebat ergo illud ſynagoga in paucis:ec-
cleſia cogit in multis. Uel qꝛ nũc cęlũ aſſui
videť nebulis et caligine nocturniſqꝫ tene-
bꝛis:⁊ croceo diei ſurgentis ruboꝛe diuerſa
⁊ diſcoloꝛi ſpecie ſępe contexitur. Tunc aũt Apoc.22.
nox non erit amplius ⁊ non indigebunt lu-
ce lucernę ⁊ lumĩe ſolis:quia dominus illu-
minabit ſuper eos ſicut dicit iohãnes. Uel
quia vę his qui aſſuũt ceruicalia ad euertẽ- Ezech.13.
das animas populi. Deploꝛãti ꝓphetę mi-
ſeriam noſtrę fragilitatis:q̃ ⁊ in hac vita re-
quiẽ nõ haberet:et vniuerſa ſubito incurſu
moꝛtis amitteret:ſpũſſanctꝰ infudit tã diu
nõ reſurrecturos hoĩes donec veniret q̃ nõ
aſſueret vetꝫ nouis:nec veſtimẽtũ nouũ cõ-
mitteret in veſtimentum vetus: ſed omnia
faceret noua:ſicut ipſe dixit: Ecce faciaꝫ no- Apoc.21.
ua. Jpſe eſt enim reſurrectio pꝛimogenitus
ex moꝛtuis:in quo omnes quideꝫ pꝛęroga-



tiuam futurę reſurrectionis accepimus: ſo-
lus tamen adhuc reſurrectione perpetua re-
ſurrexit.

## De intelligentia illius: Utinã in inferno conſeruares: abſconderes aũt me donec deſinat ira tua ꝛc: Ca. VIII.

Audito igitur quid locutus eſſet in
eo deus:et cognito per ſpiritũſãctũ
ꝙ filius dei non ſolum veniret ĩ ter-
ras:ſed etiam deſcenſurus eſſet ad inferos
vt moꝛtuos reſuſcitaret:qꝺ tunc quideꝫ fa-
ctum eſt ad teſtimonium ꝑſentium ⁊ exem-
plum futuroꝛuꝫ:conuerſus ad dominũ ait:
Job.14. Utinam in inferno conſeruares: abſcõde-
res autem me donec deſinat ira tua: et ſta-
tuas mihi tempus in quo memoꝛiam mei
facias. Si enim moꝛtuꝰ fuerit homo: viuit:
conſũmans dies vitę ipſius:ſuſtinebo do-
nec iterum fiam:donec vocabis me:ego au-
tem te obaudiam:opera vero manuuꝫ tua-
rum ne deſpicias. Numeraſti autem meas
adinuentiones:nec pꝛęteribit te q̃cqꝫ ex pec-
catis meis. Signaſti auteꝫ iniquitates me-
as in ſacculo:et notaſti ſi quid inſcius pꝛę-
teriui. Ꝙ̃ ſuauis locus qui nos de reſurre-
ctione confirmat:⁊ ꝙ videtur voci domini-
cę conuenire: quę ĩ euangelio legiť vbi ait:
Luc.23. Tunc incipient dicere montibus:cadite ſu-
per nos:⁊ collibus:operite nos. Erit enim
in conſũmatiõe ſęculi ira domini. Recte er-
go ſanctus in iudiciuꝫ mauult reſurgere ꝙ
in tempus diuinę iracundię: quę terribilis
etiam inocentibus eſt. Simul etiam illud
pꝛophetare intelligitur dicendo: Statuas
mihi tẽpus in quo memoꝛiã mei facias:qꝺ
in paſſione domini reſuſcitãdus foꝛet:ſicut
in fine huius libꝛi teſtatur:nec tamẽ deplo-
rare deſinit:⁊ quo magis ĩtelligit ſibi reſur-
rectionẽ eſſe ꝓpoſitaꝫ:vitã hanc fugere de-
ſiderat videns ſe in manus traditũ aduer-
ſarioꝛũ:pꝛoiectũ ſe in poteſtate impioꝛum.
Cui etiã amici ĩ inimicos cõuerſi ſũt:qui cũ
debuerint conſolari:ruinã ſuper ruinã infe-
rant:memoꝛ tamẽ cõſciẽtię ſuę purę:et mũ-
Job.16. dę oꝛationis:ait: Terra nõ coopias ĩ ſãgui-
ne carnes meas: vt oꝛatio eiꝰ ſicut incẽſum
dirigaꝛ ad dominũ. Nõ ĩ terra diuerſeꝛ:ſã-
cti eñ oꝛatio nubes penetrat:peccatoꝛis oꝛa-
tionẽ: ſicut a deo cain dictum eſt parricidę:
aperiẽs os ſuũ terra in ſanguine carnis ab-
ſcondit. Maledictus inquit a terra q̃ apuit
os ſuũ accipe ſanguinẽ fratris tui de manu
tua:qm̃ opaberis terrã.

## De repꝛehenſione eoꝛum qui curioſius inquirunt ſecreta altitudinis ſapientię dei. Quãqꝫ beatꝰ ſit ille q̃ ſapientiam inuenerit. Et q̃ ſit vera ſapientia: Ca. IX.

Flebiliter igitur ſãctus deploꝛat vi-
tę iſtius tẽpoꝛa. Pereo inquit et ſpi- Job.17.
tu circũferoꝛ:oꝛo autem ſepulturaꝫ
⁊ non impetro:pꝛecoꝛ laboꝛans. Et quid fa-
ciam? Dies mei trãſierunt in honoꝛe: diru-
pti ſũt articuli coꝛdis mei. Nec tamẽ dero-
gat iudicio dei. Scit eñ pꝛofundã eſſe alti-
tudinem ſapientię et ſcientię dei: ⁊ inſcruta-
bilia iudicia eiꝰ atqꝫ inueſtigabiles vias eiꝰ.
Non calcauerunt inquit eas filij gloꝛifican- Job.28.
tium:nec tranſiuit per eas leo. Quis enim
potuit vias eius cõpꝛehendere: quę abdite
occulta penetrant? Unde inquit inuenta
eſt ſapiẽtia: aut quis locus diſciplinę? Ne-
ſcit moꝛtalis homo viam eius: nec inuenta
eſt in hominibus. Abyſſus dixit:non eſt in
me:⁊ mare dixit: nõ eſt mecũ. Nõ tibi licet
ſcire o homo alta ſapię:ĩdo tibi ſcriptũ eſt:
Noli altuꝫ ſapere ſꝫ time. Quid curioſe q̃- Ro.11.
ris ĩueſtigare qꝺ tibi non expedit ſcire: nec
cognoſcere datur? Paulꝰ audiuit aliqua ſe- 2.Cor.12.
creta ſapiẽtię quę ꝓhibitus eſt alijs intima-
re:⁊ ideo raptus eſt in paradiſũ: raptꝰ vſqꝫ
ad tertium cęlum: vt audiret ea quę ĩ terris
audire nõ poterat. Si q̃ audiuit homo: nõ
licuit ei loqui:quẽadmoduꝫ quod nõ audi-
uit inquirit? Jmperatoꝛis huius ĩ terris nõ
licet tibi ſcire cõſilia:⁊ vis ſcire diuina? Nõ
licet tibi curioſius inueſtigare quę in terris
gerũtur:⁊ curioſius requiris quid ſupꝛa cę-
lum agatur? Cur tu diſputas vnde nata ſit
ſapientia? Neſcit homo viam eius:nec ĩ ho-
minibus inuenta eſt perfecta ſapiẽtia. Nõ
in moyſe:non in aaron: nõ in ieſu naue fu-
it:non ĩ ipſo dauid qui ait: Jncerta ⁊ occul- Ps.50.
ta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi: quia ĩpe
dixit in poſterioꝛibus: Uelut iumentum fa- Ps.72.
ctus ſum apud te. Supꝛa te ẽ ſcire o homo
altitudinẽ ſapiẽtię: ſatis eſt tibi vt credas.
Si enim non credideritis inqͭ nec ĩtellige-
tis. Abyſſum ſcire nõ potes:abyſſũ nõ po-
tes cõpꝛehẽdere:quõ altitudinẽ ſapię cõpꝛehẽ-
des? Abyſſus dixit:nõ ẽ ĩ me:⁊ tu potes di-
cere:qꝛ ĩ te eſt ſapiẽtia? Abyſſus ergo dixit: Ps.15.
nõ eſt in me:qꝛ ipſe dominꝰ dixit: Nõ dere-

linques animam meam in inferno. Et apo/
Ro.10. ſtol⁹ dixit: Qui deſcendit in abyſſũ: hoc eſt:
chriſtuʒ ex mortuis deducere. Ergo ſi inter/
Job.28. rogaꝛ abyſſus: vbi eſt ſapiẽtia: reſpondet:
Nõ eſt mecum quia ſurrexit. Si interroga/
tur mare: vbi eſt ſapientia: dicit: Mecũ nõ
eſt: quia calcauit me: nec fluctus mei eã tur
bare potuerunt. Et tu ergo in hoc ſeculi iſti
us poſitus freto: noli perfectam illã dei ſa/
pientiam in hoc mundo querere: quia mũ/
dus eam non cognouit. Sʒ ſi vis eam inue
nire: calca fluctus huius mundi: ſicut calca/
uit petrus: ⁊ ambula ſuper aquas huius ſe
culi: ⁊ porriget tibi dexteraʒ ſapientia: ſicut
porrexit et petro: quia nemo fuit quem nõ
ſeculi huius vnda turbauerit. Turbauit et
abraam: turbauit et moyſen: turbauit ⁊ pe/
trum. Moyſes per mare trãſiuit: et per ma/
re peditum duxit exercitum: ſed ante ipſuʒ
turbatus ẽ. Petrus ſuper aquas calcauit:
ſed merſus fuerat corpore: quia infirmioris
fidei veſtigio claudicauit. Ergo noli ſapien
tiam in mari querere: quia non dixit cũ ma/
ri ſe futurum dominus ieſus: ſed cum diſci/
pulis ſuis: vt aliqua ex parte euʒ cognoſce/
Matth.28. rent: quib⁹ ait: Ecce ego vobiſcum ſum vſ/
qꝫ ad conſũmationem ſeculi. Beati cũ qui/
bus eſt: vtinam ⁊ nobiſcum ſit. Sed nobiſ/
cum mare eſt: petrus cuʒ chriſto: quia ⁊ ipſe
calcauit mare. Nobis aurum cordi atqꝫ ar/
gentum eſt: ſapientia autem ſupra aurũ nõ
in auro eſt. Ideo qui ſapientiam habere cu
Act.3. piebat: Argẽtum ait et aurum non habeo:
ſed quod habeo do tibi: in nomine ieſu chri
ſti nazareni ſurge et ambula. Quia aurum
non habebat: in nomĩe chriſti habebat pie
operatiõis gratiã. Ideo et tibi dicitur: At/
trahe ſapientiam in interiora. Latuit inq̃t
omnem hominẽ: ⁊ a volatilibus celi abſcõ
dita erat. Nec homĩes ſciebant vbi erat nec
angeli: quia ipſi ſunt aues celi: de quib⁹ di/
Apoc.14. ctum eſt: Et vidi angeluʒ volantẽ per celũ.
Nemo potuit noſcere ſapiẽtiã: quia nemo
Matth.11. nouit filium niſi pater: ⁊ nemo nouit patrẽ
niſi filius: et cui voluerit fili⁹ reuelare. Ipſe
ergo reuelauit iohanni cum quo eſſet ſapi/
entia: Et ideo dixit ille: non quod ſuũ erat:
Joh.1. ſed quod ſapientia infudit ei: In principio
erat verbum: et verbum erat apud deum.
Neſcit ſapientiam interitus: neſcit mali/
cia. Interitus enim tenere euʒ non potuit
1 Cor.15. q̃ dixit: Ubi ẽ mors victoria tua: vbi mors

aculeus tuus? Neſcit etiam malicia: quia
dixit: Querẽt me mali et nõ iuenient. Poſ/
ſunt dicere: Audiuimus gloriam eius. So/
lus eſt deus qui nouit eam: quia deus inq̃t
bene conſtituit viam eius. Ipſe nouit locũ
eius q̃d ſit receptaculum ſapiẽtie. Audi di/
ſcipulum eius dicenteʒ: Unigenitus filius Joh.1.
qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Agno/
uit enim patrem filius: quia ipſe ait: Sicut Joh.10.
aguouit me pater et ego agnoſco patrem.
Equa menſura eſt cognitionis: vbi vnitas
poteſtatis eſt. Pater ergo qui omnia nouit
ventorum libram: aquarum menſuraʒ: ipſe
vidit ſapientiam et enarrauit eam per pro/
phetas ſuos: quia pater enarrauit ſapien/
tiam et inueſtigauit eaʒ: ſicut ⁊ filius patrẽ
enarrauit quẽ nihil preterit: et dixit: O ho/
mo quid vis profunda ſcire ſapiẽtie que ſu/
pra te ſunt? Timere deum ſapientia ẽ: abſti
nere a malo diſciplina eſt.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber
primus de interpellatiõe explicit.



Capitulorũ libri tertij de inter/
pellatiõe ſancti Ambroſij epiſopi:
recollecta annotatio.

Q̃ plerique etiã prudentes moueanꝛ cuʒ vi/
derint iniuſtos affluere reb⁹ ſcdis: iuſtos
aũt frequẽter ĩ hoc ſeculo affligi. Ca. I.
Quõ ſanct⁹ iob in aduerſis fortior fact⁹ ſit:
Et tacendo irridẽdoqꝫ ſuos cõuitiatores
redarguerit: oſtẽdens ꝙ a dño deo ſua tẽ/
ptatio venerit. Ca. II.
Quãtũ bonuʒ ſit taciturnitas: ⁊ ꝙ multi ꝑ
ſmonẽ decepti ſint. Q̃ pulchrũ etiã ſit ri/
dere cũ nobis maledicitꝛ: ex eo ꝙ iniuriaꝝ
cumul⁹ bone ↄſcie nõ ꝑiudicet. Ca. III.
Qua ratiõe ſi ꝓpter peccata hominib⁹ eue/
niant mala: impij tanta bonorum copia
abundent. Ca. IIII.
Q̃ orãdũ potius nobis hic ſit ſubire labo/
rem: q̃ꝫ rerũ tẽporaliũ abundantia efflue/
re: ꝓpter diuerſum ⁊ contrarium vtriuſqꝫ
finẽ: eo ꝙ ſic vera ſapiã inueniaꝛ. Ca. V.
Finis.

Sancti Ambroſij epĩ de ĩterpel/
latione liber tertius: In quo inter/
pellationẽ ſancti iob ob id ꝙ iniu/
ſti in hoc ſeculo rebus ſcdis afflu/
unt: iuſti autẽ frequenter affligun
tur: eleganti ſermone abſoluit: fe/
liciter incipit.

Q̃ plerique etiaʒ prudentes mo
ueantur cũ viderint iniuſtos afflu/
ere rebus ſcdis: iuſtos aũt freque/
ter in hoc ſeculo affligi. Ca. I.

Uperior nobis
diſputatio fuit de ĩterpella
tione ſanctorũ ꝙ fragilis et
imbecilla cõditio ſit huma/
na: que nuſq̃ꝫ ſui habeat fir
mitatẽ niſi in ꝓtectione celeſti: Nobis ho/
die ſumẽda eſt quo vulgus hominũ: plerique
etiã prudentiũ valde mouenꝛ cũ vident in/
iuſtos affluere rebus ſcdis: iuſtos autẽ fre/
quẽter affligi in hoc ſeculo. Et vere lubri/
cus hic locus: in quo etiaʒ ſancti vix potue
runt vere opinionis tenere veſtigiũ. De/
niqꝫ turbatus eſt ⁊ ipſe dauid q̃ in ſuperio/
Pſ.50. ribus dixerat: Occulta ſapiẽtie tue manife
ſtaſti mihi. Uerũtamen confirmauit ſe ipſe
poſtea: et ꝑfecte ratiõis viam inueſtigauit.

Job quoqꝫ ſanctus cũ tribus illis veterib⁹
amicis q̃ ad ↄſolandum venerãt de ea opi/
nione in ſermone luctat⁹ eſt. Utriuſqꝫ igi/
tur diſputationes in medium proferamus.
Digni eñ ſunt quo nobis magiſteriũ viuẽ/
di afferant: quãdo q̃dem in aduerſis poſiti
pl⁹ deo placere meruerunt. Audiam⁹ igiꝛ
vtrũqꝫ ſuo ordine. Increpauerãt vehemẽ/
ter ſanctum iob elephaʒ themaneoꝝ rex: et
baldach ſuitheoꝝ tyrãn⁹: ⁊ ſophar naama/
tenorũ rex: eo ꝙ ꝓpter peccata ſua tãtũ ſup
plicij ſuſtineret. Infirmo eteni ingenio nõ
aduertebant ꝙ dñs eum temptandũ dediſ
ſet: vt athleta chriſti tẽptationib⁹ erudit⁹:
ad maioris glorie coronã ꝑueniret. Non vi/
dentes itaqꝫ tantũ ſapiẽtie ſacramẽtuʒ: an/
guſti cordis timore: ne viderẽꝛ iniuſticie de/
um arguere: qui penis affici innoxium ꝑpe/
tereꝛ: in ſanctum iob penaruʒ merita retor/
quebãt dicentes: Quia oĩis vita impij in
ſollicitudĩe: ⁊ diuitie iniuſte cõgregate euo/
mẽtur: omnia que patiꝛ homo grauia ĩ ter/
ra ꝓpter peccata ſua eũ ꝑpeti. Qui etiaʒ ſi
in rebus ꝓſperis ſit: ꝑpetuari ei ſecũda non
poſſe: ⁊ tanq̃ꝫ ſomniũ cito euaneſcere: vt nõ
inueniatur locus eius: leticiam auteʒ impi/
orum eſſe grauiorẽ ruinã. Ideoqꝫ etiam ſã/
ctum iob a ꝓſperis in aduerſa mutatum: ⁊
delictorũ ſuorum precio ex ſũmis in vltima
corruiſſe: labi eum qui ſe aſſereret innocen/
tem: cum portio impij huiuſmodi ſit: vt ſu/
perueniens in eũ a dño indignatio iungat
ei dolores: ⁊ interitus domũ ei⁹ iuoluat.

Quomodo ſanct⁹ Job in aduer
ſis fortior fact⁹ ſit: Et tacendo irri/
dẽdoqꝫ ſuos ↄuitiatores redargu
erit: oſtendens ꝙ a dño deo ſua tẽ
ptatio venerit: Ca. II.

Udiebat hec ſanct⁹ iob: ⁊ q̃ſi athle/
a ta fortis in ſtercore ſedẽs in tantis
iudicibus ⁊ ſeui doloribus vulnerꝛ
totum corpus diris perfuſus vlceribus: my
ſteria loquebaꝛ: nec acquirẽdis ꝓprie reme
dijs egritudinis: ſed ſacris vacabat ſermo/
nibus. Fortiores itaqꝫ ſermones egri homi
nis q̃ꝫ illorum q̃ non egrotabant. Illi eñ lo
quebanꝛ iuſticias: ſed non ſm ſcientiã: pre/
dicabant diuina iudicia: penas reoꝝ: ꝓmia
ſanctorũ: ſed reum a iuſto diſcernere neſcie/
bant. De quo quẽ dominus ieſus iuſtũ ꝓ/
nunciauit: eum ↄdemnabant iniuſticie: ac/
cerſibant iniquitates. Ignorabãt ergo q̃d

vnicuiqꝫ cõueniret. Ac vir ſanctꝰ iob diſcer/
nebat ſpũ: quõ vnicuiqꝫ opteret loq̃. Forti/
ores ergo nũqd q̃ ſani ⁊ incolumes videbã/
tur? Et qd dicã fortiorẽ inuẽtũ cęteris? For
tior ęger ꝙ̃ cũ ſanꝰ eẽt ſeipſo iuẽtꝰ ẽ. Forti/
or eñ ęger iob ꝙ̃ cũ ſanꝰ fuerat: ſm qḋ ſcri/
2. Corſ. 12. ptũ ẽ: Virtus i infirmitate ꝯſũmaꝛ. Ergo ⁊
iob cũ infirmareꝛ tũc validior erat. Nõ eñ
ęgrotabat aĩo: etſi doleret corpe: qꝛ nõ erat
in carne eiꝰ aĩa cuiꝰ paſſionibus nõ adhęre/
bat: ſ; i ſpũ cuiꝰ virtute ſe texerat. Jdo ergo
nõ carnis gemitꝰ et corpis infirmitates: ſed
voces ſpũs loquebaꝛ: q̃bus vrgeret: nõ q̃-
bus cederet. Et pmo q̃dez leuiꝰ: vt illis pu/
dorẽ icuteret: qꝛ vrgebãt iuſtũ iniuſte: dicẽ
tes: ꝙ miora peccatis ſuis ſupplicia ſuſtine/
ret: ⁊ nõ erubeſcebant ipſi peccatores falſis
accuſare inocẽtẽ. Eſto inq̃t ego errauerim:
⁊ apud me deꝰ ille inhabitet: q̃ mentibꝰ ho/
minũ oſtẽdit errores: vt loquar ſmones q̃s
nõ optet ſicut vos dicitis: ⁊ errẽt v̈ba mea:
nec oportune ſmo meus promaꝛ: cur vos i
me inſilitis et ꝯuitiamini cõſiderantes: qꝛ a
dño mihi venit iſta tẽptatio q̃ me vallo q̃/
dam ꝑturbationũ arbitratꝰ ẽ ſepiẽdu;? Ex/
erceor aduerſis circũuallatus vndiqꝫ labori
bus ⁊ ꝑiculis: et inſultatis adhuc volentes
Job. 19. opprimere quẽ deberetꝭ iuuare. Ecce rideo:
nec reſpõdebo cõuitijs veſtris. Nõ eñ vos
eſtis q̃ iudicatis: ſ; q̃ iudicat me dñs ẽ: ⁊ ip/
ſius tamẽ iudicij tp̃s nõdũ aduenit. Quid
opꝰ clamare añ iudiciũ? Bonu; ẽ tacere dũ
expectaꝛ q̃ iudicat. Bonũ ẽ ꝯuitium ꝯuitio
nõ referre: ne ⁊ nos inꝛ detrahẽtes annume
remur. Jmitemur ergo hũc virum q̃ ſilẽtio
ſuo redarguebat vitiãtes. Oſtẽdebat enim
v̈tutẽ animi ſui quẽ ꝯtumelię nõ mouerẽt:
⁊ ꝯſcientię innocentiam manifeſtabat: qua
obiecta recognoſceret: ſ; quaſi aliena ride/
ret. At vero quaſi nobis aliq̃d obijciaꝛ dũ
nos purgare volumꝰ acerbamꝰ: dum vlciſci
cupimus confitemur: cũ dicat ſcriptura: vt
auertas dedecoris ſmone;: ⁊ auferas veſti/
mentũ tuũ: Pręterit eñ iniurioſus. Tacea/
mus ergo vt ꝑtereat: ne veſtimentũ noſtrũ
Ecci. 8. ꝓuocatus exurat. Scriptũ ẽ eñ: Noli incẽ/
dere carbones peccatoris: ne forte exuraris
i igne flãmę eiꝰ. Propterea ergo ſanctus ta
cet: etſi ſeruꝰ ꝓteruit: etſi pauper ꝯuitiatur:
tacet iuſtus: etſi peccator opprobria iacit: iu
ſtus ridet: ⁊ infirmꝰ maledicit: iuſtꝰ benedi/
2. Regl. 16. cit. Tacebat dauid cũ gera filiꝰ ſemei male/
diceret: iob ridebat: paulꝰ bñdicebat: ſicut Job. 19.
ipſe ait: Maledicimur ⁊ bñdicimus. Magi 1. Corſ. 4.
ſterio q̃ppe diuino ꝓceſſus hũanę v̈tutis ex
creuit: qꝛ iã venerat q̃ ex infirmis faceret for
tiores: ⁊ audierat dicẽtẽ: Benedicite male/ Matth. 5.
dicẽtes vobis: ⁊ orate ꝑ calũniantibꝰ vos.
Qḋ v̈bo dixit: exemplo ꝓbauit. Deniqꝫ ⁊ i
cruce poſitꝰ de ꝑſecutoribꝰ ſuis ꝯuitiãtibus
ſibi ait: Pater dimitte illis qꝛ neſciũt q̃d fa/ Luc. 23.
ciunt: vt oraret ꝑ calũniantibꝰ q̃bꝰ poterat
ipſe dimittere. Job ergo ridebat: qꝛ nondũ
venerat chriſtꝰ cui ſoli ſeruabaꝛ magna pr̨/
rogatiua v̈tutũ: qꝛ ipſe eſt virtutũ pncipiũ:
ſicut dixit: Dñs creauit me pncipium viaꝝ
ſuarum.

## Quãtũ bonũ ſit taciturnitas: et ꝙ multi per ſermone; decepti ſint. Quãpulchrũ etiã ſit ridere cu; no/bis maledicit: ex eo ꝙ iniuriarũ cumulꝰ bonę ꝯſcię nõ ꝑiudicet: Ca. III

T Ridẽs tacebat. Qua rõne facien/
dũ ſit docet: Clamabo ⁊ nõdũ iudi
ciũ. Jpſe inq̃t voluit hęc me ꝑpeti.
Tanq̃ mirabilibꝰ tẽptationibꝰ clauſus non
poſſũ fugere: donec placeat deo deſtruere
altitudines tẽptationũ mearũ. Nũc eñ ſic
clamo: nõdũ iudiciũ. Adhuc in agone ſum:
adhuc luctor: adhuc certamen ſupeſt mihi.
Nõdũ eñ exiuit corona. Nemo aũt niſi q̃ le
gitime certauerit coronaꝛ. Debebaꝛ illi cer 2. Timo. 2.
tamẽ certũ: amiſerat oĩa ſua: id ẽ: patrimo/
niũ cum filijs. Patiebaꝛ vulnera: caro eius
manebat vt tẽptatiões v̈boꝝ vinceret. Nõ
mediocre certamẽ. Sermone deceptus eſt
adã: verbo victꝰ ſamſon. Nihil eñ ſic pene/
trat aĩa; ſicut ſermo fucatꝰ: nihil iterum ſic
mordet: vt durior ſmo. Multi cu; vicerint
adhibita tormẽta: ſermonũ duriciã non ſu/
ſtinuerunt. Laborabat iob ſ; ſuſtinebat: et
verboꝝ iuxta vulnera: onera portabat. Vi
dit eñ agonizeta ſuus: de nube et turbine
manũ laborãti dedit: ⁊ obluctãtes graui la
pſu cecidiſſe ꝓnũciauit: victorẽ aſſeruit: co/
ronã detulit. Quid autẽ pulchrius: ꝙ̃ ride/
re cũ maledicitꝛ nobis? Gaudere eñ debetꝭ
ſi aliena dicãꝛ. Primũ q̃dez qꝛ volẽs inimi/
cus aliq̃d dicere aduerſũ nos q̃ crimẽ affige
ret: nõ inuenit qḋ verũ ẽ: ſ; falſa ꝑ veris cõ
poſuitꝭ. Deinde qꝛ dixit ipſe dñs i euãgelio
de hmõi criminatione q̃ inocentibꝰ falſo ir/
rogareꝛ ꝓpter iuſticiã: Gaudete ⁊ exultate Matth. 5.
qm̃ merces veſtra multa eſt in cęlo. Tacere



ergo debet q̃ recognoſcit obiectũ: ne vulnꝰ
exaſperet ⁊ ſcindaꝛ cicatrix. Tacere et q̃ nõ
recognoſcit: audit eñ alterꝰ: nõ ſuũ crimẽ.
Qḋ ſi referat: ſuũ facit: ſi tacet retorquet et
ꝯuitiantẽ vulnerat. Tacere debet etiã ille q̃
ḋ memorata mercede ꝑſumit. Nõ eñ patiꝛ
ꝑiudiciũ: cui nõ ẽ iudiciũ. Etſi fuerit ꝑiudi/
ciũ: nõ erit in iudicio dei. Deinde vt cogno/
ſcas: qꝛ nõ prę iudicat ꝯtumelia bonę ꝯſcię:
audi ſãctũ iob dicentẽ: locupletiorẽ vtiqꝫ te
ſtem ꝙ̃ ſi impio vrbis romanę potitus eẽt.
Nũc obtumeſcam ⁊ derelinquã ſi nũc mihi
ꝑiudiciũ ẽ: tũc a facie tua nõ abſcõdar. Hęc
ergo partius i exordio rñdit: vt admoneret
illos iudicij dei: atqꝫ ab inſolẽtia ⁊ furore re
uocatos q̃ſi bonꝰ medicꝰ faceret reſipiſcere.
S; poſtea ꝙ̃ eos aduertit ꝑſeuerare i cõtu/
melijs: plura fortiora repetiuit: et tãq̃ pug/
no eos validiore ꝑcuſſit q̃ verborũ ſuorum
Job. 21. ſaxis lapidabãꝛ inoxiũ. Audite iq̃t: audite
v̈ba mea: nõ ſit mihi a vobis ꝯſolationem
q̃rere: portate me qꝛ fortiora loquar: graue
erit põdus v̈boꝝ meoꝝ. Dicã ⁊ ego ſm opi
nionẽ veſtrã: eo ꝙ multi abundãt in hoc ſę
culo rerũ ſecũdaꝝ ſucceſſibꝰ: ⁊ alij grauanꝛ
ęre. Jn erũna poſiti ſunt: ⁊ videꝛ hꝰ ſęculum
peccatoꝝ merito deſeri. Qḋ etſi dicã: noli/
te ridere q̃ſi vobis acquieuero: etſi peccator
ſũ: nõ hoĩs reus: qꝛ ſub peccato ẽ ⁊ ipſe q̃ iu
dicat: ⁊ ſibi i me ꝑtãte; vindicat. Aut ſi vi/
deor q̃ſi hõ: cõmune ẽ iſtud: increpari nõ de
beo. Jnfirmitas ꝯditionis ẽ: non ſpecialis
improbitas.

## Qua rõne ſi ꝓpter peccata homi nibus eueniat mala: impij tãta bo/noꝝ copia abundẽt: Ca. IIII.

S Ed dicite mihi: Si ꝓpꝛ pctm̃ meu;
hꝰ patior ſicut obijcitꝭ: quare impij
viuũt? Nec ſolũ viuũt: ſ; etiã reple/
ti ſũt diuitijs ⁊ fructꝰ multiplicãt: ſ; etiam fi
lijs potiũꝛ. Abundãt domꝰ eoꝝ. Hęc euidẽ/
ter ſpecie bona: ſ; altiori myſterio iuenies:
qm̃ q̃ putãꝛ bona nõ ſũt bona: ⁊ q̃ putãtur
mala potiora illis eſtimẽꝛ. Jnueterauerũt i
diuitijs. ὑπάλλατιω dixit: vt nõ tam diu
turna diuitiaꝝ poſſeſſio ꝙ̃ iueterata copia/
rũ moleſtia ſignificata videaꝛ. Sic vidit ec/
cleſiaſtes: diuitias cuſtodiri i malũ poſſidẽ
ti eas: q̃ pereũt i ſũma diſtinctiõe ac ſollici/
tudine. Pereũt eñ q̃ hic relinquunꝛ ⁊ mor/
tuo ꝓdeſſe non poſſunt. Habuit igiꝛ defun
ctus ex illis ſollicitudinẽ: requiẽ iuenire nõ
potuit: q̃ reliq̃t q̃ erubeſceret: nec ſecũ abſtu
lit qḋ teneret: lõge diſpar ab eo de q̃ ſcriptũ
ẽ: Beatꝰ hõ q̃ repleuit deſideriũ ex his: nõ Ps. 126.
cõfundeꝛ cũ loqueꝛ inimicis ſuis in porta.
Cui hęreditas dñs eſt: ⁊ merces ex marię vir
ginis partu. Hic i exitu ſapię laudibꝰ ꝑdica/
tur: qm̃ nõ habuit q̃ erubeſceret: q̃ nihil eo/
rũ q̃ ſũt ſęculi ꝯcupiuit: ſ; aduerſariũ depo/
ſitis veteris hoĩs exuuijs: telo ꝯtinẽtię vul/
nerauerit: ⁊ obſtrepere ei i huiꝰ vitę fine nõ
poſſit vulnere claudus: ⁊ v̈tutũ admiratio/
ne ꝯfuſus. Habes ergo nõ eſſe laudabilẽ q̃
iueteratꝰ in pecunię cupiditatibꝰ ſit: non re/
nouatꝰ i ꝑceptiõe grę. Videamꝰ aliud. Se/
men eoꝝ inq̃t ſm aĩa;: id ẽ: nõ inꝛ iuſtos ha
beꝛ. Juſti eñ i ſpũ ſeminãt: ⁊ de ſpiritu me
tent vitã ęternã. Jlli v̈o q̃ ſm aĩa; ſeminãt
ſpiritalia metere non poſſunt: qꝛ aĩalis hõ 1. Corſ. 2.
nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs dei: ſtulticia eñ illi
ẽ: ⁊ nõ põt ſcire q̃ ſunt ſpũs: ⁊ ideo nõ reple
tur ſpiritalibꝰ ſ; iudicaꝛ. Filij eoꝝ in oculis
id ẽ: q̃ faciũt ideo faciũt vt videãꝛ ab hoĩbꝰ
nõ qꝛ boni ꝯſulãt vt hꝰ eligãt qḋ futuro iudi
cio cõprobeꝛ. Filios ergo ſcriptura ꝑ operi
bus frequẽter declarat: eo ꝙ locupletior in
bonis factis ꝙ̃ i filijs ſit noſtra poſteritas.
Vñ et ezechias de graui ęgritudine libera/ Eſa. 38.
tus: ex hodierno inq̃t filios faciã q̃ nuncia/
bũt inſticiã tuã dñe deꝰ ſalutꝭ meę: ⁊ nõ ceſ/
ſabo te bñdicẽs cũ pſalterio oĩes dies vi/
tę meę. Bona eñ poſteritas deuotiõis ⁊ fi/
dei: q̃ captiuitati neſciunt ſuccũbere: quã fi
lij ezechię ꝑtulerũt. Et addidit dicẽſ: Quia
nõ ẽ illis timor: nõ ẽ flagellũ a dño. Juſtus
aũt dicꝛ: Qm̃ flagellatꝰ ſũ tota die: ⁊ optat
flagellari: vt recipiatur a dño: ⁊ vult timere
dñm: qꝛ timor dñi initiũ ſapię eſt. Nec bea/ Ecci. 1.
titudinem putat ſi nõ abortit bucula ſua ſi/
cut putãt ſtulti. Per bouẽ eñ q̃d ſignificaꝛ
niſi ruralis culturę labor: q̃ ſemꝑ redit in or/
bem ⁊ nũq̃ deſinit: ſ; cũ explere videꝛ reuo/
catur i exordium. Jſti ſũt q̃ colũt ſodomã ⁊
gomorrã. Ergo q̃ colũt ęgyptũ glebaſqꝫ ter
rarũ aratro quodã mẽtis ſolidę inuertũt: la
borẽ ſibi pariũt: ⁊ dolorẽ metunt. Jdeo bu/
cula eorũ non abortit: ſ; parit vt augeaꝛ la/
bor eoꝝ: et q̃ ꝯceperũt oĩa generãt ſine ti/
more dei. Juſti aũt lõge aliter gl̃ianꝛ. Non
eñ in abundãtia diuitiaꝝ: nec i partu peco
rũ: ſ; in dño gl̃ianꝛ dicẽtes: De timore tuo Eſa. 26.
i vtero accepimꝰ ⁊ parturiuimꝰ ſpiritũ ſalu/
tis. De iuſtis ergo dicꝛ: qꝛ ſpiritum ſalutis

generauerũt quem acceperũt ỏ timore dei:
non de malicia huiꝰ ſeculi: de qua legimus:
Ps.7. Ecce parturiuit iniuſticiã: ꝯcepit dolorem ⁊
peperit iniquitatẽ. Melior ergo abortiuus
ꝙ̃ partus ſeculoꝝ. Deniq̃ de homie qui in
hoc ſeculo venit: ⁊ vanitatẽ mundi huius ⁊
tenebras ꝑtulit: longeuitate diuturna eccle
Eccl.6. ſiaſtes ꝓnunciauit: qꝛ melior illo abortiuꝰ.
Huic enĩ requies magis ꝙ̃ illi: qꝛ non expꝰ
varietatẽ ſeculi: ĩ qua etſi mille annos qui
vixerit qỏ bonum eſt videre nõ potuit. Fu-
giſſe ergo hec magis ẽ gratie: ꝙ̃ ſubiſſe eſt.
Job.21. Et fortaſſe moueat illỏ qỏ adiũxit: Quia
maneant ſicut oues eterne: pueri aũt eoꝛũ
ludunt accipientes pſalteriũ ⁊ citharã ⁊ de-
lectanꝶ voce pſalmi. Cõſũmarũt autem in
bonis vitam ſuã: in requie autẽ inferni dor
mierũt. Diſtingue hec: ⁊ qꝛ ſpiritalis es di-
iudica. Impij autẽ ſicut eterni ſũt: nõ eterni:
qꝛ non poſſunt eternitatẽ accipe ab eo ꝗ nõ
ſit eternus. Nõ ergo poteſt dare qỏ non ha
bet: nec põt illuminare: qꝛ nõ poſſidet lucẽ:
ſed tranſfigurat ſe in angelũ lucis vt decipi
at incredulos. Trãſfigurat autẽ ſe ſimulati-
one falſe lucis non ſplendore ꝑpetue. Vñ ⁊
Luc.10. ſaluator ait: Videbã ſathanaʒ ſicut fulgur
cadentẽ de celo. Nec fulgur eſt: ſʒ ſicꝫ fulgur.
Conſidera hereticũ aliquẽ intentũ abſtinẽ-
tie corpis ⁊ cognitioni celeſtiũ ſacramẽtoꝝ:
ſicut eternus putatur: nõ habet eterne vite
ſtipendiũ: qꝛ falſã habet imitationẽ: ꝗ fidei
non habet veritatẽ. Huiꝰ paruuli ludunt ſi-
cut illa ꝗ̃ cuʒ luxuriata fuerit: nubere vult.
Luxuriata ẽ in pſalterio ⁊ cithara: id eſt: in
ſono vocis: nõ in ſacramentoꝝ ꝓfundo: vt
labijs reſultaret: nõ ĩ corde ꝓferret.

## Qỏ orandũ potiꝰ nobis hic ſit ſubire laborẽ: ꝙ̃ rerũ tꝑaliũ abundantia affluere: ꝓpter diuerſum et cõtrariũ vtriuſq̃ finẽ: eo ꝙ ſic vera ſapiã inueniaꝶ: Ca. V.

Huiuſmodi itaq̃ ĩ bonis ſeculi ꝯſũ-
mauerũt vitã ſuã: hãc vtiq̃ ꝗ̃ viue-
bãt: non illã cuiꝰ mercedẽ ſperabãt:
⁊ ideo ĩ requie inferni dormierũt: nõ in reqe
celeſti. Nos aũt oremus hic potiꝰ laborem
ſubire: vt in regno celoꝝ cõſolationẽ quietꝭ
eterne mereamur adipiſci. Magna enĩ ille-
cebra delinquẽdi ẽ rerum affluentia ſcdaꝝ.
Supina extollit: obliuionẽ auctoris infun-
Luc.16. dit. Cõſidera illũ ĩ euangelio ſupra oſtrum
⁊ purpurã recũbẽtẽ: cuiꝰ de mẽſa micas iu-
ſtus ille paupꝛ lazarus colligebat: Nonne ti
bi videꝶ diues ille ad deũ dicere: Diſcede a
me: vias tuas ſcire nolo? Et vere ſcire noluit
hmõi vias dñi. Si enim vellet cognoſceret.
Sʒ qꝛ plene ſũt laboris: fugiũt ⁊ declinãt a
ꝑditis. Quaſi ebrius itaq̃ non recognoſcit
ſalutis auctorẽ. Deinde ꝯuerſus ad cõpota
tores ſuos: Mãducemꝰ ĩqt ⁊ bibamꝰ: qd ꝓ
deſt ſi ſeruiamꝰ ei: aut ꝗ̃ vtilitas ſi obſerue-
mus eũ? Hec itaq̃ dicit ſeculariũ abundan-
tia rerũ temulentꝰ: qꝛ nõ ꝯtinuo in ſecula ſe
culoꝝ merita rependũꝶ. Supinabaꝶ enĩ: qꝛ
ĩ manibꝰ ei ad voluptatẽ oĩa ſuppetebãt: et
ꝯſcius impietatis ſue cuiꝰ pena ſeqſtrabaꝶ:
putabat ꝙ deꝰ impioꝝ ſcelera non videret.
Huic ꝗ̃ opinioni eiꝰ rñdit ſanctus iob: Noli
eẽ ſecurꝰ ac diſſolutꝰ: eſtimas ꝙ ad te ĩ hꝭ ſe-
culo dñi flagella nõ veniãt? Etiaʒ lucerna ĩ-
pioꝝ extinguiꝶ: ad tꝑs lucet: nõ habet lucẽ
eternã. Et ipſis ꝙ̃uis celũ faueat: qꝛ eius ꝗ
ꝑncipatũ habet ĩ hꝭ ſeculo faciũt volũtateʒ:
ſolet venire rex ꝯuerſio: ⁊ dolores ab ira et
indignatiõe celeſti: vt vẽtilenꝶ ſicut palee a
vẽto. Iniuſti ſicut palee ventilãꝶ: iuſti ſicut
Luc.22. triticũ. Deniq̃ audi dicẽtẽ petro dñm: Ec-
ce ſathanas expetiuit vos vt ventilet ſicut
triticum: ego aũt rogaui ꝓ te vt nõ deficiat
fides tua. Deficiũt illi ꝗ ſicut palee vẽtilãꝶ:
nõ deficit ꝗ ad ſiĩtudinẽ illiꝰ grani ẽ qỏ ce-
cidit ⁊ reſurrexit plurimoꝝ fructuũ acceſſio-
ne cumulatũ. Ideo dicit ꝓpha: Heu me: qꝛ
factus ſũ ſicut ꝗ colligit ſtipulã ĩ meſſe. Sti
pule igiꝶ ꝗ̃ cito exuriꝶ: impietas ꝯpaꝶ ⁊ pul-
ueri. Ideo poſtq̃ dixit: Erunt ſicut palee a
vẽto: ſubtexuit verſiculꝰ ſtatim dicens: aut
ſicꝫ puluis quẽ abſtulit vẽtꝰ. Deniq̃ vt cog-
Ps.1. noſcas: qꝛ ĩpiꝰ ſicut puluis cito fatiſcit atq̃
euaneſcit: habes ĩ ꝑmo pſalmo dictũ: Non
ſic impij nõ ſic: ſʒ tãq̃ puluis quẽ ꝓijcit ven
tus a facie terre. Et facit diſcretiões iter iu-
ſtum ⁊ impiũ. Hic igiꝶ moriꝶ ĩ ſimplicitatis
ſue potẽtia: totꝰ in abũdãtia et grã: interio-
ra aũt eiꝰ plena ſũt adipe. Medulla autem
eoꝝ ſupfluit: ille aũt ꝯficit ĩ amaritudie aie
ſue curſũ vite iſtiꝰ: nihilq̃ boni epulatꝰ finẽ
accepit: cui ꝓ meritis ſuis qd põt dignũ re-
ꝑſentari? In ſepulchra iduciꝶ: et in tumulo
vigilat ſuo. Ne hec qdem pena mediocris:
mortis requiẽ nõ habere: deferri eũ non ad
terrã viuentiũ: ſʒ ad tumulos mortuorum.
Qui viuit enĩ nõ inter mortuos ꝗ̃riꝶ: ſed in
abrae ſinu vitã carpit eternã. Ideo viri illi



duo in veſte fulgenti dicebant ad mulie-
Luc.24. res: Quid queritis viuentem cũ mortuis?
Job.24. Nõ eſt hic. Deinde enumerat ſcelera impi-
orum: ꝙ cõfinia tranſcenderint ⁊ cuʒ paſto-
re diripuerint gregem: ſubiunctoriũ pupil-
li abduxerũt: pignorauerunt boueʒ: vidue
agrum demeſſuerũt non ſuum: infirmi aũt
in vineis eorum ſine mercede ⁊ cibo opera-
ti ſunt. Detractis veſtimentis: nudos fece-
runt dormire. Pleroſq̃ quoꝝ anime operi-
mentum ademerint ſtillicidijs humeſcebãt
montium: ⁊ quia tegumentũ deerat: petra
ſeſe opꝑiebant. Rapiebanꝶ pupilli ab vberi-
bus matrũ ſuarum: lapſi opprimebãtur qui
magis erigi debuiſſent. Eſurientes frauda
bantur cibo: ⁊ anima infantuloꝛũ grauiter
ingemiſcebat. Nunqd hec ignorare potuit
Job.26. quem nihil preterit? Nuda inferna in cõſpe
ctu eius: ⁊ non eſt amictꝰ nequiſſimis: quia
latere non poſſunt. Extendit boreã pro ni-
hilo: ſuſpendit terrã in nihilo: alligãs aquã
in nubibus ſuis: ⁊ non eſt rupta nubes ſub
pedibus eius. Colũne celi diſſiluerunt ⁊ ti-
muerunt ab increpatione eius. Virtute cõ
peſcuit mare: diſciplina autem ſtruit cetum
maris. Clauſtra celi formidant eum: prece-
pto mortificauit draconem ꝑuaricatorem.
Virtutem tonitrui eius quis intelligit? In
tantis ergo flagitijs: que ſpes impio eſt?
Nunqd ſi cõfidit in domino ſaluabitur? Di
cam inquit vobis quid ſit ĩ manu domini:
⁊ deſinite inanibꝰ inania addere. Et deſcri-
bit ꝙ̃ miſerabilis impioꝝ portio ſit. Qỏ et
ſi plures habeant filios: ſine poſteritate ſũt
quibus deeſt bonorum meritoꝛũ ſucceſſio.
Illa enĩ vera poſteritas que non in terris ſʒ
in celo eſt. Huiuſmodi ergo viris hereditas
Job.27. inopia eſt: ⁊ mors ſucceſſio. Cũ diuitias co-
aceruauerint mendicabunt: quia cum mor-
tui fuerint indigebunt: qui requiem inueni
re non poſſunt. Viduas eoꝛũ nemo miſere-
bitur: ſed manebunt diſerti: atq̃ omnes co
pule ſolatio deſtituti. Etſi cõgregetur pecu
nia ſicut terra: atq̃ vt lutum ꝑparatum fue
rit aurum: inanis erit ſicut arena ſubſtãtia
eoꝝ: ⁊ omne patrimoniũ eorum tãq̃ tineis
cõſũmabitur. Dormiens diues nihil adijci-
et: aperuit oculos ſuos: iam non eſt: perma
net in doloribus. Nihil enĩ ſunt omnia que
in hoc mundo ſunt. Aurum in metallis: ar-
gentum in metallis. De metallo eruitur: et
in metallum reuertitur. Quid enĩ aliud niſi
metallũ eſt mens auari: que tãq̃ defoſſum
tenet quicq̃ deceperit: ⁊ in venis terre ac la
tibulis abſcondat: eo ꝙ vti neſciat de me-
tallis. Quotidie aurũ ỏ metallis premitur:
de auro ꝓferre quis potuit? Cum igitur ni-
hil ꝓſit: vana fames auri: quia qui congre-
gauerit labitur. Miſerandi ꝑfecto qui de-
ſeruerũt viam iuſtam ⁊ obliti ſunt eam: cui
precioſi lapides haud quaq̃ ſũt cõparãdi:
difficilis inueſtigatu: imperuia ſuperbis: ĩ-
tercluſa iactantibus: humilioribus plana:
aperta ſapientibꝰ. Et ideo ſapientiaʒ debe
mus querere vt ambulemus in via iuſta: ꝑ
quam aduerſarius ille ſicut leo rapiẽs ⁊ ru-
giens qui ꝑcurrit hunc mundũ tranſire nõ
potuit. Sed qui ſapientiam vult inueſti-
gare: non in abyſſo eam querat ſicut phi-
loſophi: qui arbitranꝶ ꝙ ipſi ſua ſponte ſuo
ingenio profunda eius poſſint cognoſcere.
Non ĩ mari eam requirant: Eteni vbi tem-
peſtas: vbi ꝓcella venti eſt: non poteſt ibi
eſſe ſapientia. Sed ibi querant vbi eſt tran
quillitas mentis ⁊ pax que ſuper omnẽ in-
tellectum eſt.

Sancti Ambroſij epi liber tertiꝰ de interpellatione explicit.

Capitulorum libri quarti de iter/pellatione ſancti Ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.
De tranſitu auctoris ad interpellationẽ ſã/cti dauid: Qui i plurib⁹ locis pſalmorũ ꝺ vanitate ſeculi non tacuit: ꝛ inania eſſe q̃ bona in h̔ mũdo putãꝛ frequẽt aſſeruit: ꝛ maxie in pſalmis.xxxviij.ꝛ.lxxxxiij. Qui deniꝗ in ſeptuageſimoſecũdo ꝓteſtatur ſe non mediocriter doluiſſe cũ videret peccatores in hoc mundo affluere diuitijs et abundare rebus ſecũdis: ſe autẽ q̇ iuſtifi/cauerit cor ſuum eẽ in afflictionib⁹ et erũ/nis. Ca.I.
De ſerie pſalmi.lxxij.et exordio interpella/tionis prophetice ducta a p̃mo verſiculo: ſcilicet: Q̃ bon⁹ iſrael de⁹ rectis corde. Et ꝙ nemo poſſit deum bonum fateri niſi q̇ ex celeſtium myſteriorum ꝓfundo ꝛ diui/ne diſpoſitionis altitudine bonitatẽ ei⁹ cognoſcit. Q̃ꝗ iuſto ſemp bon⁹ ſit de⁹: ꝛ cũ torqueꝛ doloribus corpis: ꝛ cũ affligiꝛ acerbitate penarum. Ca.II.
Q̃ quaſi ꝓlapſus fuerit propheta cum vi/deret peccatores in hoc mũdo affluere di/uitijs ꝛ rebus ſcd̃is: bonos autẽ eẽ i affli/ctionibus ꝛ erũnis. Ca.III.
Q̃ flagella et caſtigatio in hac vita firma/mentum preſtent: non autem poſt mortẽ ꝓſint. Ca.IIII.
De veſtimento iniquitatis ꝛ de operimẽto ieiunij. Ca.V.
Quid ſit ponere in celum os: Et de ſciẽtia que eſt in deo. Ca.VI.
Q̃ poſt flagella ꝛ caſtigationẽ ſequaꝛ pra/ue opinionis correctio: ꝛ ꝙ bona tranſito/ria nõ ſint p̃miũ ꝟtutis: nec inopia pena peccati. Ca.VII.
Quid ſit itrare i ſãctuariũ dei: ꝛ itelligẽ no/uiſſima. Et ꝙ hi q̇ ꝓficiũt honorib⁹ et ca/dũt morib⁹: deijciãꝛ cũ alleuãꝛ. Ca.VIII.
Q̃ ꝓpt̔ iniq̇tatẽ ſuã perierint q̇ terrena cõ/cupierũt. Et ꝙ imago ipſorum ad nihilũ re/digaꝛ: q̇ vel in ſupbia euanuerunt: vel in voluptatib⁹ ſuis radicati ſũt. Ca.IX.
Q̃ iuſt⁹ q̇ ab exordio fuit turbat⁹: delecteꝛ cũ aio ꝯſiderat ꝙ de⁹ hũana curet ꝛ reſpi/ciat: Et ꝙ homo cõpatione celeſtiũ ſit q̃ſi mutũ iumentũ. Ca.X.
Q̃ q̇ ad dexterã ſuã deum habet non com/moueaꝛ. Ca.XI.
Q̃ nullas ſecli illecebras deſideret aut concupiſcat quẽ man⁹ dñi dirigit. Et ꝙ deus neminẽ repellat niſi q̇ ſe ab ei⁹ ꝯſpectu ſe/queſtrare putat. Quẽadmodũ etiã q̇ ſe/paraꝛ a deo pereat.

Finis

## Sancti Ambroſij ep̃i de iterpel/latiõe liber q̃rt⁹: In quo iterpella/tionẽ ſancti dauid ꝓſperitatẽ ini/quorum i hoc ſeculo et afflictionẽ iu/ſtorũ admirãtis: diligẽti ſtudio ꝓ/ſequiꝛ: feliciꝛ incipit.

### De tranſitu auctoris ad interpel/lationẽ ſãcti dauid: Qui i plurib⁹ locꝭ pſalmorum ꝺ vanitate ſeculi ñ ta/cuit: ꝛ iania eẽ q̃ bona i hoc mũdo putanꝛ frequenꝛ aſſeruit: et maxie in pſalmis.xxxviij.et.lxxxxiij. Qui deniꝗ in ſeptuageſimoſecũdo ꝓte/ſtaꝛ ſe nõ mediocriꝛ doluiſſe cum vi/deret peccatores i hoc mũdo afflu/ere diuitijs ꝛ abundare reb⁹ ſcd̃is: ſe aũt q̇ iuſtificauerit cor ſuũ eſſe in afflictionib⁹ ꝛ erũnis: Ca.I.

D Ecurſa eſt inter/pellatio ſãcti iob: nũc ador/amur eã interpellatiõeꝫ quã reperimus in pſalmis. Ipſe q̇dẽ dauid plurib⁹ locis ꝺ ſe/culi vanitate nõ tacuit: ꝛ inania eſſe q̃ puta/bãꝛ bona hui⁹ mũdi: frequẽter aſſeruit. Et in pſalmo maxime triceſimooctauo: in q̇ di/cit: Verũtñ vniuerſa vanitas oĩs homo Ps.38.
viuẽs: Q̃q̃ in imagine dei ambulet homo: tñ vane cõturbaꝛ: theſaurizat ꝛ ignorat cui cõgregabit ea. Et alibi: Vſqꝫquo peccato/ Ps.93.
res dñe: vſqꝫquo peccatores gl̃iabunꝛ: Q̃ hic habeãt vmbratilẽ gl̃iam: vbi de ſeculo exceſſerint: fructũ cõſolationis iuenire non poſſint. Idẽ tñ inſeruit pſalmũ ſeptuageſi/mũſecũdũ: in q̇ ipſe ſub aſaph noie ꝓteſtaꝛ ꝙ ei⁹ fuerit p̃mo ꝓlapſionis: vt nõ medio/cri dolore ꝯ̃ſtrictus ſit: cuꝫ videret peccato/res in h̔ mundo affluere diuitijs: abundare rebus ſcd̃is: ſe aũt q̇ iuſtificauerit cor ſuum eſſe in afflictionib⁹ ꝛ erũnis. Nec mediocrẽ traxiſſe offenſã i exordio: ſꝫ poſtea p dñi fla/gella correctũ: ꝛ illuminatũ diuine cogniti/onis gratia: vere didiciſſe finẽ traditionis. Nuſq̃ aũt iuenio ſanctũ aſaph aliq̇bus ad/



uerſis fuiſſe vexatũ. Atvero ſanctus dauid plurima grauia et ꝑiculorum plena tolerauit. De ſuis eñ laborib⁹ dicit. Vñ ei pſalm⁹ nõ q̃ſi ſancti aſaph: ſꝫ q̃ſi ſãcto aſaph vt docet titul⁹ ſupſcribiꝛ: q̇ꝺ ex greco pſalterio apti⁹ mãifeſtaꝛ: vt videaꝛ dauid etiã huic aſaph: ſicut ꝛ alijs: canendũ quẽ ſcripſerat ipe pſal/mũ dediſſe. Sꝫ q̇ꝛ ſcriptũ ẽ i ipſo titulo: de/feciſſe pſalmos dauid. Quõ aũt defecerũt cuꝫ decurſis his decẽ pſalmis: poſtea pſal/mus dauid titulorum inſcripſionẽ cõp̃hendit vſqꝫ i vltimũ finẽ.

### De ſerie pſalmi.lxxij. ꝛ exordio i/terpellatiõis ꝓphetice ducta a pri/mo ꝟſiculo: ſcꝫ Quã bonus iſrael de⁹ rectis corde. Et ꝙ nemo poſſit deũ bonũ fateri niſi q̇ ex celeſtium myſteriorum ꝓfundo ꝛ diuine diſpo/ſitionis altitudine bonitatẽ eius cognoſcit. Q̃ꝺqꝫ iuſto ſemp bon⁹ ſit de⁹: ꝛ cuꝫ torqueꝛ dolorib⁹ cor/poris: ꝛ cũ affligiꝛ acerbitate pena/rum: Ca.II.

i Deo ſeq̇ſtrata mũdi hui⁹ diffiniti/one q̃ ſit pſalmi ſeries ꝯſiderem⁹: et a p̃mo ꝟſiculo iterpellatiõis ꝓphe/
Ps.72. tice ducam⁹ exordiũ. Q̃ bonus iſrael deus rectis corde. Elucet in p̃ncipio emẽdatiõis ꝓfect⁹. Nemo eñ põt deũ bonũ fateri: niſi hic q̇ nõ ex ſucceſſibus cõmodorum ſuorum: ſꝫ ex celeſtiũ myſteriorum ꝓfundo: ꝛ diuine diſpo/ſitionis altitudine: bonitatẽ ei⁹ cognoſcit: q̃ nõ ſpecie p̃ſentiũ: ſꝫ futurorum vtilitate pen/ſanda ẽ. Iuſto itaqꝫ ſemp bon⁹ ẽ de⁹: ꝛ cum torqueꝛ dolorib⁹ corpis: ꝛ cũ affligiꝛ acerbi/
Job.2. tate penarũ: ſemp dicit: Si bona accepim⁹ ꝺ manu dñi: q̃ mala ſũt cur nõ ſuſtineam⁹? Gratulaꝛ hic ſe ꝯteri: vt i futurum ꝯſolationeꝫ iuenire poſſit: ſciẽs qm̃ q̇ bona recepit i hac vita: habet mercedẽ ſuaꝫ: futura p̃mia ſpe/rare ñ poterit: q̇ nõ luctat⁹: nõ exercitat⁹ ſit diuſorum cetamie p̃liorũ. Qui vero ſiue iuſte ſiue iniuſte afficiꝛ in h̔ ſeclo: gratulaꝛ vel ꝙ h̔ ſoluat p̃cia delictorum ſuorum: vel q̇ꝛ nouit eã eſſe apud deũ vberiorẽ gr̃aꝫ: ſi iniuſte ꝓ ei⁹ noie: aut ꝓ bono aliq̇ ope: acerba aliq̃ pati/
1.Petri.2. tur: ſm̃ q̇ꝺ ſcriptũ ẽ: Quia nulla ẽ gloria ſi peccãtes punimini ꝛ ſuffertis: ſꝫ ſi bñfacien/tes: vt patiẽtes: hec ẽ gr̃a apud deuꝫ. In h̔ eñ vocati eſtis: q̇ꝛ chriſt⁹ ꝓ nobis mortuus eſt: relinquẽs vobis exemplũ vt ſequamini veſtigia eius: q̇ peccatũ nõ fecit: nec iuent⁹ eſt dol⁹ in ore eius. Qui cũ malediceret nõ maledixit: cũ pateret nõ cõminabaꝛ. Ergo iuſtus etiaꝫ ſi in eculeo ſit: ſemp iuſt⁹ eſt: q̇ꝛ iuſtificat deuꝫ: ꝛ minora ſe peccatis ſuis di/cit ſuſtinere. Semp ſapiẽs ẽ: nõ eñ auferũ/tur aculei tormẽtis. Vera ꝛ pfecta ſapia nõ amittit q̇ꝺ ẽ q̇ꝛ timorẽ excludit foras ſtudio ꝛ ꝓpoſito charitatꝭ: nouit vt ſapiẽs dicere: quia indigna ſunt que in hoc corpe ſuſtine/mus remuneratiõe future glorie. Et oẽs huius tpis paſſiones: ſupuenturã mercedẽ equare non poſſunt. Bon⁹ igiꝛ huic ſemp ẽ deus: q̇ nouit quo tẽpore metat. Et iꝺo q̃ſi agricola hic arat agrũ ſuũ: quodam rigidi/oris abſtinentie vomere: hic ſtirpat quadã falce ꝟtutũ amputatrice vitiorum: hic ſterco/rat humiliãdo ſe vſqꝫ ad terraꝫ: ſciens quia Ps.112.
de⁹ de ſtercore erigit pauperẽ. Deniqꝫ apo/ſtol⁹ paul⁹ niſi eſtimat⁹ eẽt vt ſtercora: nũq̃ Phil.3.
chriſtũ potuiſſet ſibi acq̇rere. Hic cuſtodit fruct⁹ ſuos: vt illic ſecuri⁹ recondat. Semp itaqꝫ ei bon⁹ de⁹: quia ſemp que bona ſunt de deo ſperat. Accipe illud. Q̃ bonus inq̇t deus iſrael rectis corde. Non ergo oib⁹ bo/nus eſt deus. Ille q̇dem oib⁹ bonus eſt: q̇ꝛ ſaluator eſt omniũ: maxime fideliũ. Et iꝺo Luc.19.
venit dñs ieſus vt ſaluũ faceret q̇ꝺ ꝑierat. Venit eñ vt peccatũ mũdi tolleret: vulne/ra nr̃a curaret. Sꝫ q̇ꝛ nõ oẽs medicinam ex/petũt: ſꝫ plerique refugiũt: ne medicamẽtꝭ cõ/pũgaꝛ vis vlceris: iꝺo volentes curat: non aſtringit iuitos. Accipiũt igiꝛ ſanitatẽ qui medicinã expetũt: illi aũt q̇ refutaut medi/cũ: nec req̇rũt bonitatẽ medici: quã nõ expe/riũꝛ ſentire nõ poſſũt. Qui aũt curaꝛ: etiaꝫ ſanaꝛ. Ideoqꝫ his bon⁹ eſt medic⁹ q̇s ſana/uit. His igiꝛ bon⁹ eſt de⁹ q̇b⁹ peccata dona/uit. Qui aũt inſanabile pctm̃ habet mẽtis ſue vlcere: quõ põt medicũ bonum habere quẽ refugit? Pulchre autẽ ap̃ls vt p̃miſim⁹ explanauit: q̇ꝛ ꝛ oib⁹ bon⁹ ẽ de⁹: q̇ vult oẽs 1.Timoth.4.
hoies ſaluos fieri: ꝛ maxie fidelib⁹. Diuine pietatꝭ p̃rogatiua ſuanꝛ: q̇b⁹ ꝛ volũtas dei opitulaꝛ ꝛ gr̃a. Sꝫ et pſalmiſta dicẽdo: Q̃ bon⁹ de⁹ iſrꝭ rectꝭ corde: ad ipſorum ſniaꝫ re/tulit q̇ aliꝛ de deo ſentire nõ norunt: niſi q̇ꝛ bonus ad oia ꝛ in oibus eſt.

### Q̃ꝺ q̃ſi prolapſus fuerit ꝓpheta cũ videret peccatores in hoc mun/do affluere diuitijs ꝛ rebus ſcd̃is: bonos aũt eſſe i afflictionib⁹ ꝛ erũ/nis: Ca.III.

Eniqꝫ et in ſequentibꝰ exponit ipſe
mana: ſed ſua ⁊ patris maieſtate eſt ſuſcita-
Geñ.49. tus a moꝛtuis. Uñ ait ſcriptura: Quis ſu-
ſcitabit illum? Nō eñ poterat illum aut an-
gelus: aut poteſtas ſuſcitare aliena: cū ipſe
alios reſuſcitaret. Ergo cum hic dicit: Si ſu
ſcitaueritis aut reſuſcitaueritis charitatem
vſqꝫquo voluerit: de his dicit qui reſurre-
ctionem eiꝰ poſſunt congrue ꝓdicare: vt au-
dientibꝰ ardoꝛeꝫ fidei ⁊ deuotiōis accēdāt.
Uel ſuſcitaꝶ chꝛiſtus in his qui pꝛimū acce
dūt: reſuſcitaꝶ in his qui poſtꝗꝫ acceſſerint
doꝛmierūt. Doꝛmit ꝰ chꝛiſtus negligētibꝰ:
ſuſcitaꝶ in ſanctis. Habet ergo eccl̄ia ꝑ quę
gradiaꝶ habitacula manſionū in quibꝰ re-
quieſcunt ſancti: de quibꝰ iſte eſt qui dicit:
Legem mihi ꝯſtitue dñe viaꝫ iuſticiaꝝ tua-
rum. Bene ait: Statue: vt in pectoꝛe eiꝰ im
mobilis ⁊ fixa ꝑmaneat: nec aliꝗ ſęculi tur-
bine ab eius conuellaꝶ affectu: vt ipſe lex ſit
ſibi: opus habēs legis ſcriptū in coꝛde ſuo.
Et querā inquit illam ſemꝑ. Nō eſt eñ me-
diocre qđ requiriꝶ paradiſi grā: dei regnuꝫ:
angeloꝝ conſoꝛtiū immoꝛtalitatiſqꝫ domi-
cilium. Non ꝰ vno die queriꝶ: nec duobus:
aut paucis menſibꝰ: ſed queriꝶ ſemꝑ: ⁊ quę-
ritur ꝑ omnia: vt meritoꝝ multa cōcurrant
ſuffragia. Διάπαντοσ enim ⁊ omne tem-
pus ſignificat: ⁊ ꝑ omnia. Cum dicit igitur:
querā: ſine fine dicit eē quęrēdū. Sꝫ nō ſatꝭ
eſt ꝗrere: niſi intelligas qđ reꝗris: Ideoqꝫ ait.

Verſ. II. **Da mihi intellectū et ꝑſcrutaboꝛ legem tuā: ⁊ cuſtodiaꝫ illam in toto coꝛde meo.** Quęrendū pꝛimū: deinde
intelligendū ꝑſcrutandūqꝫ legis omne my-
ſterium: ⁊ in coꝛde cuſtodiendū. Quis autē
poteſt cuſtodire legem dei: niſi intellectum
accepit? Qui aūt intelligit ⁊ ſcrutatur: ſcru-
tando in ſemitam mādatoꝛū deduciꝶ. In ꝗ
illud aduertendū: quia lex eſt iuſticia: man-
datū iudiciū. Sicut ⁊ in hac littera legimꝰ:
eſt legis via: ſtare in vijs legis. Eſt via iuſti-
ciaꝝ: ſm pꝛimū ꝟſiculū. Eſt ꝰ ⁊ teſtimonioꝝ
via. In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectabar.
Eſt ⁊ via mandatoꝛū: Uiā mādatoꝝ tuoꝛū
cucurri. Interrogemꝰ ergo has vias: vt dicaꝶ
nobis: ſtate in vijs legis: ⁊ interrogate ſemi
tas ęternas: ⁊ videte ꝗ via melioꝛ: ⁊ ambu-
late in ea. Cum omnes igiꝶ ambulauerimꝰ
vias: veniemus in omniū finem viarum: ꝗ
ait: Ego ſum via. Chꝛiſtꝰ ergo finis viarū: Joh.14.
ipſe eñ eſt finis legis ad iuſticiaꝫ omni cre- Ro.10.
denti. Hinc audeo dicere: qꝛ finis iuſticiarū
chꝛiſtus qui eſt iuſticia: finis teſtimonioꝛuꝫ
chꝛiſtꝰ: de quo dictuꝫ eſt: Eſtote mihi teſtes
⁊ ego teſtis dicit dominꝰ: ⁊ puer meus queꝫ
elegi. Aduertimus igiꝶ quantū nobis am-
bulandum ſit: vt veniamꝰ ad chꝛiſtum: am-
bulandū in lege: quia finis legis chꝛiſtꝰ eſt.
Sine lege ergo nō perueniꝶ ad chꝛiſtū. Uñ
manifeſtum eſt qđ hęretici qui legem veterꝭ
nō accipiunt teſtamenti: ⁊ ſi dicant qđ chꝛi-
ſtum teneant: tñ non poſſunt tenere finem
qui initiū nō tenuerūt: Ipſe eſt ieſus initiū
⁊ finis. Opoꝛtet igiꝶ vt ambulemus ſm le-
gem ſpiritalem: vt veniamꝰ ad legis finem
dñm ieſum. Opoꝛtet vt ſequamur teſtimo-
nia: vt ꝑuenire poſſimꝰ ad magnū teſtioniū
dñm ieſum. Opoꝛtet etiā vt in ꝓceptis dñi
ambulemus: vt ꝑueniamus ad magnū pꝛę-
ceptum: de quo legiſti: Dictuꝫ eſt antiquis
nō occides: ego aūt dico vobis: hoc eſt: ſuꝑ
omne ꝓceptū dico. Itaqꝫ nō vſurpatoꝛie di
xerim: ſed vere: qꝛ ſicut ſūt ſancta ſanctoꝝ:
ita ꝓceptum eſt ꝓceptoꝛum. Sed vt iſta ſer-
uare poſſimus: intellectū petamus a domi-
no. Intelligamus ꝗd ſit circūciſio. Circum
cidit ieſus petrinis gladijs: ⁊ abſtulit oppꝛo
bꝛium ęgypti a filijs iſrꝉ. Petra chꝛiſtus eſt. 1.Corſ.10.
Circūcidat te ꝟbum dei: ⁊ gladius oꝛis eiꝰ:
⁊ ſic ęgypti carebis oppꝛobꝛio. Non igiꝶ coꝛ-
poꝛis: ſed coꝛdis intelligēda eſt circumciſio.
Si intellexeris legem: ſeruabis eam i coꝛde
tuo. Iudęus in coꝛde legeꝫ nō ſeruat: ſed in
labijs legem recitat: ⁊ legē ignoꝛat. Deniqꝫ
populus hic inquit labijs me honoꝛat: coꝛ Matth.15.
autem eoꝛū longe eſt a me. Quō poteſt le-
gem tenere: ꝗ longe eſt a legis auctoꝛe? Ter
tius verſiculus quid habeat: ꝯſideremus.

**Deduc me in ſemita mandatoꝛū** Verſ. III.

Al. quia ipſam voluí. tuorum: quoniã volui eam. Quis
hoc dicit: niſi qui ſequit̃ chriſtum? Non põt
ali⁹ hoc dicere: niſi qui illud exequit̃: qđ ſcri
ptũ eſt: Poſt dñm deum tuũ ambulabis: ⁊
ipſi adhęrebis: q: ipſe te deducit. Quõ de-
Matth. 10. ducat audi. Niſi qui tulerit crucẽ ſuã ⁊ poſt
me ſecutus fuerit: nõ eſt me dignus. Prece-
dit ğ chriſtus: vt nos ſequamur: p̃cedit ver-
bum. Principium chriſt⁹ eſt: ideo ſapientia
Eccl. 24. dicit: Dñs creauit me ꝑncipium viaꝝ ſuaꝝ.
Aduertimus ꝙ ⁊ ꝑncipium chriſtuſ: et finis
viarum ſit. Nõ vereor ne q̃s dicat: creatum
ergo chriſtũ aſſeris? Reſpondebo: ita crea-
tum dico: queẽadmodum factũ legi: hoc eſt:
factum ex muliere: factũ ſub lege: hoc ẽ: ſm
ſuſceptionem carnis creatum: ſcđm qđ eſt
nat⁹ ex ꝟgine. Creat⁹ eſt: vt redimeret crea
turas: homo fact⁹ eſt: vt homines a morte
ꝑpetua liberaret. Creatus eſt: vt vias mihi
demonſtraret ęternaſ: quibus homo redire
poſſit ad dei regnũ. Ergo quia principiũ eſt
viaruꝫ dei: hoc principiũ ſequamur. Prius
viam noui ingreſſus ẽ teſtamẽti: vt viã de-
uotionis ſterneret nobiſ. Si ieiunam⁹: ante
nos ille ieiunauit: ſi ꝓ noĩe ei⁹ ſuſtinemus
iniurias: ꝓus ille ſuſtinuit ꝓ noſtra redem-
ptione. Ceruices ſuas poſuit i flagella: ma-
xillas ſuas in palmas: aſcendit crucẽ: vt do
ceret mortem nõ eſſe metuẽdaꝫ. Deniq; q̃ſi
Joh. 21. p̃cedens: ait petro: Tu me ſequere. Et ideo
petrus curſum conſummauit: quia ſecutus
eſt chriſtum. Sequitur verſus quartus.

Verſus IIII Inclina cor meum in teſtimonia
tua: et nõ in auariciam. Vtilitatem
alij habent: ⁊ puto ꝙ ideo mutatum ſit: q:
vtilitas bonę rei videt̃ eſſe expetenda poti⁹
q̃ꝫ declinanda. Sed q: plęriq; lucrum pecu-
niarum vtilitatẽ ſuam putãt eſſe: ideo ſi le-
gimus vtilitatẽ: nõ animę vtilitatẽ accipe-
re debem⁹ ꝓphetam declinare: ſed vtilitatẽ
pecunię. Sanctus eñ lucra iſta nõ nouit: ſꝫ
omnia hęc detrimentũ arbitrat̃: vt chriſtuꝫ
lucret̃: ⁊ recte. Qđ eñ putamus lucruꝫ eſſe
pecunię: damnũ eſt animę: q: virtutꝭ eſt de-
trimentũ. Ergo ſm eos qui ita acceperunt:
vt optet ꝓpheta inclinare cor ſuum in teſti-
monia ⁊ nõ in auariciam: ⁊ nos cõgruimus
aſſenſu: atq; vtinam p̃cem ſancti ſequẽtes:
et oremus qđ ille orauit: ⁊ qđ oramus imi-
tetur effectu. Quid eñ mihi ꝓdeſt: ſi orem
vt auertat cor meũ deus ab auaricia: et ipſe
diebus ac noctib⁹ pecunię quęrã cõpendia?
Si oramus ſermone: cõpatiamur ⁊ mente.
Audit ſenſum nr̃m ieſus: ⁊ cognoſcẽs duo-
bus iſtis nõ cõuenire ſermoni et cupiditati:
nõ exaudit loquentẽ. Et ideo q̃ bñ volebat
orare dicebat: Orabo ſpũ: orabo et mente: 1. Corꝭ. 14.
pſallã ſpũ: pſallã ⁊ mente. Ita magꝭ audit
orantẽ ſi aſpernet̃ auariciã. Sed q: inualidi
ſumus: ⁊ plęrumq; volẽtes auertere cor no-
ſtrum a pecunia vel auro vel argento: capi-
mur aſpectu: ⁊ agrum aut ędificiuꝫ videntes
alienũ ꝯcupiſcim⁹: bñ addidit ꝓpħa dicẽs:

Auerte oculos meos ne videant Verſ⁹. V.
vanitatem: in via tua viuifica me.
Etenim qui in via eſt dei: vanitates non
aſpicit. Via ꝑfecta chriſtus eſt. Qui igit̃ in
chriſto eſt: quõ poteſt vanitates aſpicere: cũ
chriſtus i carne ſua omnes mũdi hui⁹ cruci-
fixerit vanitates? Auertam⁹ igit̃ oculos no
ſtros a vanitatib⁹: ne qđ ocul⁹ viderit: ani-
mus ꝯcupiſcat. Myſtica eñ differamus in-
terim. Vtinã hac interp̃tatiõe poſſim⁹ reuo
care ad diuerſa circenſium ludoꝝ atq; thea-
traliũ ſpectacula feſtinãtes. Vanitas ẽ illa
quã cernis. Pantomimũ aſpicꝭ: vanitas ẽ:
Luctatores aſpiciſ: vanitas ẽ: q: cernis eos
de viridi luctantes corona. Illi eñ veri ſũt
luctatores: qui aduerſuꝫ hui⁹ ſęculi luctant̃
illecebras. Nõ capiat oculos tuos paleſtra
membrorũ. Equos currentes aſpicis: vani-
tas eſt: quia vane currunt: qui aſcendenteꝫ
ſaluare nõ poſſunt. Deniq; recurſus ipſe te
doceat: q: vane currunt: qui nõ directũ con
ficiũt iter: obliuiſcẽtes ſuꝑiora: ⁊ ea q̃ poſte-
riora ſunt appetẽtes. Ante nos ẽ chriſt⁹: añ
nos brauium eius: ad qđ ꝑuenit qui non in
incertuꝫ cucurrit: nec reuocauit curſum ſuũ
ſed incitauit. Ad hunc dirige oculos tuos:
auerte ab ſpectaculis: auerte ab omni ſęcu-
lari pompa. Sicubi populares cognoueris
plauſus: auerte ocꝉos tuos ab his: inflecte:
deprime: ⁊ ſerua eos vt erigas melioribus.
Erige ad cęlum: vel nocte ſtellarũ monilia:
orbẽ lunę decorum: vel die ſolẽ aſpice: Spe
cta mare: terrã circũſpice: vt opere facta di-
uino omniſ creatura te paſcat. Quę forma-
rũ gr̃a in ipſis beſtijſ? Qui᷒ decor in homi
nibus? Quanta in auib⁹ pulchritudo? Hęc
intuere: ⁊ nõ videbis iniquitatem ⁊ ꝯtradi-
ctioneꝫ in ciuitate. Hęc vide: ⁊ nõ introibit
mors ꝑ fenſtras oculoꝝ tuorum. Si videris Matth. 5.
mulierẽ ad ꝯcupiſcendũ eam: intrauit mors
ꝑ feneſtram. Si videris poſſeſſionẽ minorꝭ:



aut viduę: ⁊ ꝯcupieris eripẽ eã: itrauit mors
ꝑ feneſtrã. Si videris aliena monilia: aurũ
argentũ: ⁊ cõcupieris vt extorqueas: intra-
uit mors ꝑ feneſtrã. Claude ergo hãc fene-
ſtrã: cũ videris alienę mulieris pulchritudi
nem ne mors poſſit intrare. Oculi tui ne vi
deant aliena: nec lingua peruerſũ loquatur
Tuã ergo feneſtrã claude: ne morti pateat
intranti: ſed etiã alienã feneſtrã caue. A fe-
neſtra eni dom⁹ ſuę itrat fornicaria. A fene-
ſtra ſua intrat: cũ aliquem petulantis oculi
temptat laſciuia. Exclude igit̃ hãc feneſtrã
verbi oſtio: ne capiaris oculis meretricis: ⁊
arripiaris palpebris. Sꝫ nõ ẽ vna feneſtra:
ꝑ quã mors cõſueuit intrare. Eſt ⁊ feneſtra
verboꝝ: ꝑ quã ſermones cõmeant meretri-
cis. Et ideo te ab aliena vxore cuſtodi: ne te
ſermonib⁹ gratioſis adorat̃: A feneſtra eni
domus ſuę intrat. Intrat mors ꝑ oſcula: ⁊
ideo caue: ne te laqueis labiorum tuoꝝ alli
get. Intrat mors: ſi meretrix te oſculet̃. In-
trat mors: ſi cito acquieſcas loquẽti: intrat
mors ſi loquaris: intrat mors ſi multũ loq̃-
Prouer. 10. ris. Multiloquio eni peccatũ incurrit̃. In-
trat mors etiã ſi nõ loquaris: ⁊ xp̃m timeaſ
Ro. 10. ꝯfiteri. Ore eni ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ. Intrat
mors etiã per cauernas auriũ: ⁊ ideo aures
ſunt ſpinis ſepiendę: vt illecebras mere-
tricij ſermonis excludas. Hęc moralia. Sũt
etiã myſtici oculi: quos auertere debeas a
vanitate. Eſt eni ⁊ ſenſuũ vanitas: quã ocu
li animę tuę videre nõ debeant: q: illi eã vi-
dent: quos apl̃s dãnat. Cognoſce q̃ ſit va-
nitas ſenſuũ: quã oculi tui myſtici vidẽ nõ
debeant. Vnde ipſo magis auctore diſca-
mus: quę vanitas: ⁊ qui oculi ſint. Manife
ſtũ ẽ eni eẽ plęroſq; qui vanitate ſenſus ſui
obſcurati ſunt corde: et alienati a via dei
propter ignorãtiã quę in ipſis ẽ: ꝓpter cę-
citatẽ cordis eoꝝ: illos tñ gẽtes apl̃s dicit.
Ignoret igit̃ gentilis ille qđ nõ didicit: ig-
noret qđ nõ credidit: tibi ignorare non licet
qđ cõfiteris. Xp̃s nõ in vanitate venit: ſꝫ in
virtute: nõ in antiquitate ſed in nouitate:
nõ inflauit ſenſuꝫ hominis: ſed viuificauit:
nõ cęcitatẽ cordis: ſed illuminatiõeꝫ mẽtis
operatus ẽ. Inflãmauit cor tuũ: vt cõphen
das q̃ mandatoꝝ cęleſtiũ ratio: quę aĩę ſub
ſtantia: q̃ vitę futurę gr̃a: in q̃ ſtatu p⁹ hęc
erim⁹. Erige igit̃ mentẽ: vtere naturali īge-
nio: ad imaginẽ dei fact⁹ es: vt ſuꝑna aſpi-
cias: ⁊ terrena nõ q̃ras. Noli curuare cerui-
cem tuã mundi premẽdã pondere: noli in-
hiare auro atq; argento: ne te ſęculi vīculis
alligãdũ prębeas. Ideo dixit dñs: Nolite
poſſidere auꝝ atq; argẽtũ: ne nos auri atq;
argenti cupiditas auara poſſideat. Noli er
go inſerere collũ tuũ diaboli laqueis. Strã
gillat auaricia pauperẽ in hoc ſęculo: ſꝫ in ꝑ
petuũ diues ſuis laqueis ſuffocat̃: Cui⁹ ſen
ſus in vanitate ẽ: in tenebris ambulat q̃ in
his laborat: quę ſibi ꝓdeſſe nõ poſſint. Va
nitas ẽ ſollicitudo vitę hui⁹. Vnde nõ i cra-
pula ⁊ ebrietate: nõ in delitijs corporꝭ: ſꝫ in
cognitione p̃ceptoꝝ cęleſtiũ: delectationẽ
noſtrã debem⁹ ponẽ. In vanitate currit: q̃
ſibi ſucceſſib⁹ videt̃ affluere ſęcularib⁹: qui
tãquã vmbra p̃tereunt. Auerte igit̃ oculos
tuos ne vanitatẽ videãt. Sꝫ nõ ſatis eſt vt
tu auertas: ne forte velis ⁊ nõ poſſis: effun-
dat tibi diabolus vanitatũ ſpectacula: incẽ
tiua inſerat voluptatũ. Pete vt dñs auer-
tat ocꝉos tuos. Et hęc gratia dei: ⁊ hoc mu-
nus ẽ dñi: vt oculos aĩę nr̃ę a negocijs mũ-
di hui⁹ auertat. Beatitudo eni oĩs a dño ẽ.
Beatus aũt vir: cui nomẽ dñi ſpes ei⁹: ⁊ nõ Pſ. 39.
reſpexit i vanitates ⁊ inſanias falſas. Qui
nõ reſpicit hęc: beatus ẽ: qui aũt reſpicit i-
ſanus atq; furioſus ẽ: et iõ reſipiſcat vnuſ-
quiſq; a furore ſęculariũ cupiditatum: q̃ ita
mentẽ animũq; ꝑturbant: vt cõpos ſui eſſe
nõ poſſit. Si in nauigio fluctuante ſis cõſti
tutus: auertis a ſentina oculos: ne vomitũ
moueat tibi. Si in ciuitate ambulãs aliq̃d
fętidi odoris offendas: longe refugis atq;
declinas. Si q̃d occurrat qđ horreat oculuſ
tu⁹: claudit̃ aut auertit̃. In ſalo ſęculi hui⁹
fluctuas: influit ſẽtina vitioꝝ. In hoc naui-
gio tui corporis mouet̃ ęſtus cupiditatum:
⁊ nõ auertis oculos aĩę tuę ne videãt ſenti-
nam libidinũ: ne aſpiciãt mundi hui⁹ ſter-
cora: ne fętor imũdus nares repleat tuę mẽ-
tis: in quib⁹ ſpũſſanct⁹ eẽ cõſueuit: vt poſ-
ſis dicere: Spũs diuin⁹ qui ẽ i narib⁹ meis. Job. 27.
Nares igit̃ aĩę tuę a fętore auertãt̃ criminũ
diuerſoꝝ. Eſt eni in his velut quoddã inſi-
gne iudicij. Vñ dr̃ ſpõſę: Nares tuæ ſicut Cantꝭ. 7. b.
turris libani proſpiciens faciẽ damaſci: eo
qđ vnguentũ veri ſacerdotis qđ deſcendit
de capite in barbã: hoc ẽ odor ille diuinus:
odor gr̃ę ſpũalis: q̃ de pr̃e in xp̃o erat: ⁊ ſa-
cramento incarnatiõis deſcẽdit i terras: vt
oĩa fuſo replerent̃ vnguẽto: emineat p̃celſi
ptãte iudicij: ⁊ nares repleat aĩę: vt bñ olen

tia diſcernat: ⁊ fetida: ſuauia ſcōꝝ ꝙ poſſūt
2.Cori.2. dicere: Xp̄i eni bonꝰ odoꝛ ſumꝰ deo: a fetidiſ
pctōꝝ. Hę ſunt nares ſicut turris libani pręcelſę ſupra mundū: ⁊ iō ꝓſpicit faciē damaſci: gentilē ſcꝫ populū: odorās fidē eiꝰ: cuiꝰ
gr̄a delictoꝝ ſuoꝝ detergit fetorem. Facies igitur damaſci: fides ē gentiū nullo obumbrata amictu: nullo adoperta veſtitu:
nuda ac libera: celo magis intenta ꝙ terris. Hanc ſpeculanꝭ ⁊ ꝓſpiciūt nares eccleſię: qꝺ ſuaue in ea ⁊ odoꝝ eſt aſpirationis ⁊
gr̄ę colligentes. Et bn̄ nareſ eius ſicut turrꝭ libani: qꝛ i ſacrificijs odoꝛ ſuauis eccleſię ē:
in quibꝰ ē boni odoris hoſtia: remiſſio peccatoꝝ. Sume igiꝭ has nares o hō: vt a graue olentibꝰ floꝛulenta ſecernas: ⁊ tūc viuificabit te dn̄s. Cū enim aduerterit qꝺ de ip̄o
petis: vt auertat oculos mentis tuę a vanitate: cooperaꝭ aię tuę vt ſi ſpecie aliq̄ capiꝭ
aut duritia ⁊ infirmitate non flectiꝭ: flectat eā iugo verbi: ⁊ habenis ſuis regat: vt volūtate dei abducaꝭ a vitijs: ⁊ vitę odorē capiat eternę. Nō eni hęc vita ꝑfecta ē: ſed hęc
vita i vmbra ē. Ideo vt hō xp̄s ieſus ex virgine naſcereꝭ: obumbrauit virtus altiſſimi
matrē ꝓfuturā: qꝛ i vmbrā deſcēdit: ab vmbra incipiens operari ſalutē hoīs ⁊ cōſūmaturus claritate ſolis eterni. Umbra ē ergo
vita hęc: feſtina ad ſolē: vt te defendat ab
vmbrę huius frigore: ⁊ calorē tibi ꝓfundat
eſtiuū. Et iō ſuadet orandū: ne fiat fuga noſtra hyeme vel ſabbato: nō tempus diemq̄
ſignificans: ſ3 frigere nos meritis prohibēs
⁊ bonoꝝ opeꝝ eſſe ieiunos. Diſce nūc quēadmodū auertat oculos eiꝰ cui miſereatur
dn̄s a vanitate. Ex his eni quę ſequūꝭ: hoc
intelligere poſſumus. Subiecit enim:

Ver. VI. **Statue ſeruo tuo eloquium tuū**
Ps̄.110. **in timore tuo.** Initiū eē ſapientię timorē dn̄i dicit ꝓpheta. Quid ē aūt iitiū ſapiētię: niſi ſeculo renūciare? Qꝛ ſapere ſecu
1.Cori.1. laria ſtulticia ē. Deniq̄ ſapientiā huiꝰ mundi: ſtulticiā eē apud dn̄m: apl̄s dicit. Sed ⁊
ipſe timoꝛ dn̄i: niſi ſcđm ſcientiā ſit: nihil ꝓdeſt: imo obeſt plurimū. Siquidē iudei ha
Ro.10. bent zelum dei: ſ3 qꝛ nō habēt ſm ſcientiaꝫ:
in ipſo zelo ⁊ timore: maiorē cōtrahūt diuinitatis offenſaꝫ. Qꝺ circūcidūt infantulos
ſuos: qꝺ ſabbata cuſtodiūt: timorē dei habent: ſed quia neſciunt legē ſpiritalē eē: circūcidunt corpus: nō coꝛ ſuū. Ignē ſabbato
adolere formidant: cū lex ſanctificatōis die
libidinū ignē ꝓhibeat accendi. Et quid de
iudeis dicam? Sūt etiā in nobis qui habēt
timorē dei: ſed nō ſm ſcientiam: ſtatuentes
duriora p̄cepta: q̄ nō poſſit hūana conditio
ſuſtinere. Timoꝛ i eo ē: qꝛ videꝭ ſibi ꝯſulere
diſciplinę: opus virtutis exigere: ſ3 inſcitia
in eo ē: qꝛ nō cōpatiunꝭ naturę: nō eſtimāt
poſſibilitatē. Nō ſit ergo irrōnabiliſ timoꝛ.
Etenim vera ſapiētia a timore dei incipit:
nec ē ſapientia ſpiritalis ſine timore dei: ita
timoꝛ ſine ſapientia eē non debet. Baſis q̄dam verbi: ē timoꝛ ſcūs. Sicut eni ſimulacrū aliqꝺ in baſi ſtatuiꝭ: ⁊ tunc maiorem habet gr̄am cū in baſi ſtatua fuerit collocata:
ſtandiq̄ accipit firmitatē: ita verbum dei:
vꝭ rōnabile dei i timore ſcō melius ſtatuiꝭ:
foꝛtius radicaꝭ: hoc eſt in pectore timētꝭ dominū: ne labaꝭ verbū de corde viri: ne veniant volucres ⁊ auferant illud de incurioſi ⁊
diſſimulantis affectu. Sed etiaꝫ verbo dei
timoꝛ ipſe aptari ad vtilitatē ⁊ conſtabiliri
videꝭ: vt non ſit alienꝰ ſcię: ſicut baſis accepta ſtatua nō eſt aliena gr̄ę. Timoꝛ ḡ verbi
ē locus: ſicut in pace locꝰ eiꝰ. Timoꝛ quideꝫ
ſtatuaꝫ verbi: verbū timorꝭ ē diſciplina. Plenus eni diſciplinę timoꝛ nō nutat ad lapſū.
Et quia baſim verbi timorē diximus: ne qđ
alienū a ſcripturis poſuiſſe nos quiſquā putet: accipiat lectū de dei verbo i cāticis can
ticorum. Crura eius columnæ marmoreæ Canti.5.d.
fundatæ ſup baſes aureas: Significās columnas eſſe eccl̄ię apl̄os: qui fundati ſūt in
timore ſcō. Nā ſicut petrꝰ: iacobꝰ: iohānes
⁊ barnabas colūnę eē videbāꝭ eccl̄ię: ſic ⁊ q̄cunq̄ vicerit hoc ſeculū: fit colūna dei: quā
ꝯfirmat ꝙ dicit: Ego ꝯfirmaui colūnas eiꝰ: Ps̄.74.
ita ⁊ baſis aurea tioꝛ plenꝰ diſciplię: qꝛ iitiū
ſapię ē. In tiore ḡ ſapiētiū apoſtolica p̄dicatio: tanquā ſup baſem aureā: colūna con
firmaꝭ. Xp̄i igitur eloquio ⁊ apoſtolico ſermoni tribunal eſt timoꝛ iuſti: ⁊ baſis aurea
plena prudētię: ſimulacꝝ autē bonū tāquā
effigies veritatis ſermo ſcōꝝ. Et vide tanquā baſim aureā eē ſcōꝝ tiorē. Lege eſaiā:
vide quātis ſubiecerit timorē: vt faceret irrep̄henſibilē ⁊ bonū timorē. Spūs inq̄t ſa Eſa.11.
pientię ⁊ intellectꝰ: ſpūs cōſilij atq̄ virtutꝭ:
ſpūs cognitionis atq̄ pietatis: ſpūs ſancti
timoris. Quantis timorē ſubiecit: vt habe
ret qꝺ ſequi poſſit? Informaꝭ per ſapiētiā:
inſtruiꝭ per intellectum: conſilio dirigiꝭ: vir
tute firmaꝭ: cognitōe regiꝭ: pietate decoraꝭ



Tolle timori domini iſta: ⁊ eſt irrationabi
2.Cori.7. lis ⁊ inſipiens timoꝛ vnus ex illis: Foris pugnę: intus timores. Quibus afflictus eſſet
⁊ paulus: niſi habuiſſet dominum conſolātem. Nec ocioſum eſt in Prouerbijs: Tunc
intelliges timoreꝫ domini. Quid eſt tunc?
P:ouer.2. Cū ſapientiam inuocaueris: ⁊ prudētię dederis vocem tuam: et ſi quęſieris illam vt
pecuniā: ⁊ vt theſauros ſcrutatꝰ fueris eā:
tunc intelliges timorem domini. Et ideo
tanq̄ ſuper baſim bonam dicit: Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Plena diſciplinę oratio: per quā docemur quēadmodū debeamus orare vnuſquiſq̄. Sermo doctrina eſt dep̄candi. Et quia docuit
nos orare: qui ſit iſtius orationis effectus:
oſtendit ſeptimus verſus.

Ver. VII **Aufer opprobrium meum quod**
Al. Amputa **ſuſpicatus ſum.** Subobſcure dictum
videtur: ſed explanauit apl̄s qꝺ hic videba
1.Cori.4. tur obſcurum: vbi ait: Nihil quidē mihi cōſcius ſum: ſed nō in hoc iuſtificatꝰ ſū. Sciebat enim ſe eē hominem: ⁊ ſi cauebat vt poterat: ne poſt ſuſcepta baptiſmi ſacramēta
peccaret: ideoq̄ delicti cōſcius ſibi nō erat:
ſed quia homo erat: peccatorē ſe fatebatur:
1.Petri 2. ſciens vnum eſſe ieſum lumē verū: ꝙ peccatum nō fecit: nec ē inuentus in ore eius dolus: ipſū ſolū iuſtificari qui vere alienꝰ eēt
a lapſu. Similiter ergo propheta: ⁊ ſi peccatū declinare cupiebat: tamen quaſi deuꝫ
repulſorem peccati eē cupiebat. Sui volebat auferri opprobriū qꝺ ſuſpicatus ē: vel
quia cogitauerat in corde ⁊ nō fecerat: ⁊ penitentia licet abolitū: ſuſpectus tamē erat:
ne forte adhuc maneret eius opprobrium: ⁊
iō deū p̄catur vt illud auferat: ꝙ ſolꝰ nouit
qꝺ neſcire poteſt etiā ipſe qui fecit. Deniq̄
Ps̄.68. alibi ipſe dixit propheta: Scis opprobrium
meū: Quāquā iſtud opprobrium chriſti ſit:
1.Cori.1. qꝺ nō ē verū opprobriū: ſed gloria dei. Crux
eniꝫ chriſti: iudeis ſcādalū: grecis ſtulticia.
Illis ergo opprobrium: mihi virtus eſt: per
quā aduerſariū repello: ſeculum vinco. Mihi ſapientia: p quā inſipientię laqueos eua
Heb.11. do. Hoc opprobriū theſauris egypti moyſes pretulit: maius inquit eſtimans egypti
theſauris opprobriū chriſti. Si opprobrium
tuum gloria eſt domine ieſu: quāta eſt gl̄ia
tua? Tuę igitur gl̄ię ꝑticipatione quid erimus: cuius ſumus opprobrio gl̄ioſi? Dorſum meū poſui in flagella: maxillas meas i
palmas: os autem meum non auerti a confuſione ſputoꝝ. Ecce opprobriū tuū domine: in quo ſalus ē vniuerſorum: in quo mūdi redemptio: p qꝺ opprobriuꝫ cępimꝰ non
erubeſcere: qui erubeſcebamꝰ: non cōfundi
qui confundebamur. Deniq̄ ſcriptum eſt:
Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ vultus Ps̄.33.
veſtri nō erubeſcent. Hoc opprobriuꝫ auferri a nobis nolumus: opprobrium crucis domini ieſu: quo noſtra auferunꭲ opprobria.
Sicut eni maledictum factus eſt: vt noſtra
maledicta deleret: homo factus ē: vt leuaret hominis infirmitates: ita opprobriū factus ē: vt omnium auferret opprobria. Nō
vno tempore: nō ſemel abſtulit opprobria:
aufert quotidie: peccatū icidimus: nō vnū
ſed multa: cooperti ſumus opprobrio ⁊ confuſione. Venimus ad baptiſmū: dilutū eſt
omne peccatū: ⁊ cum peccato opprobrium.
Abſtulit opprobriū meū dn̄s ieſuſ opprobrio
ſuo: qꝛ crucifixꝰ ē mihi: qꝛ quicūq̄ baptizati ſumꝰ in chriſto: i morte ipſiꝰ baptizati ſumus. Non habeo qꝺ auferri petam: ſ3 poſt
baptiſmuꝫ incidi opprobrium: debeo agere
penitentiā vt dicam: Aufer a me opprobriū
meū: cum hoc ipſū peccati opprobrium ſit:
quia nō ago penitentiā. Si aūt penitentiā
vt opoꝛtet ago: recte dico: Aufer a me opprobriū meū qꝺ ſuſpicatus ſum. **Iudi** Al. Quia iudi
**cia eni tua dulcia.** Quō oportet cōfi cia tua iocūda
teri? Quid timeo confiteri: qđ timeo dicere
pctā mea? Quid vereoꝛ opprobrij mei mentioneꝫ facere apud eum cuiꝰ iudicia dulcia
ſūt? Qꝺ ſeuerum i alijs: in chriſto dulce eſt
in chriſto ſuaue eſt: qꝛ ipſe ſuauis ē. Deniq̄ guſtate ⁊ videte: qm̄ ſuauis eſt dominꝰ. Ps̄.33.
Dulcia iudicia cōfitēti: qꝛ ip̄e dicit: Ego ſū Eſa.43.
ego ſū ꝙ deleo iiquitates tuas: ⁊ memoꝛ nō
ero: tu aūt memoꝛ eſto: ⁊ iudicemur: dic iniquitates tuas: vt iuſtificeris. Dulcia iudi
cia agenti penitentiā: qꝛ ipſe dixit: Gaudiū Luc.15.
erit in celis ſup vno peccatore penitentiam
agente: ꝙ i nonaginta ⁊ nouem iuſtis qui
nō indigent penitentia. Si dulcia ſunt igiꝭ
iudicia domini: ſuauitatis fructus ꝑcipere
elaboremꝰ. Vis ſcire ꝙ dulcia iudicia domini. Non reſurgūt impij in iudicio. Qui
aūt in iudicio reſurgunt: habent ſpem venię: quoniā crediderunt. Impij non ſunt:
peccatores eſſe poſſunt: fidem habent: et ſi
culpam non declinarunt: per fidē credunt.
Qui autem credit i ipſo: nō iudicatur. Dul

cia ergo iudicia credentibus. Qui autē nō
credunt: nō chriſti iudicio dānati ſunt: q̄ ve
nit nō vt iudicet mundū: ſed vt ſaluet ⁊ re-
dimat: ſed impietatiſ ſue ſubiere iudiciū qui
in remiſſionē peccatorū credere noluerunt.
Non enim poſſunt ad eius pertinere bene-
ficium: quē cognoſcere refutarunt. Ergo q̄
non crediderunt in eū: iudicio eius videnť
indigni. Judiciū eni eius quid ſit agnoſce:
Joh.3. dicēte ipſo: Hoc autē iudicium eſt: quia lux
venit in hunc mundū. Dulce ergo qđ lux ē:
dulce iudiciū: qđ precedit miſericordia. Sic
Pſ.100. eni ſcriptum ē: Miſericordiam ⁊ iudiciū cā-
tabo tibi domine. Et quia cognouit dulcia
iudicia dicit:

Ver. VIII. **Ecce concupiui mandata tua: in**
Al' i eq̄tate tua **tua iuſticia viuifica me.** Bona iudi-
cia auctoritate ait. Ecce amat libertatē fidei
q̄ libertatē dedit. Diligi ſe gaudet: q̄ iō vēit
in hūc mūdū: q2 hūc mūdū dilexit. Amari
exigit: qui omnes amat: quia charitas eſt.
Concupiuit mandata dei: vt bonus ſeruꝰ:
vt cultor ſedulus. Cōcupiuit nō vt amator
meretriciā copulam: nō vt auarus pecuniā:
nō vt luxurioſꝰ laſciuiā. De illis eni lex diċ:
Exo.20. Non cōcupiſces. Dn̄m aūt deū precepit di
ligēdum: ⁊ tenero: id eſt: tenaci quodā atqꝫ
īterno amādū cupiditatis affectu. Et quia
amicus ē qui diligit: ſeruus ē qui timet: q̄ſi
amicus qui omnia fecerit que p̄cepit ei do-
Joh.15. minus: Vos iquit amici mei eſtis: ſi feceri-
tis que ego precipio vobis. In tua iuſticia
viuifica me: audiet ⁊ diċ: eo qđ illa ſit vera
vita: que viuit ſm dei iuſticiā: quā viuebāt
apl'i: imo qua viuūt. Sunt eni qui viuētes
mortui ſunt: ⁊ qui mortui viuūt. Deniqꝫ alij
deſcendunt in infernū viuentes: alij cū ſint
Matth.16. corpore mortui: meritis ſuis viuunt. Sunt
enim qui nō guſtabunt mortē: donec vide-
ant filiū hominis die iudicij reuertentem:
quādo cum gloria ſancti reſurgent.

## Explicit ſermo quintus.
## Incipit ſermo ſextus.

Vau.
ו

## Sexta littera vau

ſ Cuiꝰ iterp̄tatio ē vt ille. Aliꝰ
interpres: non eſt: ait.

e **ET veniat ſuper me**
Verſus I **miſericordia tua do**
**mine: ſalutare tuū ſecūdū eloquiū**
**tuū.** Quid ſignificet interp̄tatio littere:
qm̄ ſubobſcura ē: ex pſalmi ſerie colligēdū
putaui. Nā cū propheta poſtulet: Veniat
ſuper me miſericordia tua dn̄e: veniat ſalu-
tare tuū: nō eſt dubiū quē videre depoſcat:
hoc ē: in q̄ fructus ⁊ miſericordie veniat ⁊ ſalu
tis. Deniqꝫ in ſuperioribꝰ idem popoſcit: in
pſalmo octuageſimoquarto: in quo euidē-
tius domini ieſu prophetauit aduentum.
Nam terram quā benedici poſtulet: ſatis no
tum ē: illam videlicet que peccatū in adam
cōtraxerat: cui diciť: Terra es: ⁊ i terrā ibis. Gen.3.
Maledixerat aūt deꝰ: nō elementū nature
carnis: ſ; carnē p̄uaricātiū. Benediciť caro
igitur in chriſto: vt maledicto ſuperato ca-
ro ſoluatur. Benediciť caro: quā benedictꝰ
filius dei aſſumpta hominis cōditione ſu-
ſcepit: Et ideo ſubdidit: Deus tu cōuertēs Pſ.84.
viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur i te.
Oſtende nobis dn̄e miſericordiā tuā: ⁊ ſalu
tare tuū da nobis. Audiā quid loquatur in
me dn̄s deꝰ: quoniā loqueť pacē in plebem
ſuā. Et ſup ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui cōuer
tunt ad ipſum cor ſuū. Verūtamē prope ti-
mentes eū ſalutare ipſius: vt inhabitet glo
ria in terra noſtra. Totus hic locus ieſū do
minū ſonat: qui viuificauit mortuos: laza-
rum ante paſſionē: plurimos tēpore ꝓprie
paſſiōis. Ipſe ē miſericordia: vt pote remiſ
ſio peccatoꝝ: Ideo dicit: Oſtende: quē vi-
dere poſſit in corpore. Nam deū i maieſta-
te ſua videre nō poterat: q2 deū nemo vidit Joh.1.
vnquā. Auidus propheta deſiderat videre
quē ſperat tenere: quē ſi viderit deſiderat ꝑ
prijs manibꝰ cōprehēdere: Ideoqꝫ ait: Et
ſalutare tuū da nobis. Salutare dei virtus
eſt: ſalutare dei chriſtus eſt: ⁊ ideo prope ti-
mentes hoc ſalutare. Longe erat chriſtus a
nobis: longe erat a nationibus: deſcēdit in
terras: factus ē prope: cepimus nō timere.
Nam qui chriſtum timet: nō timori ē ſubdi
tus: ſed deuotioni pietatis. Hic timor nō i-
firmitatis ē. Deniqꝫ nihil deeſt timētibꝰ eū.
Quō autē factus ſit prope audi: vt inhabi-
tet inquit gloria in terra noſtra. Quis ē glo
ria: niſi dn̄s ieſus? Unde ⁊ apl's paulus ait:
Deꝰ dn̄i noſtri ieſu chriſti pater glie. Meri-
to cōplacet in eo pater: q2 patris gloria eſt.
Hunc qui a patre ſeparat: maiorē patri in-
iuriā facit: quē vult eē ſine gloria. Hūc quiſ-
quis equalē patri nō putat: inferiorē ⁊ pa-



trē iudicat: cū alio verbo patrē plus lauda-
re nō poſſit: cū ſūma laus glie xp̄s eſt. Ro-
gatur ergo vt veniat ſalutare dei. Ille eſt q̄
rogatur: hoc ē dn̄s ieſus: ⁊ nō eſt alius ſicut
habet littere interp̄tatio eſt. Vel ſi nō ſolus
pater rogatur: eſt ⁊ ille: hoc eſt: ⁊ filiꝰ qui ro-
gatur: ⁊ rogatus aduenit: ⁊ ſalutare mūdo
dedit. Ideo σωτηρ: hoc ē ſaluator: ideo ie-
ſus ſicut angelus dixit: quia ſaluū fecit po-
pulū ſuum. Cum inuocaret igitur prophe-
ta aderat: vt probaret illud: quia adhuc lo
quentibus nobis dicit aſſum. Adeſt: quia
ſuſcitatus a filiabus iudee: quaſi reſuſcita-
tus a filiabus hieruſalē: audit eccl'ia ſonum
Cant.2.b. vocis eiꝰ ⁊ dicit: Vox conſobrini mei: ecce
hic aduenit ſaliēs ſuper montes: trāſiliēs
ſuper colles. Manipularis ē liber: multas
habens pſonas nobiles: velut manipulos
triumphales: multoſqꝫ actus ſignificās: q̄s
intelligere magis q̄ expreſſos tenere poſſu
mus. Nam quaſi aduenientē ſponſum au-
dierit: cū aliquibus pariter viantibꝰ collo-
quentibꝰ dicit ſponſa: Vox cōſobrini mei.
Dum loquiť cum filiabus hieruſalem: ⁊ ro
gat vt excitent ⁊ reſuſcitent ſponſū: ſubito
tanq̄ de longinquo miſſe vocis ſonū ſenti-
ens dicit: Vox conſobrini mei: annunciās
quē nunciari ſibi ante querebat: quē cupie-
bat ab alijs ſuſcitari: ſua prece reſuſcitatū
a patre venire iam credens: leta dicit: Vox
cōſobrini mei. Bene addidit: ꝯſobrini mei:
vt nō alie: ſed cōſobrina ſola ſibi eius vēdi-
caret aduentū. Ecce inquit iſte aduenit: ad
huc ego eū quero: ⁊ ille iā venit: adhuc ego
ſuffragia capto vt veniat: ⁊ ille iā ꝓximus
eſt. Ego ſuſcitari mihi charitatē cupio: ego
me vulneratā charitate puto: ⁊ ad me plus
charitas ipſa feſtinat. Ego dixi: veni: ille
ſalit ⁊ tranſilit: ego rogo eū venire cum gr̄a:
iſte gr̄aꝝ operať augmēta: ⁊ dū venit incre
menta gratie ſecū vehit: et veniendo acqui
rit: q2 ſtudet etiā ip̄e ſue placere dilecte. Sa
lit ſup excelſa: vt aſcendat ſup ſponſā. Spō
ſe eni thalamus: tribunal eſt chriſti. Salit
ſup eccl'iā: tranſilit ſup ſynagogā. Salit ſu
per gentes: tranſilit ſup iudeos. Videamꝰ
ſalientem: ſalit de celo in virginē: de vtero
in preſepe: de p̄ſepio i iordane: de iordane i
cruce: de cruce i tumulū: i celū de ſepulchro.
Proba mihi dauid ſaliētē: proba currentē.
Pſ.18. Tu enim dixiſti: Exultauit tanq̄ gigas ad
currēdam viam: a ſummo celo egreſſio eiꝰ:
⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummū eius: nec eſt
q̄ ſe abſcōdat a calore eiꝰ. Ergo ⁊ nūc ſalit ⁊
nunc currit de corde p̄ris ſup ſctōs ſuos: de
oriēte ſup occidētē: de ſeptentrione ſup me-
ridiē. Ipſe ē qui aſcendit ſup occaſū: ip̄e ſu-
per celos celoꝝ ad orientem. Ipſe aſcendit
ſuper montes: ipſe ſup colles. Utinam ego
miſer dicam: dicat anima mea: ecce iſte ad-
uenit: ⁊ aduenit nō ſup terrena: nō ſup val-
les: ſed aduenit ſaliens ſup montes. Deus
eni deus montiū eſt: nō valliū. Ubi ergo ſa
lit ſuper montes ſalit. Si ſis mons: ſalit ſu-
per te. Salit ſup eſaiam: ſalit ſup hieremiā:
ſalit ſuper petrum: iohānem: iacobū: Mō- Pſ.124
tes in circuitu eius. Si non potes mons eē
nec p̄uales: eſto vel collis: vt ſuper te chri-
ſtus aſcendat: ⁊ ſi tranſilit: ita tranſiliat vt
te tranſitus eius vmbra cuſtodiat. Diximꝰ
de chriſto ⁊ eccleſia: dicamus de anima ⁊ ver
bo. Anima iuſti ſponſa eſt verbi: hec ſi deſi
deret: ſi cupiat: ſi oret: ⁊ oret aſſiduo: ⁊ oret
ſine vlla diſceptatione: ⁊ tota intēdat i ver-
bum: ſubito vocem ſibi videtur eius audi-
re quem non videt: et intimo ſenſu odorem
diuinitatis eius agnoſcit: quod patiuntur
plerunqꝫ qui bene credūt. Replentur ſubi-
to nares anime ſpirituali gratia: ⁊ ſentit ſibi
preſentie eius flatum aſpirare: quem que-
rit: ⁊ dicit: Ecce iſte eſt quem requiro: ipſe
quem deſidero. Nonne cum aliquid de ſcri
pturis cogitamus: ⁊ explanationem eiꝰ in-
uenire non poſſumus: dum dubitamꝰ: dū
querimus: ſubito nobis quaſi ſuper mōtes
altiſſima dogmata videntur aſcendere: de-
inde quaſi ſuper colles apparens nobis illu
minat mentē: vt infundat ſenſibus quod
inuenire poſſe difficile videbatur? Ergo q̄-
ſi ex abſente fit preſens verbum in cordibꝰ
noſtris. Et rurſus cū aliquid nobis ſubob-
ſcurum eſt: tanq̄ ſubducitur verbum: ⁊ tan
q̄ abſentis aduētum deſideramꝰ. Et cū ite
rum apparet oſtēdit ſe nobis tanq̄ preſens
ſit nobis in his que requirimus cognoſcen
dis. Salit ergo i vniuſcuiuſqꝫ corde frequē-
ter: trāſilit et exit ⁊ reuertitur. Si ſequaris:
ſi requiras: ſi tibi fidelium gratia diſcepta-
tione doctorum: verbuum qđ exierat atqꝫ
trāſierat poſtules reſuſcitari: ſicut illa que
queſiuit: et inuenit: que dixit: Frater me-
us tranſiuit: anima mea exiuit in verbo

eiꝰ. Ergo ⁊ ſi ſuper montes ſalit: ſequere: ⁊
ſi ſuper colles: ſequere. Reperiuntur enim
in montibus ⁊ in collibus venatores do-
mini: qui inueſtigant eos qui capiuntur ad
vitã. Sic enim dixit per Hieremiam deus:
(Hiere.16.) Ecce mitto multos piſcatores: ⁊ multos ve
natores: ⁊ venabunt eos ſup oēm montez:
⁊ ſup oēm collē. Ibi ergo populꝰ dei q̃rat:
⁊ inueniat in petri ⁊ in pauli doctrina: gr̃a
diſciplinę: vt nõ in cõualle ſint vbi fletꝰ: ſ; i
montibꝰ a quibꝰ vnũquẽq; chriſtus illumi-
nat. Et cũ petrũ legimꝰ: chriſtus illuminat.
Et cũ paulũ legimꝰ: chriſtus illumiat. Cu-
rauit paulus: chriſtus illuminauit: qm̃ in-
uocato dñi ieſu noīe reſurrexit: cuiꝰ ſanatꝰ
eſt munere. Suſcitauit mortuã petrus: chri
(Ps.75.) ſtus illuminauit. Et iõ ait: Illuminans tu
mirabiliter a montibꝰ ęternis. Nos igit q̃
montes eẽ nõ poſſumꝰ: ſtemꝰ in montibꝰ vl'
in collibꝰ: vt cũ miſerit piſcatores ſuos dñs
⁊ venatores: vt veniant eos qui ſup omnez
montē ſũt: vl' ſup oēm collē: id eſt in legis ⁊
prophetarũ p̃ceptis: ⁊ noui ⁊ veteris teſta-
menti cognitione oēm habentes cõuerſati-
onē: inueniant nos paratos: ⁊ velut bonas
colligãt ſpicas oportuno miſſi meſſores tē-
pore: qꝛ ſi quis extra montē aut collē fuerit
repertus: colligi velut bona ſpica nõ pote-
rit: ab his qui vt cõparationis faciamꝰ alte
rius mentionē: triticũ a paleis ſepare mit-
tūt. Plurimaꝝ igit opationũ ſollertes mini
ſtros dñs habet. Idē piſcatores: idē etiã ve
natores ſunt: atq; meſſores. Si in tempore
meſſis quo dirigunt iſti meriti maturus ex
pectes: ſalientez in mõtibꝰ poteris intueri:
et videbis dñm ieſum ſilem capreolo: aut
hinnulo ceruoꝝ ſup montes bethel. Salit
eniz ſup eccl'iam: quę ē domus panis: eo q'
fideliũ corda cõfirmet. Merito ſicut capre-
ola: qꝛ caprea in altis paſcit. Dorcas dicit
a videndo. Dorcaticon eteni viſus acutior
ē. Quid hoc aptius chriſto: qui patrē vidit
quē vidit nemo? Aut ſi quis vidit i chriſto:
ipē filius reuelauit. Merito ſicut hinnulus
ceruorũ: hinnulus quaſi filius cui paternę
inoleuerit vis naturę: vt eũ occulta nõ late
ant: ſerpentes fugiant: venena nõ ledant.
Deniq; eductus de latibulis ſuis ſerpens
(Matth.8.) qui producebat ex hoīe dicebat: Quid ve-
niſti ante tēpus torquere nos? Spectemus
ergo ſalientē hunc hinnulũ: vt nõ poſſimꝰ
timere ſerpētē. Nõ timebat dauid. Deniq;
de his dicebat ſerpentibꝰ:
**Et reſpondebo exprobrantibus** (Verſ. II.)
**mihi verbum: quia ſperaui in ver-** (Al'. ſ mõnibus tuis)
**bis tuis.** Quaſi bonus ceruus qui bi-
biſſet de fontibꝰ aquaꝝ: nequaquã huma-
norũ ſerpentiũ ſpiras: ⁊ maledicoꝝ venena
metuebat. Coluber illi ñ erat noxa: ſ; p̃da.
Cibus erat ſerpentini virus alloquij: ⁊ cibꝰ
laudis: De quo dicebat: Deus laudē meaz
ne tacueris: qꝛ os peccatoris ⁊ doloſi ſuper
me apertũ ē. Saginabat venenatoꝝ ſermo
nibꝰ. Illi ſibila obtrectationũ ora tollebãt:
⁊ ſermonibꝰ odij circũdabant innocentem.
Bonus cerꝰ inter multos colubros poſitꝰ
nõ timebat: ceruus amicitię ⁊ pullus grati
arum. Simulabãt charitatē: fundebãt ob-
trectationē: ego aũt inquit orabam. Bonꝰ
ceruus in medio viperaꝝ innocuus paſce-
bat. Illi triſulcis ora linguis micabãt: hũc
aũt ſancta paſcebat oratio: imo cibũ obtre-
ctantibus offerebat: Reſpondit obtrectan
tibus ſibi verbũ. Verbũ eni cibꝰ ē. Deniq;
nõ in pane ſolo viuit homo: ſed in oī verbo (Matth.4.)
dei. Videbant me inquit: ⁊ mouerũt capi-
ta ſua. Maledicebãt: ego aũt benedicebã.
Maledicebant qui obtrectabãt: benedice-
bam: qui verbum domini prędicabam. Qꝛ
bonũ eſt ferre conuitium: ⁊ cõuitiũ nõ refer
re. Deũ p̃ſulem acquirit: qui cõuitianti ne-
ſcit iraſci. Deniq; quanta patientię gr̃a di-
centis: Maledicẽt ipi: ⁊ tu benedices. Bea
tus qui maledicta nõ ſentit. Beatus quem
maledicta nõ pmouent. Nõ eni poteſt ma-
ledicto moueri: qui maledicta hominũ diui
nę munere benedictionis excludit. Nõ põt
ſentire maledictũ: qui habet verbum: ⁊ nõ
põt referre maledictũ: cui in ore ſemp ē ver-
bum. Sed ē etiam bonus ſerpens: quē iſte
cerꝰ ñ lędat. Eſtote iq̃t aſtuti ſicut ſerpētes
Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentez i deſer
to: ita exaltari oportet filium hominis. In
ſerpente ęreo figuratus eſt meus ſerpens.
In ligno illo exaltatus eſt meus ſerpēs bo
nus. Bonus ſerpens qui de ore ſuo reme-
dia: non venena fundebat. Poteſt nõ time
re ſerpentes: qui hunc nouit adorare ſerpē-
tem. De hoc ſerpente dicit illa quę diligit: (Cant.2.b.)
Ecce hic ſtat pꝰ parietem noſtrum proſpi (Ibidem.c.)
ciens per feneſtras: eminēs per retia. Re
ſpõdit cõſobrinus meꝰ: & dicit mihi: Sur-
ge ueni pxia mea: formoſa mea: colũba
mea: qa ecce hyems p̃terijt: iber abijt: diſ



ceſſit ſibi: flores uiſi ſunt in terra. Serpēs
profecto ē: qui decurſa hyeme: amictu cor-
poris ſe volebat exuere vt ſpecioſo decore
vernaret. Idē ergo ē ceruus ⁊ ſerpens. Cer
uus habens cornua legis ⁊ gr̃ę. Cornua eiꝰ
duo ſunt teſtamenta: velox greſſu: impiger
inceſſu: qui totũ facile orbez percurrat vno
momento: vbiq; celebrabilis. Serpens q̃q;
bonus: cuiꝰ priora dētes legis imordeant:
poſteriora nõ vulnerent euãgelij lenitate.
Caput defēdit a vulnere: qui legem venit
nõ ſoluere ſed tueri ab interp̃tationibꝰ per-
fidorũ. Caudã in flagella diffundit liberaz:
cupiens aduerſarios magis flagellare q̃ p-
dere. Bonus coluber in gremium dilectę:
atq; in ipſũ intimę ſinũ mentis facilis illa-
bit: ⁊ attactu nullo implicans ignē oſſibꝰ:
p̃cordia ipſa depaſcit. Pulchre lectũ eſt ho-
(Luc.10.) dic: Ecce ego mitto vos: ſicut oues i medio
luporum. Celebramus eni diem: quo reue-
lata ſunt populis corpa ſcõꝝ martyrũ: q̇ ve
lut boni ſerpentes: depoſitꝭ carnis exuuijs:
temptationũ hyemaliũ rigore ſupato: ⁊ ſpi
rituſſancti renouati gr̃a: ęſtiua mundo luce
fulſere: miſſi vero vt agni in medio luporũ.
Lupi ſunt eni pſecutores: lupi ſunt hęretici
oēs: docere neſciunt: vlulare cõſuerũt. Sed
nemo moueat: ſi i mediũ lupoꝝ mittit. Bñ
ficio xp̄i ⁊ lupus ipē mutatus ē. Beniamin
lupꝰ rapax apl's paulꝰ factꝰ ē: nõ iã iſidiator
ouiliũ xp̄i: ſed defenſor ⁊ cuſtos. Cum hoc
lupo verſari libet: p hunc lupũ factũ ē: vt ſi-
mus tuti i medio lupoꝝ. Nemo iã veretur
(Eſa.65.) lupos: cũ his paſcimur: ſicut ſcriptũ ē: Tũc
lupi ⁊ agni ſil' paſcent. Sed iã cõſideremus
quid ſit: qđ ait pphcta. **Et ne auferas** (Verſ. III.)
**ex ore meo verbuz veritatis vſque**
(Al'. ſup ſperaui) **quaq;: quia in iudicijs tuis ſperaui**
Viderat eccleſia vl' aīa iuſti ſalientē ſicut
hinnulũ ſup montes: repente pximũ aſpi-
ciens poſt parietē domus ſuę: proſpicientē
p feneſtras: eminētē ſup retia: exultat ⁊ gau
det: qꝛ etiã ipſa amat a ſponſo: qui tanquã
⁊ ipſe vulneratus charitatis decore: dilectę
primo cuz abeſſet ad oſcula rogatus affue
(Cant.1.a.) rit. Rogat eni cũ dicit: Oſculet me ab oſcu
lo oris ſui. Deinde p̃ces ſpõſę blandiciaſq;
nõ ſpreuerit: dilecta ſibi vbera prędicantis
atq; in interiora domus eã benignꝰ induxe
rit. Deinde tanquã laſciuienti ludēs amo-
re: qꝛ velit ptemptare ſenſus amantis: ſępe
egreſſus vt quęreret a ſpõſa: ſępe regreſſus
vt inuitaret ad oſcula: aſtiterit poſt parie-
tem: proſpexerit per feneſtras: eminēs ſup
retia: vt non totus abeſſet: nec quaſi totus
intraret: ⁊ ipſe ad ſe ſponſã vocaret: vt veni
endi ad ſe inuicē fierent gratiora cõmertia:
amoriſq; vim mutuis adolerent ſermõibꝰ.
Exurge inquit: ueni proxima mea: formo (Cant.2.c.)
ſa mea: columba mea. Et tu ſi habeas fun-
datum parietē: nõ illũ mediũ qui domꝰ vni
us ſeparet membra: ſ; ędificatũ ſupra fũda-
mentũ apl'oꝝ ⁊ prophetaꝝ: vt cõpaginata
eius ſtructura creſcat in templũ: nec diſter-
minet eius interna: ſ; muniat. Si habeas
ergo i te ędificationē dei: ⁊ ad orientē pate-
ant ſemp feneſtrę tuę: venit verbũ: ſtat poſt
tuum parietem. Oculi enim domini ſup iu- (Ps.33.)
ſtos: proſpicit p feneſtras tuas. Quę ſũt fe
neſtrę iſtę? Legimꝰ feneſtras: de quibꝰ dicit
Hieremias. Intrauit mors p feneſtras: per (Hiere.9.)
quas intrauit auaricia: itrauit libido. Ocu-
lus tuus feneſtra ē: intrauit mors p oculum
tuũ. Si videris mulierē ad cõcupiſcendum
eã: intrauit mors p oculum tuum. Si vide-
ris poſſeſſionē viduę vel minoris: ⁊ cõcupie
ris inuadere: ⁊ indefenſam putãs ętatē eſſe
vel ſexũ: ſed nõ ſunt indefenſi quos domi-
nus vult eſſe defenſos: intrauit mors p fe-
neſtrã. Si videris decorē mulieris: aut the-
ſauros minoris: ⁊ tuas excitaueris cupidi-
tates: intrauit mors p feneſtrã. Sicut ergo
p hęc intrat mors: itrat ⁊ vita. Si decorem
puellę aſpiciens ſacrę: venereris dñm ieſuz
q' in teneros annos venerit ętas ſenectutꝭ:
vita imaculata: ⁊ ipſe filiã tuam offeras vt
pio cõſecret velamine: ſi poſſeſſionē minoris
nõ tanquã ſollicitus inuaſor aſpicias: ſ; q̃ſi
parens ſedulus religioſo tuearis affectu: p
has feneſtras pſpicit xp̄s: vt vocet ſponſã
eminens ſup retia. Bene eminēs: qꝛ ſolus
eſt quē retia nõ inuoluerint peccatoꝝ. Oēs
intra retia erãt: imo adhuc itra retia ſumꝰ:
qꝛ nemo ſine peccato niſi ſolus ieſus: quem
nõ cognoſcentē pctm̃: pctm̃ pro nobis fecit
pater. Eteni tradidit eũ laqueis: tradidit
eũ retibꝰ: mittēs eũ nõ in pctõ in q̇ erãt oēs
hoīes: ſ; in ſilitudine carnis peccati: vt de
pctõ damnaret pctm̃ in carne. Pctm̃ erat
caro: ſm illud: qꝛ hęreditario erat damnata
maledicto. Pctm̃ erat illecebra: ⁊ miniſtra
peccati: venit dñs ieſus ⁊ in carne peccato
obnoxia: militiam virtutis exercuit. Facta
ſunt mēbra noſtra iam non arma libidinis:

ſed arma virtutis. Nã ubi erant incen-
tiua libidiniſ: ibi nũc ſũt domicilia caſtitatꝭ
Hic ergo venit ad laqueos: ſ voluntarius:
venit ad retia: ſed ſecurus. Plena erãt om-
nia laqueis: referta retibus. Audi dicẽtem:
In via hac qua ambulabã: abſcõderũt ſup-
bi laqueũ mihi. Et i libro ſapię Syrach: mo
neris: vt cognoſcas qꝛ in medio laqueoꝝ
ambulabas. Quot vitia tot retia: q̃t pec-
cata tot laquei: hereditarij iã te nexus tene
bãt. Venit ad laqueos ieſus vt adã ſolue-
ret: venit liberare qđ perierat. Oẽs retibus
tenebamur: nullus aliũ eruere poterat: cũ
ſeipſũ nõ poſſit exuere. Talis ergo neceſſa-
rius fuit: quẽ vincula generatiõis humanę
delictis obnoxia nõ tenerẽt: nõ cepiſſet aua
ricia: nõ ligaſſet dolus: is ſolus erat ieſus:
qui cũ hui⁹ carnis ſe circũdediſſet vinculis:
captus nõ erat. Nõ erat alligatus: ſed di-
rũpens ea atq̃ diſſoluẽs: ad ſe magis voca
uit eccleſiã: ꝓſpiciẽs ꝑ laqueos: eminẽs ſup
retia: vt ⁊ ipſa diſceret vinculis non teneri.
Deniq̃ euuſq̃ nõ longe a vinculis fuit: vt
ꝓ nobis ſubiret ⁊ mortẽ: ſ tñ nõ ſeru⁹ mortꝭ
effectus: ſ liber inter mortuos. Liber enim
erãt: qui ſoluendę mortis ptãtẽ habebat.
Joh.2. Deniq̃ ipſe te doceat: qui ait: Soluite hoc
tẽplũ: ⁊ in triduo reſuſcitabo illud. Audia-
Canti.2.c. mus itaq̃ q̃d dicat: Exurge ueni ꝓxima
mea: hoc ẽ ſurge a mortuis: exurge a vincu
lis: quibus circũdata tenebaris. Exurge qꝛ
ego reſurrexi tibi: ſolue vincula iniquitatis
qꝛ ego iã ſolui tibi. Veni: qꝛ iã retia ſoluta
ſunt: Virgo peperit: puer natus ex virgine
ẽ. Nihil debẽ muliebri hereditati qꝛ q̃ſi fili⁹
mulieris nõ tenet̃. Cerne medium parietẽ
macerie iã ſolutũ: qui interioꝝ affectuum
cõcordiã diuidebat: ⁊ i diuerſum excitabat
diſſentiones corporaliũ paſſionũ. Veni er-
go ſecura: cupio videre faciẽ tuam: ⁊ audire
vocẽ tuã: veni vt iam me nõ per retia vide-
as: ſed facie ad faciẽ vultib⁹ amatorijs dile-
cta potiariſ. Ethice iſta decurſa ſint. Myſti
ca autẽ illa ſi poſſumus vꝉ linea intueamur
extrema. Sedebat intra domũ ſpõſa deuo-
ta dño: itra parietẽ legis ⁊ ꝓphetaꝝ ſpirita
liũ lapidũ ex ędificatõe fũdatũ q̃ claudebat
atq̃ vallabat domũ regiã: plenã iocũdita-
tis atq̃ lętície. Mirabat̃ theſauros regios
⁊ intuebat̃ ſollicite: cupiens ſapiẽtiã q̃ has
ſibi diuitias demonſtraret aſciſcere. In ſe-
creto erat: ſed ſecreti ipſi⁹ interp̃tem requi-
rebat. Venit dñs ieſus ſaliens ſup mõtes:
Nobis ſero videbat̃ veĩre: ſ ille ꝓperabat.
Saliebat deniq̃ ⁊ tranſiliebat: vt iudęoꝝ
corpalia ⁊ ſaxoſa dogmata tranſiliret. Aſti-
tit poſt parietẽ dom⁹ q̃ erat in veteri teſta-
mento: ꝓſpiciens per legis feneſtrã ꝓphe-
tarũ cauernas. Nõdũ erãt domus illi⁹ aper
ta veſtibula: nõdũ claues ſcię portaꝝ clau-
ſtra patefecerant: quib⁹ legis claudebãtur
interna. De ſuperiore tñ: hoc ẽ ſpiritali pte
ꝓſpectãs eccl'iam vocat: vt ꝑ legẽ ⁊ prophe
tas: euangelij vertice ſublimis aſſurgens:
retia iudaicę interp̃tationis ⁊ nodos intre-
pido calcet veſtigio. Iõq̃ ꝓxima vocat̃: vt
adhęreat xp̃o: mundana nõ quęrat. Iõ for-
moſa vt ſpecioſos euangelizantium pedes
ꝓferat. Ideo columba: vt ſpiritalia petat:
terreſtria derelinquat. Ecce inquit hyems Canti.2.c.
præterijt: imber abijt diſceſſit ſibi: flores
uiſi ſunt in terra. Ante aduentũ xp̃i hyems
erat: venit xp̃s fecit ęſtatem. Tunc omnia
erant florum indiga: nuda virtutũ: paſſus ẽ
xp̃s: ⁊ oĩa ceperũt nouę gratię fecũdare ger
minib⁹. Imber abijt luxurię ꝓfluentꝭ: ⁊ nu-
bila tetris ora flagitijs: ęſtiua iam purę con
ſcientię ſerenitate laxant̃. Ideo nõ euadũt
quorum fuga hyeme fit: qꝛ nõ ſequunt̃ do-
mini paſſionem. Non tollunt crucẽ ſuam: ⁊
xp̃m ſequũt̃. Imber impedit flores: at nũc
flores videntur i terra. Boni flores apoſto-
li: qui diuerſorum ſcriptorum atq̃ operum
ſuorum fuderũt odorem. Tempus ſecandi Ibidem.
aduenit: quo matura in horreis frumẽta cõ
dunt̃: ⁊ qui metit: mercedem accipit. Vox Ut ſ.
turturis audita eſt. quia inuenit ſibi nidũ.
Eccleſia enim domus eſt caſtitatis. Ficus:
quę propter infęcunditatem iubebatur ex-
cidi: fruct⁹ iã ferre cœpit: Vinea tranſlata
ex ęgypto: iã ñ macerijs deſtructa depoſitꝭ:
icurſat̃ a beſtijs: ne iformis fẽtib⁹: ſ odora
iã florib⁹ q̃ ſolebat facẽ ſpinas: fructu curue
ſcit vuarum. Merito igitur ſanctus dauid
paſca domini celebrans: ⁊ feruenti ſpiritu
tempora ingreſſus ęſtiua: qui in verbo dei
fructus varios colligebat: hyemis aduerſa
declinans ait: Et ne auferas ex ore meo ver
bum veritatꝭ vſquequaq̃: qꝛ in iudicijs tu-
is ſperaui. Quantus labor ẽ vt verbũ per-
cipias? Quantũ iterum periculum ſi amit-
tas? Et ideo tibi dicit̃: Noli negligere gra- 1. Timoth. 4.
tiã quę in te eſt. Excole diligenter quaſi bo
nus agricola campum tuum: vt paſcantur



agni tui: ⁊ ſata tua floreãt. Nõ auferatur ex
ore tuo verbũ: ne forte verbis facta nõ con-
gruant: ⁊ deforment iniq̃tatis opa magiſte-
rium diſciplinę. Tollit̃ ex ore verbum: cum
dicit̃ peccatori: q̃re tu enarras iuſticias me-
as? Et ipſa obmuteſcit facundia: ſi ęgra ſit
ꝯſcientia. Veniũt aues cęli: etiã ipſę tollũt
verbũ ex ore tuo. Sunt ⁊ tpa temptationũ
q̃ tollũt vbi ſemẽ e ſaxo ne radicẽ hñtes fru
ctũ afferãt. Nũc ꝯſiderem⁹: vtrũ etiã ex cor-
de poſſit auferri verbũ veritatis. Radicatũ
eñ verbũ atq̃ depꝛeſſum: ⁊ infixum mentib⁹
nr̃is: difficile auferri põt. Deniq̃ dictum eſt
a dño: quare tu enarras iuſticias meaſ? Nõ
dixit: q̃re cogitas iuſticias meas: ⁊ aſſumis
teſtamẽtũ meũ ꝑ os tuũ: nõ dixit ꝑ cor tuũ.
Sermo cohibet̃ indigni animi: nõ obſtruit̃
pęnitentia: Inſolentiã ꝓhibet: nõ excludit
correctionẽ. Cauendũ tñ eſt: ne ⁊ ip̃a interi⁹
corda turbent̃: ⁊ offũdat tenebras malicia:
vt cor vanis cogitationib⁹ obcęcatũ: lucem
veritatis amittat: fulgoremq̃ verbi capere
nõ poſſit. Si igit̃ dauid orat: ne auferat̃ ex
ore ſuo verbũ: ⁊ ſi auferat̃ nõ vſq̃quaq̃: id
eſt nõ penit⁹ auferat̃: q̃s tant⁹ eſt qui in po-
teſtate ſua gr̃am diſputatiõis eſſe cõmemo
ret: pręſertim ſi vita redarguat qđ doctrina
ꝑſumat: ⁊ iudicio dei damnanda cõmittat.
Is eñ qui in iudicijſ dei ſperat: ſeruare põt
verbũ veritatis: quia dum veretur pęnam:
cuſtodit gratiam. Ideoq̃ ait:

Ver. IIII. **Et cuſtodibo legem tuã ſemper:**
Al. cuſtodiam **in ęternum ⁊ in ſęculum ſeculi.** Duo
Al. in ſeculum dixit: cũ vnũ ſatis eſſe poſſet ſi vnũ ſignifi
care voluiſſet. Sed qꝛ nõ ſolum in p̃nti vitę
hui⁹ tpe: ſ etiã i futuro poſt hui⁹ vitę curri-
culum cuſtodienda lex ꝓmittit̃: iõ arbitror:
et qꝛ ſm eos qui exemplari ⁊ vmbrę ſeruiũt
cęleſtium: ⁊ ſm eos qui in cęleſtibus ſiti: ſm
veram legem cultus deo deferunt: pollicet̃
ſibi eſſe viuendũ: vt ⁊ h̃ ⁊ ibi legẽ cuſtodiat.
Hic in exemplari: in ſpeculo: in ęnigmate:
illic in ipſa facie veritatis. Poſſum⁹ ⁊ illud
intelligere: quia διάπαντος nõ ſolũ id ſi-
gnificat qđ dicit̃ ſemꝑ: ſed etiã id qđ ꝑ oĩa:
quia ille ꝑ omnia legẽ cuſtodiat: qui cum ſit
eruditus in lege: ſub lege natus: ⁊ ſupra le-
gem deuotionis ſuę gradum promouens:
liberat̃ a lege. Chriſt⁹ eñ nos redemit a ma
ledicto legꝭ: ⁊ iõ nõ ſine lege dei: ſ in lege fa
ctus eſt chriſti. Aut certe ſic ꝑ omnia legem
cuſtodiemus: ſi legitimã pueritię atq̃ ado-
leſcentię diſciplinã: iuuẽtutis ꝯuerſationẽ:
ſenectutis maturitatẽ: tramitemq̃ ſingulis
ꝑſcriptum ętatibus: nequaq̃ vitę nr̃ę vſus
excedat. Similit̃ etiã aię nr̃ę quędam eſſe
vident̃ ętates: ꝑ quas percurrit ⁊ tranſit: vt
poſſit dicere: Curſum cõſummaui. Deniq̃
animę ętas eſt illa: de qua dicit̃: Et ętas ſe- Sap. 4.
nectutis: vita imaculata. Per omnia ġ legẽ
cuſtodit: qui ⁊ in his corpis noſtri ętatibus:
et in illis animę noſtrę ꝓceſſibus nõ deuia-
rit a lege. Quintus verſus eſt.

**Et ingrediebar ĩ latitudine: quia** Verſ⁹. V.
**teſtimonia tua exquiſiui.** Qui ſm Al. ambulabã.
mandata anguſtam ⁊ artam gradit̃ viã: am Al. mandata
bulat in latitudine. Vñ legimus: In tribu- Pſ. 4.
latione dilataſti mihi. Et alibi: In tribula- Pſ. 117.
tione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in lati-
tudine. Sapiẽs eñ in cordis ſuis ambulat
innocentia: ⁊ de eius fonte ſupfluunt aquę
ſup eius plateas: qui mentẽ ſuam nõ intra
corpalia ⁊ terrena ꝯcludit: ſed dirigit ad cę-
leſtia: vt cõuerſatio eius in cęlo ſit. Audi in
illas anguſtias ſentientẽ: Preſſurã inquit 2. Cor. 4.
patimur: ſed nõ anguſtiamur. Et quõ coan
guſtari poterat: cuius os ſemꝑ patebat: ne
credentes coartarent̃? Ipſe exponat q̃d ſit
ingredi in latitudine. Dicit eñ: quia ⁊ ſi cor
pus anguſtũ eſt: cor noſtrũ dilatatũ eſt. Nõ
anguſtiamini in nobiſ: coartamini aũt in vi
ſceribus veſtris. Coanguſtari in paulo non
poterant: in quo erat altitudo ſapientię: et
fidei latitudo. Quõ enim poterant coartari
in eo: qui erat vas electionis ęternę? Sẽ co-
artabant̃ in ſemetipſis: quia improb⁹ in ſe
ipſo coartat̃: malicię ſuę laqueis ſtrangula-
tus. Conſtitue mihi auarum villanũ quoti-
die terminos ꝓferentem: excludentem vici-
nos: vtrum is tibi dilatari: an coanguſtari
videt̃: quẽ terra ipſa nõ capit? Quantacũq̃
ſpacia domus ſuę porrexerit: claudit̃ angu-
ſtis opinionis ſuę finibus: cui qđ habet nõ
eſt ſatis: Sed nõ talis eſt qui poteſt dicere:
Et ingrediebar in latitudine. Addidit etiã
cauſã: quia teſtimonia tua inq̃t exquiſiui.

**Et loquebar in teſtimonijs tuis** Ver. VI.
**in ꝯſpectu regũ: ⁊ non ꝯfundebar.**
Grate cõuenit iſta vox martyri: qui vocat̃
ad ſacrilegiũ: exprobrantib⁹ ſibi regib⁹ cruci
fixũ ieſum nõ erubeſcebat: ſ magꝭ gl'iabat̃
in cruce chriſti: ⁊ illam mũdi ſalutem eſſe te-
ſtimonijs cęleſtibus aſtruebat. Hos vocat
chriſt⁹ in ſponſa; dicens in canticꝭ canticoꝝ:

Cant. 2. c. Et ueni o columba mea in tegimento petræ: iuxta præmunitionem. Hoc eſt: veni iuxta euangeliũ: ꝓpugnacula fidei tuę geſta ſunt chriſti: muri tui ſubſidia verba ſunt dñi: paſſio dominici corporis: tua virtus eſt.
Cant. 2. d. Oſtende mihi faciem tuã: & inſinua uocẽ tuam: quia uox tua ſuauis eſt: & facies tua
Ro. 10. pulchra. Suauis ẽ vox: q2 ore ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ: ⁊ decora facies q̃ nõ erubeſcit auctorez: nõ ꝯfũdiť redẽptore. Oñdit ĝ faciẽ ſuã: ſignaculũ crucis pferens: ⁊ inſinuat vocem ſuam auctoritate pdicationis aſſumẽs. In tegimento em̃ corporis chriſti: quo redempta eſt a peccato: munimẽtũ gr̃e ſpiritalis inuenit: vt ſalutaria ſibi ⁊ ſentiat et loq̃r. Suauis ĝ vox que in diuinis teſtimonijs loquebať: decora facies que in ꝯſpectu regum nõ ꝯfundebať. Poſſumus ⁊ illos reges intelli-
1. Petri. 2. gere: quib⁹ diciť a petro: Uos aũt gen⁹ electum: regale ſacerdotiũ: gens ſancta: ꝑplus in adoptionem. Sunt em̃ reges q̃ offerunt in hieruſalem ſapiẽtię ſuę munera: quibus data eſt gr̃a verbum loqui: ⁊ quadam poteſtate regali flectere populos: ⁊ animas multorum ſanctoꝝ: nõ erubeſcentes in eo: q2 nihil alienum ab honeſtate loquunť: Quos nemo redarguat et repellat: q̃ſi nõ ſint digni: q̃s idoneos chriſt⁹ miſtros noui fecerit teſtamenti: et iaz in illo nõ erubeſcẽtes: eo ꝙ nõ metuerent ne ꝯfunderenť diſceptãtium cõtra aſſertionẽ ſuperati. Rex igiť eſt qui non erubeſcit: ne in actu reꝑhendať: redarguať in ſermonibus: eo q̃d ⁊ vita debeat eſſe fundatus ⁊ verbo. Itaq3 q̃uis pfectus ita eſſet ꝓpheta vt nõ erubeſceret in ꝯſpectu regũ: tamen meditabať in pręceptꝭ dei omni vitę ſuę tempore: et opa ſua eleuatus: nihil agẽs q̃d ſ̃renis cupiditatib⁹ adhereret. Ideo ait:

Ver. VII. **Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi nimis.**
Ver. VIII. **Et leuaui manus meas ad mãdata tua que dilexi nimis: et exercebar in iuſtificationib⁹ tuis.** Pulcherrim⁹ ordo iſte: vt p̃mo meditemur: ⁊ eorum p̃ceptorũ que diligimus ſit nobis aſſueta meditatio. Meditatione em̃ mandatorũ celeſtium operis boni vſus inoleſcit. Nam ſicut meditationi verborũ finis memoria eſt: vt quę meditamur verba teneamus: ſic meditationis p̃ceptoꝝ celeſtium intentio vł finis: operatio eſt actuſq3 directus ad implenda p̃cepta diuina: q̃ niſi quis diligat: implere nõ poterit: nec ſolum diligat: ſed etiam nimis diligat. Ideo pus poſuit: Et meditabar in p̃ceptis tuis q̃ dilexi nimis: ⁊ ſubiecit. Et leuaui manus meas ad p̃cepta tua que dilexi nimis. Poſt meditationem etem̃ bonum eſt leuare actus noſtros ad p̃cepta dei: atq3 id facere cũ charitate ⁊ gaudio: vt nõ ex neceſſitate ſit bonũ noſtrum: nõ cum merore atq3 meſticia: ſ3 voluntariũ: quia ſeruus inuitus facit: amicus voluntari⁹. Nos aũt ſtudeam⁹ vt dicať no-
bis: Iaz nõ dicã vos ſeruos ſed amicos: q2 Job. 15.
quaſi amici mandatũ dei ex voluntate feciſtis. Qui aũt meditať et diligit: ⁊ act⁹ ſuos leuat vt faciat que placeãt deo: is debet nõ negligere: nec tranſcurrere mandata diuina: ſed exercere i his: immorari plurimũ iuſtificationes dei crebro reuoluens ſollicite mentis affectu.

Explicit ſermo ſextus.
Incipit ſermo ſeptimus.

l **Ittera ſcdm hebreos Saen**: ſignificat latine duc te: alibi ſignificat huc. Quid ſibi velit iſta interꝑtatio nõ ſatꝭ liquet: niſi forte vt vnuſquiſq3 ſe regat: et ipſe ſui ductor ſit. Uel huc: id eſt q̃ lr̃e hui⁹ ꝟſiculi vocãt: dirigat iter. Meritoq3 i p̃mo ſtatim verſu requiem ſuam poſtulat: q2 ipſę litterę ſeptim⁹ numerus ẽ quietꝭ. Que aũt maior requies: q̃ vt i verbo dei requieſcat: atq3 eius ſe gr̃a ⁊ ꝯſolatione demulceat? Saen.

Verſus I Al'. Memor eſto
m **Emento inquit domine verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpez dediſti.** Uerbũ dei deiectos nos atq3 deꝑſſos ad celeſtẽ gr̃az ꝓuocauit: vt deſiderem⁹ eternitatẽ: deſpiciam⁹ p̃ntia tp̃aliũ incurſionũ: ſi futura ⁊ inuiſibilia requiramuſ. Uocat igiť nos ad ſe dei verbũ: ſicut habet
ſcriptũ: Uenite ad me oẽs qui laboratis et Matth. 11.
onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. Ideoq3 ſequamur vocantẽ dñm ieſu3: vt a ſecularib⁹ ad ꝑpetua trãſeam⁹: noſq3 ipſos regere valeam⁹. Ergo dauid vocatus erat v̈bo dei ⁊ ſpe3 in eo habuit: qm̃ ſepe reſpõſis erat inuitatus celeſtibuſ: q̃b⁹ remunerationẽ fidei meritorũq3 ſperaret fore: ſicut habes ſcp̃tũ: dicẽte deo p nathan ꝓpheta3: Accepi te d ouili ex vno grege: vt ſis in p̃ncipẽ in ꝑplm meũ iſrael: ⁊ erã tecũ i oib⁹ q̃b⁹ ingrediebarꝭ ⁊ exterminaui oẽs inimicos tuos a facie tua. Et



infra: Et requiẽ tibi dabo ab omnib⁹ inimicis tuis. Quo reſponſo accepto ait dauid:
1. Reg. 7. Quis ſum ego dñe deus meuſ: ⁊ que dom⁹ mea: qm̃ dilexiſti me in his: ⁊ mẽorata ſunt minima in ꝯſpectu tuo dñe: ⁊ locutus es ꝑ domo ſerui tui i lõginquo. Et infra ait: Et nunc dñe de⁹ me⁹: dñe tu es de⁹ ⁊ verba tua ſunt vera: ⁊ locut⁹ es ꝑ ſeruo tuo bona hec: ⁊ nunc incipe benedicere domũ ſerui tui: vt ſim in eternũ in ꝯſpectu tuo: qm̃ tu domine de⁹ meus locut⁹ es: ⁊ b̃ndictione tua benediceť domus ſerui tui in eternum. Hoc igiť reſponſo ⁊ alijs vocitat⁹ dauid ſperare non deſinit: ⁊ ꝓphetice fidei auctoritate ꝯuenit dñm: vt meminerit ꝓmiſſoꝝ ſuoꝝ: quorum imemor eſſe nõ ſoleat. Sanctis em̃ q̃cũq3 ſpoponderit implere ꝯſueuit: noſtraꝝ imemor iniquitatũ: ſuaꝝ nõ immemor ſponſio-
Eſa. 43. num. Deniq3 ſcriptũ eſt: Ego ſum: ego ſu3: qui deleo iniq̃tates tuas et memor nõ ero: tu aũt memor eſto: ⁊ iudicemur. Uult obliuiſci quecũq3 minitatus fuerit peccatorib⁹ ſi vias aliq̃n conuertant. Uult etiam cõueniri: vt ſi quis ꝓpoſita ſecut⁹ v̈tutib⁹ p̃mia bene certauerit: fructu3 remunerationis expectet: q̃n etia3 exigat: ſicut habes ſcriptũ:
1. Timoth. 4. Certamen bonũ certaui: curſu3 ꝯſummaui: repoſita eſt mihi corona iuſticię. Nõ eſt em̃ arrogans vſurpatio: ſed fidelis: quia veru3 deum nõ poſſe fallere ꝯfiteť. Ideoq3 admonet ⁊ dauid dicẽſ: vt meminerit dñs v̈bi ſui: q̃ nos ad ſperandũ ꝓuocat vt ſ̃renis renũciemus: inheream⁹ celeſtib⁹. Dicit ĝ dauid: Certamen certatus ſum: brauiu3 peto verbi tui q̃d ꝓmiſiſti mihi: memor eſto ꝓmiſſorũ tuoꝝ que ſpopondiſti ſeruo tuo. Nõ vſurpatorie ſperaui: que vt ſperare3 ipſe feciſti. Seru⁹ ſum: expecto alimentũ a dño: miles ſum: exigo ab imꝑatore ſtipendiu3: vocat⁹ ſum: poſtulo ab inuitante ꝓmiſſum. Uerecunde aũt auctoritatem ſue fidei tempauit dicendo ſe ſeruũ: quia oculi ſeruoꝝ in manibus dñoꝝ ſuorum. Hec ex pſona dauid ꝓpria bene ꝓmpta ſunt. Ceterũ ſi quis inſormationẽ cuiuſq3 hominis cõſiderat: poteſt leuitꝭ cõmunia ꝓmiſſa librare: ſicut habes: Date leui viros eius: date leui manifeſtos eius. Poteſt etiã populi credentꝭ electis alloquiũ iſtud optari: poteſtꝫ ſurrecturę eccleſię ꝯuenienter aptari: cui per typum ioſeph p̃mo in typo ei⁹ nominis: deinde p tribuũ in p̃mę electionis heredes tranſfuſa eſt diuina ꝓmiſſio: dicente moyſe: Primogenit⁹ Deut. 33.
tauri: decus eius cornua eius: in ipſis gentes ventilabit ſimul vſq3 ad ſũmitate3 tr̃e. Unicum em̃ verbũ dei h ꝓpheťe oraculo toto pergẽtes orbe fundendũ. Hoc ĝ ſurrecturę ecclię ꝓmiſſum dauid verecũdus ſui: impatiens vero cõmunis ꝓfectus moranťꝭ exigere videť. Et addidit:

**Hec me conſolata eſt in humilitate mea: quoniam verbum tuum viuificauit me.** Hec ſpeſ: hec que v̈bo tuo obuenit mihi cõſolata eſt me: vt tolerarem acerba p̃ſentiũ. Dũ facit paulus ꝯtra nomẽ nõ habet ſpei ꝯſolationẽ: dum patiť ꝑ noie haurit ſpem de ꝯſolatione ⁊ fidelis futuros quõ nos conſoleť accipe. Quis nos ſepara- Verſ⁹. II. Al'. q2 eloquium
bit inquit a dilectione chriſti: tribulatio: an Ro. 8.
anguſtia: an pſecutio: an fames: an piculũ: an gladius? ſicut ſcriptũ eſt: Quia ꝓpter te Pſ. 43.
morti tradimur tota die: eſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et qua rõne illa patienter tolerari poſſint: addidit: Sed in his oibus ſuperamus ꝓpter eum q̃ eos dilexit. Ergo ſi quis vult aduerſa ſuꝑare: ſi eſt pſecutio: ſi eſt periculũ: ſi mors: ſi egritudo grauis: ſi incurſus latronu3: ſi facultatũ ꝓſcriptio: ſi q̃cq̃d eoꝝ que putanť i iſto aduerſa ſeculo: facile ſuperantur: ſi ſit ſpes que ꝯſoleť. Nam ⁊ ſi illa acciderint: tñ grauia eſſe nõ poſſunt dicenti: Exiſtimo enim ꝙ indigne ſint paſ- Ro. 8.
ſiones hui⁹ tẽporis ad futurã gloriã. Quiſquis em̃ meliora ſperat: nũq̃ leuiorib⁹ frangiť. In tempore igiť humilitatꝭ noſtrę ſpes ꝯſolatoria eſt: que nõ ꝯfundit: tempus autẽ temptationũ: temp⁹ humilitatꝭ aie nr̃e arbitror. Humiliať em̃ anima nr̃a: dum tradiť temptatori duris examinãda laboribus vt lucteť ⁊ exerceť: cõgreſſum ꝯtrarie experiẽs poteſtatis: ſed in his temptationib⁹ viuificať alloquio dei. Hec eſt em̃ animę nr̃e vitalis ſubſtãtia: qua alitur ⁊ paſciť: gubernať. Nec quicq3 eſt aliud quod viuere faciat rationabilem animam q̃ alloquiũ dei. Sicut eni3 augetur ſermo dei in anima noſtra dũ ſuſcipitur: dum intelligitur: dum compꝛhendiť: ita etiã vita ei⁹ augeť. Et queãdmodũ ecõtrario alloquiũ dei deficit in aïa noſtra: ita ⁊ incurrit eius vita defectũ. Itaq3 vt cõnexio iſta animę ⁊ corporis noſtri ſpũ vitali animať atq3 alitur ⁊ teneť: ita v̈bo dei ⁊ ſpiritali gr̃a: anima noſtra viuificať. Uñ omni genere ſtudere debem⁹: vt reliqua oia poſt

habētes: cōgregemꝰ nobis alloquia dei: et
cōgeramꝰ in ꝑncipale nr̄m: in ſenſus i ſollici
tudines: ꝯſiderationes actuſqꝫ nr̄os: vt al
loquijs ſcripturaꝝ facta noſtra cōueniant:
nec a ſerie p̄ceptorū cęleſtium actus noſter
diſcordare videatur: quo poſſimus et nos
dicere: Quoniam eloquium tuum viuifica
uit nos. Tertius verſus eſt.

Verſus. III **Superbi inique agebant nimis:**
Al. vſqꝫ quaqꝫ **a lege aūt tua nō declinaui.** Maxi
mum peccatū in homine ſupbia eſt: q̄ſiqui
dem inde manauit noſtri origo delicti. Hoc
telo nos primū diabolus vulnerauit: ⁊ per
cuſſit. Nā niſi homo ſerpentis ꝑſuaſione de
ceptus: ſicut deus eſſe voluiſſet: ⁊ verū fal
ſumqꝫ cognoſcere: qd̄ penitꝰ diſcernere hu
mana fragilitate non poterat: ideoqꝫ q̄d ſe
querę̄ accepat: ne temeraria vſurpatiōe de
illa paradiſi fęlicitate decideret: niſi in quā
hō ſuis nō ꝯtentꝰ finibꝰ interdicta temeraſſet:
nunq̄ꝫ feralis culpę ad nos tranſiſſet hęredi
tas. Quid de homine dicam? Ipſe diabolꝰ
ꝑ ſuperbiā naturę ſuę amiſit gr̄am. Deniqꝫ
Eſa. 14. dum dicit: Ponā thronū meū ſup nubeſ: et
ero ſilis altiſſimo: ꝯſortijs excidit angelorū:
cuius criminis digna mercede damnatꝰ: ho
minem ſibi participē requiſiuit: in quē con
ſortiū ſuę tranſfunderet offenſę. Quid igit
hoc peccato pōt eē deteriꝰ qd̄ a dei cępit in
Jacobi. 4. iuria? Ideoqꝫ ſcriptura dicit: Dn̄s ſuperbis
reſiſtit: Tanq̄ꝫ ſuę ꝯtumelię ꝓpulſator: velu
ti q̇ddam ſuſcepit adūſus ſupbiam ſpeciale
certamen. Tanq̄ꝫ dicat: meus iſte aduerſa
rius eſt: qui me laceſſit: mihi debeę̄ iſta con
greſſio. Vn̄ ⁊ apoſtolus: multiplicis culpę
materiem eſſe ſupbiam declarauit: dicēs de
1. Timoth. 6. hęretico: Quia ei quę ſm̄ pietatē eſt doctri
nę ſuperbit: nihil ſciens: ſ; langueſcēs circa
queſtiones ⁊ pugnas verboꝝ: ex quibꝰ ori
unę̄ inuidię: ꝯtentiones: ſacrilegia: ſuſpitio
nes male: ꝯflictationes hominū mēte corru
ptoꝝ: ⁊ a veritate alienorum: exiſtimantiū
queſtum eſſe pietatē. Quātoꝝ itaqꝫ exp̄ſſit
cauſam eſſe delictoruꝫ ſupbiam? Vn̄ dauid
cōmendare volens deuotionē ſuā: nōnulla
ſupborū iniquitate attemptatā: ait: Supbi
inique agebant nimis. Nō ſolum iniquita
tem agentium: ſ; etiam nimiam iniq̄tatem
pariter declarauit: quę conueniret ſupbis.
Quoꝝ ne aliquo temptarę̄ contagio: audi
Pſ. 100. alibi dicentē. Supbo oculo ⁊ inſatiabili cor
de: cum hoc nō edebam. Itaqꝫ q̄m quanta
vis mali in ſupbis eēt exp̄ſſerat: quēadmo
dū vincerę̄: debuit nos docere. Meritoqꝫ
quaſi bonus doctor demonſtrat remediuꝫ:
qui exaggerauit venenum. Audi ergo quō
excludas virus ſupbię. A lege inquit tua nō
declinaui. Lex igię̄ dei ſola poteſt ſuperbię
virus hebetare: quę informauit virū deuo
tioni deditū: quali ſe regere debeat cautio
ne. Multi em̄ nō ſolum alieni a fide: ſ; etiaꝫ
qui videnę̄ nō mediocria ſcripturaꝝ p̄cepta
guſtaſſe: temptari ſolent ꝓſperis ſuporuꝫ
ꝓceſſibus: videntes eos qui p̄uaricanę̄ le
gem: impietatis arbitros arrogantes: con
temptores fideliuꝫ: extollentes ſe aduerſus
eos qui humiliant cor ſuū: ſm̄ timorem dei:
⁊ p̄cepta cęleſtia: abundare in hoc ſęculo di
uitijs: p̄conijſ: honoribus: poteſtatibꝰ: eiſqꝫ
quo grauiora commiſerint: eo affluētioribꝰ
ſucceſſibꝰ cōmodoꝝ ſęcularium ſecūdare. Cō
tra aūt iuſtos viros plęrūqꝫ laborare iopia
amiſſionibꝰ filiorū: ſterilitatibus cōiugum:
quo exagitati atqꝫ turbati: ſenſum mentis
inclināt: vt putent dei in hoc quodā errare
iudicium: nō tenentes caput veritatis: quo
euidētiſſime compꝛehendię̄: nō in hoc ſęculo:
ſed in futuro repoſitam noſtroꝝ remunera
tionem eſſe meritorū. S; paucorū eſt iſtud
aduertere. Deniqꝫ in ꝑncipijs etiam dauid
ipſe temptatꝰ eſt: ſicut habes ſcriptū: Ecce Pſ. 72.
ipſi peccatores ⁊ abūdantes in ſęculo: obti
nuerunt diuitias ⁊ dixi: Nū quid ſine cauſa
iuſtificaui cor meum: et laui inter innocētes
manꝰ meaſ: ⁊ fui flagellatꝰ tota die? Ita igię̄
⁊ noſtrum vnuſquiſqꝫ qui ꝑfecti nō ſumus:
hęc videns dicit: Vbi eſt ꝓuidētia dei: vbi
iuſticia? Supbꝰ iſte abundat: arrogans iſte
locupletaę̄: impius iſte beatus ⁊ potēs eſt.
Juſtus aūt ille vides quēadmodum iacet?
deiectus atqꝫ deſpectꝰ eſt: quēadmodū ip̄o
victu idiget: afficię̄ ꝯtumelijſ ab iſto impio:
ab iſto inſolente cōculcaę̄: excludię̄? Nō me
diocris vtiqꝫ ita temptatio ē: niſi ad ea quę
ſunt ventura ꝓſpicias: niſi p̄ceptis plenius
cęleſtibꝰ inſtruarl. Deniqꝫ ⁊ dauid putabat
ſe ante hęc cognoſcere ſed neſciebat: et ideo
anxius fluctuāti animo laborabat. Vn̄ ait:
Et eſtimabaꝫ me ſcire: hoc labor eſt an̄ me:
donec ingrediar in ſanctuariū dei: ⁊ intelli
gam in nouiſſimis. In quibꝰ ꝑ id qd̄ ſe extu
lerūt ſupbi: vidit ꝓphetico ſpū: deiectiores
fore ⁊ ait: Quomodo facti in deſolationeꝫ:
ſubito defecerunt ⁊ exterminati ſunt ꝓpter



iniquitatem ſuā: ſicut ſomnium exurgentl.
Cognouit igię̄ impioꝝ ſucceſſus in hoc ſę
culo ſomnij eē ſimiles nō veritatis: quoruꝫ
emolumenta tamdiu videnę̄ eē dū dormi
unt. Vbi edormierit ſomnū ſuuꝫ: qui vide
bātur ſibi potare iam ſitiunt: qui epulabāę̄
eſuriunt: nihil ſolidum ex iſto ſomnio per
fectūqꝫ referentes. Et bene ſomniū dormi
unt ſęculares viri: q̄ licet ſęculo vigilēt: deo
dormiunt. De quibus bene ſanctus iob q̄
Job. 21. eorū antea fluentiā mirabaę̄ ait: Quia ſic
paleę iactanę̄ a vento: ⁊ ſicut puluis turbi
ne diſſipanę̄: moriunę̄ aūt cuꝫ amaritudine
animę ſuę: nihil manducātes: nihil qꝫ boni
habentes. Juſtus aūt habēs bonę fiduciā
conſcientię: in ſuis magis nouiſſimis gra
tulatur: ⁊ ſe vitę huiꝰ exitu a laboribꝰ intel
ligit liberari: mercedemqꝫ boni operis ⁊ fa
2. Timoth. 4 ctorū requirit dicens: Repoſita eſt mihi co
rona iuſticię: quā reddet mihi dominꝰ i illa
die iuſtus iudex. Non ſolū aūt mihi: ſ; etiā
his qui diligunt aduentū eius. Sed hoc il
le ait: qui poterat dicere: A lege aūt tua nō
declinaui. In quo nō ſolum boni ꝑis elu
cet gr̄a: ſ; etiā intimę puritas ꝯſcientię. Lex
eni nō ſolum agendi munus informat: veꝝ
etiā ſecretę emundat mentis affectū. Non
eni ſolum in operibꝰ: ſ; etiā in ipſis occultis
ſm̄ legem domino militamꝰ: q2 lex dič: Nō
fiat verbū in iuſticia occultā i corde tuo: vt
nō ſolū nihil i opere factiſqꝫ delinquas: cuꝫ
ſuperbos videris gloriari: nec ſermōe laba
ris: ſed ne in corde quidē intimo dū de dei
iudicio diſceptas: cōtrahas iniquitatis of
fenſam: quę quo putaę̄ occultior: eo frequē
tior eē conſueuit: q2 tuto putat vnuſquiſqꝫ
ꝙ huius diſceptatione velut ſeptꝰ viſceribꝰ
ſuis: conſcię ſuę credat: cū ip̄e ſui accuſator
die iudicij ſit futurꝰ: q2 reuelanę̄ cordis ab
ſcondita teſtimoniū perhibente cōſcientia
accuſationibꝰ noſtris. Cuiuſmodi igię̄ ſit ꝓ
poſitū viri ſancti: hoc euidentius loco expo
ponię̄. Primū eni memor eē debet ꝓmiſſo
rum cęleſtiū: ſcd̄m q̄ viuentibꝰ merces ſta
tuta debetur. Deinde aliud ꝓpoſitum viri
ſancti ē: vt etiā ſi in periculis ⁊ aduerſis po
ſitus ſit: ſpe tn̄ quā hauſit ex ſerie ſcriptura
rum ſe debeat conſolari. Tertiū propoſitū:
vt ⁊ ſi impios ⁊ ſacrilegos videat: ⁊ ſupbos
inique agentes abundare diuitijs in hoc ſę
culo: non quaſi incredulus declinet a lege:
ſ; in eiꝰ ſemitis ꝑſeueret: ⁊ fugiat ſuporum
contagia. Cōtaminat eni omnis imūdus.
Immūdus aūt ſuperbus: de quo ſcriptū ē.
Immūdus āte deū omnis tumidi cordis.
Quartū propoſitū viri: vt memor ſit iudi
ciorū cęleſtiū: ſicut dauid aſſerit: q̄ dicebat.
**Memor fui iudiciorū tuorū quę** Ver. IIII.
**a ſęculo ſunt: ⁊ me cōſolatus ſum.** Al. a ſcl'o dn̄e
Niſi eni vnuſquiſqꝫ legis inſtructꝰ ⁊ for Al' non habet
matus exemplis: credat ſemꝑ vera eſſe dei
iudicia: cito declinat a lege. Qui aūt p̄teri
ta repetit ⁊ ſemper colligit ſeriē vetuſtatis:
cognoſcit ꝙ neqꝫ peccator pęnā ſuę impro
bitatis euadat: neqꝫ iuſtus ęquitatis ſuę p̄
mijs defraudeę̄. Retexit eniꝫ animo: ꝙ ab
initio adam propter mandati cęleſtis p̄ua
ricationē: de paradiſi erectus ſit incolatu: ⁊
cain paricidalis ſcelerl p̄ciū: diuinę ſentētię
auctoritate damnatꝰ exoluerit: ꝙ enoch ꝓ
pter deuotionē raptus ad cęlū terrenę mali
cię virus euaſerit: ꝙ noe propter iuſticiam
diluuij victor: generis factus ſupſtes hūani
ſit: ꝙ abraam propter fidem ſeminariū po
ſteritatis ſuę toto orbe diffuderit: ꝙ iſrl' ꝓ
pter laboꝝ tolerātiā: populū credentiū ꝓ
prij nois ſignaculo conſecrauerit: ꝙ ip̄e da
uid ꝓpter manſuetudinē: regali honore do
natus ſenioribus fratribuſ antelatus ſit: ꝙ
helias propter zelū dei curru eleuatꝰ i aerē:
cęleſtis ſedis hoſpitium noui generis acq̇
ſierit incolatu. Hęc qui nouit retexere: ha
bet vnde gratiā ſuę cōſolationis acquirat.
Econtra qui non nouit non habet vnde cō
ſoleę̄. Quapropę̄ cuſtodiamus iudicia dei:
q2 iudicia dei vera iuſtificata in ſemetipſa:
deſiderabilia ſup auꝝ ⁊ lapidē p̄cioſum: et
dulciora ſup mel ⁊ fauū: etenī ſeruus tuꝰ cu
ſtodit ea. Cuſtodienti igię̄ dulcia ſunt diui
na iudicia: negligenti aūt ea amara eē non
dubiū eſt: q2 nō aduertit i opprobrij turpitu
dine peccatorū propoſitū ſibi diuinę euētū
eſſe ſententię. Qui aūt bene ſibi conſcius ē
nō turbaę̄ vtiqꝫ dicens: Heredes ſumꝰ dei: Ro. 8.
coheredes aūt chriſti: ſi tamen cōpatiamur
vt ⁊ ſimul glorificemur. Sed quis noſtrum
huiuſmodi vt ſe diuinoꝝ iudicioꝝ ſerie cō
ſoleę̄? Terribilia ſunt peccatoribꝰ etiam hu
mana iudicia: quātomagis diuina formidi
ni ſunt? Deniqꝫ vt hoc illa quę ęterna ſunt
colligamus exemplo: videmus in hoc ſęcu
lo innocētes lętos ad iudiciū feſtinare: odiſ
ſe moras: celeritatem affectare iudicij: reos
aūt refugere ⁊ pauere: differre: vitare: iura

re:meſtificari: deniqꝫ cū diē iudicij audierit
conſtitutum. Beatus itaqꝫ ille: qui illud cę
leſte iudicium lętus expectat. Scit enim ſi
bi regnū cęloꝝ angeloꝝ ꝯſortiū: coronā ꝗꝫ
bonorum repoſitam eſſe meritorum. Conſi
deremus nunc qđ ſit aliud propoſitum viri
ſancti: ⁊ ex ſequentibus eſtimemus.

Verſ⁹. V. Al. Defectio **Puſillanimitas inquit detinuit me a peccatoribus derelinquētib⁹ legem tuam.** Non eſt hoc cōmune cuꝫ
multis. Nam plurimoꝝ eſt ↄtriſtari: ſi quā
ab aliquo patiantur iniuriam: ſi leſi: ſi appe
titi: ſi decolorati ſint. Noſtra enim cauſa ē:
nos infirmiores fraudi nobis aliquos dole
mus fuiſſe. At vero qui fortior eſt: nō ꝓpri
am contumeliā dolet: ſed aliena peccata: et
in ſua iniuria lapſū alteri⁹ ingemiſcit: ⁊ cau
ſam ſe fuiſſe deplorat lędentiſ errore. Exem
plū accipe apoſtolicū. Paulus eni in pecca
2. Cor. 2. to flebat alieno: ſicut ipſe ait. Nam ex mul
ta tribulatione ⁊ anguſtia cordis ſcripſi vo
bis ꝑ multas lachrymas. Et cū ipſe triſtare
tur: eoſipſos quos arguebat contriſtari no
lebat. Deniqꝫ addidit. Nō vt ↄtriſtemini: ſꝫ
vt ſciatis quā charitatem habeo in vobis
abundantius. Contriſtari eni volebat vſqꝫ
ad pęnitentiam lapſos: non vſqꝫ ad męſti
ciam profundiorem: tātū vt eorū qui argue
bantur męſticia gaudium fieret arguenti.
Vñ ait: Si enim ego contriſto vos: quis ē
qui me lętificet: niſi qui cōtriſtať ex me? Ar
guit itaqꝫ vt alleuet diuturnitatē męſticię:
quo pęnitentia fieret in ſalutem. Damnat
vt abſoluat: excludit vt recipiat: non igno
ſcit vt liberet. Ideo talis paulus qui bene
peritus in lege cognouerat ꝓceptū dicētis:
Puſillanimitas detinuit me: a peccatori
bus derelinquentibus legē tuam. Dolebat
dauid: nō quia contemnebať: nō quia ipſe
appetebatur: ſꝫ quia lex dei relinquebatur:
⁊ eorum qui hoc faciebant damnum dole
bat ꝙ perirent deo. Sicut bonus pater in
freneſi conſtituti filij cū ab eo maledicatur:
verbereť: afficiatur iniurijs: nō ſuā ſꝫ egro
ti deflet ерūnam ⁊ cōtumeliā dolet: non ꝙ
ſibi ſit irrogata: ſed qꝛ per furorē quid faci
at eger ignorat: ita vir bonus cū videt pec
catorē non revereri: nō honorare etiā canoſ
ſenioris: quo ꝓſente faciat aliquid īdignū:
nō agnoſcere quadam peccandi inſania ꝗꝫ
inhonora ⁊ inhoneſta cōmittat: quaſi mori
turum dolet: quaſi deſperatum a medicis
ingemiſcit: et vt bonus medicus primo mo
net: deinde etiā ſi grauia patiatur: tamē tā
quā ille egrum ⁊ ſi cędatur ſuſtinet: et ſi ma
ledicatur nō relinquit: ⁊ quicqđ poteſt me
dicinę adhibere nō denegat: nec tanqꝫ con
tumacem deſerit: ſed tanqꝫ bene de ſe meri
tum omni ſtudio ſanare contendit: exercēs
nō ſolū artis peritiā: ſed etiā mentis beni
gnitatem. Ita ergo etiā iuſtus et cum con
temnitur a peccatore nō auertiť: ⁊ cum lędi
tur: furoris illud putat eſſe nō improbitatiſ:
magiſqꝫ vulneris eius medicinam afferre
deſiderat ⁊ cōpatitur ⁊ dolet: nō propter ſe
ſed propter illum qui deſperato laborat in
cōmodo: ⁊ dicit hunc vnum ex fratribus ſic
laborare: ſic affici: vt faciat mihi iniuriam:
qui ſi agnoſceret: me honoraret vtiqꝫ: certe
non lęderet. Quid enim? Lęſus ē in eo fa
cto vt habeat lędentis affectum? Ergo cuꝫ
nō ſuppetit cauſa lędendi: non poteſt culpa
eſſe propoſiti. Ergo ſi iuſt⁹ ſum: afficior pro
pter charitatem: propter dilectionem: pro
pter eccleſię damnū: propter corporis detri
mentum. Poſſum etiam illud dolere ꝙ eti
am ſi ego lędentē nō lęſerim: ⁊ nō ſim mihi
conſcius ꝙ eum in me aliquib⁹ iniurijs ex
citauerim: tamē cauſa illi fuerim lapſus ei⁹
ꝙ innocentem me lędendo delinquat: ꝙ fa
ctus ſim ei materia peccati. Hoc ergo do
let dauid: ⁊ ideo dolet: quia cum vnū mem
brum patitur: ⁊ cętera membra ↄpatiūtur.
Ideo forte ⁊ illud poſitū eſt: Iuſtus ī exor Prouer. 18.
dio ſermonis accuſator eſt ſui. Nā ⁊ ſi poſ
ſit iuſtus habere in ſe qđ accuſet ⁊ iuſt⁹ eſſe:
quia nemo ſine peccato ꝓter vnuꝫ deum: ⁊
poſſit etiā peccator hocipſo iuſtus eē: quia
accuſator eſt ſui: ſcđm illud: Dic īiquitates Eſa. 43.
tuas vt iuſtificeris: attamē forſitan etiam
aliquibus non videatur abſurdum: vt etiā
de illo dictum ſit: ꝙ iuſtus ſit qui ſe accuſat
ꝓ alio: etiam ſi in ſe nihil habeat qđ accu
ſet. Quꝫ igitur in his omnibus ſancto dauid
viri iuſti prima conueniant: conſideremus.
Accuſauit ſe nullo accuſante: peccatū con
feſſus eſt propriū: quādo ꝑcuſſus ē in corde
eo ꝙ numerauit plebeꝫ. Qui ⁊ dixit ad do
minū: Peccaui domine ꝙ fecerim hoc ver 1. Paral. 21.
bum: Et nūc dñe aufer iniquitatē ſerui tui
ꝙ deliqui vehemēter. Itaqꝫ ꝗuis ſcriptu
ra habeat ꝙ appoſita eſt ira dei vt iraſcereť



in iſrael: ꝙ regis prolapſū excuſare videre
tur: tamen cū vidiſſet angelū qui ſtragē ple
bis efficiebat: percutientiſ ictui ſeipſum ob
iecit dicens: Ecce ego peccaui: ⁊ ego paſtor
malignū feci: ⁊ hic grex quid fecit? Fiat ma
nus tua in me: ⁊ in domū patris mei. Qua
ſi iuſtus ergo accuſator ſui in ipſo ſermonis
exordio: ⁊ peccatuꝫ ſuum agnouit: ⁊ iniqui
tatem propriā cōfitēdo: iuſtificatus ē in ſe
2. Reg. 12. metipſo. Alibi quoqꝫ de vrię morte coargu
tus a propheta ait: Peccaui dño: cui reſpō
ſuꝫ eſt: propter pęnitentiā ablatū a domio
2. Reg. 16. eius eē peccatum. Item alio loco: cū ſemei
malediceret ei: ⁊ lapidaret eum ſeptū bella
toribus: cum per quos vindicare ſe poſſet
patienter ferebat: ne verbo quidem referēs
contumeliā: Quinetiā cum abiſai dux eiuſ
caput maledicentis vellet auferre: ait rex:
Quid mihi ⁊ tibi eſt fili ſaruię? Quꝫ maledi
cit mihi: domin⁹ dixit ei maledicere dauid.
Primum igiť culpam eius excuſauit: ⁊ cau
ſam ad dñi retulit voluntateꝫ. Secūdo ī ſu
um meritum retorſit: vt non illū erraſſe: ſed
ſe meruiſſe ſignificaret. Tertio maledictōeꝫ
illius ſibi nō ſolum nō nocere: ſed etiā pro
deſſe memorauit: ſicut ſcriptum ē: Et dixit
dauid ad abiſai: ⁊ ad omnes pueros eius:
Ecce filius meus qui exiuit de ſemine meo
quęrit animā meā: quātomagiſ fili⁹ gemini?
Grandē impetum fregit vltoris. Quō eniꝫ
maledictum extranei pro regis iniuria vin
dicaret: cū filij adhuc parricidiū inultū ma
neret? Nō vtiqꝫ extranei maledictuꝫ: et filij
parricidium ęqua eſſet lance penſandū. Et
addidit: Sine illū maledicere: qm̄ dixit illi
dñs: donec videat humilitateꝫ meam ⁊ re
tribuat mihi dominus bona ꝓ maledicto.
Eſt ⁊ aliud iuſti ꝓpoſitum longe oibus per
fectius ⁊ potentius: interuenire pro ꝑſequē
Luc. 23. tibus ⁊ excuſare peccantes. Qđ legimus ī
euāgelio dicente dño ieſu: cū crucifixus eēt
a perfidis: Pater dimitte illis: nō eni ſciunt
quid faciunt. Liquet igitur his magiſterijs
doctrinę cęleſtis ꝙ iuſtus ſe accuſare malit:
ꝗꝫ aliū deformare. Deniqꝫ de ioſeph cui de
ſponſata erat maria mater dñi ſcriptuꝫ eſt:
Matth. 1. ꝙ cum eā grauem vtero vidiſſet: cū eſſet iu
ſtus noluit eam traducere: ⁊ vtiqꝫ nullū ad
huc audierat oraculum. Ita nō ſolū ab vl
tionis atrocitate: ſed etiaꝫ ab accuſationis
ſeueritate iuſti aliena perſona eſt: potiuſqꝫ
ducit ſuam remiſſionem accuſari ꝙ nō iudi
cauerit: ꝗꝫ alienum crimen arguere. Sꝫ di
ces: quō dixit ipe dauid: Lętabiť iuſtus cū Pſ. 57.
viderit vindictam impioꝝ? Mihi videtur
quia lęteť ꝙ ipſe euaſerit: nō quia impij pu
niantur. Quęramus aliud propoſitū ex ſe
quentibus: itaqꝫ dicit:

**Cantabiles mihi erāt iuſtificatio nes tuę: in loco peregrinatiōis meę** Verſ⁹. VI

Merito peregrinatiōibus nō frangebā
tur: ſuperbos declinabat: eorūqꝫ proſperis
ſucceſſibus nō mouebať. Conſolabať ſe in
iudicijs cęleſtibus: angebať in alienis pec
catis: qꝛ cantabiles habebat iuſtificatiōes
dei. Quę eni bene tenemus: cantare cōſue
uimus: ⁊ que melius cantāť: melius noſtriſ
adhęrent ſenſibus. Non enim perfunctorie
tranſeamus quę legim⁹: vt tunc tantū cum
legimus ea in memoriam eorum redire vi
deamur: ſed etiaꝫ cū abeſt codex manibus:
tanqꝫ animantia quę probanť: ⁊ mūda ha
bentur in lege etiam cum nō paſcunť: rumi
nare conſuerunt ex ſemetipſis alimenta ſi
bi recondita ꝓferentes: ita ⁊ nos de noſtrę
memorię theſauro de interioribus noſtris
ruminandum nobis pabulū ſpūale ꝓma
mus. Hymni nobis: canticū nobis: pſalmi
nobis iuſtificationes domini ſint. Pſalla 1. Cor. 14.
mus ſpiritu: pſallamus ⁊ mente: ne cum ob
liti fuerimus: in tempore neceſſitatis dicať
vnicuiqꝫ noſtrū: Abieciſti ſermones meos
poſt te. Ideoqꝫ vt expelleređ ⁊ eliminaretur
obliuio a domo ſancta ſua: cātatores ſibi fe
cit rex verus ſalomon: qui toto ſpiritu inq
rendo cognitionē diuinitatiſ intenderēt: ne
pſallentes deeſſent eccleſię ſuę: quorū can
tu nequā ſpiritus fugareť. Sicut dauid ſan
cti docemur exemplo: quo pſallēte: malus 1. Reg. 16.
ille ſpūs expellebať: qui ſaul regiſ corda ve
xabat. Prophetę quoqꝫ vt ꝓphetarēt: pſal
lendi peritum iubebant pſallere: quo ſuaui
inuitata dulcedine ſpūalis infundereť grā.
Et in euangelio legim⁹: in domo pr̄is illiuſ Luc. 15.
filiū recupantis ꝑcrepuiſſe ſymphoniā: qua
epulantes delectabanť fideles: ꝑfidus autē
impatienter audiebat. Dulcis igitur cātile
na q̄ nō corp⁹ effęminat: ſꝫ mentē animūqꝫ
confirmat. Idqꝫ canticū diciť dñi teſtamen
tū: qꝛ remiſſionē omniū peccatoꝝ dñiqꝫ iu
ſticias in ſcripturis euāgelij ſuaui mētis ex
ultatione cōcinimus. Ipſe quoqꝫ dñs non

Luc.7. dedignatus eſt dicere: Cãtauimus vobis
⁊ non ſaltaſtis. Cantauit nobis in euange-
lio veniam delictorum: debuerũt iudei mẽ-
tem attollere: non hiſtrionico corporis mo-
tu ſed ſancto ſpiritu. Non fecerunt: ideo re-
ꝓbendunt. Sed etiã corporis ſaltatio in ho-
norem dei laudabilis habetur. Deniqꝫ ſal-
2.Reg.6. tauit dauid ante arcam domini: ⁊ vidit mi-
chol filia ſaul eum ſaltantem ⁊ ꝑcutientem
in organis armꝫatis ĩ conſpectu domini: ⁊
ait ad euꝫ poſtea ꝙ̃ ſe domũ recepit: Quid
vtiqꝫ honorificatus ẽ rex iſrael: qꝛ denuda-
tus ẽ hodie in oculis puellarum ſuaꝝ ancil-
larum: ſicut vnus ex ſaltatoribus? Et dixit
dauid ad michol in cõſpectu domini: Bene
dictus dominus qui elegit me ſuꝑ patrem
tuum: ⁊ ſuper omnẽ domũ illius voluit con
ſtituere in principem ſuper plebem iſrael et
iuda in conſpectu domini: ⁊ denudabor ad
huc ſic: ⁊ ero nugas in ꝯſpectu tuo: ⁊ cũ pu-
ellis cum quibus dixiſti me nudatũ gloriſi-
cabor. Et michol inquit filię ſaul nõ erat fi-
lius vſqꝫ in diem mortis eius. Euidẽs itaqꝫ
exemplũ ꝙ ⁊ propheta qui ⁊ percutiebat in
organis: ⁊ ſaltauit ante arcam dñi iuſtifica
tus eſt: ⁊ illa quę reprehendit eum ſterilita-
te damnata eſt. Sed nõ ſatis eſt vt aliquis
cantabiles habeat iuſtificationes dei: niſi
terrenarum exeat ſeruitio ſollicitudinum:
Ideoqꝫ addidit: In loco ꝑegrinatõis meę:
Cõuenit ſibi. Siquidem ⁊ alibi ait: Adue-
Eph.2 na ſum ego in terra hac. Unde ⁊ apoſtolus
nõ vult nos in domo dei fideiqꝫ vocatione
aduenas eſſe ⁊ peregrinos: ſꝫ ciues ſancto-
rum ⁊ domeſticos dei. Qui enim domeſti-
cus dei eſt: exul eſt mundo: qui cõuerſatur
in cęleſtibus peregrinus eſt terris. Peregri
nabantur ĩ hoc mũdo hebręi: id eſt: tres pu-
eri: naturam incendij non ſentientes. Can-
tabiles habeant iuſtificatiões dei: cũ hym-
num deo de creaturaꝝ laudatione cãtarẽt.
Deinde ꝗ cãtat vacuꝰ eſt: ⁊ diuiſaꝝ cogitati-
onũ curas relegat: culpas religat: ſeqſtrat
auariciam: ⁊ non ſolum corporis vocem: ſꝫ
etiam mentis ſuę vanitates emulcet. Non
enim tanꝙ̃ męſtus inopię ſollicitudine: ſed
tanꝙ̃ liber ab omnibus corporaliuꝫ affecti-
Ps.70. bus paſſionũ canebat idẽ propheta: Pſal-
lam tibi in cithara ſanctus iſrael. Gaude-
bunt labia mea cum cantauero tibi: ⁊ ani-
ma mea quã redemiſti. Cantabat hęc lętus
tanꝙ̃ his melioribus epulis paſcereť. Epu-
labatur enim animus pię deuotiõis alimẽ-
to. Non ſolum itaqꝫ hymni ⁊ pſalmi: ſꝫ etiã
legis pręcepta cantabilia ſanctis ſunt. De-
niqꝫ cantauit moyſes: qui legeꝫ accepit: cũ
pretergreſſus pedibus mare ſeruati popu-
li ductor iuſtificationes domini prędicaret.
Supeſt adhuc ꝓpoſituꝫ egregiũ viri iuſti:
qꝛ omni tempore circa dei laudeſ eſſe debet
intẽtus: nõ ſolũ die: ſed etiã nocte: Ideoqꝫ
addidit:

**Memor fui nocte nominis tui domine: ⁊ cuſtodiui legem tuam.** Uer. VII.

Uideamus ſi ⁊ ille memor eſt qui vocat
dominũ verbo: non cuſtodit autem manda
ta diuina. De quo dictum eſt ſatis: qꝛ non
quicũqꝫ dicit: domine domine: acceptꝰ eſt:
ſed qui operibus bonis fidelem ſuum pro-
bare potuerit affectũ. Fides ergo: ꝓbitas:
innocentia memorem probant. Qꝫ autem
ait: Memor fui nomĩs tui: plena deuotio
eſt: quia nemo dicit dominuꝫ ieſum: niſi in
ſpiritu ſancto. Hoc nomen inuocetur diebꝰ
ac noctibus: nullum tempus pręedicãdi va-
cuum ſinat ſancta deuotio pręterire. Si ſtu
dentes igitur doctrinis ſęcularibus perpa-
rum ſomno indulgent: quãtomagis qui de-
um cupiunt cognoſcere: non debent ſom-
no corporis impediri: niſi quantuꝫ naturę
ſatis eſt? Dauid per ſingulas noctes lectuꝫ Ps.6.
ſuum lachrymis diluebat: ſurgebat etiam
noctis medio vt domino cõfiteretur. Et ne
totam nocteꝫ ſopori exiſtimes deputandã:
tunc magis tibi orandus ẽ dominus: tunc
pręſidia poſtulanda: culpa cauẽda: quãdo
videtur habere ſecretũ: tunc maxime quan
do tenebrę in circuitu meo: et parietes me
operiunt: conſiderandũ quia dominus oĩa
intuetur abſcõdita. Ne dixeris ergo: circũ- Ecci.23.
fuſus tenebris: quis me videt? Et quẽ vere
or ſeptus parietibus ⁊ incluſus? Quia vul- Ps.33.
tus dñi ſuꝑ faciẽteſ mala. Deinde ſi arbitꝝ
nõ vides: teipſũ nõ vides? Tuę conſcientię
teſtimoniũ nõ vereris? Neſcis illã caliginẽ
noctis: non opertorium ſed incentiuũ eſſe
peccati? Cũ ſomno ⁊ cibo feruent corpora:
tunc etiã vigor mentis ſopore laxať: ſomno
reſoluiť: tũc irrepit impuri libido cõcubitꝰ:
tunc perturbatur cor: ſqualorẽ immundicię
nõ vereť: caſtitatis puritas nõ conſiderať:
pudicitię gloria non recenſetur. Nox erat



quãdo iudas prodidit: qñ petrus negauit.
Illo igitur ꝑcipue tẽpore iuſtificatiões dei
animo retexendę ſunt: relegenda mandata
hortatoria. Illa de caſtitate ꝑcepta nõ ab-
ſint: vt his occupata mens flagrantiaꝫ libi
dinis carnis reſtringat ardoreꝫ. Tene illud
Ps.6. animo: Lauabo per ſingulas noctes lectuꝫ
meũ. Quis enĩ ſtupris deditus: flagitijs i-
uolutus: lauat ꝑ ſingulaſ noctes lectũ ſuũ?
Neſcit flere qui flenda cõmittit: ⁊ cũ ſit ipſe
lachrymabiliſ ñ habet pęnę lachrymas ſuę.
At ille qui caſtigat corpus ſuũ ⁊ ſui ſollici-
tus gubernator eſt: atqꝫ ingemiſcens ⁊ do-
lens lapſus ſuꝑioris offenſam: quęrit quõ
abluat fluctibus pęnitentię. Hic lauat ꝑ ſin
gulas noctes lectũ ſuũ. Nõ dormiamꝰ ergo
totis noctibꝰ: ſed maximã partẽ eaꝝ lectio-
ni ⁊ orationibꝰ deputemꝰ. Audi ecclię vocẽ
Cant.3.a. quęrentis etiã in noctibꝰ chriſtuꝫ. In cubili
inquit meo in noctibus quæſiui quem di-
lexit anima mea. Accipe ſcdm litterã. Quę
ſiuit in noctibus: orando: deꝑcando: etiam
lachrymis deplorando. Quęſiuit in nocti-
Ps.17. bus: qꝛ poſuit tenebras latibulũ ſuũ: vt ꝗ-
rere eũ ſollicitius diſceremꝰ. Quęſiuit igiť
in ꝓphetis ecclia ex gentibꝰ cõgregata: ⁊ iõ
credidit. Deniqꝫ aduentus dñici teſtimoĩa
de ꝓphetis euangeliſtę pſalmiſqꝫ poſuerũt.
Ps.18. Unde ſcriptũ eſt: quia nox nocti indicat ſci
entiã. Quęſiuit in noctibꝰ: in ꝑſecutionibꝰ
⁊ aduerſis: in tribulatiõibꝰ ⁊ laboribus du
ris. Nox ẽ omnibus quibus non ẽ perfecta
Job.9. ſecuritas. Uñ ait dñs: Ueniet nox: quãdo
nemo põt oꝑari. Cũ in hoc mundo ſuꝫ: lux
huius mundi ſum. Nõ ergo oꝑemur ĩ tene-
bris. Si eniꝫ lucent opera nr̃a: nõ oꝑamur
in tenebris: ſꝫ ĩ lumĩe. Dies ẽ qbꝰ adeſt xp̃s:
Nox eſt qbꝰ ſe denegat. Nõ magnũ ẽ ſi tũc
dño grãs agas: quãdo ĩ proſperis ⁊ ſecun-
dis es: ſed ſi tunc adhęreas chriſto: quãdo
te ꝑſecutor exagitat: quãdo aliqua ꝓcella
ꝑturbat. Amiſiſti filiuꝫ in illo dolore: in illa
nocte: in illa deſtitutione: memento dñi dei
tui: ne quaſi nõ exauditus ingratus ſis: ⁊ ĩ
tua ꝑuariceris erũna. Pulſus es in exiliũ:
memẽto dñi dei tui: ne patrię ĩterdictę cha-
ritatẽ deo ꝑferas. Alicuius diuitis oppreſſus
potẽtia amiſiſti ꝓprias facultates: indiges
ſumptu: memẽto domini dei tui: ne nox te
ęgeſtatis abducat a deuotiõis affectu. Hoc
eſt enĩ mandatũ legis: vt in nocte magis ꝗ-
ras: quãdo magis exaudiaris a dño: ⁊ poſ-
ſis dicere: In tribulatione inuocaui domi- Ps.117.
nũ: ⁊ exaudiuit me ĩ latitudine. Sed nec ꝗ-
rere ꝑfunctorie abũdat ad grãꝫ: ſꝫ vt iſiſtas
⁊ itẽdas muneri. Deniqꝫ iſta vł ecclia vł aĩa
quę requiſiuit ĩ cubili: ꝗſiuit in noctibꝰ: pri-
mo nõ inuenit: quia fortaſſe in cubili quęſi-
uit: ſed poſteaꝙ̃ ſurrexit et abijt in ciuita-
tem. Uide ne in illã ciuitatem in qua domi
nus celebraturꝰ paſcha: diſcipulos deſtina
uit dicẽs: Ite in ciuitatẽ ad quẽdã. Poſtea Matth.26.
ꝙ̃ ĩ foro: vt dixi: quęſiuit: ĩuenit quem dile-
xit: vbi oleũ vẽdiť: qđ expectãtes ſponſum
emere conſuerũt: vbi ius: vbi leges. Si lex
ſpũalis: ⁊ foruꝫ ẽ vtiqꝫ ſpũale: vbi diſputãt
periti legis ęternę: Qđ forũ nõ litibꝰ tumul
tuoſum eſt: ſed chriſti tribunalibus glioſũ.
Ubi ꝗſiuit ĩquã? In foro: ⁊ poſt ꝗſiuit ĩ pla
teis: de quibꝰ hi qui ad patriſfamilias euã
gelici prandiũ conuenirent: colligebantur:
qui vocati excuſandũ ab huiuſmodi epulis
nõ reputarũt. Poſteaꝙ̃ in foro inquã ⁊ pla
teis quęſiuit: incidit in eos qui circueunt ci
uitatem: ⁊ tunc demũ potuit iuenire. Quę-
rit fortaſſe: ꝙ in tribulatione ⁊ metu poſita
magis inueniat grãm. Deniqꝫ poſteriꝰ ait:
Inuenerunt me qui circueunt ciuitatẽ: tu- Cant.3.a.
lerũt mihi pallium. Habuit ergo certamẽ: et.5.c.
ſed qua ratione ſupra nõ tulerit palliũ: hę-
reo reperire: niſi forte quia ibi interrogaſſe
ſe dixit: Nunquid quem dilexit aĩa mea Cant.3.b.
uidiſtis? Quę chriſtũ loquebať: nec exuta
eſt pallio: ⁊ quẽ quęrebat iuenit: diſce quẽ-
admodum quęreť chriſtus. Ab his vtiqꝫ ꝗ
nõ perfunctorie quęrunt: violenter retinẽt.
Sicut iſta ꝗ ait: Tenui eũ & nõ dimiſi eũ. Ibidem.
Fide inuenit: meditatione ꝯſtrinxit. Si bo
nos cuſtodes accepimꝰ: vtiqꝫ angeli ſunt.
Qui vero angelos trãſiuit: verbũ inuenit:
iõ nõ multũ interualli fuit cum tranſiuit ab
his ⁊ inuenit ieſũ. Quõ ergo infra tulerunt
palliũ: niſi forte qꝛ ꝓceſſu oꝑe ſuę fidęi eccle
ſia dũ nudať: dñs plus amať: expolians ſe
veterem hominẽ vt nouũ induat: quẽ non
operiũt indumenta: ſꝫ mentis ſecreta clariſi
cant: aut qꝛ amictũ ſapię ſęcularis ad chri-
ſtum ventura depoſuit. Et noe exutꝰ ẽ pal-
liũ poſteaꝙ̃ cępit eſſe ꝑfectior. Simus ergo
memores iuſtificationũ cęleſtiũ: vt dũ eas
ſecreta mentis voce cantamꝰ: memores ſi-
mus ĩ nocte nõis dñi: ⁊ dicamꝰ vt ſcꝑtum ẽ:

Ver. VIII. Hec facta eſt mihi: quoniā iuſtifi
Al. quia cationes tuas exquiſiui. Hoc ē: hec
memoria facta eſt mihi: vt memor eſſem et
in nocte nominis tui: nō ebrietate ſopitus:
nō epulis reſolutus in ſomnū: non curis ſe-
cularib⁹ occupatus: obliuia mihi tue vene-
rationis irreperent: ſ; quotidiana meditati
one membra caſtigans: ⁊ intentionē mētis
exercēs: vt aſſiduitate fiat nobis curſuſ iſte
ſolēnis: vt dn̄m ieſū etiā i noctib⁹ toto vene
remur affectu: cui ē glā: lauſ: ppetuitas a ſe
culis: ⁊ nūc ⁊ ſp ⁊ i oīa ſecula ſeculoꝝ Amē.

Explicit ſermo ſeptimus.

Incipit ſermo octauus.

Heth

# Ctaua littera heth

que interp̄tatione latina dicitur
pauor. Sanctoꝝ pauor eſſe
conſueuit. Deniq; pauor cecidit
Gen. 15. in abraam cum ſacrificium offerret plenum
myſterij ſpiritualis. Ipſe quoq; dauid ait:
Ego dixi i pauore meo: oīs hō mēdax. Re-
Ps. 115. ligionis eni reuerētiā ſignificat magꝭ q̄ ifir
mitatē timoris: licet etiā iþe timor ſm deuz
ſctūs ſit. Initiū em̄ ſapie timor dn̄i. Ergo q̄
Eccl. 1. timēt deū ſapiētes ſūt. Qui āt ſapiētes bti.
Btūs eni quē tu erudierꝭ dn̄e: ⁊ de lege tua
Ps. 93. docueris eū. Hi q̄; q̄ timēt deū bti ſūt: ſic ex-
empli extat auctoritas: q̄ bti oēs q̄ timent
deū. Hoc ita colligiꝭ: q̄ timētes deū: ⁊ ſapi
entes ſūt ⁊ bti. Sanct⁹ igiꝭ timor dn̄i: quia
vere ſanctoꝝ ē pauor. Deniq; premiſſa hac
littera: ſtati ſeqꝭ pſona iuſti dicēs.

Ortio mea domie: dixi cuſto
Verſus I. dire legē tuā. Codices pleriq;
hūc verſiculū q̄ prim⁹ ē littere octaue: vltio
loco littere habēt ſeptime. Sꝫ ſcdm hebre-
os emēdatus: apud grecos pſalmoꝝ liber
hūc verſū docuit nos octaue littere copulā-
dū. Deinde ordo ipſe ⁊ numerus verſuū ita
cōuenit: vt ab eo incipiat octaua lr̄a. Por-
tio inqt mea dn̄s. Q̄ rarus in terris q̄ pōt
dicere: portio mea dn̄s: q̄ alienus a vitijs:
q̄ ſegregatus ab oi labe peccati: q̄ nihil ha-
beat cōe cum ſeculo: nihil mundi hui⁹ vēdi-
cet ſibi: nō ſit corporaliū poſſeſſio cupidita-
tū: quē nō inflāmet libido: nō ſtimulet aua-
ricia: nō laſciuia effeminet: nō luxuria deco
loret: nō ſternat ambitio: nō maceret inui-
dia: nō aliqua negocioꝝ ſeculariū cura ſolli
citet: verus miniſter altaris: deo nō ſibi na-
tus. Leui eniꝫ: vt habet interp̄tatio: ſignifi
cat iþe mihi aſſumpt⁹: ſignificat ⁊ iþe me⁹:
ſignificat ⁊ tm̄ aſſumpt⁹: ſignificat ⁊ aſſum-
ptuſ mihi: Iþe idē ⁊ mihi leui ⁊ deo eſt: quō
idē ⁊ mihi ſacerdos ⁊ deo ē: ⁊ mihi aduoca-
tus ⁊ dn̄i dep̄cator: p me offerēs ſacrificiū:
⁊ idē ſe offerēs dn̄o. Deniq; ⁊ alibi leui iter
p̄tatiōe dicaꝭ: id eſt: p me. Eteni ſi a me no
mineꝭ leui p me ē. Sin aūt vocēꝭ a dn̄o: iþe
mihi diciꝭ: hoc ē: nō alij tributari⁹: nō deci-
marius: nō de poſſeſſione munific⁹: iþe mi-
hi: hoc ē tanq̄ abūdans. Pro his oibus nō
ab hoc decimas: nō fruct⁹: nō dona q̄ro: nō
munera: ipſe mihi p munere ē: iþe ē pro tri-
buto: nō in poſſeſſione ſua munific⁹ mihi: ſ;
iþe mihi poſſeſſio: iþe me⁹ fruct⁹: ipſe meus
cenſus: aſſumptus mihi vel aſſumpt⁹ a me.
Nō pōt hoc ſine diuina eē grā. Sicut enim
poſſeſſio nō pōt mea eē: niſi emero eam: ſic
nō pōt eſſe leui niſi fuerit aſſumpt⁹ a domi-
no. Cū eni aſſumpt⁹ fuerit: recte diciꝭ ipſe
me⁹. Deniq; cū moyſi dictū eēt: vt populo
iudeoꝝ per tribus ſingulas diuideret inco-
latus: ⁊ diſtribueret ſingulis tribub⁹ porti-
ones: tribū leuiticam excepit deus dicens:
Filijs leui nō erit portio neq; ſors i medio
fratꝝ ſuoꝝ: q̄ dn̄s de⁹ pars eoꝝ ē. Et alibi:
Ego dn̄s portio eoꝝ. Negaꝭ his terrena di
uiſio: vt ipſi dū ſecularem ſibi nō vendicāt
portionē: fiant celeſtis poſſeſſio. Vt h̄ ſolū
nouerint poſſidere: hoc eſt: fidei ⁊ deuotio-
nis obſequium: multo ditiores: q̄ qui poſ-
ſeſſionū ſuarum ſpacia ampla diffundunt.
Quātūlibet fines ſuos extendant: ⁊ terra
deficit: ⁊ mare icludit inſanas cupiditates:
⁊ pendūt tributa maiora q̄ fructus ſūt. At
vero iſte nihil poſſidens: nulli niſi deo mili-
tat: ſupra terrā ei⁹ ē portio: nō cū terra defic:
nō mari claudiꝭ. Cui portio deus ē: totius
poſſeſſor ē nature. Pro agris igiꝭ iþe ſibi ſa
tis ē: habens bonū fructū: qui nunq̄ poſſit
pire. Pro domibus ſatis eſt ſibi: vt ſit habi
tatio dn̄i: ⁊ templū dei: quo nihil pōt eē pre
cioſius. Quid eniꝫ precioſius deo? Aut q̄d
Gal. 6. deeſt ei viro qui poteſt dicere: Nō cōtingat
mihi gloriari: niſi i cruce domini noſtri ieſu
chriſti: per quē mihi mundus crucifixus eſt:
⁊ ego mundo? Nō pōt in hoc princeps mū-
di huius ſibi cōſortiū vendicare: i quo nihil
ſuū inuenit. Ideoq; domin⁹ q̄ venit docere
Iob. 14. vt fieret nobis deus portio: ait: Venit eniꝫ
huius mundi princeps: ⁊ in me inuenit ni-
hil. Meritoq; imitatores ſui eſſe volēs: ait:



Matth. 10. Nolite poſſidere aurū neq; argentum: neq;
pecuniā. Unde petrus oſtendens i deo por
Act. 3. tionē ſibi eē nō in ſeculo: ait: Argentū ⁊ au-
rū nō habeo: ſ; qd̄ habeo: h̄ tibi do In noie
ieſu chriſti nazarei ſurge ⁊ ambula: hoc eſt:
portio mea hec eſt: portio mea chriſtus eſt.
In noie igiꝭ chriſti ieſu ſurge ⁊ ambula: hoc
eſt: in portiōe mea diues ſū: in portiōe mea
potens ſum: Merito tales p̄ſumo fruct⁹ iſti
us portionis: vt ſalus ⁊ vita doneꝭ: q̄ hoc
eſt iſtius patrimoniū portionis quā elegi
mihi. Dixit hoc claudo: ⁊ ſurrexit qui erat
claudus ab vtero matris ſue. Quō ergo pe
trus poterat portionis ſue dāna ſentire: q̄
nature dāna reparabat? Quare nō habeas
argentum atq; auruꝫ petre: dic nobis? Dic
etiā quid ſit iſtud: qd̄ habere te dicis: q̄ oīa
que habebas te reliquiſſe dixiſti? Sic enim
Matth. 19. locutus es domino: Ecce nos omnia dereli
quimus: ⁊ ſecuti ſumus te: hoc eſt: nō queſi
uimus que ſeculi ſunt: nō queſiuim⁹ parteꝫ
de poſſeſſionib⁹: ſed te elegimus portionē.
Reliquiſti omnia ergo petre que habebaſ:
vn̄ habes qd̄ habere te dicis? Surgit clau-
dus: ⁊ ſono tui ſermonis erigiꝭ. Sanitateꝫ
alijs donas: qui indigebas ipſe tue ſalutis
auxilio. Reliquiſti ergo que habebas: ⁊ ce-
piſti que nō habebaſ. Chriſtus tibi portio:
chriſtus tibi poſſeſſio eſt. Illius nomē tibi
munificum: illius nomen tibi ē fructuoſuꝫ:
illius nomē tibi tributa depēdit: ⁊ bona tri
buta nō pecunie: ſ; gratie. Portio tua non
ariditate ſiccaꝭ: nō imbre diluiꝭ: nō frigore
Ps. 120. vriꝭ: nō tempeſtate quaſſatur. Per dieꝫ ſol
nō vret te: neq; luna per nocteꝫ. Serua por
tionē quā elegiſti. Ea ē eni portio: quā ter-
rene partes equare nō poſſunt. Quid eni ē
qd̄ conferri poſſit his de quib⁹ deus dic: Et
inhabitabo in his? Quid magnificenti⁹ ho
ſpiti celeſti? Quid beatius poſſeſſione diui
na? Et deambulabo inquit i his. Alij que-
runꝭ de ſui ruris anguſtijs: in te deo eſt am-
pla poſſeſſio: in quo deambulare ſe dic: hoc
eſt: laxe ſpacia habitationis iueniens: q̄ ter
ram includit manu. Sic enim ſcriptum eſt:
Eſa. 40. Quis menſus ē manu aquam: ⁊ celuꝫ pal-
mo: ⁊ vniuerſam terram clauſa manu? Cui
mundus anguſtus ē: tu ei ampla es dom⁹.
Portio inqt mea dn̄s dicit. Dicit h̄ martyr
Ipi ergo viuam⁹: cui mori ē glorioſū. Alijs
verbis q̄ bene dixit hoc paulus: oſtēdens
nullam habere ſe in hoc ſeculo portionem.
Sic eni ſcriptum eſt: Uſq; ad hāc horam: et 1. Cor. 4.
eſurimus ⁊ ſitimuſ: ⁊ nudi ſum⁹: ⁊ colaphis
vapulamus: ⁊ inſtabiles ſum⁹ ⁊ laboram⁹:
opando manibus noſtris. Maledicimur ⁊
benedicimus: perſecutionē patimur ⁊ ſuſti
nemus: blaſphemamur ⁊ obſecram⁹. Tanq̄
luſtramenta huius mundi facti ſum⁹: oīum
luſtramenta vſq; adhuc. Fortaſſe moueat:
qd̄ purgamentuꝫ ſe eſſe dixit. Nō enim eſt:
ſed hoc ſecularib⁹ videꝭ: qui putant ſūmaꝫ
in diuitijs eſſe gliam vel decorē. Nōne iſti
vniuerſos purgamenta eē putant quicūq;
illis obſequuntur propter diuitias: ⁊ mirā-
tur eos propter opes: timent propter potē-
tiam: laudant propter nobilitatē? Sed hec
omnia paulus detrimenta magis putabat
eſſe q̄ cōmoda. Ideoq; ait: Que mihi lu- Phil. 3.
cra fuerūt hec duxi pp̄ter chriſtum detrimē
ta eē: propter eminentem ſciam chriſti ieſu
dn̄i mei: propter quē omniū detrimentum
paſſus ſū: ⁊ eſtimor ſtercora vt xp̄m lucrifa-
faciā. Eſtimor iqt n̄ ē hec mea ſ; aliena ſnīa.
Frequēter em̄ eſtiaꝭ paup ille irridēd⁹: ⁊ ex
ecrād⁹ pp̄ter illuuiē veſtiū aut vulneꝝ cica
trices: eo q̄ i terra nullā habeat portiōem: ⁊
tm̄ portio ei⁹ i celo ē. Aia ei⁹ ibi ſibi patroci-
niū collocauit: q̄ audiuit ieſū dicētē: Noli- Matth. 6.
te theſauꝝ vobis cōdere i terra: ſ; theſaurū
inqt vobis cōdite i celo. Sꝫ h̄ diuites audi
re non pn̄t. Clauſas aures hn̄t: ⁊ ſono eris
obtuſas: nūmus magꝭ illꝭ reſonat q̄ vba di
uina. Deniq; acceſſit qdā diues ad dn̄m: q̄
portōꝫ dn̄m nō hēbat. Hēbat eni mlꝭtaſ poſ
ſeſſiōes: ſ; dn̄s n̄ int mlꝭta nūeraꝭ: nō em̄ di
gnaꝭ hr̄e cū ſeclo ꝯſortiū. Que em̄ portio iu
Luc. 18. ſticie cū iiqtate? Dic ḡ h̄ diues: Quid facieſ
vitā etnā poſſidebo? Rn̄dit ei dn̄s: mādata
noſti: nō homicidiū facies: nō adulterabis:
nō falſū teſtioniū dices: oīdēs vitā etnā in
hiſ eē mādatꝭ. At ille iuſtificare ſe voleſ dic:
Hec oīa feci: q̄d mihi reſtat? Ad quē dn̄s ait
volēs ei dn̄m fieri portōꝫ nō pecuniā: n̄ poſ
ſeſſiōes: ſ; vtiq; veꝝ deū: Si vis pfect⁹ eſſe
vēde oīa q̄ habes ⁊ da paupib⁹: ⁊ habebis
theſauꝝ i celo: ⁊ veni ſeq̄re me. Veꝝ ille cui
portio auꝝ atq; argētū erat: ſine q̄b⁹ eē non
poterat: ꝯtriſtat⁹ ē. Vn̄ dn̄s pnūciauit ipoſ
ſibile eē vt diueſ itret i regnū celoꝝ. Sꝫ qd̄
ipoſſibile p hūanas cupiditates: h̄ p dinaꝫ
grām ſolam poſſe eē poſſibile: Alibi q̄; ait:
Matth. 19. Quicunq; reliqrit patrē aut matrē: domū
aut frēſ aut ſororeſ: cētuplū accipiet i h̄ ſecu

lo ⁊ vitam eternaȝ poſſidebit. Forſitan au-
tem dicas: vtiqȝ qui relinquendo domum:
per domum autem totuȝ cenſum intellige:
qui relinquendo propinquos deum ſecu-
tus fuerit: portio domini eſt: ⁊ portio deus
illi eſt: habet etiā vitam eternaȝ: ⁊ quia ac-
cepto centuplū fiet ī hoc ſeculo diues: Di-
ues inquit intrat in regnum celorum. Dein
de ſi centuplū dat dominus eorū que etiaȝ
ſimpla impedimentum afferre conſuerunt:
ad perceptionem hereditatis eterne: centū
ergo poſſeſſiones reddit pro vna poſſeſſio-
ne: centuȝ pondera auri: pro vno pondere.
Multos quidem in hoc ſeculo qui ſua pau
peribus donauerunt vberiore theſauro lo-
cupletatos fuiſſe cognouimus. Et pulcher-
rime locutus: vt etiam ad miſericordiā pro-
uocentur. Sed non debent a domino ſecu-
larem huiuſmodi exigere mercedē: nec ſpe-
rare que mundi ſunt: ſed magis quia his q̄
omnia reliquerint deus portio eſt. Ipſe eſt
vtiqȝ merces perfecta virtutum: qui nō cen
tupli enumeratione: ſed perfecte plenitudi
nis eſtimatione cenſetur. Ego iuquit deus
tuus ſum. Nō dixit ero: ſed iam ſum: iā in-
habito: iā poſſideo. Aufert dilationē: vbi
inuenit iuſti confeſſionem. Sane alibi ait:
Luc.23. Hodie mecum eris in paradiſo. Futuꝝ pro
mittit: ſed id qđ futurum eſt: vnius diei ſpa
cio nō patitur protelari. Deniqȝ potuit di-
cere: Mecū eris ī paradiſo: ſ; addidit: Ho-
die: ne dilatiōe gratia minueret̄. S; nō illi
ſoli dicit dominus ieſus: Hodie mecuȝ eris
in paradiſo: ſed ⁊ tibi dicit: mecum eris in
paradiſo: ſi confitearis dominū ieſum: ſi eiꝰ
patrociniū tibi poſcas: ſi ⁊ ipſe dicas: Me-
Ibidem. mento mei domine dum veneris in regnuȝ
tuū. Sed tibi nō dicit: hodie mecū eris: di-
cit martyri: hodie mecum eris in paradiſo.
Tibi nō dicit: quia adhuc ī hoc febrīēti cor-
pore conſtitutus es: in hoc concupiſcenti:
in hoc terrena adhuc deſiderāti: ſed cū po-
Ps.115. tueris dicere: Dirupiſti vincula mea: hoc ē:
ſoluiſti curſū iſtius vite: liberaſti me ex hoc
mortis corpore: tunc tibi dicit: Hodie mecū
eris in paradiſo. Habes igit̄ homo iter mul
ta propoſita: etiam huiuſmodi portionem.
Propoſuit tibi dominꝰ in portione poſſeſ-
ſiones: in portione aurum: in portione ar-
gentum: in portione honores: in portione
nobilitatē. Propoſuit etiam in portione ſe-
ipſum. Habes igit̄ plīmas portiones: elige
quā putas. Non te numerꝰ pturbet: ſed ex-
citet gratia: non te labor auertat: ſed fructꝰ
inuitet. In portione diuina gemitꝰ ⁊ labo-
res ſunt. Unde ⁊ ſanctꝰ apoſtolus: cui por-
tio deus erat: ait: Heredes ſumꝰ dei: cohe- Ro.8.
redes autē chriſti: ſi tamen cōpatimur vt ſi-
mul glorificemur. Uides quia vbi heredi-
tas chriſti ē: ibi debeat eē ꝯpaſſio. Qui aūt
compatitur non perfunctorie compatitur:
ſed vt tribulationes chriſti in corpore ſuo i-
pleat: ſicut iplebat ⁊ paulus. Implebat et
hieremias: q̄ ait ſub hac ipſa littera: Miſe- Thren.3.
ricordia domini eſt ꝙ nō defecimus: q2 nō
ſunt conſūmate miſerationes eius: renoua
bit illas ſicut lux matutina. Multi ſunt ge-
mitus mei: ⁊ cor meū defecit. Sors mea do
minus dixi: ideo ſuſtinebo eum. Qui ergo
ſuſtinuit dominum: ſors domini eſt. Unde
⁊ dauid qui ait: Suſtinui dominū: ⁊ reſpe-
xit me: hoc loco portionem ſibi deum eſſe
profitetur. Q; rarus qui iſtud vſurpet ſibi:
nō nobilitate: nō diuitijs vſurpatur. Deni-
qȝ rex ille diues ait: Sum quidē ⁊ ego mor- Sap.7.
talis homo ſimilis omnibꝰ: ⁊ ex genere ter-
reno illius qui prior fictus eſt: ⁊ in vētre ma
tris figuratus ſum caro. Decem menſiū tē-
pore coagulatus ſum in ſanguie ex ſemine
hominis: ⁊ delectamento ſomni conuenien
tis: ⁊ ego natus hauſi cōmunē aerem: et in
ſimiliter factā decidi terram: ⁊ primā voceȝ
ſimilem omnibus emiſi plorans: in inuolu-
mentis nutritꝰ ſum: ⁊ curis magnis. Et ad-
didit: Nemo eīm ex regibꝰ habuit aliud nati
uitatis initium. Unus ergo omnibus ē in-
troitus ad vitam: ⁊ ſimilis exitus. Et q2 vi-
dit cōe eſſe natiuitatis exordiū: elaborauit
eē portio dei: ⁊ inuocauit ⁊ venit in eū ſpūs
ſapie. Sed luxurioſi aliā partē eligūt: q̄ di-
cūt: Uino p̄cioſo ⁊ vngentꝭ nos impleamꝰ: Sap.2.
⁊ nō p̄tereat nos ros tp̄is. Coronemus nos
roſis antēqȝ marceſcāt. Et infra: qm̄ hec pars
nr̄a: ⁊ hec ſors. Q; magnū cōtemnere diui-
tias: ſ; q̄ꝫ rarū hoc ipſū eſt. Utiqȝ ⁊ moyſes
potuit regis eē ſucceſſor: nutritꝰ a regꝭ filia.
Potuit ergo eſſe non ſolū q̄ſi pharao: ſ; eti-
am ⁊ pharao potuit eſſe. Uterqȝ enim ho-
mo: ſ; oīs potētia hoīs in affectu. Moyſes
noluit rex eſſe cū poſſet: ſ; opprobriū chriſti Heb.11.
theſauris egypti arbitratꝰ ē preferendum:
ſed fugiendo potentiā: potentior factus ē.



Factus eſt enim in deum regi ꝓharao. Rex
erat pharao: ſed deus non erat. Moyſes fa
ctus eſt illi deus: hoc eſt: regi ipſi terribilis
quem rex metueret ⁊ timeret. Sed hec erat
potentia ſanctitatis. In taliū congregatio
ne deorum: deus ſtat atqȝ diſcernit. Et tu ſi
vis deus peccatoribus eſſe terroris: regibꝰ
reuerentie: vt tanqȝ deo tibi videāt̄ eſſe ſub
iecti: quia operaris in dei nomine: contem-
ne que ſeculi ſunt: ⁊ dominice paſſioniſ op-
probrium contende omnibus preferre diui
tijs. Opprobriū dico qđ illis videatur oppro
vim timoris abſorbuit. Eſt ⁊ alius ꝗ exclu-
1.Cor.5. dať in bono: vt ille ꝗ apl̄ica auctoritate ſub
latus e medio plebis eſt: q: malū opꝰ fecit
eſt traditus in carnis interitū: vt eius ſpūs
ſaluareť. Ex quo intelligimꝰ: q: in bono ex-
cluditur qui iubetur agere penitentiam: vt
humilietur ⁊ cōpungať corde. Hec enī recō-
ciliationis ſolent eē ſuffragia. Deniqꝫ etiā
hieremie ſcripta ſub hac littera id videntur
ſignificare. Sic enī legimꝰ de hieruſalē illa
Threñ.1. terrena: Immūdicia eiꝰ ante pedes eiꝰ. Nō
fuit memor nouiſſimoꝝ ſuoꝝ: ⁊ cecidit ua-
lide: nō eſt qui cōſoleť eā. Vide dn̄e humili
tatē eius: q: magnificatꝰ ē inimicꝰ. Et quia
humiliať hierl'm: merito poſtea ei diciť: De
fecit iniq̄tas tua filia ſyon. Et oīm ꝗ penitē
tiā egerit: lachrymis ꝓprijs pctā defleuerit:
bene diciť: Defecit iniquitas tua. Alibi qꝫ
Threñ.4. ſub hac littera dicit hieremias: Boni erant
vulnerati gladio: qꝫ vulnerati fame. Abie-
runt cōpuncti a natiuitate agroꝝ. Cōpun-
gimur igitur qn̄ noſtroꝝ agimus penitētiā
delictoꝝ: cōpungimur etiā recordatiōe deli
Ps.4. ctorū. Unde ait ꝓpheta dauid: Que dicitꝭ
in cordibꝰ veſtris: ⁊ in cubilibꝰ veſtris com-
pungimini. Qui autē cōpungiť vtiqꝫ dele-
ctationē excludit erroris: ⁊ qui agit penitē-
tiā: excludit pudorē: ſequeſtrat verecundiā
flagicij cōfitendi: vt recuperande ſpem ſalutꝭ
inueniat. Meritoqꝫ ⁊ ip̄e dauid vbi agno-
uit errorem: Peccaui iquit dn̄o. Tantꝰ rex:
2.Reg.12. tantus ꝓpheta: nō erubuit peccatū ꝓpriū
cōfiteri: ⁊ iō dictū ē ei: Et dn̄s abſtulit pctm̄
tuū. Sublato igitur peccato ait:

Verſus I. Al. Bonitatē i **Iocunditatē feciſti cū ſeruo tuo domine: ſcd̄m verbū tuū**
Multa videnť in hoc ſeculo iocun-
da eē: q̄ nō ſunt multa ſuauia: bona pl'ima.
Luxuries videť eſſe iocunda: ſ; exhauſto fit
amara patrimonio. Dulcꝭ libido cū feruet:
ſed eadē horrida ⁊ execranda cū proditur.
Suaues epule cum ſumanť: ſ; fetide cū di-
geruntť. Bona multa in hoc ſeculo dū viui-
mus eſtimanť: q: vſui nobis ſunt: vt pecu-
nia: honor: aurum: argentū: poſſeſſiones:
eadē nihil poſſunt prodeſſe defunctꝭ: ħ oia
relinquūtur. Quinetiā maiori dolore quis
moriť: cū his ſe fraudari copijs ingemiſcit.
Nō ē ergo iocunditas vera: niſi illa q̄ ſcd̄m
verbū eius ē: vt quis bonoꝝ meritorū atqꝫ
virtutū ſubſidijs: gaudeat ſe eē munitum.
Hac dauid iocunditate vel bonitate dei le-
tať: quia iugū graue a iuuentute portauit ⁊
ſuſtinuit atqꝫ expectauit. Dñi i ſe gr̄am nō
ꝑripuit: qui ſepe occidendi regis ſaul tribu
ta ſibi copia: maluit tn̄ expectare a dn̄o de-
ferendi tempus imperij: qꝫ occiſo rege ꝑri-
pere. Semꝑ deꝰ bonꝰ ē: ideoqꝫ ⁊ paulus ait:
Vide ꝗ bonitatē ⁊ ſeueritatē dei. Bonitas Ro.11.
enī in oēs eſt: ſeueritas in paucos. Deniqꝫ
ſubdidit idē apl's: In eos ꝗ ceciderūt ſeue-
ritatē quidē: in te autē bonitatem. Si enim
non cecidiſſent vtiqꝫ vterenť ⁊ ip̄i bonitate
dei. Nā ⁊ tibi ideo bonꝰ eſt: quia ꝑmanes.
Qꝫ ſi nō permanſeris in bonitate: ⁊ tu exci-
deris. Nō ergo deꝰ propterea bonꝰ eē deſi-
ſtet: quia tu lapſus es: ⁊ indiges ſeueritate.
Siquidē ⁊ ſeueritas dei i bonitate vt recur
rat vnuſquiſqꝫ caſtigatus: pedem referat a
peccatis ⁊ ad virtutū tramitē bonāqꝫ cōuer
ſionē recurrat. Deniqꝫ docet de illis qui ce-
ciderunt apl's: Quia ſi nō ꝑmanſerint i in-
credulitate inſerenť. Potens ē enī deꝰ iteꝝ
inſerere illos: vt quēadmodum deſerta vir-
gulta: ita ⁊ hoīes velut caudicibus q̄buſdā
virtutis inſerti: bonoꝝ fructus poſſint fer-
re meritoꝝ. Accuſes neceſſe ē medicū crude
litatis: quia putrefactas vulnerū fibras fer
ro putauerit execandas: quia noxia ⁊ ſerpē
tia vlcera igni aduſſerit: ne virus in vlterio
ra ꝓſerperet: vel quia magiſter diſcipulum
verberauerit negligentē: vt metu verberū
indueret diligentiā. Caſtigare enī amantis
eſt nō execrantis: ⁊ iō bonitatis ē nō crude
litatis. Recte ꝗ ⁊ dn̄s vbiqꝫ ē bonꝰ: ⁊ cū re-
mittit flagitia: ⁊ cū peccata caſtigat. Caſti- Prouer.3.
gat enī dn̄s quē diligit. Caſtigatus ē etiam
dauid. Deniqꝫ ait: Et fui flagellatꝰ tota die. Ps.72.
Sed vir ſapiens qui intellexit caſtigatiōē
illam ſibi dn̄i ꝓfuiſſe ait: Bonitatē feciſti
cū ſeruo tuo dn̄e: ſcd̄m verbū tuū. Hoc eſt:
et ſi ad tempus amara viſa eſt mihi caſtiga
tio ſcd̄m carnē: ſcd̄m meſticiam corporis: tn̄
ſcd̄m verbū tuū caſtigatio illa fructꝰ boni-
tatis attulit. Illā mihi caſtigationē intelli-
go ꝓfuiſſe: illa caſtigatione me a vitijs eſſe



reuocatum: illa caſtigatione nō diu aliquid
in me licuiſſe flagitijs: per illā caſtigationē
dn̄i nihil i me aduerſario licuiſſe: nil morti.
Ps.117. Deniqꝫ caſtigās caſtigauit me dominus: et
morti nō tradidit me: ipſe ꝓpheta memora
uit. Caſtigatur enī qui recipiť: qui aūt non
Ps.72. recipiunť nō flagellanť. In laboribus enī
hominū nō ſunt: ⁊ cū hominibꝰ nō flagella
bunť. Ideoqꝫ ſupra ait: Qꝫ bonus iſrl' deꝰ:
rectis corde. Ergo bonus oībus: q: omnes
recto vult eē corde. Qui aūt cor declinaue-
rit: ipſe a ſe gr̄am diuine bonitatis auertit.
Sequitur verſus ſecundus.

Verſꝰ. II. Al. Bonitatē **Iocunditatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſci-
entiam doce me: quia in mandatis
tuis credidi.** Iuxta apl'm: χρηϛου:
Ro.11. bonū intelligimus: q: dixit: Vide ergo bo-
nitatē dn̄i. Iuxta euāgeliū: χρηϛου: ſua-
Matth.11. ue accipimus. Dixit enī: Tollite iugū meū:
q: leue eſt: ⁊ onus meū: quia ſuaue ē. Dixit
enī: φορτιου εμου χρηϛου. Unde meri
to bonitatē dei ab ipſo querit doceri: ne for
te quis ꝑfunctorie accipiēs bonū deū eē: in
erroribꝰ ꝑſeueret: ꝙ ꝑ miſc'diā dei ſciat im-
punitatē ſuis dari peccatis: cū ⁊ ſi indulge-
at dn̄s: tn̄ feda ē cōuerſatio i criminibꝰ ſem
per herere. Nō ꝗ bonitas iſta vulgaris eſt:
ſ; q̄ ſemꝑ diſcipline expectet ꝓfectū. Iōqꝫ ꝗ
intelligit altā dei eē bonitatē: doceri deſide
rat etiā diſciplinā. Nā plerūqꝫ auertunť a
ſtudio diſcipline: dum eam ſeueram ⁊ triſtē
arbitrātur: ſed perſpicatior ſenſu intelligit
ꝙ diſciplina ſi triſtis ad tempus ſit: poſte-
rioribus fiat iocunda temporibus. Sed eſt
diſciplina vel correptio ſeuerior: eſt etiā mo
deratior. Moderatior ꝺ qua dicit dominꝰ:
Corripiā eos in auditu tribulationis eorū.
Eſt ſeuerior que eſt in ira ⁊ furore correptio.
Ps.6. Uñ refugiens eā correptōē diť dauid: Dn̄e
ne i ira tua arguas me: neqꝫ i furore tuo cor
Hiere.10. ripias me. Et hieremias: Corripe nos dn̄e i
iudicio ⁊ non in furore. Omnis ꝗ diſciplina
⁊ ſi ad tēpus habeat amaritudinē: habeat
ꝑturbationē: poſtea tn̄ pacificoſ fructꝰ gene
rare cōſueuit. Sꝫ ꝗ petit doceri bonitatē ⁊
diſciplinam: debet petere etiā ſcientiā doce
ri. Niſi enim habeat ſcientiam moleſta ē di
ſciplina: moleſta correptio. Quid ſit ſciētia
doceat te ſalomon: qui ait de dn̄o deo nr̄o:
Sap.7. Ipſe enī mihi dedit eorum que ſunt cogni-
tionē verā. Et alibi hic idē propheta ait:
Qui docet hominem ſcientiā. Qui autem Ps.93.
petit ſcientiam: credit mandatiſ dei. Aliud
eſt autem in mādatis dei credere: aliud mā
datis credere. Qui enim mandatis dei cre-
dit: cito efficit vt ſit in mandatis dei: et in
ip̄is conuerſetur. Per fidem igitur ſcientia
aſſumitur: per ſcientiam diſciplina. Qꝺ enī
ſcimꝰ placere deo poſſe: in eo nos ꝯuerſatio
ipſa delectat. Deniqꝫ ſcriptum eſt: Noſtra Phil.3.
autem conuerſatio in celis eſt. Preceſſit ſci-
entia: ſecuta eſt conuerſatio. De mandatis
dei credere diximus: in mandatis autē dei:
hoc eſt: in ipſis eſſe ⁊ credere: quia vera mā-
data ſunt. Niſi autem credideris mandatꝭ
dei: eorum vtiqꝫ ſcientiam que per manda-
ta dei docemur habere non poteris Se-
tur verſus tertius.

**Priuſq̄ humiliarer ego deliqui
propter hoc verbum tuum ego cu-
ſtodiui.** Verſus III Al. eloquiū tu um cuſtodiui Alia editio habet: Priuſqꝫ
humiliarer ego neſciui. Unde putant aliq̄
ꝙ anima hominis hoc dicat: priuſquā hu-
miliarer: vt in hoc lutum corporis introirē:
tua que non legeram mandata neſciui. Sꝫ
quia ſeptuaginta virorum ſententias ma-
gis ſequitur eccleſia: ⁊ hic ſenſus ē planior:
nihil offenſionis admittit: qꝺ poſſit aliqui-
bus ſcrupulū commouere: ideo accipiamꝰ
ita vt humiliarer ita dictū: eo ꝙ peccato vi-
deatur humiliatus. Propter peccatū enim
temptationes ſepe naſcuntur. Deniqꝫ adā
⁊ eua poſt culpā vtiqꝫ eiecti ſunt. Ergo hu
militatis noſtre cauſa: peccatum eſt vel hu
miliatiōis. Nō enim hoc fugio. Poteſt enī
de aduerſis plerumqꝫ intelligi humilitas:
vt eſt: Bonum mihi ꝙ humiliaſti me vt di-
ſcā iuſtificatōes tuas. Et niſi lex tua medi-
tatio mea ſit: tunc forſitan periſſem in hu-
militate mea: Et humiliatus ſum valde.
Hic ergo oſtendit humilitatem ortam eē de
culpa. Et quia culpa preceſſit: ideo humilia
tum oſtendit: hoc eſt: attritum temptatio-
nibus ⁊ aduerſis: ⁊ traditū anxietatibus:
quemadmodum ⁊ ille qui traditus ē a pau
lo in interitū carnis. Humiliatus vtiqꝫ eſt
vt poſtea poſſit reconciliationem mereri.
Sed qꝫuis humilitas iſta: hoc eſt: velut q̄-
dam deiectio perturbationis nō virtus ſit:
virtutē tn̄ ſepe generat: ⁊ fit non pena: ſ; re-
mediū delinquētis. Nā ſi peccatis tuis tri-
buas ꝙ humiliatꝰ es: q̄cquid acciderit in te

retorques: ⁊ ex reo incipies eē iuſtus: qui te
Prouer. 18. ipſe cōdēnas. Juſtus eni accuſator eſt ſui i
exordio ſermonis. Nec potes indignū te iu
dicare humilitate: qui ꝓpria errata cogno
ſcis: in quibꝰ nō erubeſcēdo nō vtiꝗ extol
leris: ſed humiliaris. Uides ꝗ q̄ꝛ ideo hūi
liatus es: qꝛ deliquiſti ⁊ nō ſeruaſti eloquia
dei. Unde ſerua diligentiꝰ ne pecces: ne ite
rū qꝛ deiectus es: triſticia abſorbearis: ⁊ fiat
tibi deiectio tua incrementū iniquitatis: q̄
debet correctionis eē occaſio. Eteni in tēp
tationibꝰ hō ſicut aurū in cōflatorio cōpro
batur. Uides ꝓphetā qui dicit: Priuſꝗ hu
miliarer inquit deliqui. Jure ꝗ tēptatiōibꝰ
traditꝰ ē: qm̄ delinquebat. Delinquebat au
tē qꝛ dei eloquiū nō tenebat. Uerū inde or
dinē emendationis iuenit: vnde culpa pro
ceſſerat. Cepit eē ſubiectꝰ eloquio diuino: ⁊
culpa deſiuit. Sequit̄ verſus quartus.

Uer. IIII. **Bonus es domine ⁊ in bonitate**
Al. tu. **tua doce me iuſticias tuas.** Etiam
Al. iuſtifica tiones vſus diſciplinę ſecularꝭ accepit: vt vnuſqſꝗ
iudicem ſuū laudet. Uñ apoſtolus ſequēs
diuinaꝝ ordinē ſcripturaꝝ: cū diceret cauſā
Act. 26. ita cępit: De oibus quibꝰ accuſor rex agrip
pa a iudęis: eſtimo me fęlicē apud te: incipi
ens rōnē reddere. Et ifra. Credis rex agrip
pa ꝓphetis? Scio quia credis. Ergo ſi lau
dant̄ homines in quibꝰ plerūꝗ aliena lau
dant̄: quātomagis vnuſquiſꝗ dei ſibi grāz
cōciliare debet: vt dicat: Bonꝰ es domine.
Nam ſi hoc dicat̄ homini vt eſſe admoneat̄
qđ forſitan nō ſit: ⁊ bonitatis etiā ipē ꝑdica
tione miteſcat: terrorēꝗ immitis deponat
affectus: quātomagis deo laus ſua eſt deſe
renda: qui niſi bonus eēt ſup terrā ſtare qs
poſſet? Propriū aūt dei ē vt bonus ſit. De
Matth. 7. niꝗ in euāgelio habeſ: Quia arbor bōa fru
ctus bonos facit. Fructꝰ angeli ſunt: fructꝰ
eius hoies ſūt: hoc eſt: rōnabiles ſcti ſi dñi
ꝑcepta cuſtodiūt. Fructꝰ eiꝰ ſūt hi q̄ naſcūt̄
in terris. Fructꝰ eiꝰ ſūt virtutes hoim. Me
rito ꝗ arbor bona bonos fructꝰ facit. Prius
igit̄ radix laudet̄: vt fructꝰ poſſit ꝓbari. Sꝫ
Ibidem. ⁊ alibi ait idē dñſ ieſuſ: Et pr̄ veſter q̄ bonꝰ ē
dabit bōa data petētibꝰ ſe. Sꝫ ꝗuis bonꝰ
deꝰ ſit: cuiꝰ etiā amara plus ꝓſunt: non em̄
inferūt̄ vt noceant: ꝫ vt corrigant: rogatur
tñ vt i bonitate ſua doceat nos iuſticias ſu
as. Cōſidera medicū vtilia apponentē me
dicamēta vulneribꝰ: ca tñ q̄ mordeāt vlcerꝭ
virus: aut certe ferro putrefacta reſecantē.
Cū in eoipſo bonꝰ ſit medicꝰ: qꝛ vtilitatem
opat̄ egroti: ⁊ faciat qđ ꝓdeſſe nouerit: tñ
qꝛ eger dolorē aut nō vult aut nō pōt ſuſti
nere ꝓpter infirmitatē affectꝰ ſui: rogat vt
medicꝰ eū quadā bonitate et ſuauitate ſua
curet: ⁊ nō aſperitatē adhibeat medicamen
toꝝ: nō ferro icidat vulneꝝ fibras: aut ſi ali
ter nō pōt: vt cū moderatiōe faciat: ⁊ q̄dam
ſubtilitate mitiget vim doloris: Et iō i euā
gelij bonitate meliꝰ docēt̄ iuſtificatōes dei:
ꝗ in legis ſeueritate. Opus autem iuſticię
Luc. 7. iuſtificatio ē. Uñ ſcptū ē: Quia phariſei ſe
iuſtificare voluerūt: nō baptiꝫati baptiſmo
iohānis. Jn eo em̄ iuſtificationē nō fecerūt
qꝛ noluerūt agere pęnitētiā delictoꝝ: quaꝫ
ꝓpheta i bonitate vult agere: vt ei fiat pec
catorū remiſſio ſine atrocitate dānationis
cū remiſſiōis grā. Seq̄tur verſus quintꝰ.

**Multiplicata eſt ſuper me iniqui** Uer. V.
**tas ſuperboꝝ: ego autē in toto cor**
**de meo ſcrutabor mandata tua.**
Quātomagis q̄s deo ſeruire deſiderat:
tantomagis in ſe excitat aduerſarios: ⁊ tā
ꝗ athleta fortis coronam iuſticię reportare
deſiderans: irritat in ſe plurimos: ⁊ laceſſit
qui inuidēt nr̄o ꝓfectui. Qđ etiā i poſterio
Ps. 119. ribus euident̄ oſtēdit. Cū odio habentibuſ
pacē: erā inquit pacificꝰ. Nihil tñ trāquilli
tas eiꝰ ꝓficiebat: vt eos q̄ pacē oderāt ſua
trāq̄llitate cōponeret: ⁊ eoꝝ ſtudia cōꝑmēt.
Cū loq̄bar illis impugnabāt me gratꝭ: hoc
eſt: cū cauſās ipugnādi nō haberēt: tñ ipu
gnādi ſtudiū nō deponebāt. Jta ꝗ mꝭtipli
cant̄ ſiue nequitię ſpiritales: ſiue hoies: et
multiplicat̄ iniquitas eoꝝ ſup iuſtū. Uer
bi grā. Si filiū iuſtꝰ amittat: qđ ſeculi vſu ſe
pe ꝯtingit: ſi amittat patrimoniū: vꝭ diuer
ſis afficiat̄ incōmodis reꝝ vel corpis ifirmi
tatibꝰ: tunc dicunt ſuperbi: Ubi eſt iuſticia
eius? Ubi miſericordia? Ecce qꝛ ſimulatꝰ
eſt: ecce quia ei innocētia ſua nihil prodeſt.
Jdeoꝗ ad vitę huiꝰ ſpecimē extrahenduꝫ:
tres illi ſancto iob ſpecie amici: obtrectati
one aūt iniqui: ꝓbitatis atꝗ iuſticię eiꝰ in
uidi: exprobrātes grauia opprobria cōgere
bant: ⁊ qui venerant ad cōſolandū: inſulta
re cęperūt. Sꝫ iuſtꝰ his nō mouet̄: iōꝗ nec
iob frangebat̄. Deniꝗ in amiſſionibꝰ filio
Job. 1. rū vel patrimonij dicebat: Dñs dedit: dñs
abſtulit: ſit nomē dñi benedictum. Ergo et
in aduerſis poſiti dicamꝰ: Bonitateꝫ feciſti
cū ſeruo tuo. Poteſt eni dñs in meliꝰ muta



re quę facta ſunt: vt iob ſancti habemꝰ exē
plum: ⁊ quę amiſſa ſunt reddere. Pōt quis
⁊ amiſſis filijs generare meliores. Nūquid
deo ē difficile meliora donare? Poteſt etiaꝫ
ſi nihil donet: hoc ipō tñ iuſto eē profectuꝫ:
ſi forte futuri improbi rapti ſūt ne mutaret
malicia cor eorum. Similiter ⁊ de patrimo
nio: quaſi nō videamus plurimos propter
opes patrimonij in periculū ſalutis eſſe de
ductos: plurimis ex diuitiarū abundantia
ortā eē cauſam peccandi. Qui eni nō habet
qđ donet: aſcribi ei culpa nō pōt qđ nō do
nauerit. Qui aūt habet qđ donet ⁊ nō dat:
vtiꝗ obnoxius eē incipit peccato. Sequi
tur verſus ſextus.

Uerſꝰ. VI **Coagulatū eſt vt lac cor eoꝝ: ego**
**autē legem tuam meditatus ſum.**
Subtile cor ſanctoꝝ: coagulatū eſt vero
cor ſupboꝝ. Ut eni lac natura ſui purū: ſpe
cioſum atꝗ ſincerum ē: ꝫ corruptiōe coace
ſcit: ſic mentis ⁊ cordis humani natura pu
ra: ſincera: perſpicua ē: priuſꝗ vitioꝝ admi
xtione coaleſcat. Coagulato em̄ lacte fit q̄
dam cōcretio: nec ſuauitatē habēs eandem
nec grām: ita hoies qui ante ſedulitate: grā
ſuauitate verborū lactis ſpeciē preferebāt:
nulla inuidia corruptā: hi ſi cęperint inuide
re: coagulat̄ in vitiū cor eoꝝ: ⁊ fit de ſuaui
tate amicitię amaritudo maliuolentię: ⁊ in
ſuauis quidā horror inuidię. Ergo coagula
tum ē cor per ſupbiā: ꝑ inuidiā: quę lenita
tē naturę fluentē beniuolentia malicię con
cretione vitiarunt. Jniquoꝝ ergo cor coa
gulat̄: iuſtus aūt humiliatur legis precepta
meditando: qui habet humilitatis magiſte
rium. Sequitur verſus ſeptimus.

Uer. VII. **Bonū mihi ꝙ humiliaſti me: vt**
**diſcam iuſtificationes tuas.** Hoc
2. Cor. 12. ſecutus apſ: placeo mihi ait in infirmitati
bus: in iniurijs: in neceſſitatibꝰ: in ꝑſecutio
nibus: in anguſtijs. Cū em̄ cōplacet i ifirmi
tatibꝰ ⁊ nō frāgit̄ aio: nec cedit iiurię: diſcē
iuſtificatōeſ dei ⁊ meruit ⁊ ipleuit. Ergo hic
hūiliaſti me: hꝫ ē: diuerſis tēptationibꝰ ⁊ in
cōmodis exercuiſti dicit. Qđ aperuit ⁊ ſym
machꝰ ſcribens: Profuit mihi ꝙ afflictꝰ ſū:
vt diſcerē iuſticias tuas. Ergo qui hūiliat̄
nō deijciat aim: neꝗ frangat ꝫ magꝭ humi
liando ꝓficiat: vt ſupbum hūilitate ſua mi
tiget: inſolentes moꝝ ſeueritate cōfundat:
cōtumelioſos patientia ſua frāgat: auaros
nōnūquā etiā ęquanimitate diſpēdij a iur
gij intentione deducat. Sic eni legiſti: quia Luc. 7.
iuſtificata ē ſapiētia a filijs ſuiſ: dū chriſtus
ſe offert ſupplicio: dedit iniurijs: non ſubdu
cit opprobrijs: nec a cōfuſione ſputoꝝ auer
tit faciē ſuā: ⁊ iō omnes ſapientia ſua inſtru
xit: ⁊ liuore ſanauit. Sequit̄ v̄ſus octauꝰ.

**Bonū mihi lex oris tui: ſuper mi** Uerſꝰ. VIII
**lia auri ⁊ argenti.** Non quicunꝗ
hoc dicit: imo rarus hoc dicit: id eſt: q̄ legeꝫ
dei auro atꝗ argento ꝑfert: qui pōt ꝓpter
legē dei oia relinquere. Sꝫ nec xp̄s hūc rep
perit: niſi de his quos ipē docere dignatꝰ ē.
Petrus hoc dixit: ꝓbauit affectu: qꝛ pluris
legem ꝗ auꝝ habuit: Jdeoꝗ ait: Aurum ⁊ Act. 3.
argentū nō habeo. Nō auarꝰ hoc dicit: qui
defoſſo auro incubat. Nō dicit pecunioſus
q̄ quotidiana emolumēta ſollicito rimatur
affectu: qui quotidie opes aggerat: qui he
reditatis tēdit aucupia: qui circa egrotātis
lectulū indefeſſas exercet excubias. Hic ali
qui legē oris dei tanꝗ legē verbi accipiunt:
vt ſi dicas: legē dexterę dei. Bene ꝗ ⁊ hꝫ con
uenit petro dicenti: Uerba vitę ęternę ha Joh. 6.
bes: ⁊ nos relinquimus te? hoc eſt: lex oris
tui ſup milia auri ⁊ argenti ē: et poſſumꝰ tā
tū deſerere bonū: ⁊ ſeculi hꝰ emolumēta ca
ptare? Sed ⁊ moyſes lex oris dei pōt dici: ꝑ
quē dñs locutus ē: ⁊ dedit legem.

**Explicit ſermo nonus.**
**Jncipit ſermo decimus.**

**D Ecima littera in** Joth. י
cipit apđ hebręos Joth: q̄ la
tina ſignificatiōe ꝯfeſſio dicit̄
vꝭ deſolatio. Nec diſcors
ac diſſonās videt̄ interꝑtatio.
Siquidē qui deſolati ſunt: citius cōfitent̄.
Magis eni ſecūdis rebus animꝰ extolli ſo
let. Cū aūt vrget̄ aduerſis: tūc diuinum im
plorat auxiliū. Nā ⁊ in his quę humana ſūt
hunc vſum eē cognoſcimꝰ: vt cui ſuccedunt
proſpera: animus elatior fit: cui mūdi huiꝰ
infeſta ſunt ex potentia alicuiꝰ aduerſa: tūc
confugiat: tunc opē quęrat: vt vel rogando
ſuperioris mitiget ptātem: vel ſe viribus ar
met aduinctis: ne quaſi inferior potentiori
bus viribus opprimatur. Deniꝗ hieremias
Thren. 1. ſub hac littera ſic ait: Manus ſuas extēdit:
qui tribulat in oia deſideria eiꝰ: Uidit eniꝫ
gentes introeuntes in ſanctificationē ſuā:
quibus mandaſti ne introirent in eccleſiam
eius. De hieruſalē vtiꝗ hoc dic̄ propheta:

cuius deplorat erũnã:cuiꝰ pręceſſit deſola-
tio ac deſtitutio:vt poſtea ſequeret̃ ꝯfeſſio.
Heb.12. Caſtigat eñ dñs oẽm filiũ quẽ recipit. Re-
cepturus igit̃ hieruſalẽ:ante captiuitat̃ fla
gellauit erũnis. Nimiũ enim inſoleuerat:⁊
inflato ſe corde iactauerat: vt caput tenere
nõ poſſet:dñm ieſũ:id eſt:hũilitatẽ:gratiã:
iuſticiã:ſapiam:hoc ẽ: verę fidei magiſteriũ
nõ teneret. Et iõ dñs caſtigauit eam:q̃ mo-
derator omniũ nouit quẽadmodum vnum-
quẽq; caſtiget. Ut eñ medicꝰ grauiora vul
nera aſperioribꝰ medicamẽtis curare cõſue
uit: leuiora leuioribꝰ:ita ⁊ deus noſter gra-
uiora pctã maiore ſeueritate caſtigat. Sed
ipa caſtigatio ad ſalutẽ ꝓficit. Dixit eñ do
Deut.32. minꝰ: Percutiã ⁊ ego ſanabo. Deniq; ꝺ hie
ruſalẽ ſpem cępit hieremias ꝓpha ꝓmittẽ.
Nã i poſterioribꝰ ſub hac littera ait: Dabit
Thren.3. ꝑcutiẽti maxillã ſuã: ⁊ ſatiabit̃ i opprobrijs.
Dabit in ſepulturę foſſurã os ſuũ:ſi tamẽ ẽ
ſpes patientię. In euãgelio dñs ieſus do-
cens virtutẽ atq; inſigne patiẽtię ait: Qui
Matth.5. te ꝑcuſſerit in maxillam:prębe ei ⁊ alteram.
Uult eni diſcipl'os ſuos ⁊ iniuriaꝝ eẽ patiẽ
tes:nec referire facile:ne dũ ferire potẽs in-
iuriã faceret:indiciũ humilitatis nõ exhibe
rent. Patiẽtia eni humilitatis indiciuꝫ eſt.
Et iõ qm̃ deſolata erat ac deſtituta hieruſa
lem: Dabit inquit ꝑcutienti maxillã ſuã:vt
non ſe ſubducat iniurię: nec declinet cędis
dolorẽ:ß percutienti maxillã offerat. Utrũ-
q; intelligi põt: ſiue ei q̃ ꝑcutere incipiat:ſi-
ue ei q̃ iã ꝑcuſſerit: vt illꝺ euãgelicũ cõpleat̃
Qui te ꝑcuſſerit in maxillã :ꝑbe ei ⁊ alterã.
Et ꝓphetice hoc poſitũ ẽ: vt docẽt hierl'm:
hoc eſt:plebis iudaicę eccl'iaꝫ nõ alit̃ eẽ ſer-
uãdã niſi ꝑ euãgelij diſciplinã: vt cũ cęperit
euãgelij pręcepta ſeruare: ⁊ opibus implere
mandatũ dñi ieſu:tũc iugũ captiuitatis de
ſuę aię ceruice deponat:cũ ſe ſubdiderit iu-
go chriſti. Et ſatiabit̃ inq̃t i opprobrijs. Nõ
dixit ſubibit opprobriũ. Facile ẽ eñ vnã aut
alterã cõtumeliã ſuſtinere:addidit: Satia-
bit̃ in opprobrijs:quo facilꝰ dñi moueat mi
ſericordiã:opprobrioꝝ cõpluriũ deformita-
te miſerabil'. Qꝺ vtiq; ex libro regnoꝝ po-
2.Reg.16. tes intelligere. Quippe cũ cõuitiaret̃ ſemei
filius gera ſcõ dauid: virũ ſanguinariũ ap-
pellans: ⁊ malediceret ei qñ fugiebat filiuꝫ
ſuũ abſalon:parricidalia ad tẽpus bella de
clinans:tacebat rex: ⁊ ſũmũ patientię inſi-
gne ꝑſtabat. Eteni cũ tẽptationis ſuę tẽpꝰ
intelligeret: vt ei parricidale ꝑliũ moueret̃:
magis hũilez ſe volebat videri quo dñi mi
tigaret offenſam:q̃ exaſperandũ eiꝰ arbi-
trabat̃ in ſua tẽptatione iudiciũ:ſi forte ſu-
as iniurias vltũ iret. Unde ⁊ ipſi duci abi-
ſai vindicare cupienti ait: Quid mihi ⁊ tibi
ẽ fili ſaruię? Iõ maledicit mihi:qm̃ dñs di-
xit illi vt maledicat. Ecce filiꝰ meꝰ qui exiuit
de ventre meo: quęrit aiam meã. Si autem
modo extraneꝰ maledicit mihi: dimittite il-
lũ vt maledicat:qm̃ dñs dixit illi : vt vide-
at humilitatẽ meã: ⁊ retribuet mihi dñs bo
na pro maledicto hoc. Qꝺ ⁊ ꝓphetico dixit
ſpũ ⁊ ꝓbauit euentu. Cũ eñ repleta fuerit
humilitas:peccatũ ſoluit̃. Deniq; ⁊ in eſaię
libro habes: q2 dixit dñs: Sacerdotes loq̃- Eſa.40.
mini in cor hierl'm: cõſolamini eã: q2 repleta
ẽ hũiliatio eiꝰ: ſolutũ ẽ pctm̃ eiꝰ: q2 accepit
de manu dñi duplicia peccata ſua. Aduert̃
igit̃: q2 vbi deſolatio:ibi hũilitas. Deſola-
tionẽ eni ſequit̃ humilitas iuſto ordine: hu
militatẽ patiã:patiam ꝓbatio: ꝓbationem
cõſolatio. Qꝺ habes ⁊ in apl'o ſcriptum: q2
tribulatio patientiã opat̃: patiẽtia aũt pro- Ro.5.
bationẽ: ꝓbatio aũt ſpem: ſpes aũt nõ con
fundit: q2 charitas dei diffuſa ẽ in cordibus
noſtris ꝑ ſpm̃ ſcm̃: qui vtiq; noſtroꝝ conſo-
lator eſt affectuũ. Qꝫ aũt ait: Dabit i ſepul-
turã os ſuũ: oſtendit quãdã ſupra modum
patientię taciturnitatẽ: vt tanq̃ ſepeliat os
ꝓpriũ ne loquat̃: ⁊ velut quodã aggere vir
tutũ obſtruat: ne vocẽ doloris emittat : tan
tũ pondus aſſerens patiẽtię quã ſpes foue
at: vt vocẽ ipſã velut buſto q̃dam ac tumu
lo ſepeliat ac icludat: quã nulla extorquere
nulla excitare poſſit iniuria. Huiꝰ q̃ litterę
iterp̃tationẽ: vt potuimꝰ explicauimꝰ: veni
amꝰ ad pſalmũ. Itaq; p̃mꝰ verſiculus ẽ.

M Anus tuę fecerũt me ⁊ paraue Verſus I.
rũt me: da mihi itellectũ vt di Al' plaſmaue
ſcã mãdata tua. Magno cõmẽ runt
datiõis exordio vſus ẽ: vt opꝰ dei eẽ ſe dice
ret: q̃ facilꝰ circa opis ſui gr̃am fauor incli-
naret̃ auctoris. Grãdis etiã ꝑrogatiua ẽ in
rebꝰ hũanis: vt aliq̃s opibꝰ ⁊ bñficijs faue-
at ſuis: nec meritũ ſpectet alienũ: ß i ſuę gr̃ę
munꝰ itẽdat ne videat̃ abrogare qꝺ ipẽ dõa
uit. Itaq; ⁊ ſi de luto corporis nr̃i ſubſtãtia
ſit: carne induamur: ⁊ corpꝰ oſſibus intexat̃
⁊ neruis: tñ q2 ſimus p̃cioſiſſimum opus dei
nemo dubitauerit. Nã ⁊ fabricã ipſam hu-
mani corporis ſi q̃s conſiderare velit: nihil



poterit i terra p̃cioſius iudicare. Eſt eñ hõ
ſtatu celſus: vultu decorus: ceſarię gratus:
nõ i aluũ cęteroꝝ more curuatꝰ aialiũ: ß ipo
naturę iure ſublimis: qui in cęlũ libero ſpe-
ctet obtutu: nulla captiuę ſeruitute ceruic̃
oppreſſus in terrã: ſed tanq̃ proprię cõſcius
libertatis: ⁊ locuples ſui teſt̃ auctoris. Ue-
rũtamẽ in cęteris animãtibꝰ membroꝝ for-
ma laudet̃: in quibus ꝑter gr̃am corpor̃ ni-
hil ẽ aliud qꝺ requiratur. Homo in eo ẽ pul
chrior qꝺ nõ videt̃: nõ in corpore qꝺ videt̃:
in ſe habẽs ęternitatis gratiã ⁊ pręſentium
venuſtatẽ. Quę eni vident̃ tẽporalia ſunt:
nã quę nõ vident̃ ęterna ſunt. In hoc i ter-
reſtri hoſpitio indutus habitatione cęleſti:
cui ſimul cõpetit ⁊ in terris videri: ⁊ deo cõ-
iungi. Magnũ ſane munꝰ: ſi ſe ipẽ cog̃ſcat:
⁊ quędam forma iuſticię mũdo magis q̃ ſi-
Prouer.20. bi naſci. Unde ſalomon ait: Grande homo
⁊ precioſum vir miſericors: virũ autẽ fidelẽ
opus ẽ inuenire. Et vere magnus ẽ: q̃ diui-
ni opis interpres ẽ: ⁊ imitator dei. Hõ ẽ eñ
1.Cor.11. qui potuit dicere: Imitatores mei eſtote ſicͤ
⁊ ego chriſti. Terrã excolit: mari tãq; poſſeſ
ſione vtit̃: cęli ornamẽta grãdis mirat̃ aſſer
tor. Euanuerat rerũ natura: niſi qui ea vte-
ret̃: diuina ꝓuidentia eſſet adiectꝰ. Deniq;
poſtq̃ fecit deus cęlũ ⁊ terrã ⁊ maria: poſtea
q̃ omnia reptilia: volatilia: animantia: po-
ſtea hominẽ fecit: quẽ animãtibꝰ viuẽtibus
anteferret. De quo nõ imerito cęleſti ſentẽ-
Gen.1. tia reſultauit: Faciamus hominẽ ad imagi
nẽ ⁊ ſilitudinẽ noſtrã. Cętera dixit et facta
ſunt: mandauit ⁊ creata ſũt. Ut hõ fiat: ſpe
cialis quidã dei accedit hortatꝰ: vt tanq̃ la
borantis dei in huiꝰ munere creaturę ſigni-
ficet̃ opatio. Deus quidẽ expers laboris ẽ:
ß tñ ſcripturę verba: quid aliud niſi ſtudio-
ſam tui ob gr̃am opationẽ eius oſtendunt?
Ergo ſi deus maiore quodã ſtudio te crea-
uit: cur ipẽ tui ſtudiũ relinquis? Si deꝰ in te
laborauit qui laborare nõ nouit: cur ipẽ fu-
gitãs ſis laboris? Manꝰ tuę inquit fecerũt
me ⁊ parauerũt. Clamat ad deũ propheta:
Opus tuũ dñe ne deſeras: nõ derelinquas:
Te auctorẽ ꝯuenio: te teneo cõditorẽ: pręſi-
dia aliena nõ quęro. In adiumentũ accin-
gere q̃ accinctꝰ es vt creares. Dic ipẽ dauid
quid ſenſeris: cur dixeris: Manus tuę fe-
Pſ.137. cerũt me? Sꝫ dixiſti iferius: Dñe retribues
ꝓpter me: dñe miſericordia tua in ſęculum:
opa manuũ tuaꝝ nõ omittas: Hoc eſt: dice
re: Beſtias ñ fecerũt manꝰ tuę: ß dixiſti: ꝓ-
ducãt aq̃ reptilia aiaꝝ viuentiuꝫ: ⁊ ꝓduxit
terra ſcdm genꝰ quadrupedia ⁊ reptilia ⁊ be
ſtias terrę. Me autẽ inquit feciſti: me tuis
manibꝰ figuraſti: h̓ eſt: Nõ figuraſti beſtias
manibꝰ tuis: nõ reptilia: non volatilia: me
aũt fecerũt manꝰ tuę ⁊ parauerũt me. Non
mediocre opus ẽ qꝺ paratũ ẽ: cũ ſapia vnũ-
qꝺq; diſponit̃ ⁊ parat̃. Deniq; ſapia dicit:
Cũ pararet celoſ cũ illo erã. Qꝺ ꝺ hoibꝰ dicͭ Prouer.8.
idẽ ꝓpha: Uox dñi ꝑparãtis ceruos. Quę Pſ.28.
vox dñi dei ẽ: niſi: Faciamꝰ hoieꝫ? Qui ſunt
iſti cerui: niſi inimici ſerpentibus: qui ſuper
aſpides ambulãt ⁊ venena nõ ſentiũt? Nõ
vile igit̃: ñ corporale arbitror qꝺ ꝑauit deꝰ.
Noſce teipſũ hõ: tuę aię dicit̃ in cãticis can
ticoꝝ. Niſi cognoueris te formoſã in mu- Cant.1.c.
lieribus. Cognoſce te aia: q2 nõ de terra: nõ
de luto es: q2 inſufflauit in te deꝰ: ⁊ fecit in
aiam viuẽtẽ. Opꝰ ẽ magnificũ: dei genera-
tione inſpiratũ. Attende tibi vt lex dicit: h̓
eſt: tibi: id eſt: aię tuę. Sęcularia te ⁊ mũda-
na ne teneãt: terreſtria nõ moreñt. Ad illũ
tota intẽtiõe feſtina: ex cuiꝰ inſpiratiõe con
ſiſtis. Grãde iq̃t hõ ⁊ p̃cioſũ vir miſericors:
virũ fidelẽ opus eſt inuenire. Diſce hõ vbi
grãdis ⁊ p̃cioſus ſis. Uilem te terra demõ-
ſtrat: ß glioſũ virtus facit: fides rarũ: ima-
go p̃cioſũ. An quicq̃ tã precioſum: q̃ ima-
go ẽ dei: q̃ primũ tibi fidẽ debet infundere:
vt i corde tuo refulgeat quędã auctor̃ effi-
gies: ne q̃ mentẽ tuã interrogat non agno-
ſcat auctorẽ? An q̃cq̃ tam p̃cioſũ q̃ humi-
litas: vt naturã corpis aięq; ꝑſpiciẽs: altero
te ꝑſpiciens: altero ſubijcias: altero recog-
noſcas? Prona in vitiũ carnis illecebra: mi
ſericordia ſuadet: q2 qꝺ alteri cõtuleris tibi
ſoluis. Quicq̃d a te ꝓcedit: in te recurrit: et
q̃cq̃d fueris: tibi ſoluis: ⁊ q̃cq̃d fueris tibi ꝓ
ficit. Uiuacis aię vigor: ſenſus rõnis ⁊ itel-
lectus capax atq; iudicij: vt digna domꝰ tã-
to habitatore videat̃. Nõ amittet ſuę ꝑro-
gatiuaꝫ naturę: vt hoĩs nomen amittat.
Scriptura eñ eũ hoiem dicit: q̃ ẽ ad imagi-
nẽ ⁊ ſilitudinẽ dei: peccãtẽ aũt nõ hoieꝫ: ſed
aut ſerpẽtẽ aut equũ hinnientem fęminis:
aut vulpeculã: aut iumẽtũ vocare ꝯſueuit.
Nolite fieri ſicut equꝰ ⁊ mulus: q̃bꝰ nõ ẽ in- Pſ.31.
tellectꝰ. In chamo ⁊ freno maxillas coꝝ cõ-
ſtringe q̃ nõ appropinquãt tibi. Et dicite hu Luc.13.
ic vulpi: De herode ait. Sꝫ ꝺr generatio vi- Luc.3.
peraꝝ a iohãne plebs hoim. Magnũ ꝰ opꝰ

dei es hõ:magnũ ẽ qꝺ dedit tibi deuſ:vide
ne qꝺ deꝰ tribuit amittas. Magnũ illꝺ mu
nus:ꝙ es ad imaginem dei:⁊ h̄ in te punit̄
magis. Deꝰ eñ nõ punit ſimilitudinẽ ſuaꝫ:
ſ; eũ punit q̄ ad ſil̄itudinẽ dei factꝰ: hoc qꝺ
accepit ſeruare nõ potuit. Punit̄ ꝫ illud qꝺ
ad ſil̄itudinẽ dei eẽ deſiſtit:hoc ẽ pctm̄ tuũ.
Nã ſuã deꝰ nõ dãnat imaginẽ:nec illã i in-
cendiũ mittit ęternũ:ſ; magis vindicat ima
ginẽ ſuã de eo qui imagini illi fecit iniuriã:
vt ꝑ maliciã qꝺ eras eſſe deſineres: ⁊ ne fie-
res mulus ex hoie. Vindicat̄ ꝫ imago:non
cõdẽnatur:vindicat̄ quaſi expulſa:nõ cõdẽ
natur quaſi rea. Poſtq̄ꝫ enim peccaſti aliud
eſſe cępiſti:⁊ illud qꝺ eras eſſe deſiſti. Quõ
igit̄ punit̄ in te qꝺ in te nõ inuenit̄? Nã ſi i-
ueniat̄ in te imago dei ⁊ ſimilitudo:nõ ſup
plicio incipis dignus eẽ:ſed p̄mio. Ita ima
go illa qua ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei fa
ctus es:nõ cõdemnat̄ ſed coronat̄. Cõdem
naris autẽꝫ in eo ꝙ ipſe mutatus es:vt fie-
res ex hoie ſerpẽs: mulus equꝰ:vulpecula.
His nos eni noibus iã ſcriptura ꝯdẽnauit:
qꝛ exuti cęleſtis imaginis ornamẽto:etiam
nomẽ hoīs amittimꝰ:qui gr̄am hoīs nõ te-
nemus. In aliquibꝰ tñ codicibꝰ inuenimꝰ:
Job.10. Manus tuę fecerũt me ⁊ plaſmauerũt me.
Nec iſtud alienũ:quia ⁊ iob dixit: Manus
tuę plaſmauerũt me ⁊ fecerunt. Unde ⁊ hic
edicit̄ vt meminerit deus:qꝛ puluiſ ſumus;
⁊ vberioris gr̄ę munus ĩfũdat:nec infirmũ
opus deſerat. Gubernator fluctuante naui
gio plus laboris impendit: q̄ꝫ cũ ſecũdo re-
migio labit̄ fluctu:⁊ ventoꝝ flatũ ſuo ſupa
ro ſupante ꝑcurrit. Manꝰ tuę inq̄t plaſma-
uerunt me. Manus dicit pluraliter nõ ma-
nu. At ꝟo alibi ait: Ego manu mea ſolida-
ui cęlũ:⁊ manus mea fecit hęc. In hoīs con
ſtitutiõe videt̄ nõ abũdare:qꝺ toto mũdo
vt fieret abundauit. Cęlũ vna firmauit ma
nus:vt ſcriptũ ẽ:et vtraq̄ꝫ dei manꝰ hoiem
figurauit:vt legimꝰ. Cęlũ nõ ad ſil̄itudinẽ:
hõ ad ſil̄itudinẽ. Angeli eñ ad miniſteriuꝫ:
hõ ad imaginẽ. Eſto vt ⁊ ãgeli ad imaginẽ:
ſcriptura tñ de hoie locuta eſt ꝙ ſit ad ima-
ginẽ. Habemuſ eñ aliq̄d qꝺ fortaſſe angeli
Ro.5. nõ habeãt. Ubi eñ abũdauit pctm̄ ſuper-
abundauit gr̄a. Nobis ẽ natꝰ xp̄s ex virgie.
Eſa.9. Legimꝰ eñ: Puer natꝰ ẽ nobis:filiꝰ datꝰ eſt
nobis. Nobis carnẽ ſuſcepit:imo potiꝰ nos
in illa carne ſuſcepit:qñ filiũ hoīs i dei ſede
ꝯſtituit. Non lego angelos in dei ſede niſi

ſtantes:niſi miniſteriũ deferẽtes. Nõ lego
angelos ſ; hoies cõſepultos chriſto: ⁊ i xp̄o
reſuſcitatos. Deniq̄ꝫ ait apl̄s: Quia cõuiui Eph.2.
ficauit nos in chriſto:cuiꝰ gr̄a eſtis ſalutifi-
cati:⁊ ſimul ſuſcitauit:ſimulq̄ꝫ ſedere fecit i
cęleſtibus in xp̄o ieſu. Filius ꝫ hoīs ad de-
xterã dei:nõ angelus:nõ archangelus: nec
cherubin et ſeraphin. Illi laudant:filiꝰ ho-
minis ſedet. Filius hoīs angeloruꝫ ore lau
dat̄:ꝙ angelos malos vicerit:de nequicijs
ſpiritalibus q̄ ſunt in cęleſtibus triũphaue
rit:ꝙ fecerit ſimiles angeloruꝫ hoies in q̄bꝰ
ante erãt cõtagia mortuoꝝ. Uerbo inq̄t do Ps.32
mini cęli firmati ſunt:⁊ ſpũ oris eius omniſ
virtus eorũ. Homo q̄ꝫ ſpiritu dñi ꝑfectionẽ
vitę cõſũmationẽq̄ꝫ virtutis accepit. Inſpi Gen.2.
rauit in eũ dñs ſpũm vitę: ⁊ factus ẽ hõ in
aĩam viuentẽ. Uita ꝫ noſtra cępit ex inſpi-
ratione diuina:ſ; vita hęc ſeceſſione animę
corporiſq̄ꝫ diſſoluit̄:inſpiratio autẽ diuina
nõ ſoluit̄. Et iõ intellige aliud eẽ qꝺ figura-
tum ẽ:aliud qꝺ factũ eſt vel paratũ. Meri-
toq̄ꝫ dupliciter habes ſcriptũ de hoie. Pri-
mũ eni ſcp̄tũ ẽ: Faciamꝰ hoiem ad imaginẽ Gen.1.
⁊ ſimilitudinẽ noſtrã:⁊ dñabunt̄ inquit vel
principatũ habebũt:⁊ fecit deꝰ hominẽ ad
imaginẽ dei. Scꝺo aũt loco ita ſcp̄tũ ẽ: Et
accepit deus pulueręꝫ de terra ⁊ plaſmauit
hoiẽꝫ. Ubi puluis: ibi plaſmatio:vbi autẽ
nõ puluis:ibi nõ terra:nõ materia:ſ; incor-
poreũ:ſ; admirabile:ibi nõ materia: ſ; ima-
teriale. Qꝺ eñ ſcꝺm imaginẽ ẽ:nõ ẽ in cor-
pore:nec in materia: ſ; in aĩa rõnabili. Ibi
opat̄:ibi oſtẽdit̄ hõ ad ſil̄itudinẽ ⁊ imaginẽ
dei:vbi iuſticię:vbi ſapię:vbi oīs forma vir
tutꝫ aſſumit̄. Si itelligas imaginẽ:videbis
ad imaginẽ. Hõ eñ nõ ẽ imago dei:ſ; ad ſi-
militudinẽ factꝰ. Alius eſt imago dei inuiſi Col.1.
bilis:primogenitꝰ vniuerſę creaturę:ꝑ queꝫ
facta ſũt oīa. Ille nõ ad imaginẽ:ſ; imago:
tu nõ imago:ſ; ad imaginẽ. Habes ꝫ in tua
ſubſtãtia aliq̄d de imagine ⁊ ſil̄itudine dei:
qꝺ ſit dinę ſil̄e imagini. Propterea imago
ad eũ qui ẽ ad imaginẽ venit:⁊ q̄rit imago
euꝫ qui eſt ad ſil̄itudinẽ ſui:vt iterũ ſignet:
vt iterum ꝯformet:qꝛ amiſiſti qꝺ accepiſti.
Inſufflauerat eni tibi deꝰ: vt inſpiratiõis
ſuę dono haberes gr̄aꝫ:quã tibi tua culpa
ſuſtulerat. Factꝰ eras i animã viuẽtẽ: audi
quid dicat:nõ in carnẽ:ſ; in aĩam viuenteꝫ.
Sꝫ qꝛ peccator ſignaculũ tenere nõ potuit:
⁊ in crimie poſitꝰ nõ habebat quę dei ſũt:ſ;



quę hominũ:propterea venit dñs nr̄ ieſus
Job.20. chriſtus:vt legiſti in euãgelio:et a mortuis
reſurgẽs cũ clauſos diſcipulos repperiſſet:
clauſtris ingreſſus ẽ manẽtibꝰ:⁊ dixit: Pax
vobis: Sicut ꝫ miſit me pr̄ ⁊ ego mitto voſ.
Cũq̄ꝫ hoc dixiſſet inſufflauit ⁊ dixit eis: Ac-
cipite ſpũm ſanctũ. Videſ ne ꝫ q̄ manꝰ fece-
rint hoiem:aut quẽ hoiem fecerit? Illũ vti-
Col.3. q̄ꝫ quẽ ſcꝺm chriſtũ induimꝰ: expoliãtes ve
terẽ hoiem cũ actibꝰ ſuis:⁊ induimꝰ nouuꝫ
qui renouat̄ ad agnitionẽ ſcꝺm imaginẽ eiꝰ
qui creauit eũ:vbi nõ ẽ ſeruꝰ ⁊ liber:ſed oĩa
⁊ in oĩbus chriſtus. Chriſtũ ꝫ induimꝰ ſicut
Gal.3. ⁊ alibi dictũ ẽ: Chriſtũ induiſtis. Accepimꝰ
ſpm̄ ſcm̄ q̄ nõ ſolũ nr̄a peccata dimittet:ſed
etiã nos facit ſacerdotes ſuos alijs pctã di-
Ps.138. mittere. Iꝺ ait propheta: Tu finxiſti me et
poſuiſti ſup me manũ tuã. Finxit per lutũ:
poſuit ꝑ gr̄am ſpũalẽ:licet plęriq̄ꝫ hũc pſal-
mũ ex ꝑſona dictũ ſaluatoris accipiãt. Au-
di qꝛ manꝰ dñi etiã ſpũs dicit̄. Clamat iob:
Spũs diuinꝰ qui fecit me. Iſtę ſunt ꝫ ma-
nus q̄ hominẽ parauerũt chriſtꝰ ⁊ ſpũs. Er-
go dñs ieſus ⁊ corporis auctor ẽ nr̄i:qui pri
mũ fecit hominẽ ad imaginẽ:⁊ poſtea de lu
to finxit:⁊ voluit ſeruare qꝺ fecerat:ſaluare
qꝺ plaſmauerat:vt totũ hominẽ ſaluũ face
Job.7. ret. Sicut ip̄e dixit in euãgelio: Mihi iraſci
mini:qꝛ totũ hominẽ ſaluũ feci in ſabbato.
Qꝺ ſpẽaliter eccl̄ia docet:qꝛ nõ ſoluꝫ aĩa:ſ;
etiã caro nr̄a ſaluat̄. Anima ꝑ cognitionem
dei:caro ꝑ reſurrectionẽ:quoꝝ alterũ docu
it diuinę auctoritate ſermonis:alteꝝ ꝓprię
reſurrectionis exẽplo. Hic ẽ ꝫ homo gemi-
nę ſubſtãtię. Alia ẽ eni facti ſubſtãtia: alia
figurati. Iſta de dei ſpũ:illa de limo. Pro-
pterea ait iob: Reſuſcitabit coriũ meum:qꝛ
qꝺ de limo eſt reſuſcitat̄. Terra eni in terrã
redit: qꝺ autẽ factum eſt vt principatũ ha-
beret ſuper cętera animantia:id ꝑſtantiꝰ eẽ
intelligis. Luti etiã beſtijs nobiſcum cõmu
ne conſortiũ eſt:et ideo animę ſpecialis prę
rogatiua donata eſt. Ideo tamẽ quia cęte-
ris animantibus imperat: ſed vt poſſit im-
perare debet deo eſſe ſubiectꝰ. Docet̄ igitur
ſeruire: vt ad regnuꝫ ꝑuenire mereat̄. Qui
eñ ſeruit chriſto placet deo. Qui ſeruit chri
ſto:placet vtiq̄ꝫ veritati:⁊ debet neſcire mẽ
daciũ. Qui ſeruit iuſticię:debet repellere i-
iquitatẽ. Qui ſeruit imaculato:debet tene
re caſtionię diſciplinã. Qui fuit luci debet
odiſſe tenebras peccatoꝝ. Ergo qꝛ corpꝰ in-

firmũ ẽ:viſitationẽ dñi poſtulemꝰ. Uñ pro
pheta ait: Quid eſt hõ ꝙ memor es eiꝰ: aut Ps.8.
filius hoīs qm̄ viſitas eũ? Et nũc in reliqua
verſiculi portione ait:

**Da mihi intellectum vt diſcã mã-
data tua.** Spiritalem igit̄ ſe eẽ cog̃ſcit
ꝓpheta ꝑ gratiã ſpũſſancti: Etenĩ itellectũ
dari a dño:⁊ inter munera gr̄aꝝ primo con-
ſtitui loco in apl̄ica lectiõe didiciſti:qꝛ vni- 1.Cor.12.
cuiq̄ꝫ dat̄ manifeſtatio ſpũs ad vtilitatem.
Et in ꝓpha:primo loco ſapientię ⁊ itellectꝰ
ſpiritalꝫ gr̄a poſtulat̄. Petit̄ ergo dei donũ.
Deniq̄ꝫ vide ordinẽ. Da mihi intellectũ vt
diſcã mãdata tua. Intellectꝰ ꝑmittit̄:vt ſci
entia ſequat̄. Nã niſi q̄s intellexerit:doctuſ
eẽ nõ poterit. Doctrinã igit̄ intellectꝰ facit:
nõ memoria. Nihil eni ꝓdeſt multa legiſſe:
niſi intelligas ip̄e q̄ legeris. Et in apl̄o poſt
manifeſtationẽ ſpũs ſermonẽ ſcię legiſti po
ſtea ſubſtitutũ:vt ſcias intellectũ memorię
ꝑferendũ:⁊ illũ poſſe habere ſciaꝫ:cui ante
intellectꝰ affulſerit. Simul intellectũ ꝯſide-
ra. Si ꝓpha intellectũ dari ſibi poſtulat:q̄ſ
tã arrogãs:q̄ profiteat̄ i ſua ptãte eẽ intelli-
gentiã? Intellectũ petit vt ip̄e ſe nouerit:⁊
naturę ſuę poſſit ſcire rõnem. At illi q̄ de re-
rũ natura diſputãt:cęli ſcrutant̄ plagas:q̄
ſeip̄os ſcire nõ pñt:putãt itelligentiam ſine
dei dono poſſe cõcedi. Uñ ⁊ nos hũilitateꝫ
debemꝰ aſſumẽ: ne extollamur ſi forte vnã
aliquã de ſcripturꝫ parabolã cognouerimꝰ:
aut qꝛ interdũ ſcꝺm lr̄am plana legimus:ſi
forte ſcꝺm lr̄am aliq̄d intellexerimꝰ doctrię
nobis aſſumamꝰ ſciaꝫ. Propheta ille q̄ ac-
cepit ſpm̄ ſcm̄:poſtq̄ꝫ vnctꝰ ẽ in regnũ:vnctꝰ
ẽ in ꝓpham:centeſimũ octauũdecimũ pſal
mum ſcribens: intellectum ſibi dari poſcit:
vt mãdata dei intelligat:⁊ ſcit niſi a dño ac
ceperit gr̄aꝫ:intelligẽ eiꝰ ſe mãdata nõ poſ-
ſe. In euãgelio q̄ꝫ lego:qꝛ ꝓponebat para-
bolas dñs ieſus: ⁊ apl̄i nõ intelligebãt. De
niq̄ꝫ explanationẽ ꝓpoſitę parabolę poſtu
labãt. Ip̄e dñs ieſus cũ diceret:vt legiſti in
libro euãgelij ſcꝺm mattheũ ſcriptũ: Beati Matth.5.
paupes ſpũ:ſubiecit in poſterioribꝰ: Oĩs q̄ Matth.7.
audit ꝟba hęc ⁊ fecerit ea: ſil̄is erit viro ſa-
pienti. Nõ ꝫ q̄ audit tãtũmodo ſil̄is erit: ſ;
q̄ facit quę audierit. Ergo neq̄ꝫ factum ſine
auditu:neq̄ꝫ auditio ſine facto põt eẽ ſapiẽ-
ti ſimilis:ſed qui audit ⁊ facit. Audiamus
igit̄ intelligamꝰ:faciamꝰ vt intellexiſſe nos
qꝺ audiuimꝰ cõprobemꝰ. Seq̄t̄ ꝟſꝰ ſecũdꝰ.

Verſ⁹. II. Qui timent te videbunt me ⁊ le
Al. ſupſperaui tabūtur: quia in verba tua ſperaui.
Fortaſſe aliquib⁹ videatur hoc eē ꝯtrariū:
quia iuſtus dicit: Qui timent te videbunt
me ⁊ letabunt. Multis eni iuſtus grauis ē
Luc. 8. cū videt. Deniqꝫ i euāgelio pleriqꝫ dn̄m ie
ſum videre nō poterāt: ſicut geraſeni roga
bant eū vt abiret de regionibus coꝝ: ⁊ alij
ei tranſitū denegabat: qn̄ tn̄ ꝑ eos tranſire
nolebat. Vn̄ puto ꝙ ſicut illic iudaice for
ma impietatis exprimit: ita hic eccl'ie gr̄a re
uoletur. Prophetat eni totū orbē replendū
eſſe timore diuino: ⁊ ideo quaſi timētes dcū
ſanctoꝝ dicit cognitione letari. Qui eni vi
det iuſtū ⁊ gaudet: etiā ipſe vult eē iuſtus.
Pulchrū ē eni vt in alijs delectet: qḋ vult
ipē in ſe ſeruare ſi poſſit. Eſt eni inſituꝫ bo
nis: vt caſtum pudicus: prudentē ſapiens
affectu pio diligat miſericors liberalē ⁊ vir
tutes ſuas in alijs amet. Pleriſqꝫ eni iuſti
aſpect⁹: admonitio correctionis ē: ꝑfectiori
bus vero leticia ē. Qꝫ pulchrum ergo ſi vi
dearis ⁊ proſis. Bonū ergo vir iuſtus. Pro
Gal. 1. ptcrea deniqꝫ paulus apl's aſcēdit hieroſo
lymā vt iuſtos videret: ⁊ cū petro māſit die
bus quindecim: vt ex eius aliquid cohabi
Act. 15. tatiōe ꝓficeret. Propterea ipē paul⁹ ⁊ bar
nabas cū hieroſolymā ingrederent: magni
fice excipiebant ab eccl'ia: ab apl'is ⁊ maio
ribus natu. Cū aūt abire vellent: ne diſcede
rēt rogabant: ⁊ vt poſtea de paulo legim⁹:
cū lachrymis deducebat. Nam ſi ē tāta vis
in naturalib⁹: vt animal viſū proſit icterici:
ita vt mortui quoqꝫ cornu ei⁹ animātis pro
deſſe dicat: ſi fuerit demonſtratū his q̄ hu
iuſmodi inciderint paſſionē: dubitare poſ
ſum⁹ ꝙ iuſti ſanet aſpectus? Ergo vile ani
mal irrationabile tantā virtutē habet vt ſa
nare poſſit hominē momento exiguo: quid
videt homo iuſt⁹ ſi tamē cū fide ab eo con
ſpiciat: q̄ vtilitateꝫ ab eo ꝑcipere deſiderat
nihil cōfert? Num vl' ipi oculoꝝ radij virtu
tem quandā vident infundere his qui fide
liter cū videre deſiderāt? Sꝫ queādmoduꝫ
iuſtus letificat cor innocentiū cuꝫ videt: ita
⁊ improbi iuſtoꝝ cognitiōe torquent: quia
vel tacitis ſanctoꝝ morib⁹ arguuntur. Tor
quet caſtitas incōtinentē: auariciā liberali
tas: impietatē fides. De hoc qꝫ parile vilis
animantis ſumam⁹ exemplū. Nam ſicē pro
deſſe dixim⁹ mutū animal cū videt: ita ob
eſſe percipimus lupū: ſi aliquē videndū ꝑ
uenerit. Vocē eni ferunt amittere: quos pri
us lupus viderit. Baſiliſcus qꝫ: hoc ē: noxi⁹
ſerpens: ſi qḋcunqꝫ prior viderit animal: fer
tur occidere: ⁊ allegat ſtatim necari qui po
tuerit a ſerpēte huiuſmodi ꝓuideri. Ipē qꝫ
ſerpens mori dicit: ſi fuerit hois preuenitus
aſpectu. Ergo ſi tanta virtus vel in ocul' ſer
pentis vel in oculis ē homis: vt ſi alter alte
rū prior viderit poſſit occidere: nō ē virtus
in oculis iuſti: qui repletus virtutis ē gr̄a:
Matth. 9. cū ꝑſertim tātū opetur fides: vt ⁊ illa q̄ fim
briam dn̄i tetigit ſanaret: ⁊ ille cui intendit
dominus ieſus ſtatim ex eius oculis gratiā
ſanitatis hauriret? Sed qui videt iuſtum
debet ſcire quid videat: nō illū videt in cor
pore: nō in veſtimēto: nō in patrimonio: nō
in vultu: ſed intus videt. Nō inquā illū vi
det: niſi eius viderit mentē: niſi eius ſermo
nē intenderit: niſi ſenſus illius potuerit cō
ꝑhendere: ſapientiā de tractatu ei⁹ potuerit
aſſumere. Tunc igit letabit cū iſta ꝑſpexe
rit: cū iſta cognouerit. Ita ergo ⁊ nos ſicu
Luc. 7. bi audimus iuſtum: feſtinem⁹ videre: ſicut
illa mulier que audiuit i domo phariſei diſ
cumbere dn̄m ieſū: ⁊ ingreſſa ē: ⁊ ei⁹ pedes
ꝑfudit vnguento: illius imitatores ſimus:
Quia eccl'ie in illa muliere figuram eē quis
dubitet? Sicubi ergo iuſt⁹ ſedeat: ſicubi ac
cumbat: feſtinem⁹ videre eū. Precioſuꝫ eſt
videre virū iuſtū: vt videas eū ſcḋm imagi
nē dei. Qḋ foris ē nihil ꝓdeſt: qḋ itus ē ſa
nat. Sane ⁊ in eo qui foris ē: illū qui intus
ē frequenter aſpicimus: vt ſi viderimus in
Matth. 25. paupere illum ad cuius ſilitudinē factus ē:
honoremus in paupere: de quo ait: Dedi
ſtis mihi manducare: q: qḋ vni eoruꝫ dedi
ſtis: mihi dediſtis. Qui eīm coronat imagi
nem impatoris: vtiqꝫ illū honorat: cui⁹ ima
ginē coronauit: ⁊ qui ſtatuā ꝯtempſerit im
ꝑatoris: impatori vtiqꝫ cui⁹ ſtatuā cōſputa
uerit: feciſſe videt iiuriā. Gētiles lignū ado
rant: quia dei imaginē putant: ſed inuiſibi
lis dei imago nō in eo eſt qḋ videt: ſed i eo
vtiqꝫ qḋ nō videt. Vides ergo: q: int' mul
tas chriſti imagines ambulam⁹? Caueam⁹
ne coronā imagini detrahē videamur: quā
vnicuiqꝫ chriſt⁹ ipoſuit. Caueam⁹ ne aliq̄d
detrahamus his quibus debem⁹ adiunge
re. Sed qḋ peius eſt: nō ſolū nō honeſtam⁹
paupes: ſ etiaꝫ dehoneſtam⁹: deſtruimus:
ꝑſequimur: ⁊ ignoramus quas dei imagini
cōgregam⁹ iniurias: cū factos ad imaginē



dei putamus eē ledendos. Qui eni irridet
Matth. 25. pauperē: exacerbat eū qui fecit illū. Sꝫ ad
erit ille qui dicat: Eſuriui ⁊ nō dediſtis mi
hi māducare: ſitiui ⁊ nō dediſtis mihi bibe
re: eger erā ⁊ non viſitaſtis me. Et quanto
iſta leuiora ſunt: qꝫ ſi dicat: Iniurias mi
hi feciſtis: nudaſtis me: verberaſtis me?
Quē ſi quis interrogauerit: qn̄ tibi iniurias
fecimus: quādo ſpoliauimus: quādo etiam
verberauim⁹? Dicet: Quādo vni hoꝝ mi
nimoꝝ feciſtis: mihi feciſtis. Propterea ca
ueamus diligenti⁹ ne cui vel minimā contu
meliā irrogem⁹: ne ipſi dn̄o in illis minimis
cōtumelioſi fuiſſe videamur. Qua rōe autē
dixerit: Qui timent te videbunt me ⁊ leta
bunt: ipſe expoſuit dicēs: Quia i verba tua
ſupſperaui: hoc eſt dicere. Intus me vide
runt: intus me tetigerunt: intus me aſpexe
runt: vbi ſpem aſſumpſi de tuis verbis: vbi
tua verba ꝑcepi. Beati ḡ qui vidēt iuſtum
⁊ letant: quia ſperant in dei verba. Qꝫ mul
ti aūt ſunt qui oderūt iuſtos: q: perſcrutan
tur dei verba qui iuſti ſūt: ⁊ cū aliquos do
ctos audiunt: impie eos ꝓpter doctrinā vi
tare conſueuerunt. Sequitur verſus terti⁹.
Ver. III. Agnoui domine quoniā iuſta iu
Al. Cognoui dicia tua: ⁊ in veritate tua humilia
Al. q: eq̄tas ſti me. Qui pōt intelligere q̄ ſunt diuine
ꝓuidentie: vtiꝫ eo ſermone quo vſus ē pro
pheta ſanct⁹ dauid: Quia oia iudicio dei fi
unt vt egrū corpus aliquis habeat aut ſalu
bre: vt diues vt paup ſit: vt moriat iuuenis
vel ſenex. Si quis intendat ſcripturis diui
nis: intelligit hec fieri iudicio dei. Nihil eīm
ē ꝑter dei ſciam. Exemplū querimus: Nō ē
abſcōditū. Si quidē iob nūqꝫ amiſiſſet pro
prias facultates niſi eēt tradit⁹ aduerſarie
poteſtati. Dedit eīm dn̄s diabolo poteſtatē
in facultates eius: vt tēptaret qualē amiſſo
patrimonio haberet affectū: Dedit i filios:
dedit in corpus eius vt probaret. Num de
functorū dolore liberoꝝ: aut cruciatu corpo
ris a cōſtantia mētis animeqꝫ defeciſſet: ni
ſi fortis exiſteret? Dn̄s quidē nouerat fortē:
ſed in illo docere atqꝫ examinare nos volu
it: vtrū imitatores eius eſſe poſſem⁹. Deni
qꝫ ⁊ abraam tēptauit: quādo filiū ſenis vni
cum ſibi petit imolari. Sciebat vtiqꝫ mentē
abrae. Sed ſciens temptat dominus: ſicut
Joh. 6. legiſti in euāgelio: Quia cum interrogaſſet
domin⁹ ieſus diſcipulos: quot panes habe
rent: ⁊ illi reſpondiſſent: quia quinqꝫ tantū
haberent panes: ipſe ait. Quid faciem⁹ in
quit inter tantos hoies? Hoc autē dicebat
temptās eos: ſciebat eīm quid factur⁹ eſſet.
Qui ergo iuſtus eſt: examine iuſticie ſue cre
dit: q: dei iuſta iudicia ſunt: vl' ſcḋm grecū:
q: dei iudicia ſunt ipſa iuſticia. Sed hoc vt
agnoſceret fecit ꝑmiſſa precatio: qn̄ intelle
ctū ſibi dari popoſcit: vt mādata dei diſce
ret. Accepta ē ergo intellectus ⁊ cognitiōis
gr̄a: agnouit iuſta eſſe dei iudicia. Agnoſce
re aūt perfecti eſt. Deniqꝫ aliud eſt credere:
aliud agnoſcere. Fides timentis agnitio ē
ſapientis. Qui eni timet: rōnem nō querit:
ſapiens aūt ⁊ agnitionē eoꝝ iueſtigat q̄cū
qꝫ percipere deſiderat. Credidi inquit pro Ps. 115.
pter qḋ locutus ſum. Cognouit aūt intelli
gens qḋ locutus eſt. In quo ḡ iuſta iudicia
dei ſunt. Quia per labores ⁊ tribulationes
⁊ afflictiones ad celeſte premiū ꝑuenit. Sic
eīm certantibus athletis corona defert iuſto
iudicio hominū: ita legitime certātib⁹ chri
ſtianis: diuio iudicio palma decernit. Vin Apoc. 3.
centi inquit dabo ſedere mecū in ſede mea.
Vita ḡ noſtra examinat igne ſicut ſplēdor
argenti: vt virtus certaminib⁹ approbetur.
Tranſiuimus inquit per ignē ⁊ aquā: ⁊ in Ps. 65.
duxiſti nos in refrigeriū. Per hec igit vera
iudicia tua eſſe cognoui. Humiliat⁹ eīm ſum
vt hec viderē: q: hi qui exaltati ſunt corde:
oculos ad veritatem apire nō poſſūt. Cum
autē humiliamur peccata nr̄a cognoſcim⁹:
⁊ ipſa humilitate delicta nr̄a purgam⁹. Hu
miliat⁹ ſū iq̄t ⁊ ſaluū me fecit. In veritate ḡ
hūiliat⁹ ē q̄ hūiliat⁹ ē ad ſalutē: nec vane ꝑ
tulit paſſionē q̄ ſalutē veritatis ſecut⁹ ē. Diſ
tat igit int' cogſcere ⁊ timere. Vt eo reuerta
mur: Deniqꝫ euāgelij lectio docere nos de
bet. Ait eīm dn̄s ad eos q̄ credebāt ei ex iu Joh. 8.
deis: Si manſeritis i verbo meo: cognoſce
tis veritatē: ⁊ veritas liberabit vos. Si mā
ſeritis inquit cogſcetis. Vides q: nō a prin
cipio potuit cogſcere: quicūqꝫ timens deuꝫ
verbū ei⁹ audiuit? Nō ſolū aūt nō idem eſt
timor ⁊ cognitio: verūetiā nō idē eſt fides ⁊
cognitio. Siquidē etiā apl's docuit diuerſa
eē munera gr̄aꝝ. Alij eni inq̄t ꝑ ſpm̄ dat ſer i. Cor. 12.
mo ſapiētie: alij ſermo ſcie ſcḋm eūdē ſpm̄:
alij fides in eodē ſpū. Si ḡ alij fides datur:
alij cognitio: vides vbi fides nō ſtati cogni
tio. Vbi aūt cognitio ⁊ fides ē ⁊ prudētia:
nec ab eo poſſum⁹ diligentiā ſepare. Habu
it ḡ cognitionē ſanct⁹ dauid: vtpote ꝓpha
f

pfectus: qñ quidē ita pfecte cognouit vt hu-
miliaret in ipa veritate. Siue ꝙ in aduerſis
poſitus agnouit ꝓbatōis grām: ea q̄ labo-
rioſa ⁊ aduerſa ſunt ſuſtinēda: iuſtū aūt eſſe
dei iudiciū: ⁊ iō bene certantes nūq̄ deſeri
vel relinqui: ⁊ coronā his poſt laborē poſſe
deferri: ſiue in ſecūdis ⁊ pſperꝭ poſit⁹ cogūit
etiā diuitias rerū: diuerſoſq̄ ſucceſſus tem
ptatiōis: cauſas ſolere ſuppetere: vt is q̄ his
vtit: rex proſperitate tēptet. In eo igit pro
pheta dauid laudādus: Quia cū iſta agno
ſceret hūiliabat: vt hūilitate ſua vl pſpero-
rū excluderet tēptamēta vel aduerſoꝝ ſubi
ret cōſtātiā equanimitate tolerātie. Non ꝙ
magnope laudabilis eēt ꝓpha: ſi laudaret
iudicia dei vſus affluentia ſecūdoꝝ. Quid
eñ magnū facim⁹: ſi qñ in ſecūdis ſum⁹ lau-
damus deū: qñ in diuitijs ſum⁹: qñ nullis
vexamur iniurijs? Illud ē magnificū: ſi ſub
iectus iniurijs: cōtumelijs: iudiciū dei lau-
des: ſi vexat⁹ egritudie: iudicia dei pdices:
ſi te inopia nō reuocet: quo min⁹ laudes iu-
ſticiā dei. Ergo ſemp laudāda ſunt iudicia
Ps. 47. dei: ſicut ſcriptū ē: Exultauerūt filie iude ꝓ
pter iudicia tua. Que ſūt filie iude: niſi aie
religioſe: aie eccl'ie: que ieſū chriſtū dñm cō-
fitent: que videntes rōnem iudicioꝝ tuoꝝ
ſemp exultant? Qui eni nō ex aliquo ſecun
do ꝓuentu: ſ ex cognitione rōnis induit le-
ticiā: nō niſi in exultatiōe ppetua cōſtitut⁹
eſt. Sequitur verſus quartus.

**Verſus. IIII** **Fiat nunc miſericordia tua vt ex-**
Al. non. hꝫ. **hortetur me: ſcdm verbū tuū ſeruo**
Al. conſoletur **tuo.** Aliqui habent in hoc loco: Cōſolet
Al. eloquiū me. Sꝫ etiā in aplo legim⁹ exhortationē ꝓ
cōſolatione dictā: ⁊ cōſolationē ꝓ exhorta-
tione. Magna ē ꝙ miſericordia dei: q̄ nō ſo
lū remiſſionē tribuit peccatoꝝ: ſ etiā certā-
tibus adhibet exhortatiōis calcaria: ne ſu-
ſcepti certaminis paſſiōes in belli formidi-
ne derelinquāt. Nō ꝙ miſericordiā quaſi is
qui victus cedat: aut vt venie precator im-
plorat: ſ vt dei miſeratione ſuccinct⁹: maio
ra virib⁹ tanto munere fult⁹ expediat: egre
giā ⁊ ſingularē ꝓphe expectato ꝟtutē. Ali-
us eñ humiliat⁹ erūnis poſceret: vt circa eū
tēptamenta deſinerēt: ⁊ ſedare dñs aduer-
ſa dignaret: ne tribulationū ꝓcella in eum
ſeuiret: iſte autē tanq̄ athleta fortis ⁊ pati-
ens qui exerceri ⁊ cingi aīam ſuā tribulatio
nib⁹ noſſet: nō triſticiā dimouere: nō impu-
gnātia declinare deſiderat: nō oē illud deſi-
nere qđ fatigationē laboris afferret expo-
ſcit: ſ maiores in tempore laboris ſui aduer
ſus tēptationū ꝓcellas dari ſibi verbū con-
ſolationis expoſcit: vt poſſit forti q̄ ingerū-
tur mente tolerare: ne aliqua meſticie ꝑtur-
batione laſſet. In eo igitur obſecrat miſeri
cordiā dei: ne auxilio deſtitut⁹: expediendi
ceptā militiā derelinquat. Deniq̄ adhorta
tionis diuine eſſe miſericordiā: euidēs teſti
moniū docet. Moyſi eñ dicit de⁹: Miſere- Exo. 33.
bor cui miſertus ero: ⁊ miſcdiam pſtabo cui
miſericordiā pſtitero. Igit nō ē volentꝭ ne- Ro. 9.
q̄ currētis: ſ miſerentis dei ē. Forte dicas:
Ergo nō debem⁹ vel velle currere? Atq̄ ne-
gligentes deus deſerere ꝯſueuit. Nō ꝙ hoc
dicit: ſed quid dicat cōſiderem⁹. Nō volētiſ
neq̄ currētis hoīs pſeuerātia ē. Nō eſt eñ
in hoīs poteſtate: ſ miſerantis dei ē: vt poſ
ſis cōplere q̄ ceperis. Deniq̄ iterū moyſi di
cit: Quia in hoc ipſū te ſuſcitaui: vt oſtēdas
in te virtutē meā. Colligit igit adhortatio-
nē diuine miſericordie deputādā. Vñ ſeq-
tur: Ergo cui vult miseret: ⁊ quē vult obdu Ibidem.
rat. Hunc miserat⁹ hortat: illū non reuocat
execrat⁹. Et vere miſericordia ē dei noſtraꝝ
militia paſſionū: p quā nobis pctā minuun
tur. Deniq̄ lazarus paup: q2 in hac vita to Luc. 16.
lerauit mala cōplurima: in gremio abrae re
quiē cōſolatiōis inuenit: ille aūt diues qui
cōſolationē habuit in ſeculo: poſt curricula
vite hui⁹ fructū quietis amiſit. Quē ſi miſe
ratus eēt de⁹: caſtigaſſet poti⁹ in hoc ſeculo
vt poſtea nō flagellaretur. Deniq̄ iob licet
grauiter flagellat⁹: et quidē flagellis pluri-
mis inopie: amiſſionis filioꝝ: dolorib⁹ cor-
poris: opprobrijs amicoꝝ: cōſolatiōe tamen
fruit eterna. Ergo quāto maiores tribulati
ones fuerint: tanto vberior cōſolatio reſer-
uat. Et tñ ne cadas atq̄ ſuccūbas: q̄to ma
iores tēptatōes videris: tanto magis roga
Oculos aperire ꝛ mirabilia dei videre. ſer. iij. ver. ij.

Oculi officium eſt nunciare quę viderit: tuum eſt cauere quod videris. ſermone. xvj. in expoſitione litterę.

Oculus meretricis laqueus amatoris: ſed oculus nihil delinquit. In oculo viſus: in corde peccatum eſt. ſermone. xvj. in expoſitione litterę.
Oculus prȩuidcat quę futura ſunt: ⁊ ea aut profuſione lachrymarum aut terroris correctione detorqueat. ibidem.
Oculis totis occupamur in eum quem diligim⁹: nec quicꝙ aliud videre delectat. ſer. xvj. ver. iij.
Oculi interioris hominis deficiunt in eloquium dei. ibidem.
Oculum ſuppliciorum ⁊ oculum gratię anima habet. ibidem.
Oculus domini nō aſpernaẗ iuſtorum munera. ſermo. xvij. ver. iiij.
Omnia iudicio dei fiunt: ęgruꝫ corpus aut ſalubrę: diues ⁊ pauper. ⁊c̃. ſer. x. ver. iij.
Opprobrio ne ſis chriſto. ſer. iij. ver. v.
Opprobrium chriſtus factus eſt vt omnium auferret opprobria. ſer. v. ver. vij.
Opus ſuum dominus probare magis atꝙ augere ꝙ̃ minuere aut dānare conſueuit. ſer. xviij. ver. iiij.
Orare volens intret in cubiculum ſuū. ſer. ij. ver. iiij.
Orando iuſtus loquitur deo. ſermone. iij. ver. vij.
Orationē volare facit vita bona ⁊ dat alas. ſer. xxij. ver. j.
Oratio graueſcit peccato ⁊ longe fit a deo: tanto auteꝫ plus grauaẗ: quanto improbior eſt via deprecantis. Innocētiū aſcendit oratio. ſer. xxij. ver. j.
Ora quę diuina ſunt atꝙ cęleſtia vt ſis ſicut angeli i cęlo. Noli orare pro pecunia: quia erugo eſt: nō pro auro: quia metallum eſt: non pro poſſeſſione: quia terra eſt. ſermo. xix. ver. j.
Orare ſemper homo debet: ſi ſanctus: ſi iuſtus ſit: debet orare vt exaudiat euꝫ dominus ſcōm miſericordiam ſuam: non ſcōm merita: quia rara virtus: multa peccata. ſermo. xix. ver. v.
Origenes multorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine. ſer. iiij. ver. iiij.
Os dei propheta itelligitur: cui dicitur: clama: et ait: omnis caro fenū. ſer. ij. ver. v.
Oſculatur nos dei verbum: quando ſenſuꝫ noſtrum ſpiritus cognitionis illuminat. ſermone. j. ver. j.

P Acem habens cauet ſcandalum. ſermo. xxi. ver. v.
Pacem quā mundus dat oſtendit chriſtus verę pacis gratiam non habere. ſer. xvij. ver. v.
Pacem ſeruās chriſti obedit imperijs. ſer. xx. ver. vj.
Panis vitę de quo dicitur: Omnes ꝗ elongant ſe abs te peribunt. Qui ergo vitam manducat mori nō poteſt. ſermone. xviij. ver. v.
Paſcua bona ſūt domini ſacramēta: libri: verſiculi iſti. ſer. xiiij. in expoſitiōe litterę.
Participes chriſti facti ſumus ſi opera miſericordię alijs impendim⁹. ſer. viij. v. vij.
Paſcitur os noſtrum cum loquitur mandata dei verbi. ſer. xiiij. in expoſitiōe litterę.
Patientiā operatur tribulatio: patiētia ꝓbationē: ꝓbatio ſpē. ſ. x. in expoſitiōe litę.
Patrem ⁊ matrem honorare dicit lex: ⁊ in euangelio iubemur parentes odire: quomodo ſibi ꝯueniūt iſta ꝓcepta. ſer. xv. v. j.
Pauimento adhęret anima adam qui ante beatiſſimus aurā carpebat ethęream. ſer. iiij. ver. j.
Paulus omnia eſtimat ſtercora: vt chriſtuꝫ lucrifaciat. ſer. viij. ver. j.
Paulus raptus ad tertium cęlum vtrum in corpore ſiue extra corpus ſe neſcire dixit xit. ſermo. viij. ver. ij.
Pax multa credentibus: quomodo eī poteſt turbari cui ſpes regni celeſtī aſſurgit. ſer. xxj. ver. v.
Peccatum. Nemo ſine peccato niſi ſol⁹ ieſus. ſer. vj. ver. iij.
Peccatum. Quot peccata tot laquei: quot vitia tot retia. ſer. vj. ver. iij.
Peccatū. Nemo ſine peccato ꝑter vnū deum. ſer. vij. ver. v.
Peccata aliena dolet ꝗ fortis ē. ſer. vij. v. v
Peccaſti aliud eſſe cępiſti ⁊ illud quod eras eſſe deſijſti. ſermo. x. ver. j.
Peccat in cęlum qui cęleſtis ciuitatis iura contaminat. ſermo. xv. ver. vij.
Peccatores terrę: peccatores cęli: ⁊ ꝗ omnis peccator prȩuaricator. ſer. xv. ver. vij.
Peccat plus ſciens ꝙ̃ ignorās: vel ſic: plus delinquit ꝗ negauit quod legerat ꝙ̃ qui opera non fecit: quę facienda non nouit. ſer. ij. ver. ij. in fine.
Peccat non ſolum falſa dicens ſed etiā vera eis quibus non oportet. ſermone. ij. verſu. iij.
Pecunię lucrum eſt damnum animę: quia virtutis eſt detrimentū. ſer. v. ver. iiij.
Perfect⁹ eſſe nullus poteſt ſine fauore dei neꝙ tutus: ideo rogare debet ne penitus eum derelinquat deus. ſermone. i. verſu. viij.
Perire nemo poteſt cui non ſublat⁹ eſt chriſtus. ſermo. xx. in expoſitione litterę.
Petrus dixit: argentum ⁊ aurū nō eſt mihi ſurge. ⁊c̃. Ecce nos reliquim⁹ omnia. ſer. viij. ver. i.
Phenix coitus corporeos ignorat. ſermōe. xix. ver. i.
Pilatus ſua voce conſtringitur et dānatur cum pro poteſtate non pro equitate dn̄m crucifigendū tradidit. ſer. xx. ver. iiij.
Portio mea domin⁹: pauci dicere poſſunt. ſer. viij. ver. i.
Prȩceptum domini cuſtodire ꝙ̃ precioſum eſt. ſer. i. ver. i. et. ij.
Prȩcepta dei cuſtodiens ⁊ ſcōm ea viuens ſpiritus eſt: ſcōm corporis autem appetentiam viuens caro eſt. ſer. iiij. ver. i.
Prȩcepta dei quis cuſtodire poterit: niſi intellectum acceperit. ſer. v. v. ij.
Prȩcepta domini facientes dominus amicos appellat. ſer. xxj. v. vi.
Principes gratis interdum perſequuntur: interdum non gratis. ſer. xxi. v. i.
Primitias tui cordis ⁊ vocis quotidie deo debes quotidiana meſſis: quotidian⁹ fructus. ſer. xix. ver. iiij.
Prudētia iſta quę ſęculi ē ad vitam nō ſuffragatur ęternam. ſer. xxij. v. i.
Pſallamus ſpiritu pſallam⁹ ⁊ mente: non perfunctorie tranſeam⁹ quę legimus. ſer. vij. ver. vi.
Pudor correctoꝛ eſt noſtri. ſer. x. v. vi.
Pulſa digito ſi nō potes tota manu. ſermone. xxij. ver. ij.

R Ationabilis es o homo: quapropter omnia cum ratione facias: non ſecundū carnis volūtatem. ſer. xiiij. ver. ij.
Regnum cęlorum a diebus iohānis baptiſtę cogitur ⁊ cogentes diripiunt illud. Bona fraus quę vitam furatur ęternam. ſer. xx. in expoſitione litterę.
Retributionem bonorum operum ſperā⁊ a chriſto: ⁊ ad cuꝫ feſtinās inclinat cor ſuū vt faciat chriſti iuſticias. ſermone. xiiij. ver. viij.
Rex eſt qui non erubeſcit ne in actu reprehendatur: redarguatur in ſermonibus: coꝙ ⁊ vita debeat eſſe fundat⁹ et verbo. ſer. vi. ver. vi.

S Alit montes ⁊ trāſilit colles chriſtus. ſer. vi. ver. i.
Salutare dei chriſtus eſt. ſermone. vi. ver. i.
Salutare dei quęrit qui chriſtum ſequitur: ſuam ergo ſalutem plus quęrunt homines ꝙ̃ ſalutare dei. ſer. xxij. ver. vi.
Sapientiā concupiſcens ſeruare debet mādata: ſed nemo poteſt ſeruare niſi qui intelligit. ſermo. xiij. ver. viij.
Sapiens in hoc ſeculo ſtultus fiat vt ſit ſapiens. ſer. xxij. ver. i.
Sapientię magna eſt manus: magna dextera: totam complectitur animam. ſermo. xiiij. ver. v.
Sebaſtianus mediolanenſ oriūdus: romā profectus eſt: vbi propter fidei ſtudiuꝫ ꝑſecutiones acerbę feruebāt: ibi paſſus eſt: ibi coronat⁹. ſer. xx. ver. v.
Secreta non ſunt indignis vulganda. ſer. ij. ver. iij.
Senſus ſapientis in capite eius: vnde ductus venarum: meatuſꝙ ſpiritus. ſermo. xx. in expoſitione litterę.
Seruitus eſt precioſa: quę virtutum cōſtat expenſis. ſer. xvi. ver. ij.
Seruus domini non eſt ſeruus peccati: ⁊ iō intellectum ſibi dari poſcit: vt poſſit cohibere peccatum. ſer. xvi. ver. v.
Seruitus beata eſt qua ⁊ tu ſeruis ſi nihil poſſit aduerſarius de tuo ſibi ſeruitio vendicare. ſer. iij. ver. i
Sex annis ſeruili functus obſequio: ſeptimo anno gratiam libertatis adipiſcitur. ſer. iij. ver. ij.
Sobrius qui peccat: non poteſt tanꝙ̃ iuſte ſobrius prȩdicari. ſer. x. ver. vi.
Somnus corporis non debet impedire ſtudentem quo minus deū cognoſcere curet. ſer. vij. ver. vij.
Spes prȩcedit: ſequitur ſalus. ſermone. xxi ver. vi.

Sperans in chriſtũ: ſepare ſe debet a cõſor/
tio perfidorum.ſermo.xv.ver.ij.
Spiritus vnus eſt diuidens genera diuer/
ſa virtutum.ſermo.iij.ver.i.
Spinis ſepias aures: quibus? contrito cor/
de ꝛ timore iudicij.ſer.xxij.ver.iiij.
Spolia multa abſtulit chriſtus: iudeis: de/
monibus ꝛc.ſer.xxi.ver.ij.
Statuere plus eſt ꝙ ſtare: nam qui ſtatuit
non mouetur: non metuit ne cadat.ſer.
xiiij.ver.ij.
Stillicidia eijciunt hominem de domo.ſer.
iiij.ver.iiij.
Superbia quid vitij habeat: ꝛ quomõ au/
ctor eius eſt diabolus.ſer.iij.ver.v.
Superbus omnis immundus eſt in cõſpe/
ctu dei.ſermo.xv.ver.vi.
Superbia maximum peccatum in homine
a quo manauit noſtri origo delicti.ſermo.
vij.ver.iij.
T Emptationis ſeu tribulatio
nis adhortationez petamus: ne im
pares ſimus certamini.ſermone.x.
verſu.iiij.
Temptati ſunt omnes preter ieſũ ꝛ caleph.
ſer.xxi.ver.v.
Tempus eſt tacendi ꝛ tempus loquendi.
ſer.ij.ver.iij.
Tempus amandi: tempus odio habendi:
tempus belli: tempus pacis.ſermo.xv.
ver.i.
Tempus faciendi eſt: tacendi et loquendi.
ſer.xvi.ver.vi.
Tepidus es incipiã te euomere: vtinã frigi
dus eſſes vel calidus.ſermo.ij.ver.ij.
Teſtimonijs domini adheret qui renunci/
at mundo.ſermo.iiij.ver.vij.
Teſtis ſum teſtamentorũ meorum que te/
ſtificatus ſum in vobis.ſer.xiij.ver.vij.
Teſtimonium. Qui a teſtimonijs domini
nullo vitiorum declinat anfractu: bene di
cit: Si deus pro nobis: quis contra nos?
ſer.xx.ver.v.
Timor domini initiũ dicit̃ ſapiẽtie.ſermo.
v.ver.vi.
Topazion lapidis qualitates deſcribunt̃.
ſer.xvi.ver.vij.
Trepidatio a verbis dei bona eſt ſi exulta/
tionem generat.ſer.xxi.ver.ij.
Tria ſunt impoſſibilia mihi intelligere ꝛ q̃r
tum non agnoſco.ſer.ij.ver.i.
Tribulatio bona eſt que dignos facit nos
vt exaudiamur.ſer.xviij.ver.vij.
Tribulatio. Per multas tribulatiões opor
tet intrare i regnũ dei. Si multe perſecutio/
nes: multe probationes: vbi multe coro/
ne: multa certamina.ſer.xx.ver.v.
Tribunal diaboli non poteſt manere in co
cui chriſti tribunal aſſurgit.ſermone.xx.
ver.v.
Turturi ſtudium eſt pudicitie que cõpare
amiſſo concubitu indulgere nõ nouit.ſer.
xix.ver.i.
Tuus ſum: ille dicit: qui dicere poteſt: Ecce
omnia reliquimus ꝛ ſecuti ſumus te. Iu/
das autem dixit: Tu9 ſum voce nõ corde:
ſed ſathanas cepit dicere: nõ eſt tuus ſed
meus.ſermo.xij.ver.vi.
V Anitas. In vanitate currit q̃
ſibi ſucceſſibus videtur affluere ſecu
laribus.ſermo.v.ver.v.
Vanitates aſpicere quomodo quis poteſt
cũ via perfecta chriſtus eſt.ſer.v.ver.v.
Venie facilitas incentiuũ tribuit delinquẽ
ti.ſermo.viij.ver.ij.
Verbum tollitur ex ore: cum dicitur pecca/
tori: quare tu enarras iuſticias meas? ſer/
mo.vj.ver.iij.
Verbum vnum multa ſunt: ꝛ multa verba
vnum ſunt.ſer.iij.ver.i.
Verbum tuũ permanet in celo: imitemur
ergo celum.ſer.xij.ver.j.
Verbum dei gladius ſpiritalis eſt.ſermo.
xix.ver.vij.
Verbum domini nunꝙ negligam9: ex quo
nobis omniũ origo virtutum eſt.ſer.xiiij.
ver.j.
Veritas eſt in eccleſia: ꝛ veritas in veteri te
ſtamẽto que fuit ante in populo iudeorũ:
ſ3 tradiderũt illi veritatẽ ꝛ elegerunt iniq̃/
tatem.ſermo.xij.ver.ij.
Veritatis exortes ſunt omniũ hereticorũ
generatiões.ſermo.xij.ver.ij.
Via chriſtus eſt: in qua qui ambulat errare
nõ nouit ſi tamẽ nõ recedat.ſer.j.v̄.j.et.ij
Via etiã lex eſt: in qua qui ambulat imacu/
lat9 eſt: ſi tñ nõ declinet.ſer.j.ver.j.et.ij.
In via ſi ambulas vix tutus es a latrone:
quid facies ſi extra viam te vagantem in/
uenerit? ſermo.j.ver.vj.



Viam dei ambulare docemur cuſtodiendo
mandata eius ꝛ iuſticias eius.ſermo.iiij.
ver.ij.
Via iniquitatis interius manet: ꝙdiu exer
cemus aliquid improbum.ſer.iiij.ver.v.
Viam veritatis ambulat qui per fidem am
bulat.ſer.iiij.ver.vj.
Via ſit anguſtior: cor latius: vt patris ꝛ fi/
lij ꝛ ſpiritusſancti ſuſtineat manſionem.
ſermõ.iiij.ver.viij.
Vigilat ſemper cor etiam ſi caro dormiat.
ſermo.iiij.ver.iiij.
Vincula cõplura ſũt: viuendi: voluptatũ:
bonorum: coniugij.ſermo.iij.ver.iiij.
Virtutes ſuas etiã in alijs quis amat.ſer.
x.ver.ij.
Virtutum omnium finis chriſtus eſt. Rara
eſt virtus ꝛc.ſer.xij.ver.viij.
Vita bona ſine doctrina habet gratiã: do/
ctrina ſine vita integritatem non habet.
ſermo.j.in expoſitione littere.
Vita ante doctrinã querenda eſt.ſer.j.v̄.j.
Vitia blandiora multos decipiunt: ꝛ iuuẽ/
tus ad amorẽ liberior eſt.ſer.xvj.ver.viij.
Viuet anima noſtra ibi vbi nihil mortale:
nihil infirmũ amicta ſit.ſer.xxij.ver.vij.
Vmbra hic viuimus ꝛ in vmbra cuſtodim9
verba dei.ſermo.iij.ver.j.
Vmbra bona que nos ab iniquitatis ſole
defendit: ꝛ quomodo in lege requieſcens in
vmbra chriſti requieſcebat.ſer.v.ver.j.
Voluntarius miniſter habet premium: co/
actus diſpenſat obſequiũ.ſer.xiij.v̄.iij.
Vter tuus non effluat: non ſit rimoſus: nõ
terreno inueteraſcat ſitu.ſer.xj.ver.iij.
Vtilitas bone rei videtur eſſe expetẽda po
tius ꝙ declinanda.ſer.v.ver.iiij.
Vulnerant̃ pro chriſto qui plus diligunt.
ſer.v.ver.j.
Vultus liberior eſt vbi eſt caſtitatis conſci/
entia.ſermo.iij.ver.j.
Vxore ſolutus non querat vxorem.ſermo.
iij.ver.iiij.
Z Elus ad vitã ꝛ zelus ad mor
tem. Zelus dei vita ẽ.ſermo.xviij.
verſu.iij.

Finis.

# Expoſitio ſancti Ambro‑ſij in euangelium ſecun‑dum Lucam

**Tituloꝝ expoſitioni ſancti Ambroſij in euangeliũ ſm̃ Lucã inſertorum: quib⁹ capitaliũ principaliumq; partiũ explanationis intentio aperitur: recollecta annotatio.**


### Tituli libꝛi primi.

Pꝛoemij euangelij ſm̃ lucam expoſitio.

### Luce Caplo pꝛimo.

Caplm pꝛimũ. Narratio euangelij ſm̃ lucã.
De cõditione ac laude parentũ ſancti iohannis baptiſtę.
Expoſitio litterę.
De ingreſſu zacharię in tẽplũ dñi.
De angeli apparitione.
De turbati zacharię cõfirmatione.
De incredulitate zacharię: et eius punitione.
De cõceptione iohannis pꝛęcurſoris domini.

### Tituli libꝛi ſecundi.

Ca. ij De miſſiõe angeli gabꝛielis ad virginem mariam.
De ſalutatõe marię: ⁊ ei⁹ turbatõe.
De marię turbatę cõſolatione.
De marię interrogatiõe ⁊ angeli reſponſione.
De aſſenſu marię: ⁊ ſaluatoꝛis conceptione.
Ca. iij De abitu marię in montana: ⁊ ſalutatione helizabet.
De iohannis in vtero exultatione: ⁊ matris ſpiritu ſancto repletiõe.
De marię ab helizabet bñdictione
De moꝛa marię cũ helizabet.
iiij De oꝛtu p̃curſoꝛis domini.
De nomine pꝛęcurſoꝛis: ⁊ reparatione vocis zacharię.
De ꝓphetatione zacharię.

### Luce Caplo ſecundo.

v De tẽpoꝛe oꝛtus ſaluatoꝛis.
De natiuitate ſaluatoꝛis.
Interpoſitio narrationis de aduentu magoꝛum.
De nati ſaluatoꝛis manifeſtatione.
De angeloꝛum laudatione.
vj De paſtoꝛum collocutione.
De cõſeruatione dictoꝛmu in coꝛde marię.
vij De circumciſione ſaluatoꝛis: ⁊ eius oblatione.
viij De ſymeone ⁊ anna.
ix De exoꝛdio diſputationis ieſu.
De reſponſione ieſu ad matrem.
De ſubiectione ieſu.

### Luce Caplo tertio.

x De exoꝛdio p̃dicationis iohãnis.
Confirmatio p teſtimoniũ eſaię.
xj Redargutio malicię iudęoꝛum.
De reſponſione iohãnis ad populum cogitantẽ eum eſſe chꝛiſtum.
Teſtimoniũ iohãnis de xp̃i aduẽtu
De virtute ⁊ iudiciaria xp̃i pt…
xij De ieſu baptizato: et dei patris teſtimonio.

### Tituli libꝛi tertij.

xiij De genealogia dñi ſaluatoꝛis.

### Tituli libꝛi quarti.

Pꝛęfatio.

### Luce Caplo quarto.

xiiij De ductu ipſius ieſu in deſertũ.
De ꝓma tẽptatione xp̃i a diabolo.
De ſecũda tẽptatione chꝛiſti.
De tertia tẽptatione chꝛiſti.
De receſſu diaboli a chꝛiſto.
xv De egreſſu ipſius ieſu in galileã ad docendum.
Teſtimoniuz ſcripturę de miſſione ieſu ad p̃dicandũ ⁊ ſaluandũ.
xvj De reſponſiõe ieſu ad ꝯciues ſuos.
Confirmatio reſpõſionis exemplo helię ⁊ viduę.
Confirmatio eiuſdem: exemplo heliſęi ⁊ naaman.
De indignatione iudęoꝛum: ⁊ eiectione ieſu.
xvij Cõfirmatio doctrię xp̃i p miracula.

### Luce Caplo quinto.

xviij De aſcẽſu ieſu in nauez ſymonis: vt doceret ⁊ miraculo quoſdaz ad ſe traheret.
De reſponſione ſymonis.

### Tituli libꝛi quinti.

xix Confirmatio doctrinę chꝛiſti p miraculum de lepꝛoſo mundate.
xx Confirmatio eiuſdẽ p miraculũ de paralytico p tectum ſubmiſſe.
De ſubmittentiũ fide: chꝛiſtum ad curationẽ mor…te.
De ſcribaꝝ ⁊ phariſęoꝝ rep̃heſiõe.

xxj De myſtica vocatione publicani.
De excuſatione diſcipulorum.
De prima ſilitudine ꝑ ieſum data.
De ſecunda ſimilitudine.

### Luce Caplo ſexto.

xxij De eo ꝙ in ſabbato ſecundo primo diſcipuli ieſu vellebant ſpicas.
xxiij De curatione hominis habētis manum aridam.
xxiiij De oratione ieſu in monte: ⁊ electione duodecim apoſtolorū.
xxv De deſcēſu ieſu ad docēdū turbas.
De ſermone ieſu de beatitudinib⁹ proborum.
xxvj De ve improboꝝ: ⁊ de inſtructione ad altiores gradus virtutis.
Inſtructio ꝑ exempla.
De dilectione inimicorum.
De ꝓhibitione iudicationis.
De arbore mala: ex cui⁹ ſimilitudine improbi hoies cognoſcunt.

### Luce Caplo ſeptimo.

xxvij De ſeruo centurionis curato.
xxviij De filio viduę reſuſcitato.
xxix De miſſione diſcipulorum iohānis ad ieſum.
De ſcandalo in chriſto cauēdo.
De laudatione iohānis a conſtantia mentis.
De laudatione iohānis ab aſperitate veſtimentorum.
De laudatione iohannis ab excellentia cognitionis.
De intelligentia pręmiſſorū.

## Tituli libri ſexti.

xxx De iuſtificatione dei a ꝑplo: ⁊ ꝯtemptu a phariſęis ⁊ legiſperitis.
De ſilitudine qua phariſęi et legiſperiti cōfutantur.
xxxj De muliere peccatrice ingrediente domum ſymonis ad ieſum.
De riſione ieſu ſymonē arguentis.

### Luce Caplo octauo.

xxxij De reſponſione ieſu cū ei nunciatū eſſet matrē ⁊ fratres foris ſtare.
xxxiij De aſcenſu ieſu in nauem: ⁊ ſedatione tempeſtatis.
xxxiiij De eo ꝙ ſm mattheū duo homies demonijs afflati chriſto occurriſſe narrent: Lucas vero vnū iducat.
xxxv De filia principis ſynagogę reſuſcitata: ⁊ muliere fluxum ſanguinis patiente ſanata.

### Luce Caplo nono.

xxxvj Qualiter diſcipuli a chriſto miſſi ſe habere debeant ad eos qui ipſos non receperint.
xxxvij De refectione turbaꝝ ex quinqꝫ panibus: ⁊ duobus piſcibus.
xxxviij De interrogatione ieſu quē ſe eſſe dicant diſcipuli: ac reſponſione ſymonis petri.
xxxix De eo ꝙ ieſus pręcepit diſcipuliſ ne eum manifeſtarent.

## Tituli libri ſeptimi.

xl De eo ꝙ dn̄s ieſus quibuſdā ꝓmiſit viſionē glię ſuę in vita ꝑſenti.
xlj De eo ꝙ dn̄s ieſus aſſumpſit petꝝ: iacobū ac iohannē: ⁊ duxit eos in montē: oſtēditqꝫ illis maieſtatem ſuam.
xlij De reſpōſione ieſu reſpuētis eū qui ſe ſequi dixit quocūqꝫ ierit.

### Luce Caplo decimo.

xliij De miſſione diſcipulorum ad prędicandum.
xliiij De inſtructione diſcipulorū ad cauendam cōcupiſcentiā tēporaliū.
xlv De ꝓhibitione ſalutationis in via.
xlvj De cōdemnatione ꝯtēptoꝝ euāgelij: humiliūqꝫ cōmendatione: ⁊ legis ignarorū cōfutatione.
xlvij De homine deſcēdente ex hierlm in hiericho: ⁊ incidēte in latrones.
xlviij De exēplo marthę ⁊ marię: ꝑ quas duę vitę deſignantur.

### Luce Caplo vndecimo.

xlix De exēplo diſcipulos ad inſtantiā ⁊ frequentiā orationis inducēte.
l De argumentis quibus ieſus cogitationes phariſęorum falſas eſſe conuincit.
lj De increpatiōe generatiōis nequā ſignum quęrentis.
lij De ſimilitudine qua ad oſtenſionē fidei adhortamur.
liij De redargutione interioris immūdicię: multorūqꝫ vitiorum phariſęorum ⁊ legiſperitorū.

### Luce Caplo duodecimo.

liiij De exemplo quo ⁊ timor mortis excluditur: ⁊ fides roboratur.



lv De irremiſſibilitate blaſphemię in ſpiritumſanctum.
lvj De reſponſione domini ad poſtulationem cuiuſdā: qua auaricia abolenda docetur.
De prohibitione ſollicitudinis: de victu ⁊ veſtitu.
lvij De vigilantia ⁊ negligētia ſeruoꝝ.
lviij De ſpiritali intellectu eius ꝙ dominus dixit ſe veniſſe nō vt daret pacem ſed ſeparationē.
lix De liberatione ab aduerſario i via.

### Luce Caplo decimotertio.

lx De parabola arboris fici quid ſignificet.
De curatione mulieris quę ſpiritū infirmitatis decē ⁊ octo annis habebat.
lxj De comparatione regni cęloruꝫ ad granum ſinapis.
lxij De cōparatione regni dei ad fermētum quod mulier abſcondit in tribus menſuris farinę.

### Luce Caplo quartodecimo.

lxiij De curatione hydropici: ⁊ ſuaſione humilitatis atqꝫ pietatis.
lxiiij De parata cęna magna: ⁊ multorū vocatione ſilr̄qꝫ oim excuſatione.

### Luce Caplo q̄ntodecimo.

lxv De oue centeſima: ⁊ drachma decima perditis ⁊ inuentis.
lxvj De duobus filijs adoleſcentiore et ſeniore: quibus pater ſubſtantiaꝫ diuiſit.

### Luce Caplo decimoſexto.

lxvij De eo ꝙ nemo ſeruus poſſit duob⁹ dominis ſeruire: ⁊ de villico iniquitatis: faciēdiſqꝫ amicis de iniquo mammona.

## Tituli libri octaui.

lxviij Quomodo lex et prophetę vſqꝫ ad iohannem.
lxix De lege cōiugij: ⁊ vxore non dimittenda.
lxx De diuite induto purpura et byſſo: ⁊ lazaro mendico.

### Luce Caplo decimoſeptimo.

lxxj De venia largiēda ijs q̄ in nos peccauerint: ⁊ ſe ab errore ꝯuerterint.
De virtute fidei per cōparationem ad granuꝫ ſinapis: ⁊ de obſequio qd̄ iure domino debet.
lxxij De eo ꝙ in hora aduentus domini ad iudiciuꝫ qui in tecto eſt nō deſcendat. ⁊c̄.
De duobus in vno lecto: ⁊ duabus molentibus in vnuꝫ duobuſqꝫ in agro: quorum vnus aſſumetur: et alter relinquetur.

### Luce Caplo decimooctauo.

lxxiij De ꝑmittēdis pueris venire ad chriſtū: ⁊ ſimplicitate puerili ſectāda.
lxxiiij De reſpōſione ieſu ad interrogationē cuiuſdē ꝑncipis: qua aſſerit neminē eſſe bonū niſi ſolū deum.
lxxv De eo ꝙ facilius eſt camelum tranſire per foramen acus ꝙ̄ diuitē in regnum dei.
lxxvj De honorandis parētibus atqꝫ paſcendis.

### Luce Caplo decimooctauo ⁊ caplo decimonono.

lxxvij De illuminatione cęci: ⁊ vocatione zachęi.
lxxviij De ſeruo q̄ vna mna a domino accepta: decem acquiſiuit.

## Tituli libri noni.

lxxix De eo ꝙ dn̄s aſcenſurus hieroſolymam venit ad montem oliueti: ⁊ inde duos diſcipulos miſit. ⁊c̄.
lxxx De eiectione vendentium ⁊ ementium in templo: ac euerſione menſarum ⁊ cathedrarum.

### Luce Caplo viceſimo.

lxxxj De vinea plātata: ⁊ colonis locata.
lxxxij De confutatione phariſęorum per interrogationē chriſti de imagine ⁊ inſcriptione denarij.
lxxxiij De tēptatione chriſti a ſaducęis.

## Tituli libri decimi.

lxxxiiij De eo quod ſcriptum eſt: ⁊ a chriſto phariſęis obiectum: Dixit dominus domino meo. ⁊c̄.

### Luce Caplo viceſimoprimo.

lxxxv De futura templi deſtructionę.
lxxxvj De ſignis futurę deſtructōis tēpli.
lxxxvij De ſigno appropinquantis deſolationis.
lxxxviij De vę pręgnantiū ⁊ nutrientiuꝫ in illis diebus.
lxxxix De orando ne fiat fuga hyeme vel

ſabbato.
xc De ſignis aduentus domini.

## Luce Caplo viceſimoſecūdo.

xci De homine portante amphoram aquę: diſcipulis paſcha paraturis occurſuro.
xcij De ſponſione premij diſcipulorum chriſti qui ſecum in temptationibus permanſerunt.
xciij De ſaculo ⁊ pera tollēdis: tunicaqꝫ vendenda: ⁊ gladio emendo.
xciiij De triſticia: dolore: tedio ⁊ oratione chriſti.
xcv De iudę oſculo: ⁊ chriſti traditione: comprehenſione: ac ligatione: petriqꝫ percuſſione.
xcvi De petri proditione per ancillam: ⁊ eius negatione.
xcvij De caſſa ꝓditoris pęnitentia.

## Luce Caplo viceſimotertio.

xcviij Cur dominus a pilato interrogatꝰ tacuerit.
Cur dominus coram herode tacuerit: nec aliquid fecerit: et de reprehenſione pilati manus lauantis: ⁊ facta nō diluentis.
Cur dominꝰ ab herode veſte alba indutꝰ ad pilatū fuerit remiſſus.
Quid deſignet ꝙ dominꝰ a militibus chlamyde coccinea et purpurea tunica indutus fuerit. Quid etiā corona: flagella: illuſoria adoratio: arūdo in manus tradita: capitis percuſſio: ſignificent.
xcix De crucis chriſti portatione: ⁊ veſtimentorum regaliū depoſitione.
c Chriſtus: qualis crucem aſcēderit: ⁊ de tituli ſcriptione ac poſitione ſuper crucem.
ci De diuiſione veſtimentorū dñi.
cij De duobus latronibus: vno rogāte ac veniam conſequente: ⁊ altero conuitiante.
ciij De oblatione aceti ⁊ potatiōe ieſu.
ciiij De commēdatione ſpiritus ieſu in manus patris: ⁊ traditione eiuſdem: de tenebrarum quoqꝫ offuſione: petrarum ſciſſione: ac cęteris ſignis tunc factis.
cv De cōmendatione marię matris diſcipulo iohāni: ⁊ de ꝑcuſſione lateris ieſu poſt mortem eius.
cvj De ſepultura corporis ieſu: ⁊ diligētia mulierum circa illam.

## Luce Caplo viceſimoquarto.

De deuotarum mulierū atqꝫ diſcipulorum ad monumentū aduentu: angelorum quoqꝫ apparitione: ac dubitationibus circa hęc occurrentibus.
cvij De hora dominicę reſurrectionis: ⁊ de maria magdalena vtrum vna vel plures: De manifeſtatiōe prętereа domini ieſu poſt eius reſurrectionem.

Finis.



# Sancti deuotiqꝫ eccleſie doctoris Ambroſij epiſcopi Mediolanenſis: diuinarū ſcripturaꝝ diſertiſſimi interpꝛtis: in explanationem euāgelij ſm Lucam ꝑfatio incipit.

[S]cripturi in librꝝ euāgelij vnū: quem ſanctus lucas pleniore quodāmodo rerū dominicaꝝ diſtinctione digeſſit: ſtilum ipſum prius exponendum putamus. Eſt enī hiſtoricus. Naꝫ licet ſcriptura diuina mundanę euacuet ſapiētię diſciplinam: ꝙ maiore fucata verborum ambitu ꝗ rerū ratione ſubnixa ſit: tamē ſi quis in ſcripturis diuinis etiā illa quę miranda illi putant quęrit: inueniet. Tria ſūt enī quę philoſophi mundi iſtiꝰ ꝑcellentiſſima putauerūt: triplicē ſcilicet eſſe ſapientiā: ꝙ aut naturalis ſit: aut moral: aut rationalis. Hęc tria iam ⁊ in veteri teſtamēto potuimꝰ aduertere. Quid enī aliud ſignificāt tres illi putei quorū vnus eſt viſionis: alius abūdantię: tertius iuramenti: niſi triplicem iſtam in patriarchis fuiſſe ꝟtutē? Rōnalis ē puteus viſionis: eo ꝙ ratio viſum mentis acuat: ⁊ animi purget obtutū. Ethicꝰ puteꝰ abūdantię: eo ꝙ cedentibꝰ allophilis: quoꝝ ſpecie vitia corporis figurant: viuę iſaac liquorem mentis inuenit. Purum enī ꝓfluūt boni mores: et bonitas ipſa popularis abundat alijs: ſibi reſtrictior. Tertiꝰ puteꝰ iuramēti: hoc eſt: ſapiētię naturalis: quę ea quę ſupra naturā vel naturę ſunt cōprehendat. Quod enī affirmat ⁊ quaſi deo teſte iurat: etiā diuina cōplectitur: cū dominus naturę fidei teſtis adhibet. Quid etiam tres libri ſalomonis: vnus de ꝓuerbijs: alius eccleſiaſtes: tertius de canticiſcanticoꝝ: niſi ternę huiꝰ oſtendūt nobis ſapientię ſanctū ſalomonē fuiſſe ſollertem? Qui de rationalibꝰ ⁊ ethicis in ꝓuerbijs ſcripſit: de naturalibꝰ in eccleſiaſte: quia vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas quę in hoc mūdo ſunt conſtituta:
Ro. 8. Vanitati enī creatura ſubiecta ē. De moralibus autē ⁊ rationalibꝰ in canticiſcanticorum: eo ꝙ cū animę noſtrę amor verbi celeſtis infundit: ⁊ rationi mens ſancta quadā ſocietate cōnectit: admiranda myſteria reuelant. Euāgeliſtis quoqꝫ quā putas defuiſſe ſapientiā: quorum alij cū varijs generibus ſint referti: ſinguli tamē diuerſo genere pręſtāt? Eſt enī vere ſapiētia naturalis in libro euangelij qui ſcribitur ſm iohānē. Nemo enī audeo dicere: tanta ſublimitate ſapiētię maieſtatē dei vidit: ⁊ nobis ꝓprio ſermone reſerauit. Tranſcēdit nubes: tranſcendit virtutes cęloꝝ: tranſcēdit angelos: ⁊ verbū in principio reperit: ⁊ verbū apud deū vidit. Quis autē moralius ſm hominem ſingula ꝓſecutus: ꝗ ſanctus matthęus: qui edidit nobis ꝑcepta viuēdi? Quid rationabilius illo admirabili copulatu: ꝗ ꝙ ſanctus marcus in principio ſtatim locādum putauit: Ecce mitto angelū meum: Et vox clamantis in deſerto: vt ⁊ admirationē moueret: ⁊ doceret hominē humilitate atqꝫ abſtinentia et fide placere debere: ſicut ille ſanctus iohānes baptiſta his ad imortalitatē gradibus aſcendit: veſtimēto: cibo nūcio? At vero ſanctus lucas velut quendā hiſtoricū ordinē tenuit: ⁊ plura nobis geſtorum domini miracula reuelauit: Ita tamē vt omnes ſapiētię virtutes euangelij iſtius cōplecteretur hiſtoria. Quid enī ꝑcellentiꝰ ad ſapientiā naturalē: ꝗ ꝙ ſpiritūſanctum creatorē etiam dominicę incarnationis extitiſſe reſerauit? Docet ergo naturalia ſi creat ſpiritus. Unde ⁊ dauid docens ſapientiam naturalē: Emitte inquit ſpiritū tuum ⁊ Ps. 103.
creabuntur. Docet moralia in eodem libro: cū me in illis beatitudinibus docet mores: quēadmodū amare inimicū debeā: quēadmodum nō referire ⁊ repcutere verberantē: quēadmodū benefacere: mutuū dare cum deſperatione recuperationis: ⁊ cū remuneratione mercedis. Merces enī faciliꝰ ſequitur nō expectantem. Docuit etiā rationabilia cū lego: Quoniā qui fidelis ē in minimo etiam in magnis fidelis eſt. Quid adhuc de naturalibus dicam: ꝙ docuit virtutes cęlorum moueri: dominū ſolū eſſe vnigenitum dei filiū: in cuiꝰ paſſione tenebrę per diē facte ſunt: terra obſcurata eſt: ſol refugit? Ergo omnē quē mundana ſibi prudentia falſo vendicat principatū: ſapiētia vere poſſidet ſpiritalis: pręſertim cū audacius vt aliquid vſurpemus: ipſa fides noſtra: ipſum myſteriū trinitatis ſine hac triplici ſapiētia eſſe nō poſſit: niſi credamus ⁊ illū naturaliter patrē qui nobis genuit redemptorē: ⁊ illum ethicum qui patri vſqꝫ ad mortē ſm hominē obediens nos redemit: ⁊ illum rationabilem ſpiritū: qui rationem colendę diui/

nitatis ⁊ vitę regendę humaniſ pectoribus
infundit. Nec quiſquā putet nos poteſtatꝭ
aut virtutis feciſſe diſtantiam: cū hęc caluͦ
nia etiam paulꝫ poſſit inceſſere. Neqꝫ em̄
1.Corī.12. diſtantiā fecit ille cū dixit: Diuiſiones gra/
tiarum ſunt: idem autꝫ ſpiritus: ⁊ diuiſio/
nes miniſteriorū ſunt: idem aūt dominus.
Et diuiſiones operationū ſunt: idem autē
deus: ꝗ operaꝭ omnia ⁊ in omnib⁹. Opera/
tur em̄ omnia ⁊ ī omnib⁹ filius: ſicut habes
alibi: Quia omnia in omnib⁹ chriſt⁹. Ope/
ratur ⁊ ſpiritusſanct⁹: quia omnia operatur
vnus atqꝫ idē ſpiritus: diuidens ſingulis ꝓ
vt vult. Nulla ergo operationum diſtātia:
nulla diſcretio eſt: vbi vel in patre vel in fi/
lio vel in ſpirituſancto: nulli ſecūda pleni/
tudo virtutis eſt. Hęc igiꝭ cum legimus di/
ligenter conſideremus: vt in ipſis locis no/
Matth.7. bis poſſint melius elucere. Qui enīꝫ quęrit
inuenit: ⁊ qui pulſat aperieꝭ ei. Aperit ſibi
diligentia ianuaꝫ veritatis: ⁊ ideo p̄ceptis
cęleſtibus parcamuſ. Neqꝫ em̄ ocioſe dictū
Gen.3. eſt homini: qꝺ nulli aliorūꝫ animantiū: In
ſudore vultus tui manducabis panē tuūꝫ.
His em̄ animalibus quę natura irrationa/
bilia ſunt: iuſſu dei terra pabulū miniſtrare
p̄cepta eſt. Soli aūt homini vt rationabile
qꝺ accepit exerceat: vitę curſus in labore p̄/
ſcribitur. Qui em̄ nō eſt contētus animaliū
pabulo cęterorū: cui nō ſatis eſt lignum fru
ctiferū cōmune omnib⁹ ad eſcam datū: ſed
delitias ſibi variarū exquirit epularū: deli/
tias ſibi tranſmarinis arceſſit e terris: deli/
tias verrit e fluctibus: recuſare nō debet ꝗ
labore victum requirit breuē: ſi laborē ꝓ vi
ta ſubeat ęterna. Itaqꝫ ſi ꝗs in hęc ſacrata/
rū diſputationū certamina veniēs: exuat ſe
vitę hui⁹ expoſitę ad errorē ſollicitudine: et
nudus malicię athleta pietatis: oleo ſpiri/
tali velut quędā animę mēbra ꝑfuſus: ſuſci
piat certamina veritatis: haud dubie ꝑpe/
tua ꝓmerebiꝭ ſacratarū p̄mia coronarum.
Bonorum em̄ laborū nobilis fruct⁹ eſt. Et
quāto plura certamina: tanto p̄cellētior co/
rona virtutū. Sed ad ꝓpoſitum reuerta/
mur. Hiſtorico em̄ ſtilo dixim⁹ hunc euāge/
lij librū eſſe digeſtum. Deniqꝫ deſcribēdis
magis rebus ꝙ̄ exprimendis p̄ceptis: ſtudi
um vberius cōparatione aliorum videmus
impēſum. Et ipſe euāgeliſta hiſtorico more
de narratione ſumpſit exordiū. Fuit inquit
in diebus herodis regꝭ iudęę ſacerdos qui/
dam nomine zacharias: Eāqꝫ hiſtoriā ple/
na digeſtione ꝑſequitur. Unde etiā hi qui
quattuor animaliū formas: quę in apocaly
pſi reuelantur: quattuor euāgelij libros in/
telligēdos arbitrati ſunt: hunc librū volūt
vituli ſpecie figurari. Uitulus em̄ ſacerdo/
talis eſt victima. Et bene ɔgruit vitulo hic
euangelij liber: quia a ſacerdotib⁹ inchoa/
uit: ⁊ cōſummauit in vitulo: qui omniū pec
cata ſuſcipiens ꝓ totius mundi vita eſt im/
molatus. Sacerdotalis enīꝫ ⁊ ille vitulus.
Idem quippe ⁊ vitulus et ſacerdos. Sacer/ 1.Ioh.2.
dos: quia ꝓpitiator eſt noſter. Aduocatūꝫ
em̄ ipſum habem⁹ apud patrē. Uitulus: q2
ſuo ſanguine nos diluit ⁊ redemit. Et bene
accedit: vt quoniā euāgelij librum ſm̄ mat/
thęum diximus eſſe moralem: opinio huiuſ
cemodi nō p̄termitteretꝭ. Mores em̄ pro/
prię dicunꝭ humani. Plęriqꝫ tñ hinc putāt
ipſum dominū noſtrum in quattuor euan/
gelij libris: quattuor formis animaliū figu/
rari: ꝙ idem homo: idem lęo: idem vitul⁹:
idem aquila. Homo: quia natus ex maria
eſt. Leo: q2 fortior eſt. Uitulus: quia hoſtia
eſt. Aquila: q2 reſurrectio eſt. Atqꝫ ita in li/
bris ſingulis forma animaliū figuratur: vt
vniuſcuiuſqꝫ libri ſeries: ꝓpoſitorum vide/
atur animaliūꝫ: aut naturę: aut virtutū: aut
gratię: aut miraculo conuenire. Quę licet
omnia in omnib⁹ ſint: tamē plenitudo quę/
dam in ſingulis virtutum eſt ſingularꝫ. Or/
tum hominis alius deſcripſit vberius: mo/
res quoqꝫ hominis p̄ceptis vberiorib⁹ eru/
diuit. Alius a potentię cępit expreſſione di
uinę: ꝙ ex rege rex: fortis ex forti: verus ex
vero: viuida mortem virtute cōtempſerit.
Tertius ſacrificiū ſacerdotale p̄miſit: ⁊ ip
ſam vituli immolationē ſtilo quodā pleni/
ore diffudit. Quartus copioſius cęteris: di
uinę miracula reſurrectionis expreſſit. Un⁹
igitur omnia ⁊ vnus in omnib⁹: ſicut lectū
eſt: non diſſimilis in ſingulis: ſed verus in
cunctis. Sed iam ipſum ſermonē adoria/
mur euangelij.

## Explicit p̄fatio.

## Expoſitiōis ſancti Ambroſij epi ſcopi in euangelium ſm̄ Lucam Liber primus incipit.

## Proemij euangelij ſm̄ lucam expoſitio.



Q uoniā quidē mul
ti conati ſunt ordinare
narrationē rerum. Ple
raqꝫ noſtrorꝫ quēadmodū ve/
terū iudęorū: paribus ⁊ generib⁹ formanꝭ ⁊
cauſis: atqꝫ exemplorꝫ ſimiliū pari vſu exi/
tuqꝫ cōueniūt: principioqꝫ rerū ⁊ fine cōcor/
dant. Nā ſicut multi in illo ipſo diuino infu
ſi ſpū ꝓphetarunt: alij aūt ꝓphetare ſe pol
licebanꝭ ⁊ ꝓfeſſionē deſtituebāt mendacio.
Erāt em̄ pſeudo ꝓphetę potius ꝙ̄ ꝓphetę:
ſicut annanias fili⁹ azot. Erat autē ipſi gra/
tia diſcernere ſpirit⁹: vt cognoſceret quos
referre deberet in numerū ꝓphetarū: quos
aūt quaſi bon⁹ nūmularius improbare: in
quibus materia magiſ corrupta ſorderet ꝙ̄
veri ſplēdor luminiſ reſultaret. Sic ⁊ nūc in
nouo teſtamēto multi euāgelia ſcribere co/
nati ſūt: quę boni nūmularij nō ꝓbauerūt:
Unū aūt tantūmodo in quattuor libris di
geſtum ex omnib⁹ arbitrati ſunt eligendū.
Et aliud quidē ferꝭ euāgeliū qꝺ duodecim
ſcripſiſſe dicanꝭ. Auſus ē etiā baſilides euā
geliū ſcribere: qꝺ diciꝭ: ſm̄ baſilidē. Fertur
etiā aliud euāgeliū qꝺ ſcribiꝭ ſm̄ thomam.
Noui alibi ſcriptū ſm̄ matthiā. Legim⁹ ali
Al' negliganꝭ qua ne ſleganꝭ: legimus ne ignoremus: legi
mus: nō vt teneamus ſed vt repudiem⁹: et
vt ſciam⁹ qualia ſint in quib⁹ magnifici iſti
cor exaltāt ſuū. Sed eccleſia cum quattuor
euāgelij libros habeat: ꝑ vniuerſum mūdū
euāgeliſtis redūdat: hęreſes cū multa habe
ant: vnū nō habent. Multi em̄ conati: ſed
dei gratia deſtituti ſunt. Plęriqꝫ etiā ex q̄t/
tuor euāgelij libris: in vnū ea quę venena/
tis putauerūt aſſertionib⁹ cōuenientia refer/
ſerūt. Ita eccleſia quę vnū euāgeliū habet:
vnū deū docet. Illi aūt qui aliū deū veterꝭ
teſtamēti: aliū noui aſſerūt: ex multis euan
gelijs nō vnū deū: ſed plures fecerūt. Qm̄
multi inqͭt conati ſūt. Conati vtiqꝫ illi ſunt:
ꝗ implere nequiuerūt. Ergo multos cępiſſe
nec impleſſe etiā ſanct⁹ lucas teſtimonio lo
cupletiore teſtaꝭ: dicēs plurimos eſſe cona/
tos. Qui em̄ conat⁹ eſt ordinare ſuo labore
conat⁹ eſt: nec impleuit. Sine conatu ſunt
em̄ donationes ⁊ grā dei: quę vbi ſe infude
rit rigare cōſueuit: vt nō egeat ſed redūdet
ſcriptoris ingeniū. Nō conat⁹ eſt matthę⁹:
nō conatus eſt marc⁹: nō conatus eſt iohan
nes: nō conat⁹ eſt lucas: ſed diuino ſpiritu
vbertatē dictorꝫ rerūqꝫ omniū miniſtrante:
ſine vllo molimine cępta cōpleuerūt. Et iō
bene dicit: Qm̄ multi conati ſunt
ordinare narrationē rerūꝫ: que in
nobis cōpletę ſunt. Uel ꝗ in nobis re/
dundāt. Qꝺ em̄ redūdat nulli deficit: ⁊ de
cōpleto nemo dubitat: cū fidē effect⁹ aſtru/
at: exitus ꝓdat. Itaqꝫ euāgeliū cōpletū ē:
⁊ redūdat omnib⁹ ꝑ vniuerſū orbē fidelib⁹:
⁊ mētes oīm rigat: animūqꝫ ɔfirmat. Ergo
fundat⁹ in petra: ⁊ qui oēm fidei ſumpſerit
plenitudinē firmamentūqꝫ cōſtantię: recte
dicit: Quę in nobis cōpletę ſūt: qm̄ nō ſig/
nis ⁊ ꝓdigijs: ſ; verbo vera ⁊ falſa diſcrimi
nāt: ꝗ ſalutaria dn̄i geſta deſcribūt: vel qui
aīo mirabilib⁹ ei⁹ intēdūt. Quid em̄ tā rō/
nabile: ꝙ̄ vt credas cū legis ea geſta ꝗ ſup̄
hoīem ſūt potioris eſſe naturę? At vero cū
legis ea ꝗ ſunt mortalia: ſuſcepti credas eē
corpis paſſiōes? Ita verbo atqꝫ rōne: nō ſi/
gnis fides noſtra fundaꝭ. Sicut tradi/
derunt (inquit) nobis qui ab initio
ipſi viderūt: ⁊ miniſtri fuerunt ver
bi. Nō cōgruit iſta elocutio: vt magis mi
niſteriū verbi viſū ꝙ̄ auditū eſſe credam⁹.
S; q2 nō ꝓlatiuū vbū ſ; ſubſtātiale ſignaꝭ:
verbū iſtud qꝺ caro factū eſt ⁊ habitauit in
nobis: nō vulgare verbum ſed illud cęleſte
intelligamus: cui apoſtoli miniſtrarunt. Et
tñ in exodo lectū eſt: Quia popul⁹ videbat Exo.20.
vocē domini: ⁊ vtiqꝫ vox nō videꝭ ſed audi
tur. Uox em̄ quid eſt: niſi ſonus qui nō ocu
lis cerniꝭ ſed aure percipitur? Uerum altiſ/
ſimo igenio voluit declarare moyſes: quia
vox videt dei. Interioris em̄ mentis videꝭ
obtuitu. In euāgelio aūt: nō vox ſed illud
qꝺ voce p̄ſtantius eſt verbū videtur. Un
de ⁊ iohānes ſanctus euangeliſta: Qꝺ erat 1.Ioh.1.
inquit ab initio: qꝺ audiuimus ⁊ quod vi/
dimus: ⁊ oculis noſtris ꝑſpeximus: ⁊ man⁹
noſtrę ſcrutatę ſunt de verbo vitę: ⁊ vita ap
paruit: ⁊ vidimus ⁊ teſtamur: ⁊ anūciamuſ
vobis de vita: quę erat apud patrē ⁊ apparu
it nobis. Uides ergo ꝙ verbum dei et vi/
ſum eſt apoſtolis ⁊ auditum. Non ſolū em̄
ſm̄ corpus viderunt dominū: ſed etiam ſe/
cundum verbum. Uiderunt em̄ verbū: qui
cum moyſe ⁊ helia viderunt gloriam verbi.
Iſti em̄ viderunt ieſum: qui in ſua viderūt
gloria: alij non viderunt: qui corpus tantū
modo videre potuerunt. Non em̄ corpora/
libus ſed ſpiritalibus oculis ieſus videtur.

Deniq̧ iudei nõ viderũt eũ: qꝛ nõ videbãt
in ſpiritu: vidit eũ abraaz: quia ſcriptũ eſt:
Joh.8. Abraam diẽ meũ vidit ⁊ gauiſus eſt. Uidit
ergo cum abraam: qui dominũ vtiq̧ in cor
pore nõ videbat: ſed qui vidit in ſpiritu: vi
dit in corpore. Qui aũt vidit in corpore: et
nõ vidit in ſpiritu: nec in ipſo vidit corpore
qđ videbat. Uidit eũ eſaiaſ: ⁊ quia vidit in
Eſa.53. ſpiritu: vidit ⁊ in corpore. Deniq̧ nõ habe
bat inquit ſpeciem neq̧ decorẽ. Non vide
Ro.1. runt eum iudei: obcecatũ eñ erat inſipiens
cor eorũ. Ipſe quoq̧ nõ ſe poſſe a iudeis vi
Matth.24. deri teſtificaᷓ dicens: Duces ceci liquantes
culicẽ: camelũ autẽ glutiẽtes. Nõ vidit euz
Joh.19. pilatus: nõ viderunt illi qui clamabãt: Cru
1.Cori.2. cifige crucifige eum. Si eñ vidiſſent: nunq̃
dominũ maieſtatiſ crucifixiſſent. Qui ergo
deũ vidit: vidit emanuel: hoc eſt: vidit no
biſcũ deũ. Qui autẽ nobiſcũ deum non vi
dit: nõ potuit videre quẽ virgo peperit. De
niq̧ qui nõ crediderũt dei filiũ: nec filiũ vir
ginis crediderunt. Quid eſt ꝗ deuz videre?
Nolo me interroges: euangeliũ interroga:
ipſum dominũ interroga: immo dicentẽ au
Joh.14. di: Philippe qui videt me: videt ⁊ patrẽ qui
me miſit. Quõ tu dicis oſtende nobis pa
trem? Non credis quia ego in patre ⁊ pater
in me eſt? Utiq̧ nõ corpus videᷓ in corpo
re: nec ſpiritus videᷓ in ſpiritu: ſed ſolus il
le pater videᷓ in filio: aut filiꝰ videtur in pa
tre. Nõ eñ diſſimiles in diſſimilibus vidẽ
tur: ſed vbi vnitas operationis eſt atq̧ vir
tutis: ⁊ filius in patre: ⁊ pater videᷓ in filio.
Que ego inquit opera facio ⁊ ille facit. In
operibꝰ ieſus videᷓ: in operibꝰ filij et pater
cerniᷓ. Uidit ieſum qui galileũ illud myſte
rium vidit: qđ nemo poſſet niſi mundi dñs
elementa cõuertere. Uideo ieſum qñ lego:
Joh.9. quia ceco liniuit oculos luto: ⁊ reddidit vi
ſum. Ipſum eñ recognoſco: qui de luto fin
xit hominẽ: ⁊ ei viuendi ſpiritũ: videndi lu
men infudit. Uideo ieſum qñ peccata ꝯdo
nat. Nemo eniz põt peccata dimittere: niſi
ſolus deꝰ. Uideo ieſum qñ lazarũ ſuſcitat:
⁊ nõ viderũt qui viderũt. Uideo ieſum: vi
deo etiã patrẽ: qñ oculos ad celuz erigo: ad
Ro.1. maria cõuerto: ad terrã retorqueo. Inuiſi
bilia eñ eius ꝑ ea que facta ſunt intellecta
cõſpiciunᷓ. Sicut tradiderũt nobis ꝗ ab
initio viderũt: ⁊ miniſtri fuerũt verbi. Ge
mina virtꝰ eſt in homine ꝑfecto: vt ⁊ intẽtio
ſit ⁊ actio. Utrãq̧ igiᷓ virtutẽ ſanctꝰ euan
geliſta aplis defert. Nõ ſolũ eñ viderũt in
quit: ſed etiã miniſtri verbi fuerũt. Intẽtio
viſionis: actionis eſt miniſteriũ: finis autẽ
intentionis eſt actio: principiũ actionis in
tẽtio. Atq̧ vt ꝓprio aploꝝ vtamur exẽplo:
intẽtio eſt ꝙ petrꝰ ⁊ andreas audita dñi vo
ce dicẽtis: Faciã vos fieri piſcatores hoim: Matth.4.
ſine vlla cõperẽdinatiõe reliquerũt ſcalmũ:
verbũ ſecuti ſunt. Sz nõ ſtatim in intentio
ne actio. Ibi quidẽ adhuc nõ actio ſed intẽ
tio: vbi dicit petrꝰ: Dñe: quare nõ poſſũ te Joh.13.
ſequi modo? Animã ꝓ te ponã. Erat eñ in
tentio paſſionis: ſed nõdũ erat actio: Licet
in ieiunijs iam eſſet actio: eſſet in vigilijs:
eſſet in cõtemptu corporalium voluptatũ.
Hec eñ eſt actio chriſtiani. Neq̧ eñ in om
nibꝰ rebus ſimul ⁊ intẽtio ⁊ actio eſt: ſed cũ
ſit rei alterius actio: alteriꝰ adhuc intentio
eſt. Nã ⁊ ipſe petrus cũ multa aplica virtu
te ꝑpeti peregiſſet: poſtea tñ qñ dixit ei do
minꝰ: Tu me ſequere: tulit crucẽ ſuam ⁊ ſe Joh.21.
cutus eſt verbũ: atq̧ actionẽ ſubijt paſſio
nis. Sed fuerat in petro: andrea: iohãne: et
ceteris aplis: ⁊ intẽtionis ⁊ actiõis equali
tas. Eſt aũt nõnũq̃ plus in intẽtione q̃ in
actione: aut plus in actiõe q̃ in intẽtiõe: vt
in euãgelio cernimꝰ inter ſanctã mariam et
marthã fuiſſe diſtantiã. Alia eñ verbũ au
diebat: alia feſtinabat circa miſteriũ: Que
ſtetit ⁊ ait: Dñe: nõ eſt tibi cure: eo ꝙ dereli Jo.10.
quit me ſoror mea ſolã miniſtrare? Dic ꝗ il
li vt me adiuuet. Et dixit illi dñs: Martha
martha: maria optimã partẽ elegit: que nõ
auferetᷓ ab ea. Ergo in altera intẽtionis ſtu
diũ: in altera actõis miniſteriũ redũdabat:
vtriq̧ tñ vtriuſq̧ virtutis ſtudium ſuppete
bat. Siquidẽ ⁊ martha niſi audiſſet verbũ:
miniſteriũ nõ ſubijſſet: cuiꝰ actio intẽtionis
indiciũ eſt. Et marie tãtũ gratie de vtriuſq̧
retulit ꝑfectione virtutis: vt vngeret pedeſ
ieſu: ⁊ tergeret capillis: ⁊ totã domũ ſue fi
dei odore cõpleret. Eſt etiã nõnunq̃ maxia
intẽtio: caſſa actio: vt ſi medicine animũ ali
quis intẽdat: ⁊ cũ oĩa medendi ꝑcepta cog
nouerit nõ exequaᷓ officia: atq̧ ita fit vt qꝛ
caſſa actio: caſſa etiã intentio ſit. Eſt etiã in
nõnullis vberior aliqñ actio: exilior intẽtio:
vt ſi aliquis baptiſmi ſalutaris ſacramẽta
ꝑcipiat: ⁊ cognoſcẽdis variarũ virtutũ ꝑce
ptis animũ nolit intendere: fit plerumq̧ vt
ꝑ intẽtionis incuriã fructum actionis amit
tat. Ideo ergo vtriuſq̧ virtutis plenitudo



querẽda eſt: quã cõſequi potuerũt apoſtoli
de quibus dicit: Qui ab initio viderunt et
miniſtri fuerunt: vt per id qđ viderũt: diui
ne cognitionis intelligatur intentio: per id
quod miniſtri fuerunt: eorũ actio declareᷓ.
Uiſum eſt (inquit) mihi. Põt etiã nõ
ſoli viſum eſſe qđ viſum ſibi eſſe declarat.
Nõ eñ voluntate tantũ humana viſum ẽ:
ſed ſicut placuit ei qui in me inquit loquiᷓ
chriſtus. Qui vt id quod bonum eſt nobis
quoq̧ bonũ videri poſſit operatur: quẽ eñ
miſeratur ⁊ vocat. Et ideo qui chriſtũ ſequi
tur: poteſt interrogatꝰ cur eſſe voluerit chri
ſtianus reſpondere: Uiſuz eſt mihi. Quod
cũ dicit: nõ negat deo viſum. A deo eñ pre
paratur volũtas hominũ. Ut eñ deus ho
norificetur a ſancto: dei gratia eſt. Deniq̧
plurimi voluerunt ſcribere euangeliuz: ſed
quattuor tantũmodo qui diuinã meruerũt
gratiã ſunt recepti. Uiſum eſt (inquit) ⁊
mihi aſſecuto a ꝓincipio oĩa diligẽ
ter ex ordine tibi ſcribere. Prolixiorẽ
hunc euãgelij librũ q̃ ceteros eſſe nemo du
bitauerit. Et iõ nõ ea ꝗ falſa ſũt: ſed ꝗ vera
ſibi vẽdicat. Deniq̧ etiã a ſancto apoſtolo
paulo teſtimoniũ meruit diligẽtie. Sic eñ
2.Cori.8. laudat lucam: Cuius laus inquit eſt in euã
gelio per omnes eccleſias. Et vere laudabi
lis eſt: qui meruit a tãto gentiũ doctore lau
dari. Aſſecutum itaq̧ ſe nõ pauca dicit ſed
omnia: ⁊ aſſecuto omnia: viſum eſt ſcribere
non omnia ſed ex omnibꝰ. Non eñ ſcripſit
omnia: ſed aſſecutꝰ eſt omnia: quia que fe
cit inquit ieſus ſi ſcribãtur omnia: nec ipſũ
capere munduz arbitror. Aduertis enim ꝙ
cõſulte etiã ea que ab alijs ſunt ſcripta ꝑte
rijt: vt diuerſa in euangelio gratia refulge
ret: ⁊ ꝓprijs quibuſdã ſinguli libri myſteri
orum geſtorũq̧ miraculis eminerent. Diui
ſerunt eniz ſibi veſtimenta domini milites
chriſti: qđ ſuo loco plenius explanabitur.
Scriptũ eſt autem euangeliũ ad theophilũ
hoc eſt: ad eum quẽ deus diligit. Si deum
diligis: ad te ſcriptũ eſt. Si ad te ſcriptum
eſt: ſuſcipe munus euãgeliſte: pignus ami
ci: in penetralibus animi diligẽter aſſerua.
Bonũ depoſitũ cuſtodi: per ſpiritũ ſanctuz
qui datus eſt nobis: frequẽter inſpice: ſepi
us diſcute. Fides pignori prima debeᷓ: fi
dem ſequitur diligẽtia: ne cõmiſſa tibi pig
nora: tinea aut erugo cõſumat. Qđ eñ tibi
commiſſum eſt cõſumi poteſt: euangelium
cõſumi nõ poteſt. Euangeliũ bonũ pignus
eſt: ſed vide ne vel in animo tuo illud aut ti
nea aut erugo cõſumat. Conſumit tinea: ſi
qđ bene legeris male credas. Tinea hereti
cus eſt: tinea fotinus eſt: tinea tua arriꝰ eſt.
Scindit veſtimentũ: qui ſeparat a deo ver
bum. Scindit veſtimentũ fotinus cũ legit:
In principio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud Joh.1.
deum: ⁊ deus erat. Integrum eñ veſtimen
tũ eſt: ſi legas: Et deus erat verbũ. Scindit
veſtimentũ: qui ſeparat a deo chriſtũ. Scin
dit veſtimentuz qui legit: Hec eſt autẽ vita Joh.17.
eterna vt cognoſcant te ſolũ verum deum:
niſi cognoſcat ⁊ chriſtũ. Non eñ ſolum pa
trem vere deũ cognoſcere vita eterna ẽ: ſed
etiã chriſtum cognoſcere verũ deum: veruz
de vero: deum de deo: vita eſt ſempiterna.
Tinea eſt: chriſtum cognoſcere ſine diuini
tatꝭ fide aut corporis ſacramẽto. Tinea eſt
arrius: tinea eſt ſabellius. Patitur has ti
neas ſpiritus fluctuantiũ. Patitur has ti
neas: ſpiritus qui nõ credit quia pater ⁊ fi
lius diuinitate vnũ ſunt. Scindit quod ſcri
ptum eſt: Ego ⁊ pater vnũ ſumus: qui vnũ Joh.10.
per diſcretas ſubſtantias diuidit. Patitur
hanc tineã ſpiritus: qui ieſum chriſtũ in car
ne veniſſe nõ credit: ⁊ ipſe tinea eſt. Ipſe eſt
eñ inquit antichriſtus. Qui aũt de deo ſũt
fidem tenent. Et ideo tineã pati non queũt
que diuidit veſtimentũ. Omne eſt quod in
ter ſe diuidiᷓ: ſicut ſathane regnum: nõ põt
eſſe perpetuũ. Eſt etiã erugo animi: cum ſe
culariũ ſordibus cupiditatũ religioſe acies
intentionis obduciᷓ: aut fidei puritas deco
loratur nube ꝑfidie. Erugo mẽtis eſt: rei cu
piditas familiaris: erugo mentis incuria ẽ.
Erugo mentis eſt appetentia dignitatuz: ſi
in his ſumma ſpes vite ꝑſentis locetur. Et
ideo ad diuina cõuerſi acuamus ingeniuz:
exerceamus affectũ: vt gladium illũ quem
vendita veſte emi dominꝰ iubet: paratum
ſemꝑ ⁊ lucidũ tanquã in vagina mentis re
conditũ habere poſſimus. Arma eñ ſpiri 2.Cori.10.
talia ⁊ fortia deo ad deſtruendas munitio
nes: militibus chriſti debent ſemꝑ eſſe pre
ſentia: ne eum venerit dux celeſtis militie:
ſitu noſtrorũ offenſus armorũ a legionum
ſuarũ nos ſocietate diſcernat.

Explicit expoſitio ꝓemij.

Narratio euãgelij ſm̃ lucã incipit.

De cõditione ac laude parentuʒ
ſancti iohannis baptiſte.

Caplm̃ primũ.

Capitulatio expoſitionis Ca. I.

f Vit inquit in
diebꝰ herodis re/
gis iudee ſacer/
dos q̃dã nomine
ʒacharias de vice
abia: ⁊ vxor eiꝰ de
filiabus aaron: ⁊
nomen eiꝰ helizabet. Et erãt ambo
iuſti ante deũ: incedẽtes in oĩbus
mandatis ⁊ iuſtificationibꝰ dñi ſi-
ne querela.

Expoſitio littere.

d Ocet nos ſcriptura diuina: nõ ſolũ
mores in his qui ꝑdicabiles ſunt: ſ;
etiã parentes oportere laudari: vt
veluti trãſmiſſa imaculatę puritatis heredi
tas: in his quos volumus laudare ꝑcellat.
Quę em̃ alia intẽtio hoc loco ſancti euãge/
liſtę: niſi vt ſanctꝰ iohãnes baptiſta nobili/
tet parẽtibus: miraculis: moribꝰ: munere:
paſſiõe? Sic etiã ſancti ſamuel mater anna
laudat: ſic iſaac a parentibꝰ nobilitatẽ pie-
tatis accepit quã poſteris dereliquit. Sacer/
dos itaq; ʒacharias: non ſolũ ſacerdos: ſed
etiã de vice abia: id eſt nobilis inter ſupio/
res ſemine. Et vxor inquit eius de filiabus
aaron. Nõ ſolũ igit a parẽtibꝰ: ſ; etiã a ma/
ioribus ſancti iohãnis nobilitas ꝓpagat:
nõ ſeculari ptãte ſublimis: ſ; religionis ſuc/
ceſſione venerabilis. Tales em̃ maiores ha
bere debuit ꝑnũcius chriſti: vt nõ repẽte cõ
ceptã ſ; a maioribꝰ acceptã: ⁊ ipſo infuſã iu/
re naturę ꝑdicare fidẽ dñici videret aduẽtꝰ.
Erant inq̃t ambo iuſti añ deũ incedẽtes in
oĩbus mãdatis ⁊ iuſtificationibꝰ dñi ſine q̃/
rela. Quid ad hoc referũt: qui pctis ſuis ſo/
latia ꝑferẽtes: ſine peccatis frequẽtibꝰ hoĩeʒ
putãt eſſe nõ poſſe: ⁊ vtunt verſiculo: q; ſcri
Job.15. ptũ eſt in iob: Nemo mũdus a ſorde: nec ſi
vnius diei vitę ſit in terra: numeroſi mẽſes
eiꝰ ab ipſo? Quibꝰ reſpondendũ eſt priꝰ vt
quid ſit hominẽ ſine peccato eſſe diffiniãt:
vtrũ nũq̃ oĩno peccaſſe an deſiſſe peccare.
Si em̃ hoc putant ſine peccato eſſe deſiſſe
Ro.3. peccare: ⁊ ipſe cõſentio. Omnes em̃ pecca/
uerũt: ⁊ egent gloria dei. Si aũt cũ qui ve/
terem errorẽ correxerit: ⁊ in eam ſe vitę trãſ/
formauerit qualitatẽ vt tẽperet a peccato:
negãt abſtinere delictis: nõ poſſumꝰ in eo/
rum cõuenire ſententiã: cuʒ legamus: quia Eph.5.
ſic dñs dilexit eccleſiam vt exhibeat ſibi ipſe
glorioſam ⁊ nõ habentẽ maculã aut rugaʒ:
aut aliquid eiuſmodi: ſed vt ſit ſancta ⁊ im/
maculata. Nam cũ eccleſia ex gentibꝰ: hoc
eſt: ex peccatoribꝰ cõgregata ſit: quõ ex ma
culatis immaculata põt eſſe: niſi primo per
dei gratiaʒ q̃ abluta a delicto ſit: deinde q̃
ꝑ qualitatẽ nõ peccãdi abſtineat a delictis?
Ita nec ab initio imaculata. Humanę eniʒ
hoc impoſſibile eſt naturę: ſed ꝑ dei gratiaʒ
⁊ qualitatẽ ſui: q; iam nõ peccat: fit vt ima/
culata videat. Nec ocioſe iuſtos ante deuʒ
dixit: incedẽtes in mãdatis ⁊ iuſtificatiõibꝰ
dñi. In q̃ patrẽ oĩpotẽtẽ ⁊ filiũ cõphẽdit.
Filiũ eſſe q̃ legẽ tulerit: mãdata pſcripſerit
etiã ſanctꝰ euãgeliſta declarat. Et bene iu/
ſtos ante deũ. Nõ em̃ omnis qui iuſtꝰ ẽ an/
te homines: iuſtꝰ eſt ante deũ. Aliter vidẽt
hoĩes: aliter deus. Homines in facie: deꝰ in
corde. Et ideo fieri poteſt vt aliquis affecta
ta bonitate populari: iuſtus videat mihi:
iuſtus aũt ante deum nõ ſit: ſi iuſticia nõ ex
mentis ſimplicitate formet: ſed adulatione
ſimulet. Abſcondita em̃ in ea homo nõ po/
terit dephendere. Perfecta igit laus eſt: an/
te deũ iuſtũ eſſe. Unde ⁊ apoſtolus: Cuius
laus inquit nõ ex hoĩbus ſed ex deo eſt. Be
atus plane ille qui in cõſpectu dei iuſtꝰ eſt.
Beatꝰ ille de quo dñs dignatꝰ eſt dicere: Ec Joh.1.
ce vere iſraelita in quo dolus nõ eſt. Uerus
em̃ iſraelita qui deũ videt: ⁊ videri ſe nouit
a deo: ⁊ ipſi exhibet cordis occulta. Solus
em̃ pfectior: qui ab eo probatur qui nõ põt
falli. Judicia em̃ dñi vera: iudicia aũt homi
nũ ſepe fallunt: vt ⁊ iniuſtis iuſticię gratiaʒ
frequẽter aſcribãt: ⁊ iuſtũ aut odio pſequã/
tur: aut mẽdacio decolorẽt. Nouit aũt dñs
immaculatorũ vias: nec ꝓ peccatore lauda
bilẽ: nec ꝓ laudabili peccatorẽ: ſ; vnũquẽq;
ꝓ cõpetentiũ iudicat rõe meritorũ. Idẽ eſt
em̃ arbit mẽtis ⁊ facti. Diuina nãq; iudicia
meritũ iuſti ex mẽtis habitu: nõ ex aliq̃ fac/
toruʒ exitu metiunt. Plerũq; em̃ aut bona
mens facti rephenſibilis exitu deformatur:
aut improba cogitatio facti alicuius deco/
re velatur. Sed etiã qõ bene feceris: ſi ma/
le cogitaueris: diuino iudicio nõ poteſt cõ/
probari. Scriptum eſt em̃: Juſte qõ iuſtum Deut.16.
eſt pſequeris. Naʒ niſi eſſet vt iuſtũ iniuſte
faceres: nunq̃ dictũ eſſet: iuſte qõ iuſtũ eſt
pſequeris. Et certe poſſe iuſtũ iniuſte fieri:
Math.6. docuit nos ipſe ſaluator dicens: Cũ feceris
elemoſynã: noli tuba canere ante te. Et cuʒ
oratis: non eritis ſicut hypocritę. Bona eſt
em̃ miſcdia: bona eſt oratio. Sed põt iniu/
**Simul enĩ vt audiuit ſalutationem marię heliſabet: exultauit infans in vtero eius: et repleta eſt ſpirituſancto.** Vide diſtinctionẽ: ſingulorũq; verborum ꝓprietatem. Vocẽ prior heliſabet audiuit: ſed iohãnes prior gratiam ſenſit. Illa naturę ordine audiuit: iſte exultauit ratiõe myſterij. Illa marię: iſte domini ſenſit aduentum: Fęmina mulieris: ⁊ pignus pignoris. Iſtę gratiaz loquunt̃: illi intus operãtur: pietatiſq; myſteriũ maternis adoriũtur ꝓfectibus: dupliciq; miraculo ꝓphetant matres ſpiritu paruulorũ. Exultauit infans: repleta mater eſt. Nõ prius mater repleta q̃ filius: ſed cum fili⁹ eſſet repletus ſpirituſancto: repleuit ⁊ matrẽ. Exultauit iohannes: exultauit ⁊ marię ſpirit⁹. Exultante iohãne: repletur heliſabet. Mariam tamẽ non repleri ſpiritu: ſed ſpiritum eius exultare cognouimus. Incõprehenſibilis enĩ: incõprehenſibiliter operabatur in matre. Et illa poſt cõceptũ repletur: iſta ante conceptum.

## De marię ab heliſabet benedictione.

**Benedicta tu inter mulieres: et benedict⁹ fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me?** Nouit ſermonẽ ſuuz ſpirituſſanctus: nec vnq̃ obliuiſcitur. Et ꝓphetia nõ ſolum rerum cõpletur miraculis: ſed etiam ꝓprietate verboruz. Quis eſt ventris iſte fructus: niſi ille de quo dictũ eſt: Ecce hęreditas domini filij merces fructus ventris? (Pſ.126.) Hoc eſt: hęreditas domini filij ſunt: qui merces ſunt: fructus illi⁹ qui de marię ventre ꝓceſſit. Ipſe fructus ventris eſt: flos radicis: de quo bene ꝓphetauit eſaias dicẽs: (Eſa.9.) Exiet virga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet. Radix enim eſt familia iudęorũ: virga maria: flos marię chriſtus: qui veluti bonę arboris fructus ꝓ noſtrę virtutis proceſſu nunc floret: nunc fructificat in nobis: nunc rediuiua corporis reſurrectione reparatur. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Nõ quaſi ignorans dicit. Scit enĩ eſſe ſpirituſſancti gratiaz ⁊ operationem: vt mater ꝓphetę a matre domini ad ꝑfectum ſui pignoris ſalutet̃. Sed quaſi non humani hoc meriti: ſ; diuinę gratię munus eſſe cognoſcat: ita dicit: Unde hoc mihi? hoc eſt: quantũ bonuz mihi accidit: vt mater domini mei veniat ad me: nõ cognoſco meũ. Unde hoc mihi? qua iuſticia? quibus factis? ꝑ quibus meritis? Non vſitata hęc officia fęminarũ ſunt: vt veniat mater dñi mei ad me: Miraculũ ſentio: cognoſco myſterium: mater domini verbo fęta deo plena eſt. **Ecce eniz vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans ĩ vtero meo. Et beata quę credidiſti.** Vides non dubitaſſe mariam: ſed credidiſſe: ⁊ ideo fructum fidei conſecutam. Beata inq̃t quę credidiſti. Sed ⁊ vos beati qui audiſtis ⁊ crediſtis. Quęcũq; enĩ crediderit anima: et concipit et generat dei verbum: ⁊ opera eius agnoſcit. Sit in ſingulis marię aĩa vt magnificet dominũ: ſit ĩ ſingulis ſpirit⁹ marię vt exultet in deo. Si ſ̃m carnẽ vna mater eſt chriſti: ſ̃m fidem tñ



omniũ fructus eſt chriſt⁹. Omnis enim anima accipit dei verbum: ſi tamen immaculata ⁊ immunis a vitijs ſit: ⁊ intemerato caſtimoniam pudore cuſtodiat. Quęcunq; igitur talis eẽ potuerit anima: magnificat dominum: ſicut Anima mariæ magnificauit dominum: & exultauit ſpirit⁹ eius in deo ſalutari. (…tatio hiſto/ cõſequenti …ãtico marie) Magnificatur enim deus: ſicut ⁊ alibi legiſti: (Pſ.33.) Magnificate dominũ mecũ: Non ꝙ domino aliquid humana voce poſſit adiũgi: ſed quia magnificatur in nobis. Imago enim dei chriſtus eſt: ⁊ ideo ſi quid iuſtum religioſumq; fecerit anima illa: imaginem dei ad cuius eſt ſimilitudinez creata magnificat. Et ideo duz magnificat eã magnitudinis ei⁹ quadam participatione ſublimior fit: vt illam imaginẽ ſplendido bonorum colore factorum: ⁊ quadam ęmulatione virtutis in ſe videatur exprimere. Magnificat autem anima marię dominũ: ⁊ exultat ſpiritus eius in deo: eo ꝙ ⁊ anima ⁊ ſpiritu: patri filioq; deuota: vnum deũ ex quo omnia: ⁊ vnum dominũ per quem omnia: pio veneretur affectu: ſed marię quo perſona melior: eo prophetia plenior. Nec ocioſum videtur ꝙ ⁊ ante iohannẽ heliſabet ꝓphetauit: et maria ante domini generationem. Serpunt enĩ iam temptamẽta ſalutis humanę. Nã ſicut peccatũ a mulieribus cępit: ita etiam bonũ a mulieribus inchoat̃: Ut fęminę quoq; muliebria opera deponẽtes infirmitati renuncient: ⁊ anima quę nõ habet ſexum vt maria quę neſcit errorẽ: religioſo imitetur ſtudio caſtitatẽ.

## De mora marię cũ heliſabet.

**Manſit autem maria cum illa menſibus tribus: et reuerſa eſt in domum ſuam.** Bene inducitur ſancta maria: ⁊ exhibuiſſe officiũ: ⁊ myſticum numerum cuſtodiſſe. Nõ enim ſola familiaritatiſ eſt cauſa ꝙ diu manſit: ſed etiam tanti vatis profectus. Nam ſi primo ingreſſu tantus profectus extitit vt ad ſalutationem marię exultaret infans in vtero: repleretur ſpirituſancto mater infantis: quãtum putamus vſu tanti temporis ſanctę marię addidiſſe pręſentiam? Manſit autez maria cũ illa menſibus tribus. Ungebatur itaq;: ⁊ quaſi bonus atletha exercebatur in vtero maris ꝓpheta. Ampliſſimo enim virtus eius certamini parabatur. Deniq; tamdiu manſit maria: q̃diu heliſabet pariendi temp⁹ impleret. Qđ ſi diligẽter aduertas: inuenies hoc nuſquã poſitum: niſi in generatione iuſtorum. Deniq; impleti ſunt dies vt pareret maria: impletum eſt tẽpus vt pareret heliſabet: impletũ eſt vitę tẽpus: cum ſancti viri ex hoc vitę curriculo demigrarẽt. Plenitudinẽ iuſti vita habet: inanes autẽ dies ſunt impiorum.

## De ortu ꝑcurſoris domini.

**Eliſabet impletuz eſt tẽpus pariendi: ⁊ peperit filium: ⁊ audierunt vicini eius ⁊ cognati eius: quia magnificauit dominus miſericordiã ſuam cum illa: et cõgratulabantur ei.** (Ca.IIII) Peperit ergo filium heliſabet: ⁊ congratulabantur vicini. Habet ſanctorũ editio lęticiam plurimorũ: quia cõmune eſt bonum. Iuſticia enĩ cõmunis eſt virt⁹. Et ideo in ortu iuſti futurę vitę inſigne pręmittit̃: ⁊ gratia ſecuturę virtutis exultatione vicinorũ pręfigurante ſignatur. Pulchre autem tempus quo fuit in vtero ꝓpheta deſcribitur: ne marię pręſentia taceatur: ſed tempus ſiletur infantię: eo ꝙ pręſentia domini matris in vtero roboratur: qui infantię impedimenta neſciuit. Et ideo in euangelio nihil ſuper eo legim⁹: niſi ortum eius et oraculum: exultationem in vtero: vocem in deſerto. Neq; enim vllã infantię ſenſit ętatem: qui ſupra naturã: ſupra ętatem in vtero ſitus matris a menſura perfectę cępit ętatis plenitudinis chriſti.

## De nomine pręcurſoris: ⁊ reparatione vocis zacharię.

**Et factum eſt in die octauo: venerunt circumcidere puerum: ⁊ vocabant euz nomine patris ſui zachariam. Et reſpondit mater eius ⁊ dixit: Non: ſed vocabitur iohannes. Et reſponderũt ad illam. Nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Annuebant ergo patri eius: quẽ vellet vocari eum. Et accepit pugillarem: ⁊ ſcripſit dicẽs: Iohãnes eſt nomen ei⁹. Et mirati ſũt omnes. Cõtinuo autem reſoluta eſt lingua ei⁹: ⁊ aper-**

tum eſt os eius: ⁊ loquebatur benedicens deū. Mire ſanctus euāgeliſta pręmittendum putauit: ꝙ plurimi infantē patris nomine zachariā appellandum putauerunt: vt aduertas matri nō nomen alicui⁹ diſplicuiſſe degeneris: ſed id ſancto infuſuʒ ſpiritu quod ab angelo ante zacharię fuerat prenunciatū. Et quidē ille mutus intimare vocabulū filij nequiuit vxori: ſed ꝑ ꝓphetiam heliſabet didicit quod nō didicerat a marito. Johannes eſt inquit nomē eius. Hoc eſt: nō ei nos nomē imponimus: qui iam a deo nomen accepit. Habet vocabulū ſuum qđ agnouimus: nō quod eligimus. Habent hoc merita ſanctorū vt a deo nomē accipiant. Sic iacob iſrael dicitur: qꝛ deum vidit: Sic domin⁹ noſter ieſus nomi natus eſt anteꝙ̄ nat⁹: cui non angelus ſed

4.Eſdre.7. pater nomen impoſuit. Reuelabitur eñ inquit filius meus ieſus: cū his qui cum eo iocundabūtur: qui relicti ſunt in annis quadringentis. Et erit poſt annos hos: ⁊ morietur filius meus chriſtus: ⁊ cōuertetur ſęculum. Vides angelos quę audierint: nō quę vſurpauerint nūciare: Nec mireris ſi nomē mulier qđ nō audiuit aſſeruit: quādo ſpiritus ei ſanct⁹ qui angelo mādauerat reuelauit. Neqꝫ poterat domini ignorare prenūcium: quę ꝓphetauerat chriſtū. Et bene additur: Quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine: vt intelligas nomē non generis eſſe ſed vatis. Zacharias ꝙ̊ nutu interrogat: ſed quia incredulitas ei affatuʒ eripuerat ⁊ auditum: qđ voce non poterat: manu ⁊ litteris eſt locutus. Scripſit eniʒ dicens: Johannes eſt nomen eius. Et hic nomē nō imponitur ſed aſtruit: Meritoqꝫ cōtinuo reſoluta eſt lingua eius: quia quā vinxerat incredulitas: fides ſoluit. Credam⁹ et nos igitur vt loquamur: vt lingua noſtra q̄ incredulitatis vinculis eſt ligata: ratōis voce ſoluatur. Scribamus ſpiritu myſteria ſi volumus loqui: ſcribamus prenunciū chriſti: nō in tabulis lapideis: ꝟ in tabulis cordis carnalibus. Eteniʒ qui iohannē loquitur: chriſtū ꝓphetat. Loquamur iohānē: loquamur ⁊ chriſtum: vt noſtrū quoqꝫ os poſſit aperiri: quod in ſacerdote tāto irrationalis modo pecudis frena nutantis fidei coercebant.

## De ꝓphetatione zacharię.

c Et zacharias pater ei⁹ implet⁹ eſt ſpiritu ſancto: ⁊ ꝓphetabat dicens. Vide ꝙ̄ bonus deus: et facilis indulgere peccatis. Nō ſolum ablata reſtituit: ſed etiā nō ſperata cōcedit. Jlle duduʒ mutus ꝓphetat. Hęc eñ gratia dei maxima: ꝙ eum qui negauerāt confitentur. Nemo ergo diffidat: nemo veteruʒ cōſcius delictorum pręmia diuina deſperet. Nouit dominus mutare ſententiā: ſi tu noueris emēdare delictum. Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis. Pulchre cū de domino ꝓphetaret: ad prophetā ſua verba cōuertit: vt hoc quoqꝫ beneficiuʒ eſſe domini deſignaret: ne cuʒ publice enumeraret ſua: quaſi ingratus tacuiſſe quę acceperat beneficia videretur quę agnoſcebat in filio. Sed fortaſſe aliqui quaſi irrationabilē mētis exceſſum putent: ꝙ octo dieruʒ alloquitur infantem. Verū ſi teneamus: intelligim⁹ ꝑfecto ꝙ potuit vocem patris natus audire: qui marię ſalutationē antequā naſceretur audiuit. Sciebat propheta alias eſſe aures ꝓphetę: quę ſpiritu dei nō corporis ętate reſerantur. Habebat intelligēdi ſenſum qui exultādi habebat affectuʒ. Simul illud aduerte ꝙ̄ paucis helizabet: ꝙ̄ multis zacharias ꝓphetet: ⁊ vterqꝫ ſancto repletus ſpiritu loquebat: ſed diſciplina ſeruatur: vt mulier diſcere magis quę diuina ſunt ſtudeat ꝙ̄ docere. Nec facile vllam ꝓphetaſſe vberius ꝙ̄ matrē domini reperimus. Propheti ſſa maria ſoror aaron: ꝙ̄cito cantici verba cōcluſit? Eademqꝫ vbi prolixius eſt locuta cum fratre: nequaquā ſui pęnam ſermonis euaſit.

## De tēpore ortus ſaluatoris.

### Capitulū ſecundū.

f Factum eſt autē in diebus illis: exijt edictum a cęſare auguſto: vt cenſum ꝓfiteretur vniuerſus orbis terrę. Ca. V.

De ortu ſaluatoris dicturi: nō putamus alienum: vt quo natus ſit tempore requiramus. Quid eñ ꝓfeſſio ſęcularium ad generationem domini pertineret: niſi vt aduertam⁹ hoc quoqꝫ diuinū eſſe myſteriū: qꝛ dū ꝓfeſſio ſęcularis obtēdit: ſpiritalis implet: nō terrarū regi dicāda ꝟ cęli. Profeſſio



iſta fidei cenſus animorū eſt. Abolito enim ſynagogę cenſu vetuſto: nouus cenſus eccleſię parabat: qui tormenta non exigeret ſed auferret: ⁊ ſpiritaliter in typo plębs ſua iam chriſto nomina cōferebat. Non hic ſpacia terrarū: ſed mentium animorūqꝫ cenſentur. Nec deſcribuntur limites: ſed ꝓferunt. Nec ętas vlla diſtinguitur: ſed omnis aſcribitur. Nullus eñ ab hoc immunis eſt cenſu: qꝛ omnis ętas munifica chriſto eſt: queʒ vagientes pueri martyrio confitentur: quē intra vterū poſiti exultatione teſtātur. Nihil in hoc cenſu verere terribile: nihil immite: nihil triſte: ſola vnūquenqꝫ fides ſignat. Vis chriſti audire cenſores? Jubētur cenſere: ſed nō virgis: nec terrore: ſed gratia plębem quęrere. Recōdere gladiū: nō poſſidere aurū. Talibus cenſorib⁹ acquiſit⁹ eſt orbis. Deniqꝫ vt ſcias cenſum nō auguſti eſſe ſed chriſti: totus orbis iubet ꝓfiteri. Quādo naſcitur chriſtus omnes ꝓfitētur: quando mundus cōcluditur omnes periclitant. Quis ergo poterat ꝓfeſſionē totius orbis exigere: niſi qui totius habebat orbis impe

Pſ.23. riuʒ? Nō eñ auguſti: ſed domini eſt terra ⁊ plenitudo eius: orbis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitant in ea. Gothis nō imperabat auguſtus: non imperabat armenijs: īperabat chriſtus. Acceperunt vtiqꝫ chriſti cenſoreʒ: qui chriſti martyres ediderunt. Et ideo fortaſſe nos vincunt vt ꝑſentia docent. Quomodo quē illi oblatione ſanguinis fatebātur: huic arriani quęſtioneʒ generis inferebant? Hęc (inquit) ꝓfeſſio prima facta eſt. Atqui plęraſqꝫ iam partes terrarū ſępe fuiſſe deſcriptas loquūtur hiſtorię. Hęc eſt ergo ꝓfeſſio prima: nō terrarum ſed mentiū: cui omnes ꝓfitemur: quia nullus excipit: non pręconis euocatiōe: ſed va

Pſ.46. tis: qui multo ante ꝑdixit: Omnes gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationis. Qm̄ deus ſumm⁹ terribilis: ⁊ rex magnus ſup omnē terram. Deniqꝫ vt ſcias cenſum eſſe iuſticię: veniunt ad euʒ ioſeph ⁊ maria: hoc eſt iuſtus ⁊ virgo. Jlle qui verbū ſeruaret: iſta quę pareret. Vbi aūt ꝓfitētur iuſtus ⁊ virgo: niſi vbi naſcit chriſtus? Omnis eñ ſpiritus qui ꝯfitetur ieſum chriſtum in carne veniſſe: de deo eſt. Vbi autē ſm altiorē rationē naſcitur chriſtus: niſi in

Ro.10. corde tuo ⁊ i pectore tuo? Prope eſt eñ verbum in ore tuo ⁊ in corde tuo. Pulchre aūt qđ ⁊ pręſidis nomē addidit: vt ſeriem temporis deſignaret. Preſide (inquit) cirino: Facta eſt hęc primā profeſſio: vt quaſi cōſulē quendā ſigni gratia huic libro euāgeliſta aſcripſiſſe videat. Nam ſi conſules aſcribūtur tabulis emptionis: quantomagis redemptioni omnium debuit tempus aſcribi. Habes ergo omnia quę in cōtractionibus eſſe cōſueuerunt: Vocabulū ſummaʒ illic poteſtatē gerentis: diem: locū: cauſam teſtes quoqꝫ adhibere ſolent. Hos quoqꝫ natiuitati ſuę ⁊ generationi ſm carnē chriſtus adhibuit: qui ſignarent euangeliū dicens: Vos eritis mihi teſtes in hieruſalē. Act.1.

## De natiuitate ſaluatoris.

f Factum eſt auteʒ cum eſſent ibi: impleti ſunt dies vt pareret: ⁊ peperit filiū primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ poſuit in preſepio: quia nō erat ei locus in diuerſorio. Breuiter ſanctus lucas: ⁊ quomō ⁊ quo tempore: ⁊ quo loco ſm carnē chriſt⁹ natus ſit explicauit. At vero de cęleſti generatione ſi quęris: lege euāgeliū ſancti iohānis: qui a cęleſtibus exorſus ad terrena deſcendit: illic inuenies: ⁊ quādo erat: ⁊ quomodo erat: ⁊ quid erat: ⁊ quid egerat: quid agebat: ⁊ vbi erat: ⁊ quo venerit: ⁊ quomō venerit: quo tēpore venerit: qua cauſa venerit. Jn principio (inquit) erat verbū: habes quādo erat. Et verbū erat apud deuʒ: habes quomō erat. Habes etiā quid erat: Et deus inquit erat verbuʒ. Quid egerat: Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Quid agebat: Erat lux vera quę illuminat omnē hominē venientē in hunc munduʒ. Et vbi erat: Jn hoc mūdo erat. Quo venerit: Jn ſua ꝓpria venit. Quomō venerit: Verbum caro factum eſt. Quādo venerit: iohannes teſtimoniū perhibet de ipſo dicens: Hic eſt de quo dixi: qui poſt me venit: ante me factus eſt: quia prior me erat. Qua cauſa venerit: iohannes ipſe teſtatur: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccatū mundi. Si igitur generationem vtrāqꝫ cognouimus: ⁊ vtriuſqꝫ vnā eſſe cauſā qua venit aduertimus: vt pereūtis mundi peccata ſuſcipiens: peccati labē ⁊ omniū mortem in ſe qui vinci non poſſet aboleret: Conſequens eſt: vt nunc quoqꝫ ſanctus lucas euangeliſta nos doceat: ⁊ vias domini ſm carnem creſcentis oſtendat. Nec quenquā mouere debet ꝙ altiori con

ſilio iohãnis infantiã diximus pretermiſſã:
Chriſti vero infantiã aſſeruimus eſſe deſcri
1.Cor.9. ptam. Nõ eñ omniũ eſt dicere: Factus ſuz
infirmis infirmus vt infirmos lucrifaciam:
omnibꝰ omnia factus ſum. Neqꝫ de quoqꝫ
Eſa.53. ita alio dici poteſt: qꝛ vulneratus eſt ꝓpter
iniquitatẽ noſtrã: ⁊ infirmatꝰ eſt ꝓpter pec
cata noſtra. Ille igitur paruulus: ille infan/
tulus fuit: vt tu vir poſſis eſſe ꝑfectus. Ille
inuolutꝰ in pãnis: vt tu mortis laqueis ab/
ſolutus ſis. Ille in ꝑſepibus: vt tu in altari
bus. Ille in terr: vt tu in celis. Ille aliũ lo/
cũ in eo diuerſorio non habebat: vt tu plu/
1.Cor.8. res haberes in celeſtibꝰ mãſiones. Qui cuz
diues inquit eſſet ꝓpter vos paup factus
eſt: vt illius inopia vos ditaremini. Meuz
ergo paupertas: illiꝰ patrimoniũ eſt: ⁊ infir/
mitas dñi mea virtꝰ eſt. Maluit ſibi egere:
vt omnibꝰ abundaret. Me illiꝰ infantie va
gietis abluũt fletus: mea lachrymę illę deli
cta lauerũt. Plꝰ igitur dñe ieſu iniurijs tu/
is debeo ꝙ redẽptus ſum: ꝙ operibꝰ ꝙ cre/
atus ſum. Nõ ꝓdeſſet naſci niſi redimi ꝓfu
iſſet. Sed nemo intra vſum corporis formã
omnẽ diuinitatis includat: Alia natura car
nis eſt: alia diuinitat gloria. Propter te in/
firmitas: in ſe potentia. Propter te inopia:
in ſe opulẽtia. Noli hoc eſtimare qđ cernis:
ſed quod redimeris agnoſce: quia in pãnis
eſt vides: qꝛ in celis eſt nõ vides. Infantis
audis vagitus: nõ audis bouis dominũ ag
Eſa.1. noſcentis mugitus. Agnouit eñ bos poſ/
ſeſſorẽ ſuũ: ⁊ aſina ꝑſepe domini ſui: imo ꝑ/
ſepium dixerim: ſicut ſcripſit qui tranſtulit.
Nihil eñ apud me diſtat in verbo qđ nõ di
ſtat in ſenſu. Nam ſi orator illoꝝ qui phale
ras ſermonũ ſequunt: negat i hoc fortunas
poſitas eẽ grecie: hoc an illo verbo vſus ſit:
ſed rem ſpectandã putat: ſi ipſi philoſophi
eorũ qui totos dies in diſputatione conſu/
munt: minus latinis eo receptis vſi ſermo/
nibus ſunt vt ꝓprijs vterentur: quãtoma/
gis nos negligere verba debemꝰ: ſpectare
myſteria: quibꝰ vincit ſermonis vilitas: qđ
operũ miracula diuinorũ nullis venuſtata
ſermonibꝰ: veritatis ſuę lumine refulſerũt.
Deniqꝫ aſinã illã irrationabilẽ ñ ſuco de/
litiaruz: ſed ſuco naturalis alimonię ꝑſepia
ſancta pauerunt. Hic eſt dominꝰ: hoc preſe/
pe: quo nobis diuinum myſteriũ reuelatuz
eſt. Irrationabiles gentes pecudũ intra ꝑ/
ſepia more viuentes: alimonię ſacrę vberta
te paſcendas. Agnouit ergo aſina: ſcz ſpeci
es ⁊ forma gentiliũ: preſepe domini ſui. Et
ideo dicit: Dominꝰ paſcet me: et nihil mihi Ps.22.
decrit. An mediocribus ſignis deus proba
tur: ꝙ angeli miniſtrãt: ꝙ magi adorant: ꝙ
martyres cõfitentur. Ex vtero funditur: ſed
coruſcat e celo. Terreno in diuerſorio iacet:
ſed celeſti lumine fulget. Nupta peperit: ſed
virgo cõcepit. Nupta cõcepit: ſed virgo ge/
nerauit. Docuit eñ nos ſanctus mattheus
nõ mediocre myſteriũ: qđ ſanctus lucas: qꝛ
plene iam erat expoſitũ ſilẽdũ putauit. Sa
tis ſe diuitem fore credens: ſi ꝑſepe ſibi do/
mini ex omnibꝰ vendicaſſet.

## Interpoſitio narrationis de ad/uentu magorum.

i Stum igit paruulũ quem tu quaſi vi/
lem qui infidelis es arbitrar: Magi Matth.2.
ex oriente uenientes: tam longo ſpacio ſe/
quebantur: & ꝓcidentes adorant: & regẽ
appellant: & reſurrectur fatentur. Offe/
rentes de theſauris ſuis aurũ: thus & mir
rhã. Que ſunt iſta vere fidei munera? Au
rum regi: thus deo: mirrha defũcto. Aliud
eñ regis inſigne: aliud diuine ſacramentũ
eſt poteſtatis: aliud honor eſt ſepulture: q̃
nõ corrumpat corpus mortui: ſed reſeruet.
Nos quoqꝫ qui hec audimus ⁊ legimus: de
theſauris noſtris talia fratres munera ꝓfe/
ramus. Habemus eñ theſaurũ in vaſis fic/ 2.Cor.4
tilibus. Si igitur in teipſo non ex te debes
eſtimare quod es ſed ex chriſto: quantoma/
gis in chriſto nõ tua debes eſtimare ſed chri
ſti? Ergo magi de theſaur ſuis offerũt mu/
nera. Vultis ſcire ꝙ bonum meritũ habe/
ant? Stella ab his videt: ⁊ vbi herodes eſt
nõ videtur. Vbi chriſtus eſt rurſus videtur
⁊ viaz mõſtrat. Ergo ſtella hec via eſt: ⁊ via
chriſtus: qꝛ ſm incarnationis myſteriũ chri
ſtus eſt ſtella. Orietur eñ ſtella ex iacob: et Numeri.24.
exurget homo ex iſrael. Deniqꝫ vbi chriſtꝰ:
⁊ ſtella eſt. Ipſe enim eſt ſtella ſplendida et
matutina. Sua igit ipſe luce ſe ſignat. Ac/
cipe illud documentum. Alia venerunt via
magi: alia redeunt. Qui eñ chriſtum vide/
rãt: chriſtum intellexerãt: meliores vtiqꝫ ꝙ
venerant reuertũtur. Due quippe ſunt vie:
vna que ducit ad interitũ: alia que ducit ad
regnũ. Illa peccatoꝝ eſt que ducit ad hero/
dẽ: hec via chriſtus eſt qua redit ad patriã.
Hic eñ temporalis eſt incolatus: ſicut ſcri/
ptũ eſt: Multũ incola facta eſt anima mea. Ps.119.



Caueamus igit herodẽ: mũdane ad tẽpus
ꝑſulem poteſtatis: vt patrie celeſtis eternũ
ꝯſequamur habitaculũ. Non electis tantũ
ꝑmia iſta ꝑpoſita ſũt: ſed etiã omnibꝰ: qm̃
omnia ⁊ in oibus chriſtus. Vides eñ qꝛ nõ
ocioſe vel de chaldeis q̃ ꝑitiores in numer
habent: abraã deo credidit: vel magi qui li/
cet magicis artibus cõciliande ſibi ſtudium
diuinitatis impendũt: ortum in terris dñi
crediderunt. Nõ inquã ocioſe: ſed vt ex ad/
uerſarijs gentibꝰ ſancte religionis teſtimo/
niũ ſumeret: ⁊ diuini timoris exemplũ. Sz
tñ qui ſũt iſti magi: niſi qui vt hiſtoria que/
dam docet: a balaã genus ducunt: a quo ꝓ/
Numeri.24. phetatũ eſt: Orietur ſtella ex iacob. Iſti er/
go ſunt nõ minus fidei ꝙ ſucceſſionis here/
des. Ille ſtellã vidit in ſpiritu: iſti viderunt
oculis ⁊ crediderunt. Viderant nouã ſtellã
que nõ erat viſa a creatura mũdi. Viderãt
nouam creaturã: ⁊ nõ ſolum in terra ſed eti/
am i celo. Gratiã noui hominis requirebãt
ſm qđ moyſes ꝓphetice poſuit: qꝛ oriet ſtel
la ex iacob: ⁊ exurget homo ex iſrael. Et co/
gnouerunt hanc eſſe ſtellã: que hominẽ de/
umqꝫ ſignabat: ⁊ adorauerũt paruulũ. Vti
qꝫ nõ adoraſſent: ſi paruulũ tantũmodo cre
didiſſent. Magus ergo intelligit ſuas ceſſa
re artes: tu nõ intelligis tua dona veniſſe.
Ille fatetur alienũ: tu nõ cognoſcis ꝓmiſ/
ſum. Ille cõtra ſe credit: tu ꝓ te non putas
eſſe credendũ. Natũ ergo magi nũciant re/
gem. Perturbatus herodes cõgregat ſcri/
bas ⁊ principes ſacerdotũ: ⁊ interrogat vbi
chriſtus oriatur. Magi tantũmodo regem
nũciant: herodes autẽ chriſtũ reqrit. Ipſũ
igit regẽ reqrit: de quo interrogatus ꝯfitet.
Deinde cũ vbi naſci haberet inquirit: vtiqꝫ
ꝑnunciatus oſtendit. Neqꝫ eñ queri pote/
rat: qui non erat nũciatus. O amentes iu/
dei: veniſſe nõ creditis: quẽ veniſſe videtis:
veniſſe non creditis: quẽ dicitis eſſe ventu/
Matth.2. rum. Nunciate inquit mihi ut ueniam &
adorem puerum. Inſidiatur quidẽ hero/
des: ſed deũ nõ negat quem memorat ado/
randuz. Deinde infantes occidi iubet. Cui
alij: niſi deo tal victima debebat? Expers
licet ſenſus infantia: deũ tamen ꝓ quo in/
terimitur cõfitetur. Hec de mattheo pauca
libauimus: vt clareret infantie tẽpora a di/
uinitatis operibus minime vacauiſſe. Qꝛ
ſi etas carnis ignaua oper fuit: ꝑfecto deꝰ
erat: qui diuinitatis operibꝰ exercebat car/
nis etatẽ. Qui etiam paſtores faciebat Notatio hiſto/rie de vigilia paſtorum.
in illa regione uigilare: cuſtodientes uigili/
as noctis ſupra gregẽ ſuum. Videte eccle
ſie ſurgentis exordiũ. Chriſtus naſcit: ⁊ pa/
ſtores vigilare ceperũt. Qui gentiũ greges
pecudũ modo anteviuentes: in caulã domi
ni cõgregarent: ne quos ſpiritaliũ beſtiarũ
ꝑ effuſas noctium tenebras paterent incur
ſus. Et bene paſtores vigilant: quos bonꝰ
paſtor informat. Grex igit populus: nox ſe/
culum: paſtores ſunt ſacerdotes: aut fortaſ
ſe etiã ille ſit paſtor cui dicitur: Eſto vigilãs Apoc.3.
⁊ cõfirma: quia nõ ſolũ epiſcopos ad tuen/
dum gregẽ dominꝰ ordinauit: ſed etiã ange
los deſtinauit.

## De nati ſaluator manifeſtatiõe.

e Cce angelus domini ſtetit an/
te illos. Videte quẽadmodũ di/
uina cura fidẽ aſtruat. Angelus mariã: an/
gelus ioſeph: angelus paſtores edocet. Nõ
ſatis eſt ſemel miſſum: duobus eñ ⁊ tribus Matth.18.
teſtibus ſtat omne verbum.

## De angelorũ laudatione.

e T facta eſt cũ angelo multitu/
do exercitus celeſtiũ laudanti/
um deũ ⁊ dicentiũ: Gloria in altiſ/
ſimis deo: ⁊ in terra pax hominibꝰ
bone voluntatis. Bene angelorum
nominant exercitus: qui ducẽ celeſtis mili/
tie ſequebant. Cui igit laudem angeli: niſi
dño ſuo dicerẽt: iuxta qđ ſcriptum eſt: Lau Ps.148.
date dominũ de celis: laudate eum in excel
ſis: Laudate eũ omnes angeli eiꝰ. Imple/
ta igitur ꝓphetia eſt. Laudat de celis dñs:
⁊ videt in terris. De quo ſanctꝰ marcus ait:
Quia cũ beſtijs erat: ⁊ angeli miniſtrabant Marci.1.
ei. Vt in altero miſericordie inſigne: in alte
ro diuine iudiciũ poteſtatis agnoſcas. Tu/
um eſt ꝙ beſtias patit: ſuum ꝙ ab angelis
predicatur.

## De paſtorum collocutione.

e T aiunt: Videamus hoc ver/
bum qđ factũ eſt: ſicut dominꝰ
oſtendit nobis. Et venerũt feſtinã
tes. Vides feſtinare paſtores. Nemo eñ
cũ deſidia chriſtũ requirit. Vides paſtores
angelo credidiſſe: ⁊ tu patri: filio: ſpũiſanc/
to: angelis: ꝓphetis ⁊ apoſtolis credere nõ
vis. Vide ꝙ ſignãter ſcriptura ſingulorũ li
bret momenta verboꝝ. Feſtinant inqt ver
bum videre. Etenĩ cũ caro dñi videt: verbũ
videtur: qđ eſt filius. Nõ mediocre fidei ti/

bi hoc videat̄ exēplū: nō vilis perſona pa/
ſtorum. Certe quo vilior ad prudentiā: co p̄
cioſior ad fidem. Nō gymnaſia choris refer
ta ſapientiū: ſed plebem domin⁹ ſimplicē
requiſiuit: q̄ phalerare audita ⁊ fucare neſci
ret. Simplicitas em̄ querit̄: nō ambitio de/
ſiderat̄. Nec cōtemnenda putes quaſi ver/
ba vilia ꝓphetarū. A paſtorib⁹ etiā maria
fidem colligit. A paſtoribus popul⁹ ad dei
reuerentiā cōgregatur. **Mirati enim ſunt de his que dicebant a paſtoribus ad ipſos.**

**De cōſeruatione dictorū in corde marie.**

m **Aria autē cōſeruabat oīa verba hec: cōferens in corde ſuo.**
Diſcamus ſancte virginis in omnib⁹ caſti/
tatē: que non minus ore pudica q̄ʒ corpore:
Argumēta fidei cōferebat in corde. Si ma/
ria a paſtoribus diſcit: cur tu declinas di/
ſcere a ſacerdotibus? Si maria ante ꝑcepta
apoſtolica tacet: cur tu poſt aplica ꝑcepta
magis cupis docere q̄ʒ diſcere? Diſce ꝑſone
vitiū eſſe nō ſexus: ſex⁹ em̄ ſanct⁹. Deniq̄ʒ
maria ꝑceptū nō accepit: exemplū edidit.

**De circūciſione ſaluatoris ⁊ ei⁹ oblatione.**

Ca. VII. c **Circūciditur em̄ puer.** Quis
Eſa.9. eſt ille puer: niſi ille de quo dictum
Gal.4. eſt: Puer nat⁹ eſt nobis: fili⁹ datus
eſt nobis. Factus eſt enim ſub lege vt eos
qui ſub lege eſſent lucrifaceret. **Siſtitur autem in hieruſalem.** Quid ſit autē in hie
ruſalem ſiſti domino dicerem: niſi in eſaie
cōmentis dixiſſem. Circumciſus enim vi/
tijs: dominico dignus iudicatur obtutui:
quia oculi domini ſuper iuſtos. Vides om
nes legis veteris ſeries fuiſſe typuʒ futuri.
Nā ⁊ circūciſio purgationem ſignificat de/
lictorū. Sed quoniā ꝓna quadā cupidita/
te peccandi humane carnis ⁊ mentis fragi/
litas inextricabilibus vitijs implicat̄: co p
octauū circūciſionis diem culpe totius fu/
ture purgatio: reſurrectionis ꝑfigurabatur
etate. Hoc eſt em̄ illud: **Quia oē maſculinū adaperiēs vuluā: ſanctū dño vocabit̄.** Verbis em̄ leg̃ ꝓmittebat̄ vgi
nis partus. Et vere ſanctus: q̃ imaculat⁹.
Deniq̄ʒ ipſum eſſe qui lege ſignetur: in eun
dem modū ab angelo repetita verba decla
rant. Quia qd̄ naſcetur inquit ſanctū voca
bitur filius dei. Nō em̄ virilis coitus vulue
virginalis ſecreta reſerauit: ſed immacula/
tū ſemē inuiolabili vtero ſpiritusſanct⁹ in/
fudit. Solus em̄ p omnia ex natis de femi/
na ſanctus dñs ieſus: qui terrene contagia
corruptele immaculati partus nouitate nō
ſenſerit: ⁊ celeſti maieſtate depulerit. Nam
ſi litterā ſequamur: quō ſanctus omnis ma
ſculus: cū multos ſceleratiſſimos fuiſſe nō
lateat. Nūquid ſanctus achab? Nūqd ſan/
cti pſeudo ꝓphete: quos ad helie p̄ces vl/
tor celeſtis iniurie ignis abſumpſit? Sed il/
le ſanct⁹ quē in figura futuri myſterij pia le
gis diuine preſcripta ſignabant: eo q̄ ſolus
ſancte eccleſie virginis ad generādos popu
los dei: immaculate fecunditatis aperiret
genitale ſecretū. Hic ergo ſolus aperuit ſi/
bi vuluam. Nec mirū: qui em̄ dixerat ad ꝓ
Hiere.1. phetā: Priuſq̄ʒ te formarē in vtero noui te:
⁊ in vulua matris ſanctificaui te. Qui eniʒ
vuluā ſanctificauit alienā vt naſceretur ꝓ/
pheta: hic eſt qui aperuit matris ſue vuluā
vt immaculatus exiret.

**De ſymeone ⁊ anna.**

Ca. VIII. e **T ecce homo erat in hieruſalem: cui nomē ſymeon: ⁊ homo iſte iuſtus ⁊ timorat⁹ expectans cōſolationē iſrael.** Nō ſo
lum ab angelis ⁊ ꝓphetis: a paſtorib⁹ ⁊ pa
rentibus: ſed etiā a ſeniorib⁹ ⁊ iuſtis gene/
ratio domini accepit teſtimoniū. Ois etas
⁊ vterq̄ʒ ſexus euentuumq̄ʒ miracula fidem
aſtruūt. Virgo generat: ſterilis parit: mu/
tus loquit̄: heliſabet ꝓphetat: magus ado
rat: vtero clauſus exultat: vidua cōfitetur:
iuſtus expectat. Et bene iuſtus: qui nō ſuā
ſed populi gratiā requirebat. Cupiens ipſe
corporee vinculis fragilitat̃ exolui: ſed ex/
pectauit videre ꝓmiſſum. Sciebat em̄ quia
beati oculi q̇ eū viderēt. **Nunc** (inquit) **dimitte ſeruū tuū domine.** Vide
iuſtū velut corporee carcere molis incluſū:
Phil.1. velle diſſolui vt incipiat eſſe cū chriſto. Diſ
ſolui em̄ et cū chriſto eſſe multo meli⁹. Sed
qui vult dimitti: veniat in tēplū: veniat in
hieruſalē: expectet chriſtū: dñm accipiat in
manib⁹: verbū dei cōplectat̄ velut quibuſ/
dā ſue fidei brachijs operib⁹ ſuis. Tunc di/
mittetur vt nō videat mortē: q̃ viderit vi/
tam. Vides vberē in omnes gratiā domini
generatiōes diffuſaʒ: ⁊ ꝓphetiā incredulis
negatā eſſe nō iuſtis. Ecce ⁊ ſymeon ꝓphe/
tat: in ruinam et reſurrectionē plurimorum



veniſſe dominū ieſum chriſtū: vt iuſtoꝝ ini/
quorūq̄ʒ merita diſcernat: ⁊ p noſtroꝝ qua/
litate factorū iudex verus ⁊ iuſt⁹: aut ſuppli/
cia decernat: aut ꝑmia. **Et tuā** (inquit) **ipſius animaʒ ꝑtranſibit gladius.**
Nec littera: nec hiſtoria docet: ex hac vita
mariā corporalis necis paſſione migraſſe.
Nō em̄ anima ſed corpus materiali gladio
traſuerberat̄. Et ideo prudētiā marie haud
Heb.4. ignarā myſterij celeſtis oſtēdit. Viuū enim
verbū dei ⁊ validū: ⁊ acutum omni gladio
acutiſſimo: penetrās vſq̄ʒ ad diuiſionē ani/
me ⁊ ſpiritus: artuū q̄ʒ ⁊ medulaꝝ cogitati/
ones cordis ⁊ ſecreta ſcrutat̄ animoꝝ: quia
nuda mentiū ⁊ aperta ſunt omnia dei filio:
quē ꝯſcientie ſecreta nō fallunt. Propheta/
uit itaq̄ʒ ſymeon: ꝓphetauerat copulata cō
iugio: ꝓphetauerat virgo. Debuit etiā vi/
dua ꝓphetare: ne qua aut profeſſio deeſſet
aut ſexus. Et ideo anna et diſpēdijs vidui/
tatis ⁊ morib⁹ talis inducit̄: vt digna plane
fuiſſe credatur: que redemptorē veniſſe om
niū nūciaret. Cui⁹ merita cū alibi deſcripſe
rimus cū viduas hortaremur: hoc loco qm̄
ad alia ꝓperam⁹ nō putam⁹ iteranda. Nō
icioſe tamē annos octogintaquattuor vi/
duitatis ei⁹ expreſſit: quia ⁊ ſeptē duo deca
des: ⁊ due quadrageſime: ſacrum videntur
numerū deſignare.

**De exordio diſputationis ieſu.**

Ca. IX. e **T cū facti eſſent illi anni duodecim.** A duodecimo anno vt
legimus dñice ſumit̄ diſputationis
exordiū. Hic em̄ ꝑdicāde fidei: euangelizan
tiū numer⁹ debebat̄. Nec ocioſe immemor
ſuoꝝ ſm carnem parentuʒ: qui ſm carnem
vtiq̄ʒ ſapiētia dei implebat̄ et gratia. Poſt
triduū reperit̄ in templo: vt eſſet indicio q̃
poſt triduū triumphalis illius paſſionis in
ſede celeſti ⁊ honore diuio fidei noſtre ſe re/
ſurrecturus offerret qui mortu⁹ credebat̄.

**De reſponſione ieſu ad matrē.**

q **Uid eſt q̄ me querebatis: neſciebatis q̃ in propria patris mei oportet me eſſe.** Due ſunt in chri
ſto generationes. Una eſt paterna: mater/
na altera. Paterna diuinior: materna vero
que in noſtrū laborē vſumq̄ʒ deſcendit. Et
ideo que ſupra naturā: ſupra etatē: ſupra cō
ſuetudinē fiunt: nō humanis aſſignāda vir
tutibus: ſed diuinis referēda ſunt poteſta/
tibus. Alibi eū ad myſterium mater impel/
lit: hic mater arguit̄: q̃ adhuc que humana
ſunt exigat. Sed cū hic duodecim deſcriba
tur annoꝝ: illic diſcipulos habere doceat̄.
Vides matrē didiciſſe a filio: vt exigeret a
validiore myſterium: que ſtupebat in iuni/
ore miraculum.

**De ſubiectione ieſu.**

e **T venit nazareth ⁊ erat ſubditus illis.** Quid em̄ magiſter vir/
tutis niſi officiuʒ pietatis impleret: ⁊ mira/
mur ſi patri defert q̇ ſubdit̄ matri? Nō vti/
q̄ʒ infirmitatis: ſed pietatis iſta ſubiectio ē.
Attollat licet ſeuis emiſſus latebris colu/
ber ꝑfidie caput: ⁊ ſerpētinis euomat vene/
na pectoribus: cū dicit ſe filius miſſum: ma
iorem hereticus appellat patrē: vt imꝑfectū
filium dicat: qui pōt habere maiorē: vt alie/
nis auxilijs aſſerat eū qui mittit̄ indigere.
Nūquid ⁊ humano egebat auxilio: vt ma/
terno ſeruiret imperio? Deferebat homini:
deferebat ancille. Ipſa em̄ dicit: Ecce ancil
la dñi. Deferebat ſimulato patri: ⁊ miraris
ſi deo detulit? An homini deferre pietas ē:
deo deferre infirmitas ē? Vel ex hūanis di/
uina ꝑpēde: et quid patri amor̃ debeatur:
agnoſce. Pater honorificat filiū: nō vis vt
filius honorificet patrē? Pater voce celeſti
in filio ſe placere ꝓfitetur: nō vis vt fili⁹ hu
mane amictu carnis indutus: cuʒ humana
voce humano loquat̄ affectu patrē dicat eſ
ſe maiorē? Nā ſi magnus dñs ⁊ laudabilis Pſ.144.
nimis: ⁊ magnitudinis ei⁹ nō ē finis: vtiq̄ʒ
magnitudo que finē nō habet: nec augmen
tū habet. Sed cur nō accipiā religioſis au/
ribus filiū patri in ſuſceptiōe corporis obe/
dientē: cuʒ religioſe accipiā patrē filio defe/
rentē? Diſce potius tue vtilitat̃ ꝑcepta: et
exempla pietatis agnoſce. Diſce quid parē
tibus tuis debeas: cū legis a patre filiū: nō
voluntate: nō opere: nō tempore diſcrepa/
re: Et ſi ꝑſonis duo: poteſtate vnū ſunt. Et
vtiq̄ʒ nullū pater ille celeſtis laborem gene/
rationis expertus eſt. Tu matri debes pudo/
ris iniuriā: virginitatis diſpendiū: partus
periculū: matri longa faſtidia: matri longa
diſcrimina. Cui miſere in ipſis votorū fruc/
tibus maius periculū eſt. Et cū ediderit qd̄
optauit: partu abſoluitur nō timore. Quid
anxios patres loquar ꝓ filioꝝ ꝓfecto: ⁊ mul
tiplicatos alienis vſibus cēſus: iactaq̄ʒ agri
cole ſemina poſteroꝝ etatib⁹ ꝓfutura? Nō/
ne ꝓ his obſeq̄a ſaltē oportet rependi? Cur

ímpio patris vita ꝓlixioꝛ:⁊ cõmunitas pa/
trimonij videatur anguſtioꝛ:cū chꝛiſtus nõ
refugiat cohęredes?

## De exoꝛdio p̄dicatõis iohãnis.
## Capitulo tertio.

Ca .x. f Actum eſt verbuꝫ domini
ſup iohannẽ zacharię fili/
um in deſerto. Cõgregatu/
rus eccleſiã dei filius:ante opera
tur in ſeruulo. Et ideo bene poſuit ſanctus
lucas:factū eſſe dei verbū ſup iohannẽ za/
charię filiū in deſerto: vt eccleſia nõ ab ho/
mine cęperit:ſed a verbo. Ipſa eñ eſt deſer
tum:qꝛ plures filij deſertę magis ꝙ̃ eius q̃
habet virum. Deniqꝫ ipſi dicit̃: Letare ſte/
rilis:⁊ exulta deſertum: quia nullis adhuc
cõuenę plębis operibus colebatur:neqꝫ vl/
lum adhuc arboꝛes illę quę fructū ferre po/
terant meritoꝝ ſuoꝛum verticẽ ꝓferebant.
Ps.51. Nõdum venerat qui diceret:Ego aūt ſicut
oliua fructifera in domo dñi. Nõduꝫ vitis
illa cęleſtis fructꝰ palmitibus ſuis verboꝛū
quodã ſuoꝛum traduce miniſtrabat. Factū
eſt ergo verbū:vt quę erat ante deſerta:fru
ctum nobis terra generaret. Factū eſt ver/
bum: vox ſecuta eſt. Verbū eñ priuſ intus
operat̃:ſequit̃ vocis officiū. Unde ⁊ dauid
Ps.115. dicit:Credidi ꝓpter qđ locutus ſum. Priꝰ
credidit vt loqui poſſet. Factū eſt autẽ ver/
bum:vt ſanctꝰ baptiſta iohãnes pęnitentiã
prędicaret. Et ideo plęriqꝫ ſancto iohãni ty
pum legis imponunt: eo ꝙ lex peccatū de/
nūciare potuit:donare nõ potuit. Lex eniꝫ
vnūquemqꝫ qui viam gentiū ſequebat̃:rę/
uocat ab erroꝛe:reſtringit a crimine:pęnitẽ
Math.16. tiam ſuadet vt gratiã cõſequatur. Lex aūt
⁊ ꝓphetę vſqꝫ ad iohannẽ: Iohãnes auteꝫ
p̄nuncius chꝛiſti. Ita lex eccleſię p̄nūcia:et
gratię pęnitẽtia eſt. Bene itaqꝫ ſanctꝰ lucas
cõpendio vſus eſt:vt iohannẽ declararet ꝓ
phetã:dicens factū eſſe ſupꝛa eum verbuꝫ
dei:alia non adderet. Nullus eñ eget indi/
cio ſui:qui verbo dei abundat. Unuꝫ itaqꝫ
dixit:⁊ omnia declarauit. At vero ſanctus
matthęus ⁊ marcꝰ: ⁊ veſtitu ⁊ cinctu ⁊ cibo
ꝓphetã declarare voluerūt: eo ꝙ veſtitum
de pilis cameloꝛū habuit: ⁊ zonã pelliciam
ſup lumbos ſuos. Locuſtas aūt ⁊ mel ſilue
ſtre edebat. Pręnūcius eñ chꝛiſti nõ patie/
batur immundarū perire exuuias beſtiaꝝ.
Ipſo quoqꝫ veſtitus indicio:deſignãs chꝛi
ſtum eſſe venturū:qui beluinis induuijs q̃
cõtexta ſunt ꝑ noſtroꝛū defoꝛmitatem meri
toꝛū:gentilitatis immūdę peccata ſuſcipi/
ens:in illo tropheo crucis amictu quodã ſe
noſtrę carnis exueret. Quid auteꝫ ſibi vult
cinctus zonę pellicię:niſi ꝙ caro iſta q̃ men/
tem prius grauare cõſueuerat:ea poſt aduẽ
tum domini nõ impedimẽto cępit eſſe: ſed
cingulo? Eo ꝙ ⁊ iuxta dauid: In ſalicibꝰ oꝛ/ Ps.136.
gana noſtra ſuſpẽdimꝰ. Et iuxta apoſtolū:
Confidentiã nõ habemus in carne:⁊ ꝯfidẽ/ Phil.3.
tiam habemus in coꝛpoꝛe: nõ habemus in
voluptatibꝰ: habemus in paſſionibꝰ: quo
ſpiritu feruẽs vigeat affectꝰ:et ad omne ac/
cingamur obſequiū cęleſtium p̄ceptoꝛū:de/
uotione mẽtis intenti:atqꝫ apparatu coꝛpo/
ris expediti. Cibus quoqꝫ ꝓpheticꝰ: index
officij:nūciuſqꝫ myſterij eſt. Quid eñ tam
ocioſū ad hominis officiū: ꝙ̃ locuſtas quę/
rere:⁊ quid tam plenū ad vatis myſteriuꝫ?
Nam quo magis ad fructū inutiles:ad vſū
laboꝛis inertes: ad tactum fugaces: vagę
ſaltu: oꝛe ſtridulę ſunt locuſtę:eo cõuenięti/
us his populi figura gẽtilis aptat̃:qui nul/
lo vſu laboꝛis: nullo operis ſui fructu: ſine
grauitate: ſine voce ſonum querelę ederet:
verbū vitę ignoꝛaret. Hic igit̃ populus cibꝰ
eſt ꝓphetarū. Nam quo numeroſioꝛ popu/
lus cõgregat̃:eo vberioꝛ ꝓphetici oꝛis vſus
augetur. Eccleſię quoqꝫ gratia p̄figurat̃ in
melle ſilueſtri:nõ intra aluearū legl plębis
iudaicę fętu reperta:ſed in cãpis ⁊ folijs ſil/
uę:gentiliū erroꝛe diffuſa:iuxta qđ ſcriptuꝫ
eſt: Inuenimꝰ eã in cãpis ſiluę. Et hic qui/ Ps.131.
dem mel ſilueſtre edebat:annūcians popu
los de petra melle ſaturandos:ſicut ſcriptū
eſt:Et de petra melle ſaturauit eos. Sic eti P.80.
am heliam coꝛui cibo aduenticio ⁊ lucrati/ 3.Reg.17.
uo potu inter deſerta pauerūt:vt indicio fo
ret populos nationū:tetro ſqualẽtes colo/
re meritoꝝ:qui ante cibū fętidis in cadaue/
ribus requirebãt: nunc de ſe aduenticiã ꝓ/
phetis alimoniã prębituros. Cibus eñ ꝓ/
phetarū diuinę volūtatis effectus eſt:ſicut
ipſe dominꝰ declarauit dicens: Meus cibꝰ Ioh.4.
eſt vt faciã voluntatẽ eius qui me miſit.

## Confirmatio ꝑ teſtimoniū eſaię.

v Ox clamantis in deſerto. Be
ne vox dicitur iohãnes verbi p̄nunci/
us. Nam interrogatus ipſe iohãnes: quid
dicl de teipſo? Ait: Ego vox clamãtis in de/
ſerto. Et ideo ait: Qui poſt me venit ante
me factus eſt:qꝛ vox p̄cedit inferioꝛ: verbū



ſequitur qđ p̄cellit. Ideo ⁊ a iohanne bap/
tizari voluit:qꝛ in hominibꝰ verbū cõſecra/
tur voce doctoꝛis. Ideo foꝛtaſſe ⁊ zachari/
as vocẽ recepit:qꝛ vocẽ locutus eſt.

## Redargutio malicię iudęoꝛū.

Ca.XI. g Eneratio viperarū:q̄s oſtẽ/
dit vobis fugere a ventura
ira? Facite ergo fructus dig
nos pęnitentię:⁊ ne cęperitis dice
re:pater noſter abꝛaã eſt. Dico au/
tẽ vobis:quia potens eſt deꝰ de la
pidibꝰ iſtis ſuſcitare filios abꝛaę.
Argui quidẽ videtur malicia iudęoꝝ: eo
ꝙ varij noxię mentis veneno ſerpentino la
pſus:⁊ terrena cubilia nõ diuinę aliqđ my/
ſteriū cognitionis opereut̃. Sed tamẽ cum
dicit̃: Quis oſtendit vobis fugere a ventu/
ra ira:oſtendit̃ his dei miſeratione infuſam
pꝛudentiã:vt gerant ſuoꝛū pęnitentiã deli/
ctoꝛum:futuri terroꝛẽ iudicij ꝓuida deuoti/
one metuẽtes. Ad generationẽ ergo nõ ad
ſucceſſionẽ referenda eſt cõparatio vipera/
Math.10. rum: Aut foꝛtaſſe iuxta qđ ſcriptū eſt: Eſto/
te pꝛudentes ſicut ſerpentes: oſtendunt̃ ha
bere pꝛudentiã naturalẽ: qui ꝓfutura vide/
ant ⁊ ſponte depoſcãt: ſed adhuc noxia nõ
relinquant. Et ideo admouent̃ claritatẽ ſi/
bi magis operis ꝙ̃ nobilitatẽ generis ven/
dicare: ꝙ nulla in ſucceſſione p̄rogatiua ſit
niſi fidei aſſtipuletur hereditas: quã dei nu
tu ad populos gentiliū trãſſerendã ſermo/
ne ꝓphetico reuelauit dicens: Potens eſt
deꝰ de lapidibus his ſuſcitare filios abꝛaę.
Nam licet deus poſſit diuerſas conuertere
⁊ cõmutare naturas: tamẽ quia mihi plus
myſteriū ꝙ̃ miraculū ꝓdeſt:in p̄nuncio chꝛi
ſti nihil magis ꝙ̃ ędificationem eccleſię de/
beo ſurgẽtis agnoſcere:quę non rupeis ſa/
xis ſed viuis lapidibꝰ extructa: in habita/
culū dei ⁊ faſtigiuꝫ templi conuerſione no/
ſtroꝛū ſurrexit animoꝛū. Eteñ parabat deꝰ
mentiū noſtrarum dura mollire: ⁊ de lapi/
dibus offenſionis excitare cultoꝛes religio/
nis. Quid eñ aliud ꝙ̃ lapides habebant̃:
qui lapidibus ſeruiebant:ſimiles vtiqꝫ his
qui facerent eos? Pꝛophetat̃ igitur ſaxoſis
gentiliū fides infundenda pectoꝛibꝰ ⁊ futu
ros ꝑ fidem abꝛaę filios oꝛacula pollicẽtur:
quibꝰ per duritiã mentis ſaxeus quidã in/
ſenſibilis irrationabiliſqꝫ naturę vſus ino/
leuerat. Nam ſi lapidibꝰ viuis firmatos vi
ros fidei roboꝛe ſentẽtia apoſtolica cõpara/
uit:iuxta qđ ſcriptū eſt: Et vos tanqꝫ lapi/ 1.Petri.2.
des viui edificamini domos ſpiritales in ſa
cerdotiū ſanctū:offerentes hoſtias ſpirita/
les:multo altius hic videntur voce ꝓpheti
ca lapidibꝰ homines cõparari:qui ita hūa/
nę ſenſum mẽtis amiſerant:vt dū lapidibꝰ
putant diuinitatis alicuiꝰ ineſſe rationẽ:ip
ſi in naturã lapidū: nõ vſu coꝛpoꝛis ſed mẽ
tis habitu verterẽtur. Deniqꝫ ex abꝛaę ꝑm
carnẽ ſucceſſione manantes: ⁊ pꝛincipes ſo
domoꝛuꝫ appellantur: ⁊ parietes dealbati:
Ita ſibi pręrogatiuã generis moꝛū magis
ſimilitudo vendicat:ꝙ̃ oꝛdo maioꝝ. Quin
etiã vt ſcias qꝛ lapidibus cõparati ſunt ho/
mines:arboꝛibꝰ quoqꝫ homines cõparauit:
ſubijciẽs ꝓpheta: Quia iam ſecuris
ad radices arboꝛū poſita eſt. Exẽ
pli autẽ ideo facta mutatio eſt: vt illo cõpa
rationis pręceſſu quidã intelligat̃ hominis
dementioꝛ iam ꝓfectus. Nam illi ante de/
foꝛmes ad vſum:nudi ad oꝛnatum: ſteriles
ad fructū:irrationabiles ad ꝓfectū: iam in
arboꝛum ſpeciem figurant̃:quę rationabili
quodã naturę munere:decoꝛe ad vſum: ad
aſpectum venuſtę: ad fructum opimę: ſur/
gunt cacuminibꝰ:fundūtur bꝛachijs:replẽ/
tur fructibus: frondibꝰ veſtiunt̃. Atqꝫ vti/
nã nos fęcundarū vſum arboꝛuꝫ poſſimus
imitari:meritiſqꝫ creſcẽtibꝰ longęuę humi/
litatis radice fundati: ſublimes ab humo:
decoꝛi ad ſpeciẽ:adultos fructuoſoꝛum ope
rum vertices erigamus:ne euangelici ſecu/
ris agricolę trunci radicẽ ſilueſtris excidat.
Vę enim mihi eſt ſi nõ euangelizauero: Sꝫ 1.Cori.9.
vox iſta apoſtolica eſt. Vę mihi ẽ:ſi nõ pec/
cata defleuero. Vę mihi eſt: ſi nõ media no
cte ſurrexero ad confitendū tibi. Vę mihi:
ſi dolum ꝓximo meo fecero. Vę:ſi locutus
nõ fuero veritatem. Ad radicem ſecuris eſt
poſita:faciat fructū qui poteſt gratię: q̃ de/
bet pęnitentię. Adeſt dominus qui fructuꝫ
requirat:fęcundos viuificet: ſteriles depꝛe/
hendat. Anni tres ſunt ex quo venit: ⁊ fru/
ctum in iudęis inuenire nõ potuit: vtinam
inueniat in nobis. Iuſſurꝰ eſt ſuccidi infru/
ctuoſos ne terrã occupent. Sed qui adhuc
nõ habet fructū:conetur vt afferat in futu/
rum. Bonus ille cultoꝛ agri: interueniet ꝓ
nobis infęcundis: pꝛo nobis infructuoſis:
vt detur ſpacium:patiẽtia deferatur:ne foꝛ
te ⁊ nos aliquẽ fructuꝫ ferre deo poſſimus.

Notatio reſpõſiõis Iohãnis baptiſte ad ſingulos interrogantes.

Singulis quoqꝫ generibꝰ hominũ: cõueniens tribuit ſanctus baptiſta iohãnes reſponſum unũ omnibus: Ita publicanis ne ultra præſcriptũ exigant: militibus ne calumniã faciant: ne prædam requirãt. Docens idcirco ſtipendia conſtituta militię: ne dũ ſumptꝰ quęrit prędo graſſet. Sed hęc et alia officiorũ pręcepta ꝓpria ſingulorꝫ miſericordia cõmunis eſt vſus. Ideo cõmune pręceptũ omnibꝰ officijs: omnibꝰ ętatibus neceſſaria: ⁊ ab omnibꝰ deferẽda. Nõ publicanus: nõ miles excipit: nõ agricola vel vrbanus: diues ⁊ paup: omnes in commune admonent: vt cõferant nõ habẽti. Miſericordia eñ plenitudo virtutũ eſt. Et ideo omnibus eſt ꝓpoſita ꝑfectę forma virtutis: ne veſtimẽtis alimẽtiſqꝫ ſuis parcant. Miſericordię tñ ipſius ꝓ poſſibilitate cõditionis humanę menſura ſeruat: vt non ſibi vnuſqſqꝫ totũ eripiat: ſed quod habet cum paupere partiatur.

De reſponſione iohãnis ad populũ cogitantẽ eũ eſſe chriſtum.

e Ttimante autẽ populo: et cogitante in cordibus ſuis de iohãne: ne forte ipſe eſſet chriſtꝰ: Reſpondit dicẽs: Ego quidẽ vos baptizo in aqua in pęnitẽtia. Videbat ergo iohãnes cordis occulta: ſed conſideremꝰ cuiꝰ hęc gratia. Nã quẽadmodũ aũt ꝓphetis palam fiant cordis occulta: paulꝰ oſtendit dicẽs: Occulta quoqꝫ cordis eius manifeſta fient: ⁊ ꝓcidens in faciẽ adorauit dominũ: ꝓnunciãs ꝙ vere deꝰ eſt in vobis. Dei ergo munus eſt qui reuelat: nõ virtꝰ hominis: qui diuino magis adiuuatur beneficio ꝗ̃ naturali cernat officio. Quo autẽ ꝓficit iſta cogitatio iudęorũ: niſi vt ſm ſcripturas veniſſe chriſtꝰ ꝓbetur? Erat eñ qui expectabatur: ⁊ ipſe vtiqꝫ qui expectabat nõ is qui nõ expectabat aduenit. Quid autez ineptius ꝗ̃ ꝙ is qui in alio ęſtimatur: in ſe ipſo eſſe nõ credit? Quẽ per mulierẽ vẽturꝫ putabant: per virginẽ veniſſe nõ credunt. Quę deo ſm carnẽ dignior generatio: ꝗ̃ vt immaculatus dei filius: imaculatę generationis ſeruaret: etiam in ſuſcipiẽdo corpore puritatẽ? Et vtiqꝫ diuini aduentꝰ ſignuz in virginis partu: nõ in mulieris conſtitutum eſt. Ego inqt vos aqua baptizo. Cito ꝓbauit nõ eſſe ſe chriſtũ qui viſibili operetur officio. Nã cum ex duabꝰ naturis homo: id eſt: ex anima ſubſiſtat ⁊ corpe: viſibile ꝑ viſibile: inuiſibile ꝑ inuiſibile myſterium conſecratur. Aqua eñ corpꝰ abluit: ſpiritu animę delicta mundant. Aliud agimus: aliud inuocamꝰ. Licet etiã in ipſo fonte ſanctificatio diuinitatis aſpiret. Nõ eñ aqua omnis ablutio eſt: ſed hęc inter ſe diuiſa eſſe nõ poſſunt. Et ideo aliud fuit baptiſmũ pęnitentię: aliud gratię eſt. Iſtud ex vtroqꝫ: illud ex vno. Nam cum cõmunia delicta ſint mentis ⁊ corporis: purificatio quoqꝫ debuit eſſe cõmunis. Et bene ſanctꝰ iohannes ſe intellexiſſe ſignificãs quid in cordibꝰ cogitarent: ⁊ quaſi nõ intellexerit declinãs maieſtatis inuidiã: nõ verbo: ſed opere declarauit nõ eſſe ſe chriſtuz. Opus eñ hominis eſt gerere pęnitentiã delictorꝫ: dei munꝰ eſt gratiam implere myſterij.

Teſtimonium iohannis de chriſti aduentu.

v Enit autẽ fortior me. Nõ comparationẽ fecit: vt ipõ ſe tantũ fortiorem dixerit chriſtũ. Neqꝫ eñ inter dei filiuz ⁊ hominẽ vlla poterat eſſe collatio. Sed qr multi fortes: nam ⁊ diabolus fortis. Matth. 12. Nemo eñ poteſt vaſa fortis diripere: niſi prius alligauerit fortẽ. Multi eñ fortes: fortior nemo niſi chriſtus. Deniqꝫ couſqꝫ nõ fecit cõparationẽ: vt addiderit: Cuiꝰ nõ ſum dignus calciamẽta portare. Euãgelicę p̄dicatõis oſtẽdens in apoſtolos gratiam eſſe collatã: qui ſunt calciati in euãgeliũ. Videt tamẽ ideo hoc dicere: ꝙ plęrũqꝫ iohãnes ꝑſonã accepit populi iudęorꝫ. Unde ad hoc referunt quod ait: Illuz oportet creſcere: me autẽ minorari: ꝙ oporteret minorem fieri populũ iudęorũ: creſcere in chriſto populũ chriſtianũ. Deniqꝫ ⁊ moyſes accepit ꝑſonam populi: ſed ille calciamentuz nõ dominicũ portabat ſed pedũ ſuorũ. Et iſti calciati ſunt calciamẽto fortaſſe nõ ſuorum pedum: Ille aũt ſoluere calciamentuz pedũ iubetur ſuorꝫ: vt animi eiꝰ egreſſus ⁊ mentis corporei nexus vinculis abſolutus iter ſpiritale gradiat. Apoſtoli autẽ calciamentũ depoſuerũt corporale: quãdo miſſi ſunt ſine calciamento: ſine virga: ſine pera: ſine zona: ſed nõ ſtatim dei calciamẽta portarunt. Fortaſſe poſt reſurrectionẽ portare cęperunt. Ante eñ ne cui geſta domini dicerent admonebant. Deniqꝫ poſtea his dicitur: Ite in orbẽ vniuerſũ: ⁊ p̄dicate euan- Marci. 16.



geliũ: vt euangelicę p̄dicationis veſtigium ꝓferẽtes: toto dominicorꝫ ſeriem circumferrent orbe geſtorũ. Eſt igitur calciamẽtũ nuptiale euãgelica p̄dicatio. Sz de hoc oppotunius aliquid in alijs explicabimus.

De virtute ⁊ iudiciaria chriſti poteſtate.

i Pſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto ⁊ igni. Habẽs ventilabrũ in manu ſua: ⁊ purgabit areaz ſuã. Et cõgregabit triticũ in horreum ſuũ: Paleas autẽ igni cõburet inextinguibili. Habens ventilabruz in manu. Vẽtilabri indicio diſcriminãdorꝫ dñs declarat ius habere meritorũ: eo ꝙ dũ frumẽta in areã ventilant: plena a vacuis: ab inanibꝰ fructuoſa velut quodã aurę ſpirantis examine ſeparant. Per hanc igitur cõparationẽ oſtendit: ꝙ dñſ iudicij die ſolide merita fructuſqꝫ virtutis ab inanis iactãtię exiliũqꝫ factoruz infructuoſa leuitate diſcernat: ꝑfectioris meriti viros locaturus in manſione cęleſti. Ipſe eñ ꝑfectior fructꝰ eſt qui meruerit eiꝰ eſſe cõformis: qui ſicut granum tritici cecidit: vt plurimos fructus afferret in nobis: inuiſus paleis inanibꝰ meritis nõ amictus. Et ideo ante cũ ignis ardebit: nõ natura ſui noxius: vtpute qui mala improbitatis exurat: ſplendorẽ probitatis accumulet.

De ieſu baptizato: ⁊ dei patris teſtimonio.

Ca. XII.

in quo naufragiũ ſit bonoꝛũ: Pręſertim cũ
tãtus vir nobis ⁊ magiſterĳ auctoꝛ ſit ⁊ ex/
empli: qui quaſi pſalmodiã quandã ad re/
pꝛopitiandũ dominũ in poſterioꝛibꝰ canen
Ps. 130. dã putauit dicens: Dñe nõ eſt exaltatũ coꝛ
Ps. 15. meũ: neqꝫ elati ſũt oculi mei. Et dñs a dex/
tris meis ne cõmouear. Sciuit eñi quando
ſe ſibi credidit eſſe lapſum. Deniqꝫ nihil ali
ud eſſe in hoĩe deſignauit: niſi quia deũ no/
uit. Sic enim habes: Quid eſt homo ꝙ in/
Ps. 143. notuiſti ei: aut filiꝰ hominiſ qꝛ cõputas eũ?
Si ergo dauid inſolentiã dãnat: humilita/
tẽ induit: recte in hiſtoꝛia vxoꝛis vrię magi/
ſteriũ iſtud affectandę humilitatis aſciſcit.
Et tñ ſi ex ea natꝰ eſt ille pacificus ſalomõ:
videamus ne foꝛte myſteriuꝫ ſit: ꝙ ſublato
eo de medio: qui ante cõiugio ſuo plębẽ gẽ/
tium vendicabat: alĳ eccleſia vno nupſerit
viro dauid. Dauid eñi vocatus eſt chꝛiſtꝰ:
in parẽtis nomẽ aſcitus: Iuxta qd ſcriptũ
Ps. 88. eſt: Inueni dauid ſeruũ meũ: cui nupſit ec/
cleſia: quę verbi ſemine ⁊ ſpiritu dei plena:
chꝛiſti coꝛpꝰ effudit populũ ſcꝫ chꝛiſtianuꝫ.

Eſt ergo mulier: q̄ viuẽte viro alligata eſt le
gi: ⁊ ideo moꝛtuꝰ eſt vir eiꝰ vt nõ eſſet adul/
tera: ſi eſſet cũ alio viro. Myſteriũ igitur in
figura: peccatũ in hiſtoꝛia: culpa ꝑ hominẽ:
ſacramentũ ꝑ verbũ. De qua hiſtoꝛia quo/
niã alibi plenius diximꝰ: hic trãſcurrenduꝫ
videt. Meritoqꝫ ſanctus dauid: de hac hi/
ſtoꝛia myſticũ pſalmũ quinquageſimũ ſcri/
pſit: ꝓpter berſabee nuptias: dicẽſ: In plu Ps. 50.
rimum laua me ab iniuſticia mea: ⁊ a delicto
meo mũda me. Si iniquitatẽ ſuã dei amicꝰ
cognoſcit: ⁊ meritis ſuis obſtare delictuꝫ: ſi
deniqꝫ deo ſe peccaſſe cõfitetur: cur tu de cõ
feſſione criminis erubeſcas: cũ criminis cõ/
mentũ nõ cõfeſſio ſit pudoꝛi? Ergo cum da/
uid berſabee hiſtoꝛiã nõ prętermiſerit in ſu/
is pſalmis: vt in ea vel myſteriũ vel actum
ꝑfectę pęnitẽtię nos doceret: iure videmus
etiã in generationibus dñicis non ꝑtermiſ/
ſam: quia ⁊ ipſe dauid qui eã accepit in vx/
oꝛem ſibi: generationis dñicę ſm carnẽ pꝛę/
ceſſoꝛ aſſeritur. Cuiꝰ ſpeciale vt diximꝰ me/
ritũ: vt eccleſię in hoc myſterio videret exoꝛ
tum: ⁊ acciperet oꝛaculum ꝙ ex ſuo chꝛiſtus
genere naſceret. Alterũ eñi ad eccleſiã perti
net: qd dixit: Ecce audiuimus eã in effrata: Ps. 131.
inuenimus eã in cãpis ſiluę. Alterũ ſpecia/
lit ad dñici coꝛpoꝛis ſuſceptionẽ: qd oꝛacu/
lo manifeſtiſſimo reuelat cũ dicitur: Ex fru/ Ibidem.
ctu ventris tui ponã ſuꝑ ſedem meaꝫ. Noli
tñ tanto negligens eſſe ꝓmiſſo. Nõ eñi ſine
definitione datũ eſt. Sꝫ ſi cuſtodieris teſta
mentũ meũ: ⁊ teſtimonia ſeruaueris domi/
ni: quę in euãgelio ſe pollicet eſſe dicturuꝫ:
tibi quoqꝫ copia ſedis patebit ęterne. Hęc
de vxoꝛe vrię. De achab aũt ſatĭ claret: cui
vxoꝛ iezabel. Et de iechonia: de q̊ ſatĭ ido
neus auctoꝛ eſt hieremias: maximi reũ eſſe
delicti: cui etiã qd habuit nomẽ eripuit. Et
ideo qui ioachim in regnoꝛũ libꝛis dicitur:
iechonias ab hieremia eſt noĩatus: dicente
eo: Abiectus eſt iechonias vt vas: nõ eſt
vſus in eo: ꝓpter qd ꝓiectus ẽ ipſe ⁊ ſemen
eius. Terra terra audi verbum dñi: Scribe
virũ iſtum abdicatũ: quia nõ exurget ex ſe/
mine eius ſedẽs in thꝛono dauid: pꝛinceps
adhuc in iuda. Eo eñi regnãte iudęã: baby/
lonĳ vaſtauerũt: Neqꝫ poſtea vnquã de ſe/
mine eius: regnũ quiſqꝫ in iudęa potuit ob/
tinere. Poſtea eñi populus de captiuitate
dimiſſus ſub ſacerdotibꝰ ⁊ tetrarchis fuit.
Vñ etiã vſqꝫ ad chꝛiſti generationẽ mãſere



tetrarchę: ne ipſi quidẽ quantũ hiſtoꝛia do/
cet regalis dignitatem generis reſeruãtes.
Qd herodis regnũ nõ fuerit legitimũ
Fert eñi ab his qui ſiue argumẽtati: ſiue
ſimpliciter docẽtes: ſiue vere aſtruẽtes tra/
diderunt nobis: qꝛ idumei latrones aſcalo/
nẽ vꝛbẽ palęſtine ingreſſi: de phano apolli/
nis qd vicinũ murĭ erat: antipatrũ herodis
cuiuſdã ierodoli filiũ: inter alios abducere
captiuũ: quẽ pater redimere ꝓpter pauꝑta/
tẽ nequiuit. Is igit imbutꝰ diſciplinis ⁊ my/
ſterĳs iudęoꝛũ hircano iudęę regi amicitia
copulat: quẽ ꝓ ſe ad pompeiũ hircanus le/
gatũ direxit: ⁊ quia legationis fructu poti/
tus eſt: ꝑ eam gratiã partẽ regni affectauit.
Occiſo aũt antipatro ꝓpter fęlicitatis inui/
diã: filiꝰ eiꝰ herodes poſtea ſub antonio ſe/
natuſcõſulto iudęis regnare ꝑceptꝰ ẽ. Cuiꝰ
herodes filiꝰ ⁊ alĳ tetrarchę: qd ideo ex grę
coꝛũ hiſtoꝛĳs putauimꝰ trãſferendũ: vt cla/
reat herodẽ nullo affineꝫ generi iudęoꝝ: re/
gnũ adulterina fraude quęſiſſe. Deniqꝫ cõ/
ſcius ignobilitatis ſuę: ne qua poſteris ſuiſ
vel de ꝑſcripto veteri quęſtio moueret: ſcri/
pturas eoꝝ incendit: ęſtimans ꝙ ſi indicia
de publico ſuſtuliſſet: nullis alĳs teſtimo/
nĳs clarere poſſit: quin de patriarchaꝝ vel
ꝓſelitoꝝ veterũ genere emanaret. Sed vt
plęra curę humanę ſunt cognitiõi: hoc ⁊ in/
dagini veritatĭ ꝑiudicare nõ potuit. Ne no
bis tñ poſſit ꝑiudicare videamus: qui veri
regaliſqꝫ generĭ dicimꝰ chꝛiſtũ: ⁊ ꝑ veros et
nobiles reges actũ dñi genus. Sꝫ vbi adul
terina regnũ affectauit ꝓpago: ſucceſſionẽ
nobilitatis ſuę: nõ potẽtię: ſed generatiõis
oꝛdo ſeruauit. Tñ ipſum regẽ ſm honoꝛẽ ſę
culi: nõ accepimus chꝛiſtũ. Quõ ergo ex fru
ctu ventris tui ponã ſuꝑ ſedem meã? Quõ
⁊ angelꝰ de eo dicit: ꝙ dabit illi dñs deꝰ ſe/
dẽ dauid patris ſui: ⁊ regnabit in domo ia/
cob in ęternũ? Quõ ergo regnare ꝓmittit
nec oſtẽdit? Aut quõ ex ſemie iechonię nul
lus regnaturus dicit ꝑ ꝓphetã? Si eñi chꝛi/
ſtuſ regnauit: ex ſemine aũt iechonię chꝛiſtꝰ
eſt: ꝓpheta mentitꝰ eſt: mentita ſunt ⁊ oꝛa/
cula. Sꝫ illic futuros ex ſemine iechonię po
ſteros nõ negatur: ⁊ ideo de ſemine eius eſt
chꝛiſtꝰ: et ꝙ regnauit chꝛiſtus: nõ cõtra pꝛo/
phetiã ẽ. Nõ eñi ſęculari honoꝛe regnauit:
nec in iechonię ſedibꝰ ſedit: ſed regnauit in
ſede dauid. Verũ cuꝫ ipſe iechonias dauid
ſederit ſedẽ: quẽadmodũ ſoluitur qd dictũ
eſt: quia dauid ſedẽ iechonię poſteri nõ ſe/

derũt: cũ eadẽ ſedes fuiſſe videat amboꝛũ.
Itaqꝫ ⁊ nos ſedẽ dauid fuiſſe negare ñ poſ/
ſumus: non eandẽ tñ regis dauid ſedẽ chꝛi/
ſtus: quã iechonias ſedit: imo nec quiſqꝫ ali
us ex genere dauid ſedẽ eius potuit ſedere
q̄ chꝛiſtus: qꝛ nec in aliquo alio ſemen eius
ęternum eſt: ſed in chꝛiſto: ſicut deꝰ ipſe re/
ſerauit dicẽs: Semel iuraui in chꝛiſto meo: Ps. 88.
ſi dauid mentiar: ſemẽ eius in ęternũ mane
bit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo.
Quẽ igit dicit hic? Nõ ſalomonẽ vtiqꝫ: nõ
roboam: nõ nathan: ſed illũ de qu. ſolo po
teſt dicere: Ponã in mari manũ eiꝰ: ⁊ in flu/ Ibidem.
minibus dexterã eiꝰ. Ipſe inuocabit me pa
ter meus es tu: ⁊ ponã in ſęculũ ſęculi ſemẽ
eius: ⁊ thꝛonũ eius ſicut dies cęli. Nõ vtiqꝫ
hunc thꝛonũ ſalomõ ſedit: nõ roboam: nec
iechonias. Vis ſcire qui ſederit? Is eſt d q̄
dicit angelus ad mariã: Ecce cõcipies ĩ vte
ro ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eius ieſũ.
Hic erit magnꝰ: ⁊ filius altiſſimi vocabitur:
⁊ dabit illi dominus deꝰ ſedẽ dauid patris
ſui: ⁊ regnabit in domo iacob in ęternum: ⁊
regni eiꝰ nõ erit finis. Si angelo nõ credis:
ipſi ſaltẽ dño crede dicenti: Tu dicis quia Ioh. 18.
ego rex ſum. Nũquid ergo ⁊ ipſe mentitus
eſt: quia regnare ſe dixit: qui nõ regnauit in
terris? Quomodo ſcriptura ſoluitur quę re
gnare eum dicit: ⁊ regnare non aſtruit? In
abꝛuptum diſputationis venimꝰ: hęremus
in vado: ⁊ quodam veritatis naufragio flu
ctuamꝰ. Excitemus igitur chꝛiſtum: ipſum
interrogemꝰ: ipſe reſpõdeat. Interrogemꝰ
ſcripturas: inuenimus qꝛ regnũ dñi nõ ẽ de
hoc mũdo. Ipſe eñi dixit: Regnũ meũ non Ibidem.
eſt de hoc mundo. Qui dicit nõ eſſe de hoc
mũdo regnũ ſuũ: oſtẽdit eſſe ſupꝛa mũduꝫ:
Ita ⁊ erat regnũ eiꝰ: ⁊ nõ erat. Non erat in
ſęculo: ſupꝛa ſęculũ erat. Erat eñi regnũ ali/
ud veri dauid: qd ſolus chꝛiſtus accepit: et
erat ſemẽ aliud dauid qd in ęternũ manet:
de quo ſolus generatꝰ eſt chꝛiſtus: qui ſolꝰ
verus filiꝰ dauid: cuius etiã ſolus nomẽ ac/
cepit: Iuxta qd ſcriptũ ẽ: Inueni dauid ſer Ps. 88.
uum meũ: in oleo ſancto meo vnxi eũ. Qd
vtiqꝫ non de ꝓpheta dauid ſed de dño dici
ꝑmiſſa declarãt. Scriptũ eſt eñi: Poſui ad/ Ibidem.
iutoꝛiũ ſuꝑ potentẽ: ⁊ exaltaui electũ de po
pulo meo. Solus eñi potens: ſolus electus
eſt chꝛiſtus. Sanctoꝛũ eñi maius in fide: q̄
in generatione ſemẽ eſt. Et ideo aplus: Si
eñi qui ex fide ſunt hi filĳ ſunt abꝛaę. Illud

quoq; non ꝑtermittendū putamus: ꝙ a da
uid tēporibꝰ vſq; ad iechoniā: hoc eſt: vſq;
ad captiuitatē: cū decē ⁊ ſeptē fuerint reges
iudeę: quattuordecim generationes ſanctꝰ
matthęꝰ poſuerit: et rurſus a iechonia vſq;
ad ioſeph cū viritim generationes duode
cim cōputent̃: poſtea quattuordecim gene
ratões deſcriptas eē memorauerit. Sic eñ
habes: Omnes generatiões ab abraā vſq;
ad dauid: generationeſ quattuordecim: ⁊ a
dauid vſq; ad tranſmigrationē babylonis
generationes quattuordecim: ⁊ a tranſmi
gratione babylonis vſq; ad chriſtū genera
tiões quattuordecim. Et primū oportet co
gnoſcere qđ añ iā diximꝰ poſſe plures eſſe
ſucceſſiones: pauciores generatiões. Poſ
ſunt eñ diutius viuere aliq̃ ⁊ ſerius gene
rare: aut certe penitꝰ exortes generis exiſte
re. Itaq; nō quę regū: eadē generationū tē
pora. Unde ⁊ matthęꝰ eos quos ad genera
tionē nō putauit ꝑtinere ꝑterijt. Nā ſi ꝓpo
ſitū eſſet ei ſucceſſiones deſcribere: rationa
biliter moueremur: cur cū in regnorū libris
⁊ paralipomenō cōueniat: ꝙ poſt iorā ocho
zias regnauerit ⁊ ioas et amaſias: amaſię
autē ſucceſſerit ozias: ſanctꝰ matthęus tres
illos reges ꝑterierit: ochoziā: ioā ⁊ amaſiā:
⁊ poſt ioram oziam ſubiecerit: ſed nō eū in
regū ſucceſſione: ſed in generatiōe ſubiecit.
Deniq; generationū relatorē fuiſſe memo
rauit. Potuit aūt fieri: vt ⁊ iorā tardius ge
nerauerit: ⁊ ioſaphat ſeriuſ ꝑceperit regnū:
atq; ita ioram patri ſuo cui in ꝑtāte nō ſuc
ceſſit in generatione ſucceſſerit. Q vero
poſt iechoniā duodecim generatōeſ enume
raſſe videt̃ euāgeliſta: ſi diligēter aduertas:
hic quoq; quattuordecim generationū po
teris inuenire rationē. Duodecim eñ vſq;
ad ioſeph numerāt̃: nō vſq; ad chriſtū. Ter
tiuſdecimus eſt chriſtꝰ: ſed nihil refert vtrū
in duabꝰ generationibꝰ an vna mendaciū
ſit. Tū ne hic quidē capere aliquē ſcopulū
aut naufragiū poſſis: inuenies veritatem.
Duos eñ ioachim: hoc eſt: duos iechonias
fuiſſe hiſtoria indicat: vnū añ tranſmigrati
onē: alterū in ipſa tranſmigratione genera
tū: id eſt: patrē ⁊ filiū. Ergo pater inter ge
neratiões ſuperiores eſt cōputatꝰ: qui ſucceſ
ſit ioſię: filius inter poſterioreſ: qui ſucceſſit
patri: id eſt: nepoſ ioſię. Duos aūt fuiſſe re
gnorū libri indicant. Sic eñ ſcriptū eſt: Et
iꝑerauit pharao ſuper iſrael: ioachim filio

Qđ ab Iechonia vſq; ad Ioſeph xij generationes ſcripte ſint: et xiiij cōputentur.

4. Reg. 23.

ioſię regnāte in iudęa ꝓ ioſia patre ſuo: ⁊ cō
uertit nomē ioachim i regnādo: ⁊ vndecim
annos regnauit in hieruſalē. Quibꝰ ſubie
cit: Et reliqua verboꝝ ioachim: ⁊ oīa quę fe
cit: nōne ſcripta ſunt in libro verborū regū:
⁊ in diebuſ eoꝝ quibꝰ regnauerūt in iudęa?
Et dormiuit ioachim cū patribꝰ ſuis: ⁊ reg
nauit ioachim filius eiꝰ ꝓ eo. Filiꝰ decē ⁊ oc
to annorū erat ioachim: ⁊ cū regnaret tribꝰ
mēſibꝰ regnauit in hieruſalē: nomē matris
eiꝰ meſola: ⁊ oīa quę fecit ſub oculis dñi pa
ter eiꝰ ⁊ ipſe fecit: ⁊ in diebꝰ eius aſcēdit na
buchodonoſor rex babylonis in hieruſalē.
Uides igit̃ ꝙ alius fuit ioſię filiꝰ: alius ne
pos: filius ille cui hieremias nomen impo
ſuit: nepos iſte qui patris vocatꝰ eſt noīe.
Et bene ſanctꝰ matthęꝰ a ꝓpheta noluit diſ
crepare: vt nō ioachim ſ3 iechoniā noīaret:
Simul vt ſupra diximꝰ maiorē fructū dñicę
pietatis aſtruxit: ſi generis nobilitatē nō in
omnibꝰ dñs requiſiuit: ſ3 de captiuis ⁊ pec
catoribꝰ cōgrue naſci voluit: qui remiſſionē
veniebat ꝑdicare captiuis. Non igitur ſup
ꝑſſit alteruꝫ euāgeliſta ſed vtrūq; ſignauit:
qđ vterq; iechonias dictus ſit. Ita addito
iuniore iechonia: generatiões quattuorde
cim cōputant̃. Ergo illa matthęꝰ. Pulchre
aūt lucas: qm̃ filios iacob plures nō pote
rat cōprehēdere: ne extra generationis eua
gari ſuꝑfluā ſeriem videret̃: licet in alijs: id
eſt: longe multo poſterioribꝰ: patriarcharū
tñ nequaquā noīa ꝑtermittēda arbitratus
ſit: ſ3 ꝑ cęteris eligēda: ioſeph: iudę: ſymeo
nis ⁊ leui. Quattuor eñ genera in his quo
rū iſti poſteri ſūt cognoſcimꝰ fuiſſe virtutū:
In iuda: id ē: illo ſuꝑiore dñicę ꝑ figurā paſ
ſionis myſteriū ꝓphetatū: in ioſeph ꝑceſſiſ
ſe caſtitatis exemplū: in symeon vindictaꝫ
lęſi pudoris: in leui officiū ſacerdotis: Per
nathan quoq; exꝑſſam aduertimꝰ ꝓphetię
dignitatē: vt q2 vnus oīa chriſtꝰ ieſus: In
ſingulis quoq; maioribꝰ genera virtutū di
uerſa ꝑcederēt. Noe quoq; iuſti iter dñicas
generationes cōmemoratio nō debuit prę‑
termitti: vt q2 ędificator eccleſię naſcebat̃:
cū ſui generis auctorē ꝑmiſiſſe videat̃: q̇ eā
in typo ante fundauerat. Nā de mathuſala
quid dicā: cuiꝰ vltra diluuiū numerant̃ an
ni: vt qm̃ ſolus eſt chriſtꝰ: cuius vita nullaꝫ
ſentit ętatē: in maioribꝰ quoq; ſuis nō ſen
ſiſſe diluuia videret̃. Enoch vero: nōne ma
nifeſtū ⁊ pietatiſ dñicę ⁊ diuinitatis indiciū

4. Reg.



eſt: eo ꝙ nec mortē ſenſerit dñs: ⁊ ad cęlum
remeauerit: cuius generiſ auctor raptus ad
cęlū eſt? Unde manifeſtū eſt: ⁊ chriſtū potu
iſſe nō mori: ſed voluiſſe: vt nobis mors il
la ꝓdeſſet. Et ille quidē raptus eſt ne mali
cia mutaret cor eius: Dominꝰ aūt quē mali
cia ſęculi mutare nō poterat: eo vnde vene
rat naturę ſuę maieſtate remeauit. Siletur
plane parricida fratris. Neq; eñ rationabi
le erat: vt is qui ꝑcuſſerat fratrē: iter domi
ni numeraret̃ auctores: cū ſeruulus iſte ſer
uauerit: vt fraterni nominis honore dona
ret. Sed nec illud ocioſuꝫ ꝙ ſeth ꝑteritꝰ nō
eſt: quē poſteriorē adam generatione ſuſce
pit: vt cū duę ſint populi generationes: ſig
naret̃ in typo dñi noſtri ieſu chriſti in poſte
riore potius q̄ in priore generatione nume
randum. Iam de ipſo adaꝫ qui iuxta apo
ſtolū figurā accepit chriſti: quid pulchriꝰ po
tuit cōuenire: q̄ vt ſacroſancta generatio a
dei filio inciperet: ⁊ vſq; ad dei filiū ducere
tur: creatuſq; pręcederet in figura: vt natus
in veritate ſequeret̃: ad imaginē factus prę‑
iret: ꝓpter quē dei imago deſcēderet? Et ſi
myſteriū primi diſcutiamus erroris: lignuꝫ
ſciētię boni ⁊ mali fallēte diabolo: eua ſua
dente ille guſtauit: vt iſte nobis priuſq̄ ſci
ret malū eligeret bonū: diriq; ſerpētis inſi
dias eccleſia ſuadēte euacuaret. Iuxta qđ
ſcriptū eſt: Qm̃ priuſq̄ ſciat puer bonū aut
malū nō credit malicię: vt eligat qđ bonuꝫ
eſt. Et priuſq̄ ſciat vocare patrē aut matrē:
accipiet virtutē damaſci: et ſpolia ſamarię.
Hic eñ eſt puer: cuiꝰ incunabula magi ſpo
lijs oriētalibꝰ referſerūt: quia gens añ chri
ſtum incredula: de exuuijs idolorū mutata
iam fide manubias obtulit dño triumpha
les. Hęc tibi frat̃ de generatiōe chriſti nō
incognita putaui ꝓlixius ꝓſequēda: ne q̇s
cū iſta in euāgelijs minus attēto animo re
cenſeret: aliquatenꝰ fluctuaret: q̄ ſancti euā
geliſtę ad maiora miracula: ⁊ diuiniora dñi
geſta ꝓperantes: perſtringenda breuius q̄
diffundenda vberiꝰ putauerūt. Eorum igi
tur more qui ſatis putāt ignaris viaꝝ qua
ſi notas quaſdā itineris ⁊ ſemitas demon
ſtrare: ſpiritalis vię ſemitas colligētes: vi
dero vtruꝫ ſecūdo veritatis euētu: certe re
ligioſo fidei ductu: in myſteriorū ſecreta cō
tendimꝰ: verētes ne quis iſta cū legerit: qđ
ꝓuerbialiter dicit̃: quaſi puer macherā tra
ctare ꝑ infantiā fortiora arma neſciret: ma

giſq; vulnus ex imprudētia: q̄ ſalutē ex lec
tione ſentiret. Infirmos eñ tela ſua vulne
rant: nec pōt bene vti armis: qui ea ferre nō
nouerit. Et ideo circa fidem vir ꝑfectus exi
gitur: in quo nō ꝑ humū ſciētię reptet infan
tia: non debilis quędā: nec carens ſenſibus
myſticę cognitionis titubet ętas: quę virtu
te iuuētutis amiſſa: coronā glorioſi certami
nis nō requirat: ⁊ ſeneſcētis aquilę mō quę
prius aut leporē rapere pedibꝰ cōſueuerat
aut anſerē: ęuo feſſa minorū auiuꝫ fętus im
plumes requirat: qui ſolidiorem cibum af
ferre nō poſſit.

## Expoſitiōis ſancti Ambroſij epiſcopi in euangeliū ſcđm lucam liber tertius explicit.

## Liber eiuſdē quartus incipit.

### Prefatio.

n On abſurdū opinor de gene
ratione dñi cōfecimus opus:
certe infructuoſum nō fuit do
minicis diutius inhęrere ma
ioribꝰ. Nā ſi hi q̇ magnū ma
re litorali parant nauigatione trāſmittere:
altioris cōpendiū curſus itidē vt nos fidu
cię infirmitatē vitantes: agrū ⁊ vrbes litore
deductas: capti locorum decore frequenter
inuiſunt: quātomagis nos in tanto nō ele
mentorū: ſed geſtorū cęleſtiū ſiti ꝓfundo vi
ciniores legere portus: ⁊ frequentes amare
debemus excurſus: ne quis lōgę nauigati
onis tedio fatigatꝰ: faſtidio vomitū tenere
nō poſſit. Certe ſi quis intute ratis vitia in
fida ꝑſpexerit: tanq̄ frequēti librorū portu
obiecto: licet vt auriū vela deponat: lectio
nis anchorā figat: non videt̃ deſeruiſſe na
uigium: ſed cōfeciſſe curſum: qui deſcendit
in portum. Et plęriſq; locis fortaſſe ameni
tas locorum ipſa inuitet ꝑtermeantē. Nam
ſi vlyxem illū vt fabulę ferunt: licet ⁊ ꝓphe
ta dixerit: Habitabūt in ea filię ſirenarū: et
ſi nō dixiſſet ꝓpheta: nemo tamē iure repre
henderet: cū ⁊ gigantes ⁊ vallē titanuꝫ ſcri
ptura cōprehenderit. Si ergo vlyxem illuꝫ
poſt decē annoruꝫ exilia: quibus bellatum
in ilio eſt: decēq; erroriſ annos feſtinantē ad
patriā: lotophagi ſuauitate baccarū tenere
potuerūt: ſi horti alcinoi retardarunt: ſi po
ſtremo ſirenes cantu vocis illectuꝫ ad illud
famoſum voluptatis naufragiū pene dedu
xerant: niſi aduerſus illecebroſę ſonitus cā

tilenę inſerta cęra ſociorū clauſiſſet aures:
quātomagis religioſoſ viros cęleſtiū facto/
rū decet admiratione mulceri? Atqꝫ hic iā
nō baccarū ſuauitas haurienda: ſed panis
ille qui deſcēdit de cęlo: nō olera alcinoi ſpe
[Ro.14.] ctanda: ſed ſacramēta ſunt chriſti. Naz qui
infirmus eſt olera manducet. Nō clauden/
dę igitur aures: ſed reſerādę ſunt: vt chriſti
vox poſſit audiri: quā quiſqꝫ perceperit: nau/
fragiū nō timebit. Non corpalibꝰ vt vlyxes
ad arborem vinculis alligādus: ſed animꝰ
ad crucis lignū ſpiritalibus nexibus vinciē
dus: ne laſciuiarū moueatur illecebris: cur/
ſumqꝫ naturę detorqueat in periculū volu/
ptatis. Figmentis eñ poeticis fabula colo
raī: vt q̄dā puellę ſcopuloſo in litore maris
habitaſſe ꝓdantur: quę ſi quos deflectere
nauigiū ꝓpter auriū ſuauitatez dulci voce
pepuliſſent: in vada cęca deductos: ꝛ infida
ſtatione deceptos naufragij miſerabilis ſor
te cōſumerent. Cōpoſitū hoc ſpecie ꝛ ambi/
tioſa cōparatiōe fucatū eſt: vt mare: vox fę/
minę: litora vadoſa fingaī. Qđ autē ma/
re abruptius q̄ſ ſęculū: tam infidū: tam mo/
bile: tam ꝓfundū: tam immūdorū ſpirituū
flatibus ꝓcelloſum? Quid ſibi vult puella/
rū figura: niſi euiratę voluptatis illecebra:
quę cōſtantiā captę mētis effęminat? Quę
autē illa vada: niſi noſtrę ſcopuli ſunt ſalu/
tis? Nihil eñ tam cęcum q̄ſ ſęcularis ſuaui/
tatis periculū: quę dū mulcet animū: vitaz
obruit: ꝛ corporeis q̄buſdā ſcopulis ſenſuz
mētis illidit. Merito igiī dominꝰ noſter ie/
ſus chriſtuſ ieiunio ſuo nos atqꝫ deſerto ad
uerſus voluptatū informat illecebras: ꝛ tē/
ptari ſe a diabolo dñs omniū patitur: vt in
illo omnes vincere diſceremꝰ. Aduertamꝰ
igitur quia tria nō ocioſe a dño ꝑncipaliter
ordinata euāgeliſta deſcripſit. Tria ſūt eñ
quę ad vſum ꝓficiunt ſalutis humanę: ſa/
[2.Timoth.2.] cramentū: deſertum: ieiuniū. Nemo eñ ni/
ſi qui legitime certauerit coronatur. Nemo
aūt ad certamē virtutis admittiī: niſi prius
ab omnibꝰ ablutus maculis delictorū: gra/
tię cęleſtis munere cōſecretur. Uenit igitur
dominꝰ ad lauacꝝ: vt myſterij gratia nobis
ꝛ viſu ꝓbaretur ꝛ ſenſu. Et quoniā lex cęlo
ꝛ terris teſtibus ꝓmulgaī: vt myſteriū diui
nitatis abſconditū a ſęculis in deo plus cre
deres eſſe q̄ſ legem: nō iam ad teſtimoniuz
cęlū vocatur: ſed vtiī teſtis officio cum vox
dei deferī e cęlo. Simul ne fidei myſterium
dubio mētis offendas: inuiſibilia tibi viſi/
biliter declaranī operari. Uenit dñs ad la/
uacrū. Omnia eñ ꝓ te factus eſt: his q̄ ſub
lege ſunt: quaſi ſub lege eſſet: cū ipſe ſub le/
ge nō eſſet. Circūciſus eſt vt eos qui ſub le/
ge ſunt lucrificaret. His qui ſine lege erant
cōuiuij cōmunitate ſociatꝰ eſt: vt lucraretur
eos qui ſine lege viuebant. Factus eſt infir/
mis infirmꝰ per corporis paſſionez vt infir/
mos lucrifaceret. Omnibꝰ poſtremo oñia
factus eſt: pauꝑ pauperibus: diues diuiti/
bus: flens flentibꝰ: eſuriens eſuriētibꝰ: ſiti/
ens ſitiētibus: profluus abūdantibus. In
carcere cū paupere eſt: cū maria flet: cū apo
ſtolis epulatur: cū ſamaritana ſitit. In de/
ſerto eſurijt: vt cibꝰ primi hominis quē per
ꝑuaricationē guſtauerat: ieiunio dñi ſolue/
retur. Noſtro ille periculo adā ſcientię boni
ꝛ mali famē ſoluit: noſtro emolumēto famē
iſte ſuſcepit.

## De ductu ipſius ieſu in deſertū. Capitulo quarto.

t **Unc ieſus duc/** [Ca. XIIII]
tus eſt in deſertū a ſpi
ritu: vt tēptareī a dia/
bolo. Cōuenit recorda/
ri quēadmodū de paradiſo
in deſertū adam primus eiectꝰ ſit: vt aduer
tas quēadmodū de deſerto ad paradiſum
adā ſecūdus reuerterit. Uidete eñ quēad/
modū ſuis nodis ꝑiudicia reſoluanī: ꝛ ſuis
diuina beneficia veſtigijs reformentur. Ex
terra virgine adā: chriſtus ex virgine. Ille
ad imaginē dei factus: hic imago dei. Ille
oibus irrationabilibꝰ animalibꝰ: hic omni/
bus animātibus antelatꝰ. Per mulierē ſtul
ticia: ꝑ virginē ſapiētia. Mors ꝑ arborē: vi
ta ꝑ crucem. Ille ſpiritaliuz nudus arboris
ſe texit exuuijs: hic ſęculariū nudus: corꝑis
nō deſiderauit exuuias. In deſerto adā: in
deſerto chriſtus. Sciebat eñ vbi poſſet in/
uenire damnatū: quē ad paradiſum reſolu/
to errore reuocaret. Sed quoniā ſęcularibꝰ
indutꝰ exuuijs redire nō poterat: nec para/
diſi incola poteſt eſſe niſi nudꝰ a culpa: exu/
it veterē hominē: nouū induit. Et quia ſol/
ui nō queunt diuina decreta: placuit deo vt
ꝑſona magis q̄ſ ſentētia mutaretur. Sed q̄
in paradiſo ſine duce iter amiſit acceptum:
quēadmodū de deſerto ſine duce iter repe/
tere poſſet amiſſū: vbi tēptationes plurimę



niſus ad virtutē difficilis: lapſus facilis ad
errorē? Cum eadē ſit virtutiſ natura quę ne
morū: vt ſi adhuc exigua de terrenis ad ſu/
perna ſe ſubrigunt: dū teneris ętas adole/
ſcit frondibꝰ ſeui veneni dētis obnoxia faci
le aut ſuccidi poſſit aut vri. Si vero alta ſe
radice fundauerit: ꝛ ramorū ſublimitate ſuſ
tulerit: fruſtra iam vel ferarū morſibus vel
lacertis agreſtiū: vel diuerſorū flatuū ꝓcel/
lis arbor robuſta tēptetur. Quē igitur ap/
poneret ducē contra tot illecebras ſęculi: cō
tra tot verſutias diaboli: cū ſciret nobis pri
mo cōtra carnē ꝛ ſanguinē: deinde cōtra po
teſtates: contra rectores mūdi tenebrarum
harū: aduerſus ſpiritalia nequicię quę ſunt
in cęleſtibꝰ eſſe luctamen? Angeluz appone/
ret: ꝛ ipſe lapſus eſt: legiones angelorū: vix
ſingulis ꝓfuerunt. Seraphim dirigeret: et
ipſum deſcēdit in terras in medium populi
immūda labia habētis: ꝛ vniꝰ tantū ꝓphe/
tę appoſito labia carbone mundauit. Alius
dux requirendus fuit quē ſequeremur oēs.
Quis tātus eſſet dux qui ꝓdeſſet omnibꝰ:
niſi ille qui ſupra omnes ē? Quis me ſupra
mundū ꝯſtitueret: niſi qui maior eſt mūdo?
Quis tantus eſſet dux qui poſſet maſculū
ꝛ fęminā: iudęū ꝛ gręcū: barbarū ꝛ ſcythaz:
ſeruum ꝛ liberū: vno regere ductu: niſi ſolꝰ
qui eſt omnia ꝛ in omnibꝰ chriſtus? Multi
eñ laquei quacūqꝫ ꝓgredimur. Laquei in
corpore: laquei in lege: laquei in pinnis tē/
plorū: in crepidinibꝰ parietū tendūtur a di/
abolo. Laquei in philoſophis: laquei in cu
piditatibꝰ. Oculus eñ meretricis laqueꝰ ē
peccatoris: Laqueꝰ in pecunia: laqueꝰ i reli
gione: laqueꝰ in ſtudio caſtitatis. Exiguis
eñ momētis mens inclinaī humana: ꝛ huc
atqꝫ illuc ꝑ verſutia ſuadētis frequēter im/
pelliī. Uidet aliquē diabolus religioſuz vi
rū: deo venerabiliter deferentez: ꝛ qđ ſacro
ſanctū eſt ęſtimātē: nullius capacē iniurię:
in ipſa cū religione ſupplantat: vt faciat nō
credere q̄ dei filiꝰ vere hanc noſtrā ſuſcepe/
rit carnē: hoc noſtrū corpus: hanc noſtrorū
membroꝝ fragilitatē: cum vtiqꝫ paſſio cor/
poris fuerit: diuinitaſ exorſ iniurię māſerit.
Ita de religione fit culpa. Omnis eñ q̄ ne/
gat ieſuz chriſtū in carne veniſſe: de deo nō
eſt. Uidet integrū ꝛ illibatū caſtimonię vi/
rum: ſuadet vt nuptias dānet: quo eijciaī
ab eccleſia: ꝛ ſtudio caſtitatis a caſto corpo
re ſeparet. Audiuit alius quia vnus deꝰ ex
quo oia: adorat atqꝫ veneraī. Inſidiatur ei
diabolꝰ: claudit aures ne audiat: quia vnꝰ
deꝰ ꝑ quē omnia: ita nimia pietate impiū eſ
ſe cōpellit: vt dū patrē a filio ſeparat: patrē
filiūqꝫ cōfundat: ꝛ ꝑſonā vnā putet eſſe nō
poteſtatē. Itaqꝫ dū menſurā fidei neſcit: ꝑ/
fidię incurrit erūnam. Quō igiī hos laque/
os euitabimꝰ: vt poſſimꝰ ꝛ nos dicere: Ani [Ps.123.]
ma noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
venantiū: laqueꝰ cōtritus eſt: ꝛ nos liberati
ſumus? Nō dicit: ego cōtriui laqueū: nō au
ſus eſt hoc dicere dauid: ſed: Adiutoriū no
ſtrum in nomine dñi: vt oſtenderet vnde la
queus ſolutereī: vt ꝓphetaret q̄ venturꝰ eſ/
ſet in hanc vitā qui ꝯtereret laqueū fraude
diaboli ꝑparatum. Sed nō potuit meliꝰ cō
teri laqueus: niſi prędā aliquā diabolo de/
monſtraſſet: vt dū ille feſtinaret ad predam
ſuis laqueis ligareī: vt ego poſſim dicere:
Laqueos parauerūt pedibꝰ meis: ꝛ ipſi in/
ciderunt in eos. Quę potuit eſſe pręda: niſi
corpus? Oportuit igiī hanc fraudez diabo
lo fieri: vt ſuſciperet corpuſ dñs ieſus: ꝛ cor/
pus hoc corruptibile: corpꝰ infirmū vt cru/
cifigeretur ex infirmitate. Si eñ fuiſſet cor/
pus ſpiritale: nō dixiſſet: Spiritꝰ ꝓmptus: [Matth.26.]
caro autē infirma. Audi igitur vtrāqꝫ vocē:
ꝛ carnis infirmę: ꝛ ſpiritus ꝓmpti. Pater ſi
poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte: Hęc car/
nis eſt vox. Sed nō qđ ego volo: ſed qđ tu
vis: Habes quēadmodū deuotionē docea/
mꝰ ſpiritū ꝛ vigorē. Quid repudias digna/
tionez domini? Dignationis eſt q̄ ſuſcepit
corpus meuz: dignationis eſt q̄ ſuſcepit in/
iurias meas: ſuſcepit infirmitates meas:
quas vtiqꝫ natura dei ſentire nō potuit: cū
etiā natura hominis cōtēnere dididerit vel
ſuſtinere ac perpeti. Et ideo ſequamur chri
ſtū: iuxta qđ ſcriptuz eſt: Poſt dominū de/
um tuuz ambulabis: ꝛ ipſi adhęrebis. Cui
adhęrebo: niſi chriſto: ſicē paulꝰ dixit: Qui
adhęret dño: vnus ſpiritꝰ eſt? Illius igitur
de deſerto: vt ad paradiſum redire poſſimꝰ
veſtigia ꝓſequamur: Et videte q̄bꝰ itineri/
bus reducamur: Nunc in deſerto chriſtꝰ eſt:
agit hominē: inſtruit: informat: exercet: vn/
git oleo ſpiritali. Ubi videt robuſtiorē: ꝑ ſa
ta ꝛ fructuoſa traducit: Qñ querebanī iu/
dei q̄ diſcipuli eius ſabbato de ſegete ſpi/
cas vellerent: iam enim apl'os ſuos in agro
culto: et fructuoſo ope collocauerat: poſtea
in paradiſo cōſtituit tēpore paſſionis. Sic

Joh.18. eñ habes: Hec cū dixiſſet ieſus: cū diſcipu/
lis ſuis trāſiuit trās torrentē cedrō vbi erat
hortus: in quē itroiuit ipſe cū diſcipulis ſu/
is. Agro eñ fecundo hortum eſſe potiorem
docet ꝓpheta in canticiſcāticorum dicens:
Canti.4. Hort⁹ clauſus ſoror mea ſponſa: hort⁹ clau/
ſus: fons ſignatus: emiſſiones tuę paradi/
ſus. Illa eſt eñ animę pura ⁊ imaculata vir
ginitas: quę nullo terrore pęnaruꝫ: nullis a
fide ſęcularī voluptatis illecebris: nullo vi/
tę amore traducitur. Deniqꝫ virtute dñi ho
minē eſſe reuocatū pręceteris hic euangeli/
ſta teſtatur: qui ſolus inducit dominū dicē/
J.23. tem latroni: Amen dico tibi: hodie mecum
eris in paradiſo. **Plenus igit̄ ieſus
ſpirituſancto agitur in deſertū:** Cō
ſilio vt diabolum ꝓuocaret. Nā niſi ille cer
taſſet: nō mihi iſte viciſſet. Myſterio vt illū
adā de exilio liberaret. Exemplo vt oſtēde/
ret nobis diabolū ad meliora tendētib⁹ in/
uidere: et tūc magis eē cauēdū: ne myſterij
gratiā deſerat mentis infirmitas. Quadra
ginta aūt dies: myſticū numerum recogno/
ſcis. Tot eñ diebuſ aquas abyſſi effuſas eſ
ſe meminiſti ⁊ tot ieiunio dierꝝ ſanctificato:
ꝓpheta refuſam cęli ſerenioris eſſe clemen/
tiam. Tot ieiunio dierū ſanctus moyſes ꝑ/
ceptionē legis emeruit. Tot annos in here
mo cōſtituti patres: panem angelorū ⁊ cęle
ſtis alimonię gratiā cōſecuti ſunt: nec ante/
quā myſtici numeri tēpus explerent: terraꝫ
repromiſſionis intrare meruerūt. Tot ieiu/
nio dierū dñi nobis in euangeliuꝫ pateſcit
ingreſſus. Unde ſi quis euāgelij gloriā fru/
ctūqꝫ reſurrectionis optat adipiſci: myſtici
ieiunij ꝑuaricator eſſe nō debet. Qd̄ ⁊ in le/
ge moyſes: ⁊ in euāgelio ſuo chriſtus: vtri/
uſqꝫ teſtamēti auctoritate pręſcripſit fidele
virtutis eſſe certamen. Quid vero ſibi vult
ꝙ euangeliſta dominū eſuriſſe ſignificauit:
cū de moyſi atqꝫ helię ieiunio nihil tale vi/
deamus expſſum? Nūquid dominū patien
tia deo fortior? Sed qui quadraginta dieb⁹
eſurire nō potuit: oſtendit ſe cibū nō eſurire
corporis ſed ſaluteꝫ: ſimul vt aduerſariū la
ceſſeret iam timentē: qui quadraginta die/
rū fuerat ieiunio vulnerat⁹. Et ideo fames
dñi pia fraus eſt: vt in quo diabol⁹ maiora
metuēs iam cauebat: famis ſpecie lactat⁹
temptaret vt hominē: ne impedireſ trium/
phus. Simul illud diſce myſteriū: ſpiritus
opus hoc eſſe: diuinū fuiſſe iudicium: vt tē/
ptandū ſe diabolo chriſtus offerret.

**De prima temptatione chriſti a diabolo.**

D **Jxit autē illi diabolus: Si fi/
lius dei es: dic lapidi huic vt
panis fiat.** Tria ꝑcipue docemur tela
diaboli: quibus ad cōuulnerandā mentem
hoīs ꝯſueuit armari. Gulę vnū: aliud iactā
tię: ambitionis tertium. Inde aūt cępit: vñ
iaꝫ vicit. Et ideo inde incipio in chriſto vin
cere: vnde in adam vict⁹ ſum: ſi tamen mihi
chriſtus imago patris virtutis exemplū ſit.
Diſcam⁹ igitur cauere gulā: cauere luxuriā:
qꝛ telū eſt diaboli. Laqueus tendiſ: cū mē/
ſa regalis cōuiuij ꝑparatur: quę ꝯſtantiā ſę/
pe mentis inclinat. Non ſolū eñ cum audi/
mus verba diaboli: ſed etiā cū videmus ei⁹
copias: laqueuꝫ vitare debemus. Didiciſti
igiſ diaboli telum: ſume ſcutū fidei: loricaꝫ
abſtinētię. Sꝫ quid ſibi vult talis ſermonis
exorſus: Si filius dei es: niſi qꝛ cognouerat
dei filiū eſſe venturū: ſed veniſſe ꝑ hanc in/
firmitatē corporiſ nō putabat? Aliud explo
rantis: aliud tēptantis eſt: ⁊ deo ſe ꝓfitetur
credere: ⁊ homini conaſ illudere. Sed vide
arma chriſti: quib⁹ tibi nō ſibi vicit. Nā qui
maieſtate ſua lapides in panē poſſe cōuerti
naturę alteri⁹ tranſfuſione monſtrauit: do/
cet nihil tibi ꝓ diaboli arbitrio: nec declarā
dę virtutis ꝯtemplatione faciendū. Simul
in ipſa tēptatione: artificē diaboli diſce ver
ſutiā. Sic tēptat vt exploret: ſic explorat vt
tēptet. Ecōtra dñs ſic fallit vt vincat: ſic ad
huc vincit vt fallat. Nā ſi ꝯuertiſſet naturā
ꝓderet creatorē. Medie ꝗ reſpōdit dicens:
**Scriptū eſt: Quia nō i pane ſolo
viuit hō: ſꝫ in oī verbo dei.** Uides
quo genere vtaſ armorum: ꝙ hominē a ſpi/
ritalis nequicię incurſione defendat: aduer
ſus irritamēta gulę ſeptū atqꝫ munitū. Nō
eñ quaſi de⁹ vtitur ptāte. Quid eniꝫ mihi
ꝓderat? Sꝫ quaſi homo cōe ſibi arceſſit au/
xiliū: vt diuinę pabulo lectionis intētus: fa
mē corporis negligat: alimentū verbi cęle/
ſtis acquirat. Huic intētus moyſes panem
nō deſiderauit: huic intētus helias: fameꝫ
ꝓlixioris nō ſenſit ieiunij. Non eñ pōt qui
verbū ſequiſ: panē deſiderare terrenū: cum
panis ſubſtantiā cęleſtis accipiat. Hūanis
eñ diuina ꝑſtare nō dubiū ē: ⁊ corporalib⁹
ſpiritalia. Et ideo qui vitā verā deſiderat:
illum panē expetat: qui ꝑ inſenſibilem ſub/



ſtantiā humana corda cōfirmat. Simul cuꝫ
dicit: Nō in pane ſolo viuit homo: oſtendit
hominē eſſe temptatū: hoc eſt: ſuſceptionē
noſtrā nō ſuā diuinitatē. Sequiſ iactantię
telū quo ꝓcliue delinquiſ: qꝛ dū hoies glo/
riā virtutis ſuę iactare deſiderant: de loco
meritorū ſuorum ⁊ ſtatione decidunt.

**De ſecūda tēptatione chriſti.**

E **T duxit illuꝫ (inquit) in hieruſa/
lē: ⁊ ſtatuit eū ſupra pinnā tem
pli.** Ita eñ eſt iactantia: vt dū ſe putat
vnuſquiſqꝫ ad altiora cōſcendere: ſublimiū
vſurpatiōe factoꝝ ad inferiora trudantur.
**Et dixit illi: Si fili⁹ dei es: mitte
te deorſum.** Uere diabolica vox quę
mentē hominis de gradu altiore meritoruꝫ
ꝑcipitare cōtendit. Quid eñ tam ꝓpriū di
abolo: ꝗꝫ ſuadere: vt vnuſqſqꝫ ſe mittat de/
orſuꝫ? Diſce ergo ⁊ tu diabolū vincere: agit
te ſpūs: ſequere ſpiritū. Nō te reuocet car/
nis illecebra: ſpiritu plenus diſce cōtemne/
re voluptates. Ieiuna ſi vis vincere. Cōſe/
quens eſt vt ꝑ hominē diabolus te putet eſ
ſe temptādū. Chriſt⁹ quaſi fortior facie ad
faciē tēptatur: tu ꝑ hominē. Et illud diabo
li verbū eſt: cū dicit: homo fortis eſto: man
duca ⁊ bibe: ⁊ ſimilis mane. Noli te tibi cre
dere: nō erubeſcas egere ꝑſidijs: quib⁹ non
egebat chriſt⁹: ⁊ tñ ea non negligebat vt te
J.21. doceret dicēs: Cauete ne grauēſ cor veſtrū
in vino ⁊ crapula. Nō erubuit paulus ꝗ ait:
1.Cor.9. Sic enitor nō vt aerē cędens. Aera quidem
nō cędebat apl'us: ſed ptātes aerias verbe/
rabat. Sed caſtigo inqt corp⁹ meū ⁊ i ſerui/
tutē redigo: ne forte cū alijſ ꝑdicauerim: ipē
reprob⁹ inueniar. Simul infirmitatē ſuā di
abol⁹ maliciāqꝫ deſignat: qꝛ neminē poteſt
nocere diabolus: niſi ipſe ſe miſerit. Nā qui
relictis cęleſtib⁹ terrena eligit: voluntariuꝫ
quoddā ꝑcipitiū vitę labentis incurrit. Si/
mul qm̄ telum ſuū diabolus vidit obtuſū:
quo oēs homines ꝓprię ſubiecerat ptāti:
plus cępit ꝗꝫ hominē iudicare. Sed dñs rur
ſus nec ea quidē ꝗ d̄ ſe fuerāt ꝓphetata: ad
arbitriū diaboli putauit eſſe faciēda: ſed di
uinitatī ꝓprię auctoritate ſeruata: verſutię
ei⁹ occurrit: vt qꝛ ſcripturarū exemplū ꝑten
derat: ſcripturaruꝫ vincereſ exēplis. Ptās
eñ eſt deo vincere: ſcriptura mihi vicit. Di/
2.Cor.11. ſce hic quoqꝫ qꝛ ſathanas transfigurat ſe ve
lut angeluꝫ lucis: et de ſcripturis ipſis ſępe
diuinis: laqueū fidelibus parat: Sic hęreti/
cos facit: ſic euiſerat fidem: ſic iura pietatis
impugnat. Ergo nō te capiat hęreticus: qꝛ
pōt de ſcripturis aliꝗ exēpla ꝓferre: nec ſi/
bi arroget ꝙ doctus videſ. Utitur ⁊ diabo
lus teſtimonijs ſcripturaruꝫ: nō vt doceat:
ſed vt circumſcribat ⁊ fallat. Cognouit ali/
quē attentū religioni: virtutibus clarū: ſig/
nis ⁊ operib⁹ ꝑpotentē: iactantię tendit la/
queū vt huiuſmodi virū inflet tumore: quo
pietati ſe nō credat: ſed credat iactātię: nec
deo deputet: ſed ſibi arroget. Ideoqꝫ apl'i
nō in ſuo ſed in chriſti noīe dęmonijs impe/
rabant: ne arrogare ſibi aliquid videreſ.
Sic petrus paralyticū curat dicēs: In noīe Act.9.
ieſu nazareni ſurge ⁊ ambula. Diſce etiā de
paulo fugere iactantiā. Scio inquit hoīem 2.Cor.12.
ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio: de⁹
ſcit: qm̄ raptus eſt in paradiſum: et audiuit
verba ineffabilia quę nō licet homini loꝗ.
Pro hmōi gloriabor: ꝓ me autē nō gloria/
bor: niſi in infirmitatibus meis. Ergo ⁊ hic
diabolus qm̄ fortem ſenſit: iactantiā ꝑten/
dit: quę etiā forteſ decipit. Sed dñs reſpon
dit ei: **Nō tēptabis dominū deuꝫ
tuū.** In quo ⁊ dñm ⁊ deū chriſtū ⁊ patrē
⁊ filiuꝫ poteſtatis vni⁹ eſſe cognoſcit: iuxta
qd̄ ſcriptū eſt: Ego ⁊ pater vnū ſum⁹. Et iō Joh.10.
ſi vnū: obtēdit diabol⁹ occurrere ei: qꝛ ſcri/
ptū eſt: ſumus. Et diſtingue vnū: ne diſcer/
nas poteſtatē: diſtingue vnū: ne patrem fi/
liūqꝫ ſecernas.

**De tertia tēptatione chriſti.**

E **T duxit illū diabol⁹ iteꝝ ī mō/
tē altiſſimū: ⁊ oſtēdit illi oīa re/
gna orbis terrę in momēto tēporī.**
Bñ in momentō tpis: ſęcularia ⁊ terrena
demōſtranſ. Nō eñ tā ꝯſpect⁹ celeritas in/
dicaſ: ꝗꝫ caducę fragilitas ptātis exprimiſ.
In momēto. n. cūcta illa ꝑtereūt: ⁊ ſępe ho/
nor ſęculi abijt anteꝗꝫ venerit. Quid eñ ſę/
culi pōt eſſe diuturnū: cū ipſa diuturna nō
ſint ſęcla? Docemur hic inanis ambitionis
flabra deſpicere: ꝙ oīs dignitas ſęcularī di/
abolicę ſubiaceat ptāti: ad vſū fragilis: ⁊ ia
nis ad fructū. Sꝫ quō h̄ dat diabol⁹ ptātē:
⁊ alibi legī: Quia oīs ptās a deo eſt? Nun/ Ro.13.
quid poteſt quis duobus dñis ſeruire: aut
a duob⁹ accipere poteſtatē? Num ergo con
trariū eſt? Minime. Sꝫ vide quia omnia a
deo. Neqꝫ eñ ſine deo mundus: quia ⁊ mū Joh.1.
dus ꝑ ipſum factus eſt. Sed licet a deo fac/
tus ſit: tamē opera eius mala: quia ſęculuꝫ 1.Joh.5.

in maligno poſitũ eſt: ⁊ ordinatio mundi a
deo: opera mũdi a malo. Ita etiã a deo po/
teſtatũ ordinatio: a malo ambitio poteſta/
Ro.13. tis. Deniq̃ nõ eſt inquit poteſtas niſi a deo:
Quę aũt ſunt a deo ordinatę ſunt: nõ date
ſed ordinatę: et qui reſiſtit poteſtati: dei in/
quit ordinationi reſiſtit. Hic quoq̃ licet di/
cat dare ſe diabolus poteſtatẽ: omnia tamẽ
illa ad tẽpus permiſſa ſibi eſſe non abnuit.
Itaq̃ qui permiſit ordinauit: nec poteſtas
mala: ſed is qui male vtitur poteſtate. De/
niq̃ vis nõ timere poteſtatẽ? Fac bonum ⁊
habebis laudem ex illa. Nõ ergo poteſtas
mala: ſed ambitio. Deniq̃ eo vſq̃ adeo or/
dinatio poteſtatis: vt dei miniſter ſit qui be/
ne poteſtate vtitur. Dei inquit miniſter eſt
tibi in bonum. Non ergo muneratoris ali/
qua culpa eſt: ſed miniſtri: nec dei poteſt or/
dinatio diſplicere: ſed adminiſtrãtis actio.
Nam vt de cęleſtibꝰ ad terrena diriuemus
exemplũ: dat honorem imperator: ⁊ habet
laudẽ. Qz ſi quis male honore vſus fuerit:
non imperatoris eſt culpa: ſed iudicis. Ha/
bent reũ ſua crimina: nõ qꝛ poteſtas vnum
quẽq̃: ſed malicia ſua ĩplicat. Quid ergo?
Bonũ ẽ vti poteſtate: ſtudere honori. Bo/
num ſi deferatur: non eripiatur: diſtingue ta/
men hoc ipſum bonũ. Alius eñ bonꝰ in ſę/
culo: alius ꝑfectę virtutis vſus. Bonum eſt
eñ cognoſcẽdę diuinitatis ſtudium: nullis
occupationibꝰ impediri. Nã ⁊ ſi multa bo/
Joh.17. na: vna tamẽ eſt vita ęterna. Hęc eſt autẽ
vita ęterna: vt cognoſcãt te ſolum verũ de/
um: ⁊ quẽ miſiſti ieſum chriſtũ. Et ideo vitę
ęternę maximus fructus: ⁊ ſolus deus vitę
remunerator ęternę eſt. Solum deum ⁊ do/
minũ noſtrũ adoremus. ⁊ ipſi ſoli ſeruiamꝰ
vt ſolus ipſe nos fructu remuneret ampliſ/
ſimo. Fugiamus omnia quę diabolicę ſub/
iacent poteſtati: ne tanq̃ malus tyrannꝰ in
eos quos intra ſuũ regnũ inuenerit: accep/
tę ſęuicia poteſtatis vtatur. Nõ ergo a diabo
lo poteſtas eſt: ſꝫ obnoxia tamẽ inſidijs dia
boli. Nec tamen ideo mala ordinatio pote/
ſtatũ: qꝛ malo obnoxię poteſtates. Bonuz
eſt eñ deũ quęrere: ſed quidã ipſius inqui/
ſitionis anfractꝰ error obrepit. Nã ſi inqui/
ſitor in ſacrilegiũ ſęua interꝑtatione verta/
tur: in deteriꝰ vertitur quęrẽtis offenſa q̃ ſi nõ
quęſiſſet: nec tñ inquiſitionis: ſed quęſito/
ris eſt culpa: nec inquiſitio obnoxia malo:
ſed quęrẽtis affectꝰ. Qz ſi is qui deũ quęrit
ꝓpter fragilitatẽ carnis ⁊ mentis anguſtiã
ſępe temptatur: quãtomagis qui ſęculũ quę/
rit obnoxiꝰ ẽ? Atq̃ hoc ipſo ꝑniciosior am/
bitio: ꝙ blanda quędã eſt cõciliatricula di/
gnitatũ: ⁊ ſępe quos vitia nulla delectant:
quos nulla potuit mouere luxuria: nulla aua/
ricia: ſubruere facit ambitio criminoſos. Ha
bet eñ forenſem gratiã: domeſticũ pericu/
lum: ⁊ vt dominetur alijs: priꝰ ſeruit. Curuatur
obſequio vt honore donetur: et dũ vult eſſe
ſublimior ſit remiſſior: cuz in ipſa poteſtate
qđ ꝓcellit alienũ ſit. Regibus eñ imperat:
ſibi ſeruit. Dicet fortaſſe aliquis: quia ſolꝰ
qui malum fecerit timet: tamen ⁊ qui mare
nauigat: plus timet: Ecõtra in immobili ter
rarũ ſtatione cõſiſtens: nõ ſolet timere nau/
fragiũ: At ſi mobile cõſcẽdat elementũ fre/
quentioribꝰ obnoxius fit periculis. Fuge ꝗ
ſęculi mare: ⁊ naufragiũ ñ timebis. Et ſi fre
quẽter arborũ vertices ſpirantiũ verberent
flabra ventorũ: ſolidatis tamẽ radicibꝰ nul
lus occaſus eſt. At in mari furẽtibus vẽtis:
⁊ ſi nõ omniũ naufragiũ: omniũ tamẽ peri/
culũ eſt. Ita etiaz aduerſis flatibꝰ nequicię
ſpiritalis: nullus in harena vel in ſolo turꝰ
eſt: Et naues tharſis vehemẽti ſępe ſpũ cõ/
terũtur. Hęc moraliter. Ceterũ qđ ad myſti
cũ ordinẽ ſpectat: cernis vetuſti erroris vin
cula ſuis reſoluta veſtigijs: vt primo gulę:
ſecũdo facilitatis: tertio ambitionis laqueꝰ
ſolueretur. Pellectus eſt eñ adã cibo: ⁊ in lo/
cũ interdictę arboris ſentẽtię facilitate trãſ/
greſſus. Temerarię quoq̃ ambitionis cri/
men incurrit: dum ſimilitudinẽ diuinitatis
affectat. Et ideo prius dñs veteris nexꝰ ſol/
uit iniurię: vt nos iugo captiuitatis excuſ/
ſo: vincere crimina ſcripturarũ ꝓſidio diſce/
remus. Qz ſi dñs ieſus ꝓpria nõ deſidera/
uit: tu aliena cur quęris? Si creator omniũ
ſęculi gloriã ſubeundę paupertatis virtute
cõtempſit: cur tu faſtidias qđ natus es: ap/
petas qđ indebitũ eſt? Cur ea quę ad vſum
tibi diuturna eſſe non pñt ad ſupplicũ diu/
turna depoſcas? Caue inſidias: caue frau/
des. Et hoc ipſo qđ ad ſubruendũ hominẽ
totũ verſuta diabolus mundũ fraude cõcu
tiat: totiꝰ ſęculi pugnet illecebris: eius tibi
blandicię plus cauẽdę. Nõ euam cibus fle/
xerat: non mandatorũ deſtituerat obliuio:
ſed ꝓmiſſi honoris ambitio illecebroſa de/
cepit. Quę ſi ſolũ dominũ adorare voluiſ/
ſet: indebita nõ quęſiſſet. Et iđ remediũ datur



quo telũ ambitionis obtundas: vt ſoli do/
mino ſeruias. Caret enim ambitione religi
oſa deuotio.

## De receſſu diaboli a chriſto.

e T conſũmata omni temptatio
ne: diabolus receſſit ab illo vſ
q̃ ad tẽpus. Prope omniũ criminum
fontes: hęc tria genera demonſtrant eſſe vi
tiorum. Neq̃ eñ: cõſummata omni tẽptati
one ſcriptura dixiſſet: niſi in his tribus cẽt
omniũ materia delictorũ: quorũ ſemina in
ipſa origine ſunt cauenda. Finis ergo tem/
ptationũ: finis eſt cupiditatũ: quia cauſę tẽ
ptationũ cauſę cupiditatũ ſunt. Cauſę aũt
cupiditatũ ſunt: carnis oblectatio: ſpecies
glorię: auiditas potentię. Qz religioſum vi
detur vt cõmemorationẽ chriſtianę fęminę
nõ recuſes: ſed crebra inde tẽptatio. Si at/
tẽtos deo viderit diabolus: ſuggerit vt de/
cipiat. Sed tu q̃uis de ꝓpoſito pręſumas:
caue temptationez ſciens naturã. Hęc tria
ſi recorderis: etiã paulus cauenda ꝓſcripſit:
deſignãs tres eſſe ſpecies peccatorũ: a qui/
1.Theſſal.2. bus liber expectat iuſticię coronã. Neq̃ eñ
inquit in verbo adulationis fuimꝰ: neq̃ in
occaſione auaricię: deus teſtis eſt: neq̃ glo/
riã quęrẽtes ab hominibꝰ: Et ideo diabolũ
vicit: coronã petiuit. Uides ergo ipſum di/
abolũ nõ eſſe in ſtudio pertinacẽ: cedere ve/
rę ſolere virtuti. Et ſi inuidere nõ deſinat: ta/
men inſtare formidat: quia frequẽtius reſu
git triũphari. Audito itaq̃ dei nomine: re/
ceſſit inquit vſq̃ ad tẽpus. Poſtea eñ non
tẽptaturus ſed aperte pugnaturꝰ aduenit.
Docet igitur te ſcriptura diuina: nõ ſolum ti/
bi cõtra carnẽ ⁊ ſanguinẽ: ſed cõtra inſidias
ſpiritales eẽ certamẽ. Uides magnificẽtiã
chriſtiani viri: qui certat cũ rectoribus mun
di: et licet cõſtitutus in terris: aduerſus ſpi/
ritalia nequicię quę ſunt in cęleſtibꝰ animi
virtute decernit. Nõ eñ de terrenis cõten/
dimus: vt dimicemꝰ in terra: ſed ſpiritalibꝰ
ꝓpoſitis pręmijs de regno dei ⁊ chriſti hęre
ditate: neceſſe eſt ſpiritalia priꝰ impedimen
ta ſuperẽtur. Corona ꝓpoſita eſt: ſubeũda
certamina ſunt. Nemo poteſt niſi vicerit co
ronari. Nemo põt vincere: niſi ante certaue
rit. Ipſius quoq̃ coronę maior eſt fructus:
Matth.7. vbi labor maior eſt. Arta eniz ⁊ anguſta eſt
via quę ducit ad vitã: lata vero et ſpacioſa
quę ducit ad mortẽ. Et ideo temptationez
nunquam timere debemus. Et enim cauſa
victorię materia triũphorũ. Diues ille qui
temptationẽ non ſentit in hoc ſęculo: in pę/
nis eſt apud inferos: Pauper ille lazarꝰ qui
ita paupertate morboq̃ afflictus eſt ⁊ attri
tus vt vibices eiꝰ a canibus lamberentur: vi
tę iſtius labore miſerabilis: coronam glorię
quęſiuit ęternę. Multę eñ tribulatiões nõ
quorũcunq̃ ſed iuſtorũ. Deniq̃ quos dili/
git dominꝰ ſępe caſtigat. Petrus tẽptatus
eſt vt negaret: negauit vt fleret. Et quid de
cęteris dicã? Nempe iob erat ꝓbatꝰ a deo:
ſed licet ꝓbatus erat: victor tamẽ nõ erat.
Probata erat deuotio virtutis: tamẽ ꝓmi/
um nõ habebat. Et ideo tẽptandus offertur:
vt glorioſior redderetur. Illius quoq̃ certami/
nis refert vt gradum ſpectes. Nõ vnuz te/
lum diabolus habet: frequentat ſpicula: vt
aut ꝓmio vincat: aut tedio. Primo cupidi/
tate vulnerat: ſecũdo pietate: tertio ſanita/
te. Mentis enim pariter ⁊ corporis pugnat
vlceribus. Diuerſitas quoq̃ ipſa tẽptatio/
nũ ꝓ diuerſitate certãtiũ eſt. Auaricię dam/
no diues vrgetur: pater diſpendio filioruz:
homo doloribꝰ: corpus vlceribus. Quãta
hęc tela? Uñ dñs noluit habere qđ ꝑderet:
et ideo pauper huc venit: ne haberet diabo
lus qđ auferret. Uis ſcire q̃ verũ ſit? Ipſuz
dñm dicentẽ: audi: Uenit huius mũdi ꝓn/ Joh.14.
ceps: ⁊ in me inuenit nihil. Noluit etiã pau
poruz eſſe pater: vt eſſet omniũ. Fruſtra au
tẽ corporis temptaretur vlceribus qui contẽ/
neret oẽs corporis paſſiones: ſimul vt oſtẽ/
deret nobis: ꝙ immaculata ſibi corporis ho
ſte depulſo victoria deberetur. Sed ille quaſi
homo ſuis temptatur: hic publicis. Illi pa
trimoniũ aufertur: huic regnũ orbis offertur.
Nec totus ſine fraude diabolus qui exaſpe
rare dei filiũ vereretur: illum iniurijs tẽptat:
hũc pręmijs: Ille q̃ſi ſeruulus dicit: Domi/ Job.1.
nus dedit: dominꝰ abſtulit: hic naturę ſuę
diſpoſitioniſq̃ cõſcius ſua ſibi ridet offerri.
Et vt ad illud reuertamur: ingruit nũciꝰ ſuꝑ
nunciũ: cõgeminãt vulnera: nec tamen for/
tis athleta mente turbatur. Adhibetur muli/
er primę fraudis illecebra: hic ꝑ virginẽ na/
tus errori obnoxiã nõ habebat. Amici ad/
hibentur qui prauis cõſilijs opprimãt reluc/
tantẽ: ſed in omnibꝰ quę acciderant ei nuſ/
quã peccauit iob labijs ſuis in ꝯſpectu dei.
Nã ꝙ maledicit diei dicens: Pereat dies il Job.3.
la in q̃ natꝰ ſũ. Et infra: Et maledicat ei is
qui maledixit diẽ illã: q̃ habet magnũ cętũ

oppꝛimere ad ꝓphetiã ptinet: eo ꝙ diabolũ
tanꝗ̃ ꝓcelloſi ſeculi iſtius cętũ domin⁹ no/
ſter ieſus chꝛiſtus oppꝛeſſit: et generationis
ſuę carnalis diẽ perire deſiderat: vt dies ei⁹
in regnãtione numeret. Pereat inquit di/
es ſeculař: vt dies ſpiritalis oꝛiaꝛ. Ergo in
temptatione ſanctus iob myſteria loquiꝛ.
Qui eñ vincebat ſeculũ: chꝛiſtu₃ videbat.
Nos igiꝛ nõ timeamus tẽptatiões: ſed ma/
gis in tẽptationibus gloꝛiemur: dicentes:
2.Corſ.12. Quãdo infirmamur: tũc potentes ſumus:
tunc eñ nectiꝛ coꝛona iuſticię. Sed illa pau
lo foꝛtaſſis accõmoda: nos aute₃ q₂ plures
coꝛonę ſũt: quãcũq₃ ſperare debem⁹. In ſę/
culo laurus coꝛona eſt: coꝛona eſt ⁊ ſcutum.
At vero tibi ꝓpoſita ẽ coꝛona delitiaꝝ. Co
rona eñ delitiarũ obumbꝛabit te. Et alibi:
Scuto volũtatis ſuę circũdabit te. Gloꝛia
quoq₃ ⁊ honoꝛe: quẽ dilexit domin⁹ coꝛona
uit. Ergo qui vult coꝛonã dare tẽptationes
ſuggerit. Etſi quando tẽptariſ: cognoſce q₂
paratur coꝛona. Tolle martyrũ certamina:
tuliſti coꝛonas. Tolle cruciatus: tuliſti bea/
titudines. Nonne tẽptatio ioſeph virtutis
eſt ꝯſecratio? Nõne iniuria carceris coꝛona
eſt caſtitatiſ? Queãdmodũ regni in ęgypto
cõſoꝛtiũ potuiſſet adipiſci: niſi vẽditus fuiſ
ſet a fratrib⁹? Qđ dei factũ ẽ arbitrio: vt iu
ſtus ꝓbaretur: ipſe mõſtrauit dicens: quẽ/
admodũ fieret in hodierno: vt paſcereꝛ po/
pulus multus. Nõ debemus igiꝛ tẽptatio/
nes ſeculi ꝓ malis timere: quib⁹ bona pręę/
mia cõparanꝛ: ſed magis rogare cõtempla/
tione cõditionis humanę: vt eas tẽptatio/
nes ſubeamus quas ferre poſſimus.

## De egreſſu ipſius ieſu in galileã ad docendum.

Ca.XV. e T egreſſus ieſus in virtute
ſpiritus in galileã. Cõpletur
hoc loco ꝓphetia eſaię dicẽtis: Re/
Eſa.9. gio zabulon ⁊ terra neptalim: ⁊ ceteri farſa/
liam inhabitãtes: ⁊ qui ſec⁹ maritima tranſ
ioꝛdanẽ galilęę: gentiũ popul⁹ qui ſedebat
in vmbꝛa moꝛtis lucem viderunt magna₃.
Quis eſt eñ lux magna: niſi chꝛiſt⁹: qui il/
luminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in hunc mũ
dum? Deinde libꝛũ accepit: vt oſtẽderet ſe/
ipſum eſſe qui locut⁹ eſt in ꝓphetis: ⁊ remo
ueret ſacrilegia ꝑfidoꝛum: qui aliũ deum di
cunt veterř teſtamẽti: aliũ noui: vel qui ini/
tiũ chꝛiſti dicunt eſſe ex virgine. Quõ enim
cępit ex virgine: qui añ virginẽ loquebaꝛ?

## Teſtimoniũ ſcripture de miſſio/ne ieſu ad p̃dicandũ ⁊ ſaluãdũ.

ſ Piritus domini ſup me. Vi/
des trinitatẽ coęternã atq₃ perfecta₃.
Ipſum loquiꝛ ſcriptura ieſum deum homi/
nẽq₃ in vtroq₃ ꝑfectum: loquiꝛ ⁊ patrẽ ⁊ ſpi/
ritumſanctũ. Spiritus eñ ſanct⁹ coopera/
toꝛ oſtendiꝛ: quãdo coꝛpoꝛali ſpecie ſicut co
lumba deſcẽdit in chꝛiſtũ: cũ dei filius bap/
tizareꝛ in fluuio: pater loquereꝛ e cęlo. Qđ
igiꝛ maius querim⁹ teſtimoniũ ꝗ̃ ꝙ ſe fuiſ/
ſe qui locut⁹ eſt in ꝓphetis: ꝓpꝛia voce ſig/
nauit? Vngitur oleo ſpiritali ⁊ virtute cęle
ſti: vt paupertatẽ cõditionis humanę the/
ſauro reſurrectionis rigaret ęterno: captiui/
tatẽ mentis auerteret: cęcitatẽ illuminaret
animaꝝ: annũ domini ꝑpetuis diffuſum tẽ
poꝛibus p̃dicaret: qui redire in oꝛbẽ laboꝛis
neſciat: cõtinuationẽ fructus hominibus ⁊
quietř indulgeat: Atq₃ ille ita ad omnia ſe
curuauit obſeqa: vt ne lectoꝛis quidẽ aſper
nareꝛ officiũ. Nos vero impij qui diuinita/
tis fidem miraculis operũ colligendã ꝯtem
platione coꝛpoꝛis negabamus.

## De reſponſione ieſu ad conci/ues ſuos.

Men dico vobis ꝙ nemo ꝓ Ca.XVI.
a pheta acceptus eſt in patria
ſua. Nõ mediocriꝛ inuidia ꝓdiꝛ
quę ciuicę charitatis oblita: in acerba odia
cauſas amoꝛis inflectit. Simul hoc exẽplo
pariter ⁊ oꝛaculo declaratur: ꝙ fruſtra ope₃
miſericoꝛdię cęleſtis expectes: ſi alienę fruc/
tibus virtutis inuideas. Aſpernatoꝛ eñ do
min⁹ inuidoꝝ eſt: ⁊ ab his qui diuina bene/
ficia in alijs ꝑſequunꝛ: miracula ſuę poteſta
tis auertit. Dominicę quippe carnis actus:
diuinitatis exemplũ eſt: ⁊ inuiſibilia nobis
eius ꝑ ea quę ſunt viſibilia demonſtrãtur.
Nõ ocioſe itaq₃ ſaluatoꝛ excuſat: ꝙ nulla in
patria ſua miracula virtutis operatus ſit:
ne foꝛtaſſis aliquis viliorẽ patrię nobis eſ/
ſe debere putaret affectum. Neq₃ eñ ciues
poterat nõ amare: qui amaret oẽs: ſed ipſi
ſe charitate patrię qui inuidẽt abdicarunt.
Charitas eñ nõ ęmulaꝛ: nõ inflatur: nec ta 1.Corī.13.
men exoꝛs beneficioꝝ patria diuinoꝛu₃ eſt.
Qđ eñ maius miraculu₃ ꝗ̃ ꝙ in ea natus
eſt chꝛiſtus? Videte igiꝛ quid mali inuidia
afferat. Indigna ꝓpter inuidiã patria iudi
caꝛ: in qua ciuis opereꝛ: quę digna fuit in
qua dei filius naſcereꝛ.



## Cõfirmatio reſponſionis exem/plo helię ⁊ viduę.

i N veritate dico vobis: multę
viduę fuerũt in diebus helię.
Nõ quia helię dies fuerunt: ſed in quib⁹
helias operatus eſt: aut quia dies faciebat
illis: qui in ei⁹ operibus lucẽ videbant gra/
tię ſpiritalis: ⁊ cõuertebanꝛ ad dominũ. Et
ideo aperiebaꝛ cęlu₃ videntib⁹ ęterna ⁊ di/
uina myſteria: claudebatur qñ fames erat:
quia nulla erat cognoſcẽdę diuinitatř vber
tas. Sed de hoc plenius ſcripſimus: cu₃ de
viduis ſcriberemus.

## Cõfirmatio eiuſdẽ: exemplo heli/ſęi ⁊ naaman.

e T multi lepꝛoſi erãt tẽpoꝛib⁹
heliſęi ꝓphete: ⁊ nemo eoꝛum
mundatus eſt niſi naaman ſyrus.
Euidẽter hic ſermo nos dñi ſalutaris in/
foꝛmat: ⁊ ad ſtudiũ venerandę diuinitatis
hoꝛtaꝛ: ꝙ nemo ſanatus oſtendiꝛ: ⁊ macu/
loſi moꝛbo coꝛpoꝛis abſolutus: niſi qui reli/
gioſo officio ſtuduit ſanitati. Nõ eñ doꝛmi
entibus diuina bñficia: ſed obſeruãtib⁹ de/
ferunꝛ. Et bene apto cõparatiõis exemplo
arrogãtia ciuiũ retũditur inuidoꝛu₃: domi/
nicũq₃ factũ ſcripturis doceꝛ veterib⁹ cõue/
nire: qđ in libꝛis quoq₃ regnoꝝ legimus: gẽ
tilem virũ naaman ꝓphetico oꝛaculo lepꝛę
maculis abſolutũ: cũ plurimos iudęoꝛũ le/
pꝛa coꝛpoꝛis pariter ⁊ mẽtis abſumeret. Si
quidẽ etiã quattuoꝛ illos qui cogente fame
in caſtra pꝛimi regis ſyrię tetẽderũt: tradit
hiſtoꝛia fuiſſe lepꝛoſos. Cur igiꝛ non cura/
bat fratres: nõ curabat ciues: non ſanabat
ꝓpheta cõſoꝛtes: cũ ſanaret alienos: ſana/
ret eos qui obſeruantiã legis et religionis
conſoꝛtiũ nõ habebant: niſi q₂ voluntatis
eſt medicina nõ gẽtis: ⁊ diuinũ munus vo/
tis eligiꝛ nõ naturę iure defertur? Diſce ro/
gare qđ cupias impetrare: faſtidioſos vi/
ros cęleſtiũ ꝓfectus munerũ nõ ſequũtur.
Sed ꝗ̃uis ſimplex expoſitio moꝛalẽ infoꝛ/
met affectũ: gratia tamẽ nõ eſt occulta my/
ſterij. Etenim cum poſterioꝛa a ſuperioꝛib⁹
deriuenꝛ: tum etiã ſuperioꝛa poſterioꝛibus
aſtruunꝛ. Dixim⁹ eñ in libꝛo alio: in vidua
illa ad quã helias directus eſt: typũ eccleſię
ꝑmiſſu₃: Popul⁹ eccleſiã cõgregauit: vt ſe/
queꝛ populus ille ex alienigenis cõgrega/
tus: Populus ille ante lepꝛoſus: popul⁹ il/
le ante maculoſus: pꝛiuſq₃ myſtico baptiza
retur in flumine: idem poſt ſacramẽta bap/
tiſmatis maculis coꝛpoꝛis ⁊ mẽtis ablut⁹:
iam nõ lepꝛa ſed immaculata virgo cępit eſ
ſe ſine ruga. Merito ergo magnuſ naaman
in cõſpectu dñi ſui: ⁊ admirabilis facie de/
ſcribitur: qm̃ in eius typo ſalus futura gen/
tibus declaraꝛ: qui ſacratę conſilio puellę q̃
fractis viribus ciuiũ in hoſtile₃ captiua ve/
nerat ptãtẽ: a ꝓpheta ſalutẽ ſperare cõmoni/
tus: nõ terreni regis iperio: ſed diuinę miſe
ricoꝛdię liberalitate ſanaꝛ. Cur myſtico nu/
mero mergere iubeꝛ? Cur ioꝛdanis fluuius
eligitur? Nõne boni iquit abana ⁊ pharfar 4.Regſ.5.
fluuij damaſci ꝑ ioꝛdane? Sed iratus hos
ꝓtulit: ioꝛdanẽ meditatuſ elegit. Neſcit eñ
ira myſteriũ: fides nouit. Diſce baptiſmatř
gratiã ſalutaris: qui lepꝛoſuſ merſerat: fide/
lis emerſit. Diſce ſpiritalia ſacramenta ſig/
nari: coꝛpoꝛis remediũ petitur: mentis acq̃/
ritur: abluiꝛ caro: affectus abluiꝛ. Nõ enim
magis coꝛpoꝛis ꝗ̃ mentis lepꝛã video fuiſ/
ſe mundatã: quãdo poſt baptiſmũ veteris
erroꝛis colluuione deterſa: negat ſe dijs ali/
enis hoſtias quas ſpondit dño litatuꝝ. Di
ſce etiã cõgrue pꝛęcepta virtutis: pꝛobauit
fidem: qui p̃mia recuſauit. Diſce vtroq₃ di/
ctoꝛũ factoꝛũq₃ magiſterio quid ſequaris.
Habes domini p̃ceptũ: vatis exemplũ: gra
tis accipere: gratis dare: nec vendere mini/
ſterium: ſ₃ offerre. Nõ eñ pꝛecio taxatur dei
gratia: nec in ſacramẽtis lucrum quęriꝛ: ſed
obſequiũ ſacerdotis. Nõ tñ ſat eſt ſi lucru₃
ipſe non quęras: familię quoq₃ tuę cohiben
dę manus ſunt: nec hoc ſolũ expoſciꝛ: vt te
ſolũ caſtum immaculatũq₃ cuſtodias. Non
eñ dixit apl's: te ſolum: ſed teipſum caſtum
cuſtodi. Queriꝛ ergo nõ ſolu₃ tua ab huiuſ
modi nũdinis: ſed etiã domuſ tuę caſtitas.
Opoꝛtet eñ irrep̃henſibilẽ eſſe ſacerdote₃: 1.Timoth.3.
ſuę domui bñ pꝛępoſitũ: filios habẽte₃ ſub/
ditos: cu₃ omni caſtitate. Si quis autẽ do/
mui ſuę pꝛęeſſe neſcit: quomõ eccleſię diligẽ
tiam habebit? Inſtrue ergo familiã: hoꝛta/
re: cuſtodi: ⁊ ſi te fefellerit ſeruulus: huma/
nam eñ nõ excipio facultatẽ: ꝓphetico de/
pꝛehenſus repudieꝛ exemplo. Cito turpem
ſequiꝛ lepꝛa mercedẽ: ⁊ pecunia coꝛpus ani/
mũq₃ male quęſita cõmaculat. Accepiſti in/ 4.Regſ.5.
qt pecuniã ⁊ poſſidebis ex ea agrũ ⁊ vineas
⁊ olivueta ⁊ greges: ⁊ lepꝛa naaman adhęre/
bit tibi ⁊ ſemini tuo vſq₃ i ęternũ. Vides q₂
facto auctoꝛis: ſucceſſio dãnaꝛ heredis. In/

expiabilis ē cū vēditi culpa myſterij: ⁊ gra/
tię vindicta cęleſtis trāſijt ad poſteros. De/
niqȝ moabitę ⁊ cęteri n̄ itrabūt eccłiam vſqȝ
ad tertiā ⁊ q̄rtā gnātionē: tamdiu videlicet
vt ſimpliciꝰ interp̄temur: donec culpam au
ctoꝝ multiplicis ſucceſſio generatiōis abo
leret. Sed cū illi qui in deū idolatrię errore
deliquerint: in quartā generationē videan/
tur eſſe multati: ꝓfecto durior videtur eſſe
ſentētia qua giezi ſemen vſqȝ in ęternū pro
cupiditate habēdi: prophetica auctoritate
damnatᷣ: ꝑſertim cū dn̄s noſter ieſus chriſtꝰ
ꝑ lauacri regenerationē omnibꝰ remiſſionē
dederit peccatorū: niſi vt vitiorū magis q̄
generis ſemen intelligas. Sicut enim qui fi
lij ꝓmiſſionis ſunt: ęſtimanᷣ in ſemē bonū:
ita etiā qui filij erroris ſunt: ęſtimanᷣ in ſe/
men malū. Nā ⁊ iudęi ex patre diabolo: nō
vtiqȝ carnis ſucceſſione: ſed criminis. Ergo
omnes cupidi: omnes auari: giezi lepraȝ cū
diuitijs ſuis poſſident: ⁊ male quęſita mer/
cede: nō tam patrimoniū facultatuȝ q̄ the/
ſaurum criminū cōgregarunt: ęterno ſuppli/
cio ⁊ breui fructu. Nā cum diuitię ſint cadu
cę: pęna ꝑpetua eſt: quia neqȝ auarus: neqȝ
ebrioſus: neqȝ idolis ſeruiens regnum dei
poſſidebunt.

## De indignatione iudęorū ⁊ eie/ ctione ieſu.

e **T repleti ſunt ira omnes in ſy/ nagoga hęc audiētes: ⁊ ſurre/ xerunt ⁊ eiecerunt illū extra ciuita/ tem.** Sacrilegia iudęorū quę multo an/
te dominꝰ ꝓnunciauerat ꝑ ꝓphetā: ⁊ pſal/
mi verſiculo declarauerat quę paſſurus eſ/
Ps. 57. ſet in corpore cōſtitutus: dicens: Retribue/
bant mihi mala ꝓ bonis: in euāgelio docet
eſſe cōpleta. Nam cū ipſe ꝑ populos beneſi
cia diffunderet: illi iniurias irrogabāt. Nec
mirū ſi ꝑdiderunt ſalutē: qui eiecerūt de ſu/
is finibꝰ ſaluatorē. Moralis enī dn̄s: ⁊ qui
docuerit exēplo ſui apoſtolos ſuos omnibꝰ
omnia fieri: nec volētes repudiat: nec inui/
tos alligat: nec eijcientibus reluctatᷣ: nec ro
gantibꝰ deeſt. Sic geraſenos alibi cū virtu/
tes eiꝰ ſuſtinere nō poſſent: quaſi infirmos
⁊ ingratos reliquit. Simul intellige non ex
neceſſitate fuiſſe: ſed voluntariā corꝑis paſ
ſionē: nec captū a iudęis: ſed a ſe oblatum.
Etenim qn̄ vult capitur: qn̄ vult labitur: qn̄
vult ſuſpenditᷣ: qn̄ vult nō tenetur. Et hic in
ſuperciliū montis ꝑcipitandus aſcēderat: ⁊
ecce ꝑ mediū illorum: mutata ſubito vel ob
ſtupefacta furentiū mente: deſcēdit. Nōdū
enī hora venerat paſſionis: quinetiā malle/
bat adhuc iudęos ſanare q̄ ꝑdere: vt ineffi/
caci furoris exitu deſinerent velle: qđ imple
re nō poſſent. Uides igitᷣ et hic diuinitatis
eſſe qđ non captus eſt: ⁊ illic volūtatis eſſe
qđ captus eſt. Nam quēadmodū a paucis
teneri potuit: q̄ a populo nō tenetᷣ? Sȝ no/
luit ſacrilegiū eſſe multorum vt in auctores
culpę crucis inuidiā retorqueret: atqȝ a pau
cis q̄dē affigeretᷣ: ſed ꝓ toto orbe moreretᷣ.

## Cōfirmatio doctrinę chriſti per miracula.

Ca. XVII.

e **T i ſynagoga erat homo ha/ bens ſpirituȝ immundū. (Et infra) Surgens autē de ſyna/ goga intrauit in domū ſymonis et andreę. Socrus autē ſymonis te/ nebatᷣ magnis febribus.** Uide cle
mentiā domini ſaluatoris: nec indignatiōe
cōmotus: nec ſcelere offenſus: nec iīuria vi/
olatus iudęaȝ deſerit. Quinetiā immemor
iniurię: memor clemētię: nūc docēdo: nunc
liberādo: nunc ſanādo infidę plebis corda
demulcet. Et bene ſanctꝰ lucas: virū ab ſpi
ritu nequicię liberatū ante ꝓmiſit: ⁊ ſubdi/
dit fęminę ſanitatē. Utrūqȝ enī ſexum dn̄s
curaturus aduenerat: ⁊ prior ſanari debuit
qui prior creatꝰ eſt: nec ꝓtermitti illa q̄ mo/
bilitate magis animi q̄ prauitate peccaue/
rat. Sabbato medicinę dn̄icę opera cępta
ſignificat: vt ide noua creatura cęperit: vbi
vetus creatura ante deſinit: nec ſub lege eſ/
ſe dei filiū: ſed ſupra legeȝ in ipſo principio
deſignaret: nec ſolui legē: ſed impleri. Neqȝ
enī ꝑ legē: ſed verbo factus eſt mūdus: Si/
Ps. 32. cut legimꝰ: Uerbo dn̄i cęli firmati ſunt. Nō
ſoluitᷣ ergo lex ſed impletᷣ: vt fiat renouatio
Eph. 4. hoīs iam labentis. Unde ⁊ ap̄ls ait: Expo/
liantes vos veterē hominē: induite nouuȝ
qui ſm̄ deū creatus eſt. Et bene ſabbato cę
pit: vt ipſuȝ ſe oſtenderet creatorē: qui ope
ra operibꝰ intexerat: ⁊ ꝓſequeretᷣ opꝰ qđ ip/
ſe iam cęperat: Ut ſi domū faber renouare
diſponat: nō a fundamētis: ſed a culminibꝰ
incipit ſoluere vetuſtatē. Itaqȝ ibi priꝰ ma/
num admouet: vbi ante deſierat: Deinde a
minoribꝰ incipit: vt ad maiora ꝑueniat. Li/
berare a dęmone ⁊ hoīes: ſed in verbo dei
poſſunt: reſurrectionem mortuis imperare
diuinę ſoliꝰ eſt ꝑtātis. Nec quēquā mouere



debet: q̄ ieſu nazareni nomen in libro hoc
diabolus dixiſſe primꝰ inducitᷣ. Nec enī ab
eo chriſtus nomē accepit: qđ de cęlo angelꝰ
ad virginē detulit. Eſt enī huius impuden/
tię: vt inter hoīes aliquid primꝰ vſurpet: et
ad homines quaſi nouū deferat: quo terro/
rem ſuę poteſtatis incutiat. Deniqȝ ⁊ in ge/
neſi primuſ deū homini nūcupauit. Sic enī
Gen. 3. habes: Et dixit ſerpens mulieri. Quid vti/
Gen. 2. qȝ dixit deꝰ? Ne edatis ab oī ligno. Uterqȝ
igitur deceptus a diabolo eſt: ſanatꝰ a chri/
ſto. Sequere cętera: ⁊ euāgelicę lectionis di
ſce myſteria: atqȝ in duorū ſanitate publicę
1. Cor. 15. ſacramentū ſalutis agnoſce. Sicut enim in
adā omnes moriuntᷣ: ita ⁊ in chriſto oēs vi/
uificabūtᷣ. Quis eſt ille qui in ſynagoga ſpi
ritū dęmonis habebat immūdū: niſi ꝑplus
iudęoꝝ: qui quaſi ſerpētinis ſpiris reuinctꝰ
⁊ innodatus diaboli laqueis ſimulatā cor/
poris mundiciā interioris mentis ſordibus
inquinabat? Et bn̄ in ſynagoga hō erat qui
ſpiritū imūdū habebat: qr ſpiritūſanctum
amiſerat. Introierat diabolꝰ: vnde chriſtꝰ
exierat. Simul oſtenditᷣ natura diaboli nō
improba: oꝑa iniqua. Nā qui ꝑ ſuperiorem
naturā deū cōfitetᷣ: opere negat: ⁊ in hoc ap
paret eiꝰ nequicia: ⁊ improbitas iudęorum:
q̄ ita populo veſanę cęcitateȝ mentis effu/
dit vt ꝑplus neget: quē dęmones ꝯfitentur.
O peior magiſtro diſcipuloꝝ hęreditas: il/
le v̄bo dominū tēptat: hi facto. Ille dicit:
Mitte te: iſti adoriuntᷣ vt mittant. Si alti/
ore cōſilio iſta penſamus: animi debemꝰ in/
telligere ⁊ corporis ſanitatē: vt priuſ animꝰ
qui ſerpētinis laborabat inſidijs abſolutꝰ
ſit. Anima enī nunq̄ a corpore vinceretᷣ: ni/
ſi prius a diabolo tēptaretur. Nā cū anima
corpꝰ agat: viuificet ⁊ gubernet: quēadmo/
dū in eius illecebras captiua raperetᷣ: niſi ⁊
ipſa ſuperioris alicuiꝰ poteſtatis vinculis
ſtringeretᷣ? Deniqȝ nō prius eua eſuriuit: q̄
ſerpentis verſutia temptauit: et ideo aduer
ſus ipſum auctorē peccati prius debuit me/
dicina ſalutis operari. Fortaſſis etiā in ty/
po mulieris illiꝰ socrꝰ ſymonis ⁊ andreę va/
rijs criminū febribꝰ caro noſtra languebat:
⁊ diuerſaꝝ cupiditatū immodicis ęſtuabat
illecebris. Nec minorē febrē amoris eſſe di/
xerim q̄ caloris: itaqȝ illa animū febris: hęc
corpuſ inflāmat. Febris enī noſtra auaricia
eſt: febris noſtra libido eſt: eo q̄ ignitę ſint
1. Cor. 5. cupiditates. Unde ⁊ ap̄lus ait: Si nō ſe cō/
tinent nubant: melius eſt nubere q̄ vri. Fe
bris noſtra luxuria eſt: febris noſtra ambi/
tio eſt: febris noſtra iracūdia eſt. Quę licet
corporis vitia ſint: ignem tn̄ oſſibus impli/
cant: mentē: animū ſenſūqȝ ꝯtemptāt. Hęc
prior diaboli ſollicitatᷣ arte. Etenī ager bo/
nus: veſtꝭ: monile: ſuadela ſerpētis eſt: Ho
norū gratia: ſublimitas poteſtatū: epularū
ſuauitas: forma meretricis laqueꝰ eſt diabo
li: ⁊ quaſi quidā nequicię ſpiritaliſ illecebro
ſus affectus: qui ꝑ carnis illecebrā quę cito
fęminea quadā leuitate mollitur: animū q̄
de gradu deijcit. Neqȝ enī formaȝ mulieris
animꝰ priuſq̄ corꝑis oculꝰ ꝯcupiſcit. Deniqȝ
qđ nō videris nō amabis: ſȝ vbi caro ꝯcupi
erit: cōpatiētis q̄ animi ꝯſtātia defetiſcit: ⁊
mens cōſortio amoris inflectitᷣ. Duo enī in
carne vna ſunt: atqȝ ita mors irrepit ſceleri
effectu temptāte diabolo: carne ſuadente.
Uehemētior tn̄ ē animi q̄ corporis febris:
et ideo ꝓ animi volūtate: corporis ſalꝰ ple
rūqȝ ꝯtemnitᷣ: nec a periculis abſtinetᷣ. Un̄
non alienū videtur repetere: quēadmoduȝ
theotimus cum graui oculoꝝ incōmodo la
boraret: ⁊ amaret vxorē: iterdicta ſibi a me/
dico facultate coeundi: cupiditatis impati/
ens: atqȝ impetu libidinis raptꝰ ſe modera/
ri nequiuerit. Sciens enī prudenſqȝ q̄ eſſet
oculos amiſſurꝰ priuſq̄ cōueniret vxori: in
ipſo ęſtu feruētis cupiditatis ⁊ ꝯſuetudinis
apparatu: Uale inquit amicū lumē. Sic fe/
bre libido flagrātior ē: grauiuſqȝ ꝑcipitat ⁊
inflāmat. Sed vbi quis reſipuerit a furore:
tunc cōſcientię interioris viſus aperitᷣ: facti
qȝ ſuccedit pęnitentia: ⁊ pudenda ſui vnuſ/
quiſqȝ facinoris erubeſcit. Tunc deꝰ timetᷣ
⁊ peccator cupit ſe celare ſed nō poteſt: tūc
caro arguitur: diabolus accuſatᷣ. Hęc quaſi
lena vitiorū: ille quaſi auctor erroris. Pate/
ſcit deformitas. Nudū eſt enī deo omne ſe/
cretū: nec illius ficus folijs: hoc eſt: tegimine
corporali: vel iactātia ſęculari: flagitiorū ſe/
creta velantᷣ. Et vnuſquiſqȝ diuinū peccati
cōſcia formidat mente iudiciū dicens: Qui
ſuꝑ me mōtes cadant: in quibꝰ me abſcōdā
fiſſuris petrarū cum venerit cōfringere ter/
ram? Tunc tribulos ⁊ ſpinas animo caro: hoc
eſt: curarū morſus ſollicitudinūqȝ generat:
ęſtuſqȝ quos ſibi ꝑ cōcupiſcentiā carnis ani
mus ipe circūdedit. Etenī quaſi clauis qui/
buſdā ſuffigitur anima corporeis volupta/
tibus: ⁊ cū ſemel adhęſerit cupiditatibꝰ de/

merſa terrenis: difficile in altū pōt vndē de/
ſcendit ſine dei fauore reuolare. Actuū eñ
ſuorū vincta laqueis: ⁊ delitiarū ſeculariuꝫ
illecebris obnoxia iaꝫ tenet. Hūc ergo adā:
hanc euam dñs liberatur⁹ aduenit: quoruꝫ
alter ad imaginē dei factus: altera virtuteꝫ
ſui accipiens viri: ꝙdiu fuit ſubdita fortio/
ri: vnā gerebant in vno ſpū deo placitā vo/
lūtatē; ⁊ in paradiſo poſiti dei vitę cęleſtis
operabant alimoniaꝫ. Poſtea vero ꝙ caro
ſuadere diuerſum: ⁊ legē cępit ꝓpriam non
timere: paradiſi exules facti in huc inferiorē
dimerſūq; locum peccati merito reciderūt.
Nec quiſq; putet incōgruū eſſe: ſi adā atq;
eua in typo animę ⁊ corporis ęſtiment: cum
in typo eccleſię eſtiment ⁊ chriſti. Naꝫ cum
duo eſſe in vna carne apl̄us diceret: adiecit:
Eph.5. Sacramentuꝫ enim hoc magnum eſt. Ego
autē dico in chriſto ⁊ in eccleſia. In quo er/
go ſupni dei: in eo multomagl animi noſtri
pōt eſſe myſteriū. Sꝫ hęret: ſubfixus eſt: ca
ptus eſt: ⁊ corporeis ſuccēſus eſt febrib⁹: cō/
paſſione carnis egreſcit: Quęrēdus eſt me/
dic⁹. Sed quis iſte tātus eſt: qui ſaucię mē/
tis medeatur vlcerib⁹? Quis tantus eſt ho/
mo qui poſſit alijs ſubuenire: cum ſibi ipſe
nō poſſit? Quis alijs poſſit vitā reddē: cuꝫ
ipſe mortē nō poſſit euadere? Omnes enim
Ro.5. in adā moriūtur: q: ꝑ vnum hominē in hūc
mundū peccatū itroiuit: ⁊ ꝑ peccatū mors:
⁊ ita omnes hoīes ꝑtranſijt: in quo omnes
peccauerunt. Illius igit culpa mors omniū
eſt. Deniq; miſſi ſunt ſancti: miſſi ſunt ⁊ ꝓ/
phetę: qui oracula diuina loquerentur: nec
quicquā ꝓmouere potuerūt. Quęramus ꝙ
aliquē de angelis aut archangelis medicū.
Sed queādmodū mihi poſſunt ꝑſidiū fer/
re ne peccem: cū ipē archangelus a peccato
nō potuerit abſtinere? Queādmodū ad pa
radiſum angelus reuocare me poterit: cum
ipſe ſathanas ⁊ angeli ſui ſedē quā accepe/
rant ſeruare nō potuerunt?

## De aſcenſu ieſu in nauē ſymonis vt doceret: ⁊ miraculo quoſdaꝫ ad ſe traheret.

### Capitulo quinto.

Ca.XVIII A Scendens aūt in vnā na/
uim q̄ erat ſymonis: roga/
uit eum v a terra duceret
puſillū. Ubi dñs multl ipar/
tiuit varia genera ſanitatuꝫ: nec tēpore nec
loco cępit ab ſtudio ſanandi turba cohibe/
ri: Veſper incubuit: ſequebant: ſtagnū oc/
currit: vrgebant. Et ideo aſcēdit in petri na
uim. Hęc eſt illa nauis quę adhuc ſm mat/
theū fluctuat: ſm lucam replet piſcibus: vt
⁊ principia eccleſię fluctuantis: ⁊ poſteriora
exuberātis cognoſcas. Piſces eñ ſunt qui
hanc enauigant vitā. Ibi adhuc diſcipulis
chriſtus dormit: hic ꝑcipit. Dormit eñ tepi
dis: ꝑfectis vigilat. Sed queādmodū dor/
miat chriſtus: audiſti dicentem in ꝓpheta:
Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Et ſanctus Canti.5.
matthęus recte non ꝑtermittendū putauit
ęternę iudiciū poteſtatis: vbi imperat ven/
tis. Nō eſt eñ humana doctrina: ſicut audi
ſti iudęos dicere: Verbo imperat ſpiritib⁹:
ſed cęleſtis maieſtatis inſigne. Qꝫ turbatū
ſedatur mare: ⁊ diuinę vocis imperio obſe/
quunt elemēta: atq; inſenſibilia ſenſum ac/
cipiunt obſequēdi: diuinę myſteriuꝫ gratię
reuelat. Qꝫ fluctus miteſcunt ſęculi: verbo
immūdus ſpiritus cōquieſcit: nō alterū al/
tero refellitur: ſed vtrūq; celebratur. Habes
miraculū in elementis: habes documentuꝫ
in myſterijs. Ergo q: ſanctus matthę⁹ illaꝫ
ꝑlibauerat: ſanct⁹ lucas eam ſibi nauim in
qua petr⁹ piſcaret elegit. Nō turbatur iſta
quę petrū habet: turbat illa quę iudam ha/
bet. Et ſi multa illic diſcipulorū merita na/
uigabant: tñ ea adhuc ꝑfidia ꝓditoris agi/
tabat. In vtraq; petr⁹: ſed qui ſuis meritis
firmus eſt: turbat alienis. Caueamus igit
ꝑfidum: caueamus ꝓditorē: ne ꝑ vnū pluri/
mi fluctuemus. Ergo nō turbat hęc nauis
in qua prudētia nauigat: abeſt ꝑfidia: fides
aſpirat. Queādmodū eñ turbari poterat:
cui ꝑerat is in quo eccleſię firmamentū eſt?
Illic ergo turbatio vbi modica fides: hic ſe/
curitas vbi ꝑfecta dilectio. Deniq; etſi alijs
imperatur vt laxent retia ſua: ſoli tñ petro
dicit: **Duc in altum:** Hoc eſt: in ꝓfū/
dum diſputationū. Quid eñ tam altuꝫ: ꝙ
altitudinē diuitiarū videre: ſcire dei filium:
⁊ ꝓfeſſionē diuinę generationis aſſumere?
Quā licet mens nō queat hūana plene ra/
tionis inueſtigatione cōprehēdere: fidei tñ
plenitudo cōplectit. Nā etſi non licet mihi
ſcire queādmodū natus ſit: non licet tamē
neſcire ꝙ natus ſit. Seriē generationis ig/
noro: ſed auctoritatem generationis agno/
ſco. Nō interfuim⁹ cū ex patre dei filius na/
ſceret: ſed interfuim⁹ cū a patre dei filius di
ceretur. Si deo nō credimus cui credemus?



Omnia eñ quę credim⁹: vel viſu credimus:
vel auditu. Viſu ſępe fallimur: audit⁹ in fi/
de eſt. An aſſerētis ꝑſona diſcutitur? Si vi
ri boni dicerent: nefas putaremus nō crede
re: deus aſſerit: ꝓbat filius: refugiens ſol fa
tetur: tremēs terra teſtatur. In hoc altū di/
ſputationis eccleſia a petro ducitur: vt vi/
deat hinc reſurgentē dei filiū: inde ſanctum
ſpiritū ꝓfluentē. Quę ſunt autē apoſtoloꝝ
quę laxari iubent retia: niſi verboꝝ comple
xiones: ⁊ quaſi quidā orationis ſinus: ⁊ di/
ſputationū receſſus: qui eos quos cęperint
nō amittant. Et bene apoſtolica inſtrumen
ta piſcandi retia ſunt: quę nō captos peri/
munt: ſed reſeruāt: ⁊ de ꝓfundo ad lumen
extrahunt: ⁊ fluctuātes de infernis ad ſuꝑ/
na perducūt. Eſt ⁊ aliud apoſtolicū piſcan/
di genus: quo genere ſolū petrū piſcari do/
Matth.17. minus iubet dicens: Mitte hamū: ⁊ eū pi/
ſcem qui primus aſcenderit tolle. Magnuꝫ
quidem eſt ⁊ ſpiritale documentū: quo chri
ſtiani viri ſublimiorib⁹ poteſtatib⁹ docētur
debere eſſe ſubiecti: ne quis conſtitutioneꝫ
regis terreni putet eſſe ſoluendā. Si eñ cen
ſum dei filius ſoluit: quis tu tantus es: qui
nō putes eſſe ſoluendū? Et ille cēſum ſoluit
qui nihil poſſidebat: tu auteꝫ qui ſęculi ſe/
queris lucrū: cur ſęculi obſequiū non recog
noſcas? Cur te ſupra ſęculū quadā animi ar
rogantia feras: cū ſęculo ſis miſera cupidi/
tate ſubiectus? Pendit igitur didrachma:
qđ erat preciū noſtrę redēptionis ⁊ corporl
in lege ꝓmiſſum: in euangelio ꝑſolutū: nō
ocioſe in ore piſcis inuentū: Ex ore eniꝫ tuo
iuſtificaberis. Etenim preciū immortalita/
tis eſt nobis noſtra cōfeſſio: q: ſicut ſcriptū
Ro.10. eſt: Ore cōfeſſio fit ad ſalutē. Et fortaſſe pri
mus hic piſcis: primus eſt martyr: in ore ha
bens didrachma: hoc eſt: preciū cenſus. Di
drachma noſtrū chriſtus eſt. Habebat igit
primus ille martyr ſtephan⁹ ſcꝫ: in ore the/
ſaurū: cū chriſtū in paſſione loqueret. Sed
reuertamur ad ꝓpoſitū locum: ⁊ diſcamus
apoſtolicā humilitatem.

## De reſponſione ſymonis.

P Receptor (inquit) ꝑ totam noc/
tem laborātes nihil cepimus:
ſed in verbo tuo laxabo rētia. Et
ego dñe ſcio: q: nox mihi eſt qñ nō iperas.
Nemo adhuc nomē ſuum dedit: adhuc no/
ctem habeo. Miſi iaculum vocis ꝑ epipha/
niā: ⁊ adhuc nihil cępi. Miſi ꝑ dies: ſpecto
vt iubeas: in verbo tuo laxabo retia. O va/
cua ꝑſumptio: o humilitas fructuoſa: q ni/
hil ante cęperant: magnā in verbo dñi con/
cludunt piſciū multitudinē. Nō hoc huma/
nę facundię opus: ſed ſuꝑnę vocationis eſt
mun⁹. Cedunt diſputationes hominū: fi/
de ſua plebs credit. Rumpunt retia: nec la/
bitur piſcis: vocantur ad adiumentū ſocij:
qui erant in alia naui. Quę eſt illa alia na/
uis: niſi forte iudęa: ex qua iohānes ⁊ iaco/
bus eliguntꝰ? Facta eſt eniꝫ iudęa ſignifica/ Ps.115.
tio eius. Hi igitur de ſynagoga ad nauē pe/
tri: hoc eſt: ad eccleſiā cōuenerunt: vt imple
rent ambas nauiculas. Omnes eniꝫ in no/
mine ieſu genu flectunt: ſiue iudę⁹: ſiue gręcus:
omnia ⁊ in omnib⁹ chriſt⁹. Sꝫ mihi cu/
mulus iſte ſuſpectus eſt: ne plenitudine ſui
naues pene mergant. Oportet enim ⁊ hęre
ſes eſſe vt ꝓbent boni. Poſſumus tamē et
aliā eccleſiam intelligere nauem alteri⁹. Ab
vna eñ plures eccleſię diriuantur. Ecce alia
ſollicitudo petri: cui ſua iam pręda ſuſcepta
eſt. Sed nouit ꝑfectus queādmoduꝫ ſerua/
re poſſit reconditos: qui ſcit queādmodum
poſſit capere diſperſos. Quos in verbo ca/
pit: verbo credit: negat ſuā prędā: negat ſu
um munus. **Exi (inqt) a me domine: quia homo peccator ſum.** Admi/
rabatur eniꝫ dona diuina: ⁊ qđ plus meru/
erat: hoc prę ſumebat minus. Dic ⁊ tu: Exi
a me dñe: q: homo peccator ſum: vt reſpon
deat tibi domin⁹: noli timere. Indulgentl
dño peccatum fatere. Noli timere etiā quę
tua ſunt dño deferre: quia quę ſua ſunt: no/
bis ille ꝯceſſit. Neſcit inuidere: neſcit eripe/
re: neſcit auferre. Vides ꝙ bon⁹ dominus:
qui tantū tribuit hominib⁹: vt viuificandi
habeant poteſtatē.

Expoſitiōis ſancti Ambroſij epi
ſcopi in euangeliū ſm lucam liber
quartus explicit.

## Liber eiuſdē quintus incipit.

## Cōfirmatio doctrinę chriſti per miraculū de leproſo mundato.

E T factum eſt eū Ca.XIX.
eſſet in vna ciuitatuꝫ:
ecce vir plenus lepra:
⁊ ipſe ꝓcidens in faci/
em: rogauit eū dicēs:
Domine ſi vis potes me mūdare.

**Et extendēs manum: tetigit illum**
**dicens: Uolo: mundare.** Bene vbi
leproſus mundat: certus nō exprimitur lo/
cus: vt oſtendat nō vnum populū ſpecialis
alicuius ciuitatis: ſed omniū populos fuiſ/
ſe ſanatos. Bene aūt ⁊ ſm lucaʒ: quarto ſi/
gno ex quo in capharnaū dn̄s venit: iſte ſa
natur. Nam ſi quartū diē ſole illuminauit:
⁊ clariorē ceteris fecit diebus cū illuceſcerēt
elementa mundi: ⁊ hoc clarius opus eſtima
re debemus. Et ſm mattheum primus hic
poſt benedictiones a domino ſanatꝰ indu/
Matth. 5. cit: vt quia dixerat dn̄s: Nō veni legem ſol/
uere: ſed adimplere. Ille qui excludebat a
lege: purgari ſe dn̄i poteſtate pſumens: nō
ex lege: ſed ſupra legē eſſe gratiā iudicaret:
que leproſi maculā poſſet abluere. Uerum
vt in dn̄o poteſtatis auctoritas: ita in illo fi
dei cōſtantia declarat. Ille in faciē pcidit:
qđ humilitatis eſt ⁊ pudoris: vt vnuſquiſqꝫ
de ſue vite maculis erubeſcat. Sed cōfeſſio
nē verecundia nō repreſſit: Oſtendit vulnꝰ:
remediū poſtulauit: ⁊ ipſa religionis ⁊ fidei
plena confeſſio eſt. Si vis inquit potes me
mundare. In volūtate domini tribuit po/
teſtatē: De volūtate autē domini: nō quaſi
pietatis incredulus dubitauit: ſed quaſi col/
luuionis ſue cōſcius nō pſumpſit. Cui mo/
rali quadā dn̄s ſanctitate reſpondit: Uolo
mundare. Et cōtinuo lepra eius diſceſſit ab
eo. Nihil eñ mediū eſt inter opus dei atqꝫ
preceptū: qꝛ in pcepto eſt opus. Deniqꝫ di/
xit: et facta ſunt. Uidetis igitur ꝙ dubita/
ri non poteſt: qꝛ voluntas dei poteſtas eſt.
Si ergo voluntas eiꝰ poteſtas eſt: qui vniꝰ
voluntatis trinitatē aſſerūt: vnius vtiqꝫ aſ
ſerunt poteſtatis. Itaqꝫ ſtatim lepra eiꝰ diſ
ceſſit: vt itelligas medētis affectū: ꝗ verita
tem operi addidit. Deniqꝫ ſm marcū miſe/
ratus eſt dominꝰ eius: qđ eſt pulchre poſi/
tū. Et pleraqꝫ talia poſuerunt euāgeliſte: ꝗ
nos vtraqꝫ fundare voluerūt: deſcribentes
ſigna virtutis ad fideʒ: exprimentes opera
virtutis ad imitationē. Unde ⁊ tangit non
dedignatꝰ: ⁊ imperat nō diffiſus. Hoc eniʒ
eſt indiciū poteſtatis: qꝛ quaſi habens po/
teſtatē ſanādi: ⁊ iubendi auctoritatē: ⁊ ope/
randi teſtimoniū nō refugit. Uolo ergo di/
cit: ꝓpter fotinū: imperat ꝓpter arriū: tan/
git ꝓpter manicheū. Nec vniꝰ tantū lepra
Iob. 15. curatur: ſed omniū: quibus dicit: Iam vos
mundi eſtis ꝓpter ſermonē quē locutꝰ ſum
vobis. Si igitur lepre medicina verbū eſt:
cōtemptus vtiqꝫ verbi lepra mentis eſt. Sʒ
ne lepra tranſire poſſit in medicū: vnuſqſqꝫ
dominice humilitatis exemplo iactantiā vi
tet. Cur enim precipitur nemini dicere: niſi
vt doceret nō vulganda noſtra beneficia: ſʒ
premenda: vt nō ſolum a mercede abſtinea
mus pecunie: ſed etiaʒ gratie? Aut fortaſſe
etiam illa ſilentij cauſa eſt imperati: ꝙ meli
ores putabat qui fide magis ſpontanea ꝙ̄
ſperatis beneficijs credidiſſent. Offerre au/
tē iuxta legem ſe precipitur ſacerdoti: nō vt
aliū deferat: ſed vt ſeipſum deo offerat ſpi/
ritale ſacrificiū: vt actus preteriti colluuio/
ne deterſa: per cognitionē fidei: ⁊ ſapientie
diſciplinā: placitura deo hoſtia cōſecretur.
Omnis enim victima ſale ſalietur. Unde ⁊
paulus ait: Obſecro ergo vos fratres ꝑ mi/ Ro. 12.
ſericordiā dei vt exhibeatis corpora veſtra
hoſtiam acceptabilē: placenteʒ deo. Simul
illud mirabile: ꝙ eo ſanauit genere: quo fu/
erat obſecratus: Si vis potes me mūdare.
Uolo inquit: mūdare. Habes voluntateʒ:
habes etiā pietatis affectuʒ. Et extendens
manū tetigit eum. Lex tangi leproſos ꝓhi/
bet: ſed qui dominꝰ legis eſt nō obſequitur
legi: ſed legem facit. Non ergo tetigit: quia
ſine tactu mundare nō poterat: ſed vt ꝓba/
ret quia ſubiectus nō erat legi. Nec cōtagi/
um timebat vt homines: ſed quia contami
nari non poterat qui alios liberabat: ſimul
econtrario lepra tactu domini fugaret: que
ſolebat cōtaminare tāgentē. Oſtendere au
tem ſe ſacerdoti iubetur: ⁊ offerre ꝓ emūda
tione ſua: vt dū offerret ſacerdoti ſe intelli/
geret ſacerdos: non legis ordine: ſed gratia
dei ſupra legeʒ eſſe curatū. Et dum mūdat
per ſacrificiū ſm preceptuʒ moyſi: oſtende/
ret dominꝰ: quia legem nō ſolueret ſed im/
pleret: qui ſm legem gradiens: ſupra legem
ſanare eos quos remedia legis nō ſanaue/
rant videret. Et bene addidit: ſicut pcepit
moyſes. Lex eñ ſpiritalis eſt: ideoqꝫ vide/
tur ſacrificiū ſpiritale mādaſſe. Deniqꝫ ad/
didit: vt ſit in teſtimonium hoc vobis. Hoc
eſt: ſi deo credatis: ſi impietatis lepra diſce/
dat: ſi occultorum cognitor ſit ſacerdos: ſi
puri teſtis affectus: vnde poteſt ille magis
ſacerdos videri: quiem occulta non latent:
cui dicitur: Tu es ſacerdos in eternum: ſm Ps. 109.
ordinem melchiſedech.

## Cōfirmatio eiuſdē per miraculū



## de paralytico ꝑ tectum ſubmiſſo.

Ca. XX. **Et ecce viri portātes in lecto**
**hominē qui erat paralyticꝰ:**
**⁊ querentes eum inferre: et**
**ponere ante illum. Et nō inuenien/**
**tes qua parte illū inferrēt pre tur/**
**ba: aſcenderunt ſuper tectuʒ: ⁊ per**
**tegulas ſubmiſerunt illuʒ in lecto**
**in mediū ante ieſum.** Nō ocioſa hu/
ius paralytici: nec anguſta medicina eſt: qñ
dominꝰ et oraſſe pmittitur: Nō vtiqꝫ ꝓpter
ſuffragium: ſed ꝓpter exemplū. Imitandi
eñ ſpeciē dedit: nō precandi ambitū requi/
ſiuit. Et cōuenientibꝰ ex omni galilea: ⁊ iu/
dea: ⁊ hieruſalē legis doctoribus: inter ce/
terorū remedia debiliū: paralytici iſtiꝰ me/
dicina deſcribit: Primū omniū quod ante
diximus: vnuſquiſqꝫ eger petende precato/
res ſalutis debet adhibere: ꝑ qs noſtre vite
cōpago reſoluta: actuūqꝫ noſtroruʒ clauda
veſtigia verbi celeſtis remedio reformēt.
Sint igitur aliqui monitores mentis: ꝗ ani
muʒ hominis: ꝗuis exterioris corporis de/
bilitate torpentē ad ſuperiora erigant. Quo/
rum rurſus adminiculis ⁊ attollere ⁊ humi/
liare ſe facilis ante ieſum locet: dominico vi
deri dignus aſpectu. Humilitatē eniʒ reſpi
cit dn̄s: qꝛ reſpexit humilitatē ancille ſue.

## De ſubmittentium fide: chriſtuʒ ad curationē mouente.

**Quorum fidem (inquit) vt vidit.**
Magnus dominꝰ: qui aliorū meri/
to ignoſcit alijs: ⁊ dum alios ꝓbat: alijs re/
laxat errata. Cur apud te homo collega nō
valeat: cum apud deum ſeruꝰ ⁊ interueniē/
di meritum: ⁊ ius habeat impetrandi? Di/
ſce qui iudicas ignoſcere: diſce qui eger es
impetrare. Si grauiū peccatorum diffidis
veniā: adhibe precatores: adhibe eccleſiam
que ꝓ te precetur: cuiꝰ cōtemplatione: qđ ti
bi dominꝰ negare poſſet: ignoſcit. Et ꝗuis
hiſtorie fidem debeamꝰ nō omittere: vt ve/
re paralytici iſtius corpꝰ credamus eſſe ſa/
natum: cognoſce tamē interioris hominis
ſanitatē: cui peccata donant. Que cū iudei
aſſerunt a ſolo deo poſſe cōcedi: deuʒ vtiqꝫ
cōfitentur: ſuoqꝫ iudicio pfidiam ſuā ꝓdūt:
vt opus aſtruant: perſonā negēt. Itaqꝫ ab
ipſis ⁊ operis ſui dei filius accepit teſtimo/
nium: ⁊ vocis ſuffragiū nō requirit. Perfi/
dia eñ confiteri poteſt: credere non poteſt.
Itaqꝫ teſtimoniū nō deeſt diuinitati: fides
deeſt ſaluti. Nam ⁊ validius eſt ad fidē qđ
cōfitentur inuiti: ⁊ pnicioſius ad culpaʒ qđ
negant: qui ſuis aſſertionibꝰ reuincuntur.
Magna itaqꝫ infide plebis amentia: vt cū
ꝯfeſſa fuerit ſolius dei eſſe donare peccata:
nō credat deo peccata donanti. Dominus
autē ſaluos volēs facere peccatores: ⁊ occul
toꝝ cognitione deū ſe eſſe demōſtrat: ⁊ ad/
miratione factorū adijciens:

## De ſcribarum ⁊ phariſeorum re/ prehenſione.

**Quid eſt faciliꝰ dicere: Dimiſſa**
**ſūt tibi pctā tua: aut dicere: ſur**
**ge ⁊ ambula.** Quo loco plenam ſpeci
em reſurrectionis oſtendit: qui mentis vul/
neribus corporiſqꝫ ſanatis peccata donat
animoꝝ: debilitatē carnis excludit: hoc eſt
eñ totum hominē eſſe curatum. Quis igi/
tur magnū ſit hominibꝰ peccata dimittere(
Quis eñ poteſt peccata dimittere: niſi ſo/
lus deus: ꝗ ꝑ eos ꝗ̄ dimittit quibus dimit
tendi tribuit poteſtatē) tamē multo diuiniꝰ
eſt reſurrectionē donare corporibꝰ: qñquí/
dem ipſe dominꝰ reſurrectio eſt. Hic lectus
qui tolli iubet: quid eſt aliud: niſi qꝛ huma/
nuʒ iubet corpus attolli? Ipſe eſt qui ꝑ ſin/
gulas noctes lauat a dauid lectus doloris:
in quo anima noſtra graui conſcientie egra
cruciatu iacebat. Sed ſi quis ſm chriſti pre/
cepta ſe geſſerit: iam nō lectus doloris eſt:
ſed quietis. Miſeratione etenī domini ce/
pit quies eſſe: qđ mors erat: qui nobis ſopo
rem mortis vertit in gratiā voluptatis. Nec
ſolum leuare lectum: ſed etiā domū ſuaʒ re/
petere: hoc eſt: ad paradiſum redire cenſe/
tur. Ea eſt eñ vera domus que hominē pri
ma ſuſcepit: nō iure amiſſa ſed fraude. Me
rito ergo reſtituit domus: quoniā venerat
qui nexū fraudis aboleret: ius reformaret.
Nec mora vlla ſanitatis interuenit: vnū di
ctoruʒ remediorūqꝫ momentū eſt. Spectāt
ſurgentē increduli: mirant abeuntē: ⁊ diui/
ni operis miracula malunt timere ꝙ̄ crede/
re. Nā ſi credidiſſent: non timuiſſent vtiqꝫ:
ſed dilexiſſent. Perfecta eñ dilectio timorē 1. Ioh. 4.
excludit foras. Et ideo iſti quia non dilige/
bant calūniabantur. Calūniantibꝰ aūt di/
cit: **Quid cogitatis mala in cor/**
**dibus veſtris?** Quis hoc dicit? Sacer
dos magnus: qui lepraʒ videbat in cordibꝰ
iudeorum: oſtēdit eos peiores eſſe leproſo.
Ille ſacerdoti eſt ſe iuſſus offerre purgatꝰ:

hos ſacerdos repudiat:ne alios ꝗ̄ lepra eo
rum cōtaminet.

## De myſtica vocatione publicani.

La. XXI. Equit myſtica vocatio publicani:
ſ quē ſequi iubet:nō corporis greſſu
ſed mentis affectu. Itaqꝫ ille prius
auara de mercedibus:dura de laborib⁹: pe
riculiſqꝫ nautarum emolumēta cōuertens:
verbo vocatus:ꝓpria dereliquit:qui rapie
bat aliena:ac vile illud ſedile deſtituēs: to/
to poſt dominū veſtigio mētis incedit:Cō/
uiuij quoqꝫ magni exhibet apparatū. Qui
eñ domicilio chriſtū recipit interno: maxi/
mis delectationib⁹ exuberantiū paſcit vo/
luptatū. Itaqꝫ domin⁹ libenter ingredit: ⁊
in eius qui crediderit recūbit affectu. Sed
rurſus accendit inuidia ꝑfidiorum:⁊ futurę
pęnę ſpecies ꝓfiguratur:Epulātibus eñ fi/
delibus:⁊ in illo cęlorū recūbētibus regno:
ꝑfidia ieiuna torquebitur. Simul oſtendit
quantū interſit inter ęmulos legis ⁊ gratię:
ꝙ illi qui legem ſequunt: ieiunę mentis fa/
mem patiant ęternā:Qui vero verbū in in
terioribus animę receperūt: alimēti cęleſtis
⁊ fontis vbertate recreati:eſurire ⁊ ſitire nō
poſſūt. Et ideo qui animo ieiunabāt:mur/
murabant dicentes: Quare cū publicanis
⁊ peccatoribus manducat ⁊ bibit? Serpen/
tina vox iſta eſt. Deniqꝫ hanc primā vocem
Gen.3. ſerpens emiſit dicens euę:Quid vtiqꝫ dixit
deus: Nolite manducare ex omni ligno? Er
go patris ſui venena diffundūt: qui dicūt:
Quid vtiqꝫ cū publicanis ⁊ peccatorib⁹ mā
ducat ⁊ bibit? Unde dominus cū peccatori
bus māducando:etiā cū gentilibus nō ꝓhi
bet nos inire conuiuiū dicens: Nō egēt qui
ſani ſunt medico:ſed qui male habent. No
uum medicamentū:nouus magiſter adue/
xit. Hoc de terra nō pullulauit. Imprudēs
eñ eſt creatura hui⁹ cōfectiōis. Uenite om
nes qui incurriſtis peccatorū varias paſſio
nes: vtimini peregrino medicamento:quo
venenū ſerpentis excludit:qđ nō ſoluz paſ
ſionum abſtulit cicatricē:ſed etiam cauſam
diri vulneris amputauit. Hoc medicamen/
tum non famem indicit: ſed cibum animę
ſubminiſtrat. Uenit eñ filius hoīs mandu
cās ⁊ bibēs:⁊ dicūt: Dęmoniū habet:⁊ vo/
rax eſt. Et ideo mens noſtra non eſt ieiuna:
Ieiunāt hi quib⁹ abeſt chriſtus: bonorūqꝫ
meritorꝫ copijs egent. At vero cui virt⁹ ſua
volūtate ſufficit:qui ſua domo recipit chri/
ſtum:conuiuiū magnū exhibet:hoc eſt:bo/
norꝫ operum ſpiritale conuiuiū: quo diues
populus eget:pauper epulat.

## De excuſatione diſcipulorum.

e T ideo (inquit) ieiunare nō poſ/
ſunt filij ſponſi:ꝗ̄diu cum illis
eſt ſponſus. Ueniet autem dies cū
auferetur ab illis ſponſus: et tunc
ieiunabant in illis diebus. Qui
ſunt illi dies quib⁹ a nobis chriſtus aufert:
maxime cū ipſe dixerit: Uobiſcum ero vſqꝫ Matth.28.
ad ꝯſummationem mundi? Ipſe dixit: Nō Joh.14.
relinquā vos orphanos. Certuz eſt eñ ꝙ ſi
nos relinquat:ſalui eſſe nequeam⁹. Nemo
tibi chriſtum poteſt auferre: niſi teipſe au/
feras. Non te auferat iactantia tua :non te
auferat arrogantia: nec tibi de lege prę̄ſu/
mas. Nō eñ vocare iuſtos venit:ſed pecca/ Matth.9.
tores. Quomō igitur dominus iuſticias di
lexit:neqꝫ dauid vidit iuſtuz derelictū? Aut
quę iſta ęquitas ſi iuſtus relinquitur:pecca
tor aſciſcitur:niſi intelligas ꝙ eos iuſtos di
cit:qui ex lege prę̄ſumant:⁊ euangelij grati
am nō requirant? Nemo aūt iuſtificat ex le
ge:ſed redimit ex gratia. Eſt igit in lege iu/
ſticia:ſed nō ꝑ legem iuſticia. Nā ipſe apo/ Phil.3.
ſtolus hebręus ex hebręis:ſm legē phariſę/
us:ſm iuſticiā quę in lege eſt cōuerſatus ſi/
ne querela: ꝗ gloriat ex lege: quę mihi inꝗt
lucra fuerunt:hęc duxi ꝓpter chriſtuz detri/
menta eſſe:hoc eſt:abiecit iuſticiam ⁊ glori/
am legis. Iuſticia eñ legis ſine chriſto va/
cua eſt:quia plenitudo legis chriſtus eſt. Et
ideo etſi eſt in lege iuſticia:nō eſt tamen per
legem iuſticia. Si eñ per legem iuſticia:er/
go chriſtus gratis mortuus eſt. Mortuus
eſt enim chriſtus:vt impleret iuſticiaz. De/
niqꝫ iohanni dicenti:Ego a te debeo bapti
zari:⁊ tu venis ad me: Reſpōdit: Sine mo
do: ſic enim decet nos implere omnem iu/
ſticiam. Ergo nō gratis mortuus:ſed ꝓ no/
bis mortuus ē chriſt⁹: vt iuſti fulgerent ſi/
cut ſol in regno patris ſui. Sꝫ nō iudęi iuſti
quibus dicitur: Cū videritis iuſtos intrare
regnū cęlorū. Iſti ſunt iuſti qui ꝑcutientem
nō repercutiūt:qui inimicū diligunt. Si ſic
nō accipimus:inuenit contrariū: Nō veni
vocare iuſtos. Sed illos nō vocat:qui ſe iu
ſtos dicunt. Ignorantes eñ deum: ⁊ ſuam Ro.10.
iuſticiā quęrentes ſtatuere: iuſticię dei non
ſunt ſubiecti. Ergo vſurpatores iuſticię nō
vocātur ad gratiā. Nam ſi gratia ex pęnitē/



tia:vtiqꝫ qui faſtidit pęnitentiam abdicat
gratiam. Iſti erunt vulnerati:qui ſe ſancti/
ficant. Iſtis ſponſus aufertur: Nobis autē
nō caiphas:nō pilatus chriſtū abſtulit: nec
poſſumus ieiunare:qꝛ chriſtum habemus:
⁊ chriſti carne epulamur et ſanguine. Quō
eñ videtur ieiunare qui nō eſurit? Quomō
autē ſitire pōt qui bibit chriſtū: cū ipſe dixe
Joh.4. rit: Qui biberit de aqua quā ego dabo: nō
ſitiet in ęternū. Deniqꝫ de animi dictū ieiu/
nio etiā ſequentia declararunt.

## De prima ſilitudine ꝑ ieſū data.

d Ixit enim ſimilitudinem ad il/
los:quia nemo cōmiſſuraz de
veſtimento nouo immittit in veſti/
mentū vetus. Dixerat filios ſponſi:
hoc eſt:filios verbi:qui ꝑ lauacri regenera/
tionez in ius diuinę regenerationis aſſum/
pti ſūt:ꝗ̄diu cū illis eſt ſpōſus:ieiunare nō
poſſe. Nō vtiqꝫ hoc ieiuniū relegatur: quo
conficit caro:⁊ corporalis luxuria caſtigat.
Hoc eñ ieiuniuz nos cōmendat deo. Nam
quēadmodū diſcipulos ieiunare ꝓhiberet:
cū ipſe dñs ieiunaret:⁊ cū poſtremo diceret
neqꝗſſimos ſpiritus nō niſi ieiunijs ⁊ oratio
nibus ſuperari poſſe? Deniqꝫ etiā hoc loco
ieiuniū veſtimentū appellauit vetus:qđ ex/
Col.3. uendū apoſtolus ęſtimauit dicens: Expoli
ate vos veterem hominē cū actibus eius:⁊
induamus eū qui baptiſmatis ſanctificati
one renouat. In eandē igitur formā ſeries
conuenit pręceptorū:ne actus veteris ⁊ no/
ui hominis miſceam⁹:cū ille corporalis ex/
terior opera carnis operet:⁊ hic interior qui
renaſcitur:nō verſiculorū ſpeciem veterum
nouorūqꝫ debeat habere geſtorū:ſed conco
lor chriſto illū ſtudio mentis imitari: cui re/
natus eſt in lauacro. Abſint igit decolora
mētis velamina:quę diſplicēt ſponſo. Diſ/
plicet eñ ei qui veſtē non habuerit nuptia/
lem. Sponſo aūt quid pōt placere: niſi pax
animi:puritas cordis:charitas mētis? Bo/
nus ſponſus dñs ieſus:hic nouo partu na/
turam initiauit: huic deſponſata corrupte/
lis carnis abſoluitur. Nō filios mortales re
quirit:nō eu ę delectatur dolorib⁹:nō viruz
obnoxiū culpę:nō hęreditate ꝯdemnati pa
tris. Uidit eñ carnis vlcera:quę antea con
cupiſcebat :aduertit nō eſſe pulchritudinez
verā:quę vitiorū habebat deformitatē. Et
ideo quid tibi cuz tali ſpōſo fęmina? Requi
re diligēter:⁊ in omni corpore iuenies cica/



tricem. Cognoſce aliū magis ſponſum qui
circūdatur luce:cuius ſpecies nō poteſt in/
terire. Hunc tolle in animū tuū:conſecra in
templo tuo: Tolle in corpore tuo :ſicut ſcri/
ptuz eſt: Tollite dominū in corpore veſtro.
Hui⁹ thalamos ingredere nouos:hui⁹ ſpe/
ctato ꝑegrinū decorē:hunc indue: hūc vide
ad dexterā pr̄is:⁊ gaude ꝗa talē habes ſpō/
ſum:hic te veſtiet benedictione:ne qua no/
ceat ſciſſura peccati. Seruemus igit veſtem
qua nos ſacro dñs emergentes fonte veſti/
uit. Cito ſcindit veſtis:ſi facta nō cōgruāt:
cito tineis carnis atteritur: ⁊ veteris homi/
nis errore maculat. Ergo hic noua veterib⁹
copulare. In apoſtolo autē etiam nouis ve
tera ſuꝑueſtire ꝓhibemur: ſed exuere vet⁹:
nouū ſumere: vt expoliati:nō nudi inuenia
mur. Expoliamur eñ meliora ſumpturi:nu
damur aūt cū indumētū nobis aliena frau/
de detrahit:nō noſtra volūtate deponit.

## De ſecunda ſimilitudine.

e T nemo mittit vinum nouum
in vtres veteres. Fragilitas
humanę conditionis aperit:cū corpora no/
ſtra exuuijs defunctorū animaliū cōparan/
tur. Atqꝫ vtinā bonorum vtriuz vſum poſ/
ſimus implere:vt ſacramentū qđ accepim⁹
reſeruem⁹. Leuat iniuriā induſtria:ſi reno/
uatis vtribus noua vina creduntur: Et ideo
vtres hos plenos ſeruare ſemꝑ debemus.
Uacuos eñ cito tinea ⁊ erugo cōſumit:gr̄a
ſeruat impletos. Pulchre aūt operi huic ta
lia pręcepta ꝯueniunt. Sextū eſt eñ opus:
quo matthęus leui noua quadaz figuratur
forma. Sexto autē die factus eſt homo. Se
xto igitur chriſti opere reformat:iam nō ve
tus ſed noua creatura:⁊ quędā forma pere/
grina. Et ideo tanꝗ̄ noua creatura conuiui
um chriſto exhibet:eo ꝙ ⁊ in ipſo chriſt⁹ de/
lectaret:⁊ ipſe partē delectationis mereret
habere cū chriſto. Ad hunc igitur informā/
dum ꝓ̄cepta dat domin⁹. Sequebatur eñ
iam lętus:alacer ⁊ exultans dicēs: Iam nō
publicanū gero:iam non porto leuin. Exui
leuin:poſtꝗ̄ chriſtū indui. Odi genus meū:
fugio vitam meā priorem:ſolū te ſequor do
mine ieſu ꝗ ſanas vulnera mea. Quis eniz
me ſeparat a charitate dei:quę in te eſt? Tri
bulatio:an anguſtia:an fames? Ligat⁹ ſum
fidei clauis quibuſdā:⁊ bonis compedibus
charitatis innex⁹ ſum. Omne mandatū tu/
um ſicut cauteriū impꝛeſſuz tenebo. Et ſi vrit

cauteriū mandati: tamen putrefacta carnis
exurit: ne ad viuū ſerpat cōtagio. Et ſi mor/
det medicamentū: tamē vitium vlceris tol/
lit. Aufer igit domine ieſu potēti machęra
tua meoꝝ putredines pctōꝝ: Dum me ha/
bes ligatū charitatis vinculis: ſeca qđcūqꝫ
vitium eſt. Ueni cito incidens occulta: ꝛ la
tentes varias paſſiones: aperito vulnꝰ: ne
noxius ſerpat humor. Emūda omne qđ fę/
tiduꝫ eſt: peregrino lauacro. Audite me ter
reni homines: qui in peccatis veſtris cogi/
tationes ebrias geritis. Et ego leuis talibꝰ
paſſionibꝰ eram ſauciatus: Inueni medicū
qui in cęlo habitat: ꝛ in terris ſpargit medi/
camēta. Hic ſolus pōt ſanare vulnera mea
qui ſua neſcit: hic auferre cordis dolorē: pal
lorem animę: qui nouit occulta.

## De eo ꝙ in ſabbato ſecūdo ꝑmo diſcipuli ieſu vellebant ſpicas.

### Capitulū ſextum.

Ca. XXII. f Actum eſt autē in ſabbato
ſecundo primo: cuꝫ tranſi/
ret ieſus per ſata: vellebāt
diſcipuli eius ſpicas ꝛ mā
ducabant: ꝯfricantes eas manibꝰ
ſuis. Nō ſolū cōprehenſione verboꝝ:
ſed etiā vſu ipſo: ſpecieqꝫ geſtorum: incipit
hominē dominꝰ ieſus veteris obſeruatione
legis exuere: nouoqꝫ indumēto veſtire gra/
tię. Itaqꝫ eum iam in ſabbato ꝑ ſeminata
traducit: hoc eſt: admouet fructuoſis itine/
ribus. Quid ſibi ſabbatum velit: quid ſe/
ges: quid ſpicę: non mediocre myſteriū eſt.
Ager eñ eſt om̄is hic mūdus. Agri ſeges:
in ſatione humani generꝭ fęcūditas nume/
roſa ſanctoruꝫ. Spicę agri: fructus eccleſię:
quos operibꝰ diſcutiētes ſuis apoſtoli pa/
ſcebant: noſtro ſe alentes ꝓfectu. Stabat
igit ſeges iā fęcunda virtutū: pullulantibꝰ
ſpicis: quibꝰ noſtri fructus merito cōparan
tur. Eque eñ aut imbre marceſcūt: aut ſole
torrētur: aut pluuijs humeſcūt: aut tēpeſta
tibus elidūtur: aut a meſſoribus intra hor/
reoꝝ fęlicia receptacula recōduntur. Rece/
perat ergo terra iaꝫ dei verbū: ꝛ cęleſti ſemi
ne ſatus diuites fętus ager almus effude/
rat. Eſuriebāt diſcipuli ſalutem hominū: et
tāqꝫ folliculis corporū: mentiū fructus ad ſi
dei lucem ꝑclaris operū ſuorum miraculis
eruebāt. Sed hoc putabant iudęi ſabbato
nō licere. Chriſtus autē nouę gratię mune/
re deſignabat ociuꝫ legis opus gratię. Nec
ſine myſterio hoc ab euangeliſta ſm mat/
theum ꝛ marcū ſabbatū ſcđm poſitū puto:
qm̄ ſabbatum perpetuę ferię ſunt reſurrecti
onis ęternę. Uel in hoc igitur ſęculo feriatꝭ
ac vacantibus ſupſtitionibus iudęoꝝ: vel
in futuro ferias ipſi ꝑpetua ſollēnitate cele/
brantes: quę bona ſunt terrę mādučabimꝰ:
Iuxta quod ſcriptū eſt: Illi manducabunt Eſa. 65.
vos vero eſurietis. Mire tamē ſm lucam:
ſecūdo primū: non primo ſecundū ſabbatū
dixit. Δευτερουπρωτον eñ ſcriptū ē. Prę
ferre eñ debuit qđ pręceſſit. Secūdū ideo:
qꝛ primū ante ex lege ꝓceſſit: in quo etiā pę/
na pręſcripta eſt: ſi quis operaret. Primum
autē ideo: quia ſabbatū illud ex lege ſolutū
eſt: qđ erat primū: ꝛ hoc primuꝫ factum eſt:
qđ ſecūdo eſt conſtitutū. Nam ꝛ cū operari
ſabbato liceat: et operantis nulla ſit pęna:
ſabbati vtiqꝫ ex lege: cuiꝰ vis ſoluta eſt: nec
nomen hęrebat: ſed tamen fuerit illud pri/
mum ordine: hoc primum munere: nec ideo
minus hoc: quia ſecundū. Nam ꝛ adā pri/
mus: nec cōparandus ſecundo adā. Primꝰ 1. Cor. 15.
eñ adam in animā viuentē: nouiſſimꝰ adā
in ſpiritu viuificanteꝫ. Et primus homo de
terra terrenus: ſecundus homo de cęlo cęle
ſtis. Pręlatꝰ vtiqꝫ ſecūdus primo. Ille eñ
cauſa mortis: hic vitę. Sic ꝛ ſecūdo primū
ſabbatū dicitur: ſecundū iuxta numerū: pri
mum iuxta operationis gratiā. Melius eſt
enim ſabbatū quo impunitas datur: ꝙ̄ quo
pęna pręſcribitur. Prima lex: ſecūdū euan/
geliū: inferior tamē formido: ꝙ̄ gratia: Aut
forte ꝛ primū hic in ꝑdeſtinatione conſilij: ꝛ
ſecundū in ſanctione decreti. Bene aūt do/
minus in lege typū futuri hoc quoqꝫ demō
ſtrat loco: ꝛ defenſores legis arguit neſcire
quę legis ſunt: Exemplū afferens: ꝙ dauid 1. Reg. 21.
cum eſuriret ipſe cū ſocijs intrauit in domū
dei: ꝛ panes ꝓpoſitionis ſumpſit ꝛ mandu
cauit: ꝛ dedit his qui cū ipſo erāt. Magnū
ꝛ vere exemplū ꝓpheticum: quo primū nō
inania legis: ſed ſolius vtilitatis nobis ſe/
quenda ꝓduntur. Deinde qꝛ dauid cuꝫ ſo/
cijs fugiens a facie regis ſaul: hic pręfigura/
tus in lege chriſtꝰ eſt: qui cū apoſtolis prin/
cipem mundi lateret. Quomō autē ille ob/
ſeruator legis atqꝫ defenſor: panes ꝛ ipē mā
ducauit: ꝛ dedit his qui ſecum erant: quos
non licebat manducare niſi tantūmodo ſa/
cerdotibus: niſi vt per illā demonſtraret fi/
gurā ſacerdotalē cibum ad vſum tranſituꝝ



eſſe populorum? Siue ꝙ omnes vitā ſacer/
dotaleꝫ debemus imitari: ſiue quia omnes
filij eccleſię ſacerdotes ſunt. Ungimur eniꝫ
in ſacerdotiū ſanctū: offerentes noſmetip/
ſos deo hoſtias ſpiritales. Legi igitur iam
ſuperfluit doctrina chriſti: nec legē ſoluit ſ
implet: quia nec ſabbatū ſoluit. Si eñ ſab/
batuꝫ ꝓpter homines factū eſt: vtilitas au
tem hominis poſtulabat eſurientē hominē
qui diu fuerat terrę fructibus abdicatꝰ ve/
teris famis ieiunia vitare: non vtiqꝫ lex ſol/
uitur ſed impletur. Quomō igitur domino
ad crimē obijcitur: qđ in ſeruo ꝓ crimine nō
tenetur? Quid auteꝫ euidētius hac figura:
quę ꝑ totā currit hiſtoriaꝫ? Intrauit dauid
in domū abimelech ſacerdotis: ſed nec peri
culo mortis ꝓpoſito hoſpitem recuſat: de/
clinat exulē ſanctus animꝰ ſacerdotis. Tan
ta hoſpitalitatis eſt gr̃a: vt libenter in nos
aliena pericula transferamus. Uerū hoc in
hiſtoria morale: in myſterio ꝓpheticum eſt:
ꝙ nec ꝑſumpto futurę mortis exitio: verum
illum dauid hoſpitio ſuę mētis religioſi ex/
cluderēt ſacerdotes: Nec ſolū i huiuſcemo/
di domo vatis receptꝰ docet chriſtus hoſpi
tium: ſed etiā per figurā nequicię ſpiritalis
manubias ꝛ arma ſumpturꝰ: Nam qui chri
ſtū recipit hoſpitio: intelligibilē illum goli/
am ſpoliat ſuis telis. Quid vero euidētius
ꝙ̄ ꝙ in abimelech domo quinqꝫ panes pe/
tit dauid ꝛ vnū accepit: demōſtrante typo
ꝙ iaꝫ nō quinqꝫ libris: ſed chriſti corpore ci/
bus fidelibꝰ pararet: vt chriſtus corpus aſ/
ſumeret: ne quis de fidelibus eſuriret? Nec
doech figura vacat qui erat cuſtos muloꝝ:
eo ꝙ nemo aliꝰ niſi infructuoſi gregꝭ cuſtos
iudę typū ꝓditoris impleret. Iam illud ꝙ
dauid receptiōe oēm abimelech domū ꝓter
abiathar principem tunc tēporis ſacerdotē
ſaul perſecutus eſt: oſtendit ꝓphetia nobis
ꝙ nemo poſſit nocere vero principi ſacerdo
tum: qui ſolus eſt chriſtus.

b Inc ad alia ꝓgredit dñs ieſus. Nam
qui totū hominē ſaluum facere diſpo/
ſuerat: ꝑ ſingula membra curabat: vt vere
diceret: Mihi iraſcimini: qꝛ totum hominē Job. 7.
ſanū feci in ſabbato.

## De curatione hominis habētis manum aridam.

Ca. XXIII e Et erat ibi homo: ꝛ manꝰ ei/
us dextera erat arida. Itaqꝫ
hoc loco manū illam quā extendit
adam: ꝛ interdictę arboris poma decerpſit
ſucis bonorū factorum ſalutaribꝰ irrigauit:
vt quę crimine aruerat: bonis operibus ſa/
naretur. In quo iudęos redarguit chriſtus:
qui malis interꝑtationibꝰ legis pręcepta vi
olarent: ęſtimantes ſabbato etiam a bonis
operibus feriandū: cum lex in ꝑſentibꝰ for/
mam pręfigurauerit futuroꝝ: in quibus vti
qꝫ malorū ferię futurę ſunt: nō bonorū. Nā
licet ꝛ ſecularia opera conquieſcāt: non oci/
oſus tamē boni operis actus eſt in dei lau/
de requieſcere. Audiſti igitur domini verba
dicentis: Extende manū tuam. Cōmunis
iſta generaliſqꝫ medicina eſt. Et tu qui pu/
tas manuꝫ habere te ſanam: caue ne auari/
cia: caue ne ſacrilegio ꝯtrahatur. Extēde ſę/
pius eam: extēde ad illū pauperē qui te ob/
ſecrat: extende vt ꝓximū iuues: vt viduę ꝑ/
ſidium feras: eripias iniurię quē vides in/
iuſtę cōtumelię ſubiacere. Extēde ad deum
ꝓ peccatis tuis. Sic manus extendit: ſic ſa
natur. Sic hieroboam manū cum idolis ſa
crificaret contraxit: ꝛ rurſus cum deū roga/
ret extendit.

## De oratione ieſu in monte: ꝛ electione duodecim apoſtolorū.

f Actum eſt autē in illis diebꝰ Ca. XXIIII.
exijt in montē orare: ꝛ erat ꝑ
noctās in oratione dei. Nō
omnis qui orat aſcēdit in mōtē. Eſt eñ ora/
tio quę peccatū facit: ſed qui bene orat a ter
renis ad ſuperiora ꝓgrediens verticeꝫ curę
ſublimis aſcendit. At ille nō aſcēdit in mō/
tem: qui de ſęculi diuitijs aut de honore ſol/
licitꝰ eſt: nō aſcēdit in montē: qui fundi ius
optat alieni. Aſcēdit ille qui deū ꝗrit: aſcē/
dit ille ꝗ curſus ſui dñica adiumenta depo/
ſcit. Oēs magni: oēs ſublimes: montē aſcē/
dunt. Nō eñ cuicūqꝫ ꝓpheta dicit: Aſcēde Eſa. 40.
in montē excelſum: qui euāgelizas ſyon: ex
alta in virtute vocē tuā ꝗ euangelizas hie/
ruſalē. Nō veſtigijs corpalibꝰ: ſ factis ſub/
limioribꝰ in hunc montē ſi aſcēdas: ſequerꝭ
chriſtū: vt ipſe eē mons poſſis. Mōtes eñ Ps. 124.
in circuitu eiꝰ. Quęre i euāgelio: iuenies ſo
los cū dño mōtē aſcēdiſſe diſcipulos. Orat
ꝗ dñs: nō vt ꝓ ſe obſecret: ſ vt ꝓ me impe/
tret. Nā etſi oīa poſuerit pater i ꝑtāte filij:
filius tñ vt formā hoīs impleret: obſecrādū
patrē putat eſſe ꝓ nobis: qꝛ aduocatꝰ ē no/
ſter. Noli iſidiatrices apire aures: vt putes
filiū ꝗſi infirmū rogare: vt impetret qđ im/

plere nõ poſſit. Poteſtatis auctor:obedien
tię magiſter:ad ꝓcepta virtutis ſuo nos in/
1.Job.2. format exemplo. Aduocatũ inquit habemꝰ
apud patrẽ. Si aduocatus eſt:debet ꝓ me/
is interuenire peccatis. Non ergo quaſi in/
firmus:ſed quaſi piꝰ obſecrat. Uis ſcire qꝛ
omnia quę velit poſſit:et aduocatꝰ ⁊ iudex
eſt. In altero pietatis officiũ:in altero inſi/
gne eſt poteſtatis. Et erat inqt ꝑnoctãs in
oratione dei. Species tibi datur:forma pię
ſcribitur quã debeas ęmulari. Quid eñ te
ꝓ ſalute tua facere oportet:quãdo ꝓ te chri
ſtus in oratione ꝑnoctat? Quid te facere cõ
uenit:cum vis aliquod officiũ pietatis ado
riri:quãdo chriſtus miſſurus apoſtolos ora
uit prius:⁊ ſolus orauit? Nec vſquã alibi ſi
nõ fallor oraſſe cuꝫ apoſtolis reperit: vbiq̃
ſolus obſecrat. Dei eñ cõſiliũ humana vo/
ta nõ capiunt:nec quiſquã interiorũ poteſt
eſſe participes chriſto. Uis ſcire qꝛ mihi nõ
ſibi orauerit. **Uocauit (inquit) diſci/
pulos ſuos et elegit duodecim ex
ipſis:** Quos ad ꝓpagandũ auxiliũ ſa/
lutis humanę per terrarũ orbem ſatores fi/
dei deſtinaret. Simul aduerte cęleſte conſi/
liũ:non ſapientes aliquos:nõ diuites:non
nobiles:ſed piſcatores ⁊ publicanos quos
dirigeret elegit:ne traduxiſſe prudentia: ne
redemiſſe diuitijs:ne potẽtię nobilitatiſq̃
auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuã gratiaꝫ
videretur:vt veritatis ratio:nõ diſputatio/
nis gratia ꝓualeret. Eligit et iudas:nõ per
imprudentiã:ſed per ꝓuidentiam. Quãta
eſt veritas:quam nec aduerſarius miniſter
infirmat? Quanta moralitas domini: qui
periclitari magis apud nos iudicium ſuuꝫ
q̃ affectum maluit? Suſceperat eñ homi/
nis fragilitatẽ:et ideo nec has partes recu/
ſauit infirmitatis humanę. Uoluit deſeri:vo/
luit ꝓdi:voluit ab apoſtolo ſuo tradi:vt tu
ſi a ſocio deſertus: ſi a ſocio ꝓditus fueris:
moderate feras:tuum erraſſe iudicium:pe/
riſſe beneficiũ.

### De deſcenſu ieſu ad docendum turbas.

Ca.XXV. e **Et deſcendit(inquit)cum illis
⁊ ſtetit in loco cãpeſtri.** Ad
uerte omnia diligẽter: quomõ ⁊ cũ
apoſtolis aſcendat:⁊ deſcendat ad turbas.
Quomõ enim turba niſi in humili chriſtuꝫ
videret? Non ſequit ad excelſa:nõ aſcendit
ad ſublimia. Deniq̃ vbi deſcendit:inuenit
infirmos. In excelſis eñ infirmi eſſe nõ poſ
ſunt. Sic eñ mattheus docet:in inferioribꝰ
debiles ſanatos eſſe. Prius eñ vnuſquiſq̃
ſanatus eſt:vt paulatim virtutibꝰ ꝓcedenti
bus aſcẽdere poſſet ad montẽ. Et ideo vnũ
quẽq̃ in inferioribus ſanat:hoc eſt:a libidi
ne reuocat:iniuriã cęcitatis auertit: ad vul
nera noſtra deſcẽdit: vt vſu quodã ⁊ copia
ſuę naturę:cõparticipes nos faciat eſſe reg/
ni cęleſtis. Et ſanabat hos quidẽ:ſed in in/
ferioribus relinquebat. Videns autẽ tur Matth.5.
bas:ut legiſti: aſcendit in montem. Et cũ
ſediſſet acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius.
Euangelizaturꝰ eñ ⁊ benedictionũ de the/
ſauro diuinitatis ꝓmpturus oracula incipit
eſſe ſublimior. Hic aũt etſi i humili ſtabat:
tamen oculos eleuauit. Sic etiam cum la/
zarũ ſuſcitaret:infremuit ſpiritu:ſic etiã ca/
put leuauit cũ mulieri adulterę peccata do/
naret. Quid eſt eñ leuare oculos:niſi inte/
rius lumẽ aperire? Deniq̃ ſanctꝰ matthęꝰ: Ibidem.
Aperuit inquit os ſuum: Theſauros ſcilꝫ
ſapientię ⁊ ſciẽtię dei:recluſis aditis templi
ſui ora reſerauit. Ergo ⁊ tu aperi os tuum:
ſed prius vt aperiat implora. Si eñ paulus
in adaptione oris ſui iplorat auxiliũ:multo
magis implorare te cõuenit. Oſtendit eniꝫ
tibi clauem ſciẽtię:qua os aperire tuũ debe
as:dicẽs ꝓpheta: Aperi os tuũ verbo dei.
Uerbum dei clauis tui oris eſt:clauis ſcien
tię oris tui clauis eſt:qua laxatis ſilentij ca/
tenis:imperitię clauſtra reſerant.

### De ſermone ieſu de beatitudinibus proborum.

b **Beati pauperes:quia veſtrũ eſt
regnum dei. Beati qui nũc eſu
riunt ⁊ ſitiunt:quia ſaturabuntur.
Beati qui nunc fletis:quia ridebi/
tis. Beati eritis cũ vos oderint ho
mines.** Quattuor tantũ beatitudines
ſanctus lucas dominicas poſuit. Octo ve/
ro ſanctus matthęus: Sed in iſtis octo illę
quattuor ſunt:et in quattuor iſtis illę octo.
Hic eñ quattuor velut virtutes amplexus
eſt cardinales:illę in illis octo myſticum nu
merũ reſerauit. Pro octaua eñ multi ſcribũ
tur pſalmi:⁊ mãdatũ accipis:octo illis par
tem dare fortaſſe bñdictionibꝰ. Sicut enim
ſpei nrę octaua ꝑfectio eſt: ita octaua ſũma
virtutũ eſt. Sed priꝰ q̃ ſunt ampliora vide/
amꝰ. Beati inqt pauperes ſpiritu: quoniã
ipſorum eũ regnũ cęlorum. Primã benedi/



ctionem hanc vterq̃ euãgeliſta poſuit: Or/
dine eñ prima eſt:⁊ parens quędã genera/
tioq̃ virtutũ: quia qui contempſerit ſęcula
ria:ipſe merebitur ſempiterna:nec põt quiſ
quã meritũ regni cęleſtis adipiſci:qui mũ/
di cupiditate poſſeſſus:emergendi non ha/
bet facultatẽ. Secũda benedictio: Beati in
quit mites. Tertia: Beati q̃ lugẽt. Quarta:
Beati q̃ eſuriũt ⁊ ſitiũt iuſticiã. Quita: Be
ati miſericordes. Sexta: Beati mundo cor/
de. Septima: Beati pacifici. Et bñ ſeptiã:
qm̃ eo die ab omnibꝰ mundi operibꝰ requi/
euit deꝰ. Dies eñ quietis ⁊ pacis ẽ. Octa/
ua: Beati qui perſecutionẽ patiũtur ꝓpter
iuſticiã. Ueni domine ieſu: doce nos ordi/
nem beatitudinũ tuarum. Neq̃ eñ ſine or/
dine dixiſti: ꝑmo beatos pauperes ſpiritu:
ſecũdo beatos mites:tertio beatos qui lu/
gent. Etiã ſi cognoſco aliquid: tamẽ ex par
te cognoſco. Si eñ paulus ex parte cogno/
uit: quantũ ego poſſum cognoſcere:q̃ pau/
lo quantũ vita: tantũ etiam verbo inferior
ſum. Uita eñ verbũ exigit ⁊ acquirit: Ser/
mo aũt ſine vita: ñ ẽ ſermo dei. Quãto me
ſapiẽtior paulus? Ille gloriat in periculis:
ego glorior i ſucceſſibꝰ. Ille gloriatur: quia
reuelationibꝰ nõ extollitur:ego ſi quę reue/
lationes mihi cõtingerẽt gloriarer. Sed ta/
men poteſt deus de lapidibꝰ homines ſuſ/
citare:⁊ verbũ ꝓferre de clauſis:vocẽ elice/
re de mutis. Qui ſi aſinę oculos aperuit vt vi
deret angelũ:potens eſt ⁊ nobis quoq̃ ape
rire oculos:vt poſſimus dei videre myſteri/
um. Beati iquit pauperes: nõ oẽs btĩ pau/
peres. Paupertas eñ media eſt:poſſunt et
boni eſſe ⁊ mali pauperes. Niſi forte ille in/
telligendus pauper beatꝰ: quẽ ꝓpheta de/
Prouer.19. ſcribit dicens: Quia melior iuſtus pauper:
q̃ diues mendax. Beatus pauper qui cla/
mauit:⁊ dominꝰ exaudiuit eũ. Pauper a cri
mine:pauper a vitijs:pauper in quo mũdi
princeps nihil inuenit. Pauper illiꝰ ęmulꝰ
pauperis:qui cũ diues eſſet:ꝓpter nos pau
per factus eſt. Unde plene matthęꝰ aperu/
it dicens: Beati pauperes ſpiritu. Pauper
eñ ſpiritu nõ inflatur: nõ extollitur mente
carnis ſuę. Prima ergo iſta benedictio eſt:
cũ depoſuero omne peccatũ: ⁊ exuero oẽm
maliciã: ⁊ ſimplicitate ꝯtentus fuero:inopſ
malorũ:ſupereſt vt mores meos temperez.
Quid eñ mihi ꝓdeſt carere ſęcularibꝰ: niſi
fuero mitis atq̃ mãſuetus? Nam qui ſequi
tur viã rectam:ſequit vtiq̃ illũ qui ait: Di/ Matth.11.
ſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde.
Depone igitur quę improba ſunt: egeto vi
tijs ſm bonã paupertatẽ: mitiga affectum
tuuꝫ vt nõ iraſcaris:aut certe iratus ne pec
caueris:iuxta qȯ ſcriptuꝫ eſt: Iraſcimini et Ps.4.
nolite peccare. Pręclarũ eſt enim motũ tem
perare cõſilio:nec minoris virtutis docetur
cohibere iracũdiã: indignationẽ cõpeſcere:
q̃ omnino nõ iraſci:cum plerũq̃ illud lenti
us:hoc fortius ęſtimet. Cũ hoc feceris:me/
mento qꝛ peccator es:⁊ lugeto peccata tua:
lugeto delicta. Et bene tertia benedictio eſt
peccata deflentis:qꝛ trinitas eſt quę pecca/
ta ꝯdonat. Ablue igit te lachrymis tuis:la
ua fletibꝰ:ſi tuipẽ te fleueris:alius te nõ fle
bit. Nam ſi ſaul defleſſet peccata ſua:ſamu
el eũ ñ fleuiſſet. Habet vnuſquiſq̃ q̃s fleat
mortuos ſuos. Mortui ſumus:quãdo pec/
camus:quãdo implemur oſſibus mortuo/
rũ. Mortuus eſt ſermo malꝰ qui exit ex ore:
exit eñ de ſepulchro malo. Sepulchrũ aũt Ps.5.
patens eſt guttur eorũ. Ideo dicit apoſto/
lus: Imitatores mei eſtote: vult nos delic/ 1.Cor.4.
torũ meminiſſe noſtrorũ. Paulus nõ habe/
bat qȯ lugeret:ex quo in chriſtũ credidit:et
tamẽ priora defleuit dicens: Quia nõ ſum 1.Cor.15.
dignus vocari apoſtolus:qꝛ ꝑſecutus ſum
eccleſiaꝫ dei. Ille igitur peccator ante fidẽ:
nos vero adhuc peccamꝰ pꝰ fidẽ. Qui pec/
cator ẽ defleat ſe: ⁊ arguat ſe vt fiat iuſtus:
Iuſtꝰ eñ accuſator eſt ſui. Ordinẽ igit ꝑſeq̃ Prouer.18.
mur:quia ſcriptũ eſt: Ordinate in me chari Cant.2.
tatẽ. Depoſui peccatũ:tẽperaui mores:de/
licta defleui: eſurire incipio ⁊ eſurire iuſtici/
am. Ęger eñ cum in graui morbo eſt nõ eſu
rit:qꝛ egritudinis dolor excludit famẽ. Sed
quę eſt iſta fames iuſticię? Qui ſunt iſti pa/
nes:quos eſurit iuſtus? Ne forte panes illi
de quibꝰ dictũ eſt: Iuuenis fui ⁊ ſenui:⁊ nõ Ps.36.
vidi iuſtum derelictũ: nec ſemen eius quę/
rens panẽ. Qui eſurit: vtiq̃ viriũ quęrit au
gmentũ. Qȯ autẽ maius virtutis incremẽ/
tum:q̃ norma iuſticię? Poſt has: Beati in/
quit miſericordes. Iuſticiã eñ ſequit miſe/
ricordia. Uñ dictũ eſt: Diſperſit dedit pau/ Ps.111.
peribus:iuſticia eius manet in ęternũ. Sed
etiã q̃ miſericordiã defert:mercedẽ amittit:
niſi mundo corde miſereat. Nã ſi iactantiã
q̃rat:nullꝰ eſt fructꝰ. Emũda igit interiora
mẽtis tuę:⁊ ſi diligẽter pectoris tui ſecreta
mundaueris: cõpatere his qui impugnant:

⁊ intellige quanti hominũ: quanti fratrum
tuorũ auxiliũ tuũ quęrãt. Sed niſi tu prius
interiora tua vacua fecerꝭ ab omni labe pec
cati: ne diſſenſiones cõtentioneſqꝫ ex affec/
tu tuo ꝓdeant: nõ potes alijs ferre medici/
nam. A te igiꝉ pacem incipe: vt cũ fueris ip
ſe pacificus: pacem alijs feras. Quomõ enĩ
potes aliorũ corda mundare: niſi tuũ mun/
daueris ante. Profuiſti igitur alijs: tuliſti
auxiliũ pluribus: feſtina cõtende ad finem.
Multi cum eſſent exitꝰ vitę: vnus domino
cõpetebat. Nã quod natum erat ſm carnẽ:
oportebat ſm carnẽ mori. Elegit paſſionez
vt moreretur ꝑ nobis: ⁊ tu dic de omnibꝰ q̃
Ps. 115. retribuit tibi dñs: Calicem ſalutaris accipi/
am: ⁊ nomẽ domini inuocabo: hoc eſt: paſſi
onem. Unde etiã illis qui ad dexterã vel ſi/
Matth. 20. niſtram ſedere cupiebant: ait: Poteſtis ca/
cẽ bibere: quẽ ego bibiturus ſum? Uſqꝫ ad
finem te ducit: vſqꝫ ad martyriũ ꝓſequitur:
⁊ conſtituit beatitudinũ palmaz. Uide igi/
tur ordinem. Oportet te pauperẽ fieri ſpiri/
tu. Humilitas enĩ ſpiritus diuitię virtutuz
ſunt. Niſi pauper fueris: mitis eſſe nõ pote
ris. Qui mitꝭ eſt: poteſt lugere p̃ſentia. Qui
ĩferiora luget: põt deſiderare meliora. Qui
ſuperiora quęrit: inferiora deuitat: vt ⁊ ipſe
a ſuperioribꝰ adiuuetur. Qui miſeretur: cor
ſuũ mundat. Quid eſt enĩ mundare animũ
Tobie. 4. niſi ſordẽ mentis abluere? Elemoſyna eniz
a morte liberat. Patiẽtia vero perfectio eſt
charitatis. Qui autẽ patitur perſecutionez
in vltimo certamine cõſtitutus ꝓbatur ad/
uerſis: vt cũ legitime certauerit coronetur.
Hos quidẽ gradus volunt eſſe virtutũ: per
quos ab vltimis ad ſupiora poſſimus aſcẽ/
dere. Deniqꝫ ſicut incremẽta virtutum: ita
etiã ſunt incremẽta pręmiorũ. Plus eſt enĩ
dei eſſe filium: q̃ꝫ poſſidere terram: ⁊ cõſola/
tionẽ mereri. Sed quia ⁊ primũ pręmiũ reg
num celoꝝ eſt: ⁊ vltimũ pręmiũ regnũ cęlo/
rum eſt: Nũquid ęquale pręmiũ incipienti/
bus atqꝫ ꝑfectis eſt? Ne forte myſtice doce/
mur: quia eſt primũ regnũ cęlorũ: illud apo
Phil. 1. ſtolicum: Diſſolui ⁊ eſſe cuz chriſto? Habes
1. Theſſal. 4. primũ regnuz: quãdo ſancti rapiunꝉ in nu/
Daniel. 12. bibus obuiã chriſto in aera. Multi enĩ dor/
mientiũ ſurgẽt: iſti in vitã ęternã: illi in op/
probriũ. Primũ ergo regnum cęlorum ſan/
ctis ꝓpoſitũ eſt in abſolutiõe corporis. Se/
cundũ regnum celoꝝ eſt: poſt reſurrectionẽ
eſſe cũ chriſto. Cũ fueris in regno cęlorum:

tunc ꝓceſſus eſt manſionũ: etſi vnũ regnũ ſit
diuerſa tamẽ merita ſunt in regno cęloruz.
Poſt reſurrectionẽ terrã tuam incipies poſ
ſidere abſolutus a morte. Ille enĩ cui dicitꝉ:
Terra es ⁊ in terram ibis: nõ poſſidet terrã Gen. 3.
ſuam. Non enĩ poteſt eſſe poſſeſſor: qui nõ
capit fructũ. Abſolutꝰ igitur per dominicã
crucem: ſi tamẽ intra iugum domini fueris
inuentus: ꝯſolationẽ in ipſa poſſeſſione re/
peries: cõſolationẽ ſequitur delectatio: de/
lectationẽ diuina miſeratio. Quẽ autẽ mi/
ſeratur dominꝰ ⁊ vocat: qui vocatur videt
vocantẽ: qui deũ viderit in ius diuinę gene
rationis aſſumiꝉ: tunc demuz quaſi dei fili/
us celeſtis regni diuitijs delectaꝉ. Ille igi/
tur incipit: hic repletur. Nã ⁊ intra hoc ſęcu
lũ multi in imperio romano ſunt: ſed maio
rem imperij gratiã qui ꝓpiores imperatori
ſunt cõſequunꝉ. Nunc dicamꝰ quẽadmo/
dum in quattuor benedictionibꝰ: ſanctꝰ lu/
cas bñdictiones ſit octo amplexus. Et qui/
dem ſcimus virtutes eſſe quattuor cardina
les: temperantiã: iuſticiã: prudentiaz: forti/
tudinẽ. Qui pauꝑ eſt ſpiritu: auarꝰ non eſt.
Qui flet non ſuperbit: ſed mitis eſt ⁊ paca/
tuſ. Qui luget: humiliaꝉ. Qui iuſtus eſt nõ
negat qḋ ſcit omnibus ad vſum cõmuniter
datũ. Qui miſereꝉ: largiꝉ de ſuo. Qui ſuuz
donat: nõ quęrit alienũ: nec dolum ꝓximo
ſuo inſtruit. Cõnexę igitur ſibi ſunt cõcate/
natęqꝫ virtutes: vt qui vnã habeat: plures
habere videtur: ⁊ ſanctis vna cõpetit virtꝰ:
ſed eius quę fuerit vberior: vberius eſt pręſ/
miũ. Quanta hoſpitalitas in abraã: quan/
ta humilitas: quãta ſanctitas: vt fratris fi/
lium ab hoſte ſeruaret: ⁊ quãta abſtinẽtia:
vt nihil de pręda quęreret? Sed quia fide p̃/
ſtitit: fidei pre cęteris meruit principatũ. Er
go vnicuiqꝫ plura pręmia: qꝛ plura incẽtiua
ꝟtutũ. Sed qḋ in aliquo merito copioſius:
h etiã in p̃mio redũdãtiꝰ. Beati igiꝉ paupe
res ſpiritu. Habes tẽperantiaz quę a pecca
to abſtinet: ſęculũ calcat: illecebroſa nõ quę
rit. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt. Qui enim
eſurit: eſuriẽti cõpatitur: cõpatiẽdo largiꝉ:
largiendo ſit iuſtꝰ: quia iuſticia eius manet
in ęternum. Unde ⁊ in matthęo ſitim ⁊ fa/
mem intelligimus ſpiritalem: qua cibus
iuſticię deſideratur aut potus: quia virtus
quaſi materia quędam virtutum eſt: vt iu/
ſtus ęqualem ſe inferioribus pręſtet: do/
lum excludat: veritatẽ requirat. Beati qui



nunc fletis: quia ridebitis. Habes pruden/
tiam: cuiuſ eſt flere occidua: ⁊ ea quę ęterna
ſunt quęrere: lugere ſęcularia: quę ſeipſa
cõpugnent: deũ pacis inquirere: qui ſtulta
1. Corĩ. 1. mundi elegit: vt cõfundat ſapientes: et qui
ea quę nõ ſunt deſtruat: vt quę ſunt poſſit
adipiſci. Beati eritis cũ vos oderint homi/
nes. Habes fortitudinẽ: ſed eã quę nõ odiũ
mereaꝉ ex crimine: ſed perſecutionẽ patiaꝉ
ex fide. Sic enĩ ad paſſionis ꝑuenitur coro/
nam: ſi gratiã hominũ negligas: diuinã ſe/
quaris. Deniqꝫ vt ſcias cõſummationẽ eſſe
fortitudinis paſſionẽ: ſecũdũ hęc inquit fa/
ciebant ꝓphetis patres eorum: quia ꝓphe
tas iudęi vſqꝫ ad mortẽ corporꝭ ꝑſecuti ſũt.
Eſt etiam fortitudinis irã vincere: indigna/
tionẽqꝫ cohibere: ac ꝑ hoc fortitudo animũ
corpuſqꝫ confirmat. Nec perturbari ſinit ti/
more aliquo vel dolore: quibꝰ velut prauis
interpretibꝰ plęrũqꝫ ꝑcellimur. Ergo tempe
rantia cordis habet animiqꝫ mundiciã: iu/
ſticia miſericordiã: pacem prudentia: man/
ſuetudinẽ fortitudo.

## De vę improborũ: ⁊ de inſtructi one ad altiores gradus virtutis.

Ca. XXVI. **Evobis diuitibꝰ qui habe/
v tis conſolationem veſtram.**
Licet in pecuniarijs copijs mul/
ta ſint lenocinia delictorum: plęraqꝫ tamen
ſunt etiã incentiua virtutũ. Qꝫq̃ꝫ virtꝰ ſub/
ſidia nõ requirat: ⁊ cõmendatior ſit collatio
pauperis q̃ꝫ diuitꝭ liberalitas: tamẽ nõ eos
qui habeãt diuitias: ſed eos qui vti his ne/
ſciant: ſentẽtię cęleſtis auctoritate condem/
nat. Naz vt ille pauꝑ laudabilior: qui ꝓm/
pto largitur affectu: nec repagulis impẽdẽ/
tis egeſtatis inhibeꝉ: inopẽqꝫ ſe non putat
qui habet qḋ naturę ſatis eſt: Ita hic crimi
noſior diues: qui vel deo referre gratiaz de
eo debuit quod accepit: nec cẽſum ad com/
munẽ vſum datum: ſine vſu abdere: defoſ/
ſiſqꝫ terrę incubare theſauris. Nõ cẽſus igi
tur ſed affectꝰ in crimine ẽ. Et q̃ꝫq̃ꝫ tota ęta/
te cuſtodię miſerabilꝭ: ſollicitas auara mens
tendat excubias: quo nulla pęna grauior ẽ:
ſucceſſorũ ꝓfutura cõpendijs: anxio timore
ſeruare: tamẽ quoniã auaricię ſtudia: et de/
ſideria congerendi: inani quadã voluntate
paſcũtur: qui conſolationẽ vitę p̃ſentis ha/
buerunt: remunerationẽ ꝑpetuę ꝑdiderũt.
Poſſumus hic tamẽ diuitẽ intelligere po/
pulũ iudęorũ: vel hęreticos: vel certe mũdi

philoſophos: qui vbertate verborũ: ⁊ quo/
dam ambitioſę facũdię patrimonio delecta
ti: ſimplicitatẽ verę fidei ſupergreſſi: theſau
ros inutiles cõdiderunt. Nõne tibi videtur
hęreticus aliquis cũ audis cũ de generati/
one domini iuxta vſum ſęculi diſputantez:
diues in verbis: pauper in viribus: qui pu/
tat ſe in hoc tẽpore locupletes habere diui
tias: ſed in futuro egeſtatem ſuę fidei recog
noſcet: cibũqꝫ ꝑfidię quẽ pręſenti ętate ruc/
tauerit: ęterno fidei cõmaceratꝰ ieiunio cau
ſam tanti ſciet eſſe ſupplicij? Eritqꝫ tẽpus vt
riſus ſuos lugeant qui dicta noſtra nunc ri/
dẽt. Quibꝰ bñ diciꝉ: **Uę cũ vobis bñ/
dixerint oẽs homĩes.** Nõne tibi vi/
deꝉ his dicere q̃ dudũ in ariminẽſi ꝯcilio ꝑ/
fidę p̃uaricationis auctores: cum imperato
ris gratiã ſequuntur dei gratiã ꝑdiderunt?
Qui cũ placere potẽtibus aucupanꝉ: male/
dicto ſe perpetuo ſubdidere. Ergo ſanctus
matthęus pręmijs ad virtutẽ ⁊ fidez popu/
los ꝓuocauit: hic etiã criminibus atqꝫ pec/
catis futurorũ ſuppliciorũ denũciatione de/
terruit: qui nõ ocioſe plurimorũ factorũ cę/
leſtium enumeratione ꝓgreſſus: ad benedi
ctionũ locum ſerius venit: vt populos diui
norum miraculis roboratos: vltra legis tra
mitem virtutuz ꝓgredi veſtigijs edoceret.
Fuit cauendum illic vbi adhuc infirmę plę/
bis corda nutabant: hic tubę clangorę exci/
tanda virtꝰ fuit. Docet hoc libri huiꝰ quę in
ꝓęmijs: ⁊ quę in ꝓceſſu ſermonis aperitur
oratio. Illic qui infirmi ſunt adhuc quodã
legis lacte potanꝉ: ⁊ ideo per legis tramitẽ
ducuntur ad gratiã: audiũt quę legis ſunt
vt vltra legẽ: legẽ ſequendo ꝓcedant: hic ec
cleſia fundatior nõ lacte imbuitur: ſed cibõ
veſcitur. Cibus enim validior eſt charitas.
Deniqꝫ iter tria maxia: ſpẽ: fidẽ: charitatẽ:
maior ẽ charitas. Ordinaꝉ igiꝉ charitas cũ
dicitur: **Diligite inimicos veſtros:**
Ut cõpleatur illud eccleſię: qḋ ante iam
dictũ ẽ: Ordinate i me charitatẽ. Ordinaꝉ
enĩ charitas: cũ charitatis p̃cepta formanꝉ.
Uide q̃ꝫ ab altioribꝰ cęperit: ⁊ legẽ poſt be/
nedictionis euangelicę terga reiecerit. Lex
viciſſitudinẽ imperat vltionis: euangeliuz
inimicitijs charitatẽ: benignitatẽ odijs: vo
ta maledictis: ſubſidia perſequẽtibus: pa/
tientiam eſuriẽtibus: ⁊ gratiã remunerati/
onis impartiꝉ. Quanto athleta perfectior:
qui non ſentit iniuriã? Et ne videretur dñs

legem diſſoluere:in beneficijs vicez ſeruat:
quã negligit in iniurijs. Sed tamẽ dicẽdo:
**Prout vultis vt faciant vobis homines:facite illis ſimiliter.** Ui
ciſſitudo ipa cumulator ẽ:qſi votꝫ act⁹ ęquã
tur. Neſcit eñ virtus menſuram gratię:nec
cõtenta referre qꝺ acceperit.

**Inſtructio per exempla.**

e **T ſi diligitis eos qui vos diligunt:q̃ vobis eſt gratia?** Uult
cumulare qꝺ ſumpſerit:ne inferior ſit bene/
ficio:licet equetur officio. Non eñ cumulo
tantũ: ſed ordine ⁊ tẽpore beneficia penſan
tur:cũ in beneficio pari prior ſit qui prior cę
pit. Benefic⁹ eñ ẽ qui gratiã cęperit:debi
tor qui retulerit. **Et ſi mutuũ dederitis hiſ a quibus ſperatis recipere: que vobis eſt gratia?** Aliud itaqꝫ bñ
ficiũ ẽ bñficij pncipat⁹. Nã ſi q̃ pecuniã red
didit:nõ ſoluit gratiã: manetqꝫ gratię debi
tor:⁊ ſi iam nõ ſit pecunię. Cur gratiã refe/
rendo putemus poſſe vacuari:cuiuſ relatio
acceptę magis eſt teſtimoniũ q̃ ſolutę? Bo
no itaqꝫ exemplo imbuitꝛ chriſtianus:vt nõ
cõtentus iure naturę gratiã ei⁹ requirat.

**De dilectione inimicorum.**

v **Erũtamen dico vobis: Diligite inimicos veſtros.** Si enim
cõmune eſt omnib⁹ etiã peccatoribus reda/
mare:cui genus pfeſſionis excelſius: ſtudi/
um quoqꝫ debet eſſe virtutis vberius:vt di
ligat etiã ñ amãtes. Nã etſi nulla merita di
ligendi: vſum amoris excludant:nõ tñ vir/
tutis excluſerint. Sicut eñ in eo qui te dili/
git:pudet gratiã nõ referre: ⁊ gratię amore
referendę :amor tibi eius inoleſcit quẽ an/
tea nõ amabas:ita etiaz in eo qui nõ amat
debes amare virtutẽ: vt dũ virtutẽ amas:
incipias eũ amare quẽ nõ amabas: cũ rara
⁊ caduca remuneratio ſit amãtis ſempiter/
na virtutis. Quid autẽ tam mirũ:q̃ pcuti/
enti maxillã pbere alterã? Nõne omnis in/
dignãtis frangitꝛ impet⁹:ira ſedatur? Nõne
ſit per patientiã vt ſua amplius pęnitentia
reuerberes verberantẽ? Ita erit vt ⁊ iniuri/
as repellas ⁊ gratiam queras:et ſępe maxi/
me cauſę amoris exiſtũt:cũ patientia inſolẽ
tię gratia refertur iiurię. Et quidẽ vt audire
me memini: vel hoc ſolo preſſum philoſo/
phię ſuperciliũ putam⁹:q̃ in tres partes il/
la ſibi videtur diuiſiſſe iuſticiam. Unam in
deũ quę pietas vocatur:alterã in parentes
vel reliquum humanũ gen⁹: tertiã in mor/
tuos:vt his exequiarũ iuſta ſoluantur. At
vero domin⁹ ieſus legis oraculũ ac philoſo
phię faſtigiũ ſupergreſſus:in eoſ quoqꝫ qui
lęſerint pietatis porrexit officiũ. Etenim ſi
hoſtis qui tecũ bello armiſqꝫ certauerit:de/
poſitis armis miſericordiã ſuę ſalutis adi/
piſcitur:idqꝫ plęrumqꝫ vel contemplatione
naturę:vel ipſius belli iure defertꝛ vt ſubie/
ctis vita tribuatur: quanto amplius meli/
ore religionis cõtuitu deferendũ eſt? Nam
cũ pręliatorẽ appetitę ſalutꝫ cauſa nõ moue/
at: nunquid mouere debet militem pacis?
Itaqꝫ illud apoſtolicũ:quia charitas pati/ 1.Cor.13.
ens eſt:benigna eſt:nõ ęmulatꝛ:nõ inflatur:
in his pceptis conſũmatũ videmus. Si pa
tiens eſt:debet patientiã verberanti. Si be
nigna eſt:nõ debet reſpondere maledictis.
Si nõ quęrit quę ſua ſunt:nõ debet reſiſte/
re diripienti. Si nõ ęmulatꝛ:odiſſe nõ debet
inimicum: Et tamẽ apoſtolicis diuinę ſup/
fluunt pcepta pietatiſ. Plus eſt eñ donare
q̃ cedere:plus ẽ amare inimicos q̃ nõ ęmu
lari. Quę omnia domin⁹ ⁊ dixit ⁊ fecꝫ: Qui 1 Petri.2.
cũ malediceretꝛ nõ remaledixit: qui cuz per/
cuteretur nõ repercuſſit: cũ ſpoliaretur non
reſtitit:cuz crucifigeretur ipſis pſecutorib⁹
veniã poſtulauit:dicens: Pater dimitte il/ ī.23.
lis peccatũ:quia neſciunt quid faciunt: Cri
minatores ſuos excuſabat a crimie. Illi cru
cem parabant :hic ſalutẽ ⁊ gratiã repende/
bat. Et tamẽ quoniã ſtudia ipſa virtutũ ſi/
ne remuneratione torpeſcunt: ⁊ exemplum
nobis attulit:⁊ mercedem ſpopondit e cęlo
filios dei futuros pollicens:qui fuerint imi
tatores eius. Qui eñ feſtinat ad premium:
faſtidire nõ debet exemplũ: quia quãto pręe
cellentius premiũ:tãto impenſius officiuz.
Quanta autez miſericordię merces: quę in
ius diuinę adoptioniſ aſciſcitꝛ? Sequere igi
tur miſericordiã:vt merearis gratiaz. Late
patet benignitas dei:ſuper ingratos pluit:
malis fęcũda nõ negat terra puẽtus: Idez
mundi ſol:ſacrilegos religioſoſqꝫ pariter il
luminat. Aut vt myſticę iſta pendam⁹: pro
pheticis populũ iudęorum dñs pluuijs irri
gauit:⁊ ſolis ęterni refulſit radijs:etiã non
merentib⁹. Sed quoniã illi mundano rore
maduerunt:eccleſia dei ad cęleſte lumẽ aſci
ſcitur:ita tamen vt illis quoqꝫ miſericordia
ſi credant progatiua ſeruetur.

**De phibitione iudicationis.**



n **Olite iudicare:⁊ nõ iudicabimini.** Addidit nõ temere iudican/
dũ:ne cum ſis tui conſci⁹ ipſe delicti in alte
rum cogitaueris ferre ſententiam.

**De arbore mala:ex cui⁹ ſimilitudine improbi hoies cognoſcantꝛ.**

n **On eſt arbor bona: quę facit fructus malos.** Magnã etiam
diſciplina virtutis:vt de infructuoſis fruc/
tuoſa nõ quęras:nec de incultis puentũ fę
cunditatis expectes. Unicuiqꝫ eñ ſua cul/
tura dat fructus. **Neqꝫ eñ de ſpinis colligunt ficus.** In ſpinis iſtius mũ/
di ficus illa nõ poteſt reperiri:quę q̃ fęcun/
dis fructib⁹ melior eſt: bene ſpecies ei reſur
rectionis aptatur:vel q̃ vt legiſti:ficus de/
derũt groſſus ſuos: qꝺ iã imaturus ⁊ inuti/
lis ⁊ caducus in ſynagoga fruct⁹ ante pceſ/
ſit:vel quia immatura vita noſtra eſt in cor
pore:matura in reſurrectione. Et ideo pcul
a nobis debemus ſęculares ſollicitudines
abdicare:quę mordeãt animũ mẽtẽqꝫ adu/
rant: vt maturos fructus culturę diligẽtis
poſſimus adipiſci:qꝺ in icultis iſtius mũdi
reperire nõ poſſumus:quia nõ legũt de ſpi
nis ficus:neqꝫ de tribulis vindemiãt vuaz.
Alterũ ad mundũ ⁊ reſurrectionẽ: alterum
ad animã ⁊ corpus refertꝛ: vel q̃ nemo pec/
catis fructũ acq̃rit animę ſuę: quę ſicut vua
pxima terris corrũpitur:in ſuperiorib⁹ ma/
turatur: vel q̃ nemo poteſt damnationem
carniſ euadere: niſi quẽ chriſtus redemerit:
qui ſicut vua pepẽdit in ligno. Procul igitꝛ
ab illa carne quę damnato homini tribuloſ
generare pcepta eſt: leuemus oculos ſpiri/
tales:tendamus manus vt chriſtũ vinde/
miare poſſimus. Omniũ autẽ fundamẽtuz
docet eſſe virtutũ obedientiã cęleſtiũ pręce/
ptorũ:p quã domus hęc noſtra nõ pfluuio
voluptatũ:nõ nequicię ſpiritalis icurſu:nõ
imbre mundano:nõ hęreticorũ poſſit nebu
loſis diſputationib⁹ cõmoueri. Pulchre au
tẽ vbi pcepta compleuit: formã docet ſuoꝝ
pręceptorum exequi.

**De ſeruo centurionis curato.**

**Capitulũ ſeptimũ.**

XXVII
e **T factũ eſt cum conſũmaſſet omnia verba ſua in aures plebis:itrauit capharnaum. Cẽturionis autẽ cuiuſdã ſeruus. Et reliqua.** Nãqꝫ ſta
tim gentilis cẽturionis ſeruus domino cu/
randus offertur:in quo populus nationum
qui mũdanę ſeruitutis vinculis tenebatur
ęger:lętalib⁹ paſſionib⁹ beneficio dñi ſanã/
dus exprimitꝛ. Q̃ autẽ moriturũ dixit euã/
geliſta :nõ fefellit. Moriturus eni erat:niſi
fuiſſet ſanatus a chriſto. Impleuit igitꝛ pręe/
ceptũ charitate cęleſti:qui ſic dilexit inimi/
cos:vt morti eriperet:atqꝫ ad ppetuę ſpem
ſalutis aſciſceret. Quantũ autẽ diuinę hu/
militatis inſigne:vt cęli domin⁹ nequaquã
dedignaretur centurionis ſeruulũ viſitare?
Elucet fides in operibuſ :ſed plus operatur
humanitas in affectib⁹. Qꝺ vtiqꝫ nõ ideo
faciebat:q̃ abſens curare non poterat: ſed
vt formã tibi daret humilitatis imitandę:
qua iuxta humiliorib⁹ doceret ac ſuperiori/
bus deferenduz. Deniqꝫ alibi regulo dicit:
Uade filius tu⁹ viuit: vt ſcias ⁊ potẽtiã di/ Job.4.
uinitatis ⁊ humilitatis gratiaz. Ibi noluit
pgere:ne in reguli filio videretꝛ magis diui/
tijs detuliſſe:hic ipſe perrexit:ne videretꝛ in
cẽturionis famulo cõditionẽ deſpexiſſe ſer/
uilem. Omnis eñ ſeruus et liber in chriſto
vnũ ſumus. Sed vide fidem progatiuã eſ/
ſe medicinę. Aduerte etiã in ipo populo gẽ/
tili:pſpicaciam eſſe myſterij. Dñs pergit:ex
cuſat centurio:militariqꝫ depoſito tumore
reuerentiã ſumit:⁊ ad fidem facilis:⁊ ad ho
norificentiã pmptus. Et bene lucas etiã in
occurſum amicos dicit eſſe a cẽturione trãſ/
miſſos:ne pſentia ſua grauare dñi verecun
diaz videretꝛ:⁊ officiũ officio puocaſſe. Hęc
moraliter. Myſticę autẽ quẽ iudęorũ popu
lus crucifixit:inuiolatuz ab iniuria manere
deſiderat populus nationũ:⁊ qꝺ ad fidẽ p/
tinet:ſermoni credidit:hoc eſt: nõ hominis
ſed dei poteſtate conijciẽs dari a chriſto ho
minib⁹ ſanitatẽ. Qꝺ vero ad myſteriũ ſpe/
ctat:vidit in pectore adhuc gentiliũ nõ eſſe
penetrabilẽ chriſtũ. Et ideo qui nec dũ cogi
tationis pteritę maculas abluiſſet:grauari
ſe magis dñi putauit dignatione q̃ iuuari.
Sic illa vidua ſareptena indignã ſe pphe/
tico iudicauit hoſpitio. Ideoqꝫ dñs in vno
iſto fidez gentiũ pfert. Et quidẽ ſi ſic legas:
**In nullo tantã fidẽ inueni in iſrael:** Simplex intellect⁹ ⁊ facilis eſt. Sin
vero iuxta gręcos: Nec in iſrael tantã fidez
inueni. Fides huius etiã electioribus ⁊ de/
um vidẽtibus antefertur. Uidete autẽ ęco/
nomiaz domini: pbatur fides domini:⁊ ſer
ui ſanitas roboratur. Põt ergo meritũ dñi

etiā famulis ſuffragari:non ſolū fidei meri/
to:ſed etiā ſtudio diſciplinę. Expectate etiā
alteraꝫ ęconomiā dominicę humilitatis: ꝗ
nō ſpondet:operatur:naꝫ etſi nondū impe
rauerat ſanitatē:tamē ſerui qui miſſi fuerāt
ſanum ſeruulū repererunt.

## De filio viduę reſuſcitato.

Ca. XXVIII

c Um appropinquaret auteꝫ
porte ciuitatiſ:ꝛ ecce fereba/
tur defunctus filiꝰ vnicꝰ ma
tris ſuę. Et hec erat vidua: ꝛ turba
multa cum illa. Quā cū videret do
minus miſericordia motꝰ eſt:ꝛ di/
xit illi: Noli flere: et acceſſit et teti/
git loculum. Et hic locuſ ad vtrāqꝫ re/
dundat gratiā:vt ꝛ cito flecti diuinā miſeri
cordiā matris viduę lamentatiōe credamꝰ:
eius precipue quę vnici filij: vel labore: vel
morte frangatur. Cui tamē viduę grauitatl
meritum exequiarū turba conciliet: ꝛ hanc
viduā populorū turba ſeptam: plus videri
eſſe ꝙ fęminā:quę reſurrectionē vnici ado/
leſcentis filij ſuis lachrymis meruerit impe
trare:eo ꝙ ſancta eccleſia populū iuniorē a
pompa funeris:atqꝫ a ſupmis ſepulchri: ſu
arum reuocet ad vitā ꝯtemplatione lachry/
marū:quę flere ꝓhibetur eū:cui reſurrectio
debeatur. Qui quidē mortuꝰ in loculo ma/
terialibus quattuor ad ſepulchꝝ ferebatur
elemētis. Sed ſpeꝫ reſurgendi habebat: qꝛ
ferebaꝛ in ligno. Qd ꝛ ſi nobiſ ante nō ꝓde
rat:tñ poſteaꝙ ieſus id tetigit ꝓficere cępit
ad vitā:vt eſſet indicio ſalutē populo ꝑ cru
cis patibuluꝫ refundendā. Audito igiꝛ dei
verbo:ſteterūt acerbi illi funerl portitores:
qui corpus humanū lętali fluxu naturę ma
terialis vrgebāt. Quid eñ aliud: niſi qua/
ſi in quodā feretro:hoc eſt: ſupremi funeris
inſtrumēto iacemus exanimes:cū vel ignis
immodicę cupiditatl exęſtuat: vel frigidus
humor exundat: vel pigra quadā corporis
habitudine vigor hebeaꝛ animorū: vel con
creta noſter ſpūs labe purę lucis vacuꝰ alit
mentē? Ibi ſunt noſtri funerl portitores. Sꝫ
ꝙuis ſupma mortis ſpem vitę omnis abo/
leuerint: ꝛ tumulo ꝓxima corpora iaceant
defunctoꝝ:verbo tñ dei iaꝫ moritura reſur/
gunt cadauera:vox redit:reddiꝛ filius ma/
tri:reuocaꝛ a tumulo: eripitur a ſepulchro.
Quis iſte eſt tumulus tuꝰ:niſi mali mores?
Tumulus tuꝰ ꝑfidia eſt:ſepulchrū tuū gut/
tur eſt. Sepulchrū eñ patens eſt guttur eo/
rum:vnde verba mortua ꝓferuntꝛ. Ab hoc
ſepulchro te liberat chriſtus: ab hoc tumu/
lo reſurges ſi audias verbū dei. Et ſi graue
peccatū eſt:qđ pęnitentię lachrymis ipſe la
uare nō poſſis:fleat ꝓ te mater eccleſia:quę
ꝓ ſingulis tāꝙ ꝓ vnicis filijs vidua mater
interuenit. Cōpatiꝛ eñ quodā ſpiritali do/
lore naturę:cū ſuos liberos lętalibus vitijs
ad mortē cernit geri. Viſcera ſumus de vi/
ſceribꝰ eius. Sunt eñ ꝛ ſpiritalia viſcera:ꝗ
habet paulus dicens: Ita frater ego te fru/ Ad philemon
ar in dño:refice viſcera mea in chriſto. Nos Eph.5.
ergo viſcera ſumꝰ eccleſię:qm̄ mēbra ſumuſ
corporis eiꝰ:de carne eiꝰ:ꝛ de oſſibus eius.
Doleat igiꝛ pia mater:aſſiſtat ꝛ turba:non
ſolū turba: ſed etiā multa:cōpatiatur bonę
parēti:iam reſurges in funere:iam liberabe
ris a ſepulchro. Stabunt illi miniſtri tui fu/
neris:incipies vitalia loqui: timebūt oēs.
Vnius eñ exēplo:plurimi corrigūtur. Lau
dabunt etiā deū:qui tanta nobis remedia
vitandę mortis indulſerit.

## De miſſione diſcipulorū iohan/nis ad ieſum.

Ca. XX

e T conuocauit duos de diſci
pulis ſuis iohannes:ꝛ miſit
ad dominū dicens: Tu es ꝗ
venturuſ es:an aliū expectamus?
Nō ſimplex intellectus in ſimplicibꝰ eſt
verbis. Alioquin ꝑſentibus ſuperiora cōpug
nant. Quō eñ iohannes quē in ſuperioribus
deo patre demōſtrante cognouit:hic neſci/
tur? Quō ꝛ ibi quē ante neſciuit agnouit: ꝛ
hic iā quē ſciebat ignorat? Neſciebā inquit Joh.1.
eū:ſed qui miſit me baptizare:ipſe mihi di/
xit:Sup quē videris ſpiritū deſcēdentē de
cęlo. Et dicto credidit:ꝛ demonſtratū agno
uit:ꝛ baptizatū adorauit:ꝛ venientē ꝓphe
tauit. Deniqꝫ ego inquit vidi:ꝛ teſtimoniū
ꝑhibui qm̄ hic eſt electus dei. Vnde ꝙ fieri
poſſet vt ſic ꝓpheta tātꝰ erraret: vt de quo
dixerat: Ecce qui tollit peccatū mundi: ad/
huc eū dei filiuꝫ eſſe nō crederet? Aut eñ in
ſolentię eſt ei tribuere diuina queꝫ neſcias:
aut de dei filio dubitaſſe ꝑfidia eſt. Non ca
dit igiꝛ in talē ꝓphetam tanti erroris ſuſpi/
cio. Itaqꝫ ſi intellectꝰ ſimplicis formę cōpu
gnat:ſpiritalē quęramus figurā. Et quia ſu
pra iam diximus in iohāne typum eſſe legꝭ
quę ꝑnūcia fuit chriſti: recte lex ꝗ pectoribꝰ
ꝑfidorū tanꝙ ęterna carceribꝰ luce vacuatl
corporaliter tenebaꝛ incluſa:quā viſcera ſę/



cūda pęnaꝝ ꝛ fores amētię coercerēt:plenū
exitū teſtimonij dñicę diſpēſatiōis ſine euā
gelij neqꝫ aſtipulatione ꝑferre. Propheta/
uit quidē lex in exodo:baptiſmatis gratiā
ꝑ nubem ꝛ mare: ſpiritalē in agno ꝑnunci/
auit eſcam:fontē perēnnē deſignauit in pe/
tra:remiſſionē peccatoruꝫ in leuitico reue/
lauit:regnū cęloꝝ annunciauit in pſalmis:
terram repromiſſionis in ieſu naue manife/
ſtiſſime declarauit. Hęc omnia cū iohannis
quoqꝫ cōgruunt teſtimonio:ſed tñ tyranni/
cis mundi iſtiꝰ poteſtatibꝰ quo minus lucē
dñicę reſurrectionis offunderet incluſa cohi
betur. Mittit ergo ſuos diſcipulos ad chri/
ſtum iohānes:vt ſupplementū ſcientię cōſe/
quaꝛ:qꝛ plenitudo legis chriſtꝰ eſt: vt qm̄
nutant plerūqꝫ dicta ſine factis:ꝛ fides ple/
nior geſtorū teſtificationibus ꝙ verborum
ſponſionibꝰ exhibeꝛ:quę tunc in pectoribꝰ
iudęoruꝫ velut obſerata lege nutabat: ipſo
ſpectaculo dñicę crucis:ꝛ pleno reſurrectio/
nis teſtimonio pandereꝛ. Et fortaſſe iſti di/
ſcipuli ſunt duo populi:quoꝝ vnꝰ ex iudę/
is credidit:alter ex gentibꝰ: qui ideo credi/
dit qꝛ audiuit. Voluerūt ergo iſti videre ꝓ/
pter illud: Veſtri aūt beati oculi qui vidēt:
ꝛ aures veſtrę quę audiūt. Sed etiā nos vi/
dimus in iohāne:oculis noſtris ꝑſpeximus
in apoſtolis:ꝛ manibꝰ noſtris ꝑſcrutati ſu/
1.Joh.1. mus in thomę digitis. Qđ eñ erat ab ini/
tio:qđ audiuimus:ꝛ qđ vidimus oculis no
ſtris ꝑſpeximuſ:ꝛ manꝰ noſtrę ſcrutatę ſunt
de verbo vitę:ꝛ vita apparuit nobis. Quā/
do apparuit? Qñ vidimꝰ: non ſic apparebat
anteꝙ videreꝛ. Gratias ergo dño qui cruci/
fixus eſt ꝓ fide noſtra:crucifixus pro cupidi
tatibus noſtriſ. Mens mea in illo crucifixa
eſt. Itaqꝫ ꝛ nunc qui vetꝰ teſtamentū recen
ſent anteꝙ cognoſcant euangeliuꝫ: ꝛ quaſi
quędā dñici corporis veſtigia legūt: ventu/
rum putāt:ꝛ requirūt vtrū ipſe ſit chriſtꝰ dei
filius qui venturꝰ eſt. Et cū legunt quando
cū abraam locutꝰ eſt: vel qñ ſe ducem mili/
tię cęleſtis oſtendit:dicunt vtriqꝫ: Tu es qui
venturus es:an aliū expectamus? Cū autē
venerint ad euāgeliū:ꝛ cognouerint illumi
nari cęcos:ꝛ ambulare claudos:audire ſur/
dos:mūdatos eſſe leproſos:mortuos reſur
rexiſſe:tunc dicūt: Vidimus eū ꝛ oculis no
ſtris ꝑſpeximus:ꝛ in veſtigia clauoruꝫ eius
digitos noſtros inſeruimus. Videmur eni
nobis vidiſſe quē legimus:ſpectaſſe pendē
tē:ꝛ vulnera eiꝰ ſpiritu eccleſię ſcrutāte tem
ptaſſe. Si eñ digito dei eijciunꝛ demonia:
fides quoqꝫ digito eccleſię reperiꝛ: aut for/
taſſe in parte quadā operatricē corporis no
ſtri:omnes videmur inueſtigaſſe dñicę ſeri/
em paſſionis. Fides eñ per paucos ad plu
res ꝑuenit. Lex ergo chriſtū venturū annū/
ciat:euangelij ſcriptura veniſſe confirmat.
Nōnulli etiam de ipo iohāne ſic intelligūt:
magnū quidē ꝓphetam: ita vt chriſtū ag/
noſceret: annunciaret remiſſioneꝫ peccato/
rum futuraꝫ:ſed tñ non tanꝙ dubium: ſed
tanꝙ pium vatē:quē vēturū crediderat nō
crediſſe moriturū. Nō igitur fide: ſed pie/
tate dubitauit. Dubitauit ꝛ petrus dicens:
Propitiꝰ tibi eſto dñe:nō fiat hoc. Ille fidei Matth.16.
ꝑnceps: cui ſe chriſtꝰ nōdū dei filiū dixerat:
et tamen ille crediderat de morte chriſti:nec
chriſto credidit:pietatl affectus nō indeuo/
tiōis eſt lapſus. Deniqꝫ alibi lauari ſibi pe/
des recuſat: vbi myſteriū nō agnoſcit:dum
dñico grauatur obſequio. Ergo morituruꝫ
chriſtū:nec ſancti crediderunt. Qđ eñ ocu/ 1.Cor.2.
lus nō vidit:nec aurl audiuit:nec in cor ho/
minis aſcendit:hęc ꝑparauit deus diligēti/
bus eum. Religioſus itaqꝫ lapſus amoris:
fidem nō impedit. Deniqꝫ dñs ſciens nemi
nem ſine euāgelio plene poſſe credere:quia
ſicut fides a veteri incipit teſtamēto: ita im
pletur in nouo: Interrogatꝰ de ſe:nō verbo
aliquo:ſed factis ſe eſſe ſignauit: Ite (in/
quit) annūciate iohanni que vide/
tis:ꝛ auditl: Cęci vidēt: claudi am/
bulant:ſurdi audiunt: leproſi mū/
dantur:mortui reſurgunt: paupe/
res euāgelizantur. Plenū ſane teſti
moniū: quo dominū ꝓpheta cognoſceret.
De ipſo eñ nō de alio fuerat ꝓphetatū:qa:
Dñs dat eſcam eſurientibꝰ:dñs erigit eli/ Ps.145.
ſos:dñs ſoluit cōpeditos:dñs illuminat cę
cos:dñs diligit iuſtos:dominus cuſtodiet
aduenas:orphanū ꝛ viduā ſuſcipiet:ꝛ viaꝫ
peccatoruꝫ exterminabit. Quis iſta inquit
faciet? Regnauit dñs in ęternū. Ergo non
hūanę iſta ſed diuinę virtutis inſignia ſūt:
Cęcis perpetuę tenebras noctiſ aperire:de/
foſſorūqꝫ oculorū vulnera infuſa luce ſana/
re:auditum inſinuare auribꝰ ſurdorū: laxa/
tis ſoluta mēbra reformare cōpagibꝰ: i lucē
quoqꝫ refuſo vigore viuendi reuocare de/
functos. Hęc ante euangelium vel rara vel
nulla. Receperit licꝫ tobias oculos:vnꝰ eſt

in exemplo: ⁊ tamen angeli fuit illa medici/
na nõ hominis. Helias mortuum ſuſcitaue
rit: ille tamẽ rogauit ⁊ fleuit: hic iuſſit. Heli/
ſeus leproſum mũdari fecerit: nõ tamẽ illic
valuit ꝓcepti auctoritas: ſed figura myſte/
rij. Nõ defecerit ad eſcam viduę eſurientis
ꝓpheticis ſe multiplicãs farina preceptis:
vnã tamẽ viduã farina illa: vel potius eadẽ
quoqꝫ ſacramenti ſpecies ꝑfigurata ſerua/
uit. Sed tamẽ parua adhuc iſta dñicę teſti/
ficationis exẽpla ſunt: plenitudo fidei crux
domini: obitus ſepultura eſt. Et ideo cũ il/
la ſuperiora dixiſſet addidit:

## De ſcandalo in chriſto cauẽdo.

b Eatus (inquit) qui in me nõ fue/
rit ſcandalizatus. Crux eñ eti/
am electis ſcandalũ poſſet afferre. Sed nul
luz hoc maius diuinę ꝑſonę eſt teſtimoniũ:
nihil eſt qḋ magis eſſe vltra humana vide/
atur: ꝙ vt toto vnũ ſe obtuliſſe ꝓ mundo:
hoc vel ſolo plene domin⁹ declarat. Deniqꝫ
ſic deſignat⁹ eſt a iohãne: Ecce agn⁹ dei: ec/
ce qui tollit peccatũ mundi. Verũ hoc non
duobus illis viris iohannis diſcipulis: ſed
nobis reſpondet omnibus: vt ita credam⁹
in chriſtũ ſi facta ꝯueniunt. Veniet eñ qui
hoc ſibi nomen vſurpet: quẽ licet nominis
nõ queas appellatione ſecernere: factorũ ta/
men cõſideratione diſcernas.

## De laudatione iohãnis a conſtã tia mentis.

q Uid exiſtis in deſertum vide/
re? Arundinem vento moue/
ri? Ubi ꝓmonuit diſcipulos iohãnis in
crucẽ dominicã eſſe credendũ: redeuntibus
illis cõuerſus ad turbas cępit ad virtutem
pauperes ꝓuocare: ne exaltati corde: mẽte
inſtabiles: ꝯſilio infirmi: ſpecioſa vtilibus:
ęternis caduca ꝓferrent: ſed humili ſpiritu
crucẽ poti⁹ tollerẽt: ꝙ phaleras mũdi hui⁹
extollerent: et quaſi beati pauperes qui ni/
hil haberent ſęculi qḋ amitterẽt: libẽter cor
poris vitam cũ immortali gloria commuta
rent. Nõ ocioſe igitur ſancti iohãnis hic ꝑ/
ſona laudatur: qui vitę amore poſthabito:
iuſticię formaz nec mortis terrore mutauit.
Quid inquit exiſtis in deſertũ videre? De/
ſerto mũdus hic cõparari videt. Adhuc in/
cult⁹: adhuc ſterilis: adhuc infęcũd⁹: in quẽ
negat nobis ita domin⁹ ꝓcedundũ: vt men
te carnis inflatos vacuoſqꝫ virtutis internę
viros: ⁊ fragili ſe glorię ſęcularis ſublimita/
te iactantes: ꝓ exemplari quodã ⁊ imagine
nobis putem⁹ imitãdos: quos ꝓcellis mũ/
di huius obnoxios vita mobilis inquietat:
iure arundini cõparandos: in quibus ſoli/
dę iuſticię nullus eſt fructus: qui forenſib⁹
criniti phaleris: nodis obſiti: vacuoſoꝝ ſtre
pitu ſonorum: nulla ſui vtilitate: frequenti
etiã offenſione: intus inania: foris ſpecioſa
ſectantur. Arundines ſumus: nulla validi/
oris naturę radice fundati. Et ſi leuis aſpi/
rauerit ꝓſperioris aura ſucceſſus: vago mo
tu ꝓximos verberamus: inopes ad ſuffra/
gandum: faciles ad nocenduz. Arundines
fluuios amant: ⁊ nos labẽtia mundi cadu/
ca delectant. Tamen hanc arundinẽ ſi quiſ
de terrę euellat plantarijs ⁊ ſuꝑfluis exuat:
expolians veterẽ hominẽ cuz actibus eius:
⁊ ſcribę velociter ſcribentis manu tẽperet:
incipit non arundo eſſe ſed calamus: qui ꝓ/
cepta cęleſtium ſcripturarum penetralibus
mentis imprimat tabulis cordis inſcripta.
De quo calamo habes dictũ: Lingua mea Pſ. 44.
calamus ſcribę velociter ſcribẽtis: quod ad
chriſtũ alij referre volunt. Uno igit loco: et
verbum: ⁊ calam⁹ legitur ⁊ ſcriba. Verbuz
quia de genitali patris ꝓceſſit arcano: Eru
ctauit cor meum verbũ bonum. Calamus:
quia caro chriſti paternę ſeriẽ volũtatis ex/
preſſit: ⁊ linguę mandata diuinę ſacri effuſi
one cruoris impleuit. Scriba: quia calamo
ſuo indiuidua quadaz diſtinctione: noui et
veteris teſtamenti: vel diuinitatis ⁊ carnis
paternę nobis diſpoſitionis myſteria reue/
lauit. Hunc calamũ imitare tuę carnis tẽpe
ramento. Et calamũ tuum: hoc eſt: carnem
tuã tinge non atramento ſed ſpiritu dei vi/
ui: vt quod ſcribis ęternuz ſit. Tali calamo
paulus illam epiſtolã ſcripſit: de qua dicit:
Epiſtola noſtra vos eſtis: inſcripta nõ atra 2. Cor. 3.
mento ſed ſpiritu dei viui. Tinge carnem
tuã in chriſti ſanguine: ſicut ſcriptũ eſt: Ut Pſ. 67.
tingatur pes tuus in ſanguine. Et tu ergo
veſtigiũ animi tui ⁊ mẽtis inceſſum: indubi
tata cõfeſſione dominicę crucis tinge. Tin/
gis carnez tuam in chriſti ſanguine: ſi vitia
diluas: peccata detergas. Mortẽ chriſti in
tua carne circũferas: ſicut apoſtolus docuit
dicẽs: Mortificationẽ ieſu chriſti in corpo/ 2. Cor. 4.
re noſtro circũferentes. Noli ad terrena in/
flecti: ne arundinẽ tuã frangas. Et ideo de
chriſto: quia nõ erat ad terrena curuãd⁹: ꝓ/
phetatũ eſt: Arundinẽ quaſſatã non ꝯfrin/



get: quoniã carnẽ quã peccata ꝗſſauerant:
reſurrectionis virtute ſolidauit. Bona arũ/
do caro chriſti: quę ſerpentis diaboli caput
⁊ mũdanę cupiditatis illecebras: patibulo
crucis affixit.

## De laudatione iohãnis ab aſpe/ ritate veſtimentorũ.

ſ Ed quid exiſtis in deſertuz vi/
dere? Arundinẽ vento moue/
ri? Quid exiſtis videre? hominem
mollibus veſtimẽtis indutũ? Nõ
hic domini ſermo de veſtibus: ꝙꝙ pleroſqꝫ
mollioris cura veſtis effęminet: qui quaſi la
nę onus ferre nõ poſſint: ſericas veſtes tec/
tis per terrã verrunt veſtigijs: vſuqꝫ faciũt
vt amictus honori ſit. Sed tamẽ alia vide/
tur hic idumẽta ſignare: ⁊ niſi fallor: huma/
na corpora quib⁹ anima noſtra veſtit. De/
niqꝫ ⁊ ioſeph tunica ad ſpeciẽ dñici corporl
cruentata eſt. Et apꝉicũ illud: exuens ſe car/
nem: principatus et poteſtates omnes tra/
duxit. Quid aliud oſtẽdit: niſi vice indumẽ
ti corpus fuiſſe: quo ſe ita expoliauit dñs
in paſſione: vt diuinitas libera immuniſqꝫ
maneret iniurię? Totus igit hic loc⁹: exem/
plo nos ꝓphetico ad virtutẽ ſubeundę paſ
ſionis hortatur. Deniqꝫ addidit: Ecce ꝗ
in veſte precioſa ſunt: in domibus
regum ſunt. Sunt etiam mollia indu/
menta delitioſior actus ⁊ mores: ꝓpter qḋ
Col. 3. nos hortatur apl̃us: vt expoliantes veterẽ
hominẽ cũ actibus eius induamus nouuz:
in quo non dulcis illecebra ſit luduſqꝫ laſci/
uię: ſed vſus laboris et fructus: eo ꝙ tenera
corporis cura: luxuqꝫ ⁊ laſciuiarũ cupidita/
te mollitos: nequaquã cęleſtis aula ſuſcipi/
at: ad quã duris laborioſę gradibus virtu/
tis aſcendit. Ibi vero quib⁹ fluuida delitijs
membra ſoluũtur: regni cęleſtl extorres: in/
tra mũdi hui⁹ habitacula ꝯſeneſcũt: ꝙs rec/
tores hui⁹ mũdi atqꝫ tenebraꝝ vocat apl̃s.
Ibi ſũt eñ reges qui ſęculari ꝗdã ꝑtãte do/
minant: ſuorũ ęmulos operũ receperũt.

## De laudatione iohannis ab ex/ cellentia cognitionis.

ſ Ed quid exiſtis videre? Pro/
phetã? Utiqꝫ dico vobis pluſ/
quã ꝓphetam. Hic eſt de quo ſcri/
ptum eſt: Ecce ego mitto angelum
meum ante faciẽ tuam: qui prepa/
rabit viam tuã ante te. Quomõ igi
tur in deſerto iohannẽ videre cupiebãt: qui
erat clauſus in carcere? Quẽ nobis dñs ꝓ/
ponit imitandũ: qui viam dño nõ ſoluz na
ſcendi ſm carnẽ ordine fideiqꝫ nũcio: ſed eti
am ꝓcurſu quodã glorioſę parauerit paſſio/
nis. Maior ſane ꝓpheta: in quo finis eſt ꝓ
phetarũ. Maior ꝓpheta: qꝛ multi cupierũt
videre quẽ iſte ꝓphetauit: quẽ iſte ꝯſpexit:
quẽ iſte baptizauit. Sz tñ nũquid ⁊ illo ma
ior: de quo moyſes dixit: quia ꝓphetaz vo/ Deut. 18.
bis ſuſcitabit dñs deus veſter? De quo di/
xit: Erit autẽ omnis anima quę nõ audierit
ꝓphetã illũ: exterminabit de plębe. Si igi/
tur chriſtus ꝓpheta: quõ maior hic oĩbus?
Nũquid chriſtũ ꝓphetã negamus? Immo
⁊ dñm ꝓphetarũ aſſero: ⁊ hunc oĩbus dico
eſſe maiorẽ: ſed inter mulieris non virginis
natos. Maior eñ fuit his: quib⁹ ęqualis eſ
ſe poterat ſorte naſcẽdi. Alia iſta natura ẽ:
nec cũ humanis generationib⁹ cõparanda.
Nõ põt homini cũ deo vlla eſſe collatio: ſu/
is eñ quiſqꝫ ꝓfertur. Deniqꝫ eouſqꝫ cuz dei
filio nõ poterat iohannis eſſe vlla collatio:
vt ⁊ infra angelus ęſtimetur.

## De intelligentia ꝓmiſſorum.

n Am qui minor (inquit) eſt: in re/
gno celorum maior eſt eo. Et
eñ qm̃ angelũ dixerat: hoĩbus iure ꝑlatus
eſt: ⁊ quia inter natos mulierũ potiorez de/
clarauerat: ideo addidit: Nã qui minor eſt
in regno cęlorũ: maior eſt eo: vt angelis ſci/
ret eſſe credendũ. Merito aũt iohãnes ſuis
ꝓfertur ęqualib⁹: a cuius dieb⁹ regnũ cęlo/
rũ cogit. Quę ſuboſcura videt eſſe locutio:
et ideo eã de alio libro euãgelij putauimus
deriuandã. Nam ſi litterã ſequamur: vtiqꝫ
inferior a potiore cogit. Regnũ autẽ cęli ꝓ/
ſtat humanis: ſed cũ ſint aliqua quę cogen/
do denſari ferunt: nõ eſt abſurduz: qꝛ cogit
regnũ: qſi pluribus frequẽtat: cogẽteſqꝫ di/
ripiunt illud. Si repetamus dñicũ illud qḋ
ſcriptũ eſt: dicẽte filio dei: Regnũ dei intra
vos eſt: aduertimus in nobis regnũ cęleſte
ſolidari: cũ chriſtus exploſo mũdani princi/
pis regno: fugatiſqꝫ delitijs ſęcularib⁹: ĩtra
noſtrorũ ſecreta regnat animorũ. Uis igit
menti affert humanę: quę diuerſis illecebrl
delinita laborẽ fugit: voluptatẽ expetit: cũ
vel metu ſupplicij coercita vel pręmio ꝓuo/
cata vincere ipã ſentit: ⁊ tanqꝫ exhalatis la
boribus palmã quę ſibi plurimis aduerſan
tibus ſubtrahebat: eripere cõtendit. Rapi/
mus eñ ex hoc mundo palmã ſalutis: ⁊ qſi

excubantibus obſeſſos ſerpentibꝰ: fructus
ꝑuigili labore decerpimus:ita tamē vt non
furtiua ſublatio ſed direptio triūphalis ſit.
Eſt ⁊ aliud direptionis genus: quādo alijs
oblata diripimꝰ. Qui ſint igitur raptores
iſti nō laboramus intelligere:cuꝫ de benia/
min lupi rapacis genere nos manare noue/
rimus: Pręceſſerat iohannes vt iuſtificaret
populum iudęorū: ipſe dominꝰ venerat ad
oues ꝑditas domus iſrael:apoſtolos deſti/
nauerat:vt fidē populi iudęorū vel diſputa
tione:vel ſignis miraculiſqꝫ fundarent: ſed
cū illi munera ſibi oblata defugerēt:publi/
cani ⁊ peccatores in deū credere in fide coi/
re cęperunt. In his igiť apoſtolica ꝑdicati/
one regnū cęlorum cogitur: ⁊ fidelis populi
aſpiratione ſolidať. Diripit regnū illa quę
fluxu ſanguinis laborabat. Naꝫ cū dñs ad
filiam principis ſynagogę tenderet:furtiuo
quodā tactu ſanitatis remediū pręlibauit.
Diripit regnū illa chananęa: quę a finibus
Matth. 15. ſuis ęgreſſa clamabat dicēs: Miſerere mei
dñe fili dauid:filia mea male a dęmonio ve
xatur. Vere hęc regnū coegit:ꝑtinax in pre
cibus:ſapiēs in reſpōſis:fidelis in verbis.
Prętereūtē reuocat:tacentē rogat: excuſan
tem adorat:negantē inclinat. Nōne tibi vi
detur eripere:cuꝫ elicit qđ negatur:ꝑripere
qđ alijs reſeruatur? Negauerat em̄ dñs pa/
nem filiorū dari canibꝰ oportere. At illa cō/
ſenſit: ⁊ cōſentiendo diripuit dicens: Utiqꝫ
domine: Nam ⁊ catelli edunt de micis quę
cadunt de menſa dominoꝝ ſuorū. Didiciſti
quēadmodū regnum cęleſte rapiatur. Lo/
gamus igiť ⁊ nos: diripiamus illud. Nemo
em̄ niſi feſtinās paſcha mādūcat. Sed quę
eſt iſta que rapit regnum? Nō improbitas:
nō laſciuia:nō voluptas:ſed illa de qua di/
Ibidem. ciť: Magna eſt fides tua:fiat tibi ſicut vis.
Ecce rapuit:quę qđ voluit impetrauit: qđ
rogauit extorſit. Rapuit ⁊ illa vidua:q̄ fre/
quenter orando ſi nō ꝓpter innocentiā:ſal/
tim ꝓpter importunitatē vt exaudiatur ex/
torquet. Rapuit igiť eccleſia a ſynagoga re
gnū. Regnum meū chriſtꝰ eſt:rapio illū iu/
dęis miſſum ſub lege: natū ſub lege: nutri/
tum iuxta legē: vt me qui eram ſine lege ſer
uaret. Rapiť chriſtus:cū alijs ꝓmittiť:alijs
ꝑdeſtinať. Rapiť chriſtus:cū alijſ naſcitur:
alijs ſuffragať. Rapiť chriſtꝰ:cū ab alijs oc
ciditur:ſepeliť a nobis. Rapiť inſidiātibꝰ:
rapitur dormientibꝰ. Habes vbi ipſi cōfeſſi

ſunt nos rapuiſſe:ſe dormiſſe dicentes: Di/ Matth. 28.
cite quia diſcipuli eiꝰ nocte venerūt: ⁊ fura/
ti ſunt eum nobis dormiētibus. Surge igi/
tur qui dormis: ne ⁊ tu cū dormis chriſtum
amittaſ. Surge qui dormis: ⁊ exurge a mor Eph. 5.
tuis. Vides mortuos eſſe qui dormiūt. Et
ideo nō inuidemus alijs:ſed ꝓuidemus no
bis. Non em̄ mortui poterāt ſeruare viuen
tē. Exurgant vel ſero qui dormierūt: etiam
qui chriſtū ꝑdiderunt. Non ſic amittiť chri/
ſtus vt nō reperiať ſi tamē requirať :ſed vi/
gilantibꝰ regrediť: ⁊ exurgentibꝰ prę ſto eſt:
immo omnibꝰ adeſt qui vbiqꝫ ſemꝑ eſt: qa
cōplet omnia. Nulli em̄ defecit: nos defeci/
mus. Nulli inquā defecit:ſuꝑabundat om/
nibus. Suꝑabundauit em̄ peccatū: vt ſuꝑ/ Ro. 5.
abundaret grā. Gratia chriſtꝰ eſt: vita chri/
ſtus eſt:et chriſtus eſt reſurrectio. Qui ſur/
git igitur:inuenit eſſe ꝑſentē. Rapitur ergo
regnū cęlorum:cū chriſtus a domeſticis de/
negať:a gentilibꝰ adorať. Rapiť cum ab il/
lis repudiať:coliť a nobis. Rapitur cū per
hęreditatē nō agnoſcitur: per adoptionem
acquiritur.

## Expoſitiōis ſancti Ambroſij epi ſcopi in euangeliū ſm lucam liber quintus explicit.

## Liber ſextus eiuſdē incipit.

### De iuſtificatione dei a pplo: ⁊ cō tēptu a phariſęis ⁊ legiſperitis.

Ca. XXX.

Tomnis popu lus audiens ⁊ publi/
cani iuſtificauerūt de/
um: baptizati baptiſ/
mo iohannis. Phari
ſęi aūt ⁊ legiſperiti cōſiliū dei ſpre/
uerunt in ſe:non baptizati ab eo.
Aperuit ſanctꝰ lucas ſpecialibꝰ additis:
qđ quaſi generalibꝰ ſanctꝰ matthęꝰ ſubob/
ſcurū reliquerat. Ille em̄ ait: Et iuſtificata Matth. 11.
eſt ſapientia a filijs ſuis. Primū quę ſit illa
ſapiētia:hic videmus exꝑſſum. Ait em̄: Iu/
ſtificauerūt deū. Deus ģ ſapientia eſt: qꝛ ſa
pientia dei filiꝰ eſt. Sapientia ꝑ naturā:nō
ꝑ ꝓfectū. Alia eſt ſapiētia:dei patris virtꝰ:
alia ſapiētia:virtꝰ animę. Illa nata eſt:hęc
creata. Alia ſapiētia auctor opeꝝ:alia opꝰ.
Opus em̄ mētis ſapere prudēter:ſentire vi
uaciter. Hęc dona naturę ſūt. Operator au
tē nō creatura eſt:ſed creator:hoc eſt nō na/



turę munus:ſed munerator naturę. Iuſtifi/
catur igiť deus ipſe ꝑ baptiſmū:dū ſe homi
nes peccata ꝓpria ꝯfitendo iuſtificāt: ſicut
Eſa. 43. ſcriptū eſt: Dic tu iniqtates tuas vt iuſtifi/
cerl. Et iuſtificať in eo:qꝛ nō ꝑ ꝯtumaciā re/
Pſ. 10. futať:ſed ꝑ iuſticiā dei munuſ agnoſciť. Iu
ſtus em̄ dñs: ⁊ iuſticias dilexit. In eo ģ iu/
ſtificatio dei eſt:ſi nō ad indignos ⁊ ad no/
xios: ſed ad innocentes ꝑ ablutionē factos
videať ⁊ iuſtos ſua munera tranſtuliſſe. Iu
ſtificemus igiť dñm: vt iuſtificemur a dño.
Quid ſit iuſtificari deum impenſiꝰ requira/
Ro. 3. mus. Apľus dicit: Sit autē deus verax: oīs
aūt homo mēdax:ſicut ſcriptū eſt: Ut iuſti/
ficeris in ſermonibꝰ tuis: ⁊ vincas cū iudica
Pſ. 50. ris. Ipſe dauid quoqꝫ dicit: Tibi ſoli pecca
ui: ⁊ malū corā te feci: vt iuſtificerl in ſermo
nibꝰ tuis: ⁊ vincas cū iudicarl. Ergo is qui
peccat ⁊ cōfiteť deo peccatū:iuſtificat deuꝫ
cedens ei vincenti: ⁊ ab eo gratiā ſperans.
In baptiſmate igiť iuſtificať deus: in quo
eſt ꝯfeſſio ⁊ venia peccatoꝝ. Nō ꝯtēnamus
igiť ſicut phariſęi ꝯſiliū dei:cōſiliuꝫ dei eſſe
in baptiſmate iohānis. Quis igiť dubitet:
dei eſſe cōſiliū in chriſti lauacro? Hoc eſt: cō
ſilium:qđ magni ꝯſilij angelus reꝑperit: qđ
Ro. 11. nemo cognouit. Quis em̄ cognouit ſenſuꝫ
dñi? Hominis ꝯſiliū nemo cōtemnit: dei cō
ſiliū quis refutet? Ergo quaſi filij matrē iu/
ſtificemꝰ:matrē ſequamur. Scimus qꝛ ma/
ter ꝓ filijs ſe offert periculo:matris ſapiētię
cōſilio:matris obediamus imperio.

### De ſimilitudine qua phariſęi ⁊ le giſperiti confutantur.

Cantauimus vobis ⁊ nō ſalta/
ſtis:lamētauimus ⁊ nō plora/
ſtis. Etſi nō incōgrua hęc puerorū vide
antur eſſe ꝑſonę:qui leuē corporis motū im
prudentia adhuc maturioris grauitatis ex/
ercent: tñ ad altiorē ſenſum referri poſſe ꝓ/
ſumo:eo ꝙ videanť iudęi nec pſalmis ꝑmo
nec threnis poſtea ꝓpheticl crediddiſſe: pſal
mis ad ꝑmia ꝓuocati:threnis ab errore re/
uocati. Cātauit dauid: vt in ſalicibꝰ noſtra
ſuſpenderemꝰ organa. Cantauit ⁊ ipſe: ⁊ añ
arcam dñi nō ꝓ laſciuia ſed ꝓ religione ſal/
tauit. Ergo nō hiſtrionicl motibus ſinuati
corporis ſaltꝰ:ſed impigrę mētis ⁊ religioſa
corporis agilitas deſignať. Sed nō in triū/
phis:nō in excidijs iudęoꝝ ſecuta correctio
eſt qui diuinę idulgētię muneribꝰ ꝓuocati:
leuare mentē: corpus attollere:terrena de/



ſerere:cęleſtia quęrere debuerūt: et iniurijs
captiuitatis attriti deſiere peccatū qđ cul/
pa eſſet auctor iniurię. Iuſtificata eſt
ergo ſapiētia: ab omnibꝰ filijs ſu/
is. Bene ab oībus:quia circa oēs iuſti/
cia reſeruať: vt ſuſceptio fiat fidelium:reiec
tio ꝑfidorum. Unde plęriqꝫ gręci ſic habēt:
Iuſtificata eſt ſapientia ab omnibꝰ operi/
bus ſuis. Qđ opus iuſticię ſit:circa vniuſcu
iuſqꝫ meritū ſeruare menſurā. Bene ģ dič:
Cantauimꝰ vobis ⁊ nō ſaltaſtis. Cantauit
em̄ moyſes qñ in mari rubro ad tranſitū iu/
dęorū fluctus obriguit: vnda circūſtetit:ca/
dēqꝫ equos ęgyptiorum aſcenſoreſqꝫ refuſa
demerſit. Cantauit eſaias dilectę vinęę ſuę
canticū:ſignificans aſperā flagitijs fore plę
beꝫ: quę fęcūdis prius erat virtutibꝰ fructu
oſa. Cantauerūt hebręi cū veſtigia eorū ta/
ctu flāmę rorātis humeſcerēt: ⁊ intꝰ extraqꝫ
ardentibꝰ omnibꝰ:ſolos tamē ignis innoxi
os lamberet:nec adureret. Abachuc qꝫ can
tico publicā doctuſ mulcere męſticiā: ꝓphe
tauit dulcē dñi fore fidelibꝰ paſſionē. Can/
tauerūt ģ ꝓphetę ſpiritalibꝰ modulis: pu/
blicę ſalutis oracula reſultātes. Fleuerūt ꝓ
phetę threnis flebilibus:dura iudęorū cor/
da mulcentes. Docuit nos ſcriptura canta/
re grauiter:pſallere ſpiritaliter. Docuit etiā
ſaltare ſapiēter:dicēte domino ad ezechiel:
Plaude manu: ⁊ percute pede. Neqꝫ em̄ hi/ Ezech. 21.
ſtrionicos fluxu corporis motꝰ: deꝰ motum
cenſor exigeret:aut indecoros ſtrepitꝰ iuris
plauſuſqꝫ fęmineos imperaret: vt tantū ꝓ/
phetā deduceret ad ludibria ſcenicoꝝ ⁊ mol
lia fęminaruꝫ. Nō cōgruunt reſurrectionis
reuelata myſteria: ⁊ oꝑprobria ſaltatiōis ex/
acta. Et ſane eſt quidā ꝓprius bonoruꝫ ac/
tuū factorūqꝫ plauſus:cuius ſonꝰ in orbem
exeat: ⁊ bene geſtorū reſultet gloria: eſt ho/
neſta ſaltatio:qua tripudiat animꝰ ⁊ bonis
corpus operibꝰ eleuatur:qñ in ſalicibus or/
gana noſtra ſuſpendimꝰ. Iubeť ergo ꝓphe
ta plaudere manu ⁊ ꝑcutere pede: iubetur
pſallere:quia ſponſi nuptias iam videbat:
in quibꝰ deſponſatur eccleſia:chriſtus ada/
mať. Et bonę nuptię:quādo verbo anima:
ſpiritui caro nubit. In his propheta dauid
ludere nos nuptijs voluit:ad has iuitauit:
qn̄ anima coꝛpoꝛis nō conniuet illecebꝛis:
nec carnaliū voluptatū delectatione vinci/
tur: ſed mens pura mundiq̄ huiꝰ exuta fa/
mulatu: ſenſus coꝛpoꝛis in ſuas illicit ⁊ at/
trahit volūtates: vt audiēdi legendiq̄ vſu
incrementa virtutis epulet: atq̄ interioꝛis
ſuci ſpiritalibꝰ neſcitura famē ſatiet alimē/
tis. Etenim ratio cibꝰ mentis eſt: ꝓclara q̄/
dam alimonia ſuauitatis: que membꝛa nō
oneret: neq̄ in nature pudēda ſed oꝛnamē/
ta conuertat: cū libidinū volutabꝛū cōmu/
tatur in dei templū: diuerſoꝛiūq̄ vitioꝛū ſa
crariū incipit eſſe virtutū. Qð vtiq̄ tūc fit:
cū caro in naturā regreſſa vigoꝛis ſui agno
ſcit altricē: atq̄ auſu depoſito contumacie:
moderātis anime coniugat arbitrio. Qua/
lis fuit cū inhabitāda paradiſi ſecreta ſuſce
pit: anteq̄ veneno peſtiferi ſerpentis infec/
ta: ſacrilegā famē ſciret: diuinoꝛūq̄ memo/
riā pꝛeceptoꝝ anime ſenſibꝰ inherentē: eda
citatis ſtudio ꝓteriret. Hinc peccatū manaſ
ſe ꝓdit tanq̄ coꝛpoꝛe animaq̄ genitoꝛibꝰ:
duꝫ coꝛpoꝛis natura temptat: anima male
ſana cōpatit. Que ſi appetentiā coꝛpoꝛis re
frenaſſet: in ipſo oꝛtu eēt extincta oꝛigo pec
cati: quaꝫ velut virili infuſam coꝛpoꝛis mo
tui male feta anima: etiā ſui vigoꝛe coꝛrup/
to alienis malis oneribꝰ parturiuit. Eteniꝫ
ille valentioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ ſexus: quodā valido
impetu velut virilis fert affectus: hec mol/
lioꝛē q̄ vehemētioꝛē ſtudet tenere rationē.
Ex his itaq̄ diuerſarū cupiditatū motꝰ ad/
oleuit. Sed vbi in ſe anima redit: defoꝛmis
partus pudoꝛe ꝯuenta: degeneres abiurat
heredes: abdicās motꝰ: exoſa peccatū. Ca-
ro quoq̄ grauiū laboꝛū defenerata ſoꝛte: ⁊
vſura iniurie miſerabilis fatigata: vbi ſe cu
piditatibus ſuis quas ſibi ipſa generauit
tanq̄ ſentibꝰ mundi doluit eſſe cōfixā: vete
rē hominē feſtinat exuere vt ſe ſibi auferat:
ne impꝛouidā parentē ſucceſſio peritura de
ſtituat. Rurſus cupiditatuꝫ irrationabilis
motꝰ quaſi cuiuſdā foꝛme decoꝛe fucato vo
luptatis lenocinijs illectꝰ: eam ſibi tanq̄ in
vſum ſocietatl' aſciuit: ita velut quedā coꝛ/
poꝛis atq̄ anime nurꝰ voluptas: motui pꝛa
ue cupiditatis innubit. Ergo q̄diu manſit
in vna domo cōſpirātibus vitijs indiuidua
inſeparabiliſq̄ cōſenſio: nulla videbat eſſe
diuiſio. Vbi vero chꝛiſtꝰ igneꝫ quo delicta
coꝛdis exureret: vel gladiū qui ſignificat ex
erte aciē poteſtatis: quo ſpūs medullarūq̄
ſecreta penetrant: miſit in terras: tunc caro
atq̄ anima regenerationis īnouata myſte/
rijs: oblita qð erat: incipit eſſe qð non erat:
Ac ſe a veterl' vitij q̄uis ſibi ante dilecti ſo/
cietate ſecernit: ⁊ quaſi ꝓdige copulam po/
ſteritatis eliminat: vt diuidant parētes in
filios: dum intēperans motus temperātia
coꝛpoꝛis abdicat: ⁊ anima declinat conſoꝛ/
tiuꝫ culpe: nec extrarie illi ⁊ foꝛis ſumpte lo
cus remanet voluptati. Filij quoq̄ in parē
tes diuidūtur: dum renouati hominis cen/
ſuram ſenilem vitia vetuſta declinant: pie/
tatiſq̄ noꝛmā voluptas adoleſcentioꝛ tan/
quā ſeriem domus refudit diſciplinā. Non
incongruū quoq̄ eſt: ſi putemꝰ q̄ ⁊ iſti ideo
ſe diuidant vt melioꝛes fiant parentibus:
maxime cū in poſterioꝛibꝰ dixerit: Si quis .14
venit ad me ⁊ non odit patrem aut matreꝫ
⁊ filios ⁊ fratres ⁊ ſoꝛoꝛes: etiaꝫ animā ſuā:
nō poteſt meus diſcipulus eſſe. Et ideo ſm
ſimplicem intelligendi foꝛmā: gentilibꝰ pa/
rentibus qui chꝛiſtum ſequit filius antefer/
tur. Religio enī pꝛeſtat pietatis officijs. Il
lud quoq̄ ſm altioꝛē interꝓtationē qua de
carne peccatū naſcitur: ⁊ velut in vtero car/
nis operatur: de quo ait apoſtolꝰ: Si autē Ro.7.
qð nolo hoc ago: iam non ego illud operoꝛ
ſed quod habitat in me peccatū: cū ꝓ vita
mundi huiꝰ effuſus domini ſanguis abole/
uerit vitia: in gratiā ex offenſione cōuertit.

Supabundauit eñ peccatũ: vt ſupabunda
ret gratia: fitq̃ vt ex peccato orta pęnitẽtia
ad cõuerſionẽ me ꝓpoſiti: ⁊ ad cupiditatez
gratię ſpiritalis impellat. Itaq̃ qđ erat mi
hi ad mortẽ: hoc erit in ſalutẽ. Ergo pecca/
tũ irriguo fontis ablutũ ab ea vnde gene/
ratũ eſt carne ſecernit: ⁊ dũ vnuſquiſq̃ cu/
pit redimere delictũ: fit exertę culpę ſtudiũ
diſciplinę: cõcupiſcentia quoq̃ rerũ malaꝝ
⁊ quidã mot⁹ feruidior cupiditatis: dei ver
bo in appetitũ trãſfundit diuinę charitatis
⁊ amoris: atq̃ in eadẽ natura fit varia diſci
plina: multoq̃ meliorem q̃ antea volupta
tẽ ſibi myſterioꝝ cęleſtiũ ille corporis atq̃
animę appetit⁹ acquirit. Alit eñ animus co
gnitione rerũ: ⁊ cõperta futuroꝝ repromiſ/
ſione ſublimior: animę opa vetuſta faſtidit.
1.Cor.2. Animalis eñ homo nõ pcipit quę ſunt ſpi/
ritus dei: ſtulticia eñ illi eſt. Spiritalis aũt
dijudicat oĩa: ipſe aũt a nemine dijudicat.

## De liberatione ab aduerſario in via.

Ca.LIX. Dum vadis cum aduerſario
tuo ad magiſtratũ in via: da
operã liberari ab illo: ne for
te cõdẽnet te apud iudicez: ⁊ iudex
tradat te exactori: ⁊ exactor mittat
te in carcerẽ. Dico tibi nõ exies in/
de: donec etiã nouiſſimũ quadran
tem reddas. Hoc etiã mattheus poſu
it: ſed ille ſpecialiter: iſte generalit. Ille eñ
de recõcilianda pace diſſidentiũ fratruz di/
cendũ putauit: hic de pęnitẽtia ⁊ oĩs emen/
datiõe delicti. Diſcutiamus igit qui ſit ad/
uerſarius: qui magiſtrat⁹: qui iudex: qui ve
exactor: quidve putem⁹ eſſe quadrãtẽ: quẽ
niſi quiſ exoluerit mittatur in carcerẽ. Et iu
xta mattheũ quidẽ aduerſari⁹ eſt: cum quo
minime tibi in hac vita ꝯueniſſe videatur:
qui apud iudicẽ futurũ viuoꝝ atq̃ mortu/
orum: manẽtis ſimultatis te crimie pſequa
tur. Iuxta lucã aũt eſt aduerſari⁹ noſter ille
ꝑcipue qui ſerit illecebras delictoꝝ: vt ha
beat in ſupplicio participes quos habuit in
errore conſortes: atq̃ ideo ſocios quęrit ad
culpã: vt obnoxios ꝓdat ad pęnã. Quẽ no
1.Petri.5. bis cauendũ petrus apľs monet dicẽs: Ad
uerſari⁹ veſter diabolus tanq̃ leo rapiens
⁊ rugiens: quęrit quẽ deuoret. Eſt aduerſa/
rius noſter iuxta mattheũ: omnis virtutis
vſus: ⁊ apľicus ⁊ ꝓpheticus ſermo: qui nos
ad aſperiora ꝑcepta ⁊ durioris vitę documẽ
ta cõſtringit. Cui nos cõſentire cõuenit: vt
eũ operib⁹ ęmulemur: ne aliqua nr̃i ꝯtuma
cia ab eo deſciuiſſe ꝓdamur. Iuxta lucã aũt
nemo nobis magis aduerſarius q̃ noſter
eſt lapſus: qui nos vitę noſtrę accuſat indi/
cijs: Nõ quo accuſationis vlli⁹ iudex futu/
rus quęrat officiũ: ſed q2 apud omniũ cog/
nitorẽ noſter nos actus accuſat: dũ ab vſu
virtutis apľiciſq̃ ꝑceptis inuenitur alien⁹.
Itaq̃ aduerſari⁹ nobis omnis vitioꝝ eſt
vſus. Aduerſaria nobis libido: aduerſaria
auaricia: aduerſaria omnis improbitas: ad
uerſaria oĩs iniqua cogitatio. Omnis de/
niq̃ mala eſt ꝯſciẽtia: quę nos ⁊ hic afficit:
⁊ in futuro accuſabit et ꝓdet: ſicut teſtatur
apľus dicẽs: Teſtimoniũ reddẽte illis con/ Ro.2.
ſcientia illoꝝ: ⁊ inuicẽ cogitationibus accu
ſantibus aut etiã excuſantib⁹. Q2 ſi conſci/
entia vnũquẽq̃ ꝓdit: quãtomagis geſtoꝝ
noſtroꝝ opus ante deũ preſto eſt: qđ expſ/
ſum in noſtro corpore vltimo tẽpore cenſe/
bitur: ⁊ ſecretũ cogitatiõis ſcriptũ in cordi/
bus noſtrĭ legetur? Demus igit operã vt dũ
in hoc ſumus vitę curriculo cõſtituti: tanq̃
a malo aduerſario: ita ab improbo liberemur
actu: nedũ imus cũ aduerſario ad magiſtra
tũ in via: noſtrum cõdemnet errorẽ. Ideo ⁊
ſm mattheũ: Eſto cõſentiens aduerſario
tuo cũ es cum illo in uia. εὔνοων autẽ gre/
cus dixit: hoc eſt: beniuolus. Si eñ dum ſu
mus in hac vita exoluamus nos a vinculis
diaboli: nec ille ꝓpter noſ damnabit: ⁊ nos
a vinculis ei⁹ erimus alieni. Unde ⁊ ꝓ aſſy
rio pſalm⁹ ſcribit ſeptuageſimuſnon⁹. Be/
ne eñ cõſulis aduerſario: ⁊ ꝓ illo aſſyrio: h
eſt: bene facis ſi eius laqueis exutus ꝑſtes
hanc beniuolẽtiã: vt pęnã tui lapſus ⁊ mor
tis euadat. Q2 ſi vinculis eius hęreas: tra/
det te tanq̃ reum magiſtratui: id eſt: accuſa
tor ⁊ ꝓditor. Quis eſt magiſtratus: niſi pe
nes quẽ omnis ptãs eſt: ⁊ qui pleni ⁊ pfecti
temporis ſublimẽ ſibi vendicat poteſtatẽ?
Bonoꝝ itaq̃ operũ fret⁹ cõſcientia non ti/
mens aduerſariũ: ſanct⁹ ꝓpheta feſtinat di
cens: Sitiuit anima mea ad deuz viuũ: qñ Ps.41
veniã ⁊ parebo ante faciẽ dei? Hic eñ magi
ſtratus tradet reum iudici: ei ſcz cui viuoꝝ
⁊ mortuoꝝ tribuit poteſtatẽ. Tribuit p na/
turaz: nõ p gratiã. Nõ eñ quã nõ habebat
accepit: ſed quã ex ſubſtãtia patris cũ gene
raret aſſumpſit. Hunc magiſtratũ tibi ⁊ iu/
dicem mõſtrat: qui mõſtrauit ⁊ accuſatorẽ:



Ro.2. ⁊ oſtendit qñ ſit reuelandus. In die inquit
qua iudicabit de⁹ occulta hominũ ſm euã/
geliũ meũ p ieſum chriſtũ dñm noſtrũ. Hic
igitur eſt iudex ieſus chriſtus: p quẽ omnia
occulta redarguunt: ⁊ improbi operis pęna
mandat. Uis ſcire chriſtũ eſſe iudicẽ: qui ex
actori tradit: ⁊ in carcerẽ mittit? Ipſum in/
terroga: immo ipſũ lege in euangelio dicen
Matth.22. tem: Tollite ⁊ mittite illũ in tenebras exte/
riores. Exactores quoq̃ ſuos ipſe monſtra
Matth.13. uit alio loco vbi dicit: Sic erit in cõſũmati/
one ſęculi: Exibunt angeli: ⁊ ſeparabũt ma
los de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittent eos in cami
num ignis: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiuz.
Supeſt nunc vt intelligamus qđ ſibi velit
figura quadrãtis. Et videt vſualis rei expſ
ſum nomine: intellect⁹ ſpiritalis arcanum.
Nam ſicut qui pecuniã ſoluunt debitũ red/
dunt: nec prius euacuat fęnoris nomen: q̃
totius ſortis ad nummũ vſq̃ quocũq̃ ſolu
tionis genere quãtitas vniuerſa ſoluatur.
Sic cõpenſatione charitatis actuũq̃ reliq/
rum vel ſatiſfactione quacũq̃ peccati pęna
diſſoluit. Nõ ocioſum etiã: q2 non ęra ſicut
alibi duo: nõ aſſem: non denariũ: ſed qua/
drantẽ hoc poſuit loco. Quadrantaria eñ
pmutatio velut quędã eſt cõpenſatio: cum
aliud reddit: ⁊ aliud ſignificat ſolutuz. Ita
⁊ hic aut ꝑcio charitatĭ redimit iniuria: aut
iniurię ęſtimatione pęna laxatur. Quadrã
tem autem in balneis dare ſolere reminiſci
mur: cui⁹ oblatione vt illic vnuſquiſq̃ lauã
di accipit facultatẽ: ita hic accipit eluendi:
q2 vniuſcuiuſq̃ peccatũ ſupraſcriptę gene/
re cõditionis eluit: cũ tãdiu exercetur noxi⁹
pęniſ: vt cõmiſſi ſupplicia erroris expendat.
De galileis autẽ illis quoꝝ ſanguinẽ pi
lat⁹ miſcuit cũ ſacrificijs eoꝝ: figura quędã
videt: eos tangẽs qui coactu diabolico nõ
pure offerunt ſacrificiũ: quoꝝ oratio in pec
catũ: ſicut de iuda ſcriptũ eſt ꝓditore: qui ꝓ
ditionẽ ſanguinis dominici inter ſacrificia
poſitus cogitabat.

## De parabola arboris fici quid ſignificet.

Capitulo decimotertio.
Ca.LX. Arborem fici quidã habu
it plantatã in vinea ſua.
Quid ſibi vult q2 in euangelio
ſuo dñs fici parabolã frequenter
inducit? Habes eñ alibi: qđ iuſſu dñi viri/
ditas oĩs ligni hui⁹ frondẽtis aruerit. Un/
de intelligim⁹ omniũ creatorẽ: qui põt im/
perare naturis: vt vel areſcant ſubito vel vi
reſcant. Alibi ex teneritudine arboris hui⁹
⁊ folijs cõmemorat conijci ſolere ęſtatis ad/
uentuz: vtroq̃ ſignificans ⁊ iudaicę plębis
inanẽ quã ꝑtẽdebat gloriã velut florẽ in ad
uentu dñi decidiſſe: q2 operib⁹ infructuoſa
durabat: ⁊ iudicij diẽ velut ęſtatis aduẽtuz
quo adulti fructus terrarũ omniũ recõdun
tur: ex plenitudine eccleſię in quaz iudęi q̃
credituri ſunt eſſe metiendũ. Etiã hic ergo
altioris ſenſus aliqđ quęramus arcanũ. Fi
cus i vinea ẽ. Erat eñ vinea dñi ſabbaoth:
quã dedit in rapinã gentiũ. Itaq̃ qui vine
am ſuã diripi fecit: hic etiã ficum iuſſit exci/
di. Apta aũt ſynagogę arboris iſti⁹ cõpara/
tio eſt: q2 ſicut iſta arbor folijs redũdãs flu/
entibus ſpem poſſeſſoris ſui caſſa ſperatoꝝ
ꝓuentuũ expectatione deſtituit: ita etiã in
ſynagoga dũ doctores eius operib⁹ infęcũ/
di: verbis tñ velut folijs redũdantib⁹ glori/
ant: ianis vmbra legis exuberat. Spes aũt
falſi ſpectata ꝓuentus: populi vota credẽ/
tis illudit. Eſt etiaz in natura arboris: quo
magis credas ſynagogę ſpeciez cõparatiõe
hui⁹ expreſſam. Eteñ ſi diligẽter inquiras:
diſcretã ab vſu arboꝝ cęterarũ cõſuetudi/
nẽ naturę hui⁹ inuenies. Nãq̃ alię florẽ fe/
runt anteq̃ fructũ: pomaq̃ ventura ꝑnun/
cio ſui flore deſignãt: hęc ſola ab initio ger/
minat poma ꝓ floribus. In alijs flos diſcu
titur ⁊ poma naſcunt: in hac poma decidũt
vt poma ſuccedant. Ergo priora illa caſſa
fructuuz vice floris emergũt: ita ꝑcoq quo/
dam naſcendi vſu: quę ordinẽ naturę neſci/
unt: beneficium naturę ſeruare nõ poſſunt.
Eteñ quaſ e medio trudere de cortice gemi
na cõſueuit: ea minutiſſima quęq̃ hui⁹ ge/
neris poma ꝓrumpunt. De quib⁹ legimus
in canticiſcanticoꝝ: Ficus ꝓducit groſſos Cant.2.
ſuos. Itaq̃ cęteris albentibus primo vere
virgultis: ſola ficus ꝓprio neſcit flore cane/
ſcere: eo fortaſſe q2 nullus iſti⁹ maturior ſit
vſus in pomis. Nãq̃ ſuccedẽtib⁹ alijs: hęc
quaſi degenerãtia reſpuunt: ⁊ arenti infir/
ma radice: renouatis quib⁹ ſit ſucus vtilior
exurunt. Manent tñ aliqua prara nec de/
cidunt: quibus hic ꝓuentus arriſerit: vt de
medio duarũ virgarũ clauiculo breui erum
pẽte ꝓmergant: quo geminis tecta ꝑſidijs
tanq̃ naturę parẽtis gremio: ſuci fotu ple/
nioris inoleſcant: Ea clemẽtioris aurę ꝓuo

cara tẽperic:⁊ ꝓlixioribus adultiora tẽpo/
ribus vbi ſilueſtrẽ animũ ſuci prioris exuc/
rint:ſpecie ceteris ⁊ maturitatis gratia prę/
ferunt. Specta nunc cultus ⁊ animos iudę
orum:qui quaſi primi fruct⁹ male feracis ſy
nagogę groſſi labentis ſimilitudine corrue/
runt:vt mãſura ſupra ęuũ noſtri gener̃ po/
ma ſuccederẽt. Eteñ primus ſynagogę po/
pulus quaſi radice operũ infirm⁹ arentiuȝ:
vbertatẽ ſapientię naturalis haurire nõ po
tuit. Et ideo velut inutilis decidit fructus:
vt quaſi ex iiſdẽ clauiculiſ arboris fructuoſę
de pinguedine religionis antiquę nou⁹ ec/
cleſię ꝓſſus emergeret. Ergo ille qui erat:eẽ
deſiuit:vt inciperet iſte qui nõ erat. Primi
tũ ex iſrael quos naturę validioris ram⁹ ex/
tulerat: ſub vmbra legis ⁊ cruc̃ in vtriuſqꝫ
ſinu ſuco gemino:colorati groſſi matureſcẽ
tis exemplo:pulcherrimorũ gratia fructuũ
Matth. 19. ceteris ꝓſtiterunt:quib⁹ dicitur:Sedebitis
ſupra duodecim thronos:iudicãtes duode
cim trib⁹ iſrael. Nec illud alienuȝ qđ adam
atqꝫ eua primi illi noſtri vt generis ita erro/
ris parẽtes:qui hui⁹ arboriſ texere ſe folijs:
paradiſi exules eſſe meruerunt:cum dñi de/
ambulantis ꝑſentiã trãſgreſſionis ſuę con/
ſcij declinarẽt:vt ſignificarent futuꝝ qđ vl/
timis tẽporibus ꝓſſus iudęorũ ſub dñi ſal/
uatoris aduẽtu :qui eos vocatur⁹ aduenit:
exutũ ſe virtutib⁹ ꝑ diaboli tẽptamenta co
gnoſcẽs ⁊ intecta cõſcientię ꝓbra formidãs
a religione deuius:ꝑuaricatione cõfuſus eſ
ſet a dño receſſurus:verborũ fluentiũ velut
foliorũ velaminib⁹ adopert⁹ pudẽda geſto/
ruȝ. Ergo illi qui folia de ficulnea nõ poma
carpſerũt:eliminati ſunt a dei regno. Erãt
eñ in animã viuentẽ. Venit ſecũdus adã:
⁊ iam nõ folia ſed poma quęrebat. Erat eñ
in ſpiritũ viuificantẽ. In ſpiritu aũt fruct⁹
virtutis acquirit̃:dñs adoratur. Quęrebat
aũt dñs:non quia fructũ ficulneę deeſſe ne/
ſciret:ſed vt oſtẽderet in figura: qꝛ fructum
ſynagoga iã habere deberet. Deniqꝫ ex ſe/
quentib⁹ docet:nõ ſe ante tẽpus veniſſe: q̃
ꝑ trienniũ venit. Sic eñ habes. **Ecce an
ni tres ſunt ex quo veni quęrẽs fru
ctũ in ficulnea hac:⁊ non inuenio.
Succide ergo illã:vt quid etiã ter/
ram occupat?** Venit ad abraã: venit
ad moyſen:venit ad mariam:hoc eſt:venit
in ſignaculo:venit in lege:venit in corpore.
Aduentuȝ ei⁹ ex beneficijs recognoſcimus.

Alibi purificatio:alibi ſctificatio:alibi iuſti
ficatio eſt. Circũciſio purificauit:ſanctifica/
uit lex:iuſtificauit gratia. Vn⁹ in omnib⁹:⁊
vnũ omnia. Nemo eñ mundari põt: niſi q̃
metuit dñm. Nemo legẽ meretur accipere:
niſi purificat⁹ a culpa. Nemo accedit ad gra
tiam:niſi nouerit legẽ. Ergo popul⁹ iudęo/
rum neqꝫ purificari potuit: qꝛ circũciſioneȝ
non animi ſ3 corporis habuit. Neqꝫ ſanctifi
cari:qꝛ virtutẽ legiſ ignorauit: qui carnalia
magis q̃ ſpiritalia ſequebat̃: Lex aũt ſpiri/
talis ẽ. Neqꝫ iuſtificari:qui delictorũ ſuorũ
pęnitentiã nõ gerebat:⁊ ideo gratiã neſcie/
bat. Merito ergo nullus ĩ ſynagoga fruct⁹
inuẽtus eſt:⁊ ideo iubet̃ excidi. Sed bonus
cultor:⁊ fortaſſe ille ĩ quo eccleſię fundamẽ/
tũ eſt:ꝑſagiens alteꝝ ad gentes: ſe autẽ ad
eos qui ex circũciſione ſunt eſſe mittendũ:
⁊ religioſe ne excidat̃ interuenit:fretus vo/
catione ſua: etiã populũ iudęorũ ꝑ eccleſiã
poſſe ſaluari:ideoqꝫ dicit: **Dimitte il/
lam ⁊ hoc anno:vſqꝫ dũ fodiam cir
ca illã ⁊ mittã cophinuȝ ſtercoris.**
Vicito duriciã iudęoꝝ ſuperbiãqꝫ cauſas
eſſe ſterilitatis agnouit. Itaqꝫ nouit excole
re:qui nouit vitia deprehendere:pollicetur
dura cordis eorũ apoſtolicis ligonibus eſſe
fodienda:vt longo incultu ſitum mẽtis ob/
ductũ:ſermo bis acutus inuertat:⁊ corde ꝓ
ſciſſo excitet ſenſuȝ aerio ſpiramine iã vigẽ
tem:ne radicẽ ſapiẽtię terraruȝ aceruus ob/
ruat ⁊ abſcondat. Cophinũ quoqꝫ ſtercoris
dicit eſſe mittendũ. Magna ꝑfecto vis ſter
coris:quę tãta eſt vt de infęcũdis fęcunda:
de arentib⁹ virẽtia:de ſterilibus faciat fruc
tuoſa. In quo ſedit iob cũ temptaret̃:⁊ vin
ci nequiuit. Et paulus ęſtimat ſtercora: vt Phil. 3.
chriſtũ lucrifaciat. Deniqꝫ cũ ante iob plu/
rima ꝑdidiſſet:poſteaq̃ ſedit in ſtercore:nõ
habuit qđ ei diabolus poſſet auferre. Bo/
na ergo terra quę fodit̃:bonũ ſterc⁹ qđ mit/
titur. Deniqꝫ dñs de terra ſuſcitat inopẽ:et Pſ. 112.
de ſtercore erigit pauperẽ. Itaqꝫ ꝑ intellec/
tus exercitiũ:ſpiritalis ⁊ humilitatis affec/
tum:etiã iudęos in euangeliũ chriſti cultor
ille bon⁹ fore exiſtimat fructuoſos. Memi/
nerat eniȝ quia ꝑ aggęum dñs locutus eſt:
Qm̃ quarto ⁊ viceſimo noni menſis a die q̃ Agge. 2.
fundatuȝ eſt templũ domini omnipotẽtis:
vineam inquit ⁊ ficus ⁊ malogranata et lig
na oliuę:quę nõ afferũt fructum: ex hac die
benedicã:quo reuelat̃ ſub ipſum anni ver/



gentis occaſum:hoc eſt:ſęculi iam ſeneſcen
tis occiduo:ſanctũ dei templũ qđ eſt eccle/
ſia eſſe cõdendũ:cui⁹ gratia ꝑ ſanctificatio/
nẽ lauacri:iudęorũ nationũqꝫ populi: fruc/
tum ſuorũ poſſint habere meritorũ. Ergo ꝑ
naturaȝ arboris ſynagogę ſpecies indicat̃:
ſecũdis ꝓuentib⁹ fructuoſa. Nos eñ ex pa
trum ſemine. Meritoqꝫ iudęi groſſis laben
tibus comparant̃:qꝛ incraſſato corde ⁊ ꝑdu
ra ceruice ad ꝑennitatẽ ſui ꝑuenire nõ pñt.
Qui ſi moriant̃ ⁊ quaſi decidant huic mun
do:vt in interiorẽ hominẽ ꝑ lauacri gratiaȝ
renaſcant̃:erũt vtiqꝫ fructuoſi. Perfidia au
tẽ hominũ ꝑtinaciũ:ſynagogã inutilem fe/
cit:⁊ ideo quaſi ſterilis iubet̃ excidi. Qđ de
iudęiſ dictũ:omnib⁹ cauendũ arbitror:⁊ no
bis maxime ne ſęcundũ eccleſię locũ vacui
meritis occupemus:qui quaſi malograna/
ta bñdicti:fructus ferre debem⁹ internos:
fructus pudoris:fructus cõiunctionis:fruc
tus mutuę charitat̃ ⁊ amoris:ſub vno vte/
ro eccleſię matris incluſi:ne aura noceat:ne
grando decutiat:ne ęſtus cupiditatis exu/
rat:ne humor̃ imber elidat. Nõnulli tamẽ
ficũ iſtaȝ ꝑ allegoriã nõ ſynagogę ſed mali/
cię ⁊ improbitat̃ figurã putant: hi tamẽ in
nullo diſtant:niſi qꝛ ꝓ ſpecie genus eligũt.
Id autẽ cauere ſe dicunt:qꝛ dñs dixit ad fi/
cum: Nunq̃ ex te fruct⁹ naſcatur in ſempi/
ternũ:cũ vtiqꝫ plurimos ex iudęis credidiſ/
ſe ⁊ credituros eſſe nouerimus. Sed q̃ cre/
dit:nõ ſynagogę iam fruct⁹ eſt ſed eccleſię:
nec ex ſynagoga naſcit̃ qui renaſcit̃ in eccle
ſia. Sicut eñ ſunt qui ex nobis exierũt: ſed
nõ erant ex nobis:ſi eñ ex nobis eſſent no/
biſcũ mãſiſſent:ſic de his qui ex iudęis cre/
dũt dicimus:qꝛ ſi ex ſynagoga eſſent:in ſy/
nagoga manerent:ſed ꝓpterea exierunt de
ſynagoga:vt ex ea nõ fuiſſe credant̃. Dein/
de ꝓ malitia interueniret aliquis: ⁊ diceret
excolendã vt fructũ afferret:cum ideo vene
rit dñs vt ſemina improbitatis aboleret.

## De curatione mulieris quę ſpiritum infirmitatis decem ⁊ octo annis habebat.

e **Rat autẽ docens in ſynagoga
eorum ſabbatis:⁊ ecce mulier
quę habebat ſpirituȝ infirmitatis
anniſ decẽ ⁊ octo:⁊ erat inclinata.**
Vicito qđ de ſynagoga diceret idicauit.
Ad ipſam vtiqꝫ arborẽ veniſſe ſe monſtrat:
qui in eadẽ ꝑdicabat. Deniqꝫ in muliere in/

firma:quaſi eccleſię figura ſuccedit:quę cuȝ
menſurã legis ⁊ reſurrectionis impleuerit:
in illa quiete ꝑpetua in ſublime erecta faſti
gium:inclinationẽ noſtrę infirmitatis ſen/
tire non poterit. Nec aliter curari potuiſſet
hęc mulier:niſi qꝛ legem impleuit ⁊ gratiã.
Legem in ꝑceptis:in lauacro gratiã:ꝑ quã
mortui ſęculo reſurgim⁹ chriſto. Nã in de/
cẽ verbis legis ꝑfectio eſt:in octauo nume/
ro:reſurrectiõis eſt plenitudo. Opus ergo
ſabbati ſignũ futuri eſt:qđ vnuſquiſqꝫ lege
ꝑfunctus ⁊ gratia:ꝑ miſcđiam chriſti corpo
rę fragilitatis moleſtijs exuet̃. Et ideo in
ſigno ante ꝑ moyſen premiſſa eſt ſanctifica
tio:vt eſſet exercitiũ futurę ſanctificationis
⁊ obſeruãtię ſpiritalis a ſęcularib⁹ operib⁹
abſtinendi. Deniqꝫ ⁊ de⁹ ab operibus mun
di quieuit:nõ ab operib⁹ cui⁹ ſempiterna ⁊
iugis operatio eſt:ſicut filius ait: Pat̃ me⁹ Joh. 5.
vſqꝫ modo operatur:⁊ ego operor:vt ad ſi/
militudinẽ dei ſęcularia noſtra opera nõ re/
ligioſa ceſſarẽt. Hoc aũt nõ intelligẽs archi
ſynagogus ꝓhibebat quẽquã curari ſabba
to:cũ ſabbatum futurarũ typus ſit feriarũ:
Et ideo nõ opis boni ſ3 mali ferię ſunt:coqꝫ
ꝑſcriptũ ſit:vt nullã ferentes ſarcinã delic/
torum:nec bonorũ ieiunij operum ſabbata
poſt mortẽ futura celebremus. Unde dñs
ſpiritaliter videt̃ reſpondere cũ dicit: **Hy/
pocritę:vnuſqſqꝫ veſtruȝ ſabbato
nõ ſoluet bouẽ ſuum aut aſinum:⁊
ducit ad aquare?** Cur eñ nõ aliud ani
mal indicauit:niſi vt oſtenderet aduerſan/
tibus:licet ſynagogę principib⁹: futurũ ta/
men vt iudaic⁹ ⁊ gẽtilic⁹ populus ſitim cor/
poris ęſtuſqꝫ mundi iſtius dñici font̃ vber/
tate deponat? Agnouit eñ bos poſſeſſoreȝ Eſa. 1.
ſuũ:⁊ aſinus ꝑſepe dñi ſui. Itaqꝫ ille popu
lus qui antea fęni vilis qđ priuſq̃ euellatur
areſcit alimonia paſcebat̃:panẽ illum qui e
cęlo deſcendit accepit. Et ideo ꝑ vocationẽ
duorũ populoꝝ eccleſiã dicit ſaluã futurã:
quę tẽpore legis impleto ⁊ dñicę reſurrecti/
onis ętate tẽpus ſuę abſolutõis acceperat.
Vi clemens ergo dñs:q̃ pi⁹ in vtroqꝫ:cum
aut miſeret̃:aut vindicat. In ſynagogę ty/
po arborem excidi iubet: in typo eccleſię fę/
minam ſaluat. Vi dulcis parabola: facilis
autẽ ſolutio. Vinculuȝ vinculo comparat:
vt inſimulatio iudęorũ:actu ipſorum redar
guatur. Nam cum ipſi animalib⁹ ſabbato
ſoluant vincula: reꝑhendunt dominuȝ qui

homines a peccatorū vinculis liberauit.

**De cōparatione regni celorū ad granum ſinapis.**

Ca.LXI. **Cui ſimile eſt regnū dei: ⁊ cui**
c **ſimile eē illud eſtimabo? Si**
**mile eſt grano ſinapis: quod**
**acceptū homo miſit in hortū ſuuz:**
**⁊ creuit: et facta eſt arbor: et volu/**
**cres celi requieuerūt in ramis eiꝰ.**

Docet nos p̄ſens lectio naturā cōparati/
onū ſpectandā eſſe nō ſpeciē. Itaqꝫ videa/
mus cur ſublime regnū celorum grano ſina
pis cōparetur. Nam memini etiā alio loco
granū ſinapis lectū: vbi fidei cōfertur: dicē
Matth.21. te dn̄o: Si habueritis fidē ſicut granū ſina/
pis: dicetis huic monti tollere: et iactare in
mare. Nec exigua hec ſed magna eſt fides:
que monti poſſit vt ſe transferat imperare.
Neqꝫ eñ mediocrē fidē dn̄s exigit ab apo/
ſtolis: quibꝰ aduerſus altitudinē extollentē
ſe nequitie ſpiritalis ſcit eſſe certādū. Vis
1.Corſ.13. ſcire magnā fidez requiri? Lege in ap̄lo: Et
ſi habeam omnē fidē: ita vt montes transfe
rā. Ergo ſi regnū celorū ſicut granū eſt ſina
pis: ⁊ fides ſicut granū ſinapis: fides vtiqꝫ
regnū celorū: ⁊ regnū celorū eſt fides. Itaqꝫ
qui fidem habet: habet ⁊ regnū celoruz. Et
regnū intra nos: ⁊ fides intra nos eſt. Legi
ĩ.17. mus eñ: Regnū dei intra vos eſt. Et alibi:
Habete fidē in vobiſipſis. Deniqꝫ petrus q̄
omnē habuit fidē: regni celorum claues vt
⁊ alijs reſeraret accepit. Nunc ex natura ſi/
napis que virtus cōparationis ſit: eſtime/
mus. Granum certe eius: res eſt vilis ⁊ ſim
plex: ſi teri ceperit: vim ſuā fundit. Etiam fi
des primo ſimplex videt̃: ſed ſi terat̃ aduer/
ſis: gratiā ſue virtutis effundit: vt alios q̄ꝫ
qui vel audiunt vel legūt: odore ſui cōple/
at. Granū ſinapis martyres noſtri ſunt: fe/
lix: nabor: ⁊ victor: geruaſius: ⁊ ꝓtaſius: et
nazarius. Habebant odorem fidei: ſed late
bāt. Venit p̄ſecutio: arma poſuerunt: colla
flexerūt: cōtriti gladio per totos terminos
mundi: gratiā ſui ſparſere martyrij: vt iure
Pſ.18. dicat̃: In omnē terrā exiuit ſonus eorū. Sz
alias teritur fides: alias p̄mitur: alias ſemi/
natur. Ipſe dn̄s granū eſt ſinapis. Erat in/
teger ab iniuria: ſed cū velut granū ſinapis
qui nō attigerat populꝰ neſciebat. Teri ma
2.Corſ.2. luit: vt diceremus: Chriſti eniz bonus odor
ſumꝰ deo. Cōprimi maluit: vnde ⁊ petrꝰ di/
ĩ.8. xit: Cōprimunt te turbe. Seminari maluit
velut granū: qđ acceptū homo miſit in hor
tum ſuū. In horto eñ chriſtus ⁊ captꝰ ⁊ ſe/
pultus eſt. In horto creuit: vbi etiā reſurre
xit: ⁊ factuſ eſt arbor: ſicut ſcriptū eſt: Sicut Cant.2.
arbor mali inter ligna ſilue: ita frater meus
in medio filiorū. Ergo ⁊ tu ſemina in horto
tuo chriſtum. Hortus vtiqꝫ locus plenꝰ eſt
florum ⁊ fructuū diuerſorū: i quo gratia tui
operis efflorеat: ⁊ multiplex odor varie vir/
tutis exhalet. Ibi ergo ſit chriſtus: vbi fruc
tus eſt. Semina dn̄m ieſum: granū eſt cum
cōprehēdit̃: arbor eſt cū reſurgit: arbor mū/
dum obumbrās. Granū eſt cū ſepelit̃ in ter
ra: arbor eſt cū eleuatur ad celū. Preme eti/
am cū chriſto: ⁊ ſemina fidē. Premit̃ fides:
cū crucifixū credimus chriſtū. Preſſit fidem
paulus cum diceret: Et ego veniēs ad vos 1.Corſ.2.
fratres: veni nō cū eminētia ſermonis: aut
ſapientie: p̄dicās vobis myſteriū dei. Neqꝫ
eñ iudicaui me ſcire aliquid inter vos: niſi
ieſum chriſtū ⁊ hunc crucifixū. Et qꝛ docuit
p̄mere fidem: docuit ⁊ leuare dicens: Nunc 2.Corſ.5.
eñ crucifixū iam non nouimus chriſtū. Se/
minamus aūt fidē: cū ex euāgelicis ⁊ ap̄licꝭ
⁊ ꝓpheticis lectionibꝰ credimus in dn̄i paſ/
ſionē. Seminamꝰ ergo fidem: cū eam velut
mollito ⁊ ſubacto ſolo dn̄ice carnis operi/
mus: vt quaſi vapore ⁊ cōpreſſu ſacri corpo
ris fides ſeipſa diſſeminet. Qui eñ credide
rit factū hominē dei filiū: credit mortuū eē
ꝓ nobis: creditqꝫ reſurrexiſſe ꝓ nobis. Se/
mino ergo fidē: cū ſepulturā eius interſero.
Vis ſcire granū chriſtū: ⁊ ſeminatū xp̄um?
Niſi granū tritici cadenſ in terrā moriat̃: ip Ioh.12.
ſum ſolū manet: ſi autē mortuū fuerit mul/
tū fructū affert. Ergo nō errauimꝰ: qꝛ dixi/
mus qđ ipſe iā dixerat. Eſt aūt ⁊ granū tri/
tici: qꝛ cōfirmat cor hois: Et granū ſinapis:
qꝛ cor hois accendit. Et licet ad oīa vtrūqꝫ
cōueniat: videt̃ tñ granū tritici cū de eiꝰ re/
ſurrectione tractat̃. Paniſ eñ dei eſt qui de
celo deſcendit: eo q̄ verbū dei ⁊ reſurrectio/
nis exemplū: mentē alat: ſpez acuat: firmet
affectū. Granū aūt ſinapis: eo q̄ amarior ⁊
acrior ſermo ſit đ dn̄i paſſione. Amarior ad
flendū: acrior ad cōmouendū. Itaqꝫ cū au/
dimus ⁊ legimꝰ ieiunaſſe dn̄m: ſitiſſe dn̄m:
lachrymaſſe dn̄m: vapulaſſe dn̄m: dicentez
dn̄m ſub tēpore paſſionis: Vigilate ⁊ ora/ Matth.26.
te ne intret̃ in tēptationē: velut ſuco ama/
rioris ſermonis icrepati: dulciores iuſto vo/
luptatū ſuauitates corporaliū tēperamus.



Ergo qui ſeminat granuz ſinapis: ſeminat
regnū celorū. Ne deſpicias hoc granū ſina/
pis: minimū quidē eſt omnibus ſeminibꝰ:
fit aūt cū creuerit maius omnibꝰ oleribus.
Si granū ſinapis chriſtꝰ: quēadmodū chri/
ſtus aut minimus aut creſcit? Verū nō per
naturā: ſed ꝑ ſpeciē noſtrā rurſus excreſcit.
Eſa.53. Vis ſcire minimū? Vidimꝰ eū: ⁊ nō habe/
Pſ.44. bat ſpeciē neqꝫ decorē. Diſce maximū: Spe
cioſus forma p̄ filijs hominū. Etenī ille qui
nō habebat ſpeciē neqꝫ decorē: excellentior
factus eſt angelis: vltra omnē gloriā ꝓphe
tarum: quos infirmus iſrael velut olera mā
ducauerat. Panē eñ quo corda confirman
tur: alterū refutauerat: alterū nō acceperat.
Gal.3. Semen aūt chriſtus: qꝛ ſemē abrae. Abrae
autez dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemini eius.
Nō dicit ſeminibus tanq̄ꝫ in multis: ſed ſi/
cut in vno: ⁊ ſemini tuo qđ eſt chriſtus. Nec
ſolū ſemen eſt chriſtus: ſed etiā minimū om
nibus ſeminibꝰ: qꝛ nō venit in regno: nō in
diuitijs: nō in iſtiꝰ mundi ſapientia. Subi/
to aūt velut arbor ſublimē ſue verticē pote
Cant.2. ſtatis effudit: vt dicamus: Sub vmbra eiꝰ
cōcupiui ⁊ ſedi. Et frequēter ſimul (vt arbi/
tror) videbat̃ ⁊ arbor et granū. Granum eſt
Matth.13. cū dicitur: Nōne hic eſt filius ioſeph fabri?
Sed inter hec verba creuit ſubito teſtanti/
bus iudeis: qui quaſi late arboris ramos ñ
Ibidem. poterant cōprehēdere dicētes: Unde huic
iſta ſapientia? Granū igit̃ eſt figura: arbor
eſt ſapientia. In cuiꝰ frondentibꝰ ramis il/
le nycticorax in domicilio: ille paſſer ſingu/
laris in edificio: ille raptus in paradiſuz: in
aera rapiendus ⁊ tuta nubis iam ſede reqe
ſcit. Requieſcūt etiā poteſtates ⁊ angeli ce/
lorum: ⁊ quicūqꝫ ſpiritalibꝰ factis euolare
meruerūt. Requieuit ſanctꝰ iohānes cū re/
cubaret ſuꝑ pectus ieſu: imo ⁊ ipſe eiꝰ arbo/
ris ſuco velut ramus extendit̃. Ramꝰ eſt pe
Phil.3. trus: ramus eſt paulus: poſteriora obliui/
ſcēs: ⁊ ea que ſunt priora appetens: In quo/
rum ſinus ⁊ quoſdā diſputationū receſſus:
qui eramus longe nos ſcꝫ ex nationibꝰ con
gregati: quos diu per mare mundi ꝓcella ⁊
turbo nequicie ſpiritalis agitabat: aſſum/
ptis virtutuz remigijs aduolamus: vt nos
vmbra ſanctorum ab iſtius mundi ardore
defendat: certe ſtationis iam ſecuritate ver
nantes: eo q̄ anima noſtra grauibus ante:
ſicut illa mulier inclinata peccatis: vt paſ/
ſer erepta de laqueo venātiū: in ramos do/
mini monteſqꝫ migrauit. Itaqꝫ ante ſuper/
fluis obſeruationibꝰ vani: ⁊ inani leuitate
volitantes: nunc iam ꝑ fidem chriſti ſoluti
manus: ⁊ liberi a vinculis ſabbatorum: bo
nis operibus intēdimus: ⁊ in ipſiꝰ epulis li
bertatez habemus: intemperantiā excludi/
mus: ne liberi a lege cupiditatibꝰ ſeruiamꝰ.
Lex eñ ligauit ſibi: vt abſolueret cupidita/
tibus: Gratia que minorē abſtulit ſeruitu/
tē: multo grauiora precepit. Omnia nobis
licent: ſed non omnia expediunt. Graue eſt
eñ poteſtate vti: vt ſub poteſtatē recidas.
Deſiſte eē ſub lege: vt virtute ſuꝑ legē ſis.

**De cōparatione regni dei ad fer/ mentum qđ mulier abſcōdit in tri/ bus menſuris farine.**

**Cui ſimile eſtimabo regnum** Ca.LXII.
c **dei? Simile eſt fermēto: qđ**
**acceptum mulier abſcondit**
**in farina: donec fermētatum eſt to**
**tum.** Hec de requirendis queſtionibus
cōparatio: que tantū ambiguitatis offūdit
vt diuerſas habeat ſententias plurimorū.
Oportune itaqꝫ granū tritici ſupra diximꝰ
chriſtuz: quia ſuberat nobis ſpiritale fermē
tum: eo q̄ plerīqꝫ fermentū chriſtuz putant
q̄ virtutē attollat acceptam. Et qꝛ fermētū
ex farina vim nō ſpeciem generi ſuo p̄ſtat:
Chriſtus quoqꝫ ex patribus equalis corpo/
re: ſed diuinitate incōparabili p̄minebat.
Igitur ſancta eccleſia que typo mulieriſ iſti/
us euangelice figuratur: cuiꝰ farina nos ſu/
mus: dominū ieſum in interioribus noſtre
mentis abſcondit: donec animi noſtri ſecre
ta penetralia calor ſapientie celeſtis obdu/
cat. Et quia in mattheo legimus tribꝰ men
ſuris abſconditū eſſe fermentū: cōgruere vi
ſum eſt vt dei filiū crederemus abſconditū
in lege: adopertuz in ꝓphetis: euangelicis
predicationibꝰ adimpletū: vt perfectā fidē
nobis acquirat ex omnibꝰ ⁊ ſcriptorum col/
latione formatus: in nobis qui ſumꝰ corpꝰ
ipſius omnia ⁊ in omnibus impleat̃. Ipſe
eñ erat verbum dei atqꝫ myſteriū qđ abſcō
ditū eſt a ſeculis ⁊ a generationibꝰ: quo ni/
hil poteſt ad expreſſionē penitatis eius atte
ſtātius dici. Erat eñ ꝑfecto: Nam ita erat
vt abſconditū eſſet ſacrilegis manifeſtatus
in ſanctis: p̄deſtinatus ante ſecula: ſeruare/
tur ad gloriam. Hec eſt autē gloria: vt poſſi
mus fratres iueſtigare myſteriū abſcondi/
tum a ſeculis in deo. Qđ in deo vtiqꝫ et ex

deo. Neqꝫ eñ deus alienę capax poteſt eſſe
naturę. Nec ſum dubius animi ꝙ aliqui de
hoc mundo dictum putent:donec fermen/
tetur in lege:prophetis ⁊ euangelio:vt do/
minū omnis lingua fateatur. Itaqꝫ diſcuti
amus omnia:diligentiuſ requiramꝰ:nemo
inuenit:niſi qui ante quęſierit. Ędificemus
turrē:cōputemus ſumptus ſcripturarū:cō/
feramus impenſas:ne quis etiaʒ de nobis
dicat:hic voluit ędificare:⁊ nō potuit con/
ſummare. Qui ędificat:bonū debet iacere
fundamentū. Bonū fundamētū eſt fides:
bonū fundamentū apoſtolorū ⁊ ꝓphetaꝝ.
Duobus eñ teſtamentis fides noſtra con/
ſurgit:nec iniuriā facit qui parem dixerit in
vtroqꝫ fidei eſſe menſurā:cū dicat ipſe do/
Ioh.5. minus:Si crederetis moyſi:crederetiſ ⁊ mi/
hi:quia ⁊ in moyſe dominꝰ eſt locutus. Be
ne ergo in vtroqꝫ ꝑfecta menſura:qꝛ ꝑfectꝰ
in vtroqꝫ:⁊ fides vtriuſqꝫ vna:quia vnius
eſt virtutis ⁊ ſenſus oraculum atqꝫ reſpon/
ſum. Me tamē ſequi iuuat:ꝙ ipſe dominꝰ
docuit fermentū eccleſię ſpiritalē eſſe doctri
Matth.16. nā. Nam cū ſcriptū ſit:Cauete a fermento
1.Cor.5. phariſęorū:Et cum apoſtolꝰ dixerit:Nō in
fermento nequicie ⁊ malicię:oſtendit quia
doctrina fermentū eſt. Sed aliud fermētuʒ
zizanię:aliud tritici. Unde ⁊ bonis auctori
bus acquieſcimus:vt dicamꝰ quia eccleſia
renatum hominē qui eſt in corpore ⁊ anima
⁊ ſpiritu:fermēto ſanctificat ſpiritali. San/
ctificatur eñ corpus atqꝫ anima ꝑ gratiam
ſpiritalē:⁊ accipit ſanctificationis augmen
tū:cum ꝑ eccleſię velut quoddā fermētātis
officiū ſcripturarūqꝫ doctrinā:quę velut cę
leſtium collatione ſermonū ⁊ vbertate con/
creſcit:infuſus toto homini atqꝫ permixtuſ
vſus inoleuerit:vt fiant vnū etiam ipſa fer/
mentū. Qđ vtiqꝫ tunc fit:cū ſibi tria hęc pa
ri quadā cupiditatū lance cōſentiūt:⁊ ęqua
lis aſpirat concordia voluntatū. Hoc igitur
eccleſię opus nō tumultuariū nec fortuitū:
ſed diuturna meditatione collatum:vt hęc
tria vnū ſint:integra a lege peccati. Cuius
ſententię aſſertorē habemus apoſtolū dicē/
1.Theſſal.5. tem:Ipſe autē dominus ſanctificet vos ꝑ
omnia:vt integer ſpiritus veſter ⁊ anima ⁊
corpus:ſine querela in die domini ieſu chri/
ſti ſeruetur. Qđ per ſęcularia quidē tempta
menta nō ꝓuenit:niſi fermentū illud cui cō
paratur regnū cęlorum:mulier illa euange/
lica abſcondat in farinę mēſuris tribus:do

nec fermētetur totū. Tres eñ menſurę ſunt
vt dixi:carnis:animę:⁊ ſpiritus. Sed ſpiri/
tus quo viuimus omnes in hoc corpore ſi/
ti:hoc veriꝰ:quādo carnis laſciuia nō redū
dat:⁊ anima corporalibus non incuruatur
erroribus:ac menſura viuēdi in toto homi/
ne inoffenſa ſeruat. Sed quia menſurarum
ęqualitas ſine adiumēto eccleſię atqꝫ doc/
trinę difficile ꝑſeuerat:idcirco mulier illa ꝗ
figurā eccleſię gerit:tādiu virtutē illis doc/
trinę ſpiritalis admiſcet:donec fermētetur
totus ille interior homo cordis abſconditꝰ:
⁊ in gratiam panis cęleſtis aſſurgat. Bene
eñ fermentū doctrina dicit chriſti:quia pa/
nis eſt chriſtus. Et apoſtolꝰ ait:Quia vnus 1.Cor.10.
panis vnuʒ corpus multi ſumus. Fit ergo
vnum fermentū:quādo caro nō cōcupiſcit
aduerſus ſpiritū:nec ſpiritus aduerſus car
nem:ſed facta carnis mortificamꝰ:⁊ anima
ex afflatu dei flatū vitę ſumpſiſſe ſe cōſcia:
ſęcularis neceſſitudinis cōtagia terrena de/
clinat. Unde ⁊ apſus:nō in carne ſed in ſpi Eph.4.
ritu ambulare nos ꝓcepit:vt ſanctificati ꝑ
lauacrū regenerationis veterē hominē cuʒ
ſuis deſiderijs exuentes:induti nouuʒ qui
ſm chriſtū creatus eſt:nō iam in vetuſtate
litterę:ſed in nouitate ſpiritus gradiamur:
quo poſſit nobis etiā reſurrectionis tēpore
incorrupta corporis ⁊ animę ⁊ ſpiritus ma/
nere cōmunio:⁊ tunc omnia quę petimꝰ im
petremꝰ. Qđ plęriſqꝫ videt etiā dominꝰ ſi/
gnificaſſe:cū dicit:Si duobus ex vobis cō/ Matth.18.
uenerit ſuper terrā:de omni re quācūqꝫ pe/
tieritis:fiet vobis a patre meo qui in cęlis
eſt. Itaqꝫ alij duos:animā ⁊ corpus accipi/
unt:alij animā ⁊ ſpiritum:vt ſi in terra:hoc
eſt:in corpore ſibi anima ſpirituſqꝫ cōſenti/
ant:nec ſe impugnent inuicē diuerſis cupi/
ditatibus:vt omnia in effectū videant ora/
ta poſſe deduci. Qđ ita fit cū fuerint vtraqꝫ
vnū:ſi ſubtractis inimicitijs vel ſolutiſ duo
condantur in vnū nouum hominē:id eſt:⁊
anima ⁊ ſpiritꝰ:vt oremus ſpiritu:oremus 1.Cor.14.
⁊ mente. Licet plęriqꝫ duos populos acci/
piant:ex iſrael ⁊ gentibꝰ in vnū reſurrectio/
nis tēpore cōgregandos:vt fiat in ęternuʒ
menſurę ꝑfectio:⁊ id qđ ex parte eſt deſtrua
tur. Plęriqꝫ aūt virū ⁊ vxorem ꝯſentientes
ſibi ſtudio charitatis accipiunt. Itaqꝫ ſi in
hac vita tres menſurę in eodē fermento mā
ſerint donec fermentētur ⁊ fiant vnum:vt
ęqualitatū nulla diſtātia ſit:nec compoſiti



ex trium diuerſitate videamur:erit in futu/
rum diligentibꝰ chriſtum incorrupta cōmu
nio:nec cōpoſiti manebimꝰ. Nam ⁊ qui cō/
poſiti nunc ſumꝰ:vnū erimus:⁊ in vnā ſub
ſtantiā tranſformabimur. Neqꝫ in reſurrec/
tione aliud erit alio inferius:ſicut nunc fra/
gilis in nobis eſt carnis infirmitas:⁊ corpo
ralis habitudo naturę vel vulneribꝰ patet
vel iniurijs ſubiacet:vel ſui oneris mole de
ꝑſſa ſupra terras nequit extollere altiꝰ atqꝫ
eleuare veſtigium:ſed in ſimplicis creaturę
gratiā figurabimur:cū completū fuerit qđ
1.Ioh.3. dictū eſt a iohanne:Chariſſimi nūc filij dei
ſumus:⁊ nōdum reuelatū eſt quid erimus:
Sed ſcimus quia cū reuelatus fuerit:ſimi/
les ei erimus. Itaqꝫ cum dei natura ſit ſim/
2.Cor.3. plex:ſpiritus eñ deꝰ eſt:Nos quoqꝫ in ean/
1.Cor.15. dem imaginē figurabimur:vt qualis cęle/
ſtis:tales ⁊ cęleſtes. Igitur ſicut portauimꝰ
imaginē illius terreni:portemus ⁊ imaginē
huius cęleſtis:quam animus noſter debet
induere.

De curatione hydropici:⁊ ſuaſi/
one humilitatis atqꝫ pietatis.

Capłm quartūdecimū.

Ca.LXIIII. Et factum eſt cum intraret
e in domū cuiuſdam princi
pis:⁊ ecce homo hydropi
cus erat ante illum. Ideo
primo ab hinc loco curatur hydropicus:in
quo fluxus carnis exuberans:animę graua
bantur officia:ſpiritꝰ extinguebat ardoreʒ.
Et reſpondens ieſus dixit illis:
Cum inuitatus fueris ad nuptiaſ:
nō diſcumbas in primo loco. De/
inde docet humilitas:dū in illo cōuiuio nu
ptiali:appetētia loci ſuperioris arcetur. Cle/
mēter tamē vt ꝑſuaſionis humanitas aſpe
ritateʒ coertionis excluderet:ratio ꝓficeret
ad ꝑſuaſionis effectuʒ:⁊ correctio emenda/
ret affectuʒ:huic quaſi ꝓximo limine huma
nitas copulat:quę ita dominicę ſententię
diffinitione diſtinguitur. Dicebat au/
tem ⁊ ei qui ſe inuitauerat. Cum fa
cis prandium aut cęnā. Si in pau/
peres ⁊ debiles cōferatur:nam hoſpitalem
remuneraturis eſſe:affectꝰ auaricię eſt. Po
ſtremū quaſi emeritę militię viro cōtemnē/
darū ſtipendium ꝓſcribitur facultatum.

De parata cęna magna:⁊ multo/
rum vocatione ſimulqꝫ omniū ex/
cuſatione.

Omo quidam fecit cęnam Ca.LXIIII.
b magnaʒ:⁊ vocauit multos.
Qꝛ neqꝫ ille qui ſtudijs intentus
inferioribus poſſeſſiones ſibi terrenas coe/
mit:regnū cęli poſſit adipiſci:cū dominꝰ di
cat:Uende omnia tua ⁊ ſequere me. Nec il ī.18.
le qui emat boues:cū heliſęꝰ occiderit ⁊ po/
pulo diuiſerit quos habebat. Et ille qui du
xit vxorem:cogitet quę mundi ſunt nō quę
dei. Nō quo cōiugium reprehendat:ſed qꝛ
ad maiorē honorē vocetur integritas:quo/ 1.Cor.7.
niam mulier innupta et vidua cogitat quę
ſunt domini:vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu.
Nam quę nupta eſt:cogitat quę ſunt mun/
di:quomō placeat viro. Sed vt in gratiam
vt ſupra cū viduis:ita nunc etiā cum cōiu/
gibus reuertamur. Nō refugimus opinio/
nem quā ſequunt plęriqꝫ:vt tria genera ho
minum a cōſortio magnę illius cęnę ęſtime
mus excludi:gentiliū:iudęorum:hęretico/
rum. Et ideo apoſtolꝰ auariciā dicit eſſe fu/
giendā:ne impediti more gentili iniquita/
te:malitia:impudicitia:auaricia:ad regnū
chriſti ꝑuenire nequeamus. Omnis eñ im/ Eph.5.
mundus:aut auarus qđ eſt idolorum ſerui
tus:nō habet hęreditatē in regno chriſti et
dei. Iudęi autē corporali miniſterio iuga ſi/
bi legis imponunt:et ideo ſm prophetam:
Dirumpamus vincula eorū ⁊ ꝓijciamus a Pſ.2.
nobis iugum ipſorum. Chriſtum eñ recipi/
mus:qui ceruicibus noſtris pietatis ſuę iu
gū mite ſuſpendit. Quinqꝫ autē iuga ſunt:
verborum decē:vel quinqꝫ libri veteris le/
gis:de quibus in euāgelio videtur ſamari/
tanę dicere:Quinqꝫ eñ viros habuiſti. At Ioh.4.
vero hęreſis velut eua fęmineo rigore fidei
temptat affectū:⁊ lubrica facilitate ꝓlabēs
lenocinia falſi decoris affectat:intemeratā
negligens pulchritudinem veritatis. Ideo
igitur excuſant:quia nemini intercluditur
regnū:niſi ei quē ſuę ꝓfeſſio vocis excluſe/
rit. Dominꝰ autē omnes clementer inuitat:
ſed noſ aut deſidia noſtra aut error auertit.
Ergo ⁊ ille qui villaʒ emit:alienus a regno
eſt. Ementes eñ atqꝫ vendentes:noe vt le/
giſti tempore:diluuia ſorbuerūt. Et ille qui
iuguʒ potius legis ꝙ̄ gratię munus elegit:
⁊ ille qui ꝓpter ducendaʒ excuſat vxorem:
Scriptū eſt enim:Si quis venit ad me et
nō odit patrē ſuum ⁊ matrem et vxorē:non
poteſt meus diſcipulus eſſe. Etenī ſi ꝓpter
te dominꝰ ſuę renunciat matri dicens:Quę

eſt mater mea: aut ꝗ fratres mei: cur tu do/
mino tuos cupias anteferre? Sed neqꝫ ig/
norare naturam: neqꝫ ſeruire naturę dñs iu
bet: ſed ita indulgere naturę vt venereris au
ctorem: nec ab eo parentū amore deſciſcas.
Itaqꝫ poſt diuitum reſupina faſtidia: cōtu/
lit ſe ad gentes: iubet bonos ⁊ malos intro
ire: vt bonos augeat: malorū affectū in me/
liora cōmutet: vt cōpleretur illud qꝺ hodie
Eſa.65. lectū eſt: Tūc lupi et agni ſimul paſcentur.
Inuitat pauperes: debiles: cęcos: quo oſtē
ditur nobis: vel ꝙ nullum debilitas corpo/
ris excludat a regno: rariuſqꝫ delinquat cui
deſit illecebra peccādi: vel ꝙ infirmitas pec
catorū p miſericordiā domini remittatur:
vt nō ex operibꝰ ſed ex fide redemptꝰ a cri/
mine: ſi gloriaꝛ i domino glorietur. Mittit
itaqꝫ ad exitus viarū: prudentia domini in
exitu caniꝛ. Mittit ad platęas: qꝛ miſit ad
peccatores: vt de latioribꝰ vijs ad anguſtā
viam venirent quę ducit ad vitam. Mittit
ad vias ⁊ circa ſepeſ: ꝙ hi videlicet apti ſint
regno cęlorū: qui nullis pręſentiū cupidita/
tibus occupati ad futura feſtinēt: in quodā
bonę voluntatis tramite ꝯſtituti: ⁊ qui mo
do ſepis quę ab incultis culta ſecernat: ⁊ in/
curſus arceat beſtiarū: nouerint bona ma/
laqꝫ diſtinguere: ⁊ aduerſus tēptamēta ne/
quitię ſpiritalis fidei munimē obtendere.
Deniqꝫ dñs vt vineā ſuam oſtenderet fuiſ/
Matth.21. ſe munitā: Et ſepe inquit circūdedi ⁊ circū/
fodi eā. Et apl's mediū parietez ſepis dicit
eſſe ſublatū: qui cōtinuationē munitionis
irruperat. Fides igitur ⁊ ratio quęriꝛ: ⁊ quę
ritur in platęis, hoc eſt: in meatibꝰ interio/
Prouer.5. ris affectus: quia ſcriptū eſt: In platęis tu/
is diffundanꝛ aquę tuę. Nec hoc tamē ple/
num eſt: vt aliquis vocatus adueniat: niſi
veſtem habeat nuptialē: hoc eſt fidez habe
at ⁊ charitatē. Et ideo qui pacem ⁊ charita/
tem nō detulerit ad chriſti altaria: tolletur
pedibus ⁊ manibuſ ⁊ mitteꝛ in tenebras ex
teriores: Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtrido: dētiū. Quę
ſunt tenebrę exteriores? Nunquid illic quo
qꝫ carcer aliquis: lautumięqꝫ ſubeūdę ſunt?
Minime. Sed quicūqꝫ extra promiſſa ſunt
cęleſtium mandatorum: in tenebris exterio
ribus ſunt: quia mandata dei lumen ſunt.
Et quicūqꝫ ſine chriſto eſt in tenebris eſt: qꝛ
lumen in tenebris eſt chriſtꝰ. Ergo neqꝫ cor/
poralium ſtridor aliquis dētiuz: neqꝫ ignis
aliquis perpetuus flammarū corporaliuz:
neqꝫ vermis eſt corporalis. Sz hęc ideo: qꝛ
ſicut ex multa cruditate ⁊ febres naſcuntur
⁊ vermes: ita ſi quis nō decoquat peccata
ſua: velut quadā interpoſita ſobrietate ab/
ſtinentię: ſed miſcendo peccata peccatis: tā
quā cruditatem quādam cōtrahat veteruz
⁊ recentium delictorum: igne aduretur pro/
prio: ⁊ ſuis vermibus cōſumetur. Unde et
eſaias ait: Ambulate in lumie ignis veſtri: Eſa.50.
⁊ flamma quā accendiſtis. Ignis eſt quem
generat męſticia delictorū. Uermis eſt: eo
ꝙ irrationabilia animę peccata mentem rei
ſenſumqꝫ compūgunt: ⁊ quędā excedunt vi
ſcera cōſcientię: quę tanquā vermes ex vno
quoqꝫ naſcuntur: tanquā ex corpore pecca/
toris. Deniqꝫ dominꝰ id per eſaiam declara
uit dicens: Et videbunt membra hominuz Eſa.66.
pręuaricantiū in me: ⁊ vermis eorū nō mo/
rieꝛ: ⁊ ignis eoꝝ nō extingueꝛ. Stridor quo
qꝫ dētium prodit indignantis affectū: eo ꝙ
ſero vnumquēqꝫ pęniteat: ſero ingemiſcat:
ſero iraſcatur ſibi: quod tā peruicaci impro
bitate deliquerit.

## De oue cēteſima: ⁊ drachma de/cima ꝑditis ⁊ inuentis.

### Caplo quintodecimo.

q Uis ex vobis (inquit) ho/ Ca.LXV.
mo qui habet centū oueſ:
et ſi errauerit vna ex illis:
nonne dimittit nonagin/
tanouem in deſerto: ⁊ ibit ad illaz
que errauit? Didiceras in ſuperioribꝰ
abdicare negligentiam: vitare arrogātiaz:
deuotionē ſumere: ſecularibus occupatio/
nibus nō teneri: caduca nō ꝑferre perpetu/
is. Sed quia fragilitas humana firmuz ne/
quit in tanto ſęculi lubrico tenere veſtigiū:
etiam aduerſus errorem remedia tibi bonꝰ
medicus demonſtrauit: ſpem venię iudex
miſericors nō negauit. Itaqꝫ nō ocioſe ſan
ctus lucas ex ordine tres parabolas poſu/
it: ouis quę perierat ⁊ inuenta eſt: drachmę
quę perierat ⁊ inuenta eſt: filij qui erat mor
tuus ⁊ reuixit: vt triplici remedio prouoca/
ti vulnera noſtra curemus. Spartum enim Ecc's.4.
triplex non corrumpitur. Qui ſunt iſti: pa/
ter: paſtor ⁊ mulier. Nōne deus pater: chri/
ſtus ⁊ eccleſia? Chriſtus te ſuo corpore ve/
hit qui tua in ſe peccata ſuſcepit. Quęrit te
eccleſia: recipit paꝛ. Quaſi paſtor reuehit:
quaſi mater iquirit: quaſi pater veſtit. Pri/



ma miſericordia: ſecūda ſuffragatio: tertia
reconciliatio. Singula ſingulis quadrant.
Redemptor ſubuenit: eccleſia ſuffragatur:
auctor recōciliatur. Eadē diuini operis mi/
ſericordia: ſed diuerſa ꝓ meritꝭ noſtris gra/
tia. Ouis a paſtore laſſa reuocaꝛ: drachma
quę perierat inuenitur: ad patrē filius ſuis
veſtigijs redit: ⁊ plena condemnati erroris
regreditur pęnitentia. Unde bene ſcriptuz
Ps.35. eſt: Homines ⁊ iumēta ſaluos facies domi/
ne. Quę ſunt iſta iumenta? Dixit ꝓpheta:
Semen iſrael in ſemen hominum: ⁊ iuda in
ſemen animaliuz. Itaqꝫ quaſi iſrael homo
ſeruatur: quaſi ouis iuda colligitur. Malo
ergo filiꝰ eſſe, ꝙ̄ ouis. Ouis em̄ a paſtore re/
peritur: a patre filius honoratur. Gaudea/
mus igitur: quoniā ouiſ illa quę perierat in
adam: leuatur in chriſto. Humeri chriſti cru
cis brachia ſunt. Illic peccata mea depo/
ſui: in illa patibuli nobilis ceruice requieui.
Ouis illa: genere eſt vna nō ſpecie. Unum
em̄ omnes corpus ſumus: ſed multa mem/
1.Cor.12. bra. Et ideo ſcriptū eſt: Uos autez corpus
eſtis chriſti: ⁊ mēbra ex membris eiꝰ. Uenit
Ī.19. itaqꝫ filius homis ſaluū facere qꝺ perierat.
1.Cor.15. Omnes ſcilicet: quia ſicut in adam omnes
moriūtur: ita ⁊ in chriſto omnes viuificabū
tur. Diues igitur paſtor: cuiꝰ omnes nos cē
teſima portio ſumus: habet angeloruz: ha/
bet archangelorū: dominantiū: poteſtatū:
thronorū: aliorūqꝫ innumerabiles greges:
quos in montibus dereliquit. Qui quoniā
ſunt rationabiles: nō immerito hominū re/
demptione lętantur. Quiꝙ̄ hoc quoqꝫ profi/
ciat ad incentiua probitatis: ſi vnuſquiſqꝫ
cōuerſionem ſuam gratā fore credat cętibꝰ
angelorum: quorū aut affectare patrocini/
um: aut vereri debet offenſam. Et tu igitur
eſto angelis lęticię: gaudeāt de reditu tuo.
Non ocioſum etiam ꝙ mulier illa drach/
ma lętaꝛ inuenta. Nō mediocris hęc drach
ma eſt: in qua principis eſt figura. Et ideo
imago regis: cēſus eccleſię eſt. Oues ſumꝰ:
oremus vt ſuper aquā refectionis nos col/
locare dignetur. Oues inquā ſumus: peta/
mus paſcua. Drachmę ſumus: habeamus
precium. Filij ſumus: feſtinemus ad patrē.
Nec vereamur: qꝛ acceptū ſpiritalis patri/
monium dignitatis: terrenis ꝓdegimꝰ vo/
luptatibꝰ. Qꝛ pater ī filio quē habebat the/
ſauꝝ cōtulit: fidei cenſus nūꝙ̄ exinaniꝛ: li/
cet totum dederit: totū habet: qui qꝺ dona
uerit nō amittit. Nec verearis ne te nō reci/
piat: non enim delectatur deus perditione
viuoꝝ: iam occurrens venienti tibi cadit ſu
pra collū. Dñs em̄ erigit eliſos. Oſculū da/ Ps.145.
bit: qꝺ eſt pignꝰ charitatis ⁊ amoris. Sto/
lam: anulū: calciamenta ꝓferri iubebit. Tu
adhuc iniuriā metuis: ille reſtituit dignita/
tem. Tu ſupliciū vereris: ille oſculum de/
fert. Tu cōuitium times: adornat ille con/
uiuium. Sed iam ipſam parabolam diſcu/
tiamus.

## De duobus filijs adoleſcentio/re ⁊ ſeniore: quibus pater ſubſtantiam diuiſit.

b Omo quidaz habuit duos Ca.LXVI.
filios: ⁊ dixit illi adoleſcen/
tior: Da mihi portionē ſub/
ſtantię: quę me cōtingit. Et cętera.
Uides ꝙ diuinum patrimoniū petenti/
bus datur: nec putes culpam patris ꝙ ado
leſcentiori dedit: nulla dei regno infirma
ętas: nec fides grauaꝛ annis. Ipſe certe ſe
iudicabit idoneū qui popoſcit. Atqꝫ vtinā
non receſſiſſet a patre: impedimentum ne/
ſciſſet ętatꝭ. Sed poſteaꝙ̄ peregre ꝓfectus
eſt: cępit egere. Merito ergo ꝓdegit patri/
moniū: qui receſſit ab eccleſia. Poſteaꝙ̄ do
mū inquit patriā derelinquēs: Peregre
ꝓfectꝰ eſt in regionē longinquaz.
Quid em̄ longinquiꝰ ꝙ̄ a ſe recedere: nec re
gionibꝰ ſed moribꝰ ſeparari: ſtudijs diſcre/
tum eſſe nō terris: ⁊ quaſi interfuſo luxurię
ſęcularis ęſtu: diuortio habere factorez? Et/
eniz qui ſe a chriſto ſeparat: exul eſt patrię:
ciuis eſt mundi. Sed nos nō ſumus adue/ Eph.2.
nę atqꝫ peregrini: ſed ciues ſumus ſanctorū
⁊ domeſtici dei. Qui em̄ eramus longe: fa/
cti ſumus ꝓpe in ſanguine chriſti. Non in/
uideamus de longinqua regione remean/
tibꝰ: qꝛ ⁊ nos fuimꝰ in regione longinqua:
ſicut eſaias docet. Sic eniz habes: Qui ſe/ Eſa.9.
debāt in regione vmbrę mortis lux orta eſt
illis. Regio ergo lōginꝗ: vmbra eſt mortꝭ:
nos autem quibus ſpiritus ante faciē: chri/ Thren.4.
ſtus eſt dominus: in vmbra viuimus chri/
ſti. Et ideo dicit eccleſia: In vmbra eius cō Cant.2.
cupiui: ⁊ ſedi. Ille igitur viuendo luxurioſe
conſumpſit omnia ornamenta naturę. Un
de tu qui accepiſti imaginez dei: qui habes
ſimilitudinem eius: noli eam irrationabili
fęditate conſumere. Opus dei es: noli li/

gno dicere: pater meus es tu:ne accipias ſi
militudineʒ ligni: quia ſcriptum eſt: Simi/
Pſ.113. les illis fiant qui faciunt ea. Facta eſt
autem fames per regionem illam.
Fames nõ epularũ: ſed bonorũ operũ atq̃
virtutũ: que ſunt miſerabiliora ieiunia. Et/
Matth.4. em̃ qui recedit a verbo dei eſurit: quia non
in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo
dei. Qui recedit a fonte ſitit: qui recedit a
theſauro eget: qui recedit a ſapiẽtia hebeta
tur: qui recedit a virtute diſſoluitur. Meri/
to ergo iſte egere cepit: qui theſauros ſapiẽ
tie ⁊ ſciẽtie dei: diuitiarũq̃ celeſtiũ altitudi
nem dereliquit. Egere ergo ideo cepit ⁊ fa/
mem pati: qꝛ nihil ꝓdigo ſatis eſt volupta/
ti. Semꝑ famẽ patit̃ ſui: qui alimẽtis ꝑpe/
tuis neſcit impleri. Abijt itaq̃ ⁊ heſit
vni ciuiũ. Qui em̃ heret: in laqueo eſt.
Et videtur ciuis iſte: princeps eſſe iſtiꝰ mũ/
di. Deniq̃ ad villã eius mittit̃ quaʒ emit q̃
excuſat a regno. Et paſcit porcos. Il
los vtiq̃ in quos petijt diabolus introire:
quos ꝑcipitat in mare iſtius mundi in ſor/
dibus ac fetore viuentes. Et cupiebat
(inquit) ſiliquis implere ventrem ſu
um. Neq̃ em̃ alia cura eſt luxurioſis: niſi
Phil.3. vt ventrẽ ſuũ impleant: quorũ deus venter
eſt. Qui autẽ aptior huiuſcemodi homini/
bus cibus: q̃ is qui ſilique modo vitijs ina
nis foris mollis eſt: quo corpus nõ reficitur
ſed implet̃: vt ſit magis oneri q̃ vſui? Sunt
qui porcos accipiant ꝓ gregibꝰ demoniorũ:
ſiliquas ꝓ exili virtute inanium hominum
ſermonũq̃ iactantia: qui nihil ꝓdeſſe poſ/
ſunt: inani quadã philoſophie ſeductione:
⁊ quodã ſonorũ facundie plauſu: pompam
magis q̃ vtilitatẽ aliquã demonſtrantes.
Sed hec diuturna oblectamẽta eſſe nõ poſ
ſunt: Et ideo nemo illi dabat. Erat em̃
in regiõe illiꝰ qui neminẽ habet: qꝛ eos qui
ſunt nõ habet. Omnes quippe gentes in ni/
hilum eſtimãtur. Solus aũt deus qui viui/
Ro.4. ficat mortuos: ⁊ vocat que nõ ſunt tanq̃ q̃
ſint. In ſe autem reuerſus dixit:
Quantis panibus mercenarij pa/
tris mei abundant? Bene in ſe reuer
titur: qui a ſe receſſit. Et em̃ qui ad dominũ
regredit̃ ſe ſibi reddit: et qui recedit a chri/
ſto ſe ſibi abdicat. Mercẽnarij autẽ qui ſũt
niſi qui ad mercedẽ ſeruiũt qui ſunt ex iſra/
el: nõ id quod bonũ eſt ꝓbitatis ſtudio ꝑſe/
quẽtes: nec virtutis gratia ſed vtilitatis ſtu
dio ꝓuocati? At vero filiꝰ qui habet ſancti
ſpiritꝰ pignus in corde: ſecularis mercedis
buccellaʒ nõ querit: qui ius ſeruat heredis.
Sunt etiã mercẽnarij qui conducunt̃ ad vi
neam. Bonus mercẽnarius petrus: iohan/
nes ⁊ iacobꝰ: quibꝰ dicit̃: Venite faciã vos Matth.4.
piſcatores hominũ. Iſti nõ ſiliquis: ſed pa
nibus abũdabant. Deniq̃ ⁊ collegerũt fra/ Joh.6.
gmentorum cophinos duodecim. O dñe ie
ſu: ſi nobis auferas ſiliquas: ⁊ panes tribu/
as: Tu em̃ diſpenſator in domo es patris.
O ſi nos quoq̃ mercẽnarios digneris con/
ducere: licet ſero veniẽtes. Nã ⁊ vndecima
cõducis hora: ⁊ equalẽ dignaris mercedem
ſoluere: equalẽ mercedẽ vite nõ glie. Neq̃
em̃ omnibꝰ repoſita eſt corona iuſticie: ſed
ei qui poteſt dicere: Certamen bonũ certa/ 2.Timoth.4.
ui. Quod ideo nõ pretermittendũ arbitratus
ſum: quia ſcio quoſdã dicere: ꝙ ad mortem
ſibi lauacri gratiã vel penitentiã reſeruent.
Primũ vnde ſcis: an nocte ꝓxima: tua a te
anima repoſcat̃? Deinde cur putas ocioſo
tibi omnia poſſe deferri? Pone vnã gratiã:
vnam eſſe mercedẽ: diuerſum tamẽ brauiũ
mercedem victorie eſſe: Ad quod ſe non fru
ſtra paulus extendit: qui poſt mercedẽ gra/
tie: brauium tamẽ vt cõprehenderet ſeque/
batur: quia ſciebat: etſi par eſſet merceſ gra
tie: palmã tamẽ eſſe paucorũ. Sed quo/
niam in vineaʒ domini venimus: nõ vacui
recedamus. Iuuat em̃ fructus legere: mer/
cennarios eiꝰ videre. Quid em̃ ſibi vult: ꝙ
vna die diuerſis horis ꝯducuntur operarij:
niſi qꝛ mille anni in oculis domini ſicut di/
es heſterna que ꝑterit: ⁊ hora ĩ nocte? Que
eſt nox: niſi que preceſſit: vt dies appropin/
quaret? Et bene hora in nocte: qꝛ mille an/
ni ſicut dies vna. Nouit vim diei huius: il/
le qui dixit: Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie: ip/ Heb.13.
ſe eſt ⁊ in ſecula. Sciuit ⁊ ille diem eſſe mul/
tiplicem qui ſcripſit: Hic dies generationis Gen.2.
celi ⁊ terre cũ facta ſunt: qua die fecit deꝰ ce
lum ⁊ terram: ⁊ omne viride agri. Cum em̃
ſupra ſeptem deſcripſiſſet dies: poſtea vno
die omnia facta cõplexus eſt: totum mundi
tempus oſtendẽs in cõſpectu domini tanq̃
diem vnũ: eo ꝙ ex incõpoſitis atq̃ tenebro
ſis: forma iſtius mundi diuini operis clari/
tate proceſſerit. Ergo ſi dies totũ tẽpus eſt
mundi: habet vtiq̃ etiã in ſeculis horas ſu/
as: aut ipſa ſecl'a hore ſũt. Hore aũt diei du
odecim ſunt. Vñ bñ in myſterio dies xp̃s:



cuiꝰ apoſtoli duodecim: q̃ celeſti lumine di/
ſtinctis in ſe gratie vicibꝰ refulſerũt. Venit
ergo paterfamilias: ⁊ prima hora conduxit
operarios: fortaſſe eos qui a principio mun
di vſq̃ ad diluuiũ iuſti eſſe meruerũt: de q̃/
bus dicit: Et locutus ſuʒ ad vos ante lucẽ:
⁊ miſi ad vos ſeruos meos ꝓphetas ante
lucẽ. Tertia poſt diluuiũ incipit: noe cetero
rũq̃ tempora cõprehendẽs: qui quaſi boni
operarij in vineã deſtinãtur: Ideo quaſi in
prandio inebriatꝰ eſt noe. Sexta ⁊ reliquis
abrae ⁊ iſaac ⁊ iacob: patriarcharũq̃ meri/
ta diſtinguunt̃. Nona inclinãte iam ſeculo
⁊ tanq̃ palleſcente luce virtutis: lex ⁊ ꝓphe
te: decoloratos mores hominũ notauerũt.
Vndecimã ⁊ qd̓ ſupereſt diei: ſacer ꝓducit
Joh.12. aductus. Vnde ⁊ ipſe ĩ euãgelio dicit: Am/
bulate dũ lucem habetis. Sed iam rede/
amus ad patrẽ: licet nõ verear ne iſtiꝰ peni/
tẽtiam gerẽtis exemplo diu abfuiſſe videa/
mur. Nunq̃ em̃ abfuimus qui verſabamur
in vinea: in qua ⁊ ſi iſte manſiſſet: nõ receſſiſ
ſet a patre. Cauendũ tñ eſt ne nos ei recõci
liationis faciamus morã: quã nõ fecit pat̃.
Facile recõciliatur: quãdo impenſe rogat̃.
Et ideo diſcamus quali pater obſecratiõe
ſit ambiendus. Pater inq̃t. O miſericors:
q̃ piꝰ: qui nec offenſus patriũ dedignatur
nomen audire Pater (inquit) peccaui
in celum ⁊ coram te. Hec eſt prima cõ
feſſiõ apud auctorẽ nature: preſulem miſeri
cordie: arbitrũ culpe. Sed etſi deꝰ nouit om
nia: vocẽ tamẽ tue ꝯfeſſionis expectat. Ore
Ro.10. autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ: quia ableuat pon
dus erroris quiſq̃s ipſe ſe onerat: ⁊ accuſa/
tionis excludit inuidiã: qui accuſatorẽ ꝑue/
Prouer.18. nit cõfitendo. Juſtus em̃ in primordio ſer/
monis accuſator eſt ſui. Fruſtra autẽ velis
occultare quẽ nihil fallas: ⁊ ſine periculo ꝑ/
das qd̓ ſcias eſſe iam cognitũ. Cõfitere ma
1.Joh.2. gis vt interueniat ꝓ te chriſtus: quẽ aduo/
catũ habemus apud patrẽ. Roget ꝓ te ec/
cleſia: ⁊ illachrymet populus. Nec vereare
ne nõ impetres: aduocatus ſpondet veniã:
patronus ꝓmittit gratiã: recõciliationẽ ti/
bi paterne pietatis pollicetur aſſertor. Cre/
de qꝛ veritas eſt: acquieſce quia virtus eſt.
Habet cauſam vt ꝓ te interueniat: ne ꝓ te
gratis mortuꝰ ſit. Habet ⁊ cauſam ignoſcẽ/
di pater: quia qd̓ vult filiꝰ vult ⁊ pater. Pec
caui in celum: ⁊ corã te. Non vtiq̃ elemen/
tum exprimitur: ſed peccato anime celeſtia
ſignificantur dona ſpiritus imminuta: vel
quia ab illius gremio matris hieruſalẽ que
in celo eſt nõ debuit deuiari. Jam non
ſum dignus vocari filiꝰ tuus. De/
iectus enim ſe exaltare nõ debet: vt merito
ſue poſſit humilitatis attolli. Fac me
ſicut vnum mercennariorũ tuorũ.
Nouit eſſe diſtantiaʒ inter filium: amicos:
mercẽnarios: ſeruos. Filius per lauacrum:
amicus ꝑ virtutẽ: mercẽnarius per laborẽ:
ſeruus per timorẽ. Sed etiã ex ſeruis ⁊ mer/
cennarijs fiunt amici: iuxta quod ſcriptum
eſt: Vos amici mei eſtis ſi feceritis que ego Joh.15.
ꝓcipio vobis: iam nõ dico vos ſeruos. Hec
apud ſe dixit. Sʒ nõ ſatis eſt dicere: niſi ad
patrẽ venias. Vbi illũ requiras? Vbi inue
nias? Exurge primo: hoc eſt: qui ſedens an/
te dormiebas. Et ideo dicit apoſtolꝰ: Sur/ Eph.5.
ge qui dormis: ⁊ exurge a mortuis. Iniqui/
tas in talento plumbeo ſedet. Moyſi dici/
tur: Tu autẽ hic ſta. Stantes elegit chriſtꝰ.
Exurge ergo: curre ad eccleſiam: hic eſt pa/
ter: hic eſt filius: hic eſt ſpiritusſanctus. Oc/
currit tibi: qui audit te intra mentis ſecreta
tractantẽ. Et cum adhuc longe ſis: videt et
accurrit. Videt in pectore tuo: accurrit ne
quis impediat: cõplectitur quoq̃: in occur/
ſu ꝑſentia eſt: in cõplexu clementia eſt. Et
quaſi quodã patrij amoris affectu ſupra col/
lum cadit vt iacentẽ erigat: ⁊ oneratuʒ pec/
catis atq̃ in terrena deflexum reflectat ad
celũ: in quo ſuũ querat auctorem. Cadit in
collum tuũ chriſtus: vt ceruicem iugo exu/
at ſeruitutis: ⁊ collo tuo iugum ſuaue ſuſpẽ
dat. Nõne tibi videtur cecidiſſe in collũ io/
hannis: quãdo erat iohannes in ſinu ieſu:
ceruice recũbens reflexa? Et ideo verbum
apud deũ vidit: quia erectus eſt ad ſupna.
Cadit in collũ cum dicit: Venite ad me qui Matth.11.
laboratis: ⁊ ego vos reficiam: tollite iugum
meũ ſuꝑ vos. Cadit ergo in collum hoc mo
do ſi conuertaris: ⁊ iubebit proferri ſtolaʒ:
anulum: calciamenta. Stola amictus eſt ſa
pientie: quo nuda corporis apoſtoli tegũt:
eo ꝙ ſe vnuſquiſq̃ conuoluat: ⁊ ideo ſtolaʒ
accipiunt: vt corporis infirmitatẽ ſapientie
ſpiritalis virtute conueſtiant. De ſapientia
em̃ dictũ eſt: Lauabit in vino ſtolam ſuaʒ.
Ergo ſtola ſpiritale indumentum: et veſti/
mentum eſt nuptiale. Anulus quid eſt ali/
ud: niſi ſincere fidei ſignaculum: ⁊ expreſſio
veritatis? Calciamentum autem euangelij

p̄dicatio eſt: et ideo accepit ſapientiam pri/
mā. Eſt em̄ ⁊ alia quę myſteriū neſcit: q̄ ac/
cepit dictorū ſuorum factorūqꝫ ſignaculū: ⁊
quoddā monimentū bonę intētionis ⁊ cur/
ſus: necubi offendat ad lapidem pedē ſuū:
⁊ ſupplantatus a diabolo: dn̄icę p̄dicationiſ
officium derelinquāt. Ecce p̄dicatio euāge/
lij ad cęleſtiū curſum dirigens p̄paratos: vt
nō in carne ambulemus ſed in ſpiritu. Occi
ditur ⁊ vitulus ſaginatus: vt carne dn̄i ſpi/
ritali opima virtute ꝑ gratiā ſacramēti my/
ſteriorum ꝯſortio reſtitutus epulet̄. Nemo
em̄ niſi qui timuerit deū: quod eſt initiū ſa/
pientię: niſi ſignaculū ſpiritale vel cuſtodie
rit vel receperit: niſi dominū p̄dicauerit: ſa/
cramentis debet intereſſe cęleſtibus. Qui
autē anulū habet: ⁊ patrē habet ⁊ filium ⁊
ſpiritūſanctū: qꝛ ſignauit nos deꝰ cuiꝰ ima/
go chriſtus: ⁊ dedit ſpiritū pignus in cordi/
bus noſtriſ: vt ſciamus hoc anuli iſtius qui
in manu datur eſſe ſignaculum: quo cordis
interiora factorūqꝫ noſtrorū myſteria ſignā
tur. Ergo ſignati ſumus: ſicut et legimus:
Eph.1. Credētes inquit ſignati eſtiſ ſpirituſancto.
Bene autē carnē vituli: qꝛ ſacerdotalis eſt
victima quę ꝓ peccatis fiebat: epulantem
patrē inducit filiꝰ: vt oſtēderet qm̄ paternꝰ
cibus eſt ſalus noſtra: ⁊ patris gaudiū: no/
ſtrorum redēptio peccatorū eſt. Et hic qui/
dem ſi ad patrē referas: qꝛ hoſtia ꝓ peccatiſ
filius eſt: delectat̄ pater reditu peccatoris.
Supra delectat̄ filiꝰ inuēta oue: vt ſcias qꝛ
vna patriſ ⁊ filij delectatio: vna operatio in
eccleſię fundamento. Lętatur autē pater:
**Quia filius perierat ⁊ inuentꝰ eſt: mortuus fuerat ⁊ reuixit.** Ille perit
qui fuit: nō em̄ pōt perire qui nō fuit. Itaqꝫ
gentes nō ſunt: chriſtianus eſt: iuxta qꝺ ſu/
1.Cori.1. pra dictum eſt: Quia elegit deꝰ quę nō ſūt
vt quę ſunt deſtrueret. Poteſt quoqꝫ et hic
in vno accipi ſpecies generis humani. Fuit
adam: ⁊ in illo fuimus omnes. Perijt adā:
⁊ in illo omnes perierunt. Homo igit̄ in il/
lo homine qui perierat reformatur: ⁊ ille ad
ſimilitudinē dei factus ⁊ imaginem: diuina
patientia ⁊ magnanimitate reparat̄. Quid
eſt ergo: Elegit deꝰ quę nō ſunt: vt quę ſūt
deſtrueret? Id eſt: elegit populū gētiū qui
nō erat: vt deſtrueret populū iudęorū. Po/
teſt ⁊ de agente pęnitentiā dictū videri: qꝛ
nō moritur: niſi qui aliquādo vixit. Et ideo
gentes nō moriunt̄: ſed mortuę ſunt. Etem̄
qui in chriſtum nō credit: ſemꝑ eſt mortuꝰ.
Et gentes quidē cum crediderint: ꝑ gratiā
viuificant̄. Qui vero lapſus fuerit: per pę/
nitentiā reuiuiſcit. Sequitur locus vt remit
tendis poſt pęnitentiā debeamꝰ fauere pec
catis: nedū venię alterius inuidemus: ipſi
eā nō mereamur a domino. Quis em̄ tu es
qui domino cōtradicas: ne cui velit culpā
relaxet: cū tu cui volueris ignoſcas? Uult
rogari: vult obſecrari. Si omnium iuſticia:
vbi dei gratia? Quis tu es q̄ inuideas deo?
Et ideo notat̄ hic frater vſqꝫ adeo: vt de vil
la venire dicatur: hoc eſt: terrenis operibuſ
occupatꝰ: ignorans quę ſunt ſpiritꝰ dei: vt
deniqꝫ nunq̄ ꝓ ſe vel hędū quęrat̄ occiſū.
Non em̄ ꝓ inuidia ſ; ꝓ venia mundi agnus
eſt immolatus. Inuidus hędum querit: in/
nocēs agnū ꝓ ſe deſiderat immolari. Ideo
⁊ ſenior dicitur: eo ꝙ cito aliquis ꝑ inuidiā
cōſeneſcat. Ideo ⁊ foris ſtat: eo ꝙ maliuolē
tia eum animi liuentis excludat. Ideo cho/
rū ⁊ ſymphoniā audire nō poteſt: hoc eſt:
nō illa theatralis incentiua laſciuię: nec au/
licorū concentus ſonorum: ſed plębis con/
cordia cōcinentis: quę de peccatore ſeruato
dulcem reſultet lętitię ſuauitatē. Conſtitu/
te mihi aliquē ex his qui ſibi iuſti vidētur:
qui trabem in oculo ſuo nō vident: ⁊ alieni
feſtucam vitij ferre nō poſſunt. Quomō in/
dignatur: quando alicui peccatū fatenti: et
diu indulgentiā deploranti venia relaxat̄?
Quomō aures eius ſymphoniā populi ſpi/
ritalē ferre nō poſſunt? Hęc eſt em̄ ſympho/
nia: quādo cōcinit in eccleſia diuerſarū ęta/
tum atqꝫ virtutū: velut variarū chordarū
indiſcreta cōcordia. Pſalmus reſpōdetur:
Amen dicit̄. Hęc eſt em̄ ſymphonia quā ſci
1.Cori.14. uit ⁊ paulus: ⁊ ideo ait: Pſallā ſpiritu: pſal
lam ⁊ mente. Hęc de parabola p̄ſenti puta/
uimus eſſe tractanda. Nec inuidemus ſi q̄s
duos fratres iſtos velit referre ad populos
duos: vt ſit adoleſcētior populꝰ ex gentibꝰ
tāqꝫ iſrael: cui frater maior bn̄ficiū paternę
benedictionis inuidit. Qꝺ faciebant iudęi
cū quererentur quia chriſtus cū gentibus
epularetur: ⁊ ideo hędū mali odoris ſacri/
ficium requiſierunt. Iudęus hędum requi/
rit: chriſtianus agnū: ⁊ ideo illis barrabas
ſoluitur: nobis agnus immolatur. Unde
apud illos fętor eſt criminum: apud nos re/
miſſio peccatorū: dulcis in ſpe: ſuauis in fru
ctu. Qui hędum quęrūt: expectāt antichri/



ſtum. Chriſtus em̄ boni odoris eſt victima.
Queri etiam in hędo vident̄: quia iudęi ri/
tum veteris ſacrificij ꝑdiderūt: vel qꝛ nulliꝰ
ſanguis his ꝓfuit: ſicut chriſti ſanguis eccle
ſię. Nō em̄ redimere eos ſanguis potuit ꝓ/
phetarū. Impudens autē ⁊ ſimilis illiꝰ pu/
blicani iuſtificantis ſe arrogāti p̄ce: qui pu/
tabat ꝙ nunq̄ p̄terierit mandatū dei: qꝛ le/
gem ſeruabat in littera. Impiꝰ qui accuſa/
bat fratrē: ꝙ cum meretricibꝰ paternā ſub/
ſtantiā ꝓdegiſſet: cū debuerit aduertere qꝛ
Math.21. ſibi dictum eſt: Meretrices ⁊ publicani p̄ce
dunt vos in regno cęlorū. Stat autē foris:
nec excludit̄ ſed nō ingredit̄: ignorās volū/
tatē dei de vocatione gentiū. Seruus iā fa
ctus ex filio: ſeruus em̄ neſcit q̄d dn̄s agat:
vbi cognouit: inuidet ⁊ torquet̄ eccleſię bo/
nis: ⁊ foris ſtat. Foris em̄ iſrael: audit chorū
⁊ ſymphoniā et iraſcit̄: qꝛ hic cōcinit plębis
gratia: ⁊ cōſonat p̄pl̄i iubilatio. Sed bonus
pater etiam hunc ſaluare cupiebat dicens:
**Tu mecū ſemꝑ fuiſti.** Uel quaſi iudę
us in lege: vel quaſi iuſtus in cōmunione: ⁊
es: ſi deſinas inuidere. **Et omnia mea tua ſunt.** Uel iudęꝰ ſacramēta poſſidēs
veteriſ teſtamēti: vel baptizatꝰ etiā noui.

**De eo ꝙ nemo ſeruus poſſit duobus dn̄is ſeruire: ⁊ de villico iniquitatis: faciendiſqꝫ amicis de iniquo mammona.**

**Caplo decimoſexto.**

Ca.LXVII **N**emo ſeruus pōt duobus dn̄is ſeruire. Nō quia duo
ſed qꝛ vnus eſt dn̄s. Nā etſi ſunt
qui māmonę ſeruiunt: tamē non
ille nouit aliqua iura dn̄atꝰ: ſed ipſi ſibi iu/
gum ſeruitutis impoſuūt. Neqꝫ em̄ iuſta po
teſtas: ſed iniuſta eſt ſeruitus. Et ideo ait:
**Facite vobis amicos de iniquo mamona.** Ut largiendo paueribꝰ an/
gelorū nobis cęterorūqꝫ ſanctorū gratiā cō
paremus. Nec rep̄henditur villicus: in quo
diſcimus: nō ipſi eſſe dn̄i: ſed potius aliena
rum villici facultatū. Et ideo licet peccaue/
rit: tn̄ qꝛ ſibi in poſterū ex indulgētia domi/
ni quęſiuit auxilia: p̄dicatur. Pulchre autē
iniquū māmonā dixit: quia varijs diuitia/
rum illecebris noſtros auaricia tēptabat af
fectus: vt vellemus ſeruire diuitijs. Unde
ait: Si in alieno fideles nō fuiſtiſ: qꝺ veſtrū
eſt quis dabit vobis? Alienę a nobis diui/
tię ſunt: qꝛ pręter naturā ſunt: neqꝫ nobiſcū
naſcuntur: neqꝫ nobiſcū tranſeūt. Chriſtus
autē noſter eſt: qꝛ vita eſt. Deniqꝫ in ſua ꝓ/ Joh.1.
pria venit: ⁊ ſui eum nō receperūt. Ergo ne/
mo dabit qꝺ veſtrū eſt: quia veſtrū nō cre/
didiſtis: veſtrū nō recepiſtis. Argui igit̄ vi/
dentur iudęi: ⁊ fraudis ⁊ auaricię. Et ideo q̄
in facultatibus fideles nō fuerunt: quas cū
alienas ſcirēt. Cōmunē em̄ ad vſum fructꝰ
terrarū a dn̄o deo datus eſt omnibꝰ: vtiqꝫ
debuerūt participare pauperibus: nec chri/
ſtum accipere meruerūt: quē zachęus vt ac/
quireret: dimidiā partē bonorū ſuorum ob
tulit. Ergo nō ſeruiamus alienis: qui nullū
dominū debemus ſcire niſi chriſtū. Unus
em̄ deus pater: ex quo omnia: ⁊ nos in ip̄o:
⁊ vnuſ dn̄s ieſus ꝑ quē omnia. Quid ergo?
Pater dn̄s: aut filius deus nō eſt? Sed pa/
ter dn̄s: quia verbo dn̄i cęli firmati: ⁊ filius
deꝰ: qui eſt ſuꝑ omnes deus benedictꝰ in ſę/
cula. Quō ergo nemo pōt duobꝰ dn̄is ſer/
uire? Unꝰ em̄ dn̄s: qꝛ vnꝰ deꝰ. Deniqꝫ dn̄m
deū tuū adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Unde
claret vnū patris ⁊ filij eſſe dn̄atū: vnꝰ autē
eſt ſi nō diuidat̄: ſed totus in patre: totꝰ in
filio ſit. Itaqꝫ qꝛ vnius deitatis atqꝫ dn̄atꝰ
aſſerimꝰ trinitatē: vnū deū ⁊ vnū dn̄m cōfi/
temur. Qui aūt aliā patriſ: aliā filij: aliā ſpi
rituſſancti memorāt p̄tātē: plures deos: et
plures dominos in eccleſiā gentilis vitio er
roris inducunt.

**Expoſitionis ſancti ambroſij in euangelium ſm̄ lucam: Liber ſeptimus explicit.**

**Liber octauus eiuſdē incipit.**

**Quomodo lex et prophetę vſqꝫ ad iohannem.**

**L**ex ⁊ prophete vſqꝫ ad iohannē: et ex eo regnū dei euāgelizatur: ⁊ omnes ĩ illud vim faciunt. Ca.LXVIII Nō quia
lex defecit: ſed quia incipit euangelij prędi/
catio. Uident̄ em̄ minora compleri cū po/
tiora ſuccedunt. Et ideo vim faciamꝰ regno
cęlorum. Omnis enim qui vim facit: vehe/
menti ſtudio properat: non torpenti lente/
ſcit affectu. Eſt ergo fidei religioſa violen/
tia: ſegnitia criminoſa. Lex multa ſecundū
naturā. Ut naturalibus indulgentior de/
ſiderijs ad iuſticię ſtudium nos reuocaret

chriſtus:naturaꝫ incidit:quia naturales ꝙ
amputat voluptates:⁊ ideo vim faciamus
nature vt non ad terrena demergat: ſed ad
ſuperna ſe ſubrigat.

## De lege coniugij:⁊ vxore non dimittenda.

Ca.LXIX. O Mnis qui dimittit vxorem
ſuã ⁊ ducit alteram mechat:
⁊ qui dimiſſam a viro ducit:
mechatur. Prius dicendũ arbitror de
lege cõiugij:vt poſtea de ꝓhibendo diuor/
tio diſputemus. Quidaꝫ eñ putant omne
cõiugiũ a deo eſſe:maxime qꝛ ſcriptum eſt:
Matth.19. Quæ deus cõiunxit homo non ſeparet.
Ergo ſi omne cõiugiũ a deo:omne cõiugiũ
1.Cori.7. nõ licet ſolui. Et quõ apoſtolus dixit:Qꝫ ſi
infidelis diſcedit: diſcedat? In quo mirabi
liter ⁊ noluit apud chriſtianos cauſam reſi/
dere diuortij:⁊ oſtendit nõ a deo omne con
iugiũ. Neqꝫ eñ chriſtiane gentilib⁹ dei iudi
cio copulant̃:cũ lex ꝓhibeat. Sed occurrit
Prouer.19. illud qđ ait ſalomon: Domũ ⁊ ſubſtantiaꝫ
patres partiũtur filijs: a deo aũt ꝑparabit̃
viro vxor. Qđ qui in greco legit: nõ putat
eſſe contrarium. Bene eñ dixit grecus:ἁρ/
μοζεται. Harmonia eñ:cõueniẽs ⁊ apta
rerũ omniũ dicitur cõmiſſa ꝯnexio. Harmo
nia eſt:cũ fiſtule organi ꝑ ordinẽ copulate:
legitime tenent gratiã cãtilene:chordarũqꝫ
aptus ſeruat ordo concordiã. Itaqꝫ nõ ha-
bent harmoniã ſuã nuptie:quãdo chriſtia/
no viro gentilis mulier nõ legitime copula
tur. Ergo vbi nuptie :harmonia: vbi har/
monia de⁹ iũgit. Ubi harmonia nõ eſt:pu/
gna atqꝫ diſſenſio eſt:que nõ eſt a deo:quia
1.Joh.4. de⁹ charitas eſt. Noli ergo vxorẽ dimittere:
ne deũ tue copule diffitearis auctorẽ. Eteñ
ſi alienos: multomagis vxorios debes to/
lerare ⁊ emendare mores. Audi qđ dixerit
dñs: Qui dimittit mulierẽ:facit eã mecha/
ri. Eteñ cui nõ licet viuente viro mutare cõ
iugiũ:põt obripere libido peccandi. Itaqꝫ
qui auctor erroris:etiaꝫ reus culpe eſt:qꝛ cũ
paruulis feta dimittit̃:qꝛ titubanti veſtigio
grandeua detrudit̃. Durum ſi excludas pa/
rentẽ:pignora teneas:vt ad cõtumeliã cha/
ritatis:addas etiã pietatis iniuriã. Durius
ſi ꝓpter matrẽ etiã filios ſimul pellas: cum
magis redimere a patre liberi debeant cul/
pam parẽtis. Qꝫ periculoſuꝫ ſi fragilẽ ado/
leſcentule etatẽ errori offeras:ꝙ impium ſi
eius deſtituas ſenectutẽ: cui⁹ defloraueris
iuuentutẽ. Ergo inhonoratũ ſtipendijs et
veteranũ imperator dimittat inglorijũ:atqꝫ
imperij ſui poſſeſſione detrudat:⁊ ruſticum
laboris effetum agro ſuo ꝓpulſet agricola.
An qđ in ſubdito nefas ẽ:in cõparẽ fas eſt?
Dimittis ergo vxorẽ quaſi iure ſine crimie:
⁊ putas id tibi licere:qꝛ lex humana nõ ꝓhi
bet:ſed diuina ꝓhibet. Qui hominib⁹ ob/
ſequeris:deũ verere. Audi legẽ dñi:cui ob/
Matth.19. ſequuntur etiã qui leges ferunt: Que deus
cõiuxit:homo nõ ſeparet. Sed nõ ſoluꝫ hic
celeſte ꝑceptũ:ſed quoddã etiã op⁹ dei ſol/
uitur. Pateris ne oro liberos tuos viuente
te eſſe ſub vitrico:aut incolomi matre degẽ
ſub nouerca? Pone ſi repudiata ſi nubat:⁊
hec viuo viro tibi debuit diſplicere: cui ad-
ultero fidem ſeruat? Pone ſi nubat:neceſſi
tas illi⁹ tuũ crimen eſt:⁊ cõiugiũ qđ putas:
adulteriũ eſt. Quid eñ refert:vtrũ id aper/
ta criminis cõfeſſione:an mariti ſpecie ad/
ultera dimittas:niſi qđ grauius eſt: legem
criminis feciſſe ꝙ furtũ? Sed fortaſſe dicit
Ubi ſ. aliquis: Quomõ moyſes mandauit dare
librũ repudij:& dimittere uxorem? Qui
hoc dicit iudeus eſt: qui hoc dicit chriſtia/
nus nõ eſt. Et ideo qꝛ hoc obijcit qđ obiec/
tũ eſt dño: Reſpõdit ei dñs: Ad duriciam
inquit cordis ueſtri ꝑmiſit uobis moyſes
dare librũ repudij: & dimittere uxores:
ab initio aũt nõ fuit ſic. Moyſes ꝑmiſit in/
quit:nõ de⁹ iuſſit. Ab initio aũt dei lex eſt.
Que ẽ lex dei? Relinquet homo patrẽ &
matrem & adhærebit uxori ſuæ:& erunt
ambo in carne una. Ergo qui dimittit vx/
orẽ:carnẽ ſuã ſcindit:diuidit corpus. Oſtẽ/
dit aũt loc⁹ hic:ꝙ ꝓpter fragilitatẽ humanã
ſcripta ſunt:nõ a deo ſcripta. Unde ⁊ apl's:
1.Cori.7. Denũcio inquit nõ ego ſed dñs:vxorẽ a vi/
ro nõ diſcedere. Et infra: Ceteris inqt ego
dico nõ dñs. Si qs frater habet vxorẽ infi/
delẽ. Et reliq̃. Itaqꝫ vbi eſt impar ꝯiugiũ:
lex dei nõ eſt. Et addidit: Qꝫ ſi infidelis diſ
cedit:diſcedat. Sil' idẽ ⁊ hic apl'us negauit
legis eſſe diuine:vt ꝯiugiũ q̃lecũqꝫ ſoluat̃:
nec ipſe ꝑcepit:nec dedit deſerẽdi auctori/
tatẽ:ſed culpã abſtulit deſtituto. Hec mora
lit̃. Tñ qꝛ ſuꝑ ꝓpoſuit regnũ dei euãgeliza
ri:⁊ cũ dixiſſet de lege vnũ apicẽ ñ poſſe ca/
dere:ſubiecit: Oĩs qui dimittit vxorẽ ſuam
⁊ ducit alteram:mechatur. Recte admonet
Eph.5. apl'us dicens: Sacramentũ hoc magnũ ẽ:
ſed de chriſto ⁊ eccleſia. Inueni igit̃ cõiugi-



um qđ nemo dubitet a deo iunctũ: cuꝫ ipſe
Joh.6. dicat: Nemo venit ad me: niſi pater meus
qui miſit me attraxerit eũ. Ille eñ ſolus po
tuit has nuptias copulare. Et ideo myſtice
ſalomõ dixit: A deo ꝑparabitur viro vxor.
Prouer.19. Uir chriſt⁹:vxor eccleſia eſt. Charitate vx/
or:integritate virgo. Quẽ dñs traxit ad fi/
lium:nõ ſeparet ꝑſecutio: nõ auertat luxu/
ria:nõ philoſophia deꝑdetur:nõ maniche⁹
cõtaminet:nõ arrianus auertat: nõ ſabelli/
anus inficiat. Deus iunxit:iudeus nõ ſepa
ret. Adulteri ſunt omnes:qui adulterare cu
piunt fidei ⁊ ſapientie veritatẽ. Quis liber
Eſa.50. inquit iſte eſt repudij matris veſtre:quo di/
miſi eã? Audiſti repudiũ:crede ꝯiugiũ. Au-
Ibidem. diſti quid iudeorũ plebi ipſe vir dicat: Ecce
in iniquitatib⁹ veſtris venditi eſtis:⁊ pecca
tis veſtris dimiſi matrem veſtrã. Mane er
go tu in domo patris:mane cũ ſponſo:eni/
tere vt placeas viro:mens q̃ credidiſti deo
eſto fortis mulier:qualis illa vel anima ec-
cleſiaſtica:vel eccleſia de qua dicit ſalomõ:
Prouer.31. Mulierẽ fortẽ quis inueniet? Precioſior au
tẽ eſt lapidib⁹ ꝑcioſis: que talis eſt: cõfidit
in ea vir ſu⁹. Uideamus quid hec faciat vi/
ro ſuo:qđ opus eius:qđ ſit obſequium:cur
cõfidat in ea chriſtus. Bona vxor virũ ſuũ
veſtit. Ueſtiat ieſum fides nr̃a corpore ſuo:
veſtiat carnẽ eius diuinitatis ſue gloria: ſi/
cut ⁊ illa bina veſtimẽta fecit viro ſuo: vt et
in ꝑſenti ⁊ in futuro ſeculo honorificet euꝫ.
Nõ mediocris hec femina:cuius tale textri
num eſt:quã nõ mollia lane fila carpenteꝫ:
ſed precioſe virtutis penſa tractantẽ vir ei⁹
inueniat:que manus extollat in noctibus:
⁊ ad libram dirigat opus:morũqꝫ ſuoꝝ põ/
dus examinet. Geſtorum quoqꝫ nouerit ſer
uare mẽſurã:glorioſi ſubtegmẽ laboris in-
texẽs:ſollicita quãdo vir redeat:anxia atqꝫ
ſuſpirans ⁊ iam cũ viro ſuo eſſe deſiderans
dicens: Moras facit vir me⁹ venire:feſtina/
bo ipſa ad eũ:occurrã ei facie ad faciẽ:cũ ve
nire ceperit in gloria ſua. Ueni dñe ieſu: vt
inuenias ſponſaꝫ tuã :nõ contaminatã:nõ
adulteratam:que nõ violauerit domũ tuã:
Canti.5. nõ mandata neglexerit. Dicat tibi: Inueni
quẽ dilexit anima mea:introducat te in do
Ps.103. mũ vini. Uinum eñ letificat cor hominis:
inebrietur in ſpiritu:agnoſcat myſteriũ:lo-
quatur oraculum.

## De diuite induto purpura ⁊ byſſo:⁊ lazaro mendico.

Ca.LXX. H Omo autem quidaꝫ diues
induebat̃ purpura. Et cete/
ra. Narratio magis ꝙ parabo-
la videtur:quãdo etiã nomẽ exprimit̃. Nõ
ocioſe autẽ hic diuitẽ domin⁹ ꝑfunctum de/
litijs ſecularib⁹ in ꝑpetue famis apud infe/
ros cõſtitutũ ſignificauit erũna: Cui nõ im-
merito quinqꝫ fratres:id eſt:quinqꝫ ſenſus
corporis:naturali quadã germanitate vidẽ
tur fuiſſe ſociati:qui imodicis atqꝫ innume
ris cupiditatib⁹ eſtuabant: Lazarũ vero in
abrae gremio quaſi in quodã ſinu quietis
⁊ ſanctitatis receſſu locauit: ne in lecti pre/
ſentiũ voluptate maneamus in vitijs: vel
tedio victi:laborum dura fugiamus. Siue
itaqꝫ lazarus pauꝑ in ſeculo:ſed deo diueſ:
ſiue apoſtolic⁹ aliquis pauꝑ in verbo:locu/
ples fide. Neqꝫ eñ omnis ſancta pauptas:
aut diuitie crimĩnoſe:ſ; vt luxuria infamat
diuitiaſ:ita pauꝑtatẽ cõmendat ſanctitas.
Siue ergo apl'icus qui verã teneat fidẽ: ver
borum infulas:fucum argumentorũ: ambi
tioſa ſententiarũ velamina nõ requirat: fe/
neratam mercedẽ accipit:impugnans here
ticos:manicheũ:martionẽ:ſabellium: arri/
um:fotinũqꝫ: Iſti eñ ñ aliud ꝙ fratres ſũt
iudeorũ:quib⁹ ꝑfidie germanitate nectun/
tur. Reprimens quoqꝫ carnis cupiditates:
que illis (vt dixi) quinqꝫ ſenſibus vaporan/
tur:feneratã inquã mercedẽ accipit:cui cõ/
penſatio exuberantiũ copiarũ ⁊ ꝑpetuitat̃
vſura eſt. Nec alienum putamus vt de fide
quoqꝫ opinemur hunc eſſe tractatũ:quã la/
ꝫarus abiectã de menſa diuitis colligit:cu/
ius vtiqꝫ vlcera ſ̃m litterã diues faſtidioſuſ
horreret:nec inter ꝑcioſas epulas vnguẽta/
toſqꝫ cõuiuas fetorẽ vlceꝝ lãbentib⁹ canib⁹
ſuſtineret:cui odor acris:⁊ ipſa eſſet natura
faſtidio:ꝙꝙ inſolentia ⁊ tumor diuitũ indi
tijs competẽtibus exprimatur: qđ ita con-
ditiõis immemores humane ſint: vt tanꝙ
ſupra naturam ſui:de miſerijs pauperum
incentiua ſuarum capiant voluptatuꝫ: Ri-
deant inopem:inſultent egenti: et quorum
miſereri deceat:his auferant. Utrũqꝫ ergo
qui volet:tanꝙ lazarus colligat. Cui ſimi/
lem illũ puto:qui ceſus ſepi⁹ a iudeis:ad pa
tientiam credentiũ ⁊ vocationẽ gentiũ: vl/
cera ſui corporis lambenda quibuſdã velut
canibus offerebat:quia ſcriptũ eſt: Conuer Ps.58.
tent̃ ad veſperaꝫ:⁊ famẽ patient̃ vt canes.
Qđ agnouit chananitidiſ illa myſteriũ:cui

Matth.15. dicitur: Nemo tollit panē filiorū ⁊ mittit ca
nibus. Agnouit hunc panē: nō panē eſſe q̄
videt: ſed illū qui intelligit: et ideo reſpon/
dit: Vtiq; dñe: nā ⁊ catelli edunt de micis
quę cadunt de mēſa dñoꝝ ſuorū. Micę iſtę
de illo pane ſunt. Et quia panis verbū eſt:
⁊ fides verbi eſt: micę velut quędā dogma/
ta fidei ſunt. Unde reſpondit dñs: vt oſten
deret fideliter dictū: O mulier magna eſt fi/
des tua. O fęlicia vlcera: quę ꝑpetuū exclu/
dunt dolorē. O vberes micę: quę repellitis
ieiuniū ſempiternū: quę colligentē paupe/
rem ęternis expletis alimentis. Abijciebat
vos de menſa ſua archiſynagogꝰ: cū ꝓphe
ticarū ſcripturaruꝫ ⁊ legis interna myſteria
refutaret. Micę eñ ſermones ſunt ſcriptu/
Ps.49. rarū: de quibus dicit: Et ꝓieciſti ſermones
meos poſt te. Abijciebat vos ſcriba: ſ; pau/
lus diligentiſſime colligebat: iniurijs ſuis
eligens plębeꝫ. Lambebant vlcera eiꝰ: qui
morſu ſerpentis intrepidū excuſſo ſerpente
viderūt ⁊ crediderunt. Lambebat ille carce
ris cuſtos: qui vulnera pauli lauit: ⁊ credi/
dit. Beati canes in quos vlcerū talium diſ/
tillat humor: vt adimpleat cor ⁊ impinguet
fauces corū: qui cuſtodire domum: ſeruare
gregē: cauere aſſueſcant lupos. Pone nunc
ante conſpectū: ſęcularibꝰ arrianos ſtudijs
intētos: qui ſocietatē potentię regalis affe/
ctant: vt armis militaribꝰ impugnēt eccle/
ſię veritatē. Nōne tibi videnť in quadā pur
pura ⁊ byſſo extructis iacentes thoris: qui
ꝓ veris fucata defendant: ditibꝰ abundare
ſermonibꝰ: cū iactant dñico terrā tremuiſſe
ſub corpore: cęlū tenebris obductū: excitata
verbo maria vel ſedata: verūtamen dei fili/
um denegātes? Cōſtitue ⁊ illū pauperē qui
ſciens nō in ſermone ſed in virtute regnum
dei eſſe: paucis quid ſentiret expſſit dicēs:
Matth.16. Tu es filius dei viui. Nōne tibi illę videnť
egere diuitię: hęc redundare pauꝑtas? Di/
ues hęreſis euāgelia multa cōpoſuit: pauꝑ
fidelis hoc ſolum euangeliū tenuit qđ acce/
pit. Diues philoſophia: plures ſibi deos fe
cit: pauper eccleſia vnū deum nouit. Inter
hunc igiť diuiteꝫ ⁊ pauperē: chaos magnū
eſt: quia poſt mortē nequeūt merita imuta/
ri: eo ꝙ in inferno diues inducit: cupiēs ali/
quid de pauperl ſpiritu refrigerātis hauri/
re. Aqua eñ refectio eſt animę in doloribuſ
Eſa.12. ꝯſtitutę: de qua dicit eſaias: Et ſaliet aqua
cū delectatione de fontibꝰ ſaluatoris. Cur

autē cruciatur ante iudiciū? Quia luxurio/
ſo carere delitijs: pęna eſt. Nā et dñs dicit:
Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiuꝫ: cum vide/ Ē.13.
ritis abraam ⁊ iſaac ⁊ iacob ⁊ omnes ꝓphe
tas in regno cęlorū. Serus auteꝫ diues iſte
magiſter eſſe incipit: cum iam nec diſcendi
tēpus habeat: nec docendi. Quo loco eui/
dentiſſime declarat dñs: vetꝰ teſtamentum
eſſe fidei firmamentū: retūdens ꝑfidiā iudę
orū: ⁊ excludens neqtias hęreticorū: a qui/
bus mens ſupplantať infirmior. Ipſi eñ pu
ſilli ſunt: qui adhuc neſciūt incrementa vir/
tutis. Licet auteꝫ aduertere ꝙ in villici illiꝰ
ſuperiore: ⁊ iſtiꝰ diuitis ꝓſenti cōparatione
incentiuꝫ miſcdię eſt. Et ibi fortaſſe ſanctis
quos amicos dicit: ⁊ quibꝰ tabernacula tri/
buit: hic vero docet pauperibꝰ ꝯferendū.

## De venia largienda ijs qui in nos peccauerint: ⁊ ſe ab errore cō/uerterint.

Caplo decimoſeptimo:

SI peccauerit in te frať tuꝰ: Ca.LXX
increpa illū. Q; bene poſt
diuitē qui cruciať in pęnis: ſubie
cit ꝓceptuꝫ venię largiendę: his
vtiq; qui ſe ab errore cōuertunt: ne quē de/
ſperatio nō reuocet a culpa. Q; vero mode
ratus eſt: vt neq; difficilis venia: nec remiſ/
ſa ſit indulgētia: neq; vel auſtera ꝑcellat in/
uectio: vel cōniuentia inuitet ad culpā. Sic
⁊ alibi: Si peccauerit in te frater tuus: ua/
de & corripe eū inter te & ipſum. Plus
eñ ꝓficit amica correptio: q̄ accuſatio tur/
bulenta. Illa pudorē incutit: hęc indignati
oneꝫ mouet. Seruetur potiꝰ qđ ꝓdi metu/
at qui monetur. Bonū quippe eſt: vt amicū
magis te qui corripiť credat: q̄ inimicum.
Faciliꝰ eñ cōſilijs acquieſciť: q̄ iniurię ſub/
cumbitur. Unde ⁊ apoſtolus: Corripite in- 2.Theſſ.
quit vt fratrē vt erubeſcat: nō vt inimicum
cum exiſtimetis. Infirmus eñ cuſtos diu/
turnitatis eſt timor: Pudor autē bonꝰ ma/
giſter officij. Qui eñ metuit: reprimiť: non
emendať: quē pudet facere: in naturam ver
tit. Pulchre aūt poſuit: Si peccauerit i te:
nō eñ ęqua cōditio in deū hominēq; pecca
re. Deniq; apſus qui diuini eſt verus inter/
pres oraculi: Hęreticū inquit poſt vnā cor/ Titum.3.
reptionē deuita: q̄ nō eſt ęq ꝑfidia vt culpa
venialis. Et qm̄ plęrūq; per imperitiā error
obrepit: corripiendū ꝓcepit: vt aut ꝑtinacia
viteť: aut ꝓlapſio corrigatur. Verū qđ eſt

Si ſepties cōuerſus fuerit ad te: dimitte il
li? Nū venię numerꝰ ꝓfiniť? An vero q̄ cū
ſeptimo die requieuit deꝰ ab omnibꝰ operi/
bus ſuis: poſt hebdomadā iſtiꝰ mundi qui/
es nobis diuturna ꝓmittitur: vt quēadmo
dū mala iſtius mūdi feriata ceſſabūt: ita eti
am vindictę ſeueritas cōquieſcat? Sabba/
tum aūt non ſolū dierū ſed etiā menſiū eſt.
Et ideo ſeptimi menſis decima die ſabba/
ta ſabbatorū: nec ſolū menſiū ſed annoruꝫ
quoq;: nec annoꝝ tantūmodo ſed etiā rege
nerationū. Poſtremo ipſiꝰ mundi: cuiꝰ ty/
pus eſt ſabbatū magnū: ſicut in lege ē heb/
domada ſeptima: poſtq̄ celebrať annus iu
bileꝰ. Qđ myſteriū nobis dñs voluit reue/
Matth.18. lare cū dicit: Nō ſolum ſepties: ſed etiā ſe/
ptuagies ſepties. Quia ſeptima generati/
one vt habes ſm lucam: enoch raptꝰ eſt ne
malicia mutaret cor eiꝰ: ⁊ in eo aculeꝰ dolo/
ris quieuit. Septuageſima autē et ſeptima
generatione dñs natꝰ eſt ex maria: humani
generis in ſe peccata ſuſcipiēs: remiſſioneꝫ
tribuit omniū delictorū. Ergo q̄uis ſm lit/
teram diſcas frequēter ignoſcere: vel indig
nationē nō tenere: Nihil eñ eſt quo poſſit
offendi: cui ignoſcēdi eſt conſuetudo: tñ ag
noſce myſteriū. Neq; eñ ocioſe ſabbato di
Ē.13. xit dñs mulieri: Dimiſſa es ab infirmitate
tua: oſtendens plębi ſuę: quę ſicut mulier il
la vocata ſequereť: aduentu ſuo ſe remiſiſſe
Gen.4. peccata. Septuagies itaq; ⁊ ſepties lamech
cōdemnať: q̄ grauiꝰ delinquit: qui ſcelꝰ dū
punit admittit. Omnē aūt enormitatē ſce/
leris baptiſmi ſacramenta dimittūt. Diſce
ergo donare iniurias tuas: q̄ ꝑſecutoribus
ſuis chriſtꝰ ignouit. Nec illud ocioſū ꝙ ſab/
bato paſſus eſt: magnū ſignificās fore ſab/
batū: q̄ mors deſtrueret a chriſto. Q; ſi iu/
dei ſabbatū ita celebrant: vt ⁊ menſeꝫ ⁊ an
num totū quaſi ſabbatū habeāt: quātoma
gis nos reſurrectionem dñi celebrare debe/
mus? Et ideo maiores tradiderūt nobis pē
tecoſtes omnes quinquaginta dies vt paſ
cha celebrādos: q̄ octauę hebdomadis in/
itium pentecoſten facit. Unde ⁊ apſus q̄ſi
1.Corſ.16. chriſti diſcipulus: qui ſciret diuerſitatē eſſe
temporū: ſcribēs ad corinthios: Apud vos
inquit forſitan manebo ⁊ hyemabo. Et in/
fra: Manebo aūt epheſi: vſq; ad penteco/
ſten. Oſtiū eñ mihi aptū eſt magnū. Itaq;
apud corinthios hyemē agit: quorū errori/
bus angebať: qđ eorū circa dei cultū frige/

ret affectꝰ: Cū epheſis pētecoſten celebrat:
atq; his tradit myſteria: relaxat animū: q̄a
fidei cernebat ardore feruētes. Ergo ꝑ hos
q̄nquaginta dies ieiuniuꝫ neſcit eccleſia: ſi
cut dñica qua dñs reſurrexit: ⁊ ſunt oēs di/
es tanq̄ dñica. Erit ⁊ alia dñica: qua dñicū
corpus reſurgat. Nouit hanc paulus q̄ ait:
Vos aūt eſtl corpus chriſti: ⁊ mēbra ex mē/ 1 Corſ.12.
bris. Hoc eñ corpus dñi ⁊ oſſa de oſſibꝰ eiꝰ
capiti cohęrebūt: caput aūt eccleſię chriſtꝰ.
Tunc ergo ceſſabit ieiuniuꝫ: qm̄ in ꝑpetua
iocunditate fatigatio: cura: laſſitudo: ceſſa/
bit. Tunc mors deſtruetur: Nouiſſima eñ 1.Corſ.15.
mors deſtrueť. Nā ⁊ ſi ceſſauit i enoch ⁊ nō
eſt inuēta in eo: deſtructa tñ nō eſt. Ille eñ
raptus eſt vt euaderet: chriſtus vt deſtrue/
ret imolatus eſt. Et ideo bene dixit: Ubi ē Ibidē.
mors victoria tua? vbi eſt mors aculeꝰ tuꝰ?
Ergo in hac reſurrectione iterū chriſtus tā/
quā ſuo reſurget in corpore. Beatus itaq; Apocſ.20
qui habuerit partē in prima reſurrectione.
Sicut eñ primitię dormientiū chriſtus: ſic 1.Corſ.15
tunc primitię reſurgentiū eccleſię ſancti eiꝰ.
Hoc myſteriū petrꝰ ſcire nō potuit: fortaſſe
ſcierit de enoch. Quis tñ potuit myſterium
abſconditū in deo humana mēte cōprehen
dere? Veniat ergo dñs in meā animā: i me/
am mentē: atq; eā ſubijciat ſibi: vt cum ſub
iecta mēs fuerit mea: dicā: Nō timebo ma/ Ps.22.
la: qm̄ tu mecū es.

## De virtute fidei per comparationem ad granum ſinapis: ⁊ de obſequio qđ iure dño debetur.

SI habueritis fideꝫ ſicut gra
num ſinapis: diceretis huic ar
bori moro: eradicare ⁊ iacta
re in mare: ⁊ obaudiet vobis. De
grano ſinapis ſupra dictū eſt: nunc de arbo
re moro eſt diſputandū. Arborē lego: nō tñ
arborē credo. Nam quę ratio: qui ꝓfectꝰ hic
noſter: vt arbor quę laborātibus agricolis
ferat fructꝰ: eradiceť ⁊ mittať in maria? Li/
cet hoc ꝓ virtute fidei poſſibile iudicemus:
vt ſenſibilibus imperijſ natura inſenſibilis
obſequať. Quid ſibi vult tñ etiā ipſa arbo/
ris ſpecies? Legi quidē: Paſtor eram capra
rū vellicans mora: ⁊ puto ꝓphetā ſignificaſ
ſe nobis: ꝙ ex peccatorū grege peccator ip/
ſe cōuerſus ſit: licet cōueniat vt futurus ꝓ/
pheta gētiū fructū quęſiſſe videatur in ſen/
tibus: cibū ex ſentibꝰ eruiſſe: decolores ⁊ fę
tidos greges gentiuꝫ populos nationū: in

ſuorũ ſcriptorũ paſcuis nutriturus: vt ſpiri
tali refectione pingueſcerent: ipſe autẽ de
peccatore ꝯuerſo lac ſpiritale mulgeret. Sȝ
cũ in alio euãgelij libro: de monte ſit dictũ:
cuius ſpecies nuda gignentiũ vitiũ: olea/
rũq3 ieiuna: infecunda meſſibus: apta lati/
bulis: beſtiarũ ferarũq3 curſibus inquieta:
extollentẽ ſe ad altitudinẽ neqtię ſpiritalis
Hiere. 51. videatur exprimere: ſicut ⁊ ſcriptũ eſt: Ecce
ego ad te mons corrupte qui corrũpis om/
nem terrã: Cõgruit vt hoc quoq3 loco opi/
nemur id dictũ: quoniã fides ſpiritũ exclu/
dit immundum: maxime cũ arboris natura
huic cõcurrat opinioni. Nam fruct⁹ eius pri
mo albet in flore: deinde iam format⁹ irruti
lat: maturitate nigreſcit. Diabolus quoq3
ex albenti angelicę flore naturę ⁊ poteſtate
rutilante ꝑuaricatione deiect⁹: tetro inhor/
ruit odorẽ peccati. En tibi illud arbori mo/
ro dicente: Eradicare ⁊ iactare in mare: cuȝ
legionẽ eiecit ex homine: in porcos tranſire
permittit: qui exagitati diabolico ſpiritu ſe
in maria demerſerunt. Hic igitur locus hor
tatorius ad fideȝ: docens moraliter etiã ea
quę ſolida ſũt fide poſſe diſſolui. Ex fide au
tem charitas: ex charitate ſpes: et rurſus in
ſe ſancto quodã circuitu refundũtur. Seq̃/
tur vt nemo in operibus glorieť: qꝛ iure do
mino debemus obſequiũ. Nã ſi tu nõ dicis
ſeruo aranti: aut boues paſcenti: tranſi re/
cumbe: vbi intelligiť qꝛ nullus recũbit: niſi
ante tranſierit. Deniq3 ⁊ moyſes ante tran/
ſiuit: vt magnũ viſum videret. Si ergo tu
nõ ſolum nõ dicis ſeruo tuo recũbe: ſed exi/
gis ab eo aliud miniſteriũ: ⁊ gratias ei non
agis: ita nec in te patitur dñs vni⁹ vſum eſ/
ſe operis aut laboris: qꝛ dũ viuimus debe/
mus ſemꝑ operari. Ergo agnoſce te eſſe ſer
uum: plurimis obſequijs deſgneratũ. Non
te ꝑferas quia filius dei diceris: agnoſcẽda
gratia: ſed nõ ignorãda natura. Neq3 te ia/
ctes ſi bene ſeruiſti: qđ facere debuiſti. Ob/
ſequiť ſol: obtemperat luna: ſeruiũt ange/
1. Corĩ. 15. li: Uas gentiũ electus a dño: Nõ ſũ inquit
dignus vocari apoſtol⁹: quia ꝑſecutus ſum
eccleſiã dei. Deinde alibi: nullius ſe oſten/
1. Corĩ. 4. dens ꝯſcium culpę: ſubiecit: Sed nõ in hoc
iuſtificat⁹ ſum. Et nos ergo nõ a nobis lau
dem exigamus: nec ꝑripiamus iudiciũ dei:
⁊ ꝑueniamus ſentẽtiã iudicis: ſed ſuo tem/
pori: ſuo iudici reſeruem⁹. Poſt hanc repre/
hendũtur ingrati: atq3 ita demũ ad tracta/
tum futuri iudicij venitur.

**De eo ꝙ in hora aduentus do/
mini ad iudiciũ: qui in tecto eſt nõ
deſcendat. ⁊c.**

**In illa hora qui fuerit in tec** Ca. LXX
**to et vaſa eius in domo: ne
deſcẽdat tollere illa. Et qui
in agro: ſimiliter non redeat retro.
Memores eſtote vxoris loth.** In/
terrogatus a diſcipulis dñs quãdo veniret
regnum dei: ait: **Regnum dei intra
vos eſt.** Utiq3 ꝑ veritatẽ gratię: nõ per
ſeruitutem culpę. Itaq3 qui vult eſſe liber:
ſit ſeru⁹ in domino. Ea eñ parte qua parti/
cipamur ſeruituti: participamur et regno.
Ait ergo: Regnũ dei intra vos eſt. Quãdo
autẽ veniret noluit dicere: ſed dixit iudicij
diẽ eſſe venturũ: vt terroreȝ omnib⁹ iudicij
imminẽtis incuteret: nec ſecuritatẽ dilatio/
nis afferret. Et ne videretur cõtriſtare diſci
pulos: ſi his aliquid negaret: ait in alio li/ Matth. 24.
bro: De die aũt & hora nemo ſcit: neque
angeli cælorũ: neq3 filius. Bene mediũ po
ſuit filiũ. Eſt eñ idem filius hominis: filius
dei: vt magl dictũ ſm filiũ hominis ęſtime/
mus: quia tẽporũ finem nõ ꝑ naturã homi/
nis ſed ꝑ naturã dei nouit. Nec alienum tñ
a fide eſt: ſi filiuȝ accipias dei. Quid eñ eſt
ꝙ bonus pater filiũ celauerit: cui omnia de/
dit? Aut quomõ nõ dedit cognitionẽ tem/
poris: qui dedit ipſi⁹ iudicij ptãtem? Quo/
modo aũt filius neſcire põt qđ pater nouit:
cũ in patre filius ſit: ⁊ ſpiritus ſcruteť etiaȝ
alta dei: cũ ipſe filius altitudo ſit diuitiarũ
ſapientię ⁊ ſciẽtię dei? Sed cur nolit dicere:
oſtendit alio loco: Nõ eſt veſtrũ ſcire tẽpo/ Actĩ. 1.
ra ⁊ annos: quę pater poſuit in ſua poteſta
te. Uidetis quo tendat qui trinitatẽ negat
vnius poteſtatl: vt ſit aliquid qđ neſciat fi/
li⁹. Cur eñ celaret filium ꝓpriũ pater? Aut
eñ inuidię cauſa nolum⁹ alijs intimare qđ
ſcimus: aut ne forte ꝑdamur. Sed nec inui
di in patreȝ: nec ꝓditoris in filium ſuſpitio
cadit. Ergo vnius ſunt cognitionis: qꝛ vni/
us ſunt poteſtatis. Deinde qui ſigna nouit
futuri iudicij: vtiq3 nouit ⁊ fineȝ. Quid eñ
eſt qđ neſciat ille ſicut fulgor coruſcans: eo
ꝙ lux dei filius interna myſterij cęleſtis illu
minet? In illa inquit hora. Ergo ⁊ horã no
uit: ſed nouit ſibi: mihi neſcit. Bene autem
cauſam diluuij ⁊ incendij ⁊ iudicij de noſtrl
aſſerit prodiſſe peccatis: quia deus malum



nõ creauit: ſ; noſtra ſibi merita repererunt.
Edebant eñ ⁊ bibebant: vxores ducebant
⁊ nubebant: Nõ quia cõiugia damnentur:
neq3 alimenta damneť: cũ in iſtis ſucceſſi/
ones: in illis naturę ſubſidia ſint: alioquin
de hoc mũdo eſt exeundũ: Sed in omnib⁹
modus quęriť: quicq̃d autẽ abũdantius: a
malo eſt. Sit aliquis cõſenſus ad tẽpus vt
vacemus orationi: ſit aliqua inter ſollicitu/
dines mundi ⁊ intẽperãtię crapulam: ſobri/
etas religionis et indutię caſtitatis. Ergo
quia ꝓpter improbos neceſſe eſt ꝓbi in hoc
ſęculo cõtritionẽ cordis animiq3 patiãtur:
quo vberiorẽ mercedẽ accipiãt in futurũ: re
medijs inſtruunť: vt qui in iudęa ſunt fugi
ant in mõtes. Quę eſt iſta iudęa? Noui eñ
⁊ aliam iudęã ſm ſpiritũ: non ſm litteram.
Ps. 75. Notus eñ in iudęa de⁹. Quales autem iſti
montes qui poſſunt motũ futuri cohibere
iudicij: cũ ſcriptũ ſit: Tremor ante te mon/
tes occupabit: cęlũ ⁊ terra tranſibũt? Quo/
modo terrarũ portio manebit imunis: aut
tueri me poterit: quę nec ipa ſe ſeruat? Ubi
me igitur ab ira eius abſcondã: qui contur/
bat ꝓfundum maris? Si aſcẽdero in cęlum
ibi eſt: ſi deſcẽdero in infernũ adeſt. Nõ er/
go falli poteſt qui vbi eſt: ſed placari. Adeſt
itaq3 iudicij dieſ: ſi vis nõ cõprehendi: quo/
tidie time: quotidie fuge. Quęrl quomõ fu
Eſa. 40. gias? Aſcende in montẽ qui euãgelizas ſy/
on: vt excelſorũ vertice poſſis eminere meri
3. Regĩ. 20. torium. Deus eñ montiũ: ⁊ nõ deus valliũ
eſt. Aſcende eo vbi chriſtus ſedet ad dexte/
ram dei: cuius fundamẽta in montib⁹ ſanc
tis: ⁊ montes in circuitu ei⁹. Mons tu⁹ pau
lus: mons tu⁹ petrus eſt. Supra illorũ fidẽ
mentis tuę locato veſtigiũ. In lege dei atq3
hereditate fidei cõſtitutos: iudicij dies non
ad pęnã inuenit: ſed ad gloriã. Si quis etiã
in tecto poſitus: hoc eſt: ſuperiora iam do/
mus ſuę eminentiũq3 virtutum culmẽ aſcẽ/
dit: ad terrena mundi huius opera nõ reci/
dat. Noui eñ tectum in quo raab illa typo
meretrix myſterio eccleſia: ſacramentorũ cõ
ſortio populis copulata gentilib⁹: explora/
tores quos ieſus direxit abſcondit. Qui ſi
ad inferiora deſcendiſſet domus: ab explo/
ratoribus qui ad corripiendos eos miſſi fu/
erant occiſi eſſent. Tectũ ergo ſublimis eſt
mentis officiũ animęq3 faſtigiũ: quo nuda
corporiſ operitur infirmitas. Unde mihi vi
detur etiã paralyticus ille idcirco eſſe ſana/
tus: qui a quattuor iuuenib⁹ dimiſſus e te/
cto eſt: qꝛ quattuor adminiculo virtutũ pru
dentię: fortitudinis: tẽperãtię: atq3 iuſticię:
ad pedes chriſti alta quadã ſe ratione ſubie
cit. Nihil eñ excelſius hũilitate: quę tanq̃3
ſuperior neſcit extolli: qꝛ nemo id affectat
qđ intra ſe iudicat. Sed quoniã in iudicio
verſamur: nõ digrediamur a tecto: nedũ va
ſa quę in domo ſunt cupimus auferre: capi
amur. Nõ eñ in omni domo ſunt vaſa au/
rea ⁊ argẽtea: ſed in plęriſq3 ſũt lignea: nec
omnes dom⁹ plenę: ſunt eñ ⁊ vacuę: quas
nouit ꝓpheta qui dixit: Quid factũ eſt ti/
bi nunc: qꝛ aſcẽdiſti in domos vacuas? Im
pleta eſt ciuitas clamãtiũ. Et ſubiecit: Om
nes principes tui fugierunt: quicunq3 in te
vulnerati ſunt: ⁊ ad ꝑfidiã de fide lapſi ſũt.
Uulnerat⁹ ẽ ſabellius: vulnerat⁹ eſt valen/
tinus: vulnerat⁹ eſt arrius: In domo enim
vacua ſunt reperti. Uis domũ videre ple/
nam? Sequere petrũ: cũ eſuriret ad domus
ſuperiora gradientẽ: ibi agnouit myſteriuȝ
eccleſię cõgregandę: vt gentilẽ populũ nou
iudicaret immũdũ: quẽ fides poſſet ab om/
ni mundare cõtagione. Uaſa autẽ de luto
ſunt. Ergo vas corpus eſt. Et ideo caue ne
deſiderio corporis: ꝑclara mẽtis ſtudia de/
relinquas. Si petrus nõ accepit myſteriuȝ
in inferiorib⁹ poſitus: tu quẽadmodũ acci/
pies? Ille accepit: quia aſcendit vt euãgeli
zaret dominũ: paſſionẽ corporis non time/
ret. **Ergo qui in tecto eſt non de/
ſcendat: ⁊ qui in agro eſt nõ reuer/
tatur retro.** Unde intelligã qui ſit ager:
niſi ipſe me doceat ieſus dicẽs: Nemo mit/ L. 9.
tens manũ in aratrum ⁊ reſpiciẽs retro: ap/
tus eſt regno cęlorum? Ocioſus in villa ſe/
det: laborioſus in agro ſeminat: debilis ad
focum: fortis ad aratrũ. Bonus odor agri:
odor eñ iacob: odor agri pleni. Ager plen⁹ Geñ. 27.
eſt florũ: plenus eſt fructuũ diuerſorũ. Ara
igitur agrũ tuuȝ: ſi vis dirigi ad dei regnũ.
Floreat tibi bonorũ ſeges fęcunda merito/
rum. Sit vitis abundans in laterib⁹ dom⁹ Ps. 127.
tuę: ⁊ nouella oliuarũ menſę tuę. Dicat ani
ma tua chriſto fertilitatis ſuę iam cõſcia et
ſeminata dei verbo: ſpiritalibus quoq3 in/
arata culturl: Ueni frater me⁹ exeamus in Cantĩ. 7.
agrũ. Ille reſpondeat: Introiui in hortum Cantĩ. 5.
meũ ſoror mea ſponſa: vindemiaui myrrhã
meam. Quę eniȝ melior q̃3 fidei vindemia:
qua reſurrectionis fructus recondiť: qua ꝑ/

petuę leticię fons rigatur? Itaqꝫ cum reſpicere ꝓhibearis: multomagis redire ꝓhiberis: ⁊ tollere tunicam. Comperiſti enī ꝙ ei qui tunicam te petierit: remittere debeas ⁊ palliū. Ergo directus ad dei regnū: opes et patrimoniū nō requiras. Nouit ⁊ aliā ſcripturā tunicā: de qua nos hortatur apoſtolꝰ
Col.3. dicens: Ut expoliantes veterē hominē cū actibus eius induti nouū: ſuperioris tunicam nō requiramꝰ erroris. Unde ⁊ illa ait:
Cant.5. Nocte exui me tunicā meā: quomodo induam eam? Quo nō ſolum renūciare peccatis: ſed etiam memoriā omnē debeas actus ſuperioris abolere. Deniqꝫ paulus: anteriora obliuiſcens: culpā exuit: pęnitentiā nō omiſit. Et ideo dominꝰ memores (inquit) eſtote vxoris loth. Quę ideo quia reſpexit retro: perdidit naturę ſuę munus. Retro enim ſathanas: retro ſodoma. Quapropter fuge intēperantiā: declinato luxuriā. Et vt cognoſcas quia nō omnes poſſumꝰ fugere in montē: recordare quia ille qui ſe a veteribus ſtudijs non reflexit: ſodomā enī ante delegerat: ideo euaſit: quia peruenit ad montē: Illa quę infirmior fuit: quoniā ad poſteriora reſpexit: nec mariti adiuta ſuffragio: ad mōtem peruenire nō potuit: ſed remanſit.

## De duobus in vno lecto: ⁊ duabus molentibꝰ in vnum duobuſqꝫ in agro: quorū vnus aſſumetur: et alter relinquetur.

In illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus aſſumetur ⁊ aliꝰ relinquetur. Bene noctē dixit: quia antichriſtus hora tenebrarū eſt: eo ꝙ pectoribus hominū tenebras offundat: cū dicat ſe eſſe chriſtum. Exurgentibus pſeudo ꝓphetis qui aſſerant nunc in deſertis ieſum degere: vt vagę errore opinionis illudāt: nūc in penetralibus: vt qui audierint ꝓceſſe nomine poteſtatis arceantur. Chriſtꝰ autē ſicut fulgur coruſcans ꝑ vniuerſum mundū luminis ſui globos ſpargit. Et ideo nec in deſertis vagatur: nec aliquibꝰ locis claudit: quia
Hiere.23. celum ⁊ terrā ego compleo dicit dominus: Sed luce fulgoris ſui fulget: vt in illa nocte reſurrectionis gloriā videre poſſimꝰ. Quid igitur ſibi vult qđ ait: Duo in lecto vno: et duę molētes: ⁊ duo in agro: vnus aſſumet: ⁊ alter relinquet? Nunquid iniquꝰ deus: vt pares ſtudijs ⁊ ſocietate viuendi: atqꝫ indiſcreta actuum qualitate: meritorū remuneratione diſcernat? Nō ita eſt: ſed ꝓ actibus hominis: remunerationis eſt equalitas. Nō ergo merita hominū: copulę vſus exequat. Nam ⁊ pater in filiū ⁊ filius in patrē ſtudio religionis inſurgūt: quia nō omnes qđ adoriuntur efficiūt: ſed qui pſeuerauerit in finē Matth.10.
hic ſaluus erit. Cum deinde nō forenſe obſequiū: ſed interiorē dominꝰ rimatur affectū. Neqꝫ enī ſi iuſte offeras: ⁊ nō iuſte diuidas: acceptū eſt ſacrificiū deo. Ergo ex vno ſtrato (Eſt enī ſtratū infirmitatis humanę: Pſ.40.
quia ſcriptū eſt: Uniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius) vnus relinquet: alter aſſumetur. Qui aſſumet rapitur obuiā chriſto in aera: qui autē relinquet improbatur. Due molentes in piſtrino. Senſus quidē eſt: ꝙ hi ſignificari videantur: qui ex occultis alimenta quęrant: et in apertū ex interioribꝰ ꝓferant. Sed tamen quid molant iſtę mulieres requirendū eſt: Niſi forte qđ legimꝰ in eſaia: Si offerat ſimilaginē vanum eſt: vt ſimilago ſit quę a molentibꝰ offeratur. Diſcutiamꝰ ergo quę molant: quidue molāt: quidue piſtrinū ſit. Et fortaſſe mundus iſte piſtrinū ſit: in quo aptius reor ꝙ humani corporis forma referatur: in quo anima noſtra velut quodā carcere includitur corporali: panē ſibi vt cōſulat operatur cęleſtē. In hoc ergo piſtrino: vel ſynagoga: vel anima obnoxia delictis: triticū molendo madefactū: ⁊ graui humore corruptū: nō poteſt interiora ab exterioribus ſeparare: ⁊ ideo relinquet: quia eius ſimilago diſplicuit. At vero ſancta eccleſia vel anima nullis maculata contagijs delictorū: quę tale molit triticū qđ ſolis ęterni calore ſit torridū: qđ deꝰ quēadmodū voluit ſic veſtiuit: ⁊ angeli ab omni purgamētorū labe mundarūt: bonā ſimilaginē de penetralibus hominū deo offerens ſacrificij ſui liba cōmendat. Nec ſolū molentes duę: ſed etiam operātes. Duo erunt in agro vno: E quibus aſſumet vnus bonus ſeminator: qui nō ſupra vias ſeminauerit: ſed ſupra aratrū ⁊ cultum ſolū: vt fructū humilitate preſſum nō iactatione diſperſum: terra multiplicet. Relinquet aūt ſeminator zizaniorū: ex quibꝰ refutabilis ſimilago conficitur. Qui ſint aūt iſti agricolę differētes: poſſumus reperire ſi aduertamus qua ratione duos ponit: hoc eſt: duas mētes eſſe in no-



bis apoſtolus dixerit. Fortaſſe enī ideo: quia altera exterioris eſt hominis qui corrūpit: altera interioris qui ꝑ ſacramenta renouatur. Et eo ille fortaſſe deterior qui extollit fruſtra inflatus mēte carnis ſuę ⁊ nō tenēs caput: qui a dñi noſtri ieſu chriſti ſalutarium preceptorū obſeruatione declinat. Ipſe enī caput omniū qui auctor eſt omniū. Alter eſt ille ꝓſtabilior qui humilitatē diligit: ſapientiā querit: miſericordiā non omittit:
Pſ.111. bonus ſcilicet ſeminator. Diſperſit enī dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ęternū. Hic igit ſpiritalis eſt: ille carnalis. Nā ſicut verbis apoſtolicis cōprehēdimus illum extollentē ſe tumido animo ſeductorē mente carnis inflari: ita etiā ſanctū virū renouari
Eph.4. ſpiritu mentis oſtēdimus: dicēte eodē: Renouamini autē ſpiritu mētis veſtrę. Duas ergo mentes eſſe demōſtrat: vnā quę mens carnis efficit victa peccato: alterā quę ſpiritui copulata carnis abiurat illecebras. Nec ſolū duę mētes: ſed etiā duę leges in nobis ſunt. Quarū vtraſqꝫ nobis apoſtolus explicuit dicēs:
Ro.7. Cōdelector enī legi dei ſm̄ interiorem hominē. Uideo aūt aliā legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meę: et captiuantē me in lege peccati quę eſt in mēbris meis. Eſt ergo lex interioris hominis: eſt etiā exterior. Illa quę peccatū ꝓhibet: iſta quę ſuadet. Illa quę dānat errorē: iſta quę ſuggerit. Illa quę mentē inſtruit: iſta quę temptat. Sunt etiā duę alię vehementiores in nobis leges: vna dei: altera peccati
Ibidē. ſm̄ eūdem magiſtrū: qui ait: Igitur egoipſe mente ſeruio legi dei: carne autē legi peccati. Et oſtendit ꝙ ſi mētem tantūmodo dicas: cōtraria carnis oſtēdas. Cū enī dicit paulus ſe legi dei mente ſeruire: vtiqꝫ mentem ꝑ ſeipſam niſi carne vincat: bonam eſſe demōſtrat: ⁊ naturā ita creatā vt reſiſtat errori. Itaqꝫ cū vincit: mens carnis eſt: nō ex natura habēs ſed ex carne qđ labit: ⁊ quaſi in nomē ꝓprietateqꝫ victricis victa ſuccedit: natura autē aduerſa carnis eſt. Deniqꝫ mēte deo ſeruimus: carne peccato. Melior autē mens erit: ſi cooperaria ſanctoſpiritui religioſum nō intermittat officiū. Iſtę ſūt igitur operantes in agro noſtro: quarū altera bonū fructū diligētia dat: altera amittit incuria. Quā ſanguinē legiſlator appellat di-
Leui.17. cens: Anima ois carnis ſanguis eiꝰ. Quo
Gen.9. pleriqꝫ referūt etiā illud qđ ſcriptū eſt: Nō manducabis carnē in ſanguine: ne vulneribus animę cruētatas corporis voluptates: refectionis potiꝰ loco ꝙ reatu ſanguinis eſtimemus: quos oportet reſici dei verbo. Eſt ergo cibꝰ refectionis: eſt cibus ſanguinis. Sicut enī caro dñi vere eſt cibꝰ: ita ſanguis vere noſter eſt potus. Bonā ergo de noſtris operibus eſcam dño ſuggeramꝰ: ne rurſus cū venerit ⁊ ſicut in illa ficu pomū nō inuenerit: noſtrorū meritorum infecūditate ieiunijs ꝓpoſitum pietatis auertat: dicēs ad illam animā quā nudam pomorū reppererit ⁊ ſanguine cruentatā: Nūqꝫ ex te fructꝰ naſcatur in ſempiternū. Eſt ergo anima carnis omnis ſanguis eius. Eſt etiā ꝓſtabilior aīa: de qua dixit deus: Omnes animę meę Ezech.18.
ſunt: ſicut anima patris: ita etiā anima filij mea eſt. Nec illud ꝓterit: vt duos populos interꝑtemur: id eſt: ꝙ in hoc mundo: qui agro frequētiſſime cōparat: duo populi ſint: vnꝰ credentiū: alter qui nō credit relaturi meritorum vicē ſuorū. Et ideo alter qui fidelis eſt aſſumet: alter qui infidelis relinquetur.

Duę autē illę molētes: duę aię: vel certe eccleſia atqꝫ ſynagoga. Nō enī vna tātum figura ſed multiplex in diuinis ſcripturis eſſe cōſueuit: vt vnꝰ ſermo plures ſpecies cōprehendat. Itaqꝫ mens carnis ⁊ anima carnis ⁊ ſynagoga: idē triticū colligunt: ⁊ eā ſimilaginē molunt: quę offerunt inuanum. Mens autē quę iuncta eſt animę: ⁊ aīa quę receptrix ē ſalutis vbi: vel eccleſia dei: excolunt ⁊ molunt verę legis ſimilaginē ſpiritalem. Unde etiā panes ꝓpoſitionis fiunt: quos ſoli ſacerdotes edunt: quibꝰ puriorē panē manducare ꝓſcriptū eſt: illū vtiqꝫ qui deſcendit de celo. Omnes autē ſumꝰ ſi merita noſtra patiātur: iuſticię ſacerdotes: qui vnctione leticię in regnū ⁊ ſacerdotiū cōſecramur. Ergo ita exerceamꝰ ⁊ colamꝰ agrū noſtrū: in iſtius culturę munere cōſtituti: vt in illa ſuperiore hieruſalem vbi legis cuſtodia vera celebratur habeamꝰ ſimilaginem de manipulis noſtris: quos beati qui potuerint cōgregare: vt venientes veniāt in exultatiōe: tollētes manipulos ſuos. Iſti igitur fructus ſunt ſpiritales: ⁊ fęlices veri ꝓuentus labores: qui nullo inutili imbre madefiant. Fructus autē carnis corruptelę obnoxius: ⁊ ideo qui carnalia ſeminauerit carnalia metet. De agro vero quid dicā: cum manifeſtum ſit in opere cultoris: vel laudē

eſſe vel culpam? Et reſpondentes di
xerunt: Ubi domine? Hoc diſcipu/
li locuti ſunt: dñs autẽ vbi ꝓmonuit: ⁊ quo
fugiendũ: ⁊ vbi cõmorandum: et quid eſſet
cauendũ: cõplexus eſt ſummã diffinitione
generali dicens: Ubi fuerit corpus:
ibi congregabuntur aquile. Itaq̃
prius que ſint aquile conijciamus: vt quod
ſit corpus diffiniamus. Iuſtorum enim ani
me aquilis cõparantur: ꝙ alta petant: hu/
milia derelinquant: longeuam ducere refe/
rantur etatem. Unde ⁊ dauid anime ſue di
cit: Renouabitur ſicut aquile iuuẽtus tua.
Si igitur intelleximus aquilas: de corpore
iam dubitare nõ poſſumus: maxime ſi me/
minerimus ꝙ a pilato ioſeph corpus acce/
Pſ.102 perit. Nõne tibi videntur aquile circa corp⁹
maria cleophe: ⁊ maria magdalene: et ma/
ria mater dñi apl'orũq̃ ꝯuẽt⁹ circa dñi ſepul
turã? Nõne tibi videñt aquile circa corp⁹:
qñ veniet in illa die cũ intelligibilib⁹ nubi/
bus fili⁹ hominis: ⁊ videbit eũ omnis ocu/
lus: ⁊ qui eum compũxerunt? Eſt etiã corp⁹
Ioh.6. de quo dictum eſt: Caro mea vere eſt cib⁹:
et ſanguis meus vere eſt potus. Circa hoc
corpus aquile ſunt: que alis circumuolant
ſpiritalibus. Sunt ⁊ circa corpus aquile q̃
credunt ieſum in carne veniſſe: quia omnis
ſpiritus qui cõfitetur ieſum chriſtũ in carne
veniſſe de deo eſt. Ubi ergo fides: ibi ſacra
mentum: ibi diuerſoriũ ſanctitatis eſt. Eſt
etiã corpus eccleſia: in qua ꝑ baptiſmi gra/
tiam renouamur ſpiritu: ⁊ occidua ſenectu/
tis in rediuiuas reparãtur etates.

## De permittendis pueris venire ad chriſtum: et ſimplicitate puerili ſectanda.

### Caplo decimooctauo.

Ca.LXXIII. Sinite pueros venire ad
me: ⁊ nolite eos ꝓhibere:
talium eſt eniz regnũ dei.
Amen dico vobis: quicũ
q̃z non receperit regnum dei ſicut
puer non intrabit in illud. At quia
etas hec infirma eſt viribus: inualida inge/
nio: immatura conſilio: nõ ergo etas prefer
tur etati: alioqn obeſſet adoleſcere. Quid
votis opus eſt: vt eui maturitas conſequa/
tur: ſi mihi meritũ regni demptura celeſtis
eſt? Ergo deus vite ꝓceſſuz ad vitia dedit:
nõ ad incremẽta virtutis? Et cur ipſe apo/
ſtolos nõ puerilis ſed ꝓuectioris etatis ele
git? Cur autẽ pueros aptos regno dicit eſſe
celorũ? Fortaſſe quia malitiã neſciant: frau
dare nõ nouerint: referire nõ audeant: ſcru/
tari ignorent opes: honorem ambitionẽq̃
nõ appetant. Sed nõ ignorare iſta virt⁹ eſt:
ſed cõtemnere: nec cõtinẽtie laus: vbi infir/
mitatis integritas. Nõ igitur puericia: ſed
emula puerilis ſimplicitatis bonitas deſig
natur. Nõ enim virtus eſt nõ poſſe peccare
ſed nolle: atq̃ ita tenere perſeuerantiã vo/
luntatis: vt voluntas infantiã: vſus imite/
tur naturaz. Deniq̃ ipſe hoc ſaluator expſ/
ſit dicẽs: Niſi couerſi fueritis & efficiami/ Matth.18.
ni ſicut puer iſte: nõ intrabitis in regnum
cælorum. Quis eſt ergo puer imitandus
apoſtolis chriſti: nũ vnus ex paruulis? Hec
igitur virtus apoſtolorũ. Quis ergo puer?
Ne forte ille de quo eſaias dicit: Puer na/ Eſa.9.
tus eſt nobis: filius datus eſt nobis? Ipſe
eñi tibi puer dixit: Tolle crucẽ tuaz ⁊ ſeque
re me. Et vt agnoſcas puerũ: Cũ maledice/ 1.Petri.2.
retur nõ remaledixit: cum ꝑcuteretur nõ re/
percuſſit. Hec eſt eñi perfecta virtus. Itaq̃
⁊ in pueritia eſt quedã venerabilis morum
ſenectus: ⁊ in ſenectute innocens puericia.
Senectus eñi venerabilis eſt: nõ diuturna Sap.4.
nec numero annorũ computata. Cani ſunt
autẽ ſenſus hominiſ: ⁊ etas ſenectutis vita
immaculata. Unde ⁊ ſcriptũ eſt: Laudate Pſ.112.
pueri dominũ: laudate nomẽ domini: quia
nemo niſi ꝑfectus laudat dominuz. Nemo
enim dicit dominũ ieſum: niſi in ſpiritu ſan
cto. Qð videñ de eccleſie populo ꝓpheta/
tum: quia iunior ſeniorẽ populũ iudeorum Eſa.8.
virtutis ſtudijs anteiuit. Et ideo illud: Ec/
ce ego et pueri mei quos dediſti mihi. Iſti
ſunt pueri: qui dominũ pullo aſine ſuperue
ctum ꝓpheticis vocib⁹ ꝓſequentes: redem
ptionẽ gentium veniſſe dicebant: Iſti ſunt
pueri vel infantes: qui chriſti illa vbera ſu/
per vinũ hauſtu pleniore ſuxerunt. Ex ore Pſ.8.
eñi infantium ⁊ lactentiuz ꝑfeciſti laudem.
Durũ itaq̃ aliquib⁹ ⁊ immite videri poteſt
ꝙ diſcipuli ad dominũ infantulos adire ꝓ/
hibebant: niſi vel myſterium intelligas: vel
affectũ. Neq̃ eñi inuidie in pueros mentis
aſperitate faciebant: ſed ſedule ſeruitutis
obſequia domino deferebant: ne cõprime/
retur a turbis. Deniq̃ alibi ſcriptũ eſt: Ma Lu.8.
giſter cõprimunt te turbe. Reſpuenda ꝗp/
pe eſt vtilitas noſtra: vbi diuinitatis iniu/



ria eſt. Ergo fugiamus ſuperbiã: ſequamur
puerilem ſimplicitatẽ: quia veritas aduer/
ſaria ſuꝑbie: ſimplicitas autẽ cõcurrens ve/
ritati: in ipſa humilitate ſublimis. Nõ eniz
in abiecto corde habitat de⁹: ſed ſicut tradi
derunt nobis ꝓphete: thronus virtutis ex/
altatus eſt: in eo ſcz cuius eleuatur ſapien/
tia ad altitudinez veritatis. Nec ſicut cain
fraterna ſpecie doluz ꝑcuſſoris abſcondat:
ſed foris in vtraq̃ ſit frater. Hec in affectu:
In myſterio autẽ: quia prius ſaluari popu/
lum iudeorũ: ex quo ſm carnem nati fuerãt
geſtiebant. Sed ⁊ ꝓ chananea muliere ſup
plicarunt. Sciebant ergo myſteriũ qð vtri/
uſq̃ populi vocatio deberet: ſed fortaſſe ad
huc ordinẽ neſciebant. Nunc diſtantiã in/
tende verborũ. Ubi ad ſe infantes accede/
re iubet: vt eos vel ꝓdicatione vel manuuz
impoſitione benediceret: pueros appellat:
vbi precipit non ſcandalizandos: puſillos
appellat. Non eñi ſcandalizãtur qui tangũ/
tur a chriſto: nõ labuntur qui chriſto ꝓpin/
quant. Sed labuntur illi: quos puſillos nõ
etatis exiguitas ſed virtutis puſillitas fe/
cit. Simul etiã docet infirmos nõ eſſe tem/
ptandos: ne in nos eorũ delicta vertantur
quorũ preces ad dominũ: etſi ipſi virtutuz
meritis infirmi ſint: angelorum tamẽ patro
cinijs euehũtur. Nemo ergo irrideat pau/
perem: quia exarcebat illũ qui fecit eũ. Ne/
mo temptet inualidum: ne angelos ledat.
Nemo precipitet infirmũ: ne ſoluat benefi/
cium redemptoris. Et ideo dixit: Ue huic
mũdo ab ſcandalis: quia crucẽ domini ple/
riq̃ ſcandalum iudicarũt: cũ dominice hu/
militas paſſionis noſtre ſit ſacramentuz ſa
lutis: vt adoriamur virtutis officiũ: ſuma/
mus exemplũ humilitatiſ. Ue igitur ei qui
in crucẽ domini nõ crediderit: qua ſcandali
Matth.18. zantur infirmi. Expedit ei vt ſuſpendañ mo
la aſinaria in collo eius: ⁊ demergatur in ꝓ/
fundum maris. In diuinis quidẽ ſcripturis
non verborũ ſeriem: ſed rerum pondus ex/
aminare debemus. Plus enim proficit ad
reprimenda peccata: inauditi generis atq̃
deformis beluina quedã pompa ſupplicij.
Tamen ne cui hinc quoq̃ ſcandalũ genere/
tur infirmo: non ocioſe ſimul poſitum puta
mus: molam aſinariã: collum hominis: pro
fundum maris. Etenim cũ aſini typum po/
pulus gentiliſ acceperit: Nõne tibi videtur
tanquã molam aſinariã voluere q̃diu im/
peritie ſue errore verſatur? Nature quidem
vinculis alligatur vt verbũ emolat: deum
querat: ſed operte mentis cecitate ſuffuſus
eſt: vt vultum animi erigere ad deuz: ⁊ ocu/
los cordis aperire nõ nouerit. Et ideo ſine
vlla curſus alacritate veſtigijs in ſe ſepe re/
deuntibus inuitus vſui laborat alieno. Ta
men qui molã voluit: cõſummandi aliquã/
do finem operis habet: ⁊ exeunde ſpem ge/
rit cecitatis. Cui vero mola ad collũ ſuſpen
ditur: portat lapidem: qui portare iugũ do/
mini recuſauit. Aſinus ergo ad molã: cecus
ad lapidem: gentilis ad ſaxum: qui adorat
eum quẽ nõ videt nec agnoſcit. Deus eniz Act.17.
nõ in manufactis habitat: nec in ſaxo ag/
noſcitur: ſed in ſpiritu. Uterq̃ igitur popu
lus ⁊ gentilis ⁊ iudeus: põpa quadã ſermo
nis huius exponitur: ſed vehemẽtior in iu/
deos pena decernitur. Gentiliũ eñi memo/
ria ſeculi iſtius fluctibus obruetur: et ceno
mundi hui⁹ abolebitur: qui inter ea que nõ
ſunt eſſe voluerunt: ⁊ alienati a ſcientia dei
tanquã in ꝓfundum maris merſi ſunt. At
vero iudei per patriarchas aſſumpti: circũ/
ciſione ſignati: per legẽ eruditi: nõ tanquã
ignoti peribunt: ſed tanquã ſacrilegi puni/
entur. Etenim athenienſibus ignotus de/
us: in iudea notus ſed nõ receptuſ. Et ideo
qui ignorat ignorabitur: qui preuaricatur
damnabitur. Nec ille exutus a culpa qui ſu
um auctorem neſciuit: ⁊ ille exutus a venia
qui dominum nõ recepit. Tolerabilius ta/
men eſt fidem non detuliſſe chriſto: q̃ ma/
nus intuliſſe.

## De reſponſione ieſu ad interrogationem cuiuſdaz principis: qua aſſerit neminem eſſe bonum niſi ſolum deum.

Interrogauit autem eũ qui/ Ca.LXXIIII
dam princeps dicens: Ma/
giſter bone: quid faciẽdo vi/
tam eternam poſſidebo? Dicit au/
tez ei ieſus: Quid me dicis bonũ?
Nemo bonus: niſi ſolus deus.
Uerſuta interrogatio: ⁊ ideo arguta reſpõ/
ſio. Temptator enim princeps iſte: magi/
ſtrum bonum dixit: qui deum bonum dice/
re debuiſſet. Nam licet ⁊ in diuinitate bo/
nitas ſit: ⁊ in bonitate diuinitas: nemo eñi
bonus niſi ſolus deus: omnis autez homo Pſ.115.
mendax. Quicquid autem mendax: vtiq̃

non bonum:tamen addendo:magiſter bo/
ne:in portione bonū dixit: nō in vniuerſita
te. Nam deꝰ vniuerſitate bonus: homo ex
parte. Propterea dominꝰ: Quid me dicis
bonū:quē negas deū? Quid bonū dicis:
cum bonus nemo:niſi vnꝰ deus? Nō ergo
bonū ſe negat:ſed deū ſignat. Bonus eniꝫ
quid eſt:niſi plenus bonitatis? At vero cū
Pſ.13. ſcriptū ſit: Non eſt qui faciat bonum: non
eſt vſqꝫ ad vnum: vtiqꝫ de hominibꝰ nō de
deo dixit. Deus eñ vnus eſt:nō vnus e nu
mero. Ita ⁊ dei filius quaſi vnicus exceptꝰ
eſt:nō quaſi vnꝰ ex multis: ⁊ vnigenitꝰ eſt:
non vnus ex genitis. Et ideo nemo bonus:
nō ꝯiudicat chriſto:quia nemo iudicat chri
ſtum. Nemo eñ:tanquā cōmuniter de no/
bis dicit:ſed nihil chriſto cōmune nobiſcū.
Qꝫ ſi quē mouet:quia nemo bonꝰ niſi vnus
deus:moueat ⁊ illud:quia nemo bonus ni/
ſi deuſ. Qꝫ ſi a deo filius nō excipitur: vtiqꝫ
nec a bono chriſtꝰ excipitur. Sed cū in deo
1.Cor.8. filiꝰ ꝑſona alter poteſtate vnꝰ ſit: Unꝰ eniꝫ
deus ex quo omnia: ⁊ vnus dominꝰ ꝑ queꝫ
omnia:deus autē ⁊ dominꝰ nō duo dij:ſed
Deut.6. vnꝰ deus ſit:quia dominꝰ deus tuꝰ dominꝰ
vnus eſt: vtiqꝫ cū ſm maieſtatē deus vnus
in vtraqꝫ ꝑſona ſit: ⁊ bonus vnus in vtroqꝫ
eſt. Nam quomō nō bonus:ex bono natꝰ?
Matth.7. Arbor eñ bona:bonos fructus facit. Quo
modo nō bonꝰ:cū bonitatis ſubſtantia aſ/
ſumpta ex patre nō degenerarit i filio: quę
nō degenerauit in ſpiritu? Et ideo ſpiritus
Pſ.142 tuꝰ bonus deducet me in viam rectā. Qꝫ ſi
bonus ſpiritꝰ qui accepit ex filio: bonꝰ vti/
qꝫ ⁊ ille qui tradidit. Et cum bonus pater:
vtiqꝫ ⁊ ille bonꝰ qui omnia habet quę pater
habet. Aut ſi negatis filiū habere bonita/
tem:negatis ⁊ patrem. Ratio euidēs exem
plis nō eget:tamē vel auctoritatē ſequimi/
ni ſcripturarū. Scriptū eſt eñ: Dominꝰ iu/
dex bonus domui iſrael. De filio an de pa/
Job.5. tre dicit? Sed pater nō iudicat quēquā: qꝛ
omne iudiciū dedit filio. Ergo dominꝰ bo/
nus filius. Accipe aliud. Trinitatē vtiqꝫ cō
fitentur qui ad baptiſmū veniūt: quia bap
tizātur in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſan
cti. Ergo ⁊ patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto cōfitē
Pſ.105. tur. Cum ergo dicitur: Cōfitemini domino
quoniā bonꝰ:bonus vtiqꝫ pater:bonꝰ ⁊ fi/
lius:bonꝰ ⁊ ſpiritusſanctꝰ:ſed deꝰ vnus eſt.
Et quia bonꝰ dominꝰ expectantibus eum.
An nō bonꝰ:qui bona tribuit animę quęrē
ti eum? An non bonus:qui ſatiat in bonis
Job.10. animā tuā? An nō bonus qui ait: Ego ſum
paſtor bonꝰ? Sed putatis ideo deū bonū:
quia iudiciū nō habet:in quo eſt neceſſitas
vindicādi. Qꝫ iam ꝓmiſſum ſit iudicē bo
num eſſe domui iſrael: Tamē alibi habes:
Pſ.72. Qꝫ bonus deus iſrael rectis corde. De quo
igit putatis dictū: de patre an de filio? Si
de patre:ergo nō omnibus bonus. Cur igi
tur filio derogatis? Si de filio: ergo bonuꝫ
S.2. deū: ⁊ filium cōfitemini. Ipſe eſt eñ benedi
ctus deꝰ iſrael:quia viſitauit ⁊ fecit redem/
ptioneꝫ plębis ſuę. Ipſe eſt rex ⁊ deꝰ iſrael:
cui dicitur: Rabbi:tu es filius dei:tu es rex
iſrael. Sic igitur huic dicit: Quoniā tu bo/
nū me nō potes ſentire qui temptas: quid
Sap.7. me dicis bonū? Bonus quidē ego: ſed rec/
tis corde:cui bonū eſſe ex natura ſuppetat:
nō ex verſutia. Bonꝰ ergo filius: Cādor eſt
eñ lucis ęternę: ⁊ ſpeculum ſine macula dei
maieſtatꝭ: ⁊ imago bonitatis illiꝰ. Quomō
ergo nō bonꝰ:qui eſt imago bonitatis? Si/
cut eñ imago dei deus:ſed vnus deꝰ:ita et
diuinę imago bonitatis bona:ſed vna bo/
nitas. Mihi certe vtile eſt bonū deum cre/
dere:quē meorū habiturus ſum iudicē deli
ctorū: illi viderint qui credere bonū nolūt.
Itaqꝫ quia legiſperitꝰ eſt iſte qui temptat:
ſicut in libro alio demōſtratur: bene dixit:
Nemo bonus niſi vnꝰ deus: vt admoneret
Deut.6. quia ſcriptū eſt: Nō temptabiſ dominū de/
um tuū:ſed magis cōfitereꝭ domino: quo/
niā bonus. Deniqꝫ eū ſępe ꝑſtringit. Nam
gloriāti i lege ꝙ a iuuētute ſua oīa cuſtodiſ/
ſet: vt inanē iactantiā eius exponeret: oſtē/
dit ei adhuc deeſſe qꝺ legis eſt. Et ideo ad
miſericordię ꝓceptū triſtis inducit: vt in eū
naturalis quędā detur forma ſentētię.

## De eo ꝙ facilius eſt camelū tranſire per foramen acus ꝙꝫ diuiteꝫ in regnum dei.

Ca. LXX

f Acilius eſt camelū per fora/
men acus tranſire: ꝙꝫ diuitē
intrare in regnuꝫ dei. Ma/
gna vis:magnū pondus in verbis. Quibꝰ
eñ verbis alijs vehemētius exprimeret:nō
debere iactare ſe diuiteꝫ in diuitijs ſuis: ꝙꝫ
talibꝰ quibꝰ diffinitur cōtra naturā eſſe di/
ues miſericors? Aufer mihi lenocinia fucū
qꝫ verborū:quę ſolēt eneruare ſentētias: ia
ctari iſte nō debuit ſed frangi: q̄ miſcdiam



reſpuebat. Tū ſi quos verborū magis or/
namenta ꝙꝫ ſenſus virilis: naturalis quidā
habitꝰ et forma delectant: qꝺ boni faciunt
petitores in vxore ducenda: vt mores diſcu
tiant nō decorē:nec aſpectus offenſione re/
uocenꝭ:cū virtute animi ꝓuocanꝭ. Hi quo/
qꝫ in verbis myſteriū quęrant:qꝺ eſt mens
quędam ⁊ anima verboruꝫ:nec in myſterio
verba diſcutiāt. Camelus ergo in typo:po/
pulus gentilis accipit:quē leo ille quęrens
quē deuoret: onuſtum theſauro ꝓpheticis
agit affatibꝰ in deſertū. In tribulatiōe eñ
⁊ anguſtia:leo ⁊ catulꝰ leonis:aſpides ⁊ ꝓ/
genies aſpidū volantiū ferebant in aſinis
⁊ camelis diuitias ſuas. Et bene camelꝰ ꝓ
gentili figuratuſ eſt populo:qꝛ ſupſtitionis
deformitate degenerās:priuſꝙꝫ crederet po
pulus nationū:belluinę ſpeciē feditatꝭ: ab/
ſurda veſtigia:ora turpia ꝓferebat. Facilꝰ
igit iſte peccator ꝑ viam intrauit anguſtā:
quę eſt via chriſti:qui ꝓprij corporis paſſio
ne mortis penetrās viā: velut acu redinte/
grauit ſciſſa quędā noſtrę veſtimēta natu/
rę:quā populꝰ iudęorū diues in lege:egenꝰ
in fide:ꝯruptus in furore:ꝓbroſus in crimi
ne. Poteſt etiā moraliter de omni intelligi
peccatore: ⁊ de arrogāte diuite. Nonne tibi
videt publicanus ille oneratꝰ ſuorū cōſcien
tia delictorū: cū oculos ad deū nō auderet
attollere: velut quidā camelus in foramen
acus cōfeſſionis ſuę remedijs facilꝰ introi/
re:ꝙꝫ phariſęuſ ille in regnū dei:arrogās in
prece:iactans innocentię:ꝓſumptor glorię:
exprobrator miſcdię:ꝓdicator ſui: crimina/
tor alieni: qui magis cōueniret dominū ꝙꝫ
rogaret? Si quis igit horret camelū: horre/
ſcat eū qui factis fędior ſit camelo.

## De honorandis parētibus atqꝫ paſcendis.

LXXVI

h Onora patrem tuum: ⁊ ma/
trem. Pulchre mihi hodie legit
legis exordiū: quādo mei natalis ē
ſacerdotij. Quotquot annis eñ quaſi ꝺ in/
tegro videt incipere ſacerdotiū: quādo tē/
porum renouat ętate. Bonū etiā qꝺ legit:
Exo.20. Honora patrē ⁊ matreꝫ. Uos eñ mihi eſtis
parētes:qui ſacerdotiū detuliſtis. Uos in/
quā filij vel parētes:filij ſinguli: vniuerſi pa
rentes. Libēter eñ meos dixerim vos vel
liberos:vel parentes: qui verbū dei auditꝭ
⁊ facitis. Filios:quia ſcriptū eſt: Uenite fi/
lij audite me. Parētes:quia ipſe dominꝰ di
Matth.12. xit: Quę mihi mater aut fratres? Mater et
fratres mei hi ſunt:qui audiūt verbū dei et
faciunt. Bene ergo lex quę ꝓmiſerat: Dili/
ges dominū deum tuū: ⁊ diliges ꝓximum
tuū:ſubiecit: Honora patrē tuum ⁊ matreꝫ
tuam. Primus eñ gradus iſte pietatis eſt.
Nāqꝫ hos auctores tibi eſſe voluit deꝰ. Ho
nora obſequijs: vt abſtineas a cōtumelijs:
quia ne vultu quidē lędenda pietas eſt pa/
rentum. Sed paruꝫ eſt non lędere: quia lex
Leuit.20. ꝓſpexit ne patiātur iniuriā. Qui eñ male/
dixit patri vel matri morte moriet:tu hono
ra vt bonus ſis. Aliud eſt legis beneficiuꝫ:
aliud pietatꝭ officiū. Honora tuos:quia ſu/
S.2. os dei filius honorauit. Legiſti eñ: Et erat
ſubditus illis. Si deus ſeruulis: quēadmo
dum tu parentibus? Honorabat igitur io/
ſeph ⁊ mariā chriſtus:nō naturę debito ſed
pietatis officio. Honorabat ⁊ patrē deum:
quēadmoduꝫ nemo potuit honorare: vt eſ/
ſet obediens vſqꝫ ad mortē. Honora ergo ⁊
tu parentes. Eſt autē honor:nō ſolū hono/
1.Timoth.5. rificentię:ſed etiā largitatis. Uiduas hono
ra:quę verę viduę ſunt. Honor enim eſt de/
ferre ꝓ meritis. Paſce patreꝫ tuū:paſce ma
trem tuā. Etſi paueris matrem: adhuc non
reddidiſti dolores: nō reddidiſti cruciatus
quos ꝓ te paſſa eſt:nō reddidiſti obſequia
quibus te illa geſtauit:nō reddidiſti alimē/
ta quę tribuit tenero pietatis affectu:imul/
gens labris tuis vbera: nō reddidiſti famē
quā ꝓ te illa tolerauit:ne qd quod tibi no/
xium eſſet ederet: ne quid qꝺ lacti noceret
hauriret. Tibi illa ieiunauit:tibi manduca/
uit:tibi illa quē voluit cibum nō accepit:ti/
bi quē noluit cibum ſumpſit:tibi vigilauit:
tibi fleuit: ⁊ tu illam egere patieris? O fili:
quantū tibi ſumes iudicium: ſi non paſcas
parentē. Illi debes quod habes:cui debes
qꝺ es. Quantum iudiciū:ſi paſcat eccleſia:
Ibidē. quos tu nolis paſcere. Si quis fidelis in/
quit aut ſi qua fidelis habet viduas:ſubmi
niſtret illis: vt nō grauetur eccleſia: vt his
quę vere viduę ſunt ſufficiat. Hoc de extra/
neis: Quid de parentibus? Non ocioſe di/
ximus proximę: quia nos matris querela
perſtrinxit:ſed maluimus eum qui talis eſt
publice monere: ꝙꝫ domeſtice coercere. Et
ſi noſtra voce non proditur: vel ſuo tamen
erubeſcat affectu. Ne commiſeris fili: vt pa
rentes tuos aliorum fames paſcat: ne com/
miſeris fili: vt ieiunia pauperū parentibus

tuis cibum quęrant: Si nõ ꝓpter gratiam
⁊ ſalutem: ꝓpter verecundiam paſce. Uel
tu filia:nõ pudet ſi te ingrediente in eccleſi/
am:alienis manus ſuas anus mater exten/
dat:⁊ ꝑtermiſſa filia de extraneis ſtipē po/
ſcat:cū tu tranſeas ſublimi collo ⁊ nutibus
oculorū:trahens veſtē:habens inaures et
dextralia ⁊ anulos:⁊ reliqua quę eſaias di/
cit? Qꝫ ſi in te ſermonē ſuū vertat:repoſcēs
naturę debitum:nutrimentorū preciū: ma/
nus tuę qđ generatrici debeant officiū: qd
reſpondebis? Dabis ne alijs? Quid ſi tibi
obijciant? Uade prius matrē tuam paſce.
Nam etſi pauperes ſunt:impiam tamē nõ
quęrunt collationē. Nõne audiſti ſupra: qꝛ
diues ille in byſſo ⁊ purpura recubans: cu/
ius de menſa micas lazarus colligebat:pę/
nis cruciaꝛ ęternis: qꝛ pauperi nõ imparti/
uit alimenta? Si nõ donaſſe extraneis gra/
ue eſt: quāto grauius excludere parentes?
Sed dicis te qđ eras parētibus collaturus
eccleſię malle cõferre. Nõ quęrit donū deuſ
de fame parētū. Unde reꝑhēdētibus iudę/
is qꝛ diſcipuli domini manus nõ lauarent:
Matth.15. reſpõdit ieſus:Quicūqꝫ dixerit:munus qđ
cunqꝫ eſt ex me tibi ꝓderit:non honorifica/
bit patrē aut matrē. Quod ꝓpter obſcuri/
tatē ſenſus: nõ imprudēter deflexímus: nā
iudęi dum hominū traditionē ſequunꝛ:dei
negligunt:Diſcipuli traditionem dei pręfe/
rentes hominū negligebāt vt manus nõ la
uarent cū panem manducarēt:quoniā qui
lotus eſt totꝰ:nõ habet neceſſe vt manꝰ la/
uet. Lauerat eos ieſus: lauacrū aliud non
quęrebant. Uno enī chriſtus baptiſmate
omnia ſoluit baptiſmata. Itaqꝫ quē laue/
rit eccl'ia: nõ habet neceſſe iterū lauare. Er/
go myſterio intēdebāt diſcipuli:nõ ſui mū/
ditiam corporis ſed animę requirētes. Hoc
reꝑhendebāt iudęi:ſed argute redarguunꝛ
a domino:qꝛ inania obſeruent: ꝓfutura de/
ſpiciant:Et ideo illis dicit:Uos quare dici
tis patri aut matri quos lex pręcepit hono/
rari:munus quodcūqꝫ eſt ex me tibi ꝓderit:
id eſt cū petat aliquid ad ſumptū egens pa
ter aut mater a filio:quia legē timens: excu
ſationē nõ dandi requirit:dicere ſolet: mu/
nus eſt quod ex me tibi ꝓderit:vt dicatam
deo pecuniā pater religioſus accipere for/
midet? Sed hęc traditio hominū:excuſati/
ones obtexentiū auaricię ſuę. Cęterum dei
traditio eſt:vt prius paſcas parentes. Naz
ſi iuxta diuinū oraculū cõtumelia parentis
morte luitur:quātomagis fames quę mor/
te grauior eſt? Quo loco inſolentē dominꝰ
infrenat iactantiā. Multi enī vt prędicētur
ab hominibꝰ:eccleſię cõferunt quę ſuis au/
ferunt: cuz miſericordia domeſtico ꝓgredi
debeat pietatis officio. Da ergo prius pa/
renti:da etiā pauperi:da illi preſbytero qđ
tibi abūdat terrenū:vt ab illo accipias ſpi/
ritale qđ tibi deeſt. Etenī qui honorat ho/
norabitur. Uide ergo quia ille cum accipit
tradit:⁊ accipit nõ quaſi inops:ſed quaſi re
muneraturus maiore menſura. Da paupe/
ri in requiē eiuſ:vt ⁊ tu cõmunicans de tuo
inopi requiē conſequaris. Sed vt paſcen/
dos ſcriptura dicit parētes:ita ꝓpter deuz
relinquēdos parentes ſi impediant deuote
mentis affectum.

## De illuminatione cęci:⁊ vocatione zachęi.

Caplo decimooctauo: ⁊ caplo decimonono. Ca. LXXVII

Factum eſt autem cum appropinquaſſet hiericho: quidam cęcus ſedebat ſecus viam. In libro ſm mat
Matth.20 theū duo cęci īducūtur:hic vnus. Ibi egre/
diēte hiericho:hic appropinquāte. Sed nul
la diſtantia. Nam cū in hoc vno typus po/
puli gētilis ſit:qui ſacramēto dominico re/
cepit amiſſi luminis claritatē: nihil intereſt
vtrū in vno medicinā:an in duobus accipi
at:quoniā ex cham ⁊ iapheth noe filijs ori/
ginē ducens: in duobꝰ cęcis duos generis
ſui ꝑtendebat auctores. Qđ videtur etiā lu
cas nõ omiſiſſe:cū zacheū ſubijcit: qui ſta/
tura puſillus erat:hoc eſt:nulla nobilitatis
ingenitę dignitate ſublimis:exiguus meri/
tis ſicut populus nationū: audito domini
ſaluatoris aduētu:quē ſui nõ receperāt: vi/
dere cupiebat. Sed nemo facile ieſū videt:
nemo poteſt ieſum videre cõſtitutus in ter/
ra. Et quia nõ ꝓphetas:nõ alibi regnū ha/
bebat:tanqꝫ formę gratiā naturalis aſcen/
dit in ſycomorū:vanitatē ſcilicet iudęorum
veſtigio ſuo ꝓterens:errata quoqꝫ corrigēs
ſuperioris ętatis:⁊ ideo ieſuz interioris do/
mus recepit hoſpitio. Et bene aſcēdit in ar/
borem:vt arbor bona bonos fructus face/
ret:ac naturali excíſus oleaſtro:⁊ contra na
turam inſertus: in bonam oliuam fructum
poſſet legis afferre. Radix enim ſancta:etſi Ro.11



rami inutiles:quorū infructuoſam gloriam
plębs gentiū fide reſurrectionis quaſi qua/
dam corporis eleuatione tranſcendit. **Et ecce vir nomine zacheus.** Zachęus
in ſycomoro:cęcus in via: Quoruz alterum
dominus miſeraturꝰ expectat:alterū man/
ſionis ſuę claritate nobilitat. Alterū ſana/
turus interrogat:apud alterū ſe nõ inuita/
tus inuitat. Sciebat enī vberez hoſpitij ſui
eſſe mercedē. Sed tamē etſi nondū vocē in/
uitantis audierat:iam viderat affectū. Ue
rum ne cęcū illū tanqꝫ faſtidioſi pauperū:ci
to reliquiſſe videamur ⁊ tranſiſſe ad diuitē:
expectemus eū:qꝛ expectauit ⁊ dñs: inter/
rogemus eū:qꝛ interrogauit ⁊ chriſtꝰ. Nos
interrogemus qꝛ neſcimus:ille qꝛ nouerat.
Nos interrogemus:vt ſciamꝰ vnde iſte cu/
ratus ſit:ille interrogauit:vt in vno plures
diſceremꝰ vnde dñm videre mereamur. In/
terrogauit enī vt crederemꝰ niſi confitentē
nõ poſſe ſanari. **Et confeſtim (inquit) vidit:⁊ ſequebaꝛ eum magnificās dominū: ⁊ ꝑambulabat hiericho.**
Aliter enī non videret:niſi ſequereꝛ chriſtū:
niſi dñm ꝑdicaret:⁊ niſi ſeculū ꝑteriret. Cū
diuitibus quoqꝫ in gratiā reuertamur: no/
lumus enī offendere diuites:qui volumꝰ ſi
fieri poteſt ſanare oēs:ne in cameli cõpara/
tione ꝯſtricti:in zachęo citiꝰ qꝫ oportuit de/
relicti:iuſte habeant cõmotionis offenſaz.
Diſcant nõ in facultatibus crimen hęrere:
ſed in his qui vti neſciant facultatibus. Nā
diuitię vt impedimēta improbis:ita bonis
ſunt adiumenta virtutū. Diues certe zachę
us electus a chriſto:ſed dimidiū bonorū ſu
orum pauperibus largiēdo: reddendo etiā
in quadruplū quę fraude ſuſtulerat. Alterū
enī nõ ſat eſt:nec habet gratiā liberalitas:
ſi iniuria ꝑſeuerat:qꝛ nõ ſpolia ſed dona q̄/
runtur:vberiorē mercedē quā cõferebat ac/
cepit. Et bene princeps induciꝛ publicano/
rum. Quis enī de ſe deſperet: quādo et iſte
ꝑuenit cui cenſus ex fraude? **Et ipſe (inquit) diues.** Ut ſcias nõ omnes diuites
auaros. Quid ſibi vult qꝛ nullius alterius
ſtaturā ſcriptura niſi huiꝰ exꝑſſit: **Quia ſtatura puſillus erat?** Uide ne forte
malitia puſillus: aut adhuc puſillus fide.
Nõdum enī ꝓmiſerat cū aſcenderet: nõdū
viderat chriſtū:merito adhuc puſillus. De/
niqꝫ iohannes magnꝰ: qꝛ ⁊ chriſtum vidit:
⁊ ſpiritū ſicut columbā ſuꝑ chriſtum manē/
tem:ſicut ipſe ait:Uidi ſpiritū deſcenden/ Joh.1.
tē ſicut columbā:⁊ manentē ſuꝑ eum. Quę
autē turba:niſi imperitę cõfuſio multitudi/
nis:quę verticē nequit videre ſapiētię? Er/
go zachęus qꝫdiu in turba eſt:nõ videt chri
ſtum:ſupra turbā aſcendit et vidit: hoc eſt:
plębem iam trāſgreſſus in ſcientiaz meruit
quā deſiderabat aſpicē. Pulchre aūt addi/
dit: **Quia illa parte erat tranſiturus dominus.** Uel vbi ſycomorꝰ vel
vbi crediturus:vt ⁊ myſteriū ſeruaret:⁊ gra
tiam ſeminaret. Sic enī venerat vt ꝑ iudę/
os tranſiret ad gentes. **Uidit itaqꝫ zacheum ſurſum.** Iam enī ſublimitate fi
dei:inter fructus nouorū operū velut fęcun
dę altitudine arboris eminebat. Et qm̄ de
typo ad moralia deflexímꝰ:inter tot creden
tiū voluntates dñica die relaxare animū:fe
ſtiuitatē admiſcere delectat. Zachęus in ſy
comoro:nouū videlicet noui tēporꝭ pomū:
vt in hoc quoqꝫ cõplereꝛ illud:Arbor fici ꝓ/ Cant.2.
duxit groſſus ſuos. Ad hoc enī chriſtus ad/
uenit:vt ex lignis nõ poma:ſed homines na
ſcerenꝛ. Legimus alibi:Cū eſſes ſub arbo/ Joh.1.
re fici vidi te. Ergo nathanael ſub arbore:
hoc eſt:ſupra radicē:quia iuſtuſ. Radix enī
ſancta. Sub arbore tamē nathanael: quia
ſub lege:zachęus ſupra arborē:qꝛ ſupra le/
gem. Ille dñi occultus defenſor: hic publi/
cus prędicator. Ille adhuc chriſtum ex lege
quęrebat:iſte iam ſupra legem relinquebat
ſua:⁊ dominū ſequebaꝛ.

## De ſeruo qui vna mna a dño accepta:decem acquiſiuit.

Ca. LXXVIII

Ecce mna tua decez mnas acquiſiuit. Bonus ordo vt voca
turus gentes ⁊ iudęos iuſſurus in/
terfici qui noluerunt regnare ſupra ſe chri/
ſtum:hanc pręmitteret cõparationē:ne di/
ceretur nihil dederat populo iudęoruz:vn/
de poterat melior fieri: Aut quid ab eo qui
nihil recepit: exigitur? Nõ mediocrꝭ iſta eſt
mna:quā ſupra mulier euāgelica: qꝛ nõ in/
uenit:lucernā accēdit:lumine q̄rit admoto:
gratulaꝛ iuentā. Deniqꝫ ex vna decē mnas
alius fecit:alius quinqꝫ. Fortaſſe iſte mora
lia habet:quia quinqꝫ ſūt corporis ſenſus:
ille decē duplicia:id eſt:myſtica legis:⁊ mo
ralia ꝓbitatis. Unde ⁊ matthęꝰ quinqꝫ ta/
lenta ⁊ duo talēta poſuit. In quinqꝫ talen/
tis vt ſint moralia:in duobꝰ vtrūqꝫ myſticū
atqꝫ morale: Ita qđ in numero inferius: re

vberius. Et hic poſſumus decē mnas: decē
ꝟba itelligere: id eſt: legis doctrinā: quinq̄
mnas magiſteria diſciplinę. Sed legiſperi/
1.Cor.4. tum in omnibꝰ volo eſſe ꝑfectum. Nō enim
in ſermone: ſed in virtute eſt regnū dei. Be
ne autē qꝛ de iudęis dicit: duo ſoli multipli
catam pecuniā detulerunt: non vtiq̄ ęris: ſed
diſputationis vſuris. Alia eſt em̄ pecunia
fęnoris: alia doctrinę cęleſtis vſura. Deniq̄
dn̄s cū dicit: Quare nō dediſti pecu/
niā meā ad mēſam? Nō nr̄ę ſ ſuę pecu/
nię q̄rit vſuram. Unus intra terrā abſcōdiſ
ſe ſe dicit: ꝙ rationē quę ad imaginē ⁊ ſimi/
litudinē dei data eſt nobis: ſtudio volupta
tis obruit: ⁊ tanq̄ in fouea carnis abſcōdit.
De alijs ſiletur: qui quaſi ꝓdigi debitores
quę acceperāt: ꝑdiderunt. In duobus illis
pauci ſunt: qui ꝑ duas vices ad cultores vi
neę deſtinati ſunt: in reliquiſ omnes iudęi.
Quā cōparationē mattheus etiā nobis vo
luit aptare: qꝺ ſimiliter vt diues qui pecu/
niam ſuā nō imꝑtit pauperibus: ita etiaꝫ q̄
doctrinę ſuę gratiā nō diuidit imperitis do
cere cū poſſit: haud mediocris reus eſt cul/
pę. De quo q̄m in libris de fide ſcriptis di/
ximꝰ: tranſcurrere meliꝰ fuit. Ciuitates aūt
decē eſſe quę poſſūt: niſi forte animę quibꝰ
iure ꝑponiť: qui pecuniā dn̄i et illa eloquia
caſta ꝓbata ſicut argentū: mentibus homi
nū fęnerauerit? Nā ſicut hieruſalē diciť ędi/
ficata ſicut ciuitas: ita ſunt animę pacificę.
Et ſicut angeli pręſunt: ita ⁊ hi qui vitā me/
ruerint angelorum.

Expoſitionis ſancti ambroſij in
euangelium ſm̄ lucam: Liber octa/
uus explicit.

Liber nonus eiuſdē incipit.

De eo ꝙ dn̄s aſcenſurus hiero/
ſolymā venit ad montem oliueti: ⁊
inde duos diſcipulos miſit. ⁊c̄.

Ca. LXXIX

Et factum eſt cū
e
appropinquaſſet ad
bethfage ⁊ bethaniā:
venit ad montem qui
vocať oliueti: miſitq̄
duos diſcipulos dicens: Ite in ca
ſtellū: quod cōtra vos eſt: In quo
introeuntes inuenietis pullū aſi/
nę alligatū: in quo nemo ſedit: ſol/
uite illum: ⁊ adducite. Pulchre re/
lictis iudęis: habitaturꝰ in affectibꝰ gentiū
templū dn̄s aſcendit. Hoc em̄ templū ē ve/
rum: in quo nō in littera ſed in ſpiritu dn̄s
adorať. Hoc dei templū eſt: qꝺ fidei ſeries:
nō lapidū ſtructura fundauit. Deſerūtur er
go qui oderant: eliguntť qui amaturi erant.
Et ideo ad montem venit oliueti: vt nouel
las oleas in ſublimi virtute plātaret. Quo/
rum mater eſt illa quę ſurſum eſt hieruſalē.
In hoc monte ē ille cęleſtis agricola: vt plā
tati omnes in domo dei poſſint viritim di/
cere: Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo Pſ.51.
dn̄i. Et fortaſſe ipſe mons chriſtꝰ eſt. Quis
em̄ alius tales fructus ferret olearū: nō tur/
geſcētiū vbertate baccarū: ſed ſpiritus ple/
nitudine gentiū fęcundarū? Ipſe eſt ꝑ quē
aſcendimus: ⁊ ad quē aſcendimuſ. Ipſe eſt
ianua: ipſe eſt via qui aperiť: et qui aperit:
qui pulſať ab ingredientibꝰ: ⁊ a bene meri/
tis adoratur. Ergo in caſtello erat: et ligatꝰ
erat pullus cū aſina: non poterat ſolui: niſi
iuſſu dn̄i. Soluit eū manus apoſtolica. Ta
lis actus: talis vita: talis gratia. Eſto talis
⁊ tu: vt poſſis ligatos ſoluere. Nunc cōſide
remus qui fuerint illi qui errore detecto de
paradiſo eiecti: in caſtelluꝫ ſint religati. Et
vides quēadmoduꝫ quos mors expulerat
vita reuocauerit. Et ideo ſm̄ mattheū: ⁊ aſi Matth.21.
nam ⁊ pullū legimus: vt qꝛ in duobꝰ homi/
nibus vterq̄ fuerat ſexus expulſus: in duo
bus animalibꝰ ſexus vterq̄ reuoceť. Ergo
illic in aſina: matrē quaſi euā figurauit erro
ris: hic aūt in pullo generalitatē ꝑpl'i genti/
lis expꝛeſſit: et ideo pullo ſedeť aſinę. Sup̄ in
q̄ nemo ſedit: quia nullus aniq̄ chriſtꝰ nati/
onū populos vocauit ad eccleſiam. Deniq̄
ſm̄ marcū ſic habes: Quē nemo adhuc ſe/ Marci.11.
dit hoim. Alligatus aūt ꝑfidię vinculis te/
nebať iniquo addictus dn̄o: errore famula/
tus: ſed dn̄atum ſibi vendicare nō poterat:
quē reum fecerat nō natura ſed culpa. Et iō
cū dn̄s dicitur: vnꝰ agnoſciť. Nā ⁊ multi dij 1.Cor.8.
⁊ multi dn̄i: ſed generaliter vnꝰ deus ⁊ vnꝰ
dn̄s. Itaq̄ ſi nō exprimiť dn̄s: diffiniť: non
iam ꝑ adiunctionē ꝑſonę: ſed ꝑ vniuerſitatē
naturę. Marcus autem induxit ligatū an/
te ianuā: qꝛ extra chriſtum quicūq̄ eſt: foris
eſt a via: qui autē in chriſto eſt: foris nō eſt.
In tranſitu addidit: vbi nulliꝰ certa poſſeſ/
ſio: nō ꝓſepe: nō alimenta: nō ſtabulū. Mi
ſera ſeruitꝰ: cui vagum ius eſt. Plures eniꝫ
dn̄os habet: quę vnū nō habet. Alieni alli/



gant vt poſſideāt: iſte ſoluit vt teneat. Ve/
hementiora em̄ iura nouit eſſe: q̄ vincula.
Nec illud ocioſum ꝙ duo diſcipuli dirigun
tur: petrꝰ ad cornelium: paulus ad reliquos.
Et ideo nō ꝑſonas deſignauit: ſed numerū
diffiniuit. Tamē ſi quis eſt qui ꝑſonas exi/
Act.8. gat: pōt ęſtimare de philippo quē ſpūs mi/
ſit in gazam: q̄n candacl reginę baptizauit
eunuchum: ⁊ ab azoto in cęſareaꝫ ꝑ omnes
ciuitates verbū dn̄i ſeminauit. Nec illud ꝑ
tereundū qꝺ mox remittēdos aſſerit qui di
rigendi erant: qui dn̄m ieſum in finibꝰ gen/
tiū ꝑdicarent. Illi ergo directi cū ſoluerent
pullū: nūquid ſuis verbis vſi ſunt? Minime.
Sed dixerunt ſicut dixerat illis ieſus: vt ag
noſcas ꝙ non ſuo ſermone ſed dei verbo:
nec ꝓprio ſed chriſti nomine fidem populis
infudere gentilibus: atq̄ aduerſarię ptātes
quę ſibi nationū obſequia vendicabāt: mā
dato ceſſere diuino. Unde ⁊ apoſtoli ꝓpria
chriſto veſtimēta ſubſternūt: quo facti glo/
riam euāgelica ꝑdicatione ꝑferrent. In ſcri
pturis em̄ diuinis plęrūq̄ veſtimenta virtu
tes ſunt: quę gentiū duriciā in aliquātuluꝫ
ꝓpria quoq̄ virtute mollirent: vt inoffen/
ſa vecturę fęlicl obſequia: ſedulis affectibꝰ
exhiberent. Nō em̄ mundi dn̄s forenſi ſpe/
cie geſtari dorſo aſinę delectauit: ſed vt latē
te myſterio penetralia noſtrę mētis inſter/
neret: ⁊ in ſecretis animoꝝ interiore cōſeſſu
myſticus vector inſideret: quaſi quodā cor/
pore diuinitatis infuſus regens mentis ve
ſtigia: laſciuiā carnis infrenās: vt ductu pi/
etatis aſſuetū populi gentilis edomaret af
fectū. Fęlices illos: qui talē internis renibꝰ
recepere vectorē. Fęlices plane illos: quoꝝ
ora ne multiloquio ſoluerētur: verbi cęleſtl
habena reſtrinxit. Quę eſt iſta habena fra/
tres? Quis me doceat: quēadmodū ora ho
minū aut reſtringat aut ſoluat? Mōſtrauit
Eph.6. mihi habenā ille qui dixit: Ut deť mihi ſer
mo in apertione oris mei. Sermo ergo ha/
bena eſt: ſermo ſtimulus eſt: ⁊ ideo durū eſt
tibi aduerſus ſtimulū calces mittere. Docu
it igiť hic nos aperire cor: ſtimulū ꝑpeti: iu/
gum ducere. Doceat ⁊ alius linguę retina/
cula pati. Rarior em̄ tacendi virtꝰ eſt: q̄ lo/
quēdi. Doceat plane ille qui velut mutꝰ ad
uerſus dolū nō aperuit os ſuū: paratꝰ in fla
gella: ⁊ verbera nō recuſans: vt eſſet pia ſeſ
ſio deo. Diſce a domeſtico dei geſtare chri/
ſtum: q̄m prius te ille geſtabat: cū paſtor er
rantē reduceret ouem. Diſce ſedula mentis
tuę dorſa ſubſternere: diſce eſſe ſub chriſto:
vt poſſis eſſe ſupra mundū. Nō quicūq̄ fa/
cile vehit chriſtū: ſed ille qui pōt dicere: In Pſ.37.
curuatus ⁊ humiliatꝰ ſum nimis: rugiebā a
gemitu cordis mei. Qꝫ ſi deſideras nō mo/
ueri: ſuꝑ illa veſtimenta ſanctorū elutū fige
veſtigiū. Caue em̄ ne lutulentis pedibꝰ in/
cedas: caue ne tranſuerſarijs greſſibꝰ ꝑ ſtra/
ta tibi ꝓpheticarū viarum itinera derelin/
quas. Nāq̄ vt tutior venturis gentibꝰ eēt
inceſſus: ꝓprijs indumētis vſq̄ ad dei tem
plū qui ꝑibant ieſuꝫ: ſemitā munierūt. Ut
tu ſine offenſiōe gradiarl: diſcipuli dn̄i ami
ctu ſe ꝓprij corporis exuētes: inter aduerſa
turbarum: viaꝫ tibi ſuo ſtrauere martyrio.
Si quis t̄n ita vult accipere: nō renitimur:
ꝙ pullus iſte iam ſupra iudęoꝝ veſtimenta
gradereť. Quid aūt ſibi velint ramorū fra/
gmina: quę vtiq̄ incedentium greſſus im/
plicare cōſuerunt. Dubitarē ꝓfecto: niſi me
in ſuperioribꝰ bonus mundi totius docuiſ/
ſet agricola: qꝛ iam ſecuris ad radices arbo
rum poſita eſt: quę ſub aduentu dn̄i ſalua/
toris infęcūda ſuccidat: ⁊ infructuoſarū in/
anem gloriā gentiū ſolo ſternat fideliū pe/
dibus ꝓterendā: vt renouatę mētis ſpū na
tiones: velut nouellaꝝ arborum ſtirpes de
vetuſtis poſſint germinare caudicibus. Ne
ergo deſpicias hūc aſellū. Nā ſicut in veſti/
tu ouiū ſunt lupi rapaces: ita cōtra ineſt ho
mo cordis abſconditus ſub ſpecie beſtiali:
quia ſub exuuijs corporis qꝺ nobis eſt cō/
mune cū beluis: mens deo plena vegetať.
Qꝺ ad figurā hominū ꝑtinere ſanctꝰ iohā/
nes euidētius declarauit addēdo: quia ac/
ceperunt ſibi medullas palmarū. Iuſtꝰ em̄ Pſ.91.
vt palma floret. Et ideo aduentāte chriſto:
erigebāť iam ſupra humeros hominū vexil
la iuſticię: ⁊ inſignia triumphorū. Quid mi
ratur turba: qꝺ operať myſteriū? Etſi neſci/
at quid mireť: miratur t̄n qꝛ in illo pullo ſa/
pientia ſedet: virtus inhabitat: hęret iuſti/
cia. Ne deſpiciaſ aſinā quoq̄ iſtā: q̄ quōdā
angelū dei vidit: quē homo videre nō potu
it. Et vidit: ⁊ detulit: ⁊ locuta eſt: vt agno/
ſceres poſterioribꝰ tēporibus ſub aduentu
magni angeli dei: gētiles illos ante aſinos
locuturoſ. Pulchre aūt ſm̄ lucā: turbas lau
dantes deū ad deſcēſum montis occurriſſe
legimus: vt operatorē myſterij ſpiritalis ſi/
gnificarent ſibi veniſſe de cęlo. Turba igiť

agnoſcit deũ: regẽ appellat: ꝓphetiã repe-
tit: Oſanna filio dauid. Hoc eſt: re
demptorẽ domus dauid: expectatũ quoqꝫ
ſm carnem dauid filiũ veniſſe declarat. Et
hoc turba illa poſt exiguum crucifixura mo
mentũ: vere memorabile diuinę operatiõis
inſigne: vt aduerſum ſe teſtimonium extor-
queat inuitis cũ deũ negant affectioꝰ queꝫ
vocibus cõfiteant. Vñ ⁊ dñicũ illud: Si hi
tacuerint: lapides clamabũt. Neqꝫ
eñ mirũ ſi laudes dñi ꝯtra naturã ſuã ſaxa
reſpõdeant: quẽ ſcopulis duriores ꝑdicant
perẽptores. Aut fortaſſe quia obmuteſcẽti-
bus iudęis: poſt domini paſſionẽ viui erãt
ſm petrũ lapides clamaturi. Ergo cõpug-
nantibꝰ licet affectibus ſuis: turba deũ ta-
men ad templũ ſuũ cũ laude deducit. Sed
deus templũ ſuũ: nõ mercatoris vult eſſe di
uerſoriũ: ſed domiciliũ ſanctitatis: nec ven
dibili religionis officio ſed obſequio gratu
ito vſum miniſterij ſacerdotalis informat.
Conſidera igit quid tibi ad exemplũ viuen
di: dñica geſta ꝑſcribant.

## De eiectione vendentium ⁊ emen-tiũ in templo: ac euerſione menſa-rum ⁊ cathedrarum.

Ca.LXXX. e Et eijciebat omnes venden-
tes ⁊ ementes in templo: et
menſas nummulariorum euer
tit: ⁊ cathedras vendentiũ colum-
bas. Generaliter itaqꝫ ſupra docuit ſęcu-
lares a dei tẽplo abeſſe debere cõtractꝰ: ſpe
cialiter autẽ nũmularios pepulit. Qui ſunt
nummularij: niſi qui de pecunia dñi lucrum
quęrunt: nec bona malaqꝫ diſcernũt? Pecu
nia eñ dñi: ſcriptura diuina eſt. Nam ⁊ de-
narios ſeruis diſtribuit ꝓfecturꝰ: ⁊ talenta
diuiſit: ⁊ ꝓ ſanitate hominis vulnerati duo
ęra ſtabulario dereliquit. Duobꝰ eñ teſta-
mentis vulnera noſtra curant. Sed tu qua-
ſi bonus nũmularius eloquia dñi eloquia
caſta: argentũ igne examinatũ recõde: pur-
gatũ ſpiritu ſeptiformi: nec adulterã imagi
nem regis: qꝛ ⁊ ſathanas transfigurat ſe in
angelũ lucꝭ: impia cõmutatione ſuſcipias:
nec imminutã principis tui figurã arrianę
fraude ꝑfidię theſauro tuo miſceas: nec pe-
cunię ſono aures temptes fideliũ: vt religi-
oſarum audientiam ſcripturarum tinnitus
ęris excludat: vel religioſis affectibꝰ haben
di cupiditas inſerat. Nõ ergo omnes exclu
dant nũmularij. Sunt eñ et boni. Deniqꝫ
pecuniã meã inquit dediſſes nũmularijs: ⁊
ego veniẽs cum vſuris recepiſſem eã. Qꝛ ſi
nũmus eſt ſcripturarũ: ⁊ vſura eſt ſcriptura
rum. Cathedras autẽ vendentiũ colũbas:
cur euertent ſm litterã non intelligo. Neqꝫ
eñ nundinatores auiũ vendicare ſibi pote
rant honorati alicuiꝰ in nundinis ſolij dig-
nitatẽ: nã ꝙ ꝑrogatiua dignitatꝭ eſt in colũ
bis? Admonet tñ dñici forma baptiſmatis
qñ deſcendit ſpũſſanctꝰ in colũbę typo: eie-
ctorum de templo hmõi mercatorũ: in eccleſia
dei conſortiũ eos nõ poſſe habere: qui ſan-
cti ſpiritus gratiã nũdinent. Gratis inquit
accepiſtis: gratis date. Deniqꝫ ſymoni qui
ſanctificãdi munus ꝑcio in ſe putauit poſſe
cõferri: reſpõdit petrꝰ: Pecunia inquit tua Act.8.
tecũ ſit in interitũ: quoniã gratiam dei pu-
tas te pecunia cõſequi poſſe: nõ ẽ tibi pars
neqꝫ ſors in hac fide. Vẽditores quoqꝫ oui-
um ⁊ boum: eos puto qui de labore alieno
vel ſimplicitate fędi auctionatores quaſdã
nũdinas aucupant. Aut quia oues eijciun-
tur ⁊ boues: colũbę iubent auferri: populꝰ
videt iudęus excludi. Effrem eñ ſicut colũ-
ba: qꝺ eorum dñs ⁊ ſucceſſiones oderit ⁊ labo
res. Es effundit: vt gratia colligat. Menſa
nũmulariorũ euertit: vt dñi ſubroget. Ara
deijcit: vt erigant altaria. Atqꝫ hoc nõ ali-
qua ſuccinctꝰ manu diuitijſqꝫ faciebat: ſed
flagello de reſtibus cędebat turbas: ⁊ nullꝰ
reſiſtere audebat. Et nunc virga vtit: nunc
flagello. Virga eñ recta eſt: vga regni tui. Ps.44
Virga vt corrigat: flagello vt ſuadeat. Di-
recta illic: hic moralis: quaſi inflexa ꝑceptio
qua peccatoris cõſcientia velut lento verbe
re flagellatur. Alij ſunt eñ terrores ꝓpheti
ci: alię aplicę ſuaſiones. In vtroqꝫ tñ vnius
verbi eſt diſciplina. Et ideo flagellum de re-
ſtibus fecit: qꝛ funes ceciderũt inquit mihi Ps.15
in ꝑclaris: etenim hereditas mea ꝑclara eſt
mihi. Funes eñ dicunt: quibꝰ agrimenſo-
res metiendorũ limites partiũtur agrorum.
Et ideo tanqꝫ bonus agrimẽſor ſynagogę
terminoſ diſtinguebat: ⁊ eccleſię ſacrilegos
de tẽplo iubebat exire. Nouus eñ venerat
feracium metator animarũ: qui agrorũ ge-
nera nõ ſpacia metiret. Pulchre tñ nõ extẽ-
tis funibꝰ modus aliquis poſſeſſiõis inclu-
dit: nec qſi definita dẽſitate rei limites fidei
terminant: ſed flagello in imenſum libero fi
nes eccleſię porrigũtur: eliminant iudęi: nõ
in ꝑſcripto aliquo exilio: ſed in termino: vt



nuſqꝫ ſynagogę locus in orbe remaneret.

## De vinea plantata: ⁊ colonis locata.

Capitulo viceſimo.

Ca.LXXXI v Vineam plantauit homo.
Plerique varias ſignificationes
de vineę appellatione deriuant:
ſed euidenter eſaias vineã domi
ni ſabaoth: domum iſrael eſſe memorauit.
Hanc vineã quis alius niſi deus condidit?
Hic eſt ergo qui locauit: ⁊ peregre ꝓfectus
eſt: nõ quia ex loco ad locũ ꝓfectus eſt dñs
qui vbiqꝫ ſemꝑ ꝑſens eſt: ſed quia pręſenti-
or eſt diligẽtibus: negligentibꝰ abeſt. Mul
tis autẽ tẽporibus abfuit: ne ꝑꝓpera vi-
deretur exactio. Nam quo indulgẽtior libe
ralitas: eo inexcuſabilior peruicacia. Unde
bene ſm mattheũ habes: Quia ⁊ ſepe circũ
dedit: hoc eſt: diuinę cuſtodię munitiõe val
lauit: ne facile ſpiritaliũ pateret incurſibus
beſtiarum. Et fodit in ea torcular.
Quomõ intelligimus quid ſit torcular: niſi
forte quia pſalmi de torcularibꝰ inſcribunt:
eo ꝙ in his myſteria dominicę paſſiõis: mo
do muſti ſancto feruẽte ſpiritu ꝓphetarum:
redũdantius ęſtuauerint? Deniqꝫ ebrij pu-
tabantur: quibꝰ ſpiritusſanctꝰ inundabat.
Ergo ⁊ hic fodit torcular: in qꝺ vuę ratio-
nabilis fructus interior ſpiritali infuſione
deflueret. Edificauit turrem: verticẽ ſcilicet
legis attollens: atqꝫ ita hanc vineam muni-
tam: inſtructã: ornatam: locauit iudęis. Et
tẽpore fructuum ſeruulos ſuos miſit. Bene
tempꝰ fructuũ poſuit: nõ ꝓuentũ. Nullus
eñ fructus extitit iudęorũ: nullus vineę hu
Esa.6. ius ꝓuentus: de qua dominꝰ ait: Expecta-
ui vt faceret vuas: fecit autẽ ſpinas. Itaqꝫ
nõ lęticię vino: nõ ſpiritali muſto: ſed cruen
to ꝓphetarũ ſanguine torcularia redunda-
runt. Deniqꝫ hieremias in lacũ miſſus eſt.
Hęc enim erant torcularia iudęorum: nõ vi
no repleta ſed cruore. Et licet generaliter ꝓ
phetę videant exprimi: dat tamẽ lectio: vt
illũ qui lapidatus eſt naboth eſſe credamꝰ.
Cuius etſi nullũ acceperimus ꝓpheticum
verbũ: accepimus tamẽ ꝓpheticũ factum:
quia multos ꝓ hac vinea futuros martyres
ꝓprio ſanguine ꝓphetauit. Quis autẽ eſt
ille qui in capite vulneratꝰ eſt? Nimirũ eſa-
ias: cuiꝰ facilius compagẽ corporis ſerra di-
uiſit: qꝫ fidem inclinauit: conſtantiã ve de-
triuit: aut vigorẽ mentis excuſſit. Eo igitur
factum eſt: vt cum plures alios deſtinaſſet:
quos iudęi inhonoros ⁊ inanes ſibi de qui-
bus nihil potuerunt ꝓficere dimiſerũt: no-
uiſſime etiã filium vnigenitũ mitteret: quẽ
perfidi quaſi heredem remouere cupiẽtes:
occiderunt crucifigẽdo: eiecerũt negando.
Breuiter itaqꝫ qꝫ magna: qꝫ multa. Primũ
quia naturalis eſt bonitas: quę plerũqꝫ cre
dit indignis. Deinde quia poſtremũ malo-
rum remediũ chriſtꝰ aduenit. Tum quoniã
qui heredẽ negat de auctore deſperat. He-
res autẽ chriſtꝰ: idẽqꝫ teſtator. Heres: quia
morti proprię ſuꝑuiuit: ⁊ teſtamentorũ quę
ipſe condidit tanquã hereditaria in noſtris
ꝓfectibus emolumẽta cõſequitur. Pulchre
ergo interrogat: vt ſua ſe ipſi damnẽt ſentẽ
tia. Venturũ autem dominũ dicit vineę: ꝙ
in filio aſſit etiam paterna maieſtas: vel ꝙ
vltimis tẽporibꝰ pręſentior humanis aſpi-
ret affectibus. Ipſi itaqꝫ in ſe ſententiã di-
cunt: vt mali pereãt: ⁊ ad alios colonos vi-
nea transferat. Qui igitur ſunt coloni: quę
vinea: conſideremus. Vinea typus noſter
eſt: ꝙ populus de vitis ęternę radice fun-
datus ſuꝑeminet terris: ac ſolum vile ꝑtex-
ens: nunc gemmãte flore pubeſcit: nunc cir
cumfuſa viriditate veſtit: nunc mite iugum
ſuſcipit: cũ maturioribus brachijs quaſi ſar
mentis fęcundę vitis adoleuerit. Agricola
quippe omnipotẽs pater: Vitꝭ eſt chriſtus.
At vero nos palmites: qui niſi fructũ fera-
mus in chriſto: cultoris ęterni falce ſuccidi-
mur. Recte igitur vinea chriſti populus no
minatur: vel ꝙ crucis in fronte ꝑtexat indi-
cium: vel ꝙ fructus eiꝰ poſtrema anni lega-
tur ętate: vel ꝙ omnibꝰ vt ordinibus vine-
arum: ita pauperibꝰ atqꝫ diuitibus: humi-
libus atqꝫ potẽtibus: ſeruis ac dominis in
eccłia dei ęqua dimẽſio: nulla diſcretio ſit:
vt vitis maritatur arboribꝰ: ita corpus ani
mę: anima quoqꝫ corpori cõiugatur. Ut vi
nea dum iugatur erigitur: vt reciſa non mi-
nuitur ſed augetur: ita ſancta plębs dum li
gatur exuitur: dũ humiliatur attollitur: dũ
reciditur coronatur. Quinetiã vt tener ſur-
culus veteri abſciſus ex arbore: in alterius
fętu radicis inſeritur: ita populus hic ſanc-
tus ſurculi veteris cicatricibꝰ enodatis: in
nouo illo crucis ligno tanquam gremio pię
parentis fotus inoleſcit. Spiritusqꝫ ſanctꝰ
ſicut in altas dimiſſus terrarũ ſcrobes: ita
in hoc carcereũ corpus infuſus aquę ſalu-

taris irriguo: diluit quicquid eſt fetidū: mē
brorūq; noſtrorū habitus in celeſtem erigit
diſciplinā. Hanc vineam diligens agricola
fodere: rigare: tondere: conſueuit: crudera/
tiſq; terrene molis aggeribꝰ: operta corpo/
ris noſtri nunc ſolet rore: nūc imbre perfun/
dere: ſtirpare agrū ſolitus ne a ſentibꝰ gem
ma ledatur: ne luxuriet vmbra foliorū: ver/
borumq; infructuoſā iactātia virtutibꝰ ob/
umbrando maturitatem indolis naturalis
impediat. Sed abſit vt huic vinee quicquā
timeamus aduerſi: quā ꝑuigil cuſtodia do
mini ſaluatoris aduerſus omnes nequitie
ſecularis illecebras: muro vite vallauit eter
ne: extendens palmites eius vſq; ad mare.
Ps. 23. Domini eſt enī terra. Vbiq; deus pater co/
litur: vbiq; chriſtus dominꝰ adoratur. Hec eſt
noſtra vindemia. Leti igitur atq; ſecuri pars
gremiū ſuum: mitiū funiculis oneret vua/
rū: alij celeſtia munera ore libemus: pleriq;
bonarū greſſibus voluntatū diuini fructuū
munerū exprimentes: veſtigia coturnis nu/
da direptis: muſto fluente tingamus. Lo/
cus enī in quo ſtamꝰ terra ſancta eſt: ⁊ ideo
calciamenta ſoluēda ſunt: vt ſpiritale veſti
gium ſacroſancte ſedis tribunal aſcendens
corporei nexus vinculis exuatur. Decet enim
totius orbis hic eſſe vindemiā: vbi totiꝰ or/
bis eſt vinea. En tempus acceptabile: quo
nō hyemalibus ꝑfidie caligātis pruinis an
nus riget: nec altis nubibꝰ informis cruſta
blaſphemie gelu durante cōcreſcit: ſed pro/
cellis ſacrilegij liberata nouos fructus ter/
ra iam parturit: veteres ꝓterit. Diſſenſionū
quippe omniū ꝓcella deferbuit: cuncti ſecu/
laris cupiditatis ardores eſtuſq; omnes q̇/
bus italie populꝰ ꝑ iudaice olim arriane ꝓ/
xime ſceuitatis incendia coquebatur: ſere/
no iam ſpiramine temperantur. Sedata tem
peſtas eſt: cōcordia nauigat: fides inſpirat:
certatim naute repetunt fidei quos relique/
re portus: ⁊ dulcia patrijs oſcula oribus af/
figunt: liberatos ſe periculis abſolutos er/
roribus gratulātes. Salue vinea tanto dig
na cuſtode. Te nō vniꝰ nabuthei ſanguis:
ſed innumerabiliū ꝓphetarum: ⁊ qđ eſt am
plius: ꝓcioſus cruor domini cōſecrauit. Il/
le licet nō regalibus minis territus: conſtā/
tiam metu preſſerit: nō ꝓmijs vberrimis ꝓ/
uocatus religioſum vendiderit affectū: ſed
ſtudio regis obſiſtens: ne in hortulis ſuis
maluarū olus ſucciſa vite ſereret: quando
aliud facere nequibat: parata vitibus incē/
dia ꝓprio cruore reſtrinxerit: temporalē ta/
men vineam defendebat. Te vero in perpe
tuū multorū nobis martyriū plantauit in
terris. Te crux apoſtolorum emula domi/
nice paſſionis vſq; in orbis totiꝰ terminos
ꝓpagauit.

## De cōfutatione phariſeorū per interrogationē chriſti de imagine ⁊ inſcriptione denarij. Ca. LXXXII

Cuius habet imaginem ⁊ in/
ſcriptionem? Docet hoc loco
dominꝰ: circūſpectos nos in reſpon
dēdo aduerſus hereticos vel iudeos eſſe de
bere. Alibi dixit: Eſtote aſtuti ſicut ſerpen/ Matth. 10.
tes. Quē locū pleriq; accipiūt: vt quia ſer
pente ſuſpenſo: chriſti crux annūciata eſt: q̄
ſerpentinum nequitie ſpiritalis virus abo/
leret: videatur aſtutus ita eſſe debere ſicut
chriſtus: ſimplex ſicut ſpiritꝰ. Imitare et tu
ſerpentē illum: qui caput ſemꝑ cuſtodiat:
letale vulnus excludat. Interrogatꝰ a iude
is vtrum de celo accepiſſet poteſtatē: reſpō
dit: Baptiſmum iohannis vnde
eſt: de celo an ex hominibus? Vt
dū illud de celo eſſe negare nō auderent: ip
ſi ſe amentie cōfutarent: qui eius auctorem
negarent eſſe de celo. Poſtulatus didrach/
ma: querit de imagine. Alia enī imago dei:
alia imago mundi. Unde ⁊ ille nos admo/
net: Sicut portauimꝰ imaginē terreni illiꝰ: 1. Cor. 15.
portemus ⁊ imaginē huius celeſtis. Imagi
nem ceſaris nō habet chriſtus: quia imago
eſt dei. Imaginē ceſaris nō habet petrꝰ: q̄r
dixit: Reliquimꝰ omnia ⁊ ſecuti ſumus te. Matth. 19.
Imago ceſaris nō reperitur in iacobo vel io/
hanne: quia filij tonitrui ſunt: ſed reperitur
in mari: vbi dracones illi ꝯtritis capitibus
ſuper aquā: ⁊ ipſe draco maior cōminutus
caput: datus ē in eſcā populis ethiopū. Si
ergo non habuit imaginē ceſaris: cur dedit
cenſum? Nō de ſuo dedit: ſed reddidit mū/
do qđ erat mundi. Et tu ſi vis nō eſſe obno
xius ceſari: noli habere que mūdi ſunt. Sed
ſi habes diuitias: obnoxiꝰ es ceſari. Si vis
nihil regi debere terreno: relinque omnia ⁊
ſequere chriſtū. Et bene prius que ceſaris
ſunt reddēda decernit. Neq; enī poteſt eſſe
quis domini: niſi priꝰ renūciauerit mundo.
Sed oēs renūciamus verbis: nō oēs renun
ciamus affectu. Nam cū ſacramēta ſuſcipi/
mus: renūciamꝰ. Q̄ grauia vincula ꝓmit/



tere deo ⁊ nō ſoluere. Melius eſt inquit nō
Eccl. 5. vouere: q̄ vouere ⁊ non reddere. Maior eſt
contractus fidei: q̄ pecunie. Redde promiſ
ſum dum in hoc corpore es: prius q̄ veniat
Matth. 5. exactor: ⁊ mittat te in carcerem. Amen dico
tibi: non exies inde: donec reddas nouiſſi/
mum quadrantem.

## De tēptatione chriſti a saduceis. Ca. LXXXIII.

Si frater alicuius mortuꝰ fu/
erit. Saducei: hoc eſt: deteſtabili
or portio iudeorū: hoc loco domi/
nū temptant: Quorū aperte ſtulticia repre/
henditur. Myſtice autē ſentētia retorquetur:
quale de ſe dederūt caſtitatis exemplū: dū
ſm litteram nubere cogitur ⁊ inuita: vt de/
functi ſemen excitet frater. Ergo littera oc/
cidit quaſi lena vitiorū: ſpiritus aūt magi/
ſter eſt caſtitatis. Itaq; videamꝰ ne hec mu
lier ſynagoga ſit: que ſeptem viros habuit.
Ioh. 4. ſicut ſamaritane dicitur: Quinq; enī viros ha
buiſti: quia hec ſamaritana quinq; tantū li
bros moyſi: ſynagoga ſeptē ſequitur princi
paliter: ⁊ de nullo ꝓpter perfidiā ſuam he/
reditarie poſteritatis ſemē accepit. Et ideo
partem cū viris ſuis in reſurrectione habe/
re nō poterit: quia ſpiritale preceptū ſm ſen
ſum carnis iuertit. Non enī frater carnalis
aliquis enūciatus eſt: qui ſemen fratris re/
ſuſcitaret defūcti: ſed frater ille qui de mor/
tuo populo iudeorum ſapientiam ſibi diui
ni cultus aſſciſceret in vxorē: atq; ex ea ſe/
men in apoſtolis excitaret: qui quaſi defun
ctorum reliquie iudeoꝝ: informes adhuc in
ſynagoge vtero derelicti: ſm electionē gra/
tie reſeruari noui ſeminis admixtione me/
ruerunt. Synagoga enī frequēter ſtolam ac
cipit: qđ ē inſigne cōiugij: quaſi auctor fide
lium. Repudiata quoq; frequēter inducitur:
quia mater eſt perfidoꝝ: Cui lex occidit cor
poralis: vt ſpiritalis reſurgeret. Ergo ſan/
cta plebs dei ſi ſeptem libros legis quadā
cōiugij charitate dilexerit: ⁊ quaſi maritali/
bus obſecundarit imperijs: habebit in re/
ſurrectione celeſte conſortium: nō corporee
colluuionis pudore confuſa: ſed diuine gra
tie dotata muneribus.

Expoſitionis ſancti ambroſij in euangelium ſm lucam: Liber nonus explicit.



# Liber decimus eiuſdē incipit.

## De eo quod ſcriptū eſt: ⁊ a phariſeis obiectum: Dixit dominus domino meo. ⁊c. Ca. LXXXIIII.

Dixit dominꝰ do
mino meo. Conſum/
maturus ꝓcepta dominus:
etiā preuiā paſſioni fidē ac
miſericordiā teſtamenti ſui
fine cōcludit. Fidem in eo: vt chriſtum ⁊ do
minū ⁊ deū noſtrū: ⁊ ad dexterā dei ſedere
credamus: Non q̄ corporaliter ſedeat: qui
vbiq; eſt. Deniq; ipſe in patre: q̄r in ſubſtā/
tia dei: quia vna virtus: vna maieſtas. Ip
ſe ē in patre: ⁊ in ipſo pater: q̄r verbū i deo:
deꝰ in verbo. Ipſe in patre q̄r v̄bū: ipſe ad
dexterā patris: quia patri ꝯſors: nulli ſecū/
dus. Ipſe miſſus a patre qui deſcendit de
celo: paternum impleturus arbitriū. Tolle
hinc ꝑfidie queſtiones: et plena eſt religio.
Nec ꝓfertur filius qui ad dexterā ſedet: nec
iniuriam patitur quia mittitur. Gradus non
queritur dignitatis: vbi plenitudo eſt diuini/
tatis. Illud quoq; cōſiderandū: quia repre
hendit eos qui chriſtū dauid filiū dicunt.
Et quomō cecus ille dauid filiū cōfitendo
meruit ſanitatē? Quō pueri dicētes: Oſan
na filio dauid: ꝓcelſe ꝓdicationis deo glori
am deferebant? Sed nō rephenduntur hoc
loco: quia dauid filiū cōfitentur: ſed q̄r non
credunt filiū dei. Nō enī alterū: ſed alteru/
trum in fide vera eſt. Nam etſi in principio
iudicauimꝰ nos nihil ſcire niſi chriſtū ieſū ⁊
hunc crucifixū: nunc tamē vtpote iudicio ꝓ
ximi: crucifixū iam nō nouimus chriſtū: ſed
venientē in nubibus operimur. Incredulꝰ
vulnera aſpicit: fidelis obuiā chriſto in ae/
ra raptus occurrit. Ergo ⁊ deū chriſtū ⁊ ho/
minē eſſe credamus: vnū in vtroq; nō alte/
rum: cui a patre ſubijciuntur inimici: nō ꝑ in/
firmitatē poteſtatis ſue: ſed ꝑ vnitatē natu
re: quia in altero alter operatur. Nam etſi fili/
us ſubijcit inimicos patri: qui patrē clarifi/
cat ſuper terrā: ⁊ dedit pater filio nomē qđ Phil. 2.
eſt ſuper omne nomē. Sed ⁊ filius patri di/
cit: Nomē tuū manifeſtaui hominibꝰ quos Ioh. 17.
dediſti mihi. Dando autē nomen quod eſt
ſuper omne nomē: nō plus dedit q̄ habuit:
ſed totū quod habuit dedit. Dedit aūt hoc
nomen: vt omnis lingua ꝯfiteatur deo: q̄m

domīnꝰ ieſus in gloria eſt dei patris. Uide
ergo ſingula: Pater ſubijcit filio: filius ſub
ijcit patri: pater ſuſcitat filiū: filiꝰ ipſe ſe ſuſ/
Job.2. citat. Unde ait: Soluite hoc templuꝫ: ⁊ in
triduo illud reſuſcitabo. Et pater dñs: ⁊ fili
us dominꝰ. Dixit dominꝰ dño meo: ſed nō
duo domini: ſed vnꝰ dominꝰ: quia et pater
deus: ⁊ filius deꝰ: ſed vnꝰ deus: quia pater
in filio: ⁊ filius in patre. Unus deꝰ: qꝛ vna
Ps.44. deitas: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi:
virga recta eſt: virga regni tui. Dilexiſti iu/
ſticiaꝫ ⁊ odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te
deus deꝰ tuus. Sed vnus deꝰ: in quo ⁊ no/
ui ⁊ veteris teſtamenti doctrina cōcordat.
Deut.6. et 10. Nam ⁊ in veteri teſtamēto ſcriptū eſt: Dili/
ges dominū deū tuū: Et dominū deū ado/
rabis: ⁊ ipſi ſoli ſeruies. In nouo: Unꝰ deꝰ
⁊ pater omniū. Sic ⁊ pater dominꝰ: ⁊ filius
dominꝰ: ſed vnus dñs. Deniqꝫ ſcriptū eſt:
Matth.6. Nolite duobꝰ dominis ſeruire. Hoc in no/
Deut.6. uo. In veteri autē ſcriptuꝫ eſt: Audi iſrael:
dominꝰ deus tuꝰ deus vnus eſt. Unde ad/
mirabiliter apoſtolꝰ ne duos deos diceret:
aut duos dños nominaret: aut derogaret
1.Cor.8. vel filio vel patri: Unꝰ inquit deus pater
ex quo omnia: ⁊ vnꝰ dominꝰ ieſus ꝑ quem
omnia. Nā qui deꝰ ⁊ dominꝰ: ⁊ qui dñs de/
Ps.99. us. Deniqꝫ ſcriptū eſt: Scitote qꝛ dominus
ipſe ē deꝰ noſter. Omnia ergo quę pater ha
bet ⁊ filius habet. Deus pater ſm̄ generati
onis rationē: deus filiꝰ ſm̄ imaginis vnita/
tem. Dominꝰ pater: qꝛ radix filij eſt. Sic no
bis pater in filio perſonarū diffinitione di/
ſtinguit: poteſtatis vnitate cōnectit. Itaqꝫ
alter in altero: ⁊ vnū in alterutro. Nā ⁊ pa/
tris gloria eſt: ſi nō degenerauit in filio: ⁊ fi/
lij gratia: ſi pater videt in chriſto. Ergo nō
degener in quo vnitatis ſumma maieſtas:
nō alienus in quo ꝓprietas generationis
exp̄ſſio veritatis eſt.

## De futura templi deſtructione. Caplo viceſimoprimo.

Ca. LXXXV. n On relinquetur lapis ſu/
per lapidem: qui non de/
ſtruatur. Sequebat de vidua
locus: quā qm̄ in libro quē de vi
duis ſcripſimus pꝛedicauimus: nunc ſeque/
ſtramus. Uerū autē dictum eſt iuxta ꝓpo/
ſita dictū eſſe de templo qd̄ ſalomon condi
dit: idqꝫ primuꝫ ab hoſte iudicij eſſe tēpoꝛe
ſubuertendū. Nihil eſt eñ opere ⁊ manufa
ctum qd̄ nō aut vetuſtas conficiat: aut vis
ſubruat: aut ignis exurat. Tamē eſt ⁊ aliud
templū cōſtructū ex precioſis lapidibꝰ ⁊ oꝛ
natū donis: cuiuſ euerſionē dñs ſignificare
videat: ſynagogā ſcꝫ iudeoꝝ: cuius ſtructu
ra vetus: eccleſia ſurgente diſſoluit. Eſt eti/
am templū in vnoquoqꝫ qd̄ deficiente fide
labitur: ⁊ maxime ſi quis falſo chriſti nomi/
ne obtendat: quo interioꝛē expugnet affec/
tum. Poteſt etiā ea eſſe expoſitio: quę mihi
plus ꝓſit. Quid eñ ꝓdeſt mihi diem ſcire
iudicij? Quid mihi ꝓdeſt tantoꝛuꝫ conſcio
peccatoꝛuꝫ ſi dominꝰ veniat: niſi veniat in
meū animū: redeat in meā mentem: niſi vi/
uat in me chriſtuſ: in me chriſtus loquatur?
Ergo mihi chriſtꝰ debet venire: mihi debet
aduētus eius fieri. Fit aūt domini ſecūdus
aduētus in defectione mūdi: quādo poſſu/
mus dicere: Mihi aūt mūdus crucifixꝰ eſt: Gal.6.
⁊ ego mundo. Sed hunc virū talis mundi
defectꝰ: ſi in ſuperioꝛibꝰ domus inueniat vt
cōuerſatio huiꝰ in cęlis ſit: tunc deſtruet tē/
plum corpoꝛale atqꝫ viſibile: lex corpoꝛalis
⁊ paſcha corpoꝛale: ⁊ paſcha viſibile: ⁊ azy/
ma corpoꝛalia: ⁊ azyma viſſbilia. Audeo di
cere: chriſtus tēpoꝛalis vt fuit paulo anteqꝫ
crederet: quia in eo cui mundus deficit: chri
ſtus ęternus eſt. Huic ſpiritale templū: lex
ſpiritalis: paſcha etiā ſpiritale: quoniaꝫ ſe/
mel chriſtus occidit. Hic epulat azyma: nō
ex fruge terrena: ſed ex fruge iuſticię. Fit er/
go huic p̄ſentia ſapientię: p̄ſentia virtutis
atqꝫ iuſticię: p̄ſentia redemptionis. Hęc eñ
chriſtus ſemel quidē ꝓ peccatl populi moꝛ/
tuꝰ: ſed quotidie pctā populi redēpturꝰ.

## De ſignis futurę deſtructionis templi.

Ca. LXXXVI. c Um autem audieritis pręlia
⁊ opiniones pręlioꝛum. In/
terrogatꝰ dominꝰ quādo templi fu
tura deſtructio: ⁊ qd̄ ſignū eēt aduentꝰ eiꝰ:
de ſignis docet: de tēpoꝛe nō putat intimā/
dum. Sed mattheus interrogationē tertiā
addidit: vt ⁊ tēpli tēpoꝛa deſtruēdi ⁊ ſignū
aduentus ⁊ cōſummatio ſeculi: a diſcipulis
quęreretur. Lucas ſatis putauit de cōſum/
matione ſeculi cognitū: ſi de aduentu domi
ni differetur: verboꝛuꝫ autē cęleſtium nulli
magis qꝫ nos teſtes ſumus quos mundi fi/
nis inuenit. Quanta eñ pręlia: ⁊ quas opi/
niones accepimꝰ pręlioꝛū? Huni in alanos:
alani in gothos: gothi in taifalos ⁊ ſarma/
tas inſurrexerunt. Nos quoqꝫ in illyrico ex



ules patria gothoꝛū exilia fecerunt: et non/
duꝫ eſt finis. Quę omniū fames: lues pari/
ter boum atqꝫ hominū: cęteriqꝫ pecoꝛis: vt
etiā nos q̇ belluꝫ nō ꝑtulimꝰ: debellatis tm̄
pares nos fecerit peſtilētia. Ergo quia i oc/
caſu ſeculi ſumus: p̄cedunt quędā egritudi/
nes mundi. Egritudo mūdi eſt fames: ęgri
tudo mundi eſt peſtilētia: ęgritudo mundi
eſt ꝑſecutio. Sunt aūt ⁊ alia bella: quę vir
ſuſtinet chriſtianus: Diuerſaruꝫ quoqꝫ prę/
lia cupiditatum: ſtudioꝛūqꝫ cōflictꝰ: multo
qꝫ grauioꝛes domeſtici hoſtes qꝫ extranei.
Nunc auaricia ſtimulat: nunc accendit libi
do: nunc metus terret: nūc iracundia exagi
tat: nunc ambitio mouet: nunc terrere tem/
ptant ſpiritalia nequitię quę ſunt in cęleſti/
bus. Itaqꝫ quaſi quibuſdam vrgetur prę/
lijs: et quibuſdā terręmotibꝰ quatitur mo/
bilis animi nutātis affectꝰ. Sed foꝛtioꝛ di/
Ps.26. cit: Si cōſiſtant aduerſum me caſtra: nō ti/
mebit coꝛ meū. Si exurgat in me pręliū: in
hoc ego ſperabo. Stat in acie: ferens hoſti
obuiū pectus: etiam ſi quis golias exurgat
immitis atqꝫ p̄celſus: timētibus tamē cęte/
ris: exurgit humilis quaſi dauid: regis abij
ciens arma terreni: ſumens fidei tela leuio/
ra: ⁊ triplici ſparto iaculum purę confeſſio/
nis intoꝛquēs: perſecutoꝛis vulnerat impu
dentiā: cōtemptoꝛ minarū: negligens pote
ſtatū: etiā idoneus in quo chriſtus loquat.
Alibi chriſtus: alibi pater: alibi ſpiritus lo/
quit patris. Nō diſcoꝛdant iſta: ſed cōgru/
unt. Qd̄ vnus loquit: tres loquunt: qꝛ vox
vna eſt trinitatis. Huic victoꝛi qui ſuo goli
am gladio ꝑemerit: dū moꝛtem ꝓ chriſto ex
cipit: fugatis allophilis: occurrūt iuuēculę:
1.Reg.18. illę ſcꝫ ſicut aquilę dicentes: Percuſſit ſaul
in milibus: dauid in decē milibus. Qd̄ in/
ditio eſt: victoꝛes ſeculi pꝛincipibꝰ antefer/
ri. Deniqꝫ moꝛtuis regibus in ꝑpetuū: mar
tyres regno cęleſtl gratię honoꝛe ſuccedūt.
Et illi fiūt ſupplices: hi patroni. Eſt ⁊ alius
golię gladiꝰ: aliud diaboli telum: ſermo ſci/
licet hęreticoꝛū: quē vir pſallere ſciens arri/
pit vt aduerſariū vincat: audiens hic bella
nō patiens: nec alicuiꝰ vento doctrinę mo/
bilis inquietꝰ: neſciens famē verbi: ⁊ ſcrip/
turę cęleſtis vbertate ſatiatꝰ: qui vanis hę/
reticum vocibus perſonantē laceſſere non
refoꝛmidet. Tunc qui eſt infirmuſ expectet:
ne pręiudiciū cęteris faciat cōgreſſu impa/
ri. Ueniat dauid cui chriſtus os aperiat ad
eloquēda myſteria: Ueniat ille nazareꝰ cu/
ius capillus nō cadat: vel nihil habens ſu/
perfluum qd̄ cadere poſſit: vel nihil de ſu/
perioꝛibus virtutibꝰ amiſſurus: integer ſo/
brietate: foꝛtis in pace: qui ſenſus omnes
vſqꝫ i finē ⁊ verba cuſtodiat: Pręḋicet euā/
gelium: vt ſeculū deſtruatur. Sicut eñ prę/
ceſſit in oꝛbem terrę euangelij p̄dicatio: cui
iam ⁊ gothi ⁊ armenij crediderunt: et ideo
mundi finem videmus: ita ⁊ a viro ſpiritali
euangeliū p̄dicatur: quādo omnes ſapiētię
ꝓceſſus: ⁊ omnes foꝛmas virtutis exequit:
pſallenti mente ⁊ ſpiritu nouiſſimā deſtru/
ens moꝛtē. Tunc eñ finis cuꝫ tradiderit in 1.Cor.15.
eo chriſtus regnuꝫ deo ⁊ patri: fueritqꝫ iſte
ſubiectꝰ ei qui ſibi ſubiecit omnia: vt ſit de/
us omnia in omnibꝰ: Et p̄dicabitur euan/
geliū ꝑ omnes ciuitates iudę. Notꝰ eſt eñ Ps.75.
in iudęa deus. Tunc eñ ciuitates ędifican/
tur iudęę: quādo virtutum fundamenta po
nuntur.

## De ſigno appꝛopinquantis de/ ſolationis.

c Um videritis circūdari ab Ca. LXXXVII.
exercitu hieruſalē. Uere hie/
ruſalē ab exercitu obſeſſa eſt ⁊ expu
gnata a pꝛincipe romano. Uñ ⁊ iudei puta/
uerūt tūc factā abominationē deſolatiōis:
eo qꝙ caput poꝛci in tēplū iecerint illudētes
romani iudaicę rituꝫ obſeruantię. Qd̄ ego
nec furens dixerim. Abominatio eñ deſo/
lationis execrabilis aduentꝰ antichriſti eſt:
eo qꝙ ſacrilegijs infauſtis mentiū interioꝛa
cōtaminet: ſedens iuxta hiſtoꝛiā in templo
vt ſibi diuinę vendicet ſoliū poteſtatis. Iu
xta iterp̄tationē aūt ſpiritalē pulchꝛe indu/
citur ſtare: eo qꝙ in affectibꝰ ſinguloꝛū veſti/
gium ꝑfidię ſuę cōfirmare deſideret: ex ſcri/
pturis diſputās eſſe ſe chriſtū. Tunc appꝛo/
pinquabit deſolatio: quoniā a vera religio
ne pleriqꝫ lapſi erroꝛe deciſcent. Tunc erit
domini dies: quod etiā apoſtolus euidēter 2.Theſſal.2.
expoſuit dicenſ: obſeruādū eſſe nobis qua/
ſi inſtet dies domini: ne quis nos ſeducat
vllomodo: quia niſi venerit diſceſſio pꝛimū
⁊ reuelatus fuerit homo peccati: filius ꝑdi/
tionis: qui aduerſat ⁊ extollitur ſupꝛa om/
ne quod dicitur deꝰ aut qd̄ colitur: itavt in
templo dei ſedeat: oſtendēs ſe tanqꝫ ſit de/
us. Et reliqua. Ergo ſedebit in templo: ⁊ in
templo interioꝛe iudęoꝛū qui chriſtū nega/
būt: in templo nō inuiolabili ſed coꝛrupte/

lę obnoxio: qđ aut perfidię inuoluat ruina:
aut iracundię vis ſubruat: aut cupiditatū
ignis exurat. Et bene tunc veniet dies do/
mini: ⁊ breuiabuntur dies propter electos:
quoniã ſicut primus aduentus domini ꝓ/
pter redimenda peccata: ita ſecũdus ꝓpter
redimenda delicta: ne plures perfidię erro/
re labant. Tũc pſeudo ꝓphetę: tũc fames.
Repete mihi helię tẽpora: ⁊ inuenies tunc
ꝓphetas cõfuſionis: tunc iezabel: tunc fa/
mẽ: tunc ariditatē terrę. Qua rõne? Quia
abſidauerat iniquitas: refrixerat charitas.
Deniq; iuſtus in deſerto: iniquus in regno
eſt. Eſt ⁊ alius antichriſtus auctor huiꝰ: di/
abolus ſcilicet: qui meã hieruſalem: meam
animã: certe animã dei: animã pacificā ob
Eph.6. ſidere nititur ſuę legionis exercitu. Non eſt
enim colluctatio nobis aduerſus carnem ⁊
ſanguinem: ſed aduerſus principatus ⁊ po
teſtates: aduerſus mundi huius rectores te
nebrarum harũ. Tunc eſt diſceſſio: cū ani/
ma a ſeipſa deſciſcit. Et rurſus cũ dominũ
cogitat: tremit atq; turbatur. Tunc eñ iſte
antichriſtus tenet: donec de medio fiat: iu/
ſticia exulat: iniquitas regnat. Tunc fides
rara: vt ipſe quaſi addubitans dominꝰ di/
3.18. xit: Tunc veniens filius hominis: nũquid
inueniet fidem ſuper terram? Vel in noſtra
vtiq; terra: vel in orbe terrarũ. Sic ⁊ alibi:
Ps.13. Dominꝰ reſpexit ſuper filios hominũ ſi eſt
intelligens aut requirens deũ: Nõ quia du
bitet deus: ſed quia ita rara erat in homini/
bus fides: vt ſm opinionẽ hominũ videret
eſſe dubitandum. Ergo quando in medio
templi eſt diabolus: deſolatio abominati/
onis eſt: ſm daniel ꝓphetam. Cum autem
vnicuiq; laboranti: chriſti pręſentia ſpirita/
lis illuxerit: tollitur iniquꝰ e medio: et inci/
pit regnare iuſticia: quę omniũ fideliũ men
tibus euacuat principatū. Eſt etiã tertius
antichriſtus: arrius aut ſabellius: imo om/
nes ſunt antichriſti: qui praua nos interpre
tatione ſeducunt. Et ideo qui legit: intelli/
gat: qui intelligit non ſeducit: vt credat fal
ſa ꝓ veris: more vtiq; iudęorū qui verum
chriſtum negauerũt. Vnde cõſequens erit
vt credant verum eſſe qui falſus eſt: ſic ⁊ ar
riani qđ negant chriſto: antichriſto non ne/
gabunt.

## De vę pregnantium ⁊ nutrienti/ um in illis diebus.

Ca. LXXXVIII

V E illis que in vtero habent:
⁊ vbera dant in illis diebꝰ.
Ergo cõceptio criminoſa eſt: atq;
liberi pręmia nuptiarũ ſunt. Et quomodo
ſarā dominꝰ benedixit ⁊ peperit? Quomõ
anna orauit ⁊ genuit? Quomodo rachel fi/
lios benedicta ſuſcepit? Nũquid errauerũt
ꝓphetę? Quoniã dominꝰ errare non potu
it: ſed in ꝓphetis eſt dominꝰ locutus: ideo
nec illi errare potuerũt. Qui igitur quadra
re poterit diſcordiam litterarũ? Sed qꝛ ibi
bellũ eſt: cõuertamur ad ſpiritũ pacis. Pax
Job.16. eñ dixit: Mulier cũ parturit triſticiam ha/
bet: quia venit hora eius. Cũ autẽ pepere/
rit iam nõ meminit triſticię: Et ſubiecit: Et
vos modo quidẽ triſticiam habetis: iterū
autẽ videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrũ: vt
oſtenderet perfectorũ eſſe lętari: nutare in/
firmorũ: quaſi adhuc incerta metuentium.
Sed ⁊ hic in ſuperioribꝰ dixit: Edebãt ⁊ bi/
bebant: nubebant ⁊ vxores ducebãt: ligan
tes ſcilicet ſe in hanc vitã: et ſollicitudinibꝰ
ſęcularibus vincientes. Hę ſunt vtiq; preg/
nantes quibus vę dicitur: quę aruinam ſuę
carnis extendant: ⁊ quibus intimorũ greſ/
ſus pigreſcant animorũ: effetę virtutū: fę/
tęq; vitiorũ. Sed nec illę pregnantes cõde/
nationis exortes ſunt: quę in bonorũ actu/
um molimine cõſtitutę: necdũ aliquos ſuſ/
cepti operis dedere ꝓceſſus. Sũt eñ ⁊ quę
de dei timore concipiunt: quę dicunt: De ti
more tuo concepimus ⁊ parturiuimus. Sē
nõ omnes pariunt: nõ omnes perfecti: non
omnes poſſunt dicere: Peperimus ſpiritũ
ſalutꝭ in terra: nõ omnes marię: quę de ſpi/
ritu ſancto chriſtum cõcipiant: verbũ pari/
ant. Sunt eñ quę abortiuũ excludant ver/
bum anteq̃ pariant. Sũt quę in vtero chri
ſtũ habeant: ſed nondũ formauerunt: qui/
Gal.4. bus dicitur: Filioli mei quos iterū partu/
rio: donec formetur chriſtus in vobis. Ergo
qui adhuc in vtero ſunt: parturiũtur quaſi
impfecti: iam illi pfectiores quibus dicitur:
1.Cor.4 Ego vos per euangeliũ genui. Multi pa/
tres per euangeliũ: ⁊ multę matres quę chri
ſtum pariũt. Quis mihi igitur chriſti mon/
Matth.12 ſtret parentes? Ipſe mõſtrauit dicẽs: Quę
mihi eſt mater: aut qui fratres? Qui fecerit
voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: ipſe



mihi ⁊ frater ⁊ ſoror ⁊ mater eſt. Fac volun/
tatem patrꝭ: vt chriſti mater ſis. Multę cõ/
ceperunt chriſtum: ⁊ nõ generauerũt. Ergo
quę parit iuſticiam: chriſtum parit. Quę pa
rit ſapiẽtiã: chriſtũ parit. Quę parturit ver/
bum: chriſtum parturit. Eſt etiã quę partu/
riuit iniuſticiam: ⁊ peperit iniquitatẽ. Iſtis
vę pręgnãtibꝰ quę corpore graues: ad eua/
dendum periculũ pigriores ſunt. Iſtis vę:
quibus futuri partus quo corpus omne cõ
cutitur dolor integer. His futuri ſigna iudi
cij: initia ſunt dolorum. Docuit etiã moy/
ſes eſſe pregnantẽ: quã ſi duo cõculcauerint
litigãtes: abortiuū cito inducant. Et ideo
bona fęmina litem fugiat: ſequatur pacē:
vt partũ poſſit abſoluere: nec nouem men/
ſium tẽpus expectet. Verbi partus: non in
tẽporis ſed diligentię plenitudine eſt. Con/
ſummatus autẽ in breui iuſtus: impleuit tẽ
pora multa. At cõtra cito anima imperfec/
ta calcatur: ⁊ verbũ quod concepit amittit.
Sed vę illi qui ſcandalizauerit vnũ de pu/
ſillis iſtis: vę illi qui pręgnantẽ calcauerit.
Nam ſi informe adhuc pignꝰ excluſerit: pe/
Exo.21. cunię iactura eſt. Si vero formatū: reddet
animã ꝓ anima: oculum ꝓ oculo: dentem
pro dente: manũ pro manu. Sed cur oculũ
aut manũ: cum abortiuus ⁊ manũ habeat
⁊ oculũ habeat: qui iam formatus excuſſus
eſt? Vnde apparet: ꝓ eo modo quo nocuit
vnumquẽq; damnandũ. Si eñ cathecumi
num quis vel hęreticus vel ſciſmaticꝰ tan/
quã de vtero vel animę vel eccleſię parturi/
entis excuſſerit: leuius punitur: ſi fidelẽ gra
uius. Et ideo cauendũ: ne cũ talibus litigã
Timoth.2. do eccleſiã calces. Stultas eñ pugnas ⁊ ſi/
ne diſciplina queſtiones deuita: ſciẽs qꝛ ge
nerant lites: quibus eccleſia quaſi parturi/
ens: totius corporis cõculcatione vexatur.
Ergo cito reple ventrem tuũ: vt citius poſ/
ſis partum edere. Audi quomõ repleas: et
Prouer.12. quibus repleas. Ex fructibꝰ inquit oris ſui
vir implebit ventrem ſuũ: fructibus autem
labiorũ ſuorum ſatiabitur. De nutriẽti/
bus quoq; docuit me ſalomonis illud ſubli
me iudicium: ⁊ illa duarũ contentio fęmina
rum: qđ etiã ſi iam partus dolore ſint abſo/
lutę: adhuc tamen confirmandorũ pignorũ
metu nutent: quia per temulentiã nutrien/
tis ſomnus obrepat: paruulũ mater oppri/
mat: neget ſuum: quęrat alienum. Sed illã
quę filium nõ perimit periclitatur ſuo: quia
iudicio hęret incerto. Ergo et nos ne quaſi
imperfectorũ parentes operum: aut iudicij
dies: aut mortꝭ inueniat: paruulos noſtros
Gen.21. ablactare ꝓperemus. Ablactatus iſaac nõ
fuit ſomno matris obnoxius: ⁊ ideo epulũ
magnum exhibuit abraam: quãdo ablacta
uit filium. Ablactatus dauid retributionẽ
animę ſuę ſperat. Non eñ vt corinthius in
primordio fidei eſcę adhuc inualidus forti/
ori lacte potatur: ſed iam pane ſolido firma
tus: in plenitudinẽ perfectę ętatis adoleue/
rat. Ergo nõ ſat eſt cura generandi: niſi ſup
petat efficacia nutriendi. Itaq; ⁊ tibi tanq̃
marię verbum dei creſcat: ſapientia ⁊ ętate
ꝓficiat. Qđ ita fit: ſi omnia dicta iuſticię in
corde cuſtodias: nec ſenectutis tempus ex/
pectes: ſed in prima ętate deſponſatam vi/
ro iuſto ſapientiã ſine corruptela corporis
tui cito concipiaſ: cito parias: cito nutrias:
Vide mihi paulum heſterno perſequentẽ:
hodie credentem: die craſtina p̃dicantẽ.

## De orando ne fiat fuga hyeme vel ſabbato.

Ca. LXXXIX.

O Rate ne fiat fuga ueſtra hyeme
uel ſabbato. Cum iudicij die vẽ/
turus ſit dominus ante quẽ ignis
ardebit: ignis autem vis aut ſemper eadē
aut citius adurat ęſtate. Quomodo oran/
dũ dicit: ne fuga noſtra hyeme fiat: niſi for/
te quia is qui in montes fugit: frigus ⁊ gla/
ciem: ꝓcellas ⁊ grandinem delictorũ time/
re non debet: ſed optare ęſtiuę lucis ſereni/
tatẽ: ne lubrico corporis veſtigia infirma la
bantur? Vnde ⁊ illa iam ſecura ꝓceſſu: iam
Cant.2. firmis radicibus nixa lętat dicens: Hyems
abijt: tempus ſecandi aduenit. Hyeme ete/
nim arbores ventus ſuo honore deſpoliat:
⁊ aſperitas frigoris teneras frondes in ſpe/
ciem mortis interficit. Vere autem reſugũt
ſemina: ⁊ tanquam noua ęſtas naturę viri/
dantis adoleſcit. Vere paſcha eſt: quando
ſeruatus ſum: ęſtate eſt pentecoſte: quãdo
reſurrectionis gloriā celebramus ad inſtar
futuri. Orandum etiam: ne ſabbato te: hoc
eſt: ab operibus ociantem veniens domi/
nus deprehẽdat. Et ideo iuxta legem ope/
rare diem in die: ⁊ eſto ſpiritu feruenti: ⁊ la/
bore peruigili. Nec ocioſum illud: quia ſcri/
ptum eſt: Sabbato humiliabis animam

tuam. Et quia ſeptuaginta annis populus
in captiuitate durauit: tūc violata religio:
obtrita libertas: pudicitia vulnerata. Ergo
tunc tibi emigrandū ex hac vita: quādo vir
tutes vigent: vitia captiua ſunt: nō quādo
captiua eſt anima: vigor eius ⁊ virtꝰ vacat:
corporis peccata dominātur.

### De ſignis aduentus domini.

Ca. XC. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna
e ⁊ ſtellis. Et ꝓphetię vera ſeri
es et integra cauſa myſterij: ꝙ ⁊ ca
ptiui iudęi ſecundo in babyloniā aſſyriāqꝫ
ducentur: captiui in toto erunt orbe: quia
negauerunt chriſtum: ⁊ hieruſalē quę vide
tur ab hoſtili exercitu calcabitur: cadentibꝰ
iudęis in ore gladij. Et iudęa omnis a nati
onibus credituris ſubijcietur in ore gladij
ſpiritalis: qui eſt ſermo bis acutus: et fient
ſigna diuerſa in ſole et luna et ſtellis. Quę
ſigna ſm mattheum euidētius exprimunt.
Tunc inquit ſol obſcurabitur: & luna nō
dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent. Plu
rimis enī a religione deficientibꝰ clara fideſ
obſcurabitur nube ꝑfidię: quia mihi ſol ille
cęleſtis in ea fide vel minuitur vel augetur.
Queādmodū ſi plurimi radios mundani
ſolis aſpiciant: ꝓ captu videntis aut palli
dior ſol videtur aut clarior: ita ꝓ deuotiōe
credentis vnicuiqꝫ ſpiritale lumen infundi
tur. Et queādmodū mēſtruiſ curſibus luna
vel terrę oppoſita cū fuerit e regiōe ſolis va
neſcit: ſic ⁊ ſancta eccleſia cuꝫ lumini cęleſti
vitia carnis obſiſtunt: fulgorem diuini lu
minis de chriſti radijs nō poteſt mutuari.
Namqꝫ in ꝑſecutionibꝰ lucem dei ſolus plę
rūqꝫ amor vitę huius excludit. Cadent ſtel
lę: illi vtiqꝫ reſurrectionis gloria iam mican
tes: illi viri ſicut luminaria in ſęculo verbū
vitę cōtinentes: Illi viri de quibꝰ abraę di
ctuꝫ eſt: Quia ſicut cęlum fulget ⁊ ſtellę: ſic
⁊ ſemen eius. Excident ergo hominibꝰ pa
triarchę: excidēt ꝓphetę: ſi ꝑſecutionis acer
bitas cōualeſcat. Quę oportet fieri: donec
eccleſię in omnibꝰ virtutibꝰ in ſingulis ple
nitudo cumuletur. Sic enī ꝓbantur boni:
ſic ꝓduntur infirmi. Ergo varij animorum
ęſtus ita graues erunt: vt delictorū multi
tudine male conſcijs futuri iudicij metu ſa
cri in nobis ros fontis areſcat. Aret eniꝫ ꝑ
fidia: fides rorat. **Nam virtutes cę
lorum cōmouebuntur. Et tunc vi
debunt filium hominis venienteꝫ
in nubibus.** Fortaſſe queādmodū do
mini expectatur aduentus: vt eius ꝑſentia
in toto fiat vel hominis orbe vel mūdi: quę
fit vtiqꝫ in ſingulis: cuꝫ omnibꝰ affectibus
receperint chriſtum: ſic etiā virtutes cęlorū
aduētu domini ſaluatoriſ ac reditu. Eſt enī
virtutū ofis: augmentū gratię cōſequātur
neceſſe ē: vt plenitudine diuinitatis ꝓpiꝰ ſe
infundente moueant. Sunt etiaꝫ virtutes
cęlorū quę enarrant gloriā dei: ⁊ quę pleni
ore chriſti infuſione moueant: virtutes ſpi
ritales quę vident chriſtū. Docuit nos da
uid queādmodū hę moueāt ꝟtutes dicēs:
Accedite ad eū ⁊ illuminamini. Docuit eti Ps. 33.
am paulus queādmodū chriſtum videas.
Cū enī cōuerſus fueris ad dominū: auferet 2. Cor. 3.
velamen ⁊ vides chriſtuꝫ. Vides illū in nu
bibus. Non equidē puto ꝙ in caligine te
nebroſa ⁊ horrore pluuiali chriſtus adueni
at. Nubes enī quę videntur: cęlū vtiqꝫ cali
ganti horrore ſubtexunt. Et quomō in ſole Ps. 18.
poſuit tabernaculuꝫ ſuum: ſi pluuialis erit
eius aduentus? Sed ſunt nubes: quę qꝛ ſic
oportet cęleſtis obtexūt myſterij claritatē.
Sunt nubes: quę rore gratię ſpiritalis hu
meſcāt. Aſpice nubē i veteri teſtamēto: In Ps. 98.
columna inquit nubis loquebatur ad eos.
Per moyſen vtiqꝫ loquebat: per ieſum na
ue: qui ſolē ſtatuit: vt plenioris luminis ac
ciperet claritatē. Ergo moyſes ⁊ ieſus: nu
bes ſunt. Aſpice quia viri ſancti nubes ſūt:
quia quaſi nubes volant: ⁊ quaſi colūbę cū Eſa. 60.
pullis. Suꝑ me nubes ſunt: eſaias: ezechi
el: qui mihi per cherubin ⁊ ſeraphin ſancti
tatē diuinę trinitatis oſtendūt. Nubes ſūt
omnes. In his nubibꝰ venit chriſtus. Ve
nit in nube in canticiſ canticorū: ſerena nu
be ⁊ ſponſi refulgens lęticia. Venit ⁊ in nu
be leui: incarnatus ex virgine. Vidit enī ꝓ
pheta: ſicut nubem venire ab oriēte. Et be
ne leuem nubē dixit: quā terrena vitia non
grauarēt. Vide nubē in quā ſpiritusſanctꝰ
ſuꝑuenit: ⁊ virtꝰ altiſſimi obumbrauit. Cuꝫ L. 1.
ergo apparuerit chriſtus in nubibꝰ: ꝯcident
ſe tribus terrę. Eſt enim quidaꝫ ordo crimi
num ⁊ ſeries peccatorū: qui chriſti dirima
tur aduentu. **Videte ficulneam et
oēs arbores: cū ꝓducunt iam ex ſe
fructum: ſcitis quia ꝓpe eſt ęſtas.**
Diuerſo quidem modo: in vnum tamen
concurrere videtur euangeliſtarum ſenten
tia. Mattheus enī de ſola dixit ficulnea: cū



ramus eius tener fuerit: hic de arboribꝰ om
nibus. Verum ſiue cū fructus in omnibus
vireſcit arboribus: ⁊ ficulnea fęcida iaꝫ flo
ret: vt omnis lingua cōfiteatur iaꝫ deo. Cō
fitente etiā populo iudęorū: ſperare domi
ni debemus aduentū: quo tanquā tēpori
bus ęſtiuis reſurrectionis fructꝰ metentur:
ſiue cum leuē fragilēqꝫ iactantiā homo ini
quitatis tanquā folia: ſynagoga ramos in
duerit: cōnijcere debemꝰ appropinquare iu
dicium. Nā remunerare fidē dominꝰ: ⁊ de
linquendi finē afferre feſtinat. Duplicē igi
tur habet figuram in ficulnea: vel cuꝫ dura
miteſcunt: vel cū peccata luxuriāt. Nā per
fideꝫ credentiū quę arebant ante: florebūt:
⁊ per gratiā delictorū peccatores gloriabū
tur. Ibi fructus eſt fidei: hic ꝑfidię laſciuia.
Fructum mihi ficulneę agricolę euangelici
cultura ꝓmittit. Deſperare nō debemus: ſi
folijs ficulneę peccatores ſe tanquā fraudis
veſte texerunt: vt cōſcientiā velarent. Ergo
folia ſuſpecta ſine fructu: tales veſtes para
diſi exules habent. Duplicem igitur habet
figuram.

### De homine portante amphorā aque diſcipulis paſcha paraturis occurſuro.

Caplo viceſimoſecūdo.

Ca. XCI. **Ecce introeuntibus vobis
e in ciuitatem: occurret vo
bis homo amphorā aque
portans.** Bonū eſt cōſide
rare vbi dominus paſcha faciat. Secūdum
mattheū habes: Ite in ciuitatem ad quen
dam. Primū maieſtatē diuinitatis aduer
te: cū diſcipulis loquitur: ⁊ iam nouit quid
alibi ſit futuꝝ. Deinde dignationē eius in
tuere: quia non ꝑſona diuitis aut potentis
eligit: ſed pauper ambit: ⁊ anguſtum hoſpi
tium pauperis: amplis nobiliū ędibus an
tefertur. Ite inquit ad quēdā. Sciebas do
mine nomē eius: cuius ſciebas miniſteriū:
cuiꝰ ſciebas occurſum. Sed ideo ſine nomi
ne deſignat: vt ignobilis ęſtimetur. Nihil
hic cōpoſitū: vbi non exprimitur ꝑſona ſed
cauſa. Secundū marcū aūt lagenam aquę
portans. Hic ergo apoſtolis mādat ſequen
dus. Et quō paterfamilias? Vt agnoſcas
ſanctitatis diffinitionē eſſe nō cēſus. Quo
modo: in ſuperioribꝰ habens ſtratum mag
num? Vt meritū eius aduertas: in quo do
minus cū diſcipulis ſublimiū virtutū eius
delectatione requieſceret. Vtinam ergo mi
hi cōtingat amphoram aquę portare: con
tingat lagenam aquę portare: quaꝫ portat
paterfamilias: habens in ſuperioribus ſtra
tum magnum. Quid eſt enī amphora: niſi
menſura ꝑfectior? Nō mediocres qui mēſu
raꝫ habent. Deniqꝫ dominꝰ: menſurā inqt L. 6.
bonā: cumulatā: ſupereffluentē dabūt vo
bis. Nā de aqua quid loquar? Suꝑ aquaꝫ
ante ipſos mundi natales ſanctus vt legis
ſpiritꝰ ferebat. O aqua quę humano aſper
ſum ſanguine vt preſentiū lauacroꝝ figura
ꝓcederet orbem terraꝝ lauiſti. O aqua quę
ſacramentū chriſti eſſe meruiſti: quę lauas
omnia: nec lauaris. Tu incipis prima: tu cō
ples ꝑfecta myſteria. A te principiū: in te fi
nis: vel potius tu facis vt finem neſciamꝰ.
Per te fętor tabidę carnis aboletur: ⁊ pere
untia ſitu viſcera: aſperſo ſale in multā ſer
uantur ętatem. Per te arētibus ęſtu corpo
ribus: dulcis ad gratiā: ſalutaris ad vitaꝫ:
ſuauis ad voluptatē potus infunditur. Tu
nomē ꝓphetis ⁊ apoſtolis: tu nomē ſalua
tori dediſti. Illi nubes cęli: illi ſal mundi: il
le fons vitę eſt. Quę mōtibꝰ preſſa nō clau
deris: quę ſcopulis illiſa nō frangeris: quę
terris infuſa nō deficis: ſed intimis ſcaturi
ens venis: aut ſpiritū incluſa vitalem inha
las: aut ſucum diffuſa fertilē preſtas: aut ri
gatum ſuꝑfuſa ad cōmoduꝫ ſubminiſtras:
ne ſiccitatis exanimata vitalibꝰ tollēnes ne
get terra ꝓuētus: Omniū elementorū ſub
ſtantia: celum: aer: mare et terra te reddūt.
Te ꝓphetico ꝑcuſſa tactu vt ſitientiū riga
res corda populorū vomuit petra: te cū de
latere ſaluatoris erumperes: ꝑcuſſores vide
runt ⁊ crediderūt: ⁊ ideo regenerationis no
ſtrę de tribus vna es teſtibus. Tres enī te
ſtes ſunt: aqua: ſanguis: ⁊ ſpiritus. Aqua
ad lauacrum: ſanguis ad precium: ſpiritus
ad reſurrectionē.

### De ſponſione premij diſcipulorum chriſti qui ſecum in temptationibus ꝑmanſerunt.

**Et ego quidem diſpono vo** Ca. XCII.
e **bis ſicut diſpoſuit mihi patꝰ
regnū.** Regnū dei nō eſt de hoc
mūdo. Nō ergo ęqualitatis homini ad de
um: ſed ſimilitudinis ęmulatio eſt. Solus
enī chriſtꝰ eſt plena imago dei: ꝓpter expſſā
in ſe patrię claritudinis vnitatē. Iuſtꝰ aūt
hō ad imaginē dei ē: ſi ꝓpt imitādā diuinē

ꝯuerſationis ſimilitudinẽ: mundũ hũc dei
cognitõe cõtemnat: voluptateſq; terrenas
verbi ꝑceptione deſpiciat quo alimur in vi
tam: vnde ⁊ corp⁹ chriſti edim⁹: vt vitę ęter
nę poſſimus eſſe participes. Nõ eñ victus
⁊ potus nobis ꝑmij loco ſpondet̃ ⁊ hono/
ris: ſed cõmunicatio gratię cęleſtis et vitę.
Neq; duodecim throni tanquã aliqua cor/
poralis ſunt receptacula ſeſſionis: ſed quia
ſcḋm diuinã ſimilitudinẽ iudicat chriſtus co/
gnitione cordiũ: nõ interrogatione factoꝝ:
virtutem remunerãs: impietatẽq; cõdem/
nans: ita ⁊ apoſtoli in iudiciũ ſpiritale for/
mant̃ remuneratione fidei ⁊ execratione ꝑ/
fidię: virtute errorẽ redarguẽtes: ſacrilegos
odio ꝑſequentes. Cõuertamur igit̃ ⁊ cauea
mus ne in perditionẽ aliqua inter nos de ꝑ̄
latione poſſit eſſe cõtentio. Si eñ cõtende/
bãt apoſtoli: nõ excuſationi obtẽditur: ſed
cautioni ꝓponitur. Si petrus aliquãdo cõ
uertitur quia primã dei ſecutus eſt vocem:
quis põt dicere cito ſe eſſe cõuerſum? Caue
ergo iactantiã: caue ſęculũ. Ille eñ ꝯfirma/
Matth.19. re iubet̃ fratres ſuos: qui dixit: Omnia reli
quimus: ⁊ ſecuti ſumus te. Deinde cõtuen/
dũ eſt: quia nõ omni honorificẽtię ſtudium
humilitatis diffinit̃. Poteſt eñ deferre ali/
cui ꝓpter ſęculi gratiã: potẽtię metu: vtili/
tatiſq; cõtuitu. Tua ędificatio quęrit̃: non
alteri⁹ honor: ⁊ ideo vna datur omnib⁹ for/
ma ſentẽtię: ut nõ de ꝑ̄latione iactantia ſit:
ſed de humilitate contentio: eo ꝙ ſe dñs ꝓ/
ponit imitandũ. Egebam⁹ omniũ: ipſe nul
lo: ⁊ tamẽ ꝑ̄buit ſe humilitatis auctorẽ cuꝫ
diſcipulis miniſtraret. Qḋ vtiq; faciebat:
nõ ſtudio vtilitatis: ſed exercitatione virtu
tis. Petrus aũt etſi ſpiritu ꝓmptus: corpo
ris tamẽ adhuc infirm⁹ affectu denũciatur
dominũ negaturus. Neq; eñ poterat con/
ſtantiã diuinę intẽtiõis ęquare. Paſſio do/
mini ęmulos habet: pares non habet. Ita
nõ reprehendo ꝙ negauit: laudo ꝙ fleuit.
Aliud cõmune cõditionis eſt: aliud ſpecia/
le virtutis. Et ideo inſtruitur ad cauendũ:
nõ cogitur ad negandũ.

**De ſaculo ⁊ pera tollendis: tuni caq; vendenda: ⁊ gladio emẽdo.**

Ca.XCIII. **Qui nõ habet (inquit) ſaculum tollat: ſimiliter et peram. Et qui nõ habet: vendat tunicã ſuam ⁊ emat ſibi gladium.** Cur eme
re iubes gladiũ: qui ferire me ꝓhibes? Cur
habere pręcipis quẽ vetas promi: niſi forte
vt ſit parata defenſio: nõ vltio neceſſaria: ⁊
videar potuiſſe vindicari ſed noluiſſe? Lex
tamẽ referire me nõ vetat: ⁊ ideo fortaſſe pe
tro duos gladios offerẽti: ſat eſt dicit: qua/
ſi licuerit vſq; ad euangelium: vt ſit in lege
ęquitatis eruditio: in euangelio bonitatis
ꝑfectio. Multis hoc iniquũ videtur: ſed nõ
iniquus dñs: qui cũ ſe poſſet vlciſci: maluit
immolari. Eſt eñ gladius ſpiritalis: vt vẽ/
das patrimoniũ: emas verbum quo nuda
mentis penetralia veſtiunt̃. Eſt etiã gladi/
us paſſionis vt exuas corpus: ⁊ immolatę
carnis exuuijs emat̃ tibi ſacri corona mar/
tyrij: qḋ ex benedictionib⁹ dominicis colli/
gere potes: qui ſummã omniũ coronaruꝫ ſi
quis ꝑſecutionẽ patiatur ꝓ iuſticia: ꝑ̄dica/
uit. Deniq; vt ſcias quia de paſſione locut⁹
eſt: ne turbaret diſcipuloꝝ animos: de ſe ex
emplũ ꝓtulit dicens: **Quoniã hoc qḋ ſcriptuꝫ eſt oportet impleri de me: Qḋ ⁊ cum iniuſtis deputatus eſt.** Eſa.53.
Mouet tamẽ adhuc ꝙ duos gladios diſci/
puli ꝓtulerunt: ne forte vnũ noui: alteꝝ ve/
teris teſtamenti: quibus aduerſus diaboli
armamur inſidias. Deniq; dicit dominus:
**Sat eſt:** quaſi nihil deſit ei: quẽ vtriuſq;
teſtamenti doctrina munierit.

**De triſticia: dolore: tedio ⁊ ora/ tione chriſti.**

**Pater ſi poſſibile eſt: tranſfer a me calicem hunc.** Ca.XCIIII. Hęrent
plęriq; hoc loco qui triſticiã ſaluato
ris ad argumentum inolitę potius a princi
pio: q̃ꝫ ſuſceptę ad tempus infirmitatis in/
clinãt: ⁊ naturalis ſenſum cupiũt retorque/
re ſententię. Ego autẽ non ſolum excuſan/
dum nõ puto: ſed etiam nuſquã magis pie/
tatem eius maieſtatẽq; demiror. Min⁹ eñ
contulerat mihi: niſi meũ ſuſcepiſſet affec/
tum. Ergo ꝓ me doluit: qui ꝓ ſe nihil habu
it qḋ doleret: ⁊ ſequeſtrata delectatione di/
uinitatis ęternę: tędio meę infirmitatis affi
citur. Suſcepit eñ triſticiaꝫ meam vt mihi
ſuã lęticiam largiret̃: ⁊ veſtigijs noſtris de/
ſcendit vſq; ad mortis erumnã: vt nos ſuis
veſtigijs reuocaret ad vitã. Confidenter er
go triſticiã nomino: qꝛ crucẽ prędico. Neq;
eñ ſpecieꝫ incarnationis ſuſcepit: ſed veri/
tatẽ. Debuit ergo ⁊ dolorẽ ſuſcipere: vt vin
ceret triſticiam non excluderet. Neq; enim
habent fortitudinis laudem: qui ſtuporem



magis vulnerũ tulerint q̃ꝫ dolorem. Homo
eñ in plaga ⁊ ſciens inquit ferre infirmita/
tes: nos voluit erudire: vt quia in ioſeph di
diceramus carcerẽ nõ timere: mortẽ vince/
re diſceremus in chriſto: et qḋ eſt amplius
quẽadmodũ futurę mortis męſticiã vince/
remus. Quomõ eñ te imitaremur domine
ieſu: niſi ſequeremur vt hominẽ: niſi mortu
um crederem⁹: niſi vulnera vidiſſem⁹? Quẽ
admodũ diſcipuli crederent fuiſſe mortu/
rũ: niſi morituri triſticiã cõperiſſent? Sic ad
huc dormiunt: ⁊ neſciunt dolere ꝓ quibus
Eſa.53. chriſtus dolebat. Ita eñ legim⁹: Qui pec/
cata noſtra portat: ⁊ ꝓ nobis dolet. Doles
eñ domine: non tua ſed mea vulnera: non
tuam mortem: ſed noſtraꝫ infirmitatem: et
nos ęſtimauimus te eſſe in dolorib⁹: cuꝫ tu
nõ ꝓ te ſed ꝓ me dolores. Infirmatus eñ
es: ſed ꝓpter peccata noſtra: nõ quia illa ti/
bi infirmitas erat ex patre aſſumpta: ſed ꝓ
me ſuſcepta: quia mihi ꝓderat vt eruditio
pacis noſtrę eſſet in te: ⁊ liuore tuo vulnera
noſtra ſanares. Sed quid mirũ ſi ꝓ omnib⁹
doluit: qui ꝓ vno fleuit? Et q̇d mirũ ſi mo/
riturus ꝓ omnib⁹ tediat: qui lazarum reſuſ
citaturus illachrymat? Sed ⁊ ibi pię ſororis
lachrymis cõmouetur qꝛ mentẽ humanam
tangebant. Et hic alto operatur affectu: vt
quia ĩ carne ſua peccata noſtra perimebat:
meroreꝫ q̃ꝫ aię noſtrę ſuę aię merore abole/
ret. Et fortaſſe ideo triſtis eſt: quia poſt adę
lapſum tali tranſitu nobis erat ex hoc ſęcu/
Sap.1. lo recedendũ: vt mori eſſet neceſſe. De⁹ eñ
mortem nõ fecit: nec lętatur in ꝑditione vi/
uoꝝ: ⁊ ideo faſtidit qḋ ipſe nõ fecit. Deniq;
ait: **Trãſfer a me calicẽ iſtũ.** Quaſi ho
mo mortem recuſans: quaſi deus ſententiã
ſuam ſeruans. Oportet eñ mori nos ſęculo
vt reſurgamus deo: vt iuxta diuinã ſenten
tiam: lex maledictionis reſoluta: in terrę li/
mũ naturę fine ſoluatur. Qḋ autẽ ait: **Nõ mea volũtas ſꝫ tua fiat.** Suã ad hoieꝫ
retulit: patris ad diuinitateꝫ. Volũtas eñ
hominis tẽporalis: volũtas diuinitatis ęter
na. Non alia volũtas patris: alia filij. Vna
enim volũtas: vbi vna diuinitas. Diſce ta/
men deo eſſe ſubiect⁹: vt nõ quod ipſe vis
eligas: ſed qḋ deo ſcias eſſe placiturũ. De/
inde verborum ipſorũ ꝓprietatẽ conſidere/
mus. **Triſtis eſt (inquit) anima mea.**
Et alibi: Nunc anima mea turbata eſt ual
de. Non ergo ſuſcipiens: ſed ſuſcepta tur/
batur. Anima eñ obnoxia paſſionib⁹: diui
nitas libera. Deniq;: Spiritus promptus:
caro autem infirma. Triſtis autẽ eſt nõ ip/
ſe: ſed anima. Nõ eſt triſtis ſapientia: nõ di
uina ſubſtantia: ſed anima. Suſcepit enim
animã meã: ſuſcepit corpus meũ. Non me
fefellit vt aliud eſſet: ⁊ aliud videretur. Tri
ſtis videbatur ⁊ triſtis erat: nõ ꝓ ſua paſſi/
one: ſed pro noſtra diſperſione. Deniq; ait:
Percutiã paſtorem & diſpergentur oues
gregis. Triſtis erat: quia nos paruulos re/
linquebat. Cęterũ q̃ꝫ cõſtanter ſe morti ob/
tulerit: cõſequentia declarant. Quãdoqui/
dem quęrẽtibus occurrit: turbatos cõfirma
uit: trepidos ꝓuocauit. Proditorem oſculi
dignatione ſuſcepit. Nec illud diſtat a ve/
ro: ſi triſtis erat ꝓ perſecutorib⁹ ſuis quos
ſciebat immanis ſacrilegij pęnas daturos:
Et ideo dixit: Tranſfer hunc calicem a me.
Non quia deus dei filius morteꝫ timebat:
ſed quia nec malos ꝓ ſe perire volebat. De/
niq; ait: Pater ne ſtatuas illis hoc pecca/
tuꝫ: ne exitialis eſſet populo paſſio ſua quę
eſſet omnib⁹ ſalutaris.

**De iudę oſculo: ⁊ chriſti traditi/ one: comprehẽſione: ac ligatione: petriq; ꝑcuſſione.**

**Iuda oſculo filium hominis tradis?** Ca.XCV. Magna diuinę ſignifi
catio poteſtatis: magna diſciplina
virtutis. Et conſiliũ ꝓditionis aperitur: et
adhuc patientia nõ negatur. Oſtendiſti do
mine quẽ ꝓderet dum occulta manifeſtas.
Oſtendiſti etiã quem traderet: dũ dicis: fi/
lium hominis: quia caro nõ diuinitas com
prehendit̃. Illud tamẽ plus confutat ingra
tum: ꝙ eum tradiderit: qui cũ eſſet dei filius
ꝓpter nos tamẽ filius hominis eſſe voluiſ/
ſet. Quaſi dicat: ꝓpter te ſuſcepi ingrate ꝙ
tradis. In hypocriſin ergo ꝑ interrogatio/
nem ꝓnunciandũ puto: quaſi amantis af/
fectu corripiat ꝓditorẽ: Iuda oſculo filium
hominis tradis? hoc ẽ: amoris pignore vul
nus infligis: ⁊ charitatis officio ſanguineꝫ
fundis: ⁊ pacis inſtrumento mortem irro/
gas? Seruus dominũ: diſcipulus ꝓdis ma Prouer.27.
giſtrum: electus auctorẽ: hoc eſt illud: Vti/
lia vulnera amici q̃ꝫ voluntaria oſcula ini/
mici. Proditori hoc. Pacifico vero quid di
citur? Oſculetur me ab oſculo oris ſui. **Et** Cant.1.
**oſculat⁹ eſt.** Nõ q̇ ſimulare nos doceat:
ſed vt ne ꝓditionem refugere videretur: et

plus afficeret ꝓditorem: cui amoris officia
Pſ.119. nõ negaret: quia ſcriptũ eſt: Cum odienti/
bus pacem erã pacificus. **Et ſigno da
to (inquit) ab his qui cum fuſtibus
venerant cõprehenditur.** Sed do/
minũ omniũ myſteria nõ arma tenuerunt.
Deniq; locutus eſt: Et ceciderunt retrorſũ.
Quo mihi legiones angelorum? Quo cęle
ſtẽ exercitũ? Vox domini ſola plus terret.
Hanc ille ad demonſtrandũ diuinę maieſta
tis indicium: qui in pectore chriſti recumbe
bat elegit. Volenti ergo iniicit manus tur/
ba: nectuntur vincula. O amẽtes: o ꝑfidi:
non ſic cõprehendit̃ ſapientia: nec ſic tenet̃
iuſticia. Nec diſcipulorũ ſtudia defuerunt.
Deniq; petr⁹ eruditus in lege: ꝓmptus af/
fectu: qui ſciret phineę reputatũ ad iuſticiã
ꝙ ſacrilegos ꝑemiſſet: ꝑcuſſit principis ſer/
uum. Sed domin⁹ vulnera cruẽta detorſit:
myſteria diuina ſubiecit: vt ſeru⁹ principis
mundi: hoc eſt: nõ naturę cõditione ſed cul
pę: ſęculariũ famulus poteſtatuʒ: auris ſuę
vulnus exciperet: q̃ nõ audiſſet verba ſapi
Iob.8. entię. Omnis deniq; qui facit peccatũ: ſer/
Eſa.50. uus eſt peccati. Peccatis inquit veſtris vẽ/
diti eſtis. Venditio ꝓpter peccata noſtra:
ꝓpter bonitatẽ autẽ dei redemptio pecca/
torum. Aut ſi petrus volens ꝑcuſſit aureʒ:
docuit ꝙ aurem habere in ſpecie nõ debe/
rent: quã in myſterio nõ haberent. Sed bo
nus domin⁹ ꝛ ipſi refundit auditũ: ſm pro/
phetica dicta: demõſtrans ꝛ ipſos ſi cõuer/
tantur poſſe ſanari: qui in paſſione dñi vul
nerati ſunt: eo ꝙ omne peccatũ fidei myſte/
rijs abluatur. Tollit ergo petr⁹ aurẽ. Qua/
re petrus? Quia ipſe eſt qui accepit claues
regni cęlorum. Ille eñ cõdemnat qui ꝛ ab/
ſoluit: quoniã ligandi idem ꝛ ſoluendi ade/
ptus eſt ptãtẽ. Tollit aũt aurẽ male audiẽ/
tis: tollit autẽ gladio ſpiritali aurem interi/
orem male intelligentis. Caueamus ne cui
tollat̃ auricula. Legitur paſſio dñi: ſi ad di/
uinitatẽ eius referimus infirmitatẽ corpo/
rę paſſionis: excidet̃ auricula: ꝛ exciditur a
petro: qui nõ paſſus eſt chriſtũ ꝓphetã ęſti
mari: ſed dei filium docuit fideli cõfeſſione
ſignari. Ergo cum legimus teneri ieſum: ca
ueamus ne ab aliquo audiamus ꝛ putem⁹
eum ſm diuinitatẽ teneri. Teneri inuitum:
teneri quaſi infirmũ. Tenetur quidem: ꝛ vt
dixit iohãnes: ligatur ſm corporis veritatẽ.
Sʒ vę illis q̃ ligãt verbũ. Verbũ eñ ligãt:

qui tantũmodo chriſtũ hominẽ putant: li/
gant qui pręſciũ nõ putant: qui omnipotẽ/
tem nõ cõfitentur. Mala vincula iudęoruʒ
quibus nõ chriſtum ligant: ſed ſeipſos alli/
gant. Ligatur autẽ in domo nõ pij alicui⁹
ꝛ iuſti: ſed in domo caiphę: hoc eſt: in impia
domo: vbi etiã moriturus ꝓ omnib⁹ ꝓphe
tat̃. Q̃ amẽtes igit̃ qui bñficia diuina cõfi/
tentur: ꝛ beneficiorũ auctorẽ perſequũtur.
Ideo aurẽ perdunt: quia ꝑdiderunt audit⁹
ꝓfectũ. Auditũ multi nõ habent: q̃ habẽ ſe
credunt. In eccleſia omnes habẽt: extra ec/
cleſiam nõ habent. Aut fortaſſe ideo aureʒ
tulit: ne amplius delinquerent audientes:
qui audita ſeruare nõ poſſent. Sic ꝛ aliquã
do cõfudit deus linguas extruentiũ turreʒ
ne ſe audirent: ꝛ opus ſuę impietatis auge/
rent. Cõprehende ſi potes: quomõ ad dex/
terę ſaluatoris attactũ fugiat dolor: ꝛ vul/
nera nõ medicamento aſperſa: ſed tactu ob
ducta ſanẽtur. Operatorem ſuũ limus ag/
noſcit: ꝛ operatricẽ ſuam domini manũ ſe/
quitur caro. Quomõ vult eñ opus ſuũ cre
ator inſtaurat. Sic ꝛ alibi cęco illi: viſus lu/
to ſupra oculos illito quaſi in naturam re/
dierit: reformat̃. Iubere potuit: ſed operari
maluit: vt cognoſcamus ipſum eſſe qui e li/
mo terrę corporis mẽbra noſtri varijs apta
formauit officijs: ꝛ infuſo vigore mẽtis ani
mauit. Venerũt ergo ꝛ cõprehenderũt eũ:
grauius perituri ſtudij ſui fructu: nec intel/
lexerũt infęlices myſteriũ: nec venerati ſũt
tam clementẽ pietatis affectum: ꝙ etiã ho/
ſtes ſuos non paſſus eſt vulnerari. Illi iu/
ſto mortem inferebant: perſecutorũ vulne/
ra iſte ſanabat.

## De petri ꝓditione per ancillam ꝛ eius negatione.

**Petrus vero ſequebatur a lõ/ ge.** Ca.XCI
Et bene a longe ſequebatur
iam ꝓximus negaturo. Neq; enim
negare potuiſſet: ſi chriſto ꝓximus adhęſiſ/
ſet. Sed fortaſſe ꝛ in hoc nobis maxima ſit
admiratione reuerẽdus: ꝙ dominũ non re/
liquit etiã cũ timeret. Metus naturę eſt: cu
ra pietatis. Alienum qꝺ timet: ſuũ qꝺ non
fugit. Qꝺ ſequitur deuotiõis: qꝺ negat ob
reptionis. Cõmune qꝺ labitur: fidei qꝺ pę/
nitet. **Iam in domo principis ſa/
cerdotũ ignis ardebat. Acceſſit pe
tr⁹ vt calefaceret ſe.** Quia clauſo dño
calor mentis etiaʒ in ipſo refrixerat. Quid



ſibi vult ꝙ prima eum ꝓdit ancilla: cum vi/
ri vtiq; magis euʒ potuerint recognoſcere:
niſi vt ꝛ iſte ſexus peccaſſe in neceʒ domini
videret̃: vt ꝛ iſte ſexus redimeret̃ ꝑ dñi paſ/
ſionẽ? Et ideo mulier reſurrectionis accepit
prima myſteriũ: ꝛ mãdata cuſtodit: vt ꝛ ve/
terẽ p̃uaricationis aboleret errorẽ. Petrus
ergo ꝓditus negat. Ponamus eñ negaſſe
petrũ: quia dixit dñs: Ter me negabis. Et
malo negaſſe petrum: q̃ dominũ fefelliſſe.
Quid negauit? Qꝺ ꝓmiſit incaute. Deuo/
tionẽ cõſiderauit: nõ reſpexit conditioneʒ:
multatus q̃ dixit ſe animã ponere: qꝺ non
humanę infirmitatis ſed diuinę eſt poteſta
tis. Cum tam grauẽ imprudẽtis ſermonis
multã luerit: quãta eſt pęna ꝑfidię? Vbi ta
men negat petr⁹? Nõ in monte: nõ in tem/
plo: nõ in ſua domo: ſed in p̃torio iudęorũ:
in domo principis ſacerdotum. Ibi negat:
vbi veritas nõ eſt. Ibi negat: vbi chriſt⁹ ca/
ptus: vbi chriſtus ligatus eſt. Quomõ eñ
non erraret: quẽ intromiſit oſtiaria: ꝛ inter/
rogauit oſtiaria: ꝛ oſtiaria iudęorum? Ma/
le eua induxit adam: male petrũ introdux/
xit fęmina. Sed ille in paradiſo labitur vbi
non veniabilis culpa: hic in p̃torio iudęorũ
vbi difficilis innocẽtia. Illi interdictus lap
ſus: huic p̃dictus error. Ille cõmiſſus huic
p̃iudicauit: hic illum reſoluit. Cõſideremus
etiã quo in ſtatu neget. **Frigus (inquit)
erat.** Si tẽpus conſideremus: frigus eſſe
nõ poterat. Sed frigus erat vbi ieſus nõ ag
noſcebat̃: vbi nõ erat qui lucẽ videret: vbi
negabat̃ ignis ꝯſũmens. Frigus ergo erat
mentis: non corporis. Deniq; ad carbones
ſtabat petr⁹: q̃ algebat affectu. Mala flã/
ma iudaica vrit nõ calefacit. Malus focus
qui quondã etiã ſanctorũ mẽtibus fuliginẽ
erroris aſpergit: iuxta quẽ etiã petri interio
res oculi caligarũt. Illi oculi ñ carnis ꝛ ſan
guinis: ſed oculi mentis quib⁹ chriſtũ vide/
bat. Dicet aliquis: Tu iudęorũ etiã elemen
ta cõdemnas? Nõ cõdemno clemẽta: quia
nõ ſunt iudęoruʒ elementa ſed chriſti. Sed
alia eſt quã cõdemno flamma ꝑfidię. Hanc
flammã cõdemno iudęorũ: diuina ſecutus
Hiere.6. oracula. Dicit eñ dñs: Argentũ veſtrũ re/
probũ eſt. Si argentũ reprobũ eſt iudęorũ:
ꝛ focus reprobus iudęorũ eſt. Deniq; foco
ꝛ auro iudęorũ caput vituli figuratum eſt:
hoc eſt: ſacrilegij principat⁹. Sed videam⁹
negãdi tenorẽ: quẽ inter euãgeliſtas video

eſſe diuerſuʒ. Ita nouũ fuit petrũ potuiſſe
peccare: vt peccatũ ei⁹ nec ab euãgeliſt̃ po
tuerit cõprehendi. Itaq; petrũ ꝓdenti an/
cillę ꝙ ex illis eſſet qui cũ ieſu galileo erant:
prima voce mattheus poſuit reſpondiſſe:
Neſcio quid dicas. Hoc etiã marcus qui ſe/ Matth.26.
cutus eſt petrũ: ꝛ ex ipſo potuit verius cog
noſcere: prima vox negãtis eſt petri: qua ta
mẽ nõ negare dñm: ſed a ꝓditione ſe ſepa/
raſſe mulieris videt̃. Quid tamẽ negauerit
cõſidera. Ex illis vtiq; ſe eſſe qui cũ ieſu ga
lileo erãt. Vel vt marc⁹ poſuit: Cũ ieſu na/ Marci.14.
zareno. Nũquid negauit cũ dei fuiſſe ſe fi/
lio? Hoc ẽ dicere: Neſcio galileũ: neſcio na/
zarenũ: quẽ dei filiũ noui. Habeant hoĩes
locorũ vocabula: dei filiũ patria nõ poteſt
nũcupare: cui⁹ maieſtatẽ loc⁹ nullus inclu/
dit. Et vt ſcias hoc verũ eſſe: etiã exemplo
ꝓbatur. Nã alibi cũ interrogaret dñs diſci
pulos: Quẽ dicũt eſſe hoĩes filiũ hominis:
alij heliã: alij hieremiã dixerunt: aut vnum
de ꝓphetis: Petrus aũt ait: Tu es chriſt⁹ Matth.16.
filius dei viui. Nũquid ꝛ ibi negauit: quia
chriſtũ nõ hominis filiũ ſed dei maluit cõfi/
teri? Certe quid hic putamus ambiguũ: qꝺ
etiã chriſt⁹ ꝓbauit? Et aliud accipe. Inter/
rogat⁹ petrus: Et tu ex illis es qui cuʒ ieſu
galileo erant: verbũ ęternitatis refugit: nõ
eñ erant qui eſſe cęperũt: hoc eſt dicere: ille
ſolus erat qui in principio erat. Deniq; ait:
Non ſum ego. Illius eſt eñ eſſe: qui ſemꝑ
eſt. Vnde ꝛ moyſes ait: Qui eſt miſit me. Exo.3.
Rurſus cũ vrgeret̃ vt ex illis eſſet: ſm mar/
cũ negauit: vt ſcias euangeliſtã veritati q̃
gratię plus dediſſe. Sed tamẽ negauit ex il
lis ſe eſſe: nõ chriſtum negauit. Negauerat
hominum cõſortia: non dei gratiaʒ. Nega/
uerat ex illis ſe eſſe qui cum galileo erant:
non negauit cum dei filio. Deniq; ſm mat/
thęum proditus ꝙ cum ieſu nazareno fuiſ/
ſet ait: Neſcio hominem. Hoc idẽ ꝛ in ter/
tia voce: vterq; de quib⁹ ꝓpoſuimus euan/
geliſtę cum iuramẽto eũ reſpondiſſe poſue
runt: quia neſciret hominẽ. Et bene nega/
uit hominẽ: quẽ ſciebat deum. Deniq; vbi
iuſiurandũ eſt: cauta reſponſio eſt. Nam et
ſi negauit petrus: nõ tamen ꝑiurauit: quia
nec deũ periuraturũ eſſe memorauerat. Q̃
ſi in petro dubiũ eſt: q̃ periculoſum eſt iuſ/
iurandũ? Iohãnes aũt ſic poſuit: qm̃ inter
rogatus ab ancilla petr⁹: vtrũ ex diſcipulis
eſſet illi⁹ hominis: prima voce reſponderit:

Non sum. Nō enī erat hominis aplus: qui erat christi. Deniq₃ ꝛ paulus hoīs aplum se
Gal.1. esse negauit dicens: Paulus aplus non ab hominibꝰ neq₃ ꝑ hoīem sed ꝑ iesum christū ꝛ deum patrē. Sed ne videret ambiguū aliquid incarnatiōis afferre: subiecit: Qui suscitauit cū a mortuis: vt ꝛ hominē credas: cū deū ante credideris. Qđ alibi quoq₃ eodem tenore custodit: vbi dicit:
ſuauitate ſui: celeſtis vſus muneris. Nā qs
martyriū nō eligeret ſi libēter mori poſſet?
Ergo τ petr⁹ videt̄ nolle: ſed parat vincere.
Et quid mirū ſi petr⁹ nolit: cum dn̄s dicat:
Pat̄ ſi fieri pōt transfer a me calicē hūc: ve/
rūtamē nō mea volūtas ſ tua fiat? Deniqꝫ
poſt tēptationē ꝑſumptiōis ſuę petr⁹ iā nō
audet volūtatis ꝑſeuerantiā polliceri: ſ qſi
ad ſolatiū ſui: cōſortiū querit alterius. Tot
igit̄ adducti virtutis exēplis: petrū credim⁹
nō potuiſſe dubitare. Iohannē ꝗ̄ credidiſ/
ſe manifeſtū eſt: dū ſaluatorē videret: ꝗ̄ iaꝫ
tūc credidit poſteaqꝫ vacuū corporis vidit
ſepulchrū. Cū ꝗ̄ lucas inducit fuiſſe turba/
tos: primo omniū qꝫ paucoꝝ opinione ſen/
tentiaꝫ maioris partis induxit. Deinde qꝫ
etſi petr⁹ de reſurrectione crediderat: turba
ri tñ̄ potuit cū videret qꝫ ſe dn̄s cuꝫ corpore
in ea que veſtibulis obſeratis et obſtructis
erant ſepta parietib⁹ improuiſus infunde/
ret. Lucas vero hiſtorice ſingula ꝓſecut⁹ ē.
Ille finē expectauit: hic ſeriē. Nā vtiqꝫ dicē
do: Tūc aperuit illis ſenſum vt intelligerēt
ea ꝗ̄ ſcripta ſunt: etiā ipſe diſcipulos credi/
diſſe ꝓfitet̄. Spiritū aūt ſanctū vel illis vn
decim quaſi ꝑfectiorib⁹ inſufflauit: et reliqs
poſtea tribuendū eſſe ꝓmittit: vel hiſdē ibi
inſufflauit: hic ſpōdet. Nec videt̄ eſſe ꝯtra/
Cor.12. riū: cū diuiſiones gratiarū ſint. Alij eñ̄ dat̄
ſermo ſapiētię: alij aūt ſermo ſciētię ſm̄ eun
dē ſpiritū: alteri fides in eodē ſpiritu: alteri
gratia curationū: alij genera linguaꝝ. Er/
go aliā inſufflauit ibi operationē: hic aliaꝫ
pollicet̄. Ibi eñ̄ remittendoꝝ gratia tribu/
ta eſt peccatoꝝ: qd eſſe videt̄ anguſti⁹: τ iō
inſufflat̄ a chriſto: vt credas ſpiritū chriſti:
ꝺ.5. τ credas de deo ſpiritū. De⁹ eñ̄ ſolus pctā
dimittit. Lucas aūt linguarū gratiā deſcri/
pſit effuſaꝫ. Deniqꝫ ibi habes: Accipite ſpi/ Ioh.20.
ritūſanctū: quoꝝ remiſeritis peccata remiſ/
ſa erunt. At vero in actib⁹ apl̄oꝝ ſic habes:
Et repleti ſunt oēs ſpūſancto: τ ceperūt lo/ Act.2.
qui varijs linguis: quō ſpūs dabat loq his.
Diuerſitas aūt viſionū: frequētiā famulan
tiū ſignificat angeloꝝ: iuxta qd dn̄s ipſe ꝓ/
miſerat dicens: Et videbitis angelos deſcē/ Ioh.1.
dentes τ aſcēdētes ad filiū hoīs. Atqꝫ vti/
nā cū euāgelij fine: noſter ꝗ̄ ſermo claudat/
tur: Cur ſm̄ mattheū τ marcū mādat diſci/
pulis: Precedā vos in galileā: ibi me vide/
bitis: ſm̄ lucā vero τ iohannē etiā intra cō/
clauē obtulit ſe videndū? Et quidē qꝫ ſe vi/
dendū frequēter obtulerit: τ pluſqꝫ quingē/ 1.Cor.15.
tis fratrib⁹ τ petro τ iacobo: etiā apl̄i cōpro
bauim⁹ teſtimonio. Et lucas in actib⁹ apl̄o/ Act.1.
rum docuit: qꝫ diſcipulis manifeſtauerit ſe
viuere poſt paſſionē ſuā in multis argumē
tis apparens his: τ diſputans de regno dei.
Ergo qꝫ ſepi⁹ τ diuerſis apparuit: cū in gali/
lea qꝫ ſit viſus nequaquā ꝑſcriptū ac defi/
nitū tēpus ſcptura ſignauerit: in hierl'm qñ
ſe obtulerit τ diē τ horā expſſerit: timidio/
res intra ꝯclauē viſitant̄: fortiores ad mon/
tē ꝯuenerint. Deniqꝫ itra ꝯclauē oſtijs clau
ſis inducit iohānes diſcipulos cōgregatos
ꝓpter metū iudeoꝝ: quos nō vndecim lu/
cas ſed plures ſcripſit fuiſſe. Iſtos aūt mat
theus vndecim ſolos in galilea ꝯueniſſe nō
ſiluit. Deniqꝫ ſic habes: Vndecim aūt di/ Matth.28.
ſcipuli abierūt in galileā in montē ubi cō/
ſtituerat illis ieſus: & uidētes eū adoraue
runt: quidā autē dubitauerunt: Quib⁹ do
cēdi τ baptizādi tribuit ꝑtātem. Vndecim
ꝗ̄ diſcūbentib⁹ diſcipulis: τ marcus in fine
appuiſſe ſcribit: qn̄ ſimiliter ꝑdicandi his
ꝑ totū orbem mandat officiū. Vnde hoc cō
ueniētius arbitror: qꝫ dn̄s quidē mandaue/
rit diſcipulis vt in galilea ſe viderent: ſed il
lis metu intra cōclauē reſidentib⁹ primo ſe
obtuliſſe: poſtea vero cōfirmat̄ animis vn
decim illos galileā petiſſe. Vel certe hoc ꝗ̄
diligētius ſcriptoribus placuiſſe reperio: ni
hil obſtat ſi dicamus pauciores intra cōcla/
uem: in monte cōplures fuiſſe.

Expoſitionis ſancti Ambroſij in euange
liū ſm̄ lucam liber decimus explicit.

# Ambroſius ſuper epiſtolas pauli

## Diſertiſſimi doctoris eccleſię ſan⸗ cti Ambroſij epi i expoſitione eplę pauli ad Romanos prefatio icipit

P Rincipia rerum requirēda
ſunt: vt noticia earū poſſit
haberi. Tunc demū eni fa⸗
cilius poterit cauſę rō decla
rari: ſi eius origo diſcatur.
Si ergo epiſtolę datę mo⸗
dū oſtenderimus: poteſt verū videri qđ di⸗
cimus. Conſtat tēporibus apoſtolorū iudę⸗
os ꝓpter qđ ſub regno romano agerent: ro
mę habitaſſe: ex quibus hi qui crediderunt
tradiderunt romanis vt chriſtū ꝓfitētes: le⸗
gem ſeruarent. Quia romani audita fama
virtutū chriſti: facileſ ad credendū fuerunt:
vtpote prudentes. Nec immerito prudēteſ
qui male inducti: ſtatim ſe correxerūt ⁊ mā⸗
ſerunt in eo. Iſti igiť ex iudęis credentes et
improbe ſentientes de chriſto: legeʒ ſeruan
dā dicebāt: quaſi nō eſſet in chriſto ſalꝰ ple⸗
na. Ideo negat illos ſpiritalē gratiā cōſecu
tos. Hi ſūt q̄ ⁊ galatas ſubuerterūt: vt a tra
ditiōe apl'i recedētes iudaiʒarent. Quibus
ideo iraſciť: qꝛ docti bene: facile fuerunt tra
ducti: Romanis autē iraſci non debuit: ſed
⁊ laudare fidem illorū: quia nulla virtutum
videntes inſignia: ſuſceperunt fideʒ chriſti
quāuis corrupto ſenſu. Nō enim audierūt
myſteriū crucis chriſti: ꝓpterea quibuſdam
de iudęa in vrbē romā aduenientibꝰ: ſicut ⁊
aquila ⁊ priſcilla qui recte ſentirēt: de eden⸗
da carne ⁊ non edenda queſtiones fiebant.
Igiť quattuor modis ſcribit romaniſ: argu
ens ab initio genus hominū: parti phyſica
ratiōe: partim per legē. Hi eñ caput ſūt om
nium gentiū: vt in his diſcāt. Primus mo⸗
dus eſt: quo ſe oſtendit quid ſit: ⁊ cuius ſit:
⁊ quid fuerit prius: quo ⁊ hereſes percutit.
Secunduſ modus eſt: quo arguit ꝙ naturę
ratione nō ſe ſubiecerint vni deo: ⁊ quę in⸗
hōeſta ⁊ turpia egerint: deſpecti ob hͦ a deo:
vt gratulētur credētes. Tertiuſ modus eſt:
ꝙ legem dataʒ ſpreuerunt: vnde anteponit
gręcis iudęos. Quartus modus ē: quo do⸗
cet iudęos exorbitaſſe a lege ⁊ ꝓphetis: in
cauſa chriſti ſimiles factos gentibus: vtriq̄ʒ
indigeant miſericordia dei: nō per legē ſpe⸗
rando ſalutē: ſed per fideʒ chriſti ieſu. Hinc
eſt vnde omni induſtria id agit: vt a lege
eos tollat: qꝛ lex ⁊ ꝓphetę vſq̄ʒ ad iohannē:
⁊ in ſola illos fide chriſti cōſtituat: quaſi cō⸗
tra legē euāgeliū vincat: non deſtruēs legē
ſed preferēs chriſtianiſmū. Oſtēdit enim ſic
ꝓmiſſū xp̄o: vt adueniente illo lex ceſſaret.
Non tota qꝛ abbreuiatio facta legis ē: quę
cōpendio daret ſalutē. Multa eni veteribꝰ
tradita ſunt propter duriciā cordis illoruʒ:
vt oneri eēt q̄ miſericordia dei abbreuiauit:
ꝑ chriſtū data p̄teritorū remiſſione. Ingra⸗
tus ē eni miſericordię dei qui vult eē ſub le⸗
ge. Nam dixerat moyſes: Sic timentes fa⸗
cietis filios iſrael: vt quacūq̄ʒ ſe verterēt: le
gē haberent: vt ſine ſollicitudine oīno non
eēnt. Ut ergo in chriſto ſine lege ſpem vitę
ſalutiſq̄ʒ ponēdā tradat: ⁊ ipſum eſſe domi⸗
nū omnium doceat: ſic incipit.

## Explicit prefatio ſancti ambroſij. Incipit expoſitio eiuſdē in epiſtolā ad romanos. Capitulum primū.

P Aulus ſeruus ie⸗
ſu chriſti. Apđ veteres no⸗
ſtros ratiōe noīa cōponebā⸗
tur: vt iſaac propter riſum: ⁊
iacob propter calcaneuʒ: ita
⁊ iſte propť iquietudinē ſaulus ē nūcupatꝰ. In ātiq̄s ⁊ emē datis exemplaribꝰ diſtīguūť capl'a iuxta veterē ptitiōeʒ: q̄rū ānotatio ad illorū imitatiōnē ī marginibꝰ huiꝰ operis eſt appoſita
Poſtq̄ʒ aūt credidit: ex ſaulo paulum ſe di⸗
cit: hoc eſt: imutatuʒ. Et qꝛ ſaulus ſecundū
ſupradictū ſenſū: inq̄etudo ſeu tēptatio in⸗ Capl'm primum
terp̄tať: hic cū ad fidē chriſti acceſſit: paulū
ſe dicit: id eſt: quaſi ex tēptatore factū quie⸗
tū: humilēq̄ʒ vel paruulū: ⁊ quia pax ē fideſ
noſtra. Cū prius eñ tēptationes ex inquie⸗
tudine iudaiſmi dei ſeruis inferret: poſt ipē
tēptationes paſſus eſt: ꝓpter ſpem quā an⸗
te amore iudaiſmi negaret. Seruū autē ie⸗
ſu chriſti ſe profitēs: a lege ſe exutū oſtēdit.
et ideo vtrūq̄ʒ poſuit: id eſt ieſu chriſti: quia
in vtroq̄ʒ ē dñs: ſicut ⁊ petrus apl's teſtatur
dicēs: Hic ē omniū dñs. Quia ergo ⁊ domi
nus electꝰ ē: Et ſicut dauid dicit: Quia do⸗
minus ipſe ē: qđ hereſes negāt. Marcioni
eni videtur odio legis: chriſtum ⁊ corpus ei
negare: ieſum profiteri: Iudęis autē ⁊ foti⸗
no propter ʒeluʒ legis: ieſum negare ꝙ deꝰ
ſit. Nā quotienſcūq̄ʒ aut ieſū dicit aut chri⸗
ſtum: aliq̄n deum: aliq̄n hominē ſignificat.
Sicut hoc loco inter cętera: Et vnꝰ inq̄t do 1. Corſ. 8.
minus ieſus: ꝑ quē omnia: qđ vtiq̄ʒ ad dei
filiū ꝑtinet: iuxta qđ deꝰ ē. Et alio loco: Ie⸗ Luc. 2.
ſus autē inquit ꝓficiebat ętate ⁊ ſapientia:
qđ vtiq̄ʒ homini cōpetit. Uocatus apo
ſtolus. Propter qđ deū cognouit ⁊ fateť

factus idoneus ſeruus: ꝓmotum ſe oſten
dit dicẽs: Vocatus apoſtolus: hoc ē a dño
miſſus ad res eius agendas. Per qd̓ oſten
dit hunc meritū habere apud deuꝫ: qui ſer-
Matth.12. uit nō legi ſ chriſto. Dominus eſt eni filius
hois etiā ſabbati. **Segregatus i euā-
gelium dei.** Euangeliū dei: eſt bonū nun
ciū: quo peccatores ad indulgentiā cōuo-
cantur. Apoſtolus aūt qm̄ in iudaiſmo lo-
cū doctoris habebat: vtpote phariſeꝰ: ideo
a iudaiſmi pḙdicatiōe ſegregatū ſe dicit in
euāgeliū dei: vt a lege diſſimulans chriſtuꝫ
p̄dicaret: qui quod lex nō potuit: credētes
in ſe iuſtificaret: ſed nō cōtra legē ſed ꝓ lege
eſt. Ipſa eni hoc dicit futurū: dicente eſaia
ꝓpheta: Veniet ex ſyon q̄ eripiat ⁊ auer-
tat captiuitatē ab iacob: ⁊ hoc illis a me te-
ſtamentū cū abſtulero peccata eoꝝ. **Qd
ante promiſerat.** Vt probet ratā ⁊ inte-
grā fidei ſpem eē in chriſto: iam priꝰ euāge-
lium eius dicit a deo promiſſū: vt ex eo ido-
neū illū ſponſorē vitḙ doceret: priuſq̄ veni
ret teſtimoniū eiꝰ datū oſtēdit: paria teſtan
Act.4. te petro apl̓o. Nec eni aliud datuꝫ ē inquit
nomē ſub cḙlo in quo oporteat ſaluos fieri.
**Per prophetas ſuos.** Vt māifeſtiꝰ
ſalutarem eē aduentum chriſti ſignificaret:
etiā perſonas ꝑ quas ꝓmiſſionē ſignauerit
demonſtrauit: vt q̄ꝫ vera ⁊ magnifica ſit ꝓ-
miſſio ex his videreť. Nemo eni rē vilē ma-
gnis ꝑcurſorībꝰ nūciat. **In ſcripturis
ſanctis.** Hoc ad cumulū verḙ ꝓteſtatiōis
adiecit: vt maiorē fiduciā credētibꝰ faceret
⁊ legē cōmendaret. Sanctḙ eñ ſūt ſcripturḙ
quḙ vitia damnāt: ⁊ ſacramētū illic vniꝰ dei
⁊ incarnationis cōtineť filij dei ꝓ ſalute hu
mana: teſtibꝰ ſignoruꝫ ꝓdigijs. **De filio
ſuo.** Dignū fuit: vt quia deꝰ filiū ſuū ꝓpri-
um mūdo ꝓmittebat: ꝑ claros viros illum
ꝓmitteret: vt ex his q̄ꝫ potentiſſimꝰ eſſet q̄
p̄dicabať poſſit ſciri: vt ſcripturis ſanctis
aduentū eiꝰ futuꝝ insereret: ⁊ vt falſuꝫ non
poſſet videri qd̓ a ſanctis p̄dicatū ē ſcriptu-
ris. **Qui factus ē ei ex ſemie dauid
ſecūdū carnē.** Euꝫ qui erat dei filiꝰ ſcd̓m
ſpiritū ſanctū: id ē ſcd̓m deū: q̄ deꝰ ſpūs ē:
⁊ ſine dubio ſanctꝰ ē: factū dicit iuxta carnē
dei filium ex ſemine dauid. Iuxta illud: Et
Joh.1. vbū caro factū ē: vt iā vnꝰ ſit dei ⁊ hois filiꝰ
xp̄s ieſus. Qui eñ ex ḙterno dei filius erat:
Ignorabať aūt a creatura: dū vult manife
ſtari ꝓ humana ſalute: viſibilis debuit ⁊ cor

poreus fieri: q̄ ⁊ cognoſci ſe voluit ꝑ virtu-
tē ⁊ hoiem pctīs abluere in carne morte de-
uicta. Et id̓ ex ſemine dauid fit: vt ſicut de
deo deꝰ ante ſḙcula natꝰ ē: ita ⁊ ſcd̓m carneꝫ
ex rege ortū regiū caperet: factꝰ ope ſpiritus
ſancti de virgine: hoc ē natꝰ: vt reuerētia ei
reſeruata: ex hoc vltra hoiem cognoſcereť: q̄
ab humanḙ legis natiuitate diſtaret: ſic̄ p̄di
Eſa.7. ctū fuerat ab eſaia propheta: Ecce virgo in
vtero cōcipiet ⁊c̄. vt cū nouū factū videreť
ac laude dignū: ꝓuidentia quadā dei circa
viſitationē hūani generꝪ futura dinoſcereť.
**Qui prḙdeſtinatus ē filius dei in
virtute ſecūdū ſpiritū ſanctificatio-
nis ex reſurrectiōe mortuoruꝫ: ieſu
chriſti dñi noſtri.** Filiū dei dicēs: patrē
ſignificauit deū. Addito aūt ſpū ſanctifica-
tionis: oſtendit myſteriū trinitatis. Hic ꝫ q̄
incarnatꝰ q̄d eēt latebat: tū c prḙdeſtinatus
ē ſcd̓m ſpiritū ſanctificationis: i virtute ma-
Pſ.84. nifeſtari filiꝰ dei cū reſurgit a mortuis: ſicut
ſcriptū eſt in pſal̓. lxxxiiij. Veritas de terra
orta ē. Ois eni ambiguitas ⁊ diffidentia re
ſurrectione eiꝰ calcata ē ⁊ cōpreſſa. Siq̄dem
adhuc in cruce poſitū centurio vidēs mag-
nalia: dei filiū ꝯfiteť. Nā ⁊ diſcipuli i morte
Luc.24. eiꝰ dubitauerīt dicēte cleopha i emauſ: Nos
putabamꝰ q̄ ipſe erat qui incipiebat libera
Joh.8. re iſrael. Ipſe eni dñs ait: Cū exaltaueritis
filiū hois: tunc cognoſcetis q̄ ipſe ego ſuꝫ.
Joh.12. Et iterū: Cū exaltatus fuero a terra oia tra
haꝫ ad me: id eſt tūc cognoſcar oim eē dñs.
Id̓ aūt nō dixit: ex reſurrectiōe ieſu chriſti:
ſed ex mortuoꝝ: q̄ reſurrectio chriſti gene-
ralē tribuit reſurrectionē. Hḙc eñ maior vi-
deť virtus in chriſto ⁊ victoria: vt ea ꝑtāte
opareť mortuꝰ q̄ opatꝰ fuerat et viuꝰ. Quo
facto apparuit illuſiſſe morteꝫ: vt redimeret
nos: vñ dñm nr̄m hunc vocat. **Per quē
accepimus gratiaꝫ ⁊ apoſtolatū ad
obediendū fidei in omnibus genti
bus pro noīe eius.** Poſt reſurrectionē
manifeſtatꝰ filius dei i virtute gratiā dedit
iuſtificans pctōres ⁊ apl̓os noiauit: quorū
ſe hic ſociū dicit: vt apl̓atus cū grā eēt doni
dei: nō ſicut iudḙoꝝ ſunt apl̓i. A deo ꝫ pr̄e
ꝑ chriſtū dñm hāc acceperunt ꝑtātē vt vice
dñi ſignis doctrinā dñicam acceptabilē fa-
cerent: vt virtutē quā in ſaluatore zelareť
pfidi iudḙi: hanc in ſeruis eius a turbis ad-
mirari videntes vehementiꝰ torquerentur.
Teſtis eñ doctrinḙ virtus ē: vt quia quod



prḙdicatur: incredibile mundo eſt: geſtis fie
ret credibile. Miſſos igiť apoſtolos vocat:
vt prḙdicarent fidem omnibus gentibꝰ: vt
obedirent ⁊ ſaluarenť: vt donum dei nō iaꝫ
ſolis iudḙis: verumetiam omnibus genti-
bus conceſſum videreť: et hanc eſſe dei vo-
luntatem: vt in chriſto ⁊ per chriſtum omni-
bus miſereatur: vicarijs eius prḙdicantibꝰ:
hoc eſt: pro nomine eius: ſicut alibi dicit:
2.Cor.5. Pro quo legatiōe fungimur. **In quibꝰ
eſtis et vos vocati ieſu chriſti.** Hoc
eſt: legatione nobis fungentibus in omni-
bus gentibus pro nomine ieſu chriſti: inter
quos eſtis ⁊ vos vocati: quia donū dei om
nibus miſſum eſt: vt cum audiūt ſe inter cḙ-
teros vocatos: ſcirent ſe ſub lege agere non
debere: quia ſine lege moyſi ſuſceperunt cḙ
terḙ gentes legem chriſti. **Omnibus
qui ſunt romḙ dilectis dei vocatis
ſanctis.** Quāuis romanis ſcribat: illis ta
men ſcribere ſe ſignificat qui i charitate dei
ſunt. Qui ſūt hi: niſi qui de dei filio recte ſē
tiunt? Iſti ſancti ſunt ⁊ vocati dicunť. Sub
lege enim agentes male intelligunt chriſtū:
⁊ iniuriam deo patri faciunt: cum an in chri
ſto perfecta ſpes ſalutis ſit: dubitant: ideo
ſancti nō ſunt: neq̄ꝫ vocati dicunť. **Gra-
tia vobis et pax a deo patre noſtro
et domino ieſu chriſto.** Gratiam ⁊ pa-
cem cum his dicit eſſe qui recte credūt. Gra
tia eſt: quia a peccatis abſoluti ſunt. Pax
vero: quia ex impijs reconciliati ſunť crea-
Luc.10. tori: ſicut dicit dominus: In quācunq̄ꝫ do-
mū introieritis ⁊ receperint vos: dicite pax
huic domui. Et vt ſine chriſto nullā eſſe pa-
cem ⁊ ſpeꝫ doceret: adiecit: grām ⁊ pacē: nō
ſolum a deo patre eſſe: ſed ⁊ a chriſto ieſu.
Deū patrem noſtrū dicit propter origineꝫ:
quia ab ipſo ſūt omnia: Chriſtum autē di-
cit: quia eius ſanguie redempti: facti ſumꝰ
filij dei.

Ca.II. P**Rimum quidem gratias ago
deo meo ꝑ ieſū chriſtū ꝓ om-
nibus vobis: quia fides veſtra an-
nunciatur in vniuerſo mundo.** Fini
ta prḙfatione: ante omnia gaudiuꝫ ſuū eſſe
teſtatur: vtpote gentiū apl̓s: ꝙ cuꝫ romani
regnent in mundo: ſubiecerint ſe fidei chri-
ſtianḙ: quḙ prudentibꝰ ſḙculi humilis ⁊ ſtul-
ta videtur. Cum ergo multa eſſent ex qui-
bus gauderet in romanis: Erāt eni doctri-
nḙ memorabiles ⁊ boni operis cupidi: ſtu-
dioſiq̄ꝫ magis agendi bene q̄ꝫ ſermonis: qd̓
non longe eſt a religione diuina: In hoc ta
men primū ſe gaudere dicit: quia fides illo-
rum in omni loco currebat: quāuis nō ſcd̓m
regulā ab auctoribꝰ traditḙ veritatis: tamē
quia qd̓ ab vno deo erat: interpoſito nomi
ne chriſti cḙperāt venerari: gratulať: ſciens
illos poſſe proficere. Per qd̓ etiā charitatē
ſuam circa illos oſtendit: quādo cōgaudet
bono cḙpto illoruꝫ: ⁊ hortať ad profectum.
Gratias ꝫ agere ſe dicit deo ſuo dumtaxat:
q̄ adhuc illorum nō erat plene: quia ex ipo
eſt omnis paternitas: ſed q̄ omnis diſpo-
ſitio ſalutis noſtrḙ a deo quidē: ſed per chri-
ſtum eſt: nō per legem neq̄ꝫ per aliquē pro-
phetam. Gratias qnidē ſe agere dicit deo:
ſ per chriſtū: quia fama fidei illorū erat ꝓ-
fectus multoꝝ: vt hoc ipſū ad dei prouidē-
tiam referat per chriſtum. Aut enim gaude
bant roborati qui crediderant cḙteri: q̄ vi-
debant principes ſuos factos chriſtianos.
Aut certe qui nō crediderant: poterāt crede
re horum exemplo. Facile eni facit inferior
qd̓ fieri viderit a priore. **Teſtis eni mi-
hi eſt deus cui ſeruio i ſpiritu meo:
in euangelio filij eius: ꝙ ſine inter-
miſſione memoria veſtri facio ſem-
per in orationibus meis.** Vt ſuade-
at charitateꝫ: deū teſtem dat cui ſeruit. Ad
quē ⁊ preceꝫ pro his facit: nō in lege ſeruiē-
do ſed in euāgelio filij eius: hoc eſt: nō in eo
qd̓ moyſes ſeruꝰ tradidit: ſ in eo qd̓ filiꝰ di-
lectiſſimus docuit: vt quātū diſtat ſeruus a
dño: tm̄ diſtet euangeliū a lege: non ꝙ mala
ſit lex: ſed q̄ melius ē euāgeliuꝫ. Deo itaq̄ꝫ
ſeruit in euāgelio filij eius: vt oſtēdat dei eē
volūtatē: vt credatur in chriſtū. Et ſeruio.
Quomō? In ſpiritu meo inquit: non in cir-
cūciſione manufacta: neq̄ꝫ in neomenijs et
ſabbato ⁊ diſcretione eſcarum: ſed in ſpiri- 2.Cor.3.
tu: id eſt in mente: q̄ deus ſpiritus ē: ſpiri-
tu vel animo potiꝰ debet illi ſeruiri. Cui eñ
animo ſeruiť: ex fide illi ſeruiť. Hḙc ⁊ domi-
nus fatus eſt ad ſamaritidem: putantē ꝙ in
monte adorari ſe deꝰ velit dicēs: Venit ho- Joh.4.
ra ⁊ nunc ē: ꝙ veri adoratores adorabūt pa
trē i ſpiritu ⁊ veritate. Eteni pater tales q̄-
rit qui adorēt eū. Spūs ē deꝰ. Adorātes ꝫ i
ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare: ⁊ nō lo-
cus oronē cōmendat: ſed deuotꝰ animus:
hoc ē in veritate adorare in ſpū deū ſpiritū
⁊ chriſtū vnū ex quo oia ⁊ vnū per quē oia.

Hos quęrit adoratores pater. Memorez ꝗ
ſe illoꝝ in orōnibꝰ ſuis flagitat: vt ſeminet
in illis charitatē. Facit eni illis deſiderium
ſui. Quis eni nō amet eū: quē audit memo
rē ſui eſſe? Si eni ab his qui miſſi nō erāt li
bēter acceperāt doctrinā ſub noīe xp̄i adul
teratis verbis: quātomagis ab eo quē ſci
rent eē apl'm: ⁊ cuius verba comitareꝛ vir
tus deſiderarēt audire? **Obſecrans ſi
quo modo tandē aliquādo proſpe
rū iter habeā in voluntate dei veni
endi ad vos.** Orationis ſuę ꝓ illis ſenſū
oſtendit. Deū eni ſe dicit petere vt veniret
ad vrbē: ad ꝑfectū illoꝝ cuz dei voluntate:
cuiꝰ ꝑdicat donū. Tunc eni profectꝰ adeſt:
ſi qđ agendū ē: cū dei volūtate agaꝛ. Orat
ꝗ vt quacunqȝ ex cauſa iā deꝛ occaſio: ꝗ ve
niret ad vrbē: qꝛ occupatꝰ erat alijs ꝑdican
do. Sic proſpeꝝ iter imputās ſi deo volen
te veniret: qꝛ ꝓuida ē dei volūtas. Proſpe
rū ꝗ iter ē nō incaſſū laborē itineris ſubire.
Hoc rogat vt deꝰ impleat vocando illos ad
ſuā gratiā. Auiditate animi loqꝛ. Deſide
rat eni illos: ſciens ⁊ illis ⁊ ſibi prodeſſe: ſic
alibi dicit: Qđ ē gaudiū noſtrum ⁊ corona:
nonne vos in aduentu dn̄i? Fructꝰ eni apl'i
ē vberior ſi lucreꝛ m'ltos. Pręterea qꝛ maiꝰ
gaudiū eſt ſi potētes mūdi ꝯuertenꝛ ad de
um: qꝛ quāto inimici graues ſunt: tāto ma
gis recōciliati neceſſarij. Volūtati itaqȝ eiꝰ
ſic occaſio data ē: vt coactus appellaret cęſa
rem: ⁊ dirigereꝛ ex alia cauſa ad vrbē romaꝫ
deo volente: vt impleret ꝓpoſitum volun
tatis ſuę. Deniqȝ i naufragio poſito aſtitit
Act.23. dn̄s dicēs: Noli timere paule. Sicē eni teſti
ficatus es de me hieroſolymis: ita ⁊ romę.
**Deſidero eni videre vos: vt grāz
ſpiritalem vobis adminiſtrē ad cō
firmandos vos.** Confirmatio hęc tres
ꝑſonas requirit: annuentis dei: miniſtrātis
apl'i: accipiētis populi. Nunc ꝗ deſiderij ſui
voluntatē oſtēdit: quo nā eſſet voto circa il
los. Cū eñ dicꝛ: Vt grāz ſpiritalē vobis mi
niſtrem: carnalē illos ſenſū aſſecutos ſigni
ficat: qꝛ ſub noīe xp̄i: nō illa ꝗ chriſtꝰ docue
rat fuerant aſſecuti: ſed ea ꝗ fuerāt a iudęis
tradita. Se autem cupere citiꝰ venire: vt ab
hac illos traditione abſtraheret: ⁊ ſpiritale
illis traderet donū: vt acquirat illos deo: ꝑ
ticipes illos faciens grę̄ ſpiritalis vt in pro
feſſione ⁊ fide ſua eſſent perfecti. Hinc daꝛ
intelligi ſuperiꝰ nō fidē illoꝝ laudaſſe: ſ; fa
cilitatē ⁊ votum circa xp̄m. Chriſtianos eñ
ſe ꝓfitentes: ſub lege agebāt ſimpliciꝛ: ſicut
illis fuerat traditū. Nā miſericordia dei ad
hoc data ē vt lex ceſſaret: qđ ſępe iā dixi: qꝛ
deꝰ cōſulens infirmitati humanę: ſola fide
addita legi naturali: hoīm genꝰ ſaluari de
creuit. Quid ē: vt cū ſcriptis illos corrigat:
⁊ a carnali ſenſu abſtrahat: ꝑſentiā ſuā ne
ceſſariā dicit: vt grāz illis ſpiritalē miniſtra
ret: cuz ꝗ ſcribit ſpiritalia ſint: niſi qꝛ aliter
dicta ad aliud ſolent rapi: ſicut ab hęreticis
fit? Ideo deſiderat vt ꝑſens doctrinā euan
gelicaꝫ ſenſu quo ſcribit his tradat: ne ſub
auctoritate lr̄aꝝ eius nō auferreꝛ error: ſ; fir
mareꝛ. Quippe cuz ꝑſens ꝗ verbis ſuadere
nō poterat: ſuaderet virtute vt magis illis
ꝓficiat additis. **Id eſt ſimul cōſolari
in vobis per eā quę inuicē eſt fideꝫ
veſtrā atqȝ meā.** Conſolari ſe dicit cum
illis: ſi apprehendant ſpiritalia: qꝛ ꝗuis con
gaudeat fidei illoꝝ: dolet tamē qꝛ nō rectā
accipiebant fideꝫ. Hoc affectu fuit apl's: vt
aliena vitia quaſi ſua doleret: ac ꝑ hoc cōſo
lemur inquit ꝑ vnā atqȝ eādē fidē: vt tūc cō
ſolatio vna ſit: ſi vniꝰ fidei efficerenꝛ i xp̄o:
vt adminiſtratio grę̄ ſpiritalis euāgelizātę
apoſtolo hunc pręſtaret effectum.

Ca.III. **Non autem arbitror ignorare
vos fratres: quia ſępe propo
ſui venire ad vos: et prohibi
tus ſū vſqȝ adhuc.** Propoſitum ⁊ vo
tum ſuū oſtēdit: qđ quidē ſcire illos nō am
bigit ꝑ eos frēs qui ab hierl'm vel cōfinibus
ciuitatibꝰ cauſa aliqua ſiue religiōis ad vr
bem veniebāt: ſicut aquila ⁊ priſcilla: votū
eiꝰ inſinuantes romanis. Cū eñ ſępe vellet
venire ⁊ ꝓhibereꝛ: ſic factū ē vt ſcriberet epi
ſtolā: ne diu in mala exercitatōe detenti: nō
facile corrigerenꝛ. Et frēs eos vocat: nō ſo
lū qꝛ renati erāt: ſ; qꝛ erāt inter eos licꝫ pau
ci qui recte ſentirent: vn̄ dicit: Vocatis ſan
ctis. Quid tn̄ eſt: vocatis ſanctis? Si eñ iā
ſancti ſūt: quō vocanꝛ vt ſanctificenꝛ? Sed
hoc ad dei ꝑtinet ꝑſcientiā: quia ꝗs ſcit deꝰ
futuros ſanctos: iā apud illū ſancti ſūt ⁊ vo
cati permanēt. Prohibitum tn̄ ſe dicit vſqȝ
ad tēpus datę epl'ę: a deo vtiqȝ: ꝗ ſciens ad
huc imparatos illos: ad alias vrbes direxit
apl'm: quę iā ad recipiēdā veritatē eſſent ca
paces: ꝗuis ſub noīe agerent ſaluatoris: ſ;
vitijs ꝓhibebanꝛ carnalibus: ne digni iam
eſſent addiſcere ſpiritalia. Deniqȝ volētes



Act.16. aliqñ i bithyniā ire: ꝓhibiti ſūt a ſcō ſpiritu
paulꝰ ⁊ ſylas. Cur: niſi ſciret adhuc effectū
deeſſe? Apud corinthios autez cōmonetur
Act.18. apl's dicēte dn̄o: Loqre ne tacueris: qꝛ ppl's
mihi multus ē in hac ciuitate. Nō ꝗ ocioſe
ꝓhibitū ſe dicꝛ: ſ; ⁊ cauſas moraꝝ diſcreuit.
Et hos vt ſe ꝑpararēt adhortatꝰ ē: vt audiē
tes ſibi grām ſpiritalē miniſtrādā fore: dig
nos ſe efficerēt: a vitijs carnalibꝰ abſtinētes
ad excipiendā eā. **Vt aliquē fructum
habeā et in vobis ſicut ⁊ in cęteris
gentibus.** Pro vtilitate cōi cupidū ſe ve
niendi ad hos declarat: vt ⁊ hi ſalutē ſpiri
talis grę̄ cōſequātur: ratā habētes fidei ſuę
ꝓfeſſionē: vt hic fructū habeat apud deum
miniſterij ſui: per qđ laceſſit illos ad fidem
rectā exēplo cęteraꝝ gētiū. Prōptior eni fit
ꝗs ad rē ſibi traditā: ſi illi multos videat aſ
ſentire **Grecis et barbaris: ſapienti
bus et inſipientibus debitor ſum.**
Debitorē ſe dicit hoꝝ ꝗs memorat: qꝛ ad hoc
miſſus ē: vt oībus ꝑdicaret. Per qđ etiam
oēs ſignificat debitores. Cōfiteri eñ creato
rē deū: ex ꝗ oīa: ⁊ per quē oīa: debitus ⁊ ho
nor ē ⁊ ſalus cōfitentis. Gręcos eni gentileſ
poſuit: ſed eos ꝗ romani dicanꝛ ſiue natiōe
ſiue adoptiōe. Barbaros vero eos ꝗ roma
ni nō ſunt: quoꝝ genꝰ aduerſū ē ⁊ nō ſūt gē
tiles. Sapientes aūt illos dixit: qui mūda
nis rōnibus eruditi: ſapiētes vocanꝛ in ſę
culo: dum aut ſiderū ſpeculatores ſūt: aut
menſuris: aut numeris: aut arti grāmaticę
ſtudent: aut rhetoricę: aut muſicę. His oībꝰ
oſtendit nihil hęc ꝓdeſſe: nec vere ſapiētes
eſſe niſi credant in xp̄m. Stultos vero hos
dixit: qui ſimplicitatē ſeqn̄tes: harū rerum
imperiti ſūt. His oībus miſſū ſe ꝑdicare te
ſtaꝛ. De iudęis autē tacuit: qꝛ magiſter gen
tiū eſt. Ac ꝑ hoc debitorez ſe ꝓfiteꝛ: qꝛ ad hoc
accepit doctrinā vt tradat: ⁊ cū tradit acq
rat. **Itaqȝ qđ i me ē prōptꝰ ſum: et
vobis qui romę eſtis euāgelizare.**
Quāuis miſſū ſe ꝑdicare oībꝰ dicat gētibꝰ:
prōptū tn̄ ſe romanis aſſerit tradere euāge
liū grę̄ dei: apđ quos regni romani caput ⁊
ſedes ē. Ad mēbroꝝ eñ vtilitatē ꝑtinet vel
requiē: ſi caput iquietū nō fuerit: Idō roma
norū pacē optat: vt nō m'ltū ſe iactet ſatha
nas: ⁊ vberiores fructꝰ habeat operis ſui.
**Nō eni erubeſco euāgeliū. Virtus
eni dei ē i ſalutē omni credenti.** Hoc
dicto illos tāgit: a ꝗbus acceperāt nō rectā
fidē. Apl'oꝝ tn̄ doctrinaꝫ virtꝰ cōmēdabat:
vt qꝛ incredibile videbaꝛ qđ ꝑdicabaꝛ: ſig
na ⁊ ꝓdigia ab apl'is facta teſtimonio eēnt:
nō diffidendū de his ꝗ ab illis dicebantur
in quibꝰ tāta virtꝰ ineſſet. Nulli eni dubiū
verba virtuti cedere: ac per hoc qm̄ illorum
nulla viſa erāt portenta: ꝑdicatio illoꝝ ſine
virtute dei erat. Idōqȝ nō ſe dicit erubeſcere
euangeliū dei: illos autez erubeſcere: qꝛ qđ
illis tradiderat: in reprehenſione veniebat:
nec quoquā teſtimonio firmabaꝛ ⁊ diſcor
dabat a doctrina apl'ica. Virtus igiꝛ dei ē:
ꝗ inuitat ad fidē ⁊ dat ſalutē oī credēti: duꝫ
peccata donat ⁊ iuſtificat: vt a ſcđa morte
detineri nō poſſit ſignatꝰ myſterio crucis.
Prędicatio eni crucis xp̄i: iudiciū ē mortis
euictę: dicēte apl'o iohē: Ad hoc eñ venit fi
lius dei vt ſolueret opa diaboli: vt oīs cre
dēs nō teneaꝛ a morte: qꝛ ſignū habet ꝙ vi
cta mors ē. **Iudeo primū et greco.**
Id eſt: huic qui ē ex genere abrahę: ⁊ huic ꝗ
ex gentibꝰ. In gręco eñ gētilem ſignificat:
in iudęo vero euꝫ ꝗ ex genere ſit abrahę. Nā
iudęi ex tp̄e iudę machabei dici cęperunt: ꝗ
in cauſa cladis reſtitit ſacrilegijs gentiū: ⁊
fiducia dei collegit ppl'm: ⁊ defendit genꝰ ſu
um. Fuit aūt ex filijs aaron. Quis ꝗ prępo
nat iudęū cauſa patrū: tn̄ ſimiliter etiā ipſū in
digere dicit dono euāgelij xp̄i. Si ꝗ ⁊ iudęꝰ
nō iuſtificaꝛ niſi per fidem chriſti ieſu: quid
opus eſt eſſe ſub lege? **Iuſticia enim
dei reuelatur in eo ex fide in fidem.**
Hoc dicit: quia in illo qui credit: ſiue iudę
us ſit ſiue grecus: iuſticia dei reuelatur. Iu
ſticia dei dicit: quia gratis iuſtificat impiū
per fidem ſine opibus legis: ſicut alibi di
cit: Vt in illo iueniar nō habēs meā iuſticiā Phil.3.
ꝗ ex lege ē: ſ; illā ꝗ ex fide ē. Quę ex deo eſt
iuſticia in fide: ipſā iuſticiā dicit reuelari in
euāgelio: dū donat hoī fidem per quā iuſti
ficeꝛ. Oſtēdiꝛ eni in eo veritaſ ⁊ iuſticia dei:
dū credit ⁊ profiteꝛ. Iuſticia ē dei: qꝛ qđ ꝓ
miſit dedit. Idō credens hoc eē ſe cōſecutuꝫ
qđ ꝓmiſerat deus per ꝓphetas ſuos: iuſtū
deū ꝓbat ⁊ teſtis iuſticię eiꝰ ex fide in fideꝫ.
Quid aliud ē ex fide in fidē: niſi qꝛ fides dei
eſt in eo quod de ſe repromiſit: ⁊ fides hois
qui credit ꝓmittenti: vt ex fide dei ꝓmittē

tis in fide hoīs credentis dei iuſticia reuele
tur? In credente enī iuſtus deus apparet: in
eo aūt qui nō credit iniuſtus videt̄. Negat
eñ veracē deū: qui nō credit deū dediſſe q̄d
promiſit. Hoc contra iudęos loquit̄: qui ne⸗
gant hunc eſſe chriſtum: q̄d promiſit deus:
**Sicut ſcriptum eſt: Iuſtus autꝫ
ex fide viuit.** Propterea ad exemplū ꝓ⸗
Abachuc.2. phetę abachuc ſe cōuertit: vt declaret olim
oſtenſum: iuſtū ex fide: nō ex lege viuere: h̄
eſt: nō iuſtificari hominē apud deū ꝑ legem
ſed ꝑ fidē. Uita eñ ex fide: nō hęc pręſens ē
ſed futura: q̄ȝ iuſtus ex fide viuit: ſed apud
deum.

Ca.IIII. **Reuelatur enī ira dei de celo in
omnē impietatē ⁊ iniuſticiam
hominū eorꝫ qui veritatem
dei in iniuſticia detinent.** Sicut eñ in
illo qui credit iuſticia dei reuelatur: ſicut ſu⸗
pra memoraui: ita ⁊ in eo qui nō credit im⸗
pietas ⁊ iniuſticia reuelat̄. Ex ipſa enī celi
fabrica iratus illi deus videt̄. Idcirco enim
tam pulchra aſtra condidit: vt ex his quan⸗
tus ⁊ quā admirabilis creator eoꝝ eſt poſſit
agnoſci: ⁊ ſolus adorari. Un̄ ſcriptū ē ī pſal
Ps.18. mo.xviij. Celi enarrant gloriaꝫ dei: ⁊ opera
manuū eius annunciat firmamentuꝫ. Per
naturalē ergo legem: reum facit genus hu⸗
manū. Potuerunt enim id per legem natu⸗
rę apprehendere: fabrica mundi teſtificante
auctorem deum ſolū diligendū: q̄d moyſes
litteris tradidit: ſed impij facti ſunt non co⸗
lendo creatorem: et iniuſticia in eis apparet
dum videntes diſſimulant a veritate nō fa
cientes vnū deum. **Quia q̄d notuꝫ ē
dei: manifeſtū ē ī illis.** Noticia dei ma
nifeſta eſt ex mundi fabrica. Ut enī deꝰ qui
natura inuiſibilis ē: etiam viſibilibus poſ⸗
ſit ſciri: opus factum eſt ab eo q̄d opificem
viſibilitate ſua manifeſtaret: vt per certum
incertum poſſit ſciri: vt per hoc q̄d cęteris i⸗
poſſibile eſt: ille eſſe deus omnium crederet̄
qui hoc opus fecit. **Deus enī illis ma
nifeſtauit: hoc eſt opus fecit: per q̄d
poſſit agnoſci fideſ. Inuiſibilia enī
eius a creatura mūdi per ea que fa⸗
cta ſunt intellecta conſpiciuntur.**
Idem ſenſus eſt quē repetit: vt abſolutius
doceat: quia cum per ſe potētia ⁊ maieſtas
dei creaturę oculis aſpici nō poſſit: oꝑe mū
di intellecta conſpiciunt̄. Hoc igitur genere
reos facit eos: qui ſine lege vixerūt ⁊ natu⸗
rę ⁊ moyſi. Cōſuetudine enim peccandi ob⸗
ruerunt legem naturę: obliti ſunt memoriā
eius. Legem autē que ad reformationē da⸗
ta fuerat: percipere noluerūt: vt duplici mo
do obnoxij fierent dānationi. **Sempi⸗
terna quoqꝫ eiꝰ virtus ⁊ diuinitaſ
ita vt ſint inexcuſabiles.** Ut oīno ex⸗
cuſari impietas nō poſſit: adiecit etiā virtu⸗
tes dei ⁊ diuinitatem ſempiternā cognitaꝫ
eſſe ab hominibus: ⁊ ſtupore quodaꝫ hebe
taſſe ad honorandū deum: quē ⁊ eſſe ⁊ ope⸗
rari ad vtilitatem ſui nō ignorarent. Ea eñ
que humanis vſibus euoluto anno gignū⸗
tur: ipſū decreuiſſe: nulli in dubium venit.
Eterna ergo virtus eius chriſtꝰ ē: q̄ȝ inſtitu⸗
it que nō erant ⁊ in eo manent. Cuius ſi du
dum perſona agnita nō eſt: opera tñ mani⸗
feſta ſunt: Diuinitas vero qua ī oꝑe ſibi de⸗
creto ꝑſeuerāt elementa reruꝫ vt ſint in ex⸗
cuſabiles. Multis eñ modis qui reus con⸗
uincitur: excuſari nō poteſt. **Quoniam
cum cognouiſſent deū: nō ſicut de⸗
um magnificauerunt: aut gr̄as ege
runt.** Uſqꝫ adeo nō ignorauerunt vt fate⸗
rentur vnuꝫ eſſe principiū: a quo om̄ia ini⸗
tium ſortita ſunt: cęleſtia ⁊ terreſtria ⁊ infer
nalia: ⁊ hunc vnū eſſe q̄ omnibus decreue⸗
rit ꝓprietates ⁊ officia naturaliter: ⁊ hęc ſci
entes nō egerūt gr̄as. De anterioribꝰ loq̄t̄:
vt p̄ſentes ⁊ futuros corrigat. **Sed eua
nuerunt in cogitationibus ſuis.**
Euanuerunt: Uidētes enī mundū miro or
natu aptatū: ab eo quē eius opificē cogno⸗
uerant diſſimulauerūt. **Et obſcuratuꝫ
eſt inſipiens cor eoꝝ.** Nebula erroris
texit cor illorum: q̄ȝ cū creatorē ex his que fe
cit pulchra plꝰ ampliꝰ honorificari debuerīt:
obtunſi ſunt: relicto illo hoc ſolū ſibi dicen⸗
tes ſufficere ad ſalutem. **Dicentes enī
ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſūt.** Sa⸗
pientes enim ſe arbitrant̄: quia ratōes phy
ſicas inueſtigare putant: ſcrutantes curſus
ſiderum ⁊ qualitates elementorū: dominū
autem horum ſpernentes: ideo ſtulti facti
ſunt: cum ſi hęc laudanda ſint: quanto ma⸗
gis creator illorum? Solent tñ pudore paſſi
neglecti dei: miſera vti excuſatione dicētes
per iſtos poſſe ire ad deum: ſicut per comi⸗



tes peruenitur ad regem. Age: nunquid tā
demens eſt aliquis aut ſalutis ſuę imemor:
vt honorificentiam regis vendicet comiti:
cum de hac re ſi qui etiam tractare fuerint
inuenti: iure vt rei damnentur maieſtatis?
Et iſti ſe non putant reos: qui honoreꝫ no⸗
minis dei deferunt creaturę: et relicto do⸗
mino conſeruos adorant: quaſi ſit aliquid
plus quod ſeruetur deo. Nam ⁊ ideo ad re⸗
gem per tribunos ⁊ comites itur: quia ho⸗
mo vtiqꝫ eſt rex: ⁊ neſcit quibus debeat reꝫ
publicam credere. Ad deum autem quē vti
qꝫ nihil latet: omniū enim merita nouit: ꝓ⸗
merendum ſuffragatore nō opus eſt ſ; men⸗
te deuota. Ubicunqꝫ enim talis locutꝰ fue⸗
rit ei: reſpondebit illi. **Et mutauerunt
gloriam incorruptibilis dei ī ſimi⸗
litudinem imaginis corruptibilis
hominis.** Sic obcęcatū eſt cor illoruꝫ: vt
maieſtatem inuiſibilis dei quē ex his factis
agnouerāt: nō hominibus: ſ; q̄d peiꝰ ē ⁊ in⸗
excuſabile crimē: in ſiſ̄itudinē hoīm muta⸗
rent: vt forma corruptibilis hoīs deꝰ ab his
vocet̄: hoc ē ſimulachruꝫ hoīs: vt quos vi⸗
uos noīe donare nō audēt: mortuoꝝ imagi
nes in gl̄iaꝫ dei recipiāt. Quāta egritudo:
quāta ſtulticia hos ſe ſapiētes appellare ad
ſuā dānatiōꝫ: apud q̄s plus mortui poſſūt
q̄ȝ viui: ⁊ mortui potiores ſunt viuis? A vi⸗
uo enī deo recedētes: mortuis fauēt. In q̄ꝝ
numero ſūt ſic̄ ſcriptum ē: Mortalis fingit
mortuū manibꝰ iniq̄s. hoc de hm̄oi ſapien⸗
tia ſalomonis dictū ē. **Et volucrum ⁊
quadrupedū et ſerpētiū.** His ſubiect̄
cumulauit ad pęnam hebetudinis: vt vltra
ſtulticiā ⁊ vanitatē ſint hm̄oi. Sic enim dei
maieſtatē ⁊ gloriā minuerūt: vt hoꝝ que mi
nima ⁊ parua ſūt: ſiſ̄itudini dei honorificen
tiā darēt. Primi enī babylonij deū vocaue
rūt figm̄tū bel̄ cuiuſdā quōdā hoīſ mortui:
qui p̄ncipatū in eos dicit̄ egiſſe. Coluerūt ⁊
ſerpentē draconē quē occidit daniel hō dei:
cuiꝰ ſiſ̄itudinē habēt. Egyptij aūt colebant
quadrupedē quā dicebāt apem ī ſiſ̄itudinē
vaccę: q̄d malū imitatꝰ ē hieroboā: vaccas
inſtituēs ī ſamaria quibꝰ ſacrificarēt iudei:
Et volucres: q̄ȝ coracina ſacra habent paga
ni. Hoꝝ tamen omniū rerum quas memo⸗
raui ſimulacra coluerunt egyptij: ⁊ alia que
nūc dicere nō ē neceſſe. Hęc ab his facta ſūt
qui ſe ſapientes eſtimauerūt ī mūdo: quiā
eñ inuiſibilē deū nō honorauerūt iſta faci⸗
endo: nec his que viſibilia ſunt ſapere po⸗
tuerunt. Difficile enim in maioribꝰ prudēs
in minoribus non ſapit. **Propter q̄d
tradidit illos deus ī deſideria cor⸗
dis illorum in imundiciam: vt con
tumelijs afficiant corpora ſua in ſe
metipſis.** Quoniaꝫ inquit ad iniuriam
creatoris dei figmenta ⁊ ſimilitudines rerū
deificauerunt: traditi ſunt illudendi ⁊ tradi
ti non vt illa agerent que nolebant: ſed vt
illa perficerent que deſiderabant: ⁊ hic bo⸗
nitas dei eſt. Cum enī dignum fuiſſet ſubij
ci illos vt facerent que nolebant ⁊ cruciarē⸗
tur: quia licet bonum ſi contra voluntatem
fiat: amarum ⁊ malum eſt: iſti autem auer⸗
tentes ſe a deo traditi ſunt diabolo. Trade
re autēꝫ eſt: permittere non incitare aut im
mittere: vt ea que in deſiderijs cōceperāt:
adiuti a diabolo explerēt in opere. Nec eñ
poſſunt huiuſmodi bonum cogitatum ha⸗
bere: Traditi ergo ſunt in imundiciam: vt
contumelijs afficiant corpora ſua in ſemet⸗
ipſis. Cū pręterita recolat: etiam pręſentis
temporis ſignificat: quia traduntur nunc
vſqꝫ vt contumelijs afficiant corpora ſua.
Originis enim illius nunc vſqꝫ ſunt homi⸗
nes: qui dicuntur corpora ſua dehoneſtare
inuicem. Cum cogitatio animę ſit in crimi⸗
ne: corpora dicuntur dehoneſtare. Quare:
niſi quia macula corporis indicium eſt pec⸗
cati animę? Cum enim corpus contamina⸗
tur: nemo ambigit animę eſſe peccatum.
**Qui commutauerunt veritatem
dei in mendacium: et coluerunt et
ſeruierunt creature potius quā cre
atori qui eſt benedictꝰ ī ſecula amē.**
Cōmutantes veritatē dei ī mēdaciū: id eſt:
nomen dei qui verus eſt: dederunt his qui
non ſunt dij. Lapidibus enim vel lignis vel
cęteris metallis auferentes q̄d ſunt: dāt il⸗
lis q̄d nō ſunt: ⁊ hoc eſt imutare verū in fal⸗
ſum. Non enī vocant̄ iam lapis aut lignuꝫ
ſed deus: hoc eſt ſeruire potius creaturę q̄ȝ
creatori. Nō negant enim deū: ſed ſeruiunt
creaturę: quo nō excuſant̄ ſed accuſant̄ ma
gis: quia cognoſcentes nō honorant deuꝫ
qui eſt benedictꝰ in ſecula amen: hoc ē veꝝ.
Deus vero benedictus ait in ſecula: q̄ȝ per⸗

manet deus: dijs autē gentiū ad tēpus im-
pietas dat honorē: ideo nō eſt verū: in deo
autē manet veritas. Hāc benedictionē alio
loco filio dei aſſignat inter cętera: dicēs: Et
ex quibꝰ chriſtus ſcđm carnē qui eſt deꝰ be-
nedictus ſup oia in ſecula amen: aut vtraq̄
ad chriſtum pertinent: aut eadē dixit de fi-
lio quę ⁊ de patre.

Ca.V.
p
Ropterea tradidit illos deꝰ
in paſſiones ignominię. Nā
feminę eoꝝ imutauerūt natu-
ralem vſum in eū vſum qui eſt con-
tra naturam. Hęc irato deo propter ido-
latriā humano generi prouenisse teſtaꝛ: vt
mulier mulierē turpi deſiderio ad vſū appe-
teret. Qđ quidaʒ aliter interpretantur: nō
perſpiciētes vim dicti. Quid eſt eni immu-
tare naturalem vſum in eum vſum qui ē cō-
tra naturam: niſi ſublato conceſſo vſu aliter
vti: vt vna atq̄ eadem pars corporis vnuſ-
q̄ſq̄ intˀ ſe inuicē ſexus aliter ſe ad vſum ħ-
beat q̄ꝫ conceſſum eſt? Nam ſi illa eſt ꝑs cor-
poris quā putant: quomō imutauerūt vſū
naturę: cum habeat huiuſmodi vſum da-
tuʒ a natura? Superius iā dixerat traditoſ
in immundiciā: nō tamen qualitatē operis
imundicię ipſius oſtenderat: pro quo nunc
declarat. Similiter autem ⁊ maſcu-
li relicto naturali vſu feminę: exar-
ſerunt i deſiderijs ſuis i inuicē: ma-
ſculi in maſculos turpitudinē ope-
rantes. Nunc manifeſtauit quomodo ſu-
perius de mulieribus quod dixit intelligi
debeat. Quādo auteʒ ſubiecit: Siliꝛ ⁊ ma-
ſculi: dicēs: exarſerūt in deſiderium ſui: oſtē-
dit apertū peccatū mulieꝝ. Et quid mirum
cum hodieq̄ tales mulieres reperiantur: vt
ſicut illud a viris: ita ⁊ hoc a mulieribus ſit
inuentū? Denuq̄ mulieres inter ſe accuſāt:
et viri ſimiliter: manifeſtum eſt: vt qui iam
veritateʒ dei imutauerūt in mendaciū: im-
mutarent ⁊ naturalem vſum in eū vſuʒ per
quē dehoneſtarentur rei facti mortis ſecun-
dę. Qm eñ aliam legem dare nō poteſt ſa-
thanas: nihil eni habet. conceſſa ⁊ licita in
alium ordinem verſat: vt dum aliter fiūt q̄ꝫ
cōceſſa ſunt: ſint peccatum. Et mercedē
quā oportuit erroris ſui in ſemet-
ipſos recipientes. Hanc dicit cōpenſa-
tionē eſſe contempti dei: id eſt: turpitudinē
⁊ cōtaminationē. Hęc eſt enim prima cauſa
peccati. Quid enim peius: quid deterius ħ
peccato? Quantum eni idolatria ꝑ impiuʒ
⁊ grauiſſimum delictum eſt: tm̄ ⁊ cōpenſa-
tio eius horrenda ⁊ perſordida paſſio eſt.
Et ſicut nō probauerūt deum ha-
bere in noticia: tradidit illos deus
in reprobum ſenſum vt faciant ea
quę nō conueniunt. Propter errorem
ſimulacrorum traditi ſunt ad turpia facien-
da inuicem: ſicuti iam dictum ē. Et quia im-
punitatem hoꝝ eſtimauerūt: incurioſū deū
iudicātes: ac per hoc negligendū: hinc ad-
ditū eſt: vt magis ac magꝭ hebetati: ad om-
nia mala admittenda fierent promptiores:
vt facta quę hominibꝰ nō ambigerēt diſpli-
cere: deū nō crederēt vindicare. Nunc enu-
merat omnia mala quę illis ſuꝑaddita ſūt:
vt vꝉ ſic ꝯuerſi ad naturalē intellectū: intelli-
gerent irato deo hęc ſibi prouenisse. Re-
pletos ait omni iniquitate. Hic ſum-
matim locutꝰ ē: ⁊ ſubiecit membra iniq̄tatꝭ.
Malitia: fornicatiōe. Hęc fornicatio
habet in ſe ⁊ adulteriū. Si eni dixiſſet adul-
teriū: videbaꝛ excuſaſſe fornicationē: ſicut
legeſ romanę: Iđ qđ minus ē poſuit: vt qđ
maiꝰ ē: multū nō poſſit credi: ⁊ cętera q̄ ma-
nifeſta videꝛ. Auaricia: nequicia: ple-
nos inuidia: homicidijs: cōtentiōe
dolo: malignitate: ſuſurrōes: detra-
ctores: deo odibileſ: ꝯtumelioſos:
ſuperbos: elatos: inuētores malo-
rum: parentibus non obedientes.
Quāta aūt inſolentia arrepti ſūt: vt nec pa-
rentes ſuos q̊s auctores i natiuitate habēt
agnoſcerēt: quiq̄ ſe natos gauderēt: illos ꝑ
q̊s eē ceperāt contēnebāt: hoc ē eſſe ſine in-
tellectu: ſine charitate ſcʒ dei. Nā erat inter
illos charitas carnis. Hi dei iuſticiā cogno-
ſcentes ꝑ legē naturę: ſciuerunt eñ hęc deo
diſplicere: ſ hoc i animo ponere noluerūt.
Inſipiētes: incompoſitos: ſine af-
fectiōe: ſine miſericordia. Quonia
qui hęc agūt digni ſūt morte: ⁊ nō
ſolum qui faciunt ea: ſed etiam qui
conſentiunt facientibus. Aſſenſus
enim participatio eſt. Qui cum iuſtici-
am dei cognouiſſent non intellexe-
rūt: quoniaʒ qui talia agunt digni
ſunt morte. Vſq̄ adeo iuſticiam dei



cognouerunt: vt non negēt hęc oia q̄ faciūt
pęna digna ⁊ morte. Hęc omnia mala cor-
pus eſt peccatorum: cui mancipati facti ſūt
poteſtatis eiuſdem vt faciant punienda.
Hęc eñ malorum cauſa a ſodomitiſ cępta ē
offenſione dei: ſicut ſupra dictū eſt: et in om-
nē prope partē mundi ramos ſuos extēdit:
iram dei idolatrię cauſam nuncians: q̄ pri-
ma ꝑs ē erroris ⁊ impietatis: quā primū cō-
demnat: vt cū hęc emendata fuerint: facile
corrigaꝛ ⁊ morum vitia. Sublato eni ma-
licię ſemine: nequicię fructus areſcent. Nō
eni dat arbor fructus: cuius exciſę ſunt radi-
ces. Nam ideo ⁊ moyſes ſodomę ⁊ gomor-
rę geſta memorauit: exitumq̄ nō tacuit: vt
timorem poneret huius rei vitandę. Non ꝗ
h̊ vitiū ⁊ ꝯtamiatio dehoneſtatę vitę ab hoc
admittitur: qui in animo cogitat deū. Sūt
quidā qui ſe reos nō putāt: ſi nō operentur
quę mala ſunt: aſſentiūt autē facientibus.
Aſſentire eſt autē: ſi cum poſſit rep̄hendere
taceat: aut audiēs has fabulas aduleꝛ. Sci-
ens eni impuruſ ⁊ malignus: nō ignorari q̄
agit ⁊ minime ſe vitari ſ ⁊ honori eſſe: glo-
riatur fore ſe talē: nec cōfundi pōt in his q̄ſi
videt faueri ſibi ⁊ obſecundari ab his q̄ nō
ſunt tales: ⁊ ita eſt: vt qui fomitē prębeant
delictis illorum: ideoq̄ dignuʒ eſt: vt pari
crimine rei habeanꝛ. Sunt iterū alij qui nō
ſolū faciunt mala ſed etiā qui conſentiūt fa-
cientibus: vt nō ſolum faciant: ſed ⁊ talibꝰ
conſentiāt. Duplex ergo hoꝝ eſt nequitia:
Nō eni tam mali ſunt qui faciunt: ⁊ facien-
tibus contradicunt. Scientes eniʒ nefaria
nō illa vindicant. Illi eni tam neq̄ſſimi ſūt
qui faciunt ⁊ cōſentiūt facientibus: vt nec
deū timeāt increſcere cupiētes mala: iđ hęc
mime vīdicāt vt ſuadeāt nō illa eē vitāda.

Capitulum ſecundū.

Ca.VI.
q
Vapropter inexcuſabilis
es o homo omnis qui iu-
dicas: i quo enim iudicas
alterum: teipſuʒ cōdēnas.
eadē enim agis quę iudicas. Quoni-
am facientē maligna ⁊ conſentientē facien-
tibꝰ: morte dignos oſtēdit: ne forte hic qui
facit ⁊ nō conſentit facientibus excuſare ſe
poſſe putaret: docet huiuſmodi in excuſa-
bilem fore. Nō eni iuſtū eſt vt huic impune
concedaꝛ: quia per hypocriſim oſtēdit ſe nō
talem cū peior eſſe dep̄hendaꝛ. Fallit enim
vt dū puniendꝰ ſit: honore dignꝰ appareat.
Scimus autē quoniā iudiciū dei
eſt ſecūdum veritateʒ in eos qui ta-
lia agunt. Hoc eſt: nō ignoramus deū iu-
dicaturū de his in veritate: quando noſipſi
de his iudicamus. Si eni nobis diſplicēt:
quātomagis deo qui magis iuſtus ē: ⁊ opꝰ
ſuum zelatur? In veritate ꝗ cū dicit iudica-
turū deū: de his terrorē incutit: vt quem hi
incurioſum dicūt: iſte malos ſecūdū verita-
teʒ dicat iudicaturū: hoc eſt: veriſſime red-
dere ſm menſuram vniuſcuiuſq̄: nō ꝑcere.
Exiſtimas auteʒ hoc o homo qui
iudicas de his qui talia agunt et fa-
cis ea: quia tu effugies iudiciū dei?
Hoc eſt: nūquid q̄ tibi examē datū ē pote-
ſtatꝭ iudicādi de malis ⁊ ſtupris cuʒ eadem
agas: ⁊ nō eſt qui te ad pręſens iudicet: effu-
gies iudiciū dei? Nō vtiq̄: q̄ ſi iudiciuʒ dei
in mundo euaſiſti: q̄ omnis hęc poteſtas ⁊
iudiciū a deo ē: in futurū nō euades. Per ſe
eñ iudicaturꝰ ē deus: apud quē ceſſat adula-
tio ⁊ perſonaruʒ acceptio. Aut certe ſi iuſtū
alicui videꝛ: vt huiuſmōi imunis a pęna ſit
dicat. Q̄ ſi iuſtum eſt vt nō euadat: credat
deū iudicaturum: vt ⁊ qđ iuſtū eſſe iudicat:
verum ſit ⁊ impleatur: ⁊ deum conditorem
mundi prouidenter curioſi operis ſui meri-
ta requirere fateatur. Si eni fecit ⁊ negligit:
malus opifex dicitur: quia per id qđ negli-
git: nō bona ſe feciſſe quę fecit oſtendit. Sʒ
quia bōa feciſſe negari nō poteſt: Indignū
eſt enim ⁊ improbabile bonuʒ male feciſſe:
curam eoruʒ neceſſe eſt vt dicatur agere: q̄
contumelia eius erit ⁊ accuſatio ſi bonoruʒ
a ſe factorum negligens inducatur: Quippe
cum eius nutu ac ꝓuidentia vita ipſa ſuſtē-
tetur miniſterio elementoꝝ: ſicut ipſe domi-
nus dicit: Qui ſolem ſuū oriri facit ſuꝑ bo- Matth. 5.
nos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos.
Qui ergo pręſtat curā: nō agit ꝯſeruare qđ
fecit: vt amantes ſe remuneret ſpernēteſq̄
condemnet. An diuitias bonitatis
eius et patientię et longanimitatis
contemnis? ignoras quoniā boni-
tas dei ad penitentiam te adducit?
Hęc dicit: vt nō iā ſe putet euaſiſſe: ſi illum
bonitas dei patiꝛ diu peccantē. Nec patiē-
tiam eius putet contēnendam quaſi nō cu-
rantē res humanas. Intelligat autē iđ a ſe
diſſimulari: q̄ nō in hac vita iudiciū dei ꝓ-
miſſū ē futuꝝ: vt in ventura vita penitcat
illū iudicē deū nō crediſſe. In pęna enim

poſitus ſine fructu penitentiam penitebit:
quia nō credidit iudiciū dei qd̄ videt ve̾.
Neceſſe eſt enī vt acrius emendetur: immo
penis perennibus torqueat̄: quē patientię
longanimitas nō emendauit. Seueriſſime
loquit̄: ſciēs malignā mentē nō poſſe niſi ti
more a vitijs facile reuocari. **Scd̄m du
riciam autē tuā ⁊ impenitēſ cor the
ſaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuela
tōis iuſti iudicij dei: qui reddet vni
cuiqꝫ ſecūdū opera ſua.** Impunitatē
ſperanſ peccatorū: nō ſolū durat inconuerſi/
bilis ⁊ intractabilis manēs: ſed adhuc acer/
bius peccat: ſecurꝰ q̄ nō ſit vltio futura: cor
habens impenitēs: ignorās q̄ irā ſibi con/
gregat in die irę. Neceſſe eſt enim ſeueriori
pena vt plectat̄: immo flāmis perennibus
torqueatur: qui longa dei patientia non ſo
lum ſe emendare noluit: ſed adhuc addens
ad cōtemptū exaggerauit peccata. Dies irę
ē peccatoribꝰ quo punient̄: ideo ipſis eſt ira
qui ſentiūt penā in die reuelatiōis iuſti iu/
dicij dei. Reuelabit̄ eñ: id eſt agnoſcet̄: qd̄
modo futurū negat̄: idcꝫ cum oſtenditur qd̄
nō eſſe creditur: reuelat̄. His enim oſtendit̄
qui negant: q̄ credentibꝰ manifeſtum eſt vt
confiteantur etiam inuiti iuſtū iudiciū dei:
cum vnicuiqꝫ reddet ſcd̄m opera ſua. Nun/
q̄d nō hęc fatebūt̄ iuſte fieri: cū viderit mala
iuicē facta vlciſci? **His qui ſecūdū pa
tientiam boni operis gloria ⁊ ho/
norem ⁊ incorruptionem quęrenti
bus vitam ęternam.** Quoniā iudiciū
dei iuſtū p̄dicat: quale autem bonis futurū
eſt: declarauit. Hos dicit qui patientiā dei
ſcientes: partim ad correptionem: partim
ad maiorē vltionē nō ſe corrigentium prote
larint: priorū operum penitentes: bene ver/
ſantur: freti fiducia fidei: ne diu hic poſi/
ti damnum incurrant promiſſę vitę: Dabit
ergo eis gloriā ⁊ honorem. Et ne nō hoc val
de magnum ad cōparationem pręſentis vi
tę videretur: quia ⁊ hic glorioſi videntur et
honorati: adiecit: ⁊ īcorruptionem: vt ex eo
alia gloria ⁊ alter honor intelligeretur: quā/
do incorruptio ſimul comitabit̄. In pręſen/
ti enim honor vel gloria frequenter amitti/
tur: quia corruptibilis eſt qui dat ⁊ quod
dat: et qui accipit. In die enim iudicij dei
incorruptis iam dabitur honor ⁊ gloria: vt
ſint tota vita ęterna. Ipſa enim glorificabi
tur ſubſtantia quadam immutatione meri/
torum. Hi ergo quęrunt vitam ęternā: qui
qui non ſolum bonę profeſſionis ſunt ſed ⁊
vitę. **His vero qui ex contentione
⁊ qui diffidunt veritati: obediūt au
tem iniquitati: ira et indignatio: tri
bulatio et anguſtia.** Hoc eſt: iterata an
guſtia: diffidenteſ de futuro dei iudicio per
chriſtum: ac per hoc ⁊ patientiam eius con/
temnentes: contendunt euacuare illud cū
ſit verū ⁊ ſtabile. Credūt enim iniquitati.
Iniquitas eſt enim negare qd̄ deus futurū
prędixit. Tria ergo alia poſuit incredulita/
ti condigna: dicens: Ira ⁊ indignatio ⁊ an/
guſtia. Ira ē nō ei qui iudicat: ſed illi qui iu
dicatur dum ſit reus. Iraſci enī dicitur deꝰ:
vt vindicaturus credatur. Nam dei natura
ab his paſſionibus imunis ē. Et vt nō ſolū
iraſci ſed vindicare credatur: adiecit: ⁊ indi/
gnatio. Indignatio eſt quā addēdo ſuper
irā: iniuriam ſuam deū vindicaturū ſigni/
ficat. Anguſtię vero ſunt: quibus ſententia
conſtrictꝰ tribulabitur in pena. **Super
omnem animam hominis operan/
tis malum.** In hoc opere nō ſolum facta
ſignificat: ſed ⁊ perfidię profeſſionē. De in/
credulo enim dicit: ⁊ ideo ſuper animam di
xit: vt ſpiritalem penam intelligas nō cor/
poralem: quia anima inuiſibilibꝰ penis ar/
tabit̄. **Iudei primum ⁊ gręci.** Sem/
per iudęum anteponit prerogatiua patrū:
vt aut coronetur primuſ: aut damnet̄: quia
credens propter abraam honorificentior ē:
diffidens autē peius tractandus eſt: q̄ do/
num promiſſū patribus refutauit. **Glo/
ria autē et honor et pax omni ope/
ranti bonum: Iudeo primū: et gre/
co.** Quomodo incredulis tria penalia po/
ſuit: ſic ⁊ fidelibus tria magnifica vt hono/
rem habeant geminum: quaſi filij dei. Glo/
ria autem ſit pro imutatione. Pax vero eo
q̄ bene viuentes quieti erunt in futuro nul
la perturbatione cōmoti: Quippe q̄ omnis
homo a contrarijs ſe abſtinens: apud iudi/
cem habet pacē. **Non enim perſona/
rum acceptio eſt apud deum.** Quo/
niam oſtendit iudęum ſiue gręcum non de/
ſpici a deo: ſi tamen credat in chriſtum: ſed
accepto ferri ambobus iuſticiā fidei: ſic ite/
rum nō credentes pariter reos eſſe: q̄ ma/
gis oberit circumciſio ſine fide: et proderit
prępucium per fidem: ac p̄ hoc docet perſo/
narum acceptorē deū nō eē. Nec eñ p̄roga/



tiuā generis ſequitur vt ſuſcipiat cauſa pa/
trum diffidentem: aut abijciat a ſe propter
indignitatē parentum credentē: ſed vnum
quēqꝫ ꝓprio merito aut remunerat aut cō/
demnat. **Quicūqꝫ enī ſine lege pec/
cauerunt: ſine lege peribūt.** Quō pōt
ſine lege peccare: cū oēs ſimul ſubditi ſumꝰ
legi naturali? Sꝫ de moyſi lege dicit: cui iu
dęi obnoxij ſunt dū nō credūt: necnō ⁊ gen
tiles: ſ; iā dudū: q̄ adiungere ſe illis nolue/
runt. Nō credentes ꝙ gētiles duplici gene/
re ſiunt rei: q̄ neqꝫ legi datę p̄ moyſen aſſē/
ſerunt: neqꝫ chriſti gratiā receperūt: ideo di
gnū ē vt pereāt. Igit̄ ſicut qui ſine lege pec
cat peribit: ita et qui ſine lege legem ſerua/
uerit iuſtificabit̄. Iuſticiā naturaliter ſuās
cuſtos legis ē. Si enī iuſto nō ē lex poſita: ſ;
iniuſtis: qui nō peccat amicꝰ legis eſt: huic
ſola fides deeſt: p̄ quā fiat p̄fectus: quia ni/
hil illi proderit apud deū abſtinere a cōtra/
rijs niſi fide in deū acceperit vt ſit iuſtꝰ per
vtraqꝫ: quia illa tēporis iuſticia eſt: hęc ęter
nitatis. **Et quicūqꝫ in lege peccaue
rūt: per legē iudicabūtur.** Qm̄ iudęi
legem habēt i qua ſalus illis ꝓmiſſa ē: non
credentes vel nō recipiētes ꝓmiſſū: p̄ legē
iudicabunt̄: ſub qua vixerūt. Ipſa enī accu
ſante penas exoluent. Nā ꝓpe grauior iu/
dęorū cauſa ē apud eos ipſos ꝙ gentilium.
Sicut eñ credētes p̄ferunt̄: ita ⁊ cū diffidūt
peiores inueniunt̄. Plus enī diſplicet q̄ qd̄
habuit amiſit: ꝙ qui qd̄ nō ſperauit conſeq̄
nō potuit. Iſte enī nō intrauit in regia: ille
foras miſſus ē. **Nō enī auditores le/
gis iuſti ſūt apud deū: ſed factores
legis iuſtificabūtur** Hoc dicit: q̄ nō hi
iuſti ſunt q̄ audiūt legē: ſ; qui credūt in chri
ſtū quē lex ꝓmiſit: ⁊ hoc ē facere legē. Qis
autem non facit legem: qui non credit legi:
dū nō recipit: cui lex teſtimoniū perhibet.
Qui aūt in lege nō videt̄ eſſe: q̄ incircumci
ſus eſt carne: credit aūt in chriſtū: hic feciſſe
legē dicitur. Et ille qui ſe dicit in lege eſſe:
id eſt: iudęuſ: auditor legis ſit non factor: q̄
eſſe his pręmonet: quorum delictum ꝓfuit
gentibus. Illi eniȝ inſultanduȝ eſt cuiꝰ pec
catum obfuit aliquibus. Non enim pfidię
illorũ gratulandum eſt: ſed dolendũ ſi tar/
dant conuerti: vt quomodo peccato illoruȝ
gauiſi ſunt gentes: quia ſaluatę ſunt: ſic cõ/
uerſione eorum lętentur: ipſoꝝ enim occaſi
one dei gratiã citius perceperũt. **Scđm
electionẽ autem dilecti propter pa/
tres.** Quãuis grauiter peccauerint iudęi
reprobando donum dei ⁊ digni ſint morte:
tñ qꝛ filij ſunt bonoꝝ q̃rũ p̃rogatiua ⁊ meri/
to plurima a deo beneficia pceperũt: regreſ
ſi ad fidem ſuſcipientur cum lęticia: qꝛ dile/
ctio ĩ his dei exuſcitatur memoria patrum.
**Sine penitẽtia enim ſũt dona et
vocatio dei.** Verum eſt: qꝛ gratia dei in
baptiſmate nõ quęrit gemitũ: aut planctũ:
aut opus aliqđ: niſi ſolam ex corde ꝓfeſſio/
nem. Ne enim quia grauiter deliquerãt nõ
recipiendo promiſſum dei: ⁊ quia quę gra/
ter peccantur: nõ niſi fletu ⁊ gemitu ad ve/
niam ptinent: ne ideo illos non poſſe iã ac/
cipere miſericordiam putarent: quia dolere
illos non videbant: oſtendit hoc inter pri/
mordia fidei non requiri. Donum enim dei
gratis donat peccata in baptiſmo. **Si/
cut enim ⁊ vos aliquando non cre
didiſtis deo: Nunc autem miſeri/
cordiam conſecuti eſtis propter il/**



**lorum diffidentiam: ita et iſti nunc
nõ crediderũt in veſtra miſeratiõe:
vt ⁊ ipſi miſericordiam ꝯſequãtur.**
Incredulitateȝ gentium memorat: vt ipſo
rubore nõ ſe iactarent inſultantes iudęis q̃
nõ crediderãt: ſʒ oblectarent illos agnoſce/
re ꝓmiſſũ dei. Quia enim vos inq̃t gentes
cum his eloquia dei credita ſint repugnan/
tes fuiſtis: nunc autem miſericordiã accepi
ſtis: nõ veſtro merito ſed ad hoꝝ opprobriũ:
quare nõ magis iſti conuerſi accipiant miſe
ricordiã qui priꝰ in lege dei cõuerſati ſunt: ⁊
quibus facta promiſſio eſt. **Concluſit
enim deus omnia in incredulitate:
vt omniuȝ miſereatur.** Gentes porro
ab antiquis tẽporibus in impietate ⁊ igno/
rantia verſabanꝭ: vtpote ſine deo: propter
qđ manifeſtata lex in litteris eſt: qua poſſẽt
infrenari p̃cipites. Et quoniã verſutia ad/
uerſarij cumulari peccata cęperũt: vt p iter/
dictũ magis reus homo cõſtitueretꝭ: deꝰ cle/
mentia bonitatis ſuę ſemp homini ꝓcurãs
vt ⁊ qđ ſine lege pctm̃ erat ⁊ ĩ lege poſſit de
leri: hoc decreuit vt ſolam fidẽ poneret: per
quã omnium pctã abolerentur: vt qꝛ nulla
ſpes p legẽ omnibꝰ hominibꝰ erat: dei miſe
ricordia ſaluarentur. Hoc eſt oĩa cõcluſiſſe ĩ
incredulitate: vt tunc decretũ donuȝ a deo
veniret: quãdo oẽs diffidentia laborarent:
vt gratia muneris eẽt gratiſſima. Itaq̃ꝫ ne/
mo ſe iactet: miſerũ eſt enim ſuperbum eſſe
eum cui ignotum eſt.

XXIX o **Altitudo diuitiarum ſapien/
tie et ſcientię dei: q̃ȝ inſcru/
tabilia ſũt iudicia eius: ⁊ in/
ueſtigabiles vie ipius.** Excelſum ⁊ im
mẽſum deuȝ in diuitijs ſapientię ⁊ ſcientię
ſuę cum omni laude ⁊ gr̃arum actione teſta
tur: eſt eñi conſiliũ ⁊ iudicium eius incõpre/
henſibile. Nam ſciens ab initio cõuerſatio/
nes ⁊ opera hominũ: qꝛ neq̃ꝫ ſola ſeueritate
iuſticię ſaluari poſſit hominũ genꝰ: neq̃ꝫ ſo/
la miſericordia ad ꝓfectum meritoꝝ perue/
nire: vnoquoq̃ꝫ tẽpore decreuit quid eẽt p̃/
dicandũ: ante tamẽ pmittens vnũquemq̃ꝫ
ſuo iudicio: quia natura ip̃a duce cognoſcitꝭ
iuſticia. Et quia auctoritas naturalis iuſti/
cię obtorpuerat cõſuetudine delinquendi:
data eſt lex vt humanũ genus terrore ma/
nifeſtatę legis frenaretur. Sed qꝛ nõ ſe co/
hibẽtes: rei tenebanꝭ a lege: pręedicata miſe
ricordia ẽ: quę ad ſe cõfugientes ſaluaret: re
futantes autẽ cęcaret ad tẽpus: ad ꝓmiſſio
nẽ eoruȝ gentes inuitans: quę prius iuſtici/
am dei per moyſen datã ſequi noluerũt: vt
horum ſaluti dum inuident: ipſo zelo ad ra
dicis ſaluatoris originẽ ſe reformarẽt ꝓmiſ
ſę in lege. Hęc ẽ altitudo diuitiarũ ſapiẽtię
⁊ ſcientię dei: qui tam iudęos q̃ꝫ gẽtes mul/
tifaria prouidentia acquiſiuit ad vitam.
**Quis eñi cognouit ſenſum domi
ni: aut quis illi cõſiliarius fuit: aut
quis prior dedit illi ⁊ retribuetꝭ ei:**
Hoc in eſaia ſcriptũ habetur. Manifeſtum
eſt ſoluȝ deũ eſſe qui nouerit omnia cõſilia:
et hunc vnum eſſe qui nullius egeat: qꝛ ab
ip̃o ſunt oĩa: ac per hoc cõſilium eius a nul/
lo nec cõprehenditꝭ nec metitur: quia inferi/
ora ſuperioris ſenſum ſcire nõ poſſunt. De/
niq̃ꝫ iudęis credentibꝰ impoſſibile videbatꝭ
conſilium eſſe ⁊ voluntatem dei ad redem/
ptionẽ gentium: ſimili modo ⁊ gentibus ar
duũ ⁊ incredulum videbatꝭ iudęos qui non
crediderant poſſe conuerti: aut credẽtes ſu/
ſcepi vt ſaluarentur. Inter cętera hoc ẽ con
ſilium dei qđ latuit nec potuit cõprehendi.
**Quoniam ex ipſo ⁊ per ipſum et
in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria.** Qua
ratione ſenſum ⁊ conſilium dei inueſtigari
non poteſt: declarauit. Ex ipſo enim inquit
⁊ per ipſum ⁊ in ipſo ſunt omnia: ip̃i gloria.
Hoc dicto aperuit ſenſuȝ qui occultus erat
mundo. Quia enim omniuȝ creator eſt de/
us (Fecit enim ea quę nõ erant vt eſſent) iõ
ex ipſo ſunt omnia. Et quoniã ab ipſo ſũt:
per filium eius qui eiuſdem vtiq̃ꝫ ſubſtãtię
eſt eſſe cęperũt: cuius opus: patris ẽ opus.
Quia ergo ipſe operatur per filiuȝ: per ip/
ſum ſunt omnia. Et quoniam quę ſunt ex
deo per deum ſunt: poſt renata in ſpiritu/
ſancto ſunt: in ipſo ſunt oĩa: quia ⁊ ſpiritus/
ſanctus de deo eſt patre: vnde ⁊ ſcit quę in
deo ſunt. Ergo ⁊ in ſpirituſancto pater eſt:
quia quod de patre eſt deo: non poteſt ali/
ud eſſe q̃ꝫ eſt deus pater. Ac per hoc ip̃i glo
ria: quia ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ in ip̃o ſũt om
nia. Itaq̃ꝫ ex ip̃o ⁊ per ipſum ⁊ in ip̃o vt eſ/
ſent: eſſe cęperunt: ſenſum ⁊ conſilium eius
ſcire non poſſunt. Ipſe auteȝ ſcit omnia: qꝛ
in ip̃o ſunt cuncta: Patefecit myſteriuȝ dei
quod ſuperius dixit nõ ab eis ignorari de/
bere.

## Capitulum duodecimum.

Ca.XL. O Bſecro itaq; vos fratres
per miſericordiā dei: vt ex-
hibeatis corpora veſtra ho-
ſtiā viuam: ſanctā: deo pla
cētē: rōnabile obſequium veſtrum:
Et nolite ꝯformari huic ſeculo: ſed
reformamini in nouitate ſenſus ve
ſtri: vt probetis q̄ ſit voluntas dei:
qđ bonū ⁊ placitum ⁊ ꝑfectum eſt.
Per miſericordiā dei illos hortať: per quā
ſaluatur humanū genus. Poſt tractatum
eīn legis ⁊ fidei: populi natura iudaici ⁊ gē-
tilis ad bonam vitā agendā hortatur: per
hanc eni ſpes fidei obtinetur. Cōmonitio ē
ergo hęc vt memores ſint: q̄ miſericordiam
acceperunt ⁊ vigilent circa obſequium eius
a quo illis data eſt: per quē ex impijs gratiꝫ
iuſtificati ſunt: ſcientes hāc eſſe hoſtiā vitā:
ſanctā ⁊ deo acceptabilē: ſi corpora nr̄a in-
cōtaminata ſeruemus: diſſimiles a ſeculari
1.Theſſal.4. bus qui voluptatibꝰ ſtudent. Hęc eſt volū-
tas dei: ſanctificatio veſtra. Nam corꝑa ſub
iecta pctis: nō viua habenť ſed mortua: ſub
deſperatione eīn promiſſę vitę ſūt. Ad hoc
eīn pctis: dono dei abluimur: vt de cętero
mundā vitam agentes: dei amorē in nos ꝓ
uocemuſ: nō irritū facienteſ opus gr̄ę eius.
Nam apud veteres ideo oblata occideba-
tur hoſtia: vt homines pcti cauſa morti ſub
iectos ſignificaret. Nūc autē q̄ per donum
dei purificati ſūt hoīes: ⁊ a morte ſecūda li-
berati: viuā hoſtiā debent offerre: vt ſignū
ſit vitę ęternę. Nō eni ſicut tūc corpora pro
corꝑibus imolantur: nunc vero non corpo-
ra: ſed vitia corꝑis ꝑimenda ſunt. Ut autē
obſequij noſtri effectū habere poſſimꝰ: ſer-
uata iuſticia: pudorē cuſtodiamꝰ. Nihil eīn
ꝓficit pudor: nec rōnabilis poteſt videri: ne
glecta iuſticia. Hoc erit cōformē fieri ſpirita
lium: renouatum in ſpiritu ac fide: hoc ſcire
qđ placet deo: nec aliud bonū ⁊ ꝑfectū eſſe.
Ca.XLI. D Ico eni per gr̄am q̄ data ē mi-
hi oībus qui inter vos ſūt: nō
plus ſapere q̄ʒ oportet ſaꝑe:
ſed ſapere ad ſobrietatem: ⁊ vnicui
q; ſicut diuiſit deus meſurā fidei.
Aperte oſtendit hoc debere nos ſapere qđ
iuſticię terminos nō egrediatur: vt non no-
bis ſolis vtile ſit: ſed ⁊ nlli obſit. Hęc eſt eīn
prudentia: ꝓdeſſe magis aliquibus q̄ ob-
eſſe: ⁊ cōtentū eſſe debere ſorte q̄ menſus ē
deꝰ merito ⁊ fidei vniuſcuiuſq;: nec ſibi de-
fendere qđ non ſibi conceſſum videt: hoc ē:
nō plus ſapere: q̄ vni totū concedi non po
teſt. Nec eni ſi quis bonę vitę eſt: ex eo ſibi
etiā doctrinę prudētiā debet defēdere: aut
quia peritiā habet legis: leuitaꝝ ſibi obſe-
quia vendicare debebit. Hortať ergo ⁊ do-
cet ꝑ gratiā ſibi datā. Hęc gratia peritia in-
telligitur dn̄icę diſciplinę: ꝑ quā humilitati
iuſticię ſtudendū tradit.
Ca.XLII S Icut enim ī vno corpore mul
ta membra habemus: omnia
autem mēbra nō eadē habēt
officia: ita multi vnū corpus ſumꝰ
in chriſto: ſinguli autē alter alteriuſ
membra. Exēplo corporis docet nō poſſe
nos ſingulos omnia: q̄ ſumus inuicē mem
bra: vt alter alterius nō egeat: ac per hoc cu
ram noſtri inuicē nos agere debere: nec alte
rū alij obſiſtere: quia inuicem officijs noſtrꝭ
opus habemꝰ. Hoc erit diligere xp̄m: ſi in-
uicem ſe membra exhortenť: vt impleāt mo
dum quo corpus ī chriſto ꝑfectū ſit. Ha-
bētes autē donatiōes dei diuerſaſ
ſcđm gratiam quę data eſt nobis.
Nunc aūt ip̄a officia deputata mēbris me-
rito fidei enumerat: vt cū viderit mēbrū qđ
ſibi deputatū officiū eſt: nō perſtrepat alte-
ri cui viderit aliud traditū: ſed congerat: vt
corpus eccleſie ſit perfectuʒ. Siue pro-
phetiam ſcđm operationem fidei.
A ꝓphetia incipit: q̄ prima ꝓbatio ē ratio-
nabilem eſſe fidē noſtrā. Deniq; credentes
accepto ſpiritu ꝓphetabant. Hęc ergo dať
ꝓ modo accipientis: hoc eſt quantuʒ cauſa
exigit ꝓpter quā dať. Siue miniſteri
um in miniſtrando. Ad obſequiū frat-
nitatis prębendum intantū miniſter firma-
tur: quantū credidit debere ſe obſequi: ne
vltra fidem laborās in obſequio: fatigetur
incaſſum: quia hoc ſequitur vnūquemq; qđ
conatur ex corde. Siue qui docet in
doctrina. Similiter dicit adiuuari docto
rem in doctrina: vt inquantū fides eius eſt
ad docendū: intantū inſpireť ad tradendā
diſciplinā cęleſtem. Siue qui exhorta
tur in exhortādo. Et hunc eodē modo
in corꝑo in quo tendit auxilio ſpūs ꝑpara-
ri: vt habeat gr̄am dn̄ ꝓuocat. Laceſſit eīn
frēs ad bonum: aut incredulos ad fidem.
Qui largitur in ſimplicitate. Huic
dicit qui bono animo tribuit auxilia ſemꝑ
ſuppeditare ꝓcurāte ſpiritu: vt nō deſit tri-



Prouer.28. buenti ſimpliciter: dicente ſalomone: Qui
tribuit pauperibus nō indigebit. Hic ergo
tribuit ſimpliciter: q̄ nō in ſimulatione hoc
agit vt laus ei ab hominibus deť: ſed vt a
deo per hoc ipſū meritum cōſequať. Qui
preeſt in ſollicitudine. Eū qui curam
vt pręſit fratribus ſuſcepit: iuxta fidē ſuam
accipere vigilantiā ⁊ auctoritatē: vt profi-
ciat in quo ſollicitus ſit: habens in illis fru-
ctum quibus pręeſt. Qui miſeretur ī
hilaritate. Hunc quoq; ſcđm ſenſum ſuū
qui lęto animo miſericordiā facit: nō quaſi
nolēti extorqueri: fundari ⁊ roborari a deo:
vt ī hac re nullā infirmitatē patiať: ſcienſ di
ctū a ſalomōe: Dū habes occaſiōeʒ bn̄fac.
Sed hoc multifarie intellgendū eſt. Mul-
tiplex ē eni miſericordia ſub vno vocabulo.
Nā ſi ſupra dixit: Qui largiť ī ſimplicitate:
q̄d erat opus iterare: niſi quia ſub vno mi-
ſericordię nomīe multa bona opera ſignifi-
cauit? Peccātibꝰ etenī ig̃ſcere miſericordia
eſt: ⁊ in neceſſitate aliqua poſito vľ oppreſſo
opem ferre: miſericordia eſt: ⁊ nudū veſtire:
⁊ eſurienti panem frangere: ⁊ paruulū expo
ſitū colligere: ⁊ cadauer operire: ⁊ alia oꝑa-
ri: miſericordia eſt. Jđ ſi hęc impigre ⁊ ſine
tedio fuerit oꝑatus: habebit huius operis
⁊ in ꝑſenti ⁊ in futuro mercedē. Oīs ḡ miſe-
ricordia ⁊ ſimpliciter ⁊ cum gaudio fieri de-
bet: vt ſimplicitaſ excludat hypocriſiʒ: gau
diū vero fretū futurę ſpei teſtetur examen.
Dilectio ſine ſimulatione. Huic me
rito qui hoc meditať: vt iđ diligat fratrem
quia ſcit hoc placere auctori deo: ne adula-
tione ꝑſentis vitę hoc agat: ſubuenit ſpūs:
vt quia hoc deuota mēte quęrit: obſequijs
Joh.13. poſſit īplere. Audiuit enī dictū a dn̄o: Prę-
ceptū nouū do vobis vt diligatis inuicem.
O diētes malū: adherētes bono:
fraternitatꝭ amore inuicē benigni:
honore mutuo preuenientes. Non
magnū dicit euitare malū niſi adhęreať bo
no. Jllud eīn de timore fit aut ð amore: nec
benignū eſſe fraternitatis honorē: ſi nō mu
tuis ſe obſequijs ꝓuenerint. Sollicitu-
dine non pigri. Hoc ē qđ dicit ꝓpheta
Hiere.48. hieremias: q̄ maledictus qui facit oꝑa dn̄i
negligenter. Piger eni in cōuerſatiōe diui-
na: ſine ſpe ē: Jđ ſubiecit: Spū feruen
tes. Hoc eſt: vt in exercitio diuini oꝑis aut
legis nō ſit tepidus: ſicut diciť ī apocalypſi
Apoc.3. iohānis: Qm̄ tepidus es inquit: euomā te
ex ore meo. Quotidiana eni meditatio tol-
lit ſoporeʒ: ⁊ facit vigilantem. Oꝑa eni dn̄i
ſunt q̄ mandat fieri ꝓ vtilitate eccleſię: id ē
fratrū. Tempori ſeruiētes. Jn grę-
co dicitur ſic habere: Deo ſeruiētes: qđ nec
loco cōpetit. Quid eīn opus erat ſūmā hāc
ponere totius deuotionis: cum qn̄ ſingula
mēbra q̄ ad obſequia ⁊ ſeruicia dei ꝑtinent
memoret. Jn omnibus enim his quę enu-
merat: plenū deo ſeruitium exhibeť. Nam
ſeruire tēpori quid ſit: alibi ſoluit cū dicit:
Redimētes tempus qm̄ dies mali ſunt: vt Eph.5.
ſciatis quēadmodū vnicuiq; reſpōdeatis.
Quoniā aūt dixerat: Spū feruētes: ne hoc
ſic acciperent vt paſſim ⁊ iportune verba re
ligionis ingererēt: tēpore inimico ꝑ qđ for-
te ſcādalum excitarent: ſtatī ſubiecit: Tēpo
ri ſeruientes: vt modeſte ⁊ cū honeſtate ap-
tis ⁊ locis ⁊ ꝑſonis ⁊ apto tēpore religionis
fidē loquerenť. Sunt eni quidā etiā hoc tē-
pore quo pax ē: qui ſic perhorrent verba dei
vt audiētes cū magna ira blaſphemēt viaʒ
chriſtianā. Nā ⁊ ip̄e ſeruiuit tēpori qn̄ qđ no-
luit fecit. Jnuitus eīn circūcidit timotheū:
⁊ raſo capite purificatus ſcđm legē aſcendit
tēplum: vt iudęorū ſopiret inſaniā. Spe
gaudentes. Poſtq̄ꝫ dixit: Tēpori ſeruiē
tes: adiecit: Spe gaudēteſ: vt ſi forte propť
iniq̄tatē tēporis nō liceat de fide publice lo
qui ſed eſſe in metu: ſpe gaudeat: q̄ hęc tri-
ſticia parit lęticiā. In tribulatione pa
tiētes. Hoc eſt: ſpe gaudere: in tribulatiōe
patientē eſſe. De gaudio eni ſpei tolerat tri
bulationē: ſciēs multo maiora eſſe q̄ pro hiſ
promiſſa ſunt. Orationi inſtantes.
Neceſſaria eſt valde oratio: q̄ vt tribulatio
poſſit tolerari: precibꝰ inſiſtēdū eſt. Me
morijs ſanctorū communicantes.
Manifeſtū eſt: q̄ qui preces ſuas exaudiri
vult: emulus debet eſſe vitę ſanctoꝝ. Cum
imitať eīn cōmunicat: vt hoc ſit memorē eē
⁊ cōmunicatorē: imitari actus illoꝝ: ⁊ ſi ſū-
ꝑtibus indigēt: cōmunicādū eis: ſicut dicit
alio loco. De collectis autē quę fiunt in ſan 1.Cori.16.
ctos. Et ad galatas: Ut paupeꝝ memores Gal.2.
eſſemus. Hoſpitalitatē ſectantes.
Jmitator ⁊ ama tor ſanctoꝝ hoſpitalitateʒ
ſectať: exēplis ſancti abraę ⁊ loth viri iuſti.
Benedicite et nolite maledicere.
Ut chriſtianos per omnia nouos faciat: eti
am ab hac illos cōſuetudine auferre vult: q̄
omnibus cōmunis eſt: ne irato aīo incitati:

prius facile maledicere velint: ſed vt magis victa iracundia benedicãt: ⁊ laudis ſit diſciplina dominica. **Gaudere cũ gaudẽtibus: flere cum flẽtibꝰ.** Hoc eſt quod
1.Cor.12. alio loco dicit: Si quid patit̃ vnũ membrũ: cõpatiunt̃ omnia membra: ⁊ ſi lętatur vnũ membrum cõgaudent omnia mẽbra. Cum enim quis fideli ſolatio eſt in neceſſitate: erigit animũ eius ⁊ apud deũ ſibi collocat meritum: quia membruʒ diligit corpis chriſti: ⁊ ſi cum infideli condoleat: prouocat magis illum ad ꝑfectũ diſciplinę dominicę. **Id ipſũ inuicẽ ſentiẽtes.** Hoc eſt qđ dictũ eſt: cõpati debere vt fratres in tribulatiõe:
Gal.6. ſicut ⁊ in alia dicit epla. Cõſiderãs teipſum ne ⁊ tu tẽpteris: alter alterius onera portate. **Nõ alta ſapiẽtes.** Alta ſapere ſupbia eſt. Nã ⁊ diabolus cũ alta ſapuit: apoſtatauit. Ne elatio ſit in animo: ⁊ ꝓſumens forte de incolumitate actus ſui: nõ cõdoleat fratri ſuo: ſed exprobret quaſi peccatorẽ: hęc ſuperbia eſt: quę cum ſe ꝓponit offẽdit.
Matth.7. Qđ ⁊ dominus denotat dicens: Eijce trabem prius de oculo tuo: ⁊ tũc videbis eijcere feſtucã de oculo fratris tui. Ipſa eñ elatio peccatũ ẽ: ac ſi nõ ſit peccator: quod impoſſibile eſt: fit peccator dum ſuperbit. Deniqꝫ dicit ſalomon: Superbis deꝰ reſiſtit. **Sed humilibꝰ cõſentiẽtes.** Hoc eſt vt depoſita ſupbia alienã cauſã ſuã faciant ⁊ ſuã quaſi alienã: vt habeant gratiã apud deum: qꝛ qui ſe exaltauerit humiliabitur.

**Nolite eẽ prudẽtes apud voſmet ipſos.** Hoc in eſaia ꝓpheta ſcriptũ eſt: qđ hic quaſi propriũ ponit: vt iuſticia cõmunis habeatur: nõ vt ſibi quis iuſtus ſit: cęteris autẽ iniuſtus. **Nemini malum ꝓ malo reddẽtes.** Hoc eſt qđ dominus dicit:
Matth.5. Niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſꝙ ſcribarũ ⁊ phariſęorũ: nõ intrabitis in regnum dei. Mandatum enim in lege erat: Diliges ꝓximũ tuũ: ⁊ odio habebis inimicũ tuum. Hęc quãtum videtur iuſticia eſt: ſed vt abũdet iuſticia chriſtianorum docent̃ nõ reddere malũ pro malo: vt perfecti ſint: ⁊ pro hoc merces illis reddat̃ in iudicio dei. Supgredi enim videt̃ ipſam iuſticiam: cũ ꝙ licet vt melior ſit: nõ facit cęleſtis iuſticię imitator. Mundi ergo iuſticia a deo illi cõceſſa innocentẽ facit: cęleſtis autẽ perfectũ vt meritũ habeat apud deũ. **Prouidentes bona: nõ tãtum coram deo: ſed etiam coram omnibus hominibus.** Prouidere eſt bona futura ante oculos habere: vt ea gerantur quę poſſint poſtꝙ facta fuerint in rephenſionẽ nõ venire: ſed magĩ laudi eſſe ſiue apud deum ſiue apud homines. Ne quis exiſtimet: quia deo licita non diſplicent: idcirco nõ curandũ ſi fratri ſcãdalũ ſint: hoc premonet: qꝛ illud fieri debet qđ et deo nõ diſpliceat: ⁊ fratri ſcãdalum non ſit. Ac ſi liceat eñ ⁊ fratrẽ ſcandalizet: deo non placet: qꝛ deus ſaluti ſtudendũ monet. Sic ergo prouident̃ bona corã deo ⁊ hominibus ſi ea quę licent ſic agant̃: ne ſcãdalũ faciãt.

**Si fieri põt quãtum ex vobis eſt: cum omnibus hominibꝰ pacẽ habentes.** Omnibus pacificos vult eẽ: qui diuinã ſeruant iuſticiã. Viderit ſi quis hãc pacem ſpreuerit: vt tali vero inimicus cum aut reprehendi forte ab illo nõ vult: aut inuidet bonis eius: qđ ad illum tamẽ ꝑtinet: nõ diſcordat a bene agentibꝰ. Hic eſt eñ im paciſicus: qui ꝑtermiſſa volũtate legis: ſuũ
Pſ.11 ius ſequit̃: quãquã dicat dauid: Cũ his qui oderunt pacẽ eram paciſicus: Sed hoc neceſſitatis erat propter potentiã perſonarũ: vt vel obſequijs humilitatis vincat̃: quem ſic extollit ſuperbia vt mandata legis ſpernat: poteſt fieri vt de timore dei pacificum ſe quis prebeat illi: qui odit pacem. Quando eñ vicẽ malis reddere nõ vult pacificꝰ ẽ: hoc ẽ de bono vicere malũ: vt vel obſequijs vincat̃: quẽ mãdata legis nõ vincũt. Ergo ſi fieri poteſt inquit qđ ex vobis ẽ: vt bene agentes pacẽ habere videamini. Jam ſi nõ fuerit amator pacis: tu tamẽ vis eſſe pacificus quantũ ad te pertinet. Si aũt irreuerẽs ⁊ blaſphemus quis ſit ⁊ pacẽ habere cũ illo nõ poſſis: nõ vtiqꝫ tibi aſcribendum erit: qꝛ iohãnes apoſtolus eos qui negãt in carne chriſtũ veniſſe nec ſalutari permiſit. Nos ḡ parati ſimꝰ ſi fieri poteſt: vt cũ omnibus pacem habeamꝰ: alijs vero repugnantibꝰ fiat impoſſibile nõ ex nobis: ſi de nobis tantuʒ querela nõ deponat̃. Qui eñ nulluʒ lędit: apparet eſſe pacificus. **Nõ voſmetipſos defendẽtes chariſſimi: ſed date locum ire:** Vt ⁊ pacĩ fędera ſeruari poſſint: ab ira diſſimulanduʒ monet: maxime qñ ꝑ irã ſolet peccari: cũ qñ quis furore cõmotus plus exigit ꝙ poſtulat cã delicti: aut ſibiipſi incõmodũ pręſtat: ſi grauiora peccata icõpetenti vindicta vult exequi. Debilẽ eñ efficit quẽ potuit emẽdatũ habere ⁊ ſanũ. Vñ ⁊ ſalomon: Noli ait iuſtus eſſe multuʒ. Eſt eñ inquit qui perit in ſua iuſticia. Volens enim ſingulis peccatis reſpondere circa vindictã: morteʒ põt inuenire tã ſibi ꝙ ⁊ quem plagis affligit. Solent enĩ ĩ pęnã delinq̃re. Nõ ſolum tam de ſubiectĩ vindictã ꝓhibet cõpetentẽ: ſed ⁊ de paribus ⁊ magnis: hoc eſt de fratre forte in nos peccãte nõ quęramus vindicari: ſed remittamꝰ dei iudicio reſeruãtes: nedũ ab ira detinemur: ĩueniat locum inimicus: ĩ quo ſuggerat ⁊ ſuadeat qđ contra nos eſt. **Scriptũ eſt enim.** Vt fortius ſuadeat: exẽplo legis hoc confirmat dicens: Scriptũ eſt in prouerbijs. **Mihi vindictã ⁊ ego retribuã dicit dominus.** Vt ſi minime a nobis fiat qđ docet: deũ a nobis contẽptũ oſtendit. Duplici ergo genere proficitur ſi deo remittat̃ vindicta: qꝛ ⁊ cum iracundiã vicit: perfectus ſit: ⁊
Prouer.25. dei iudicio vindicabit̃. **Si eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitit potũ da illi: hoc enim faciens: carbones ignis cõgeres ſuper caput eiꝰ.** Non nudã vindictã deo reſeruari debere oſtẽdit: ſed ⁊ beneficia dari inimicis: vt vere oſtendamus nõ meritis noſtris habere nos inimicos: quos vt ab inimicitijs deſinãt obſequijs vincere nitimur. Qui ſi inimicitijs ꝑdurauerit impietate mentis ſuę: noſtra obſequia proficient illis ad pęnam: Aut certe obſequiorũ noſtroꝝ ſedulitate compuncti: veluti carbones mortui reuiuiſcant. Vt ergo nos intantum ꝑfectos faciat: vt nõ ſolũ noſipſos; ſ̄ ⁊ alios acq̃ramꝰ ad vitã: inimicis nõ ſolũ vicẽ reddere ꝓhibet dñs ꝑ ſalomonem: verumetiam humanitate ad amicitiam prouocare hortat̃. **Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum.** Hęc interꝑtatio apoſtoli ẽ cohortantis: ne vicem reddamꝰ inimicis: ſicut dictũ ẽ. Multum eñ prodcrit nobis: ſi malicię cedamꝰ. Vincit eñ malum: qui ad tẽpus vinci videtur ab illo. Et ſaluator eñ ſic vicit malũ dũ nõ reſtitit. Contra ſe eñ agit malicia: ⁊ duʒ vincitur: vincere ſe putat. Id eñ agit inimicus: vt ⁊ nos de ꝓpoſito noſtro abſtrahat: occaſionẽ quęrens quomõ peccemꝰ. Jdeo ſi prouocati ab illo: vicẽ illi nõ reddamꝰ: vicimus illum in bono. Jđ enĩ nõ reſiſtimus vt bonũ ſeruemꝰ neglecta iuſticia: qꝛ cogit iuſticia ad retribuendum.



## Capitulum decimumtertiũ.

o **Omnibus poteſtatibꝰ ſublimioribus ſubditi eſtote: Nõ eſt enĩ ptãs niſi a deo.** Ca.XLIII.

Quoniã cęleſtis iuſticię legẽ ſequẽdã mandauit: ne ab hac ꝑſenti diſſimulare videret̃: hãc cõmendat. Quippe cũ niſi hęc fuerit obſeruata: illa cuſtodiri ñ poſſit. Hęc eñ q̃ſi pędagogꝰ eſt quę ꝑuulos imbuit: vt poſſint potioris iuſticię viã ſequi. Nemini enĩ põt imputari miſericordia: niſi habuerit iuſticiã. Vt ergo ius ⁊ timorẽ legĩ naturalis confirmet: deũ auctorẽ eius teſtat̃: ⁊ miniſtrãtes eã dei ordiationẽ habere: Jđ adiecit: **Que aũt ſũt: a deo ordinata ſunt.** Vt nemo putet quaſi humana cõmenta contẽnenda: Videt eñ ius diuinuʒ humanis auctoritatibꝰ deputatũ. Hic ergo ſubiectus eſt poteſtati: qui ſe terrore dei ab his abſtinet quę prohibet. **Itaqꝫ qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit.** Hęc contra iſtos qui per potẽtiã forteʒ aut quia aliquid deꝑhendi ſe poſſe nõ credunt: ⁊ ꝑ hoc illudere ſe legem putãt: Oſtẽdit his dei eẽ legem: ⁊ nõ euaſuros iudiciuʒ dei: qꝛ ad tempus aliquo pacto euadunt.

**Qui aũt reſiſtunt: ipſi ſibi dãnationem acquirunt.** Manifeſtũ eſt: qꝛ vnꝰquiſqꝫ operibꝰ ſuis aut iuſtificabit̃ aut condemnabit̃. Qui enĩʒ audientes legẽ peccãt inexcuſabiles ſunt. **Nã qui pricipant̃ nõ ſũt timoris bonis operibus ſed malis.** Principes hos reges dic̃ qui ꝓpt̃ corrigendã vitã ⁊ ꝓhibẽda aduerſa creant̃: dei habẽtes imaginẽ: vt ſub vno ſint cęteri.

**Vis aũt nõ timere ptãtem? Bonũ facito ⁊ habebis laudẽ ex illa.** Laus ex ptãte tunc ſurgit: cũ q̃s innocẽs inuenit̃.

**Dei enĩ miſter eſt tibi ĩ bono.** Manifeſtũ ẽ ideo rectores datos ne malũ fiat.

**Si enĩ malefeceris time: nõ enĩ ſine cauſa gladiũ portat.** Hoc ẽ: ideo cõminat̃ vt ſi fuerit ꝯtẽptus vindicet. **Dei enĩ miſter eſt: vindex in iram ĩ eum q̃ male agit.** Quoniã futurũ iudiciũ deꝰ ſtatuit: ⁊ nullũ perire vult: hoc in ſęculo rectores ordinauit: vt terrore interpoſito oĩbus velut pędagogi ſint: ne in pęnã incidãt futuri iudicij. **Jđqꝫ ſubditi eſtote: nõ ſolum propter iram: ſed etiã ꝓpter cõſciam.** Recte dicit ſubiectos eſſe debere nõ ſolũ propter iram: id eſt vltionẽ ꝑſentẽ

Parit enī ira vindictā: ſ ⁊ propter futuruꝫ
iudiciū: qꝛ ſi hic euaſerint: illic eos pena ex/
pectat: vbi accuſante cōſcientia ipſa puni/
entur. **Nam idcirco tributa pendi/
tis. Miniſtri enim dei ſunt in hoc
ipſo ſeruiētes.** Jō dic̄ tributa ꝓſtari: vel
quę dicunt̄ fiſcalia: vt ſubiectionē pręſtent
per quā ſciāt nō ſe eſſe liberos: ſed ſub pote
ſtate degere: quę ex deo eſt. Principi enim
ſuo qui vicē dei agit: ſicut dicit daniel pro/
pheta. Dei ē enim inquit regnuꝫ: ⁊ cui vult
Matth.22. dabit illud. Vn̄ ⁊ dn̄s: Reddite ait quę ſūt
cęſaris cęſari. Huic ẜ ſubijciēdi ſūt ſicut deo
cuius ſubiectiōis ꝓbatio hęc eſt cū illi pen/
dunt tributa.

**Eddite ergo oībus debita.**
Ca.XLIIII. r Reddi vult ab oībus debita: quia ⁊
potentes ſunt debitores minorib⁹:
vt reſpōdeant meritis illoꝝ. **Cui tribu/
tū tributum: cui vectigal vectigal.**
Primuꝫ ea quę ſunt poteſtati regię debita
exolui iubet: qꝛ maior i his cauſa aut neceſ/
ſitas eſt. **Cui timoreꝫ: timorē.** Timo/
rem poteſtati exhibendū: qꝛ timor prohibet
peccatū: deinde aut parenti aut dn̄o terre/
no: vt gratiaſ agat in filio aut ſeruo chriſtia
no. **Cui honorem: honorē.** Pōt hic
honor etiā circa eos eē q̄ ſublimes vident̄ i
mundo: vt vidētes humilitatē ſeruoꝝ xp̄i:
laudent magis ꝙ vituperēt euangelicā di/
ſciplinam. **Nemini quicquā debeatis
niſi vt inuicē diligatis.** Pacē vult nos
habere ſi fieri pōt cum omnibus: dilectionē
vero cū fratrib⁹: ⁊ hanc tamē honore ſerua/
ta. Jdcirco autē debitores dicit: quia homi
ni qui dignus honore ē: ſiue ꝑſēte ſiue futu/
ro: dignū eſſet debitū iclinari. Jlli eni quis
inclinatur a quo honorē accepit: ideo debi/
tor dicitur. Si eni nō hoc feceris ꝑncipi tuo
ſuperbus es: aut em̄ merito quis aut ętate
honorandus ē. **Qui eni diligit proxi
mum: legē impleuit.** Legē datā a moy
ſe implet qui diligit ꝓximū: naꝫ nouę legis
mandatū eſt etiā inimicos diligere. **Naꝫ
Deut.5. nō adulterabis: non occides: non
furaberis: nō cōcupiſces.** Hoc moy/
ſes ſcriptū accepit a deo: ad reformationeꝫ
legis naturalis. **Et ſi qđ eſt aliud mā/
datū in hoc verbo ꝯſūmat̄: diliges
ꝓximū tuū ſicut teipſū.** Hoc ſcriptum
eſt in leuitico: manentib⁹ ſupradictis man/
datis. Jtaqꝫ in dilectione ipleri legē ſignifi/
cat: ſicut dixit: ac ſi ſint alia mādata q̄ nunc
tacuit: tamē ꝓ omnib⁹ mādatis dilectio ſa/
tiſfacit. Nā ſi ſe humanū genus ab initio di
lexiſſet: iniquitas in terris nō eſſet. Exordi/
um em̄ iniuſticię diſcordia eſt: ideoqꝫ iniqui
tatis dilectio iniqtas ē: qꝛ qđ malo malū ē:
bono bonū eſt. **Dilectio proximi ma
lū nō operat̄. Plenitudo eni legis
eſt dilectio.** Malū nō operat̄ qꝛ bona eſt
dilectio: nec peccari pōt illa q̄ legis eſt per/
fectio: per legis verba ad ſenſū euāgelicum
ꝑuenit. Jdeo eni qđ ſummū eſt legꝭ memo/
rat: vt huic euāgeliū ſociet: oſtēdens vnius
eſſe ſenſuꝫ auctoris. Sed qꝛ tempore chriſti
addi aliquid oportuit: nō ſolū ꝓximos ſed
inimicos diligere ꝑcepit. Vnde ſubditur:
Plenitudo legis ē dilectio: vt iuſticia ſit di/
ligere ꝓximū: abundans vero ⁊ ꝑfecta iuſti
cia etiā inimicos diligere. Jnimicū autē di/
ligere quid aliud ē: ꝙ optare deſinere illum
ab odio: ⁊ nihil aſpeꝝ petere aduerſus illū:
hoc eſt amare illū: ea illi optare per q̄ deum
habeat ꝓpitiū: hęc eſt cęleſtis iuſticia: hęc
deo patri ſiles facit: quę nō colentib⁹ ſe an/
nua dona largit̄. Nam ⁊ dominus in cruce
poſitus poſtulat pro inimicis: vt plenitu/
dinem iuſticię quam docuerat demonſtra/
ret.

**Et hoc ſciētes tēpus: quoniā
Ca.XLV. e hora ē iam nos de ſōno ſur/
gere.** Tempus eē dicit quo ad me/
ritum proficere debeam⁹: hoc eſt de ſomno
ſurgere: operari bonum: quaſi i die: hoc eſt:
palā. Jllicita enim in nocte: id eſt: in abſcō
dito fiunt. Jam em̄ in manifeſtatiōe poſiti:
qđ ē in noticia dei: agnoſcētes qđ ſequi de/
beamus: dare operā debem⁹: vt pure viuē/
tes ad promiſſum pręmiū veniam⁹ excuſſo
ſomno: id eſt ignorantia ſiue negligentia.
**Propior eni eſt nūc noſtra ſalus
q̄ꝫ cuꝫ credidimus.** Manifeſtū eſt: qꝛ
poſt lauachrū bene viuentes ⁊ charitati ſtu
dentes: nō longe ſunt a merito reſurrectiōis
ꝓmiſſę. Bona em̄ vita chriſtiani: ſignuꝫ eſt
ſalutiſ futurę. **Nox precesſſit: dies au
tem appropinquauit.** Noctē veterem
hominē ſignificauit: qui per baptiſmū in/
nouatus eſt. Hunc pręceſſiſſe dicit quaſi no
ctem: diem autem appropinquaſſe cuius lu/
mine veritas nobis apparuit: vt ſcirem⁹ qđ
agere deberemus. Prius eni ignorātes chri
ſtum in tenebris eramus: at vbi didicimus



lux nobis orta eſt: tranſiuim⁹ enim ex falſo
ad verum. **Abijciamus ergo opera
tenebraꝝ: et induamur arma lucis.**
Tenebrarū ſūt opera vita carnalis: q̄ illece
bris agit̄ ſęcularib⁹: hęc digna eſt tenebris
Matth.22. ſicut dicit dn̄s. Tollite illum ⁊ ligatꝭ mani/
bus ⁊ pedibus: mittite in tenebras exterio/
res. Jnduere arma lucis: geſta ſunt bona:
qꝛ ſicut mali actus tenebris deputant̄: quia
occulte fiūt: ita ⁊ qui bene agūt: palā agūt:
quia nō verent̄ ſ gaudēt. Boni ergo actus
arma lucis ſunt impugnātes tenebras quę
ſunt vitia carnis. **Sicut in die hone/
ſte ambulemus.** Verū eſt: vt qꝛ publice
nō peccat̄: ſic agam⁹ quomō agit̄ publice:
nihil enim tam publicū ꝙ veritas. **Nō i
cōmeſſationib⁹ aut ebrietatib⁹.** Cō
meſſationes ſūt luxurioſa cōuiuia: quę aut
collatione omniū celebrant̄: aut vicib⁹ ſo/
lent a cōtubernalib⁹ exhiberi: vt neminem
illic pudeat aliquid inhoneſte dicere aut fa
cere: quia vnuſquiſqꝫ pręſumit ꝙ ſuum con/
uiuiū ſit. Solent em̄ in aliena mēſa pudore
coerceri: ſed hic ad h̄ ꝯuenit̄: vt fęda illic ge/
rant̄ copia vini ⁊ icitet̄ libidinis diuerſa vo
luptas. Jdcirco euitāda ꝑcipit huiuſcemo/
di cōuiuia. **Non i cubilibus et impu
dicitijs.** Poſt luxurioſum cōuiuiū ⁊ ebrie/
tateꝫ hoc ſubiecit qđ ſequit̄: id eſt: cōcubit⁹
impudic⁹. Hoc gen⁹ hui⁹ laſciuietatis ē fru/
ctus. **Nō in contentiōe et emulatio
ne.** Recte ab his coerceri monet: quia oīs
cōtentio ⁊ zelus inimicitias parit: quas te/
nebras vocat: quia ad lucis ꝑmiuꝫ ꝑuenire
nō poſſūt. **Sꝫ induite dn̄m ieſū xp̄m.
Ca.XLVI. Et carnis curā ne feceritis in
e deſiderijs.** Curā carnis ꝓhibet:
id eſt voluptatē: vt oē qđ prohibet̄
ꝑ legē nō deſideret̄: aut certe deſideratum
vincatur. Jpſa ſunt em̄ opa carnis: vt his
exuti induāt dn̄m ieſū chriſtū: id eſt innoua
ti per chriſtū: ab his malis ſe retineant. Hic
eni induit xp̄m qui ſe ab omni errore ⁊ tur/
pitudine ſeparauerit: ne in cōuiuio nuptia/
rū ſine veſte eius inuentus turpiter abiect⁹
tenebris mancipet̄: ſi quo min⁹ nō ſunt in/
duti ieſum chriſtum dn̄m noſtrū: ſuper cui⁹
nouā veſtē veteres pānos induunt. Exuti
enim veterem hominē: in nouitate vitę ma/
nendum eſt.

## Capitulum decimūquartū.

**Nfirmū aūt in fide aſſumi
i te: non in diſceptatione co
gitationū.** Quoniaꝫ ex iudęis
erāt qui romanos ad nomē chri/
ſti aſſumpſerant admixta lege: ſicut in pri/
mordio ep̄lę memoraui: iō quibuſdā vide/
bat̄ ꝓhibitā carnē edere nō debere. Aliq̄b⁹
autē qui ſine lege xp̄m ſequebant̄: videbat̄
contra legē licere edere. Et per hoc ipſū diſ/
ceptationes erāt inter eos: quas ap̄ls ꝯcor/
dię ⁊ ſaluti ſtudēs: diuina diſputatione au/
fert: oſtendēs neqꝫ edendi ꝓdeſſe apud deū
neqꝫ nō edendi obeſſe: Jnfirmū eſſe dicit q̄
ꝓpterea ꝙ iudęi ꝓhibiti ſunt: timet edere.
Hūc ẜ remitti iudicio ſuo: ne ſcādalum paſ/
ſus a charitate: q̄ q̄ſi mater eſt aiaꝝ: recedat
cū mentis ꝑturbatione: cum xp̄iani pacifici
debeat eē ⁊ quieti. **Alius em̄ credidit
edere oia.** Hic fiducia lectōis nō dubitat
oia edenda: q̄ data ſūt hūanis vſib⁹. Legit
em̄ in geneſi: oia bona valde eē quę creauit Gen.1.
deus: ideo nihil reijcienduꝫ: qꝛ nec enoch q̄
prim⁹ deo placuit: neqꝫ noe qui in diluuio
ſolus iuſtus inuent⁹ ē: neqꝫ abraā ille ami/
cus dei: aut iſaac aut iacob iuſti ⁊ dei amici
inter quos ⁊ loth fuit: aut cęteri iuſti ab his
abſtinuiſſe legunt̄. **Js vero q̄ infirm⁹
ē olera māducet.** Jgit̄ qꝛ hoc putat vt il
le olera edat: iō ſuadendū nō eſt vt carnem
edat: ne cū ſcrupulo edat ⁊ videat̄ peccare:
qꝛ ꝓpoſitū ſuū non cuſtodit. **Jtaqꝫ qui
edit nō edētē nō ſpernat: et qui nō
edit edētē nō iudicet.** Quia volūtatꝭ
ē edere aut non edere: ac ꝑ hoc queſtio hinc
fieri nō debet. Ad hoc em̄ facta ſunt oia vt
volūtati ſubiaceāt: qꝛ dn̄io hūano ſubiecta
ſūt. **De⁹ aūt illū aſſumpſit.** Aſſūpt⁹ a
deo ē: q̄ ad gratiā vocat⁹ ē. **Tu quis es
qui iudicas alienū ſeruuꝫ: ſuo dn̄o
aut ſtat aut cadit.** Manifeſtuꝫ ē ſuū nō
debere cōſerui volūtatē iudicare: cui lex in
hac parte tradita nō ē. Nā qua cōſcia edat
aut nō edat: de⁹ iudex ē cui⁹ ſeru⁹ ē. **Sta
bit aūt: potens ē em̄ de⁹ ſtatuere il/
lum.** Stabit inq̄t dn̄o ſuo: ꝓpterea qꝛ ne/
qꝫ ſi edat reus erit: neqꝫ ſi nō edat culpabi/
lis: ſi tamē deuotione h̄ agat nō euitās hāc
velut cōtrariā. **Nā alius quidē iudi/
cat diē inter diē.** Hoc ē alicui placet iter/
poſitis edere. Nā ſunt quidā qui q̄rta feria
carnē nō edēdā ſtatuerūt: ſunt q̄ ſabbatis:
ſūt iteꝝ q̄ a paſcha vſqꝫ ad pēthecoſtē edēt.

Alius aũt iudicat oēm diē. Hic oēm
diē iudicat: qui nũquã edet. Unuſquiſ-
qꝫ in ſuo ſenſu abũdet. Hoc ē vnuſqſ-
qꝫ ſuo cõſilio remittat̃. Qui ſapit diē:
dño ſapit. Verũ ē: qꝛ qui ſemꝑ abſtinet
ſe: deo placere ſe putat. Et ꝗ edet: do-
mino edet. Dño edet: qꝛ gr̃as agit creato
ri. Et qui nõ edet: dño non edet: et
gr̃as agit deo. Gr̃as agit: dum fatet̃ dei
eſſe creaturã ⁊ bona creata: ſ; ſe diſſimulat
ab ea nõ cõdemnare.

Ca.XLVII. n Emo eni nr̃m ſibi viuit: et ne
mo ſibi morit̃. Sibi viueret ali-
quis: ſi nõ ageret ſub lege. At ꝗ fre-
no legis moderat̃: nõ ſibi vtiqꝫ viuit: ſ; deo
qui legē dedit: vt ſcõm volũtatē eius viua-
tur. Et qui morit̃ ſimili mõ deo morit̃: quo
iudice aut coronabit̃ aut cõdemnabitur.
Siue em̃ viuimꝰ dño viuimꝰ: ſiue
morimur: dño morimur. Idē eſt ſen
ſus. Siue ẽ viuimꝰ ſiue morimur
dñi ſumus. Verũ eſt: omnes nos dñi q̃ſi
ſeruos i cõditione ⁊ redēptoris dñio: ⁊ vnũ
quemqꝫ pro merito ſuo tractari. In hoc
eni chriſtꝰ ⁊ vixit ⁊ mortuꝰ ē ⁊ reſur
rexit: vt et mortuoꝝ ⁊ viuoꝝ dñet̃.
Per xp̃m dñm facta ē creatura ꝗ ꝑ peccatũ
alienata ē ab auctore facta captiua: quã de-
us pater ne opꝰ eius periret: miſſo filio ſuo
de cęlis ad terraſ: docuit q̃d faciendo manꝰ
piratarũ effugeret. Propter qđ ⁊ occidi ſe
paſſus ē ab inimicis: qui deſcēdens ad infe
ros innocens erat occiſuſ: reũ faceret pctm̃:
vt quos tenebat apud inferos amitteret.
Quoniã ẽ viuis oſtēdit viã ſalutis ac ſe ob
tulit pro eis: mortuos vero liberauit de in-
ferno: tam viuorum ꝙ mortuoꝝ dñatur: ex
perditis em̃ iterũ reformauit ſibi illos in ſer
uos. Tu aũt quid iudicas fratrem
tuũ in nõ edendo: aut tu quare ſper
nis fratrē tuũ in edēdo: oes em̃ ſta-
bimus ante tribunal chriſti. Docet
enim nõ oportere iudicare hac re: qꝛ nõ cõ-
tinet̃ in lege: propterea cũ deũ iudicē expe-
Eſa.45. ctemus. Scriptũ eſt em̃: Uiuo ego
dicit dñs: qꝛ mihi flectet̃ oē genu ⁊
cõfitebit̃ omnis lingua deo. Hoc in
eſaia ſcriptum eſt: qꝛ oïs lingua cõfitebitur
deo in fide xp̃i. Naꝫ quia occiſus reſurrexit
futurus iudex: recte ait: Uiuo ego dič dñs:
⁊ nõ ſolũ viuo ſ; ⁊ iudicaturꝰ ſum: ⁊ inimici
fatebunt̃ in me: ⁊ genu flectent cognoſcen-
teſ me deũ de deo. Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ
noſtrum pro ſe rõnem reddet deo.
Quoniã inquit nos ꝓ nobis inuicē reddi-
turi ſumꝰ rationē: nõ nos in hac parte quę
ſupraſcripta eſt alterutrum cõdemnemus.
Nõ ergo ampliꝰ inuicē iudicemꝰ.
Id eſt ſciētes hoc ceſſemꝰ a diſcordia. Sꝫ
in hoc iudicate magis ne ponatis
offendiculũ fratri vel ſcandalum.
In eo iudicandũ monet qđ ꝓſit: qđ poteſt
⁊ auctoritate legis defendi. Nulli autē fra-
trum carnē edēti aut nõ edenti fiat ſcãdalũ.

Ca.XLVIII. ſ Cio ⁊ cõfido i domino: quia
nihil cõmune per ipſũ. Mani-
feſtum eſt: quia ſaluatoriſ beneficio
omnia munda ſunt: qui de ſub iugo legis
eruens homines ⁊ iuſtificans: reddidit ſta-
tum priſtinum libertatiſ: vt digni ſint vti to
ta creatura: ſicut ⁊ veteres ſancti. Qui autē
adhuc ſub lege ſũt: nõ licet illis vti aut ede-
re quę prohibet lex: quia indulgentiam da-
tam ſpernunt. Nõ eni ſecundũ naturã ſuaꝫ
ſed cum contra edictũ edũtur immũda ſũt.
Deniqꝫ in lege ait: Erunt immũda vobis.
Ei plane qui exiſtimat aliquid eē
cõmune: illi cõe ē. Siue ꝗ ex iudęo chri-
ſtianus eſt: ſiue gentili fidelis putat eſſe ali
quid tale vitandum: ipſe eſt quem ſcriptu-
ra infirmum dicit. Dubitando enim eſt in-
firmus: apud iſtum immundum eſt qđ pu-
tat nõ edenduꝫ: ⁊ quia non hoc ſuperſtitio-
ſe facit ſed timore: ſuo iudicio remittēdum.

Ca.XLIX. n Am ſi propter eſcã frater tuꝰ
contriſtatur: iã nõ ſecunduꝫ
charitatem ambulas. In alia
1.Cor.6. epiſtola dicit: Eſca ventri ⁊ vēter eſcis: hũc
⁊ hanc deus deſtruet. Quia nõ de eſca aut
placet quis deo aut diſplicet: ideo charita-
tem ſectandam monet: qua nos deus libe-
Eph.2. rare dignatus eſt. Sic enim ait: Deus autē
propter charitatem nimiam miſertus ē no-
ſtri. Qui ergo huius beneficij memor ē: hãc
excolit nec illi aliquid anteponit: ſed pręter
mittit maxima: quę ſcit promiſſionem non
parare apud deum. Noli cibo tuo per
dere illum: pro quo chriſtus mor-
tuus eſt. Quantum valeat ſalus fratris
ex morte chriſti cognoſcitur. Itaqꝫ qui ſcit
ꝙtũ cõſtet: confirmare illum debet: nõ ſcan
dalizare vt ex re friuola faciat illi ſcrupuluꝫ
⁊ incipiat hęſitare an manducanda caro ſit
nec ne: ꝗ forte ſimpl̃r edebat: ſecurꝰ de ꝯſcia



ſua. At vero cum adeunt cõtrouerſię icipiet
perturbatione i dei creaturã peccare: ⁊ erit i
iiuriã creatoriſ ꝗ ꝓficiet ad ꝑditionē dubitã
tis. Non ergo blaſphemetur bo-
nũ nr̃m. Hoc ē: doctrina dominica cuꝫ ſit
bona ⁊ ſalutaris: non debet per rem friuo-
lam blaſphemari. Blaſphematur auteꝫ cũ
dubitat̃ de dei creatura. Poteſt ⁊ ſic intelli-
gi bonum noſtrum blaſphemari: quia qui
bona opera habet ſi in alia reprehendatur
re minima: bonum illđ ſuũ obfuſcat: ⁊ inci-
piet bonũ eiuſ blaſphemari per malũ eius:
Ezech.33. ſicut ſcriptum eſt in ezechiel. Iuſticia iuſti
non proficiet ſi errauerit. Tale eſt: ſi ꝗs de-
corus forte habeat in fronte aut naſum col-
liſuꝫ vnde deformetur ſpecieſ eius: Ideoqꝫ
illa monet ſectanda: quę bonis reliquis nõ
tollant fauorem. Non eſt eni regnuꝫ
dei eſca ⁊ potus. Manifeſtum eſt: quia
nemo per eſcam placet deo aut diſplicet.
Sed iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudium in
ſpirituſancto. Hos in regnum dei dicit
intrare: qui iuſticiam ſequũtur: ſed chriſtia-
nam habentes pacem quã dominꝰ dedit di
Joh.14. cens: Pacem autem meam do vobis: pacē
relinquo vobis. ex quo oritur gaudium in
ſpirituſancto. Diſceptatio autē non habet
gaudium ſed iram: ideo nõ illic reſpicit ſpi-
rituſſanctus: quia gaudet i ſolis pacificis.
Sicut enim ex nobis contriſtatur: ſic ⁊ gau
det de nobis. Qui eniꝫ in hoc ſeruit
chriſto: placet deo: ⁊ probatus eſt
hominibus. Quoniam chriſtus nos re-
demit: ideo ait: Qui in hoc ſeruit chriſto: ꝗ-
ſi redemptori placet deo: Quare? Quia ipe
miſit chriſtuꝫ vt redimeret genus hominũ:
Joh.5. ſicut ipſe dominus ait: Qui nõ honorificat
filium: nõ honorificat patreꝫ qui miſit illũ.
Qui ergo placet deo probatus eſt homini-
bus. Quomõ? Accepit em̃ donũ per quod
appareat dignus deo. Itaqꝫ que pacis
ſunt ſectemur: et que edificationis
ſunt inuicem cuſtodiamus. Quoniã
diſceptatio diſcordiam parit: ideoqꝫ vt pa-
cifici eſſe poſſimus ab intētione edendi aut
non edendi diſſimulare nos docet. Ędifica-
tionis autem viam ſequi hortatur: vt cum
pace ea cõferamus: per quę inuicē nos ędi-
ficemus: ab his quę infructuoſa ſunt ⁊ ma-
gis contraria declinantes. Collatio eni po-
teſt prodeſſe. Eſt enim excitans menteꝫ: ſi
tamen vincendi ſtudium contemnatur: hoc
eſt enim qđ parit litem. Noli propter
eſcam ſoluere opus dei. Homo opus
dei eſt: ⁊ iterum opus dei eſt dum reforma-
tur per regenerationem: Et eſca opꝰ dei eſt:
ſed non homo propter eſcam: ſed eſca pro-
pter hominem. Multuꝫ enim diſtat: Ideo
noli inquit hoc opus dei qđ clarum eſt diſ-
ſoluere ꝓpter qđ humillimum eſt: hoc eſt:
ſalutem fratris ſtudere: non curã eſcę agere
vt fratrē cõtriſtes. Beneficiũ em̃ dei irrituꝫ
facit qui fratrem liberatum a peccato per di
ſceptationē rurſus ꝓuocat ad peccãdũ: ſol-
uēs in ipo opa xp̃i ꝗ geſſit vt hoiem a pctõ
liberaret. Oia quidē mũda ſũt. Ue-
rũ ⁊ manifeſtũ ē oia mũda eē. Quippe cũ in
geneſi legat̃: oia ꝗ deꝰ fecit eē bona valde. Gen.1.
Sꝫ malũ ē hoi ꝗ per offenſionem
edit. Cũ ẽ ꝑ naturã oia bona ⁊ mũda ſint:
dubitãtibꝰ tñ fiunt imunda: ⁊ erit illi offen-
diculũ qui cũ dubitat edet: tñ imũda ꝯſciã:
qꝛ qđ ſibi inutile putat facit: iõ nulli ꝯtradi-
cendũ ē quid i hac re ſequat̃. Bonũ ē nõ
edere carnē: et nõ bibere vinũ. Cum
de ſola carne ageret: adiecit ⁊ potũ: vt ꝯfo-
ueat eos qui ab his abſtinēt ꝑ id qđ licituꝫ
eſt ⁊ carnē edere ⁊ vinũ bibere: ne contriſta
rent̃ ab illis qui his vtunt̃: dedit eis reſpirã
di ſolaciũ: vt ⁊ in volũtate ſua quieſcerent:
⁊ diſceptatio per quã diſcordia fit ceſſaret.
Cũ em̃ nõ latet bonuꝫ eē ⁊ carnē edere ⁊ vi-
nũ bibere: ⁊ ecõtra carnē nõ edere ⁊ non bi-
bere vinuꝫ bonũ eē: addiſcũt: nemo litigat.
Creatura em̃ data ē ad vſũ volētibꝰ: non tñ
nccĩtas ē ipoſita aut volēti aut nolēti. Ne
qꝫ em̃ i quo frat̃ tuꝰ offēdit aut ſcã-
dalizat̃ aut ifirmat̃. Eãdē dič nõ debe-
re fratri ꝗ infirmũ animum ſibi cõſtituit ad
edendũ fieri queſtionē: ne ꝑturbatꝰ offēdat
neſciēs quid teneat. Tu fidem habes
penes temetipſum: habe corã deo.
Hoc ē: tu quis es ꝗ edes ſecurꝰ: qꝛ creatura
dei bona eſt: non opus eſt vt de altero iudi
ces: qꝛ plus ē vt pacē habeaſ cũ fratre. Hoc em̃
vtile ē apud deũ. In eſca em̃ vtilitas carniſ
ē: in pace vero ⁊ carnis ⁊ animę: ac per hoc
ab huiuſmodi diſceptatione ceſſandũ ē: vt
vnuſquiſqꝫ in ꝓpoſito cordis ſui maneat.
Beatꝰ ꝗ nõ iudicat ſemetipſuꝫ in
eo qđ probat. Unũquēqꝫ ꝓprio iudicio
cenſet condemnãdum: ꝗ qđ dicit nõ debere
ſe facere facit: ⁊ hunc beatũ ꝗ nõ aliud facit
ꝙ ſibi vtile probat. Qui autem diſcer-

nit q̄d ediderit dānatꝰ eſt. Verū ē: qꝛ
q̄ iudicat nō edendū ⁊ edit dānatus ē. Ipſe
eni ſe damnat: q̄ſi id qđ ſibi iutile aſſerit: fa-
cit. **Quia nō ex fide.** Non vti ex fide
edit: qui edendū negat ⁊ edit. **Dē autē
qđ nō eſt ex fide: peccatuꝫ eſt.** Recte
peccatuꝫ appellat: qđ aliter fit q̄ ꝓbatū eſt.
Qm̄ romani in lege inducti erāt ſicut i pri-
mordio eplē memoraui: Aduenie̅tibꝰ autē
qui rectius crederent: queſtiōes mouerent
de edenda carne ⁊ nō edenda: ⁊ horuꝫ pars
qui edendā ⁊ nō probandā diceret melior vi
deret: quia oīa mūda valde ſunt: infirmos
dicit qui edendā negarent: ſiue ex iudeis ſi-
ue ex gentibꝰ: ⁊ remitti illos in ꝓpoſito cor-
dis ſui. Nec em̄ obeſt nō edere: aut prodeſt
erga deum edere: ne q̄uis rōe aſtricti: ꝑ qđ
tamē cum ſcrupulo ederent delinquerent.

## Capitulum decimūquintū.

D Ebemus autē nos firmio-
res infirmitates inualido-
rū portare. Recte ait debemꝰ:
qꝛ oportet doctores infirmos fir-
mare: ⁊ imperitos erudire cū manſuetudīe:
ne ꝓuocati dū cōtendere volūt: ⁊ ne dū hu-
miles videant̄ in peius ꝓficiāt. **Et nō no-
biſmetipſis placere.** Hoc eſt: nō qđ no-
bis proſit ⁊ placeat vendicare: ſed ⁊ qđ fra-
tri: qꝛ inuicē curam noſtri agere debemus.
**Vnuſquiſqꝫ proximo ſuo place-
at in bono ad edificationē.** Nūc per-
ſonā ſuaꝫ diſcreuit. Hos enim cōmonet: vt
charitati ſtudentes proximis placeāt: ad id
qđ eſt vtile. Hec eſt ędificatio ſicut alibi ait:
Ego inquit oībus ꝑ oīa placeo. **Nam ⁊
1.Corſ.10. xp̄s nō ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptū
Pſ.68. ē: Detractiōes exprobrātiū cecide-
rūt ſuper me.** In pſal. lxviij. Saluatoreꝫ
nō ſibimetipſi dicit placuiſſe: ſ deo patri: qꝛ
Ioh.6. dicit: Nō em̄ deſcendi de cęlo vt faciā volū-
tatē meā ſ voluntatē eius qui miſit me pa-
tris. Et quia cum hęc diceret: cōtradicētibꝰ
iudęis quaſi pctōr occidit̄: pſalmographus
ex perſona eiꝰ verba facit ad deum patrē di-
cens: Detractiones exprobrantiū te cecide-
rūt ſuꝑ me. Hoc ē ego cū volūtatē tuā face-
rem: dixerunt me peccare in te: qui non me
recipiendo quē miſiſti exprobrauerūt te: qꝛ
iudęi cū peccarent in deū nō recipiētes quē
miſit xp̄m: inſuꝑ et occiderūt eū q̄ſi peccātē
in deū: ſic peccata peccātiū in deum cecide-
runt ſuꝑ chriſtū. Innocēs em̄ a peccatoribꝰ
occidit̄ quaſi blaſphemus: ſicut ſcriptū eſt
in euangelio.

Q **Vecūqꝫ enim ſcripta ſūt ad** Ca. L.
**nr̄am cōfirmationem ſcripta
ſūt: vt ꝑ patiētiam ⁊ exhorta-
tionē ſcripturaꝝ ſpem habeamus.**
Manifeſtū eſt em̄: qꝛ quęcunqꝫ ſcripta ſunt
ad noſtrā diſciplinā ſcripta ſunt: vt ex ipſa
exhortatione proficiamꝰ ad ſpem: nō diffi-
dētes de ꝓmiſſis ſi adhuc tardēt. **Deus
aūt patiētię ⁊ ꝯſolatiōis det vobis
vnū inuicē ſapere ſcđm ieſum xp̄m:
vt vnanimes vno ore honorificetꝭ
deū ⁊ patrē dn̄i noſtri ieſu chriſti.**
Quaſi ad ſalutem miſſus apl̄s: bono voto
plebē proſequit̄: optās vt deꝰ det eis vnuꝫ
ſenſū ſapiētię ſcđm ieſum xp̄m: vt iuxta do-
ctrinā chriſti ſapiāt. Tunc eni poterūt dile-
ctionē ſeruare exēplo dn̄i dicētis: Maioreꝫ
hac dilectione nemo habet q̄ vt aīam ſuaꝫ Ioh.15.
ponat pro amicis et fratribꝰ ſuis: et ita vno
ore: vna cōfeſſione laudere deū pr̄em i xp̄o:
ſi inuicē ſe iuxta ſenſū xp̄i fuerint exhortati:
vt ſine ceſſatiōe laudent deū: oīa q̄ fecit per
xp̄m: ⁊ poſt errorē lapſa: ꝑ eūdē iterū erige-
re ⁊ reformare dignatus ē: duplex dās bn̄fi-
ciū: miſcđiaꝫ ⁊ cognitōeꝫ. **Propter qđ
aſſumite alterutrū ſicut et xp̄s aſſu-
pſit vos i honorē dei.** Sic aſſumpti ſu-
mus a xp̄o: dum infirmitates nr̄as accepit:
et ęgritudines noſtras portauit: vt hoc ex-
emplo nos inuicē noſtras infirmitates per
patiētiā ꝯfirmemꝰ: vt nomē honoris dei aſſū-
ptū i nos ſi euacuet̄. Filij em̄ dicimur dei ꝑ
grām xp̄i. **Dico em̄ chriſtū miſtrū fu-
iſſe circūciſiōis propt̄ veritateꝫ dei
in hoc vt ꝯfirmaret promiſſiōes pa-
trū.** Originē cōmēdat iudęoꝝ. In circūciſi-
one em̄ filios ſignificat abraę: quibꝰ miſſus
xp̄s miſtrauit pr̄ibus grāꝫ repromiſſā. Vn̄
ſaluator: Ego em̄ ſū inq̄t i medio vr̄m: nō vt
miſtrer: ſ vt miſtrē: vt veritas i ꝓmiſſōe fa-
cta patribꝰ probaret̄. Circūciſio em̄ carnis
data eſt abraę: in figurā circūciſiōis cordis:
quā poſtea ꝓpheta futurā ſignificauit: di-
cēs: Circūcidite duritiā cordis veſtri. Huiꝰ
verbis circūciſionis ꝓmiſſę: miniſter chriſtꝰ
eſt: hoc eſt prędicator. Dehinc apl̄s vt cir-
cumciſis carne miniſtraret cordis circumci-
ſionē: ſic ait: Sicut me miſiſti in hūc mūdū: Ioh.17.
ita ⁊ ego miſi eos in hunc mundū. Circum-
ciſio autē cordis ē: ſublata erroris nebula:



agnoſcere creatorē: deū patrem ⁊ filium eiꝰ
chriſtū: per quē creauit omnia: vt dictas dei
impleretur. Promiſerat eni daturū ſe miſe-
ricordiam: ⁊ promiſerat patribꝰ iudęorum.
Gen.26. Nam dixerat abraę: In ſemine tuo benedi-
Pſ.131. cet̄ omnes gētes. Et ad dauid dixit: De fru-
Numeri.24. ctu ventris tui: ponā ſuꝑ ſedē meā: Et orietur
ſtella ex iacob. **Gētes aūt ſuꝑ miſeri-
cordiā honorare deū.** Quia enim his
nulla promiſſio erat quaſi indigni: ꝑ ſolam
miſericordiā aſſumpti ſunt ad ſalutē: vt per
cōfeſſionē honorent deū: qꝛ increduli inho-
norent. **Sicut ſcriptū eſt: Propter
hoc ꝯfitebor tibi in gētibꝰ: ⁊ nomi-
ni tuo canam.** Exēplo ꝓphetico probat.
Scriptū ē eni i pſal. xvij. Gentes admitten-
das ad grām dei ad ꝑcipiendā ſalutē. Vox
enim chriſti eſt: qua futurū dixit q̄ in genti-
bus p̄dicatio eius fructū habitura eſſet cō-
feſſionis ſacramēti dei: ideo grās ex h̄ agit
filius obedientię gentium. Vn̄ in euāgelio
Math.11. ait: Cōfitebor tibi pater domīe cęli ⁊ terrę:
qui abſcondiſti ea a ſapientibꝰ ⁊ prudētibꝰ
⁊ reuelaſti ea paruulis: qm̄ bonū placitum
ante te. Cōfeſſio ergo iſta vniꝰ dei ē in trini-
tate: ex qua ſurgit lęticia: vt poſt veri ꝯfeſſi-
onē lętus decātet miſericordiā ⁊ donū dei.
**Et iteꝝ dicit: Letamī gentes cū ple-
be eius.** Hoc in cantico deuteronomio.
**Et iterū dicit: Laudate omnes gē-
tes dn̄m: ⁊ magnificate eū oēs po-
puli.** Hoc i pſal. cxvj. Olim decreuiſſe deū
oſtendit: interueniente miſericordia ſua cō-
cordes facere iudęos ⁊ gentes: vt gratiam
adepti gentiles ſocij fierēt iudęoꝝ: qui ⁊ ipſi
olim dono dei plebs eius erat noīata. Sed
iam nobiles iudęi: hi vero ignobiles ꝑ miſe-
ricordiā nobilitati ſunt: vt ſimul oēs lęti ſint
agnitione veritatis: ⁊ laudātibꝰ gentibꝰ de-
um magnificēt oēs populi: duodecim tribus
vnū deū qui auxit numeꝝ plebi ſuę adiun-
ctis gentibꝰ. Deniqꝫ cū diſceptarēt iudęi cō-
tra apl̄m petrum cauſa cornelij: reddita ſibi
ratiōe: quieuerūt magnificātes dn̄m: dicen-
Act.11. tes: Forſitan deꝰ ⁊ gentibꝰ pęnitētiā tribu-
it ad cōſequēdā vitā. **Eſaias dic̄: Erit
radix ieſſe ⁊ qui exurget regere gen-
tes: in eū gentes ſperabūt.** Vt maio-
rem fiduciā gentibus faciat ⁊ ſpem nō du-
biam: multis teſtimonijs firmat decretum
dei hoc fuiſſe: vt omnes gentes benedicerē-
tur in xp̄o: ne inſolentia infidentiū iudęoꝝ
cōtriſtaret ⁊ dubios redderet credētiū ani-
mos gentiū: quaſi fruſtra ſibi ſpeꝫ ꝓmittāt
q̄ a deo abraę accepto ferat̄ fides iudęorū:
vt ipſa lęticia ⁊ ſecuritate creſcerēt. Quare
tū xp̄s ex radice ieſſe ⁊ nō ex radice booꝫ vi-
ri iuſti: aut ex radice obed? Sꝫ qꝛ dauid filiꝰ
dicat̄ propt̄ regnū: vt ſicut ex deo natꝰ in re-
gem eſt: ita ⁊ ex dauid rege ortū haberet iu-
xta carnē: iō radix ieſſe arbor dauid: q̄ fru-
ctū fecit per ramū qui eſt Maria virgo quę
genuit chriſtū. **Deus aūt ſpei repleat
vos oī gaudio ⁊ pace in credendo
vt abūdetis i ſpe ⁊ virtute ſpūſſan-
cti. Certꝰ ſum aūt fr̄es ⁊ ego ipſe de
vobis: quia ⁊ ipſi pleni eſtis dile-
ctiōe: repleti omni ſcīa: ita vt poſſi-
tis alterutrū monere.** Hęc exhortatio-
nes ſunt. Per laudē eni ꝓuocat eos ad me-
liorē ⁊ intellectū ⁊ vitā. Qui eni videt ſe lau-
dari: data opa elaborat vt vera ſint q̄ dicū-
tur. Ideo nō dixit vt inuicē ſe doceāt ſ ad-
moneāt. hoc em̄ ſolet moneri qđ cū ſciat̄ ali-
q̄n ſubterfugit aīo. Cętera nō ſunt obſcura
vt indigeāt explanatione. **Audaciꝰ aūt
ſcripſi vobis fr̄es ex ꝑte tāquā i me-
moriā vos reducēs propt̄ grām q̄
data ē mihi a deo: vt ſim miſter xp̄i
ieſu i gētibus: ſcīficās euāgeliū dei
vt fiat oblatio gentiū accepta ⁊ ſan-
ctificata i ſpūſancto.** Nō em̄ temere ſe
ſcpſiſſe ſignificat. Auctoritatē em̄ ſibi datā
ꝑ dei grāꝫ dicēs: vt oībꝰ gētibꝰ audeat ſcri-
bere: admonēs ⁊ ꝯfirmās ꝓpoſitū eoruꝫ in
xp̄o: vt ſollicitudineꝫ ſuā oñdat i miniſterio
euāgelij q̄ſi magiſter gētiū: ⁊ ſacrificiū eorū
poſſit acceptū fieri ſcīficatiōis cauſa in ſpū
ſcō. Quicq̄d enim fide integra ⁊ mente ſo-
bria offertur: a ſpirituſancto purificatur.
**Habeo igitur gl̄iaꝫ in chriſto ad
deū: nō eni audeo aliq̄d loqui eoꝝ
q̄ per me nō efficit chriſtꝰ i obedien-
tia gentiū verbo ⁊ factis: ꝑtāte ſig-
norū ⁊ prodigioꝝ in virtute ſpiri-
tuſſancti.** Gloriā habere ſe dicit apđ deū
ꝑ chriſtū ieſū. Credēs eni ⁊ ſeruiēs xp̄o ieſu
in cōſcientia pura: meritū ſibi fecit apđ deū
patrē: intantū vt nihil deeſſe dicat qđ non
ꝑ illū opatus ſit chriſtus: ad exhortationeꝫ
gentiū dando ſigna ⁊ ꝓdigia ꝑ manus eiꝰ:
vt p̄dicationē eiꝰ virtꝰ cōmēdaret. Hinc eſt
vnde gloriā ſe oſtēdit habere i xp̄o ad deū.
Seruiēs enim chriſto gloriā habet ad deuꝫ

intãtũ vt indigere nõ habeat aliquid diui-
nę virtutis: qꝺ ſibi pręſtitũ nõ ſit a deo: ſed
omnia: ſe qꝛ idoneꝰ inuentꝰ ẽ diſpẽſatoꝛ cõ-
ſecutũ: quę ad cõuerſationẽ gentiũ ꝑ ſigno-
rũ virtutẽ proficerent ꝓfitet: qꝺ eo ꝓficit ſe
minus potuiſſe ꝓbet ꝙ cęteri apl̃i qui fue-
rãt cũ dño: nec aliqd minus inter gẽtes vir-
tutũ operatũ eſſe deũ: vt ꝑ hocipſũ creſcãt:
videntes hãc ſe grãm aſſecutos: quã aſſecu
ti erãt iudęi: qui ſibi ꝓrogatiuã vendicãt pa
probaretur negãs poſſe fieri qđ factum eſt.
Quẽ ſenſum nullus ē qui cognouerit: ⁊ diſ/
pliceat illi vt emẽdet cõſilium dei: quia qui
cognouit laudat potẽtiam dei: quẽ qui oĩa
negat poſſe: nec mũdũ credit feciſſe. Quid
eñ magnũ eſt: vt de ſe credatur generaſſe:
qui non ambigitur cuncta ex nihilo feciſſe?
Quippe cuꝫ dicat ſaluator: Apud deũ autẽ
omnia poſſibilia ſunt. Nos autem ſen/
ſum domini habemus. Hoc dicit: qꝛ
credẽtes ꝑticipes ſumꝰ eiuſdẽ: id eſt diuine
ſcientie.

Capitulum tertium.

T ego frẽs nõ potui vobiſ Ca.XII.
e loqui quaſi ſpiritalibꝰ: ſed
quaſi carnalibus. Nunc his
loquitur: qui propterea ꝙ ſeculi
adhuc voluptatibꝰ ſeruiebãt carnales erãt.
Quãuis iã baptizati eſſent: ⁊ ſpũm ſanctuꝫ
accepiſſent: tamẽ qꝛ poſt baptiſmuꝫ ſtatim
ad veterem hominẽ fuerũt reuerſi cui abre/
nũciauerãt: dicũtur carnales. Spiritus eñ
ſanctus tũc permanet in eo cui ſe infuderit:
ſi ꝑmaneat in ꝓpoſito regenerationis: ſi quo
minus abſcedit: ita tñ vt ſi ſe reformauerit
hõ redeat ad illum. Semper eñ paratꝰ ad
bonuꝫ eſt diligẽs penitẽtiã. Quaſi par
uulis in chriſto: lac vobis potum
dedi: nõ eſam. Quãuis renati eſſent in
chriſto: tñ nõ fuit dignũ tradi his ſpiritalia.
Accepta eñ fide que ē velut ſemẽ ſpiritale:
nullũ fructũ deo dignũ fecerũt: vt ꝑfectõis
verba mererẽt̃ addiſcere: ſꝫ q̃ſi ꝑuuli: impfe/
ctionis ſenſibꝰ ſtudebãt. Apl's aũt vir diui/
nus ⁊ medicꝰ ſpiritalis: vnicuiqꝫ ſcđm vireſ
eiꝰ tradebat: ne ꝑ ĩꝑfectioneꝫ ⁊ imperitiã q̃s
de rebus ſpiritalibus ſcandalũ pateretur.
Nondum enim poteratis. Oſtendit

aperte nõ illos debuiſſe audire que ꝯfirma‑
tis dicenda ſunt. **Sed neq̃ nũc pote‑
ſtis: adhuc enim carnales eſtis.** Hic
valde arguit temeritatẽ illorũ qui querebã‑
tur dudũ ſe nõ audiſſe ſpiritalia cum adhuc
digni nõ eſſẽt audire. Pſeudo apoſtoli em̃:
ꝓmiſcue oĩbus vno atq̃ eodem genere tra‑
debant nullius perſonã diſcernẽtes: vt ac‑
ceptabiles fierent per hypocriſim cõmẽda‑
ti: cũ ꝯſter dominũ ⁊ auctorẽ noſtrũ chriſtũ
aliter populis: aliter diſcipulis inter ſatum
⁊ inter ipſos apoſtolos fuiſſe diſtantiã. Tri‑
bus etenim diſcipulis gloriã ſuam in mon‑
te oſtendit: dicens illis: vt tacerent viſum
quãdiu a mortuis reſurgeret. **Cum eni
in vobis emulatio ⁊ contentiones
ſint: nõne carnales eſtis ⁊ ſcd̃m ho‑
minem ambulatis?** Indignitatis cau‑
ſas oſtendit: q2 de homine qui ſperat auxi‑
liũ: carnalis eſt. Qui autẽ ſpreta humani‑
Joh.4. tate de deo ſperat: ſpiritalis ẽ: quia deꝰ ſpi‑
ritus eſt. **Cum enim quis dicat: ego
ſum pauli: alius autẽ ego apollo:
nõne homines eſtis?** Sicut em̃ gloriã‑
tes in deo ⁊ de ipſo omnẽ gratiam ſperan‑
tes: dij dicuntur a deo adoptati: ita ⁊ in ho‑
mine gloriãtes: ⁊ homines ⁊ carnales dicũ‑
Pſ.81. tur: ſententia dei concluſi qui ait: Ego dixi
dij eſtis: vos autẽ ſicut homines moriemi‑
ni. A ſua ergo perſona incipit: ne forte puta‑
retur per inuidiã magis perſonas illoꝝ de‑
ſtruere: oſtendẽs magnũ errorẽ ⁊ ad dei cõ‑
tumeliã pertinere: quãdo deo p̃dicato glo‑
ria datur hominibus. Quid ergo minꝰ eſt a
gentilitate: dum adhuc aliquid de homini‑
bus ſperatur? **Quid igitur eſt apol‑
lo: quid vero paulus? Miniſtri eiꝰ
cui crediſtis.** Ut quia miniſtri ſunt:
ſpes in his nõ ſit: ſed in domino cuius mi‑
niſtri ſunt. Illi em̃ gratiarũactio deferẽda
eſt: cuius donũ eſt: hi vero ſerui quos etiã
inuitos oportet diſpẽſare. Nũquid nõ moy‑
ſes coactus eſt ire ad pharaonẽ: ⁊ ionas in‑
uitus miſſus eſt predicare niniuitis: ⁊ ana‑
nias cõtradicens miſſus eſt ſaulo manũ im‑
ponere? **Et vnicuiq̃ ſicut dominus
dedit.** Id eſt ſic voluit ⁊ ſciuit: diuiſit ſin‑
gulis officia miniſterij. **Ego plantaui:
apollo rigauit: ſed deus incremen‑
tum dedit.** Plãtare eſt euãgelizare: ⁊ ad
fidẽ attrahere. Rigare vero baptizare ſolẽ‑
nibus verbis. Peccata aũt dimittere ⁊ ſpiri‑
tum dare: dei ſolius. Si ergo effectũ ſalutis
deus dat: nulla gloria in hac re hominis ẽ.
Scimus em̃ ⁊ ſpiritũſanctum ſine manꝰ im‑
poſitione datum a deo: ⁊ nõ baptizatũ cõ‑
ſecutum remiſſionẽ peccatoꝝ. Nunqd non
hic inuiſibiliter baptizatus eſt: quando do‑
nũ baptiſmatis cõſecutus ẽ? **Itaq̃ ne‑
q̃ qui plãtat ẽ aliquid neq̃ qui ri‑
gat: ſed qui incrementũ dat deus.**
Et plantata em̃ ſolent emori: ⁊ rigata ad ef‑
fectum fecunditatis minime peruenire: niſi
det deus vegetam vitam. Quãtũ ergo ad
honorificentiã dei pertinet nihil eſt homo:
quãtũ aũt ad miniſteriũ ꝑtinet: neceſſariꝰ ẽ
vt honorificetur quaſi ſeruꝰ: non vt aliquid
de illo ſperetur ad iniuriã dei. **Qui aũt
plãtat ⁊ qui rigat vnũ ſũt.** Unũ ſũt:
quia ambo mercenarij ſũt: quãuis diuerſa
ſint illorũ officia. **Unuſquiſq̃ autem
propriã mercedẽ accipiet ſcd̃m ſuũ
laborem.** Quãuis eni vnũ ſint: ſed quia
maior ẽ qui euangelizat q̃ꝫ qui baptizat: iõ
diſcreuit mercedes illoꝝ: ⁊ nõ ſolũ ad hoc ſ;
ad doctrine ſinceritatem pertinet: vt merce‑
de ſit dignꝰ q̃ inuiolatã tradit doctrinã.

d **Ei eni ſumus operis partici‑ Ca. XIII.
pes: dei cultura: dei edifica‑
tio eſtis.** Hoc ad aploꝝ perſonã
pertinet: quos cõſtat dei eſſe adiutores dũ
vicarij ſunt chriſti. **Secũdũ gratiam
dei que data eſt mihi: vt ſapiẽs ar‑
chitectus fundamẽtũ poſui.** Gratiã
ſibi datã dicit: vt dignus eſſet p̃dicare euã‑
geliũ: vt ⁊ hoc dei eſſe oſtenderet nõ hois:
ſcd̃m hãc itaq̃ gratiã vt ſapiẽtẽ architectũ
fundamentũ ſe dicit poſuiſſe. Sapiẽs archi‑
tectus ẽ: qui iuxta diſciplinã auctoris collo‑
cat fundamentũ: id eſt: qui ſcd̃m traditiõnẽ
ſaluatoris euãgelizat. **Aliꝰ aũt ſuper‑
edificat.** Supedificia ſũt que poſt p̃dicati‑
onem apoſtolorum a ſuperuenientibus tra‑
duntur: aut malis aut bonis doctoribus.

**Unuſquiſq̃ autem videat quem
admodum ſuperedificet.** Id eſt: vt ſu‑
pedificia congruant fundamento: ne ſi obli‑
qua fuerint et friuola: ruinam faciant ma‑
nente incolumi fundamento: quia ſi male
docuerit: chriſti nomen permanet: quod eſt
fundamentum. Doctrina autem mala per‑
ibit: ſicut dicit dominus: Omnis plantatio Matth.
quã nõ plãtauit paṫ meꝰ celeſtiſ: eradicabiṫ.



**Fundamentum enim aliud nemo
poteſt ponere: preter id qđ poſitũ
ẽ: qđ ẽ chriſtus ieſus.** Ideo nemo po‑
teſt ponere aliud fundamẽtũ: quia quãuis
heretici ſint aliqui: nõ tamẽ docent niſi ſub
chriſti nomine. Aliter eni cõmenta erroris
cõmendare nõ poſſunt: niſi interpoſito ſal‑
uatoris nomine predicent: vt res cõtrarias
⁊ abſurdas nominis dignitas faciat acce‑
ptabiles. **Si quis autẽ ſuperedifi‑
cat ſupra fundamentũ hoc aurum:
argentum: lapides precioſos.** Lapi‑
des precioſi ſũt quos nõ corrumpit ignis.
Tria genera poſuit preclara in mundo: in
quibus bonã doctrinam ſignificauit. **Li‑
gna: fenum: ſtipulã.** Tria alia genera
ſunt: ſed friuola: vt in his corrupta ⁊ vana
doctrina deſignata dinoſcatur. **Qui fa‑
cit hoc opus manifeſtus erit: dies
eni domini declarabit: quia ĩ igne
reuelabitur.** Hoc ẽ mala doctrina ĩ igne
omnibus apparebit: nunc eni quoſdã fallit.

**Et vniuſcuiuſq̃ opus quale ſit ig‑
nis probabit.** Quia enim per ignẽ ex‑
aminatio fiet: ſi in aliquo non inuenerit qđ
exurat: manifeſtat illũ bonum fuiſſe docto‑
rem. Mala eni ⁊ adultera doctrina idcirco
in ligno: feno ⁊ ſtipula: ſignificata ẽ: vt oſtẽ‑
dereṫ ignis eſſe eſca. **Si cuiꝰ opꝰ man‑
ſerit qđ ſuperedificauerit: mercedẽ
accipiet.** Cum eni nihil in illo ſordis ĩuen‑
tũ fuerit praue doctrine: vt in bono auro:
ita erit vt tres fratres in camino ignis mer‑
cedem vitam eternam cum gloria acceptu‑
rus: quia ſicut aurum ⁊ argẽtũ ⁊ lapides q̃s
ignis non corrumpit: ita et bonus magiſter
incorruptibilis ꝑmanebit. **Si cuiꝰ opꝰ
arſerit: damnum patietur.** Opus qđ
ardere dicitur: mala doctrina ẽ que ĩteribit.
Cuncta enim mala peribunt: ſicut iter im‑
pioꝝ: quia nõ ſunt ſubſtantie: ſed aſſeuera‑
tiones peruerſe. Damnũ autẽ pati: ẽ penas
perpeti. Quis eni ĩ pena poſitus iacturam
non facit? **Ipſe tamẽ ſaluꝰ erit ſic ta‑
men quaſi per ignem.** Saluũ illum fu‑
turũ dixit: quia nõ interibit ſubſtãtia qua
cõſtat: ſicut ⁊ doctrina mala peribit: q2 acci‑
dẽs cauſa eſt. Ideo autem dixit: Sic tamẽ
quaſi per ignẽ: vt ſaluſ hec nõ ſine pena ſit:
quia nõ dixit: ſaluꝰ erit per ignẽ: vt merito
ſuo ab igni nõ cõbuſtꝰ ſaluus fiat examina‑
tus per ignẽ. Sꝫ cum dicit: Sic tamẽ quaſi
per ignem: oſtẽdit ſaluum illũ quidẽ futuꝝ
ſed penas ignis paſſurũ: vt per ignẽ purga‑
tus fiat ſaluꝰ: ⁊ nõ ſicut perfidi eterno igne
in perpetuum torqueaṫ: vt ex aliqua parte
operepretium ſit crediſſe in chriſtũ. Sem‑
per enim erubeſcat: neceſſe eſt: qui ſe videt
falſum defendiſſe pro vero. Et ſimili modo
ſemper fiduciam habebit dei: q̃ abiecto fal‑
ſo: ſecutus eſt verum: ⁊ ſpreta impietate ſuc‑
cubuit pietati. Extra catholicam eni quic‑
quid eſt: ꝯtrariũ eſt.

n **Eſcitis quia templũ dei eſtiſ Ca. XIIII.
⁊ ſpũs dei habitat in vobis?**
Templum dei nos eſſe dicit: vt de‑
um ni nobis habitare ſciamus. In templo
eni ſuo habitet: neceſſe eſt. Et quia ſpiritũ
dei dicit habitare in nobis: deum ſignificat
intelligẽdum ſpiritũſanctum. **Si quis
autem templum dei violauerit: diſ‑
perdet illum deus. Templum enĩ
dei ſactum eſt: qđ eſtis vos.** Hec id‑
circo premiſit vt illos cõpungat qui turpi‑
ter viuentes corpora ſua violando corrupe‑
rũt: maxime ille qui vxorẽ patris habebat:
vt ante eſſet reus q̃ꝫ cauſa illius in medium
prorũperet. Deniq̃ ſimili: imo eodẽ mõ cũ
cauſam illius iudicat: loquitur dicens: An
neſcitis quia corpora veſtra templum ẽ ſpi‑
ritusſancti quem habetis a deo? Superius
templũ dei dixit: hoc autem loco templum
ſpiritusſancti. Quis hinc dubitet: quia ſpi‑
ritũſanctum deũ ſignificauit?

n **Emo ſe ſeducat.** Id ẽ nemo ꝓprio Ca. XV.
vł hũano cõſilio putet ſe ſibi ꝓdeſſe.
Ad ſuperiorẽ ſenſũ redit: **Si q̃s videṫ ſa‑
piens eſſe inter vos in hoc ſeculo:
ſtultus fiat vt ſit ſapiens.** Hoc dicit:
quia ſi quis intelligit ſalutem promiſſam ⁊
myſterium incarnatiõis domini noſtri ieſu
chriſti: ſtultus fiat: id eſt ſapientiã huiꝰ mũ‑
di fugiat vt ſtultus ab ea iudicetur: ⁊ tunc
erit prudens: quia ſtultus ſeculo prudẽs eſt
deo dũ credit deum feciſſe que ratio mundi
nõ capit: ſicut ſupra memoraui. Pſeudo apo‑
ſtoli autem prudẽtes volẽtes videri mũdo:
neq̃ deũ filiũ habere: neq̃ incarnationẽ ve‑
rã eẽ: neq̃ carnẽ poſſe reſurgere p̃dicabant.

**Sapiẽtia enim huius mundi ſtul‑
ticia eſt apud deum.** Sic ſtulticia eſt ſa‑
piẽtia huius mũdi apud deũ: dum facit deꝰ
qđ mũduſ fieri poſſe negat: ſapientiã illius

ſtulticiam probat: ⁊ cū multos deos dicāt:
fides autem vnum probet: teſte virtute: in
prudentia ſua confundentur. **Scriptuꝫ**
Job.5. **eſt eni: Reprehendens ſapiētes in**
Pſ.93. **aſtutia eoꝝ. Et iterum: Dns nouit**
**cogitationes ſapientiuꝫ: qm vane**
**ſunt.** Iſtud i pſal. habetur. lxxxxiij. Deni-
qꝫ idem ſenſus ē. Sciēs enim vanas cogita
tiones illoꝝ vt ſtultos eſſe probaret: ſapiē-
tiam illorum reprehendit: oſtendens veruꝫ
eſſe qđ falſum dicebāt: ⁊ falſum qđ verū pu
Ca.XVI. tabant.

**Taqꝫ nemo glorietur in ho-**
i **mine.** Quoniā eñ humane cogi-
tationes ⁊ cōſilia improuida: ⁊ infir
ma ſunt: nō eſſe gloriandū in homie: ſed in
deo: cuius conſilium retractari non poteſt:
quicquid eni homines ſine deo ſapiūt: ſtul-
tum eſt. **Omnia enim vr̄a ſunt: ſiue**
**paulꝰ: ſiue apollo: ſiue cephas: ſiue**
**mundus: ſiue vita: ſiue mors: ſiue**
**preſentia: ſiue futura: omia veſtra:**
**vos aūt chriſti: chriſtꝰ autem dei.**
2. Corī.4. Alio loco dicit de eodem ſenſu: Nos auteꝫ
ſeruos veſtros propter ieſum. Seruos: pro
miniſtris poſuit: vt nō ſingulos ſibi defen-
derent cum omnibus vterentur: ſicut ⁊ do-
minus dicit: Ego ſum in medio veſtruꝫ: nō
vt miniſtrer: ſed vt miniſtrē. Nam mundus
vtiqꝫ noſter eſt: ſed vt de illo ſcđm dei volū
tatem ſentiamus: ⁊ decretos curſus eius in
dei voluntate ponamꝰ. Et vita preſens cō-
ceſſa nobis eſt: ſ vt modeſte illaꝫ ⁊ cum dei
gloria tranſigamꝰ. Siue mors: vt ꝓ chriſto
mori libenter habeamꝰ ſpe ꝓmiſſionis futu
re. Siue p̄ſentia: vt ſic p̄ſentibꝰ vtamur ne
offendamꝰ. Siue futura: vt futura credētes
ipſis nos magꝭ qꝛ meliora ſunt cōmēdemꝰ.
Vos autē chriſti: vt quō hec iudicio noſtro
cōceſſa ſunt ⁊ ſubiecta: ita nos chriſto ſubij-
ciamur: quippe cū per ipſuꝫ eſſe cepimus:
⁊ in prima origine ⁊ in regeneratione. Chri-
ſtus aūt dei: Chriſtus dei ē patris ſui ꝓpri-
us filiꝰ faciēs volūtatē eiꝰ: vt ⁊ nos ipiꝰ fa-
ciamus. Si ergo chriſti ſumus famuli: quid
eſt vt ad eiꝰ iniuriā de hominibꝰ aliqđ ſpe-
remus?

**Capitulum quartum.**

Ca.XVII. **Ta nos exiſtimet homo**
i **vt miniſtros xp̄i: ⁊ diſpen-**
**ſatores myſteriorum dei.**
Hoc ſignificat: qꝛ minꝰ de illo ſē-
tiebāt aliqui corinthioꝝ: ſed vt hoc homo
de illo ſentiret qđ ⁊ deus qui illuꝫ elegerat:
ideo miniſtros chriſti ait: ⁊ diſpēſatores my
ſteriorum dei. Quādo eni nō verborū ſtre-
pitu: neqꝫ humana ſapientia nitebatur: in-
telligi debuit ſacramētum chriſti diſpenſa-
re: in quo nō verba ſed virtus fulgebat: nō
per qđ homo: ſed deus glorioſus videreẜ.
Collega eni piſcatorum: nō aliter qꝫ illi chri
ſtum p̄dicabat. Cū ergo miniſtrū ſe chriſti ⁊
ſacramentorum dei probat: pſeudo apoſto-
los notat: ⁊ abnegat chriſti eē quod tradūt
per id qđ diſcordarent a traditione apoſto-
lica. **Hic iam queritur inter diſpē-**
**ſatores: vt fidelis quis iueniatur.**
Hoc qđ dicit nō ſoluꝫ ad pſeudo apoſtolo-
rū perſonā pertinet: ſed ad reliquoꝝ qui ac-
cepta diſpenſatione: aut verecundia: aut ti
more: aut certe cōmendatiōis ſue cauſa cō-
ſtanter arguere trepidabāt aut malos ſen-
ſus aut mores. Hic enim taꝫ conſtans erat
vt nec vite ſue parceret: dūmodo fideliẜ oia
celebraret. **Mihi enim pro minimo**
**ē: vt a vobis dijudicer: aut ab hūa-**
**no die.** Quos in tantis vitijs reprehēdit:
miſerum dicit ab his ſe iudicari. quippe cuꝫ
nec a iuſtis iudicandū ſe ſciret. Aut ab hūa
na autem die: hoc eſt: quia nec a legibꝰ mū-
do creditis iudicādus erat. Supergreſſus
enim humanam iuſticiā: celeſti iuſticie ſtu-
debat: ſicut dicit dominus: Niſi abundaue Math.5.
rit iuſticia vr̄a pluſqꝫ ſcribarū ⁊ phariſeorū:
nō intrabitis in regnuꝫ dei. Humanū ergo
diem cum dicit: ſignificat ⁊ diuinuꝫ: in quo
iudicaturus eſt chriſtus: quia ſicut iuriſcon
ſulti ſeu pōtifices: quos vocant ſacerdotes:
certos dies quibus iudicaẜ decreuerūt: ita
⁊ dies domini definitus eſt: quo iudicatu-
rus eſt munduꝫ. **Sed neqꝫ meipſum**
**iudico: nihil enim mihi cōſcius ſū.**
Apertum eſt: qꝛ cōſciētiam puram habens
ſollicitus de ſe nō erat. **Sed nō in hoc**
**iuſtificatus ſum.** Nunc humiliat ſe: ⁊ lo
quiẜ vt homo qui poſſit culpā incurrere ne-
ſcius. **Qui aūt iudicat me: dominꝰ**
**eſt.** Recte ait: qꝫuis humiliauerit ſe: tamē
dn̄o xp̄o plurimū dedit: qꝛ poteſt qđ homi-
nem latet: duꝫ occulta iudicat manifeſtare:
nō vt reum faciat ſ prudenteꝫ. Quāuis eñ
hō ē: quē nō pōt: niſi aliquid lateat. Inter-
dū eñ aliqđ vtile putamꝰ qđ inutile ē. Nec
eñ omnia membra aut latera ꝯuerſationis



humane deſcripta habemꝰ: ab his aūt que
grauia ſūt aperte prohibiti ſumꝰ. Nā que-
dam cauſe nos fallere ſolent ex cauſis ali-
qbus orte: vt qđ nō eſt vtile: putemꝰ vtile.
Qđ leue quidē eſt: quia propoſitū liberū ē.
**Itaqꝫ nolite āte tempꝰ iudicare**
**donec veniat dominꝰ.** Monet illos
ne iudicent cū iudicandi ſint: ⁊ habeāt du-
Math.7. plex peccatū: ſicut ait dominꝰ: Nolite iudi-
care vt nō iudicemini: ſed expectare diē iu-
dicij dei: ac ſi fideles ⁊ boni ſint. Iniuria eñ
iudicis ē: ſi ante cognitionē eius a ſeruo ꝓ-
cedat iudiciū aut ſententia. **Qui illumi**
**nabit occulta tenebrarū ⁊ manife-**
**ſtabit cōſilia cordiū: ⁊ tūc laus erit**
**vnicuiqꝫ a deo.** Hoc dicit: qꝛ in die iudi
cij nihil occultū erit eorum que geſta aut co
gitata ſunt: ⁊ ſimplicitas et hypocriſis illic
apparebit: ⁊ vt qui deſpectus habebaẜ forte
dignus appareat: ⁊ qui aliquid eē putabaẜ
inueniaẜ reprobus. Oia eñ nuda erunt in
die iudicij: ⁊ tunc laus erit bene agenti vel
cogitanti. Hic eñ qui laudaẜ improbabile
1. Corī.10. eſt an dignus ſit: ſicut ⁊ i alio loco diċ: Nō
eñ qui ſeipſum cōmendat: probatus ē: ſed
quē deus cōmendat: quē vtiqꝫ nihil latet.
Ca.XVIII. **Ec autē fratres trāſfiguraui**
b **in me ⁊ apollo propter vos:**
**vt in nobis dicatꝭ ne ſupra**
**qꝫ ſcriptum eſt vnꝰ ꝓ vno infletur**
**aduerſus alterum.** Tranſfigurauit hec
in ſe ⁊ apollo: dū pſeudo apoſtoloꝝ glorias
⁊ traditiones ꝑuerſas ſub ſua pſona ⁊ apol
lo euacuat: ſummatim illos deſignans non
ſingulatim: ne forte maior diſcordia in po-
pulo naſceretur. Nemo enim audiens no-
men ſuum taxari: aut eius cui fauet: cōten-
tus eſt tacere. Tacito auteꝫ nomine ſi quis
audiens: ac ſi de ſe intelligat: dictum diſſi-
mulat. Sub hac ergo propoſitione euacua-
uit perſonas illorum cū dicit: Ego plātaui:
apollo rigauit: ⁊c. vt i his diſcernerēt nihil
danduꝫ hominibus. **Quis enim te diſ**
**cernit?** Id eſt: ſunt aliqui qui ampliꝰ ac-
cipientes in baptiſmate aut in doctrina: ce-
teros dicāt minus cōſecutos. Hoc his loq-
tur qui baptizatos ab alijs plus aliquid eē
putabāt: quorū eloquentia ſeducebantur:
vt fuco quodā peruerſa recta putarēt. Tan
ta enim diſcordia erat in populo: vt multa
eſſent ſtudia diuerſarum partiū: ⁊ ſic omia
dicta ſua aptauit apoſtolus ſine manifeſta-
tione nominū omnibꝰ partibus: vt cū lege
retur epiſtola: vnaqueqꝫ pars ad ſe dicta ſu
ſciperet: audiens qꝛ cauſe ſue intendi cogno
ſceret. **Quid autem habes qđ non**
**accepiſti?** Nihil illū boni vltra dicit cōſe-
cutum ab alijs qꝫ ab eo acceperat: ideo fru-
ſtra queri. Qđ eñ habebant: ab ap̄lo acce-
perant. Ad vnū auteꝫ videẜ loqui: quia ad
partem plebis loquiẜ **Si autem acce-**
**piſti: quid gloriaris quaſi nō acce-**
**peris?** Hoc quaſi īſultatores apoſtoli age
bāt per imperitiā: vt eadeꝫ audientes q̄ ab
apoſtolo iam didicerāt: illū euacuantes de
eorum magiſterio glorienẜ. Eloquētia eniꝫ
cōmendati: predicatiōis gloriā in ſe conuer
tebāt: Apoſtolus vero cōtēptibilem ſe vo-
lebat videri: dūmodo dei gloriā faceret ac-
ceptabilem. **Iā ſaturati eſtis: iam di-**
**uites facti eſtis: ſine nobis regna-**
**tis.** Ironia eſt ſicut dicunt. Iraſcentis eñ
verba ſunt nō cōfirmantis. In quibꝰ enim
tanta vitia arguit regnare illos dicit: ſic eñ
putabāt gloriantes de his q̄ a pſeudo apo-
ſtolis tradebantur. **Et vtinam regnetis**
**vt ⁊ nos vobiſcū regnemꝰ.** Ut pius
pater etiam ingratꝭ filijs bene optat. Quin
enim poterat fieri: vt ſine apoſtolis regna-
rent. Quicqđ eñ nō ab apoſtolis tradituꝫ
eſt: ſceleribus plenum eſt. Sic tamē ordo fu
erat dicere: Ut nobiſcuꝫ regnetis: ſed quia
p̄miſerat: ⁊ vtinaꝫ regnetis: aliter dicere nō
potuit: niſi vt et nos vobiſcum regnemus.
Regnare autem eſt: de ſpe ⁊ promiſſis chri-
ſti ſecurum eſſe: ⁊ gaudere in his que aduer
ſa propter nomen chriſti accidunt. Lucrum
enim afferunt: nō detrimentuꝫ. Unde alio 2. Corī.12.
loco dicit: Cum infirmor tunc potēs ſum.
**Uto enim deus nos apoſto** Ca.XIX.
p **los nouiſſimos oſtendit q̄-**
**ſi morti deſtinatos.** Hoc ideo
perſone ſue deputat: quia ſemper in neceſſi
tate fuit: perſecutiones ⁊ preſſuras vltra ce-
teros paſſus: ſicut paſſuri ſunt enoch ⁊ he-
lias: qui vltimo tempore futuri ſunt apoſto
li. Mitti enim habent ante chriſtum ad pre
parandum populum dei: ⁊ muniēdas oēs
eccleſias ad reſiſtendum antichriſto: quos
⁊ pſecutiones pati ⁊ occidi: lectio apocalyp
ſis teſtatur. Horū ergo tēpus ſuo tēpori cō-
parauit ap̄ls dicēs: quaſi morti deſtinatos.
Ad hoc enim venturi ſunt vt occidantur.
**Quia ſpectaculuꝫ facti ſumꝰ huic**

mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibꝰ. Quia
erunt ſpectaculū ⁊ enoch ⁊ helias vſqꝫ adeo
vt corpora eoꝝ in platea proijciantur in cō/
ſpectu totius populi infidelis: ita ⁊ apl̄i ſpe
ctaculum facti ſunt: qꝛ publice ridebantur:
poſiti ad iniurias ⁊ mortem quā paſſi ſunt.
Mundū autē angelos ⁊ homines dixit: qꝛ
⁊ angeli mali ſūt: dicēte dauid ī pſal. lxxvij.
Ps. 77. Vexabat illos ꝑ angelos malos. Et homi/
nes mali ⁊ increduli his apoſtoloꝝ iniurię
oblectamento ſunt. Mundus autē idcirco
infidelitas dicitur: quia viſibilia ſequitur.
Nos ſtulti propter chriſtū. Verum
eſt: qꝛ amātes chriſtum: ſtulti ſunt mundo.
Vos autē prudentes in chriſto.
Qui prudens in chriſto iudicatur a perfidiſ
nō recte aſſerit chriſtum. Deniqꝫ marcion ꝗ
negat filium dei ⁊ incarnari deuꝫ potuiſſe:
prudēs eſt mundo: ⁊ fotinus qui nō fatetur
chriſtū per id qđ natꝰ ē deū: ſapiēs videtur
mundanis. Nos infirmi: vos autē
fortes. Infirmi ideo: qꝛ ſine adulatione ⁊
cū ſtulticia ſicut videtur mundanis predi/
cātes chriſtū: iniurijs ſubijciebanť. Vos
autem fortes. Ideo fortes: qꝛ ſic profite/
bantur chriſtū: ne offenderent homines vt
eſſent ſecuri. Vos nobiles. Qui enim
chriſtū nō fatetur: qꝛ abrahę promiſſus eſt et
ab initio ꝑdicatus: hic nobilis cōtra chriſtū
eſt: quia antiquitatem promiſſi chriſti alijs
deputat. Nos vero ignobiles. Ig/
nobilis mundo ē: qui xp̄m qđ mundus de/
negat: ab initio ꝓfitetur. Hęc igitur oīa ſu/
pradicta quę negare videtur ꝯfirmat: ⁊ quę
quaſi cōfirmare videtur negat. Iraſcentis
eni verba ſunt: qui negando cōfiteť ⁊ confi
tēdo negat. Vſqꝫ in hāc horā ⁊ eſuri
mus ⁊ ſitimꝰ: ⁊ nudi ſumuſ: ⁊ labo
ramus nr̄is manibus operantes.
Libere eni ⁊ iuxta fidē verā ſine aliꝗ adula/
tione chriſtū ꝑdicātes: ⁊ geſta prauę vitę ar
guētes: gratiā apud homines nō habebāt:
⁊ colaphizabanť: id eſt iniurijs agebantur:
⁊ inſtabileſ erāt: qꝛ fugabanť ne in loco diu
manētes plures docerēt. Idō ⁊ manibꝰ opa/
banť: qꝛ nō ſolū grām apud hoīes nō habe
bant: verumetiā ab his accipere indignum
erat qui errori ſtudebant: ſicut dicit ī pſal.
Ps. 140. cxl. Oleū aūt pctōris nō īpiguet caput me/
um: qꝛ ⁊ libertatē arguendi amittit ⁊ peccat
qui ab eo accipit qui ideo dat ne corripiať.
Maledicimur ⁊ benedicimꝰ. Ma
le tractantes enī ſe hortabanť ad bonum.
Perſecutionē patimur: et ſuſtine/
mus. Quia perſequētibꝰ ſe nō reſiſtebāt.
Blaſphemamur et obſecramus.
Blaſphemātes eni rogabāt vt ꝑmitterent
ſibi reddi rationē. Tanquā purgamen
ta huiꝰ mundi facti ſumꝰ: omnium
peripſima vſqꝫ adhuc. Nō reſiſtendo
vlli: neqꝫ vicē in malis reddendo: ſed ſemꝑ
ſe ſubijciendo: vt per patiētiā ꝓuocaret ad
bonū: cōtemptibilis ⁊ deſpectꝰ fiebat. Vſ/
qꝫ modo: id eſt: vſqꝫ nūc etiā apud corinthi
os: pro quibus hęc ꝗ ſupra memorat mala
paſſus eſt. Et qm̄ humilitatē ſuā nihil ī his
ꝓficere videbat: queritur dolore cōmotus
tantam ſubiectionem ⁊ iniurias: nullū fru/
ctū habere potuiſſe: ſed quia ⁊ qđ deterius
eſt in peius ꝓfeciſſe. Nō vt confundā
vos hęc ſcribo. Hoc eſt: nō vt ruborem
vobis faciā: hęc ſcribo: ſed vt corrigatis.
Sꝫ quaſi filios chariſſimos mo/
neo. Adhuc ſe ſupplicē facť: ne correpti ⁊ ad
iram prouocati admonitionē eius ſperne/
rent: id agit vt medicus ſalutaris qui pu/
tramina abſcidens: dolorē illatū ſpe ⁊ blan
dicijs mitigat: vt eger ſe curari permittat.
Ca. XX. Si eni decē milia pedagogo/
rū habueritis in xp̄o: ſed nō
multos p̄res. Nā in chriſto
ieſu per euāgelium ego vos genui.
His dictis oſtendit nullum poſſe eo affectu
diligere illos quo ipſe eos diligebat. Quis
enī alienos filios ſuis preponat in amore?
Ac per hoc monita eius qui ⁊ pro his tanta
mala paſſus eſt: non debere eos ſpernere.
Obſecro ergo vos imitatores
mei eſtote. O beniuolentiam ſancti apo/
ſtoli: qui obſecratur filios vt imitenť p̄reꝫ:
hoc eſt: ſponte rogat ęgros vt recipiāt me/
diciuaꝫ. In his tn̄ ſui illos imitatores vult
eſſe: vt ſicut hic multa exitia pro ſalute eoꝝ
ab incredulis paſſus eſt: ⁊ nō ceſſit dūmo/
dō per dies ⁊ noctes euāgelizaret illis do/
nū gratię dei: ita ⁊ illi manētes in fide eius
et doctrina: non reciperent falſorū apoſto/
lorū praua cōmenta: ſed perſiſterēt: cōtēnē/
tes opprobria aut detractiones: vt p̄ri ſuo
ſpiritali inuiolatum ſeruarent affectum.
Ideo miſi ad vos timotheuꝫ qui
eſt filius meus chariſſimꝰ ⁊ fidelis
in domino: Hortatur eos in hoc eodem
timotheo: quē idō chariſſimū ⁊ fidelē filiū ob



teſtatur in domino: vt in hoc diſcerēt quid
peccarent. Cum enim huic teſtimoniū per/
hibet: illos arguit. Qui vos cōmone
faciat vias meas que ſunt ī chriſto
ieſu: ſicut vbiqꝫ in omni eccleſia do
ceo. Per iſtū quē fidelem filiū in dn̄o con/
firmat: reuerti illos vult ad regulaꝫ a ſe tra
ditę veritatis: vt cōmoniti verbis ⁊ exem/
plis operuꝫ eius reſipiſcerent: cognoſcētes
nō perperā ſe fuiſſe ab apoſtolo doctos: qm̄
eadem tenere omnes eccleſias diſcerent.
Ca. XXI. Tanquam nō venturus eſſem ad
vos: ſic inflati ſunt quidam. Indig/
nabanť quidā corinthiorū qꝛ nō ibat ad il/
los: non deſiderio ſed ſuperbia: qꝛ quaſi in/
dignos illos haberet: cū magis apoſtolo hꝰ
ſtudiū fuerit: vt đ indignis faceret dignos.
Habebat ergo votū eundi: ſed maiora erāt
quę agebat. Veniam autem cito ad
vos ſi dominus permiſerit. Poſt cō/
monitionē promittit ſe ire ad illos: ſꝫ ſi do/
minꝰ permitteret: vt quia plus ſcit deus ꝙ
homo: ſi ſciret operepretium eſſe permitte/
ret: et ſi nō iret dominū noluiſſe oſtenderet
cauſa vtiqꝫ indignitatis illorum. Et co/
gnoſcam nō ſermonem eorum qui
inflati ſunt ſed virtutē. Cōfundit illos
quia cum oblique cōuerſarenť: indignabā/
tur quaſi digni eſſent ab apoſtolo viſitari.
Nec enim in ſermone eſt regnum
dei: ſed in virtute. Sicut regnuꝫ dei nō
ſplendore verborum commendatur ſed vir
tute ſignorum: ita ⁊ hi nō verbis nudis: ſed
virtute operum ſpiritaliū dignos ſe oſtēde
rēt ab apoſtolo viſitari. Quid vultis?
In virga veniam ad vos: an ī cha/
ritate ſpiritus ⁊ manſuetudinis?
Terroris verba infert: vt pudoreꝫ paſſi qui
inflati erant humiliarentur: vt ſi vere apo/
ſtoli preſentiam deſiderarent: prepararent ſe
ad excipiendū eum: id eſt abluerent ſe ab oī
macula criminis: vt veniēs ad illos leticiaꝫ
haberet quaſi cum filijs chariſſimis.

Ca. XXII. Capitulum quintum.

Omnino auditur inter vos
fornicatio: ⁊ talis fornica/
tio qualis nec inter gētes.
Vt ꝙ graue ſit iſtud peccatum
oſtenderet: nec ab his hoc dixit admitti qui
deum neſciunt: vt perinde qua pena hꝰ mul/
tandus eſſet oſtenderet: qui ſub ęterna ⁊ di
uina iuſticia cōſtitutꝰ tanti ſceleris crimen
admiſerat. Ita vt quis vxorē patris
habeat. Premiſſi criminis prodidit genꝰ:
vt nō ſolum illū aperte reuꝫ mortis faceret:
ſed ⁊ adherētes illi nō imunes a crimine de/
monſtraret. In quo enī difficile peccať: plꝰ
facit reum. Et vos inflati eſtis: ⁊ nō
magis luctum habuiſtis. Supbiaꝫ il/
lorum intantum humiliat vt nō querulos
iam ſed magis ſupplices faciat. Erant enim
⁊ ipſi participes: dum paterenť reū tam in/
gentis facinoris ſecum incorreptum cōueni
re: vt omnes vno cōſilio abijcerent eū ſi ne/
garet emendare ſe. Si autē quis poteſtateꝫ
nō habet quē ſcit reum abijcere aut proba/
re nō valet: imunis eſt: ⁊ iudicis nō eſt ſine
accuſatore dānare: qꝛ ⁊ dominꝰ iudā cū fur
eſſet ſciebat: ſed quia nō ē accuſatus: mini/
me abiecit. Vt tolleretť de medio ve
ſtrum qui hoc opꝰ fecit. Cognito ope
iſto pellendū illum fuiſſe de cętu fraternita/
tis. Omnes eni crimen eius ſciebant ⁊ non
arguebāt: publice eni nouercā ſuā loco vxo
ris habebat. In ꝗ re neqꝫ teſtibꝰ opus erat:
neqꝫ tergiuerſatione aliqua poterat tegi cri
men.
Ego quidem ſicut abſens cor Ca. XXIII.
pore: preſens autem ſpiritu.
Ideſt abſens facie: preſens aūt au/
ctoritate ſpiritus ꝗ nuſquā abeſt. Iam iu
dicaui vt preſens eū qui ſic operatꝰ
eſt ī nomine domini noſtri ieſu chri
ſti: cōgregatis vobis ⁊ meo ſpiritu
cū virtute domini ieſu tradere huc
ſathane ī interitum carnis. Qm̄ oīs
carnalis voluptas a diabolo eſt: ac per hoc
cum huic voluptati remittiť: traditur ſatha
nę. Caro enim hoc habet in natura: vt inte/
reat. Anima ergo cū ſe iungit deſiderio eiꝰ
infirmās ſpiritalē ſuū vigorē: ſiľ iteritū pa/
titur. Itaqꝫ ſi hic correptus ſtupri admiſſi
erubeſceret eiectuꝫ ſe: nō interiret pęnitētia
ſubſequente. Nā omniū conſenſu ⁊ ꝑſentia
ſꝫ ⁊ virtute dn̄i ieſu: id eſt ſentētia: cuiꝰ lega/
tione fungebať apl̄s: abijciendum illum de
eccl̄ia: Cuꝫ eijciť: tradiť ſathanę ī iteritū car
nis. Et aīa eni ⁊ corpꝰ intereūt: quando quę
contra legē ſunt fiunt. Sed in hac aliter cau
ſa interitus carnis homini deputať. Quā/
quā eni oīa peccata carnalē hominē ꝑſtent:
hoc tamen ſpecialiter deſideriuꝫ carnis ē: qꝛ
ſordibus maculatā animā cū corpore tradit
gehennę: qꝛ victa aīa libidine carnis fit ca/

ro:ſicut ⁊ corpus recte gubernatū ſpiritale
appellaꝛ. Animꝰ tamē ē: qui aut victꝰ illece/
bris totum hoīem carneū facit: aut in vigo
re nature ſue manēs: carni p̄ſtat vt ſpirita/
lis dicaꝛ. **Ut ſpūs ſaluus ſit in die
dñi ieſu chriſti.** Tradi ꝯtaminatū ſupra
dictū ſathane vt ſpūſſanctus ſaluꝰ ſit in ho
minibꝰ eccl'ie in die iudicij. Niſi eñ eiectus
eſſet nō fieret saluꝰ ſpiritus eccl'ie in die iu-
dicij. Deſerebat eñ oēs cōtaminatiōis cau
ſa: vt ī die dñi nudi ab ſpiritusancto inuen
Matth.7. ti: audirent a iudice dño: Recedite a me: nō
Ro.8. noui vos: Sicut diꝛ ad romanos: Si quis
aūt ſpūm chriſti nō habet: hic nō ē eius: Et
Eph.4. in alia epiſtoala: Nolite ꝯtriſtare ſpiritum/
ſanctum dei. Si eñ cōtriſtaꝛ: deſerit: ⁊ non
erit saluꝰ: nō vtiq; ſibi q̄ impaſſibilis eſt: ſed
nobis quibus datus ē: vt per illū dei filij eē
ꝓbemur. Res enim que amittiꝛ ſalua nō ē:
nō vtiq; ſibi que vbicunq; ſit: neceſſe eſt ſit:
ſed ei a quo amittitur.

Ca.XXIIII. **On bona gloriatio veſtra.**
n Hoc eſt mala. Leti eñ erant cū ma-
gis cōtriſtari debuerāt in fratre taꝫ
acerbe peccante: ſicut triſtis fuit ſamuel in
ſaule peccante. A quo crimine mali docto-
res aut diſſimulabāt: aut negligentiꝰ argue
bāt: ſicut ⁊ heli ſacerdos filios ſuos peccan/
tes in deū: ne amarus eis eēt nō eos argue/
bat. **Neſcitis quia modicū fermen
tum totā maſſam corrūpit?** Ita ⁊ pec
catū vnius qđ cognitū non arguiꝛ: multos
ꝯtaminat: imo oēs qui norūt ⁊ nō deuitāt:
aut cū poſſint arguere diſſimulāt. Nō enim
ſibi videꝛ peccare qn̄ a nullo corripitur aut
vitatur. **Expurgate vetus fermētū
vt ſitis noua conſperſio.** Hoc duplici
genere accipiendū eſt: quia eſt ⁊ fermētum
Matth.16. humana doctrina: dicente ſaluatore: Caue/
te a fermēto phariſeorum: id eſt a doctrina.
Et ad malā ergo doctrinā cauendam: ⁊ ad
hanc cauſam dictum eſt: qꝛ ⁊ eiecto fornica/
tore: vetus fermentum eijciꝛ. Ideo autē ve
tus: quia antiqui erroris peccatuꝫ eſt: No-
ua autē cōſperſio: chriſti doctrina ē. **Sic
eſtis azymi.** Azyma ex cauſa ñ fermētate
farine dictuꝫ eſt: cū filij iſrael eiecti ſunt de
egypto: vt fermentū vetuſtas habereꝛ: azy
ma autē nouitas. Abiectis eñ veteribꝰ er-
roribus egyptioꝝ in nouā legē inducti ſūt:
ita ⁊ corinthij poſt paganoꝝ errores in euā-
gelium chriſti inducti ſunt. Hortaꝛ ergo vt
ſcdm̄ ꝓfeſſionē ſuā quā ab ap'lo ſub nomie
xp̄i acceperant: ⁊ viuerēt iā vite noue culto
res: hoc eſt azymos eſſe. **Eteni paſcha
noſtrum imolatus eſt chriſtus.** Se-
cundū legē docet nouitatē paſche ratiōe cō
ſiſtere: ⁊ ideo chriſtum eſſe occiſum: vt ex eo
noua p̄dicatio nouā faceret cōuerſationeꝫ:
vt qꝛ paſche rationē colimus: veterē vitam
nō ſequamur. Paſcha itaq; imolatio ē: nō
tranſitus: ſicut quibuſdā videꝛ. Prius eniꝫ
paſcha ⁊ ſic tranſitus: qꝛ ante exemplū ē ſal
uatoris: ⁊ ſic ſignuꝫ ſalutis. Nec enim ante
ſignum q̄ꝫ crux. Nā occiſo veſpere agno in
egypto filij iſrl' paſcha egerāt: ex cuiꝰ ſāguie
poſtes ſignauerūt: vt noctu āgelus trāſiēs
ea loca non contingeret que ſanguine agni
fuerant oblita. **Itaq; feſta celebremꝰ
nō in fermento veteri.** Hoc eſt: leticiā
habētes renouationis: facta vetera fugia-
mus: imundiciā omnē abijcientes a nobis
que eſt corruptio: quia ſicut fermentū totā
maſſam corrūpit: ita ⁊ mala vita totum ho-
minē. Ergo vt nō ſolum a turpitudine vite
nos obſeruemꝰ: ſed ⁊ ab iniquitatis ſtudio:
adiecit: **Nō in fermento malicie et
nequicie: ſed in azymis ſinceritatiſ
⁊ veritatis.** Hoc eſt: vt ſinceritas mūdaꝫ
vitam faciat: veritas auteꝫ omnē fraudem
excludat.

Ca.XXV. **Cripſi vobis in epiſtola: ne
ſ cōmiſceamini fornicariis.**
Scripſiſſe ſe ſignificat prius vbi cō/
monet illos ne cōiungerēt ſe male vite ho-
minibus. Et qꝛ nō intellexiſſe forte ea que
ſcripſerat videbanꝛ: nūc in hac epiſtola q̄d
ſcripſerit interp̄taꝛ dicens: Nō vtiq; forni-
carijs huius mūdi: ſed a fratribꝰ talibꝰ ſcri-
pſi recedendum **Aut auaris: aut rapa
cibus: aut idolis ſeruientibꝰ: alio-
qui debuerati de hoc mūdo exijſſe.**
Igitur intellectū eoꝝ arguit: qui putabant
forte qꝛ ab incredulis fornicarijs: aut aua-
ris: aut rapacibus: aut idolis ſeruientibus
ꝓhibuiſſet nō a fratribus: ⁊ ideo illum qui
vxorem patris habebat inter ſe eē non egre
ferebāt. Si igiꝛ his cōmiſcemini inq̄t meliꝰ
erat mori vos. Cōpēdium eſt eñ male agē/
tibus ſi citius morianꝛ q̄ꝫ ſi diutius in pec/
catis verſentur. **Nūc autē ſcripſi vo-
bis: non cōmiſceri. Si is qui frater
nominatur eſt fornicator: aut aua-
rus: aut idolis ſeruiēs: aut maledi-**



**cus: aut rapax: aut ebrioſus: cum
huiuſmodi nec cibū q̄dem ſumere.**
Cum infideli nō ꝓhibuit cibū ſumere: quip
.i.10. pe cum dicat: Si quis vos vocat ex infideli
bus ad cenā: ⁊ vultis ire: omne qđ appoſitū
fuerit māducate. Ideo ait: **Quid enim
mihi de his q̄ foris ſunt iudicare?**
Uerū eſt: qꝛ perfidos epos nō poteſt iudi/
care: cū fratre aūt ī quo vitia hec reperiūꝛ:
nō ſolū ſacramenta nō edēda: ſed nec cōmu
nem eſcam docet: vt erubeſcat cū vitatur et
corrigat. **Nōne de his qui intus ſūt
vos iudicatis?** Iudicat quis: dū diſcernit
cui fratri adhereat: quem arguat: quē deui/
tet. **Nā eos q̄ foris ſūt deꝰ dijudica
bit.** Superius: nolite ait ante tempꝰ iudica
re: hic nō ꝓhibet. Sꝫ ſuperiꝰ incognita per
ſuſpitionē maxime de rectore ꝓhibuit iudi
care: quia dei ſoliꝰ eſt occulta iudicare. Hoc
autē loco vt frater fratrē examinet etiaꝫ iu/
.ij.Cori.13. bet: ſicut alio loco dicit: Uos ipſi vos tem/
ptate: ſi eſtis in fide ipſi vos probate. Qui
aūt foris ſunt in die iudicij damnabuntur:
Joh.3. qꝛ dixit dñs: Qui nō crediderit iā iudicatuſ
eſt. In quo eñ ſpes nō eſt: pro mortuo ha/
bēdus ē. **Auferte malū a vobiſipſis.**
Ad hoc cōmonet vt diſcernātur a malis et
operibus ⁊ hominibus.

## Capitulum ſextum.

Ca.XXVI. **Udet aliquis veſtrum ad-
a uerſus alterū habens ne/
gocium iudicari apud ini-
quos ⁊ nō apud ſanctos?**
Iniquos duplici genere ſignificat: qꝛ ⁊ nō
credūt: ⁊ leges a deo mūdo creditas frequē
ter cū adulatiōe īterp̄tanꝛ: auctoritatē hoꝝ
idolis deputātes: ideoq; iniqui ſunt. Et qꝛ
in eccleſia magis lex ē vbi dñs legis timeꝛ:
melius dicit apud dei miniſtros agere cau/
ſam: faciliꝰ eñ de dei timore ſententiā legis
veram promunt. **Aut ignoratis qm̄
ſancti de mūdo hoc iudicabūt?** Ni/
hil ocioſe dicit ap'ls. Ideo eñ hūc mūdum
dixit: vt oſtēdat ⁊ alterū: qꝛ ⁊ iohāneſ ap'ls:
i.Joh.2. Nolite ait diligere hūc mundū. Et dominꝰ
in euāgelio: Sic inquit dilexit deꝰ hūc mun
dum ⁊c̄. Hic ergo mūdus ī errore eſt: nō ille
ſuperior: ad cuiꝰ ſimilitudinē hic factus eſt.
Unde hō hic poſitꝰ ē ad imaginē dei factꝰ:
vt ſicut in ſupiore mundo ab vno deo ſunt
oīa: ita ⁊ ī hoc ab vno hoīe oēs haberēt ori-
ginē. Hinc ē vnde moyſes ī deuteronomio:
cū diuideret inquit altiſſimꝰ gentes: quēad
dū diſperſit filios ade: ſtatuit fines gentiuꝫ
ſcdm̄ numeꝝ angeloꝝ dei. Quid tā apertū
hūc mundū ſupioris eſſe imagineꝫ certa ex
cauſa? Eſt eñ ⁊ hierl'm iferior: ⁊ illa ſuperior
quā matrē noſtrā vocat idē ap'ls. Eſt ⁊ infe/
rior paradiſus: in quo hō poſitꝰ: mādatum
⁊ vt opareꝛ ibi et vt cuſtodiret accepit. Eſt ⁊
ille celeſtis: ī quo raptꝰ ap'ls audiuit verba
arcana. Iudicabūt ergo ſancti hunc mun-
dū: qꝛ exemplo fidei illorū: perfidia mundi
damnabiꝛ. **Et in vobis iudicabitur
hic mūdus.** Tūc iudicaꝛ hic mūdus ī no
bis: ſi opꝰ perfidoꝝ hoīm nō inueniaꝛ ī no/
bis. **Indigni ergo ſūt hmōi q̄ etiaꝫ
de minimis iudicent.** Hoc eſt: nō ſunt
vtiq; indigni hi qui ipſū mundū iudicaturi
ſunt: ea iudicare que mūdi ſunt. **Neſcitis
qm̄ angelos iudicabimꝰ?** Addit plꝰ
dicēdo: Angelos iudicabimꝰ: id eſt: poten/
tiaſ ſpiritales: quas alio loco tradit in cele/
ſtibus degere: eodē genere iudicādos ange
los a nobis: quo ⁊ mundus iudicabitur.
**Secularia igiꝛ iudicia ſi habueri-
tis: cōtemptibiles q̄ ſūt ī eccl'ia illoſ
ad iudicādū ꝯſtituite.** Secularia iudi
cia ſūt ad corpꝰ ꝑtinētia vel corporea. Et qꝛ
nō ſic fieri debet: adiecit. **Ad verecun-
diā veſtrā dico.** Ne ſupra: qꝛ negocium
noīauit: ſed quale nō ſignificauit: ſunt eniꝫ
⁊ diuina negocia: dicēte eodē: Adiutor ne-
gocij mei: ⁊ ſecularia forte iudicia qꝛ prohi-
buerat apud perfidos agēda: q̄uis in eccle/
ſia ſicut audierāt: a qualibuſcunq; tñ puta/
rent audienda aut terminānda: ad ruborem
eoꝝ ait: Cōtēptibiles qui ſunt ī eccl'ia: illos
ad iudicādum cōſtituite. Sūt eñ in eccleſia
⁊ lignea vaſa. Tam ꝙ intractabiles ⁊ conſi-
deratos eos ſignificauit: vt imperitos forte
ex fratribus iudices eligerent. hoc de exper
to ap'ls. Sciebat enim q̄ꝫ tepidi ⁊ improui-
di ī reliq̄s cauſis fuerāt deprehenſi. **Sic
nō eſt īter vos q̄ſq̄ā ſapiens: qui
poſſit iudicare īter fratre ſuū.** Quia
ꝙ ſūt inquit ſapiētes frēs: aliqui hoꝝ eligāꝛ
ad iudicāduꝫ: quoꝝ iudiciū mireꝛ mūdus.
Magnꝰ eñ pudor ē: ſi inter eos q̄ dicuntur
deū cognouiſſe: nō inueniaꝛ qui examina/
re poſſit negociū: iuxta ius euāgelicum. Iō
aūt fratrē iudicē eligendum dicit: qꝛ adhuc
rector in eccleſia illoꝝ nō erat ordinatus.
**Sed frater cum fratre iudicio cō/**

tendit: ⁊ hoc apud infideles. Manifeſtū ē: qꝛ īfideles: aut arbitros vt aſſolet fieri poſtulatos ſignificat: aut iudicē publicū cui dici ſolet: Hodie dies ſacrorū eſt: ius dici non poteſt.

Ca.XXVII. i **Am quidē oīno delictum in vobis eſt: qđ iudicia habetis inter vos.** Peccatū eē ſignificat: qꝛ frater cū fratre litigat: cum danda opa ſit vt cōcordes ſint quaſi germani: maxime cū fides noſtra paci ſtudeat. Quāq̄ eñ xp̄ianus litigere nō debeat: tamē ſi graue fuerit ⁊ qđ contēni nō poſſit: cauſā ad eccleſiā deferat: ne ⁊ damnū ad pꝛeſens ⁊ offenſionem forte incurrat. **Quare nō magis iniuriā accipitis: quare non magis fraudē patimini? Sꝫ vos iniuriā facitis ⁊ fraudatis: ⁊ hoc fratribꝰ.** Nūc hos corripit quoꝝ iniuſticia iurgiuꝫ generaꝛ: qꝛ nō ſolū per fraudē admiſſā rei ſunt: ſꝫ ⁊ partem habent delicti illorum qui coacti iniuria aut fraude eorum: infideles rogāt ad iudicādum: ⁊ cū fraudem aut iniurias illatas pſequi nō deberent: nō ſolū vindicāt: ſed ⁊ ipſi fraudē ⁊ iniurias faciunt: vt punienda exēpla fratribꝰ tribuāt. Ut q̄d alijs facere credatur: qui non parcet ſuis?

Ca.XXVIII a **N neſcitis: quia iniqui regnū dei nō poſſidebūt?** Hoc dicens oſtendit illos nō neſcios peccare: ac per hoc grauiꝰ vindicādum. Si eñ imiſericordes rei ſunt apud deū: quātomagis iniqui? **Nolite errare neq̄ fornicarij neqꝫ idolis ſeruiētes: neqꝫ adulteri: neq̄ molles: neqꝫ maſculorū cōcubitores: neqꝫ fures: neqꝫ auari: neqꝫ ebrioſi: neqꝫ maledici: neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebūt.** Nō hęc ideo memorauit quaſi neſcirēt apud q̊s annū ⁊ ſex menſes ſedit: docens euāgelium dei: ſed cōmonuit vt reſuſcitaret in illis reuerentiā legis ⁊ meritū ad regna cęlorum.

**Et hec quidem fuiſtis.** Ne omnibus hoc aſcribere videretur: aut certe omnes ab his criminibus imunes faceret ſi taceret: ꝓhibuiſſe eñ videbaꝛ: non reuelaſſe crimina illoꝝ: idcirco ſic ait: Et hęc quidē fuiſtis. Et ne ad iram illos ꝓuocaret: adiecit: **Sed abluti eſtis.** Ut agnoſcentes crimina rei facti: ſtatiꝫ reſpirarent audiētes: ſed abluti eſtis. Solēt eñ aliqui pudorē pati ⁊ corrigere cū de ſe audiunt bona. **Sed ſcificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis: ī noīe dñi noſtri ieſu xp̄i: ⁊ ſpū dei noſtri.** Hęc omnia beneficia puritatl in baptiſmate cōſecuti noſcunꝛ: qđ eſt fundamentū euāgelicę veritatis. Illic eñ omnibus peccatis depoſitis: abuiꝛ credens: ⁊ iuſtificaꝛ dñi nomine: ⁊ per ſpiritum dei noſtri deo filius adoptatur. Per hęc admonet illos quāta ⁊ qualis ſit gratia quā per verā traditionē aſſecuti ſunt: poſtea vero contra hāc regulā fidei impulſu maloꝝ doctoꝝ ſentiētes: his beneficijs ſe exuerint. Unde id agit vt reuocet illos ad pꝛimā ſententiā: vt recuperēt qđ fuerant cōſecuti.

Ca.XX o **Omnia mihi licēt ſed nō expediunt.** Quibuſdā videꝛ propter libertatē cōceſſi arbitrij dixiſſe ap̄lm: Omnia mihi licent ⁊c̄. vt liceat fornicari: ſꝫ nō tamē expediat. Sed quō licet qđ ꝓhibetur: aut certe ſi omnia licent: nihil poteſt dici illicitū? Sed licet: nō tamen expedit. Hęc ſuſurrāt potius q̄ aſſerūt: aut immemores aut negligentes. Dicit eñ iohannes baptiſta ad herodē: Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. (Marc.6.) Sed forte iohānes expers fuerit humani eloquij inſpiratus in vtero: quia ſi hoc eſt: dicere debuit: licet tibi ſed nō expedit. Sed ⁊ dominꝰ ſiliter mulieri chananeę ait: Nō licet accipere panem filiorū ⁊ mittere canibus. (Matth.15.) Et iterum dicit dominꝰ iudęis: Nō legiſtis quid fecit dauid cum eſuriret: (Luc.6.) quomō intrauit in domuꝫ domini ⁊ panes ꝓpoſitionis accepit quos nō licebat ei edere ⁊c̄. Omne ergo qđ prohibeꝛ nō licet: ſed aliquando interueniente cauſa aliqua non expedit. **Omnia mihi licēt: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.** Oīa ſibi licere dicit: ea ſcꝫ quę et coapoſtolis eiꝰ licuerūt: q̄ ⁊ lex ꝯtinet naturalꝛ nō moyſi: qꝛ multa prohibuit moyſes propter duriciam cordis populi increduli ⁊ ceruicoſi. Tamen ſi ad cauſā reſpicias: aliud fuit in ſenſu apoſtoli vt hęc loquereꝛ. Hęc eni pꝛęmiſit: poſtea acturus hanc cauſā: ſicut fecit ⁊ de illo qui inceſtū admiſerat. Proponit eñ deſignās quid acturꝰ ē poſtea. Deniq̄ ſtatim ad ſuperiorem ſenſū breuiter interim recōmendata redit. Hoc eñ iō dixit qꝛ licebat illi ab his ſumptus accipere. Sꝫ qm̄ ſciebat pſeudo apoſtolos occaſionē quęrere accipiēdi: noluit ab his accipere: ne cauſa vētrl vigor euangelicę veritatis torpeſceret. Si eni ab



his acciperet quos in tantis vitijs arguebat: auctoritatē magiſterij conceſſam ſibi a dño inclinabat. Nō eni pōt cōſtanter argui a quo accipitur: maxime cū ideo promptus ad dandū ſit: vt ſibi humiliet ꝓpoſitū. Unde ⁊ dicit: Sed ego ſub nullius redigar poteſtate. **Eſca vētri ⁊ venter eſcis: deus aūt ⁊ hūc et has deſtruet.** Deſtructio ventris eſt: cuꝫ edendi ceſſat officium. Eſcę vero deſtructio tunc erit quādo ſteterit natiuitas. Pſeudo apoſtoli aūt qui non vtiq̄ religionis cauſa ſed queſtus circumibāt: peccātibꝰ amari eē nolebāt. **Corpꝰ autē nō fornicationi ſed dño.** Nunc redit ad ſuperiorē ſenſū. **Et dñs corpi.** Quid dñs corpi? ſubaudiaꝛ imortalitatē reſuſcitato ꝓſtabit. Corpꝰ ei deo dicatū dono ſpiritali remunerabiꝛ merito ducl: id ē animi. **Deꝰ vero et dominum ſuſcitauit: et nos ſuſcitabit ꝑ virtutē ſuā.** Idem ſenſus ē: quē exemplo voluit dominicę reſurrectiōis firmare. Uirtus tamē dei chriſtus ē: qua nos ſuſcitauit ⁊ ipſum dñm. Hoc dixit: qꝛ ip̄e dñs corpus ſuū ſuſcitauit: (Joh.2.) ſicut ⁊ ipſe dñs ait: Soluite templū hoc: et ego tribus diebus ſuſcitabo illud: hoc autē dicebat de templo corporis ſui.

Ca.XXX. n **Eſcitis qm̄ corpora vr̄a membra ſunt chriſti.** Corpora noſtra membra chriſti ſunt: ſꝫ in nouū hominē qui ſcđm deum creatꝰ eſt: qꝛ ip̄e eſt caput eccleſię. **Tollēs ergo mēbra xp̄i: faciā membra meretricis? Abſit.** Ait quia meretrici adhęrentia mēbra deſinunt eſſe membra chriſti. **An neſcitis: quia qui adheret meretrici vnū corpus fit?** Hoc dicit: quia qui ꝯtaminationi ſe admiſcet: vnū fit cū eo cui ſe admiſcet. Fornicatio eni ambos vnū facit: vt quō in natura: ſic ⁊ in macula vnum ſint. **Erūt inq̇t duo: ī carne vna.** Manifeſtuꝫ eſt: vt qꝛ mulier de viro eſt: ambo in carne vna ſint. **Qui aūt adheret dño: vnꝰ ſpūs ē.** Quoniā in bene agentibꝰ ſpiritus dei ē cōmunis cū deo ⁊ hominibus.

Ca.XXXI. f **Fugite fornicationē.** Recte fugiendam monet fornicationeꝫ: per quam filij dei fiunt filij diaboli.

**Omne pctm̄ quodcūqꝫ fecerit hō extra corpꝰ eſt.** Quia cętera peccata ⁊ ſi ꝑ corpus generanꝛ: nō tñ animā ita carnali cōcupiſcētia faciunt obſtrictā ⁊ obnoxiaꝫ queādmodū cōmiſceri facit aīam cū ip̄o corpore vſus libidinis agens in opere carnalis fornicationis: qꝛ intantū agglutinaꝛ aīma corpori: vt in ipſo momento nihil aliud cogitari homini liceat aut intendere: qꝛ ipſaꝫ mentē captiuā ſubdit ipſa ſubmerſio ⁊ abſorbitio libidinis ⁊ cōcupiſcentię carnalis. Unde ſubdiꝛ: **Qui aūt fornicatur ī corpus ſuum peccat.** Oſtendit grauiſſimū eſſe peccatum: qꝛ ex hoc omne deperit corpus: in cęteris aūt peccatis portio perit nō totum. Totum enim corpus vir ē ⁊ mulier: qꝛ portio viri ē mulier. Quicunq̄ enim aliud peccatum admiſerit: extra ſe peccat: fornicarius vero in carnem ſuā peccat. Age ſi laqueo vitā finiat: aut ferro ſe trucidet: nō in corpus ſuū videꝛ peccare: ſed in animaꝫ cui vim facit. Fornicari autem corpale delictum eſt: qđ ⁊ corpus cōtingit ⁊ animā. Nō eñ ſine deſiderio carnis: quia habet ⁊ caro propꝛiū motū: aīa cōcupiſcit vt peccet ī carnem: quāuis ſine anima nihil poſſit. Per id ergo ꝙ in carneꝫ quę ex ſe eſt: peccat: ad originē eñ retulit: in corpus ſuū dicitur peccare vt deſinet a fornicatiōe quaſi ſibi ꝑcens. Nouatiano tñ hic qui fornicatur: nō in corpus ſuū videtur peccare: ſed in chriſti. Aliꝛ eñ hoc pronunciat: vt etiaꝫ illum qui fornicatur ī ſpiritūſanctū dicat peccare: propter cauſam qua abſciſus ē ab eccleſia. Hoc nulla ratione aſtrui poteſt. Corpus eñ xp̄i non eſt vnus aut duo xp̄iani ſed oēs: ſinguli autem membra ſunt. Quō ergo q̄ fornicaꝛ in corpus chriſti peccat cū nō oēs cōtaminet? Qđ ſi ita eſſet vt nouatiano videꝛ: cętera omnia peccata extra deū eſſent: ⁊ ſola fornicatio peccatū eſſet in deuꝫ: etiam qui vadit ad idola nō peccat in deum: neq̄ qui negat in perſecutione: quia omne pctm̄ qđcunq̄ fecerit homo: extra corpus ē chriſti: ſicut illi videtur. Si autē ⁊ hoc aliter voluerit ꝓnūciare: vt neget aliqđ extra corpus chriſti eē peccatū: cogetur dicere: qꝛ oīs quicūq̄ qđcunq̄ pctm̄ fecerit: in deū peccat ⁊ ī ſpirituꝫ ſanctū: vt ⁊ fur ⁊ periurus ⁊ mēdax: in ſpiritumſanctuꝫ peccare dicaꝛ. Et quō eſt illud qđ ait dominus: Quia oīa pctā ⁊ blaſphemię remittenꝛ hominibus: qui autē peccauerit in ſpiritūſanctū nō remittetur ei neq̄ hic neq̄ in futurum. (Matth.12.) Apparet vtiq̄ exceptis ceterl pctis aliud eſſe pctm̄ qđ pctm̄ dicitꝛ in ſpiritumſanctū. Quibuſdā iterum videtur

quia qui fornicaꝛ ideo in corpus ſuuꝫ dicit peccare: quia eccleſię membrum eſt: ⁊ ſe contaminās in eccleſiā peccat cuius mēbrū eſt. Qui ergo eccleſię mēbrū eſt: dicendū eſt illi cuꝫ fornicatur: qꝛ nō ſibi ſed in eccliam peccat. Porro aūt dicit apoſtolus: qꝛ qui fornicatur per id qđ in portionē ſuā delinquit: in corpus ſuum peccat. **An neſcitis quia corpora veſtra templū eſt ſpūſancti quē habetis a deo?** Superius templum dei dixit: hic templū ſpirituſſancti: qꝛ in ſubſtantia: hoc ē ſpirituſſanctus qđ deꝰ. Hoc idcirco dixit: vt corpora noſtra incontaminata ſeruaremꝰ: vt poſſit illic ſpirituſſanctꝰ habitare. **Et nō eſtis vr̄i. Empti enim eſtis precio magno.** Manifeſtum eſt: quia qui emptus eſt: nō eſt ſui arbitrij: ſed eiꝰ a quo emptꝰ ē: vt nō ſuā ſ; illiꝰ faciat voluntateꝫ. Et quia caro ꝓcio empti ſumus: propenſiꝰ dn̄o noſtro ſeruire debemus: ne offenſus a qua nos redemit morti nos reddat. Qui enim chariſſimo precio nos emit: vt ſanguinē ſuum daret pro nobis.

**Clarificate ⁊ portate deū in corpore veſtro.** Hoc eſt: clarificare ⁊ portare deum in corpore: vt ſecūdū legem eiꝰ ambulemus. Per legem em̄ ſuā ipſe videꝛ in nobis. Portare tm̄ deū: hoc eſt: imaginē dei in rebus bene geſtis oſtendere.

## Capitulum ſeptimum.

Ca.XXXII. d **E his autēꝫ que ſcripſiſtis mihi: bonū eſt homini mulierem non cōtingere.** Prauis ſenſibꝰ pſeudo apoſtolorum exagitati: qui nuptias ꝑ hypocriſim vt puriores cęteris viderenꝛ ſpernēdas docebat: hęc per ep̄lam ab ap̄lo reqrebāt. Quia eniꝫ nō oblectabanꝛ hac ſentētia: ꝑtermiſſis cęteris: hoc ſolum requirūt. Quibꝰ tamen reſpondit: bonū eſſe quidē mulierem nō contingere: quāquā nō illi iſtud ſimpliciter aſſerant. **Tamen propter fornicatiōꝫ.** Hoc eſt: ne quid cōtra legem admittaꝛ: cuꝫ quādo qđ lex nō prohibet vitaꝛ. **Unuſquiſqꝫ vxorē ſuā habeat: ⁊ vnaqueqꝫ ſuū virum habeat.** Solent eniꝫ qui compendium querūt errare. Quin em̄ fieri poſſet: vt hi ab vxoribꝰ ſuis ſe abſtinerent: quos in tantis vitijs repperit. Ideo ꝙ nō ꝑmittit ne ab licitis ſe abſtinētes: inconceſſa ꝓſumerēt: ſicut faciunt manichei. **Uxori vir debitum reddat: ſilr̄ ⁊ vxor viro.** Inuiceꝫ ſibi ſubijci illos in cauſa: vt qꝛ vnū corpus ſunt: vna eoꝝ ſit ⁊ volūtas in lege naturę. **Mulier autem ſui corporis ꝑtātem nō habeat: ſed vir: ſimiliter et vir ſui corpis ꝑtātem nō habeat ſed mulier.** Hoc dicꝛ ꝙ neqꝫ viro neqꝫ mulieri liceat corpꝰ ſuū alij tradere. Inuicem eniꝫ ſibi debitores ſunt in hac cauſa: ne peccandi dareꝛ occaſio. **Nolite fraudare inuicem.** Hoc dicit vt ꝯueniat illis in re vxoria: ne diſſenſio generet fornicationem. **Niſi ex conſenſu ad tempus.** Id eſt vt ex cōdictu abſtineāt ſe propꝛ gratiarum actiones. **Ut vacetis orōni.** Quāquā em̄ ſine intermiſſione orandū ſit: meditatio em̄ hęc omni die facienda eſt: tm̄ vt orationi inſiſtatur: huic rei vacandū pręcipit interpoſitis tēporibus ad dominū ꝓmerendū. Ut eni miſereaꝛ mundiꝰ exorandus eſt. Quāuis munda ſint cōiugia: tamē etiā a licitis abſtinendum eſt: vt facilius ad effectum deducaꝛ oratio. Naꝫ ⁊ in lege ſanctificari volentes: inter cętera etiā ab vuiſpaſſis iuſſu domini tēperabāt vt fierēt ſanctiores. Cū eni quis etiā ꝯceſſa nō cōtingit: oſtendit ſe velle qđ precaꝛ accipere. Aliter. Quoniā cōiugijs cōſilium dat vt ad ipſum dn̄m reuertanꝛ: abſtinētes ab vxoribꝰ ſuis: vt poſſint dignius accipere corpꝰ domini. **Et iteꝝ reuertimi ad idipſū.** Qm̄ cōſiliuꝫ coniugijs dat: poſt dies orationis ad vſum naturalē reuerti debere. **Ne vos tēptet ſathanas propꝛ itemperātiā veſtrā.** Interpoſitis diebus abſtinenduꝫ monet: ne occaſio detur diabolo: ſicut dicit petrus apoſtolus: Ecce diabolus vt leo rugiēs circuit querens quē deuoret. 1.Petri. Si enim cauſa filiorum creandoꝝ ducitur vxor: non multum tempus cōceſſū videꝛ ad ip̄m vſū: quia ⁊ dies feſti: ⁊ dies purgationis: ⁊ ipſa ratio cōceptus ⁊ partus iuxta legē ceſſari tēporibus his debere demonſtrant.

Ca.XX[XIII]. b **Oc aūt dico ſcđm idulgētiā nō ſcđm imperiuꝫ.** Manifeſtū eſt ideo hoc illū dare cōſiliū: vt fornicationē excludat: nō vt ad meliorē vitam tendentibus iter claudat. **Uolebā autem oēs homies eſſe ſicut meipſuꝫ.** Quantū ergo ad beniuolū ⁊ ſollicitū magiſtruꝫ pertinet: omnes tales ſi fieri poſſet volebat eſſe ſicut ſeipſum. Qualis autem ipſe erat: mox in ſubiectis oſtēdit. **Sꝫ vnuſquiſqꝫ ꝓpriū donuꝫ habet a deo: aliꝰ quidē ſic: aliꝰ ꝟo ſic.** Hoc ē: vnuſquiſqꝫ iuxta votum ſuū donum dei habet: vt ſi velit ipſiꝰ nutu dei poſſibilitatē conſequatur. Ideo nō debet quis conſtringi: ne a licito prohibitus illicita admittat: ſ; ipſe ſibi eligat quid ſequaꝛ.

Ca. XXXIIII. d **Ico autem nō nuptis et viduis: bonū ē illis ſi ſic ꝑmaneāt ſicut et ego.** Nō diceret: bonū eſt innuptis vt ſint ſicut ⁊ ego: niſi eſſet integer i corpore. Nec diceret: omnes homines volebam eſſe ſicut meipſum. Si eni habuerit vxorē ⁊ hoc dixit: virgines eē noluit: ſed abſit. Sic eni a pueritia ſpiritu ſeruiuit: vt huius rei ſtudiū nō haberet. Quippe cuꝫ iuuenculus anticipatꝰ ſit a gratia dei. Poſt ꝙ dixit vnūquēqꝫ propriuꝫ donū habere a deo: oſtendit in qua re melius ē eſſe propenſiorē: qꝛ in eo adiuuaꝛ quis qđ videtur auiditate mentis appetere. **Qđ ſi ſe nō cōtinēt nubāt.** Imitari illos vult cōtēdere: vt ſe contineant. Qđ ſi impulſu carnis perſeuerare ſe viderint nō poſſe: qꝛ nec ſūt prōptiores i eo ip̄o vt adiuuenꝛ a deo. Illū em̄ deus iuuat quē videt tota virtute cōtendere: nubant itaqꝫ ſi vri timēt. Forte em̄ poterunt hoc poſtea adipiſci. Digeſto eni impedimento reparat ſe voluntas robuſtiore virtute. **Melius eſt em̄ nubere q̄ꝫ vri.** Nō ideo dixit: Melius ē nubere ꝙ vri: quaſi bonū ſit vri: ideo nubere melius: ſed conſuetudinē ſecutꝰ ē. Solemꝰ eni dicere: Melius eſt lucrum facere ꝙ damnū. Uri vero ē deſiderijs agi vel vinci. Cum enim voluntas calori carnis cōſentit vritur. Nā deſideria pati ⁊ nō vinci: illuſtris viri eſt ⁊ ꝑfecti.

Ca.XXXV. b **Is autem qui mr̄imonio iūcti ſunt: precipio nō ego ſed dn̄s.** Poſtquā innuptis ⁊ viduis locutus eſt: hos alloquiꝛ qui matrimonio iuncti ſunt ore dominico. **Uxorē a viro nō diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit: manere inuptā.** Hoc apoſtoli cōſilium eſt: vt ſi diſceſſerit propter malā cōuerſationeꝫ viri: iā inupta maneat. **Aut viro ſuo recōciliari.** Qđ ſi continere ſe inquit nō poteſt: quia pugnare nō vult cōtra carneꝫ: viro reconcilietur. Nō eni permittiꝛ mulieri vt nubat: ſi virum ſuū cauſa fornicationis dimiſerit: aut apoſtaſię: aut ſi illicite impellente laſciuia: vſum quęrat vxoris: qꝛ inferior nō oino hac lege vtiꝛ qua potior: ſi tamē apōſtatet vir aut vſū quęrat vxoris inuertere: nec alij poteſt nubere mulier: nec reuerti ad illum. **Et virū vxorē nō dimittere.** Subauditur autē: excepta fornicatiōis cauſa. Et ideo nō ſubiecit dicēs ſicut de muliere: qđ ſi diſceſſerit manere ſic: qꝛ viro licet ducere vxorem ſi dimiſerit vxorē peccātē: qꝛ nō ita lege cōſtringitur ſicut mulier. Caput eni mulieris vir eſt. **Nam ceteris ego dico non dn̄s.** Hoc eni dixit: vt oſtēdat quid ꝓprio ore dominus iuſſit: ⁊ quid huiꝰ auctoritati conceſſit: qꝛ per iſtum dn̄s loquitur. Ait eni: An experimentum queritis eiꝰ qui in me loquitur chriſtus. 2.Cor.13.

Ca.XXXVI f **I quis frater vxorem habet infidelem: ⁊ hec cōſentit habitare cum illo: nō dimittat illā. Et ſi qua mulier habet virū infidelem: ⁊ hic conſentit habitare cū illa nō relinquat virum.** Hoc dixit: qꝛ inter illa primordia cum ambo vtiqꝫ eſſent gentiles: fiebat vt vnus ex his crederet: ⁊ qꝛ horrebant perfidi culturā dei: ſimiliter ⁊ credentes cōtaminationeꝫ ꝑteriti erroris: ⁊ iō ꝑcipit vt ſi cōtenti eſſent habitare cuꝫ imutatis: contenti eſſent fideles cū illis. **Sāctificatus eſt eni vir infidelis i vxore fideli: ⁊ ſcificata eſt mulier infidelis a viro fideli.** Habere illos beneficiū bonę voluntatis oſtendit qꝛ horrorē nominis chriſti nō habēt: ⁊ ad tuitioneꝫ hoſpitij pertinet: in quo ſignuꝫ fit crucis: quo mors victa eſt: ſanctificatio enim eſt. **Alioqn filij veſtri imundi eſſent.** Immūdi eſſent filij eorum: ſi dimitterēt volētes habitare ſecum ⁊ alijs ſe copularent. Eſſent eni adulteri: ac per hoc ⁊ filij eorū ſpurij: ideo immundi. **Nūc aūt ſancti ſūt.** Sācti ſūt: qꝛ de ꝯiugijs licitis nati ſunt. Et qꝛ ſub creatoris veneratione nati ſunt ꝓpenſiore ex parte: qꝛ ſicut quicquid per dicatiōeꝫ idolorum fit: immūdū eſt: ita ⁊ quicquid ſub dei creatoris profeſſione fit: ſanctuꝫ eſt. **Qđ ſi infidelis diſcedit: diſcedat.** Propoſitum religionis cuſtodit: ꝑcipiendo ne chriſtiani relinquāt ꝯiugia: ſed ſi infidelis odio dei diſcedit: fidelis nō erit reꝰ diſſoluti matrimonij. Maior enim cauſa dei eſt: ꝙ matrimonij. **Nō eſt eni frater aut ſoror ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi.** Hoc eſt: nō debetur reuerentia cōiugij: ei q

horret auctorē coniugij. Non enim ratū ē matrimoniū: qđ ſine dei deuotione eſt: ac per hoc non eſt peccatum ei qui dimittitur propter deum ſi alij ſe iunxerit. Contumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur: ne accuſetur alij copulatus. Infidelis autem diſcedens ⁊ in deum ⁊ in matrimoniū peccare dinoſcitur: qꝛ noluit ſub dei deuotione habere cõiugiū. Itaq; nõ eſt ei fides ſeruanda coniugij: qui ideo receſſit ne audiret auctorem eſſe chriſtianorum deum cõiugij. Nam ſi eſdra dimitti fecit vxores aut viros infideles: vt ꝓpitius fieret deus: nec iratus ſi alias ex genere ſuo acciperent: nõ enim ita preceptum his eſt: vt remiſſis iſtis alias minime ducerent: quantomagis ſi infidelis diſceſſerit liberum habebit arbitrium ſi voluerit nubere legis ſue viro. Illud eni non debet imputari matrimonium qđ extra legem dei eſt: ſed cum poſt cognoſcit ⁊ dolet ſe deliquiſſe: ſe emendat vt veniam mereatur. Si autē ambo crediderint: per cognitionem dei confirmant coniugium. **In pace autem vocauit nos deus.** Verum eſt: qꝛ nõ oportet litigare cum eo qui diſcedit: quia odio dei diſcedit: ac ꝑ hoc nec dign⁹ habēdus ē.

**Quid enim ſcis mulier: ſi virum ſaluum facias: aut vnde ſcis vir: ſi vxorem ſaluam facias?** Hoc dicit: qꝛ forte poſſunt credere qui nõ horrent nomē chriſti. **Niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dominus.** Diuiſit vnicuiq; domin⁹ quando ſaluetur: hoc eſt: ſcit quãdo poſſit credere: ⁊ ſuſtinet illū: ſic ⁊ hic docet expectãdos eos: nec ſcandalum de his pati debere: quia cuſtodienda eſt ſpes illorum. Si enim ipſi diſceſſerint: diſſimulandum ab his. **Unumquēq; ſicut vocauit de⁹: ita ambulet.** Hoc eſt: vt ſi matrimonio iunctus eſt q̄ credit nõ deſerat: neq; vir neq; mulier: ſ; ſic maneat: ſiue iudeus ſiue grecus. **Sicut in omnibus eccleſijs doceo.** Ut ſuadeat nõ ſe aliter his tradere dicit q̄ ceteris: vt cū ceteros huius fidei hoc doceri audiūt promptius aſſequãtur. Facile eni quis inclinatur: ſi viderit ſocium cõſenſiſſe. **Circumciſus aliquis vocatus eſt: non adducat prepucium.** Hoc eſt qđ dixit: vt ita ambulet ſicut vocat⁹ eſt: vt iudeus factus chriſtianus: nõ putet ſe forte indignū qꝛ ꝓputiū nõ habet dans gloriã preputio. **In preputio quis vocatus ē: nõ circumcidatur.** Ut gentilis vocatus nõ eſtimet ſe debere circumcidi: per id q filios abrae audit preponi. Nec eni quia circūciſi ſunt ꝓponunt: ſ; merito abrae cuius filij ſūt in vtroq; ſi credant: ſi quo minus: peiores erunt gentilib⁹. Deterius ē eni fuiſſe ⁊ nõ eē q̄ nūquã fuiſſe. **Circumciſio nihil eſt ⁊ preputium nihil eſt.** Manifeſtū eſt qꝛ nec obeſt nec prodeſt. **Sed obſeruatio mãdatorū dei.** Id eſt fides ꝓpitiū facit deū: ſi bonis operib⁹ approbetur.

Ca. XXXVI

**Unuſquiſq; in ea vocatione in qua vocatus ē: in ipſa permaneat.** Hoc firmat qđ ſupra dixit. **Seru⁹ vocatus es: non ſit tibi cure: ſed ⁊ ſi potes liber fieri magis vtere.** Hortatur vt bene ſeruiēs de dei timore carnali dñō: dignū ſe faciat libertate: ne audiēs forte: ſeruus vocat⁹ es: nõ ſit tibi cure negligentior eē circa bonos actus carnalis domini: et doctria chriſti blaſphemaret: ⁊ nec ille deū promereret: qꝛ in his terrenis bene ſeruiēs: meritū ſibi collocat apđ deum: quia dixit dominus: Qui i minimo fidelis eſt: ⁊ in magno. [Luc. 16.] **Qui eni in domino vocatus eſt ſeruus: libert⁹ eſt domini.** Ereptus enim a peccatis que vere ſeruos probant: libertus fit. Hic eni oino ſeru⁹ eſt qui imprudenter agit: ſicut ⁊ veteribus placuit: qui oēs ſapientes liberos appellarunt: imprudētes autē omnes ſeruos. Unū ⁊ ſalomon: ſeruo inq̄t ſapiēti: liberi ſeruiunt. [Eccl. 10.] Hic ergo qui credit: at ſi ſeruuſ ſit ad tēpus: qꝛ rē facit prudentē vt credat in chriſtū: libert⁹ fit dñi. Si ꝗ peccata ſeruos faciunt: ſicut cham fili⁹ noe peccati ⁊ imprudencie cauſa fact⁹ eſt ſeru⁹: cū accipit remiſſiõe; peccatoꝝ libertus efficitur. **Similiter qui liber vocatus ē: ſeru⁹ eſt chriſti.** Profectus eſt ex libero: ſeruū fieri xpi. Liber eni erat a deo: qđ maximum crimen eſt: ⁊ ideo amiſſa amara ⁊ cõtraria libertate: cõditionem ſortitus eſt que prodeſt: ſicut dicit dominus: Tollite iugū meum ſuꝑ vos quia ſuaue eſt: ⁊ onus meū quia leue ē. [Matth. 11.] Superbiam itaq; abſcidit et vnitatem fecit: vt neq; ſeruus pudore conditionis deſpectū ſe putet: neq; liber elatione mentis inflat⁹ ſuo ſe ſupponat. **Precio empti eſtis nolite fieri ſerui hominum.** Verum eſt: quia caro precio empti ſumus: vt a nullo redimi potuiſſem⁹ niſi a chriſto: qui omniū diues eſt. Qui ergo precio emitur: magis ſeruire debet: vt aliquatenus vicē reddat emptori. A deo ergo empti: id eſt a chriſto: ſerui hominū eſſe nõ debent. Serui aūt hominū hi ſunt qui humanis ſe ſubijciunt ſuꝑſtitionibus. Apoſtolus tamē illud memorat: quod in capite epl̄e reprehēdit: eo q dicerent: Ego ſum pauli: alius autem: ego apollo: dedit tamen articulū chriſtum fatēdum deū: quãdo ſeruos chriſti nõ hominis ſeruos appellandos oſtēdit. **Unuſquiſq; frēs in quo vocatus eſt: i eo maneat apud deum.** Hoc ē qđ ſupra dixit: qđ vt plene cõmendet reitertat.

Ca. XXXVIII

**De virginibus autem ꝓceptū nõ habeo.** Hoc ad ſcripta illorū reſpondit: ſicut ſupra dixit: de q̄buſ autē ſcripſiſtis mihi. ⁊c̄. **Cõſilium autē do tãquã miſericordiã cõſecutus a domino: vt ſim fidelis.** Preceptū de virginibus negat ſe accepiſſe: qꝛ non poterat auctor cõiugij rem aduerſã nuptijs imperare: ne factum ſuum priſtinū accuſaret. Conſiliū autē ait do: nõ qđ diſpliceat: neq; qđ adulatione fucatum ſit: qꝛ ad hoc grãm conſecutus eſt: vt idoneus ſit in dandis cõſilijs ſalutaribus. **Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter preſentem neceſſitatem: quia optimū eſt homini ſic eſſe.** Bonū dicit eſſe virginē permanere. Et vt hoc abſoluti⁹ oſtēderet: propť preſente; neceſſitatem ait: quia optimū eſt: vt inter bonū ⁊ optimum nihil tam preclarum atq; vtile eſſe cognoſceret q̄ eſt virginitas: qꝛ nõ ſolum ⁊ apud deum virginitatem cõmendatiorem docet: ſ; ⁊ apud vitã preſentem: dū neceſſitates tēporis neſcit quas patitur cõiugatio: ⁊ merores part⁹: ſimulq; orbitates filioꝝ ignorat. Ut ergo ad hanc affectandam hortaretur: preſentis neceſſitatis exitia lucrari docet has qui illam dilexerint: vt non ſolum hanc apud deum locum meliorem habere diſcunt: verūetiã in ꝓſenti omni induſtria hanc appeterent. Unū eni eſt q laborat vt affectum carnis vincat: in ceteris omnibus libera. Quia enim caro in origine ſua eſt ⁊ natura: vſus eius ſuauis videtur: ⁊ dulcis affectus videtur: ideo hec ſuperare nõ breuis glorie eſt. **Uinctus es vxori: ne queſieris ſolutionem.** Hec remediorū conſilia ſunt. Dicit eni nõ debere quēquã abſolui ab vxore: niſi cauſa fornicatiõis. Frequēter eni ſuas dimittētes: ſub tegmine cõtinentie alias decipiunt refrigeſcente propoſito. S; ſi meli⁹ vult viuere cū vxore ſua poſit⁹: exhortetur illã vt ſine ſcãdalo purius viuant. **Solutus es ab vxore ne queſieris vxorem.** Ut ſciēs hoc magis deo acceptū ⁊ a neceſſitate liberum: nõ querat vxorem: ita tamē vt a ceteris temperet. Si quo minuſ: quid prodeſt deſideriū carnis premere: hoc eſt: rem licitã ſpernere: ⁊ illicitis ſubiacere? **Si autem acceperis vxorē non peccaſti.** Nõ vtiq; peccat: qꝛ qđ conceſſum ē facit. Si vero contēpſerit: meritū ſibi collocat ⁊ coronã. Magne enim patientie eſt: hoc nõ cõtingere qđ ꝓhibitum non eſt. **Et ſi nupſerit virgo nõ peccauit.** Nõ peccat: qꝛ apud deū ex hac cauſa libera eſt. **Tribulationes tamen carnis habebūt huiuſmõi.** Hoc eſt: ſi a peccato liberi ſint: in hac tamē vita tribulationes habebunt: gemitus ventris: nutrimenta filiorum: victus: tegumenta: dotes: egritudo: apparatus domus: vxoris neceſſitas: mariti domiatio. **Ego autē vobis parco.** Parcit: quãdo ad hec magis prouocat: que tribulatiões carnis et ſollicitudines memoratas excludunt. Poteſt ſic videri parcere: cum permittit ⁊ nõ cõtradicit volentibus: qđ oneroſū oſtendit.

**Hoc itaq; dico frēs: tempus breuiatum eſt: reliquū eſt.** Breuiatū tempus ⁊ reliquū dicēs: finē mundo imminere ſignificauit: quamuis ſciret adhuc tempora ſupereſſe: Sed aliter ſcribere non debuit propter hos qui lecturi hec tunc ſunt: cum ꝑbreue ſupererit tempus: ne ſemper dū lõge eſſe putaret dies iudicij: aut non timeretur: aut falſum eſſe eſtimaretur. Illud aūt qđ dicitur: cum adhuc longe ſit imminere: multum proficit. Terrorem enim incutit ad meliorem vitam agendam hoibus. Deniq; hic in preſenti q̄ ſolliciti ſunt hi qui apud iudices habent que agant: cum actorum dies dicitur iminere. Hoc ſonat hic quod alio in loco dicit: Seductores ſed veraces. [2. Cor. 6.]

**Ut et qui habēt vxores ita ſint ac ſi nõ habentes.** Quia eni mūdi finis in

pꝛoximo eſt:nō debere ad generanduꝫ eſſe
ſollicitos:neqꝫ ad vſum ipſum deditos:vt
pꝛopenſioꝛes ⁊ vigilantes in diuinis operi-
bus exercitati:circa curam legis iminente
pꝛelio repugnent. Pꝛeſſurę eniꝫ erunt qua-
les nunquā fuerunt. ⁊ multi caſuri ſunt i la-
queum diaboli. Deniqꝫ nullus noſtrū vult
tempoꝛe ſuo hęc pꝛęuenire:timens ꝓdictas
a ſaluatoꝛe pꝛeſſuras. Ideo ſicut nobis op-
tamus:cōſolamur ⁊ alijs:vt a generatione
nos filioꝛū multoꝛuꝫ abſtineamꝰ:plus oꝛa-
tioni ⁊ dei ſeruituti ſubiecti:prouidētes di-
em iudicij:ne ⁊ nos ſimus imparati per im-
pedimenta neceſſitatis pꝛęſentis:⁊ illi icur-
rant qđ nos timemꝰ. Etiā a licitꝭ ergo vult
temperare fideles:vt nō ſolum innocentes
ſed ⁊ glorioſi videanꝭ. Conceſſa enim ꝑter-
ire virtutis eſt maximę:⁊ pꝛohibita nō deſi-
derare nō lōge eſt. **Et qui flent tāquā
nō flentes.** Scientes enim in pꝛoximo fi-
nem mundi:mox conſolationē eoꝛū futurā
qui pꝛo dei iuſticia foꝛte pꝛemūꝭ:hac ſpe in-
ter eos cōſolanꝭ ſe. **Et qui gaudēt tan
quā nō gaudētes.** In pꝛęſenti eniꝫ qui
gaudent: ſciant mox luctū venturū:eis vi-
delicet qui mundo gaudēt:ambigentes de
dei iudicio. **Et qui emūt tāquam nō
poſſidētes.** Credentes eñ qui emūt par
uum tempus ſupereſſe mundo:ſic agant vt
nō omnē curā in rem cito perituram ipendāt:
magis aūt curā animę ſuę gerant:quā ſciūt
ęternam. **Et qui vtuntur hoc ſeculo
tāquam nō vtantur.** Id eſt vt nō pꝛę-
ſumant de vſu hoc:quia cito peribit coꝛruē
te mundo. **Preterit eñ figura huiꝰ
mūdi.** Quia finiri mundū dixit:oſtēdit fi-
guam eiꝰ pꝛęterire:⁊ hunc eſſe finē:id eſt nō
ſubſtātiā eius ꝑterire:ſed foꝛmam. Itaqꝫ ſi
foꝛma mundi peribit: dubium vtiqꝫ nō eſt
oīa que i mūdo ſūt interire. Ideo pꝛęterit:
quia quotidie ſeneſcit mundus. **Uolo
vos ſine ſollicitudīe eē.** Diminuta eni
ſollicitudine ſęculi:in dei rebus ꝓpenſius
vigilatur. **Qui ſine vxoꝛe ē:cogitat
que dñi ſunt:quomō placeat deo.**
Quomō ſine ſollicitudine ſimus oſtēdit di-
cens: Qui ſine vxoꝛe ē:cogitat quę dñi ſūt.
Amputata eni ſollicitudine rei vxoꝛię: quę
ſola in mūdo cęteris grauioꝛ ē:ad deū pꝛo-
merēdū animus erudiꝭ:ſi tamē hac ſpe ani-
mus his moleſtijs ſe exuat:vt deo magꝭ ſer
uiat. **Qui aūt cum vxore eſt: ſollici
tus eſt que ſūt huius mundi:quo-
modo placeat vxori:⁊ diuiſus eſt.**
Cura enim vxoꝛis ⁊ filioꝛum:cogitatio mū-
di eſt. Naꝫ inter cętera ſolent aliquādo res
puniendas admittere ne illas offendant:ſi-
cut refert zoꝛobabel vnus de tribꝰ cubicula
rijs artaxerxis in libꝛo eſdre. Magna enim
amaritudo eſt i domo vxoꝛ triſtis. Diuiſus
ideo dicitur:quia nō poteſt ⁊ diuinis inſiſte
re rebus:⁊ vxoꝛis facere voluntatē. **Diui
ſa eſt mulier ⁊ virgo.** Diuiſa non vtiqꝫ
natura ſed actu:quia legimus in numeris:
mulieres virgīes appellatas. Alia ergo ſolli-
citudo mulieris:alia virginis ē:tamen cum
dicitur mulier:incertū eſt quid ſignificet:ni
ſi ſignificatio ſubſequatur:cuꝫ autem dicit
virgo:manifeſta locutio eſt. Hic apoſtolus
virgineꝫ poſt mulierem poſuit:vt mulierē
nō virginē ſignificaret. Per hoc eni voluit
oſtendere virginem liberam a tedijs ⁊ labo
ribꝰ:q̄s patiꝭ mulier viro copulata. **Que
autem nō eſt nupta: ſollicita eſt de
his que dñi ſunt:vt ſit ſancta ⁊ cor-
pore ⁊ ſpū.** Id ē aio. Duꝫ eni ſpe cęleſtiū
mariti ⁊ filioꝝ ſollicitudinē non ſuſcipit de
domino cogitat: quomodo ꝓpoſitum deo
deuotū cuſtodiat:ſi tamē in coꝛpoꝛe mūdo
animus terrena abijciens cęleſtibus ſtude-
at. Animus eſt eniꝫ:qui aut ſanctificat aut
polluit coꝛpus. Quid enim pꝛodeſt coꝛpus
mundum habere ⁊ animā pollutam:cū me-
rito animę aut honoꝛatur coꝛpus aut dam
natur? **Nā que nupta ē cogitat que
ſunt huius mūdi:quomodo place-
at viro.** Lege enim maritali cōſtricta ſolli-
ta eſt quomodo ipleat ius maritalis officij:
ſubdita mundanis neceſſitatibus. **Hoc
aūt ad veſtrā ipſoꝛū vtilitatē dico:
vt nō laqueum vobis iniiciam:ſed
ad id quod honeſtum eſt.** Quoniam
quibuſdam aſperuꝫ ⁊ graue videtur quod
vtilius aut melius eſt pꝛopter conſuetudi-
nem tempoꝛalis vſus:ideo poſt ratiōꝫ red-
ditam hoꝛtatur affectu charitatis ſimplici-
ter hoc vtiliꝰ hoc honeſtiꝰ eē qđ dicit. Ho-
neſtū ē:qꝛ ſctm̄ ē ⁊ mūdū. Utile vero qꝛ dig
nitoſū ē apud deū:⁊ leue in ſęculo. Quid ḡ
dicemꝰ ſi virgines de deo cogitant:⁊ iunctę
viris de mundo:quę ſpes relinquiꝭ nuben-
tibꝰ apud deū? Si eni ita ē:dubiū ē đ ſalute
eoꝛum. Nā videmus virgines de ſęculo co-
gitare:⁊ matrimonio iunctos dominicꝭ ſtu-



dere operibus. His virginibꝰ non imputa-
bitur ſanctimonium a deo:⁊ his matrimo-
nijs erit merces apud deū:quia cuꝫ obliga-
ti eſſent terrenis ⁊ carnis nexibus:operam
dederūt vt in futurum aliquid immoꝛtalis
pꝛęmij mererenꝭ. Illis autē nō ſolum nō i-
putabitur virginitas:ſed ⁊ pęnę ſubijcien-
tur: qui ſub tegmine melioꝛis ſpei vitam ⁊
cōuerſationē ſuā mundiali cura ⁊ ſollicitu-
dine occupantes:pigros ſe ad dei opa agē-
da fecerunt:ſicut dicit hieremias ꝓpheta:
Hiere.48. Maledictus qui opera dei facit negligen-
ter. Hi ſunt de quibuſ in alia epiſtola dicit:
Timoth.3. Habētes quidē ſpeciem pietatis: virtutem
autem eius abnegātes. Apoſtolus autem
his loquiꝭ qui mira deuotione obſequi de-
ſiderant cęleſtibus pꝛęceptis:oſtendens et
docens quo cōpendio citius itur ad deum:
qꝛ qui pꝛopter deū pꝛomerendū virgo ma-
nere vult:ſciens quale pꝛęmiū poſſit accipe
re:quia licito temperat vt melioꝛ fiat:ſimul
oīa impedimenta carniſ ſpernit:nō neſcius
hęc eſſe quę greſſum currentis velut oneri-
bus cōpedum detinēt.

Ca. XXXIX. **SI quis autem turpem ſe vi-
derit ſupra virginem ſuam:
ſi ſit vltra pubertatem et ſic
oportet fieri qđ vult faciat: nō pec-
cat ſi nubat.** Propter qđ ſuperius virgi-
nitatē tenendā ⁊ cōtinentiaꝫ reddita ratio-
ne hoꝛtatus eſt:ita vt pene ad cōparationē
earum cōiugia inutilia ⁊ abijcienda videan
tur: Nunc ne nuptias negare putareꝭ:non
peccare virginē ſi nubat oſtendit:ſed rē ma
ximi laboꝛis aggreditur: quia apud deum
pꝛemiū nō habeat ſicut non habet pęnam.
Chriſtianos eni vult per omnia eſſe melio-
res. Si ergo aliqua in deſiderio nuptiarum
ē iam matura ad vſum:melius ē vt ſecūdū
cōceſſam legeꝫ publice nubat ꝙ occulte tur
piter agat iſtud ⁊ erubeſcaꝭ in illa. **Qui
auteꝫ ſtatuit in corde ſuo firmꝰ: nō
habens neceſſitatem:poteſtatē ha-
bet de ſua voluntate: et hoc decre-
uit i ſuo coꝛde ſeruare virginē ſuā:
benefacit.** Hoc dicit: vt qui virginem ha-
bet:cui animꝰ ad nuptias nō eſt:ſeruet illā:
nec illi ingerat fomitē nuptiaruꝫ:quā videt
nubendi voluntatē non habere. Beneficia
eni ſi pꝛęſtanda ſunt: quātomagis minime
auferenda. **Itaqꝫ et qui nuptum
dat virginem ſuā benefacit.** Benefa-
cit:qꝛ licet qđ facit. **Et qui nō dat nu-
ptū melius facit.** Melius facit: quia et
apud deū meritū illi collocat:⁊ ſęculi ſollici
tudine illā liberat. **Uxoꝛ iūcta eſt lege
quādiu viuit vir eius.** Hęc idcirco pꝛo
ſequiꝭ vt doceat qꝛ mulier etiā ſi a viro fue-
rit eiecta nubendi licentiā nō habet. **Si
autē moꝛtuꝰ fuerit vir eius libera-
ta eſt.** Etiā hęc ad ſupꝛadictas ꝑtinēt cau-
ſas vt oſtendat ꝙ beata ſit virgo cum nul-
li niſi ſoli deo ſubiecta ſit. Uincere eñ vide
tur naturalem ſubiectionē:qñ qđ ꝑ naturā
humiliatū eſt:erigit. **Cui vult nubat
tātū i dño.** Id ē:quē ſibi aptū putauerit
illi nubat:quia inuitę nuptię ſolent malos
ꝓuentus habere. Tantū aūt i dño:hoc eſt:
vt ſine ſuſpitione turpitudinis nubat: ⁊ re-
ligionis ſuę viro nubat:hoc ē in dño nube-
re. **Beatioꝛ aūt erit: ſi ſic ꝑmāſerit
ſecūdum meum conſilium.** Cuꝫ dicit
nubat:lege loquitur naturali: quāqꝫ a deo
pꝛime nuptię ſint: ſecundę vero ꝑmiſſę ſūt.
Deniqꝫ pꝛimę nuptię ſub benedictōe dei ce
lebꝛantur ſublimiter:ſecūdę aūt ⁊ i pꝛęſenti
carēt gloꝛia. Cōceſſę ſūt aūt ꝓpꝭ incōtinen-
tiam. Et quia ſolēt viduatū iunioꝛes incur-
rere:ac per hoc cōcedit ſecūdas: Sꝫ qꝛ meli
us eſt vt ſe ꝯtineat:vt dignioꝛ ſit in futuro:
cōſiliū dat ſpiritali rōne pꝛęcipuum vt ſe cō
tineat. **Puto aūt ⁊ ego ſpiritū dei
habeo.** Ut ratū ⁊ pꝛouidū cōſiliū ſuū oſtē
dat:hūilitate verbi hꝰ cōmēdat alto ſenſu.

## Capitulum octauum.

**De his autem que idolis i-
molāꝭ ſcimꝰ quia oēs ſciē-
tia habemus.** Ca. XL. Nunc de ſcien-
tia locutus ē:⁊ quę ſit ſcientia nō
interim dicit:ſed in ſubiectis oſtēdit dicēs:
Quia nihil eſt idolum. **Sciētia inflat.**
Manifeſtum eſt habentē ſcientiā in eoipſo
gloꝛiari:ſi nō foꝛis qꝛ pꝛudēs ē vel apud ſe.
Genus eni ſcientię hoc eſt: vt gloꝛieꝭ i ſeſe:
ideo inflat. **Charitas vero edificat.**
Itaqꝫ tūc ſcia magna ē ⁊ ſibi vtilis:ſi chari-
tate humilieꝭ vt amplius creſcat. Tēpera-
tur enim a dilectione vt non ſatis mera ſit:
et inebꝛiet ſcientem vt ſe extollat. Sicut eñ
vinum non temperatum admixtione aquę
mentem alienat:ita ⁊ ſcientia ſuperbum fa-
cit:niſi fuerit temperata. Omnia enim ſola
inſuauia ſunt et nociua:quia nec panis ſolꝰ
bene editur;nec reliqui cibi ſine admixtiōe

grati ſũt ⁊ nociui: iõ charitas ędificat. Ipſa
charitas vno licet vocabulo appelleť: multꝭ
tamen cõſiſtit. Sine patiẽtia em̃ nõ poteſt:
neq̃ ſine humilitate: neq̃ ſine cordis ſimpli
citate. Hi ergo inflati erant per ſcientiã: qꝛ
nihil eſt idolũ: qui cõtra ſalutẽ fratrũ impe/
ritorũ carnes ſacrificatoꝝ edebant: ſcientes
licere carnẽ edere: ⁊ quia nihil eſt idoluꝫ: iõ
nõ cõtaminari edentẽ. Hi ſcandalo erãt fra/
tribus: charitatẽ pꝛę oculis nõ habẽtes: qꝛ
plus erat carnẽ contẽnere q̃ fratribus ſcan
dalum facere. Scientia eni illorum deſtrue/
bat animos imperitorũ fratrũ putantiũ eẽ
illic apud idolum aliquã gratiã: qñ peritio/
res fratres intereſſe illic ⁊ non horrere vide/
bant. Ideo ait: Charitas edificat: vt ſaluti
fratrũ ſtudentes ſcientię illic legibꝰ nõ vterẽ
tur: ne illis ſcãdalũ facerent. **Qđ ſi quiſ
exiſtimat ſe ſcire: nõdum cognouit
queadmodũ oporteat ſcire.** Eos ipos
qui in ſcientia gloriant̃: oſtendit non ita co/
gnouiſſe ſicut cognoſcendũ eſt. Dum enim
charitatẽ quę mater omniũ bonoꝝ ẽ nõ ſe/
ctant̃: nõ ſciunt ſicut opoꝛtet. Vt ergo ſciẽ/
tia fructuꝫ habere poſſit: charitati ſe debet
ſubijcere. **Si vero quis diligit deũ
hic cognitus eſt ab eo.** Hic diligit deũ
qui charitatis cauſa ſcientiã mitigat vt ꝓ/
ſit fratri ꝓ quo chꝛiſtus moꝛtuꝰ eſt. **De ci
bis igitur qui ſimulacris immolant̃.**
Immolatoꝝ nũc cauſã ipſaꝫ pertractat: vt
oſtẽdat per ratiõeꝫ ſcientiã nõ ſolũ nõ ꝓfice
re charitate cõtẽpta: ſ; ⁊ obeſſe. **Scimꝰ
eni quia nihil eſt ſimulacrũ: ⁊ quia
nemo deus niſi vnus.** Verꝫ eſt. Apud
chꝛiſtianos enim vnus eſt deꝰ. **Licet ſint
qui dicãtur dij et dñi ſiue in celo ſi/
ue in terra.** A paganis em̃ ⁊ ſol ⁊ luna et
cętera ſidera dij cęleſtes dicunt̃. Et in terra
apollineꝫ: ęſculapiũ: herculẽ: mineruã deoſ
dicunt ⁊ dominos. **Nobis tamẽ vnꝰ
deꝰ pater: ex quo oĩa et nos in illo.**
Omnia eni ex illo quęq̃ ſunt: vbicũq̃ ſũt.
Nos aũt cũ dicit in illo: diſcreuit nos a cęte
ris: qui cũ ex illo ſint: nõ tamen ſunt in illo:
dum adhuc nõ credũt. **Et vnus domi/
nus ieſus per quem omnia: et nos
per ipſum.** Omnia eni ex patre quidem:
ſed p filiuꝫ creata ſunt. Sed cũ dicit: et nos
per ipſũ: per quẽ creati fueramꝰ: refoꝛmatoſ
nos per ipſũ ſignificat in dei cognitione: qꝛ
facti per ipſũ cum cęteris poſt ſtupoꝛẽ men/
tis ⁊ ignoꝛãtię: nos per ipſũ agnouimꝰ my/
ſteriũ vnius dei. Vnũ ergo deũ patrẽ dixit:
⁊ vnum dominũ ieſum filium eius: vt quia
deꝰ nõ poteſt nõ eſſe dominus: ſiſiter ⁊ dñs
intelligatur eẽ ⁊ deus: vnũ eẽ deum ⁊ dñm
demonſtraret: modũ vniꝰ pꝛincipij conſer/
uando. **Sed nõ in omnibus eſt ſci/
entia.** Id eſt nõ omnes noꝛunt credentes
myſterium dei vnius: ideo quidã putant ex
his qui credunt aliquid numinis in ſimula/
cris. **Aliqui aũtem adhuc ſcientia
ſimulacri quaſi ſimulacro immola/
tum manducãt.** De plebe eni aliqui cuꝫ
veneratione adhuc ſimulacri manducabãt
de ſacrificatis: quaſi aliqua eſſet illic diui/
nitas. **Et ꝯſcia illoꝝ cum adhuc ſit
infirma: coinquinat̃?** Maculat̃ ꝯſcia ſi
infirma ẽ circa deũ vnũ. **Eſca aũt nos
nõ cõmendat deo.** Verum eſt: quia nõ
iõ deo placebimus ſi omnia ederimus: aut
offendimꝰ ſi aliqua cõtempſerimꝰ. **Neqꝫ
eni ſi ederimꝰ abundabimꝰ: neqꝫ ſi
nõ ederimꝰ deerit nobis.** Cõtempta
em̃ ſacrificioꝝ eſca: nõ vtiq̃ deerit qđ edat̃.
Si autẽ ſumpta fuerit nõ abundabit: ita vt
nihil requirat̃: ac per h̄ abijcienda: qꝛ neq̃
ſine illa nõ viuitur: ⁊ ſcandalũ fratribꝰ eſt.
**Videte tñ ne foꝛte licentia veſtra
offenſio fiat infirmis.** Hoc eſt: ne qꝛ li/
cere vobis edere carnẽ de ſacrificio dicitis:
per id qđ nihil eſſe idolum ſcitis: offenſionẽ
generetis fratribus qui neſciũt adhuc quia
nihil eſt idolũ. **Si eni q̇s viderit euꝫ
qui habet ſciẽtiã ĩ idolio recũbẽtẽ:
nõne ꝯſcia eiꝰ cum ſit infirma edifi
cabit̃ ad manducanduꝫ de ſimula/
cris?** Hoc iõ dixit: qꝛ videñs q̇s fratrẽ peritũ
ĩ idolio nouitatũ recũbentẽ edere carnes ſa
crificioꝝ: putat illic eẽ aliq̇d gr̃e: ⁊ incipit et
ip̃e edere carnes ſacrificioꝝ: non illa ꝯſcia q̄
ille peritię cauſa ſciens nihil eẽ idolũ: ſed eẽ
putat illic numẽ qñ fratrem peritum videt
illic edere nec hoꝛrere. **Et peribit qui
infirmus eſt in tua ſcientia frater:
pro quo chꝛiſtus eſt mortuus.** Per/
ibit infirmus: ſi edat contra vnius dei fidẽ
de ſacrificatis. Qđ quidem quaſi iraſcentꝭ
verba ſunt: ⁊ oſtendentis quid mali poſſis
parere ſcientia: ſi nõ fuerit tempata a chari/
tate. In tua ſciẽtia: id eſt: tua peritia: illum
occidis: quãdo a te fieri videt: qđ ille aliter
ĩtelligit. Et tu eris occaſio moꝛtꝭ fratris quẽ



chꝛiſtus vt redimeret: crucifigi ſe permiſit:
ac per hoc aliquãdo ab ſciẽtia diſſimulãdũ
docet charitatis cauſa: qꝛ ſine dubio plus ẽ
ſalus fratris q̃ cibus: qꝛ licet quideꝫ ſed nõ
expedit. Hoc erit cognouiſſe: ſicut opoꝛtet
ſcire. **Sic autẽ peccãtes in fratres:
et percutiẽtes conſcientiã illoꝝ in/
firmam: in chriſto peccatis.** Quãdo
enim charitatis nõ emuli ſunt qua chꝛiſtus
nos liberauit: peccant in chꝛiſto non in chꝛi
ſtum: qꝛ in chꝛiſtum peccare: negare ẽ chꝛi/
ſtum: in chꝛiſto autẽ: in hęc quę ſunt chꝛiſti:
ſicut ⁊ hic: qui ſub lege eſt in lege dicit̃ pec/
care: ita ⁊ hi qui ſub chꝛiſto ſunt: in chꝛiſto
peccare dicuntur. **Propter qđ ſi ſcan
dalizat fratrem: nõ edam carneꝫ in
eternum: ne fratrem ſcandalizarẽ.**
Intantum charitati ſtudenduꝫ docet: vt li/
cita pꝛo illicitis habeantur ne obſint fratri.
Quantum enim mali eſt: per illicita nõ de/
linquere: ⁊ per ea quę cõceſſa ſunt offende/
re: vt lex ſeruetur in illicitis ⁊ in licitis nõ cu
ſtodiatur dum incõſiderate edunt̃? Lex em̃
ſic permiſit quę cõceſſit: vt modus tamẽ ſit
quẽ cuſtodiãt. Vxoꝛeꝫ certe licet habere: ſ;
ſi foꝛnicata fuerit abijcienda eſt: ita ⁊ carnẽ
licet edere: ſ; ſi idolis oblata fuerit: reſpuen
da eſt.

## Capitulum nonum.

a.XLI. **Non ſum apoſtolus: nõ ſũ
liber: nõne ieſum dñm no/
ſtrum vidi?** Cũ negare videt̃
cõfirmat. Iratꝰ eni loquit̃. Apo/
ſtolũ enim ſe pꝛobat: qꝛ miſſus eſt ad gẽtes
dicente dño ad eum: Ego ad gentes mittã
te. Liberũ autẽ ſe oſtendit: quia nullius ali
quid cõcupiuit: neq̃ in adulatione docuit.
Ieſũ autem dominũ noſtrum vidit: dũ oꝛa
ret in templo hieroſolymis. **Nõne opꝰ
meum vos eſtis in domino?** Ideo
opus eius ſunt: quia ipſe illos plantauit in
domĩo: annũ ⁊ ſex menſes euãgelizans eis
verbum dei. **Si aliis nõ ſuꝫ apoſto
lus: verũtamen vobis ſum.** Quia a
iudęis credentibus ⁊ nihilominꝰ legẽ ſeruã
tibus: apoſtolus eẽ negabat̃. Iam enim cir
cumcidi nõ debere docebat: neq̃ ſabbatuꝫ
cuſtodiri. Cęteris autem apoſtolis pꝛopter
ſcandalum ab hac re diſſimulantibus: hic
aliter videbat̃ docere: iõ apoſtolus ab his
negabat̃. His enim erat apoſtolus qui vide
rant in eo virtutis iſignia. **Nam ſigna/
culum apoſtolatus mei vos eſtis ĩ
domino.** Hoc enim pꝛędicãte ꝯuerſi ſunt
ab idolis ad fidem dei vnius. **Mea de/
fenſio ad eos qui me interrogant
hec eſt.** Nunc incipit agere cauſam quã ſu
perius pꝛęmiſit dicẽs: Omnia mihi licẽt: ſ;
ego ſub nullius redigar poteſtate: eſca ven
tri et venter eſcis. Sic ergo incipit cauſam
hanc: vt dicat mea defenſio apud eos q̇ me
interrogãt hęc eſt. Et quę ſit ſubiecit dicẽs:
**Nunquid nõ habemus poteſta/
tem mãducandi ⁊ bibendi?** Hoc eſt:
quod dixerat: omnia mihi licent. **Nun/
quid nõ habemus poteſtatem mu/
lieres circumducendi ſicut et cete/
ri apoſtoli ⁊ fratres dñi ⁊ cephas?**
Ideo addidit ⁊ cephas: quia cũ pꝛimus eẽt
inter apoſtolos: nõ refutabat ſumptus ob/
latos. Cephas ipſe eſt ſymon petrus. Mu/
lieres enim deſiderio doctrinę dominicę et
cupidę virtutũ: ſequebant̃ apoſtolos ⁊ mi/
niſtrabant eis ⁊ ſumptus ⁊ ſeruitia: ſicut et
ſaluatoꝛem ſecutę ſunt: miniſtrãtes ei de fa/
cultatibus ſuis. **Aut ſolus ego ⁊ bar/
nabas nõ habemus poteſtatẽ hoc
operãdi?** Hoc eſt: habemꝰ poteſtatẽ ope/
randi ſed nolumus. Pꝛo accipiendi tamen
operandi ait vt honeſtius loqueret̃. Et vt h̄
firmet: exẽpla ſubiecit dicẽs: **Quis mi/
litat ſtipendijs ſuis vnq̃ꝫ? q̇s plan
tat vineam ⁊ de fructu eiꝰ nõ edit?
quis paſcit gregẽ ouium: ⁊ de lacte
eaꝝ nõ percipit? nunquid ſcđm ho
minẽ hec loquor?** Id eſt: nũq̇d hũanaꝫ
ſentẽtiã ſequoꝛ? **An ⁊ lex eadẽ dicit?**
Cõcoꝛdare docuit ſupꝛadicta teſtimoĩa do/
cumentis diuinis: vt oſtendat nõ ſine cau/
ſa vtiq̃ nolle ſe ab illis ſumptus accipere:
quãdo tot exemplis oſtendit ⁊ dandum et
accipiendum eſſe. **In lege enim ſcrip/
tum eſt: Nõ alligabis os boui tritu
rãti. Nunquid de bubꝰ cura ẽ deo?**
Interim paucis hęc abſoluamus. In iona Ione. 4.
enim pꝛopheta ſcriptũ eſt: Nõ parcã ciuita/
ti in qua habitãt plus q̃. cxx. milia hominũ
⁊ pecoꝛa multa? Et pſalmographus: hoĩes Pſ. 35.
⁊ iumẽta inq̇t ſaluabis: Quõ ğ deus nõ cu/
rat de bubꝰ ⁊ pecoꝛibꝰ? Sꝫ nõ curat de bu/
bus ⁊ pecoꝛibꝰ pꝛopť hęc ipſa: ſed pꝛopť nos
quoꝛũ cauſa ſũt facta: ideo de nobis curat:
non de illis. **Aut potius inq̇t ꝓpter
nos dic̃. ꝓpter nos em̃ ſcp̃tũ ẽ.** Per
figuram enim omnia dicta ad nos trãſeũt.

Quõ q̃ i ſpe arat ⁊ triturat: debet ſpei ſue fructũ ꝑcipere. Verũ ẽ: qꝛ hac ſpe laboraꝉ vt fruct⁹ capiaꝉ. **Si nos vobis ſpiritalia ſeminauim⁹: magnuz eſt ſi nos vr̃a carnalia metam⁹?** Nõ dicit magnũ neq̧ par eſſe ſi euãgelizantes regnũ dei ⁊ cęleſti cibo eccleſiã ſaginantes: alimẽta corporis ſumerẽt: vt tradẽtes ęterna: ꝯſequerenꝉ tẽporalia. **Si alij poteſtate veſtra vtũꝉ: nõne magis nos?** Si eñ hi qui per euãgeliũ patres veſtri nõ ſunt: nec eundẽ affectum habent erga vos: facultatẽ habent accipiendi: quantomagis nos? Et ſubaudiꝉ: veſtri apl̃i: qꝛ barnabas apoſtolus erat. **Sed nõ ſum⁹ vſi hac poteſtate: ſed omnia toleramus ne qđ impedimentũ demus euãgelio xp̃i.** Diu occultatũ prodidit ſenſuz. Oſtẽdit eñ ſumptus iõ ſe nolle cũ liceret accipere: ne vigorẽ euãgelicę auctoritatꝭ torpeſceret. Pſeudo apoſtoli eñ peccãtibus blãdiebanꝉ: volentes accipere: ita vt nõ ſibi viderenꝉ peccare illis ſubiecti. Sed qm̃ hęc res cõtra euãgelicã erat diſciplinaz: hic nõ vult accipere vt libere arguat: ne in illorum numero inueniaꝉ. Ut eni regulę chriſtianę ius maneret licita illicita fecit: qꝛ illi per licẽtiã offendebant. **Neſcitis qm̃ qui in ſacrarijſ operãtur: de ſacrario viuũt: ⁊ qui altario deſeruiũt: altari participanꝉ.** In ſacrarijs: legez gẽtiliũ ſignificat: in altari vero iudęoꝝ. Sic enim decreuit dñs per moyſen: vt de his q̃ oblata erãt partẽ ſumerent ſacerdotes. **Ita ⁊ dñs ieſus ordinauit eos qui euãgeliuz annũciãt de euãgelio viuere.** Non ꝗ deus per moyſen gẽtiliũ formã ſecutus eſt: ſed ipſa naturalis ratio hoc habet: vt quis inde viuat vbi laborat. Hanc ꝗ rationẽ ipẽ naturę ⁊ cõuerſationi hũanę decreuit. Hęc tamẽ ad cumuluz adhuc addẽs: grauat cauſam vt nõ leue faciat neq̧ odioſũ qđ tantis teſtimonijs cõmendat: ⁊ tamẽ nõ ſibi proficere vult: ne libertatem arguendi humiliet.

**Ego aũt nullo horum vſus ſum.** Poſtq̧ multis modis oſtendit licere accipere: ſibi tamẽ nõ opus eſſe. Obeſt eñ accipere a peccãtibus: ſicut ſupra memoraui.

**Nõ aũt ſcripſi hec: vt ita fiat i me. Bonum eſt mihi magis mori q̃z vt gloriã meã quis euacuet.** Gloriã ſuã dicit i eo ſi euãgelij ſeueritas maneat: ⁊ mori magis eligit q̃ euangelij iura violare: ſciens hoc magꝭ ſibi ꝓficere ad futurã ſalutẽ. Debitũ eni obſequiũ abnuit ab hiſ ſibi impendi: ne per hoc accipiãt fiduciam delinquẽdi. **Nã ſi euãgelizem: nõ ẽ mihi gr̃a: neceſſitas eñ mihi icũbit.** Sic dic domin⁹: Cũ feceritis quę dico vobis: dicite ſerui inutiles ſum⁹: qđ debuim⁹ facere fecimus. Luc.17.

**Ve eni erit inq̃t mihi: ſi nõ predicauero euãgelium.** Miſſus eni ſeruus a dño facit etiã inuitus qđ ſibi pręceptũ eſt: ſi quominus: aſtringitur plagis neceſſe eſt. Deniq̧ moyſes inuitus miſſus eſt ad pharaonẽ: ⁊ ionas coactus eſt prędicare niniuitis. **Nam ſi volens hoc ago: mercedem habeo.** Manifeſtum ẽ: quia nemo accipit remuneratiõẽ eius rei quaz inuit⁹ agit. Si eñ voluntarius dign⁹ mercede eſt: qꝛ cõſentit domino: ⁊ qđ voluntate fit melius fit. **Si aũt inuit⁹ diſpenſatio mihi credita eſt.** Nec hoc obſcuꝝ ẽ: qꝛ qui indeuotus aliq̃d facit: nõ voluntate facit ſed neceſſitate. Quia eñ voluntatꝭ ſuę nõ eſt: facit inuit⁹ qđ ſibi ꝓceptuz ẽ. **Que ergo erit mea merces: vt euãgeliuz annũciãs ſine ſumptu efficiam euãgeliuz: vt nõ abutar poteſtate mea in euãgelio.** Repreſſa verborũ iactantia gloriaꝉ: ⁊ vult intelligi quanta dignus mercede ſit: quia poteſtate ſua nõ vtiꝉ in euangelio duz reſpuit oblatos ſumptus: ne vim ꝑdicationis humiliet. Hoc eſt licere: ſed nõ expedire: propter ſalutẽ fratrũ vt corrigantur. Forma ergo vult eſſe ceteris: vt vbi vidẽt nõ expedire: etiam licitis nõ vtantur: ſi quo minus de licito fient rei: qđ ſic ſumunt vt ad detrimentum proficiat.

n **Am cum liber ſim ex omnib⁹ omniũ me ſeruũ feci vt plẽs lucrifaciam.** Ca.XL[II]

Liber ex omnib⁹ eſt cũ nulli in adulatione tradidit euãgelium: neq̧ cuiuſq̧ ꝑter ſalutem aliquid ꝯcupiuit: neq̧ ad delitias habẽdas ab aliquo ſũptuſ largiores mercedẽ hypocriſis accepit. Seruum autẽ ſic ſe omniũ factũ dicit: dum ſemper humilitatẽ ſimilẽ omniũ mente imbecillium exhibuit: vt eos per patiẽtiã firmaret ad ſalutem futurã: cõfouẽs animos illoꝝ q̃ aut peccabãt: aut res diuinas tardi⁹ ſequebanꝉ: vt nõ aſpere ferrẽt reprehẽdi ſe. **Et fact⁹ ſũ iudeis tãquã iudeus vt iudeos lucrifacerẽ.** Nõ videꝉ quaſi ſimulaſſe: vt omnibus fieret oĩa: qđ ſolent adulatores facere: ſed nõ ita eſt. Vir eni diuin⁹ ⁊ medicus ſpiritalis ſciens omniũ cauſas ⁊ vulera magna: induſtria cõfouet illos ⁊ cõpatiꝉ. Cũ omnib⁹ eñ hominib⁹ quędã habem⁹ cõmunia. Factus ẽ ergo iudęis quaſi iudęus: qꝛ propter ſcãdalum illoꝝ circumcidit timothęum: ⁊ purificatus aſcẽdit tẽplũ: ne occaſionẽ ꝑ eum acciperent blaſphemandi. Rem ꝗ fecit quę iam ceſſare deberet: ſed fecit ſcđm legẽ. Nã ⁊ cõſenſit illis legez eſſe a deo ⁊ ꝓphetas: ⁊ ex inde illis oſtẽdit chriſtum hũc eſſe qui promiſſus eſt: vt aſſenſus eius haberet effectum. **His qui ſub lege ſũt: quaſi ſub lege eſſem: cuz ipſe nõ ſũ ſub lege: vt eos q̃ ſub lege ſũt lucrifacerem.** Hi qui ſub lege ſũt ſamaritani noſcũꝉ. Legẽ eni ſolam accipiũt: id eſt quinq̧ libros moyſi. Sũt aũt ex origĩe perſarũ ⁊ aſſyrioꝝ: quos rex aſſyrioꝝ ſublatꝭ filijs iſrael in captiuitatẽ poſuit ad incolẽda loca ſamarię: ideo ⁊ ignẽ colunt more perſarum. His ꝗ apl̃s dũ nõ negabat legez eſſe a deo: fiebat quaſi ſub lege: ſ; ex ea illis mitti vꝉ miti verbo xp̃m intelligendũ tradebat: ſi
Job.4. cut ⁊ ſamaritana illa q̃ dixit ad dñm: Scio quia meſſias venit: docta per legẽ. **His q̃ ſine lege ſũt quaſi ſine lege eſſem: cum ſine lege nõ eſſem dei: ſed in lege eſſem chriſti.** Hoc dicit: qꝛ cuz in lege chriſti eſt: i lege dei eſt: qꝛ qđ chriſti ẽ: dei ẽ:
Job.17. ⁊ qđ dei: chriſti eſt: ſicut dicit: Omnia mea tua ſunt: ⁊ tua mea. **Ut eos q̃ ſine lege ſunt: lucrifacerem.** Duz eñ aſſentit illis: id eſt gentilibus: iuxta phyſicã rõnem mundũ factũ a deo ⁊ quę in eo ſunt: ⁊ aĩam eſſe immortalẽ: ⁊ ab ipſo nos originẽ habere (Ita eniz in actis apoſtoloꝝ ait: Et ſicut
Act.17. quidã ex vobis dixerunt: Ipſi⁹ eni ⁊ genus ſumus) ſic fiebat quaſi ſine lege: per qđ ſub introducebat illis chriſtũ ipſũ eẽ quẽ deus ad iudicandũ mũdum pręelegit: ⁊ ipſũ eſſe per quẽ omnia fecit. **Factus ſum infirmis: infirm⁹: vt infirmos lucrifacerem.** Infirmus factus eſt: dum propꝉ fratres infirmos a licitis abſtinet: ne illis ſcandalũ generet. **Omnibus fact⁹ ſũ oĩa vt omnes ſaluos facerez.** Hoc fuit viri prudentis ⁊ ſpiritalis: vt omnib⁹ omnia factus: ꝓpoſitũ tamẽ religionis nõ excederet: quia vbi ceſſit: ad hoc ceſſit vt proficeret: ⁊ nec aliud fecit q̃ lex mandauit.



**Omnia autẽ facio propter euãgelium: vt particeps ei⁹ efficiar.** Hoc eſt: oĩa ſupradicta facio vt voluntatis euangelicę particeps fiam quã habet circa ſalutem humanam.

n **Eſcitis qm̃ qui i ſtadio currũt: oẽs quidem currũt: vn⁹ autẽ accipit palmã.** Ca.XLIII.

Nũc aliud vult exponere. Itaq̧ hoc exemplo oſtẽdit: quãta ſit vtilitas legis noſtrę: in qua nõ vni ſed omnibus ꝓmiſſa eſt palma. **Sic currite vt comprehẽdatis.** Sollicite vult curri ad promiſſionẽ: qꝛ magna eſt. **Dis autem q̃ in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet.** Ab omnibus quę vitanda eadem tradit diſciplina: cum ſciant vnũ coronandũ: quãtomagis nobis obſeruandum ẽ: quia omnib⁹ promiſſa ẽ ſalus. **Et illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant: nos aũt incorruptam.** Et in hoc multum diſpar donũ eſt: ac per hoc diligentiores nos eſſe debere: q̃bus nõ terrenis ⁊ marceſcentib⁹ floribus: ſ; eternis cõſerta gẽmis in modũ regalis diadematis ſpiritalis corona ſeruaꝉ.

e **Go igiꝉ ſic curro nõ quaſi in incertum.** Ca.XLIIII.

Magna ſpe currere ſe ꝓfitetur: certum habens q̃d ſit promiſſum. **Sic pugno non quaſi aerẽ cedens.** Hoc eſt: nõ verbis magis ſed rebus cõtendo. **Sed caſtigo corp⁹ meum ⁊ ſeruituti ſubijcio.** Caſtigare corpus eſt: ieiunijs illud agere: ⁊ illa ei dare q̃ ad vitã proficiant nõ ad luxum. Seruituti vero ſubijcitur: dũ nõ ſuã perficit ſed ſpiritus voluntatez. **Ne forte alijs predicans: ipẽ reprobus iueniar.** Ideo ſe refrenare corpus ſuum oſtendit: vt remunerationẽ quã alijs ꝑdicat: etiam ipſe dignus habeatur: ne alijs curatis ipſe remaneret in vulnere. Ratam ergo ſpem ꝑdicatiõis ſuę affirmat: quãdo geſtis id ſe proſequi quod docet oſtendit: quia qui aliter agit q̃ prędicat: ſuſpectos facit audientes vt de promiſſis dubitẽt. Suo itaq̧ exemplo non magis verbis q̃ operibus exercẽdũ hortaꝉ.

## Capitulum decimum.

l **Olo eni vos ignorare fratres: quia p̃res noſtri omnes ſub nube fuerũt: ⁊ omnes mare tranſierũt: ⁊ omnes i moyſe baptizati ſũt i nube ⁊ i** Ca.XLV.

mari. Judeoꝝ exemplo qui negligētia ſua offenderunt: ſollicitos nos vult eē. Ideoq; ſub nube dicit illos fuiſſe: qꝛ oīa que geſta ſunt in figura noſtri facta ſūt: vt veritatī noſtre illi habuerint imaginē. Cōtecti eñ nube ⁊ ab aduerſarijs ſuis tuti preſtiti: dum a morte liberati ſunt: baptizati dicunt̄. Illis eni: id eſt egyptijs in mari mortuis: dum hi duce moyſe: feliciť trāſeunt: erepti ſūt morte qꝺ preſtat baptiſmū. Nō eñ illis preterita mala īputata ſunt: ſed ꝑ mare ⁊ ꝑ nubē purificati: preparati ſunt ad accipiendā legeꝫ: ⁊ formā futuri ſacramēti noſtri. Et omnes eādem eſcā ſpiritalem ederūt: ⁊ omnes eūdē potum ſpiritalē biberūt. Bibebāt enim de ſequēti ſpiritali petra. Petra aūt erat xp̄s. Manna ⁊ aqua que fluxit de petra: hec diċ ſpiritalia: qꝛ nō mundi lege parata ſunt: ſed dei virtute ſine elementoꝝ cōmixtione ad tempꝰ create: habentia ī ſe figurā futuri myſterij: qꝺ nunc nos ſuminꝰ in cōmemoratione chriſti dn̄i. Ideo ⁊ panis angeloꝝ dictus ē: qꝛ virtute qua angeli ſubſiſtunt creatꝰ eſt: hoc ſignificans: qꝛ de celis venturus erat qui ſpiritaliter paſceret. Unde ⁊ māna primū dominico die venit de celo: ad ſaturitatem populi. Sequēs tñ petra dicta eſt: ꝗ intelligiť eſſe chriſtus. Ubi eñ deficiebat humanum eis ſuffragiū: aderat chriſtus: ideo ſequebatur vt vbi defeciſſet: ille ſubueniret: nec eni petra aquā dedit: ſed chriſtus. Sed nō in pluribus eorūꝫ bene ſenſit deꝰ. Ideo hoc dixit: qꝛ acceptū beneficiū nō intellexerūt. Proſtrati eni ſunt in deſerto. Dignum ēvt qui magna cōſecutus: in paruis diffidens eſt: nō ſolū hec non adipiſcat̄: verūetiā amittat ⁊ illa. Qm̄ ꝗ ſuperius hortatus ē: ad meliora ſe etiā id elaborare: vt ad promiſſionē dignꝰ occurrat: nūc vt iſtud exempli terrore cōſtringat ac ſuadeat iudeos: tunc ſimili modo dicit donū dei ⁊ gratiā ſortitos ſicut ⁊ nos: ⁊ quia indiligētes ⁊ dubitātes de dei ꝓmiſſione fuerūt: ꝓſtratos eē in deſerto: vt ideo ſemetipſū affligere ſe oſtenderet: ne in illorū numero inueniret̄: ꝓinde elaborandū vt ſui imitatores exiſterent.

Ca.XLVI. b Hec aūt in figura noſtri facta ſunt: vt nō ſimꝰ deſiderātes mala: ſicꝫ ⁊ illi deſiderauerūt. Hic ſenſus ⁊ ratio quā ſupra memoraui.

Neq; ſimulacris ſeruientes: ſicut quidam illorum. Nunc hos tangit qui in idolio recumbentes putabāt nō eſſe peccatum. Sicut ſcriptū eſt: Sedit populus māducare ⁊ bibere et ſurrexerūt ludere. Exo.32. Ante idolū vtiq;: vt non ſe crederēt imunes a crimine: qui ī idolio epulabant̄. Nam moyſe in monte poſito apud deū: ſimulacro vituli facto poſt oblatiōem dedicationis cauſa: ſedit pp̄ls manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerūt ludere. Hec luxuria eſt: qua ſemꝑ oblectati: in dei rebꝰ infideles inuenti ſunt. Ideoq; inſtruit: ne in hanc diffidentiā ꝑ aſſenſuꝫ luxurie ī idolio incidamꝰ. Neqꝫ fornicemur ſicut ꝗdaꝫ illorum fornicati ſūt: et ceciderūt vna die viginti tria milia hoīm. Numeri. Hoc illis retributum ē: quādo cū madianitis mulieribus ſe cōmacularunt. Ira eñ dei extitit cōtra illos que emulatiōe phinees ſacerdotis habentis zeluꝫ dei ſopita eſt: ne plures morerentur. Neqꝫ tēptemꝰ xp̄m: ſicut ꝗdā eoꝝ tēptauerť ⁊ a ſerpētibꝰ perierūt. Detrahētes de deo chriſtū tēptaſſe dicunt̄: qꝛ xp̄s erat qui ad moyſen loquebat̄. Deniq; ne nos in eadē cauſa inueniamur: ꝯmonet ne diabolo tradamur: cuiꝰ ſerpentes habēt figurā. Neqꝫ murmuraueritis ſicut ꝗdā ex ipis murmurauerūt. Numeri. Murmurare: eſt falſo ad inuiceꝫ de prepoſitis ⁊ rectoribus queri: quātū ad mentem loci pertinet: qꝛ ſolet murmur fieri ⁊ iuſta ex cauſa. Et perierūt ab exterminatore. Hoc eſt: in locū iude cōceſſerūt anticipantes illū: qꝛ tradens chriſtum exterminatus eſt de numero apoſtoloꝝ a iudice deo. Per hec exempla ad correctiorem nos vitā prouocat: vt monitis eius aut premium ſi obediētes fuerimus: aut ꝓpenſiorem penā mereamur inobediētes. Nō ē eni ambiguū illos peccantes plus ſubijciendos tormentis: quibus peccātiū pene ad hoc relate ſūt ne peccarent.

Ca.XLVII. b Hec autē oīa ī figura contingebant illis: ſcꝑta ſunt autem ad correctōeꝫ noſtrā ī quos fines ſeculorum deuenerunt. Fines ſeculorū nos ſumus: qꝛ tunc hec iō facta noſcunt̄ circa retributiōeꝫ illoꝝ: vt nobis eēnt exemplo qui poſtremo ſeculo futuri eramꝰ in fide chriſti. Pro vtilitate enim noſtra geſta ſunt: vt ſi terrore hoꝝ ī dei timore man-



ſerimus: gliam illis ꝓmiſſaꝫ accipiamus: ſi quo minus geminabitur nobis pena illoꝝ: quia maior noticia legis plus facit reum. Propterea ꝗ ſe putat ſtare videat ne cadat. Hoc ad eos loquiť ꝗ preſumentes de ſcientia qua licitum ē oīa edere: infirmis fratribus ſcādalo erāt: ⁊ putāt aliquid eē ꝓficere doctrina pſeudo apoſtoloꝝ: deteriorauerant ⁊ iudicabāt apl̄m cum ipſi eēnt rei. Superbiam ꝗ amputat: ne ꝑ hanc temptent̄: ſicut iudei temptati ſūt ⁊ perierunt. Temptatio vos nō apprehendat niſi humana. Ac ꝑ hoc detrahentes apoſtolo dn̄m tēptare videnť: quia ⁊ tunc cum moyſi detraherent ⁊ dubitarent de eo: deū temptaſſe dicunt̄. Omne eni qꝺ probatum nō habet̄ temptat̄. Iō vt hec tēptatio conuellatur admonet cū terrore. Ut aūt humana tēptatio illos apprehendat hortatur. Humana eni tēptatio ē ꝓpť ſpem dei diffidere de homine: quia vana ſpes in homīe: vt in neceſſitate aut preſſura nō deſperet de deo: humanū auxiliū requirēdo: ſicut et iudei ꝗ dubitantes de deo: idoloꝝ adminicula exorabāt: hoc eſt humanū auxilium: qꝛ dij paganoꝝ terra ſunt: ⁊ culturā idoloꝝ humanꝰ error inuenit. Propter chriſtū ꝗ pati humana tēptatio ē: ꝑ quā ꝓficitur apud deum.

Ca.XLVIII f Fidelis autē deus qui nō patietur vos temptari ſuꝑ quā poteſtis: ſed faciet cum teptatione etiā prouētum vt poſſitis tolerare. Ideo fidelē dicit deum: qui nō patietur vos tēptari ſuper id qꝺ poteſtis: qꝛ daturum ſe promiſit deꝰ diligentibꝰ ſe regna celeſtia: ⁊ det neceſſe ē: quia fidelis ē. Propterea ergo tribulantibꝰ pro ſe aderit: nec patietur tantū irrogari qꝺ tolerari nō poſſit: ſed faciet vt aut cito ceſſet tēptatio: aut ſi prolixa fuerit det tolerādi virtutē: alioqn nō dabit qꝺ ꝓmiſit: qꝛ vincet̄ qui patit̄. Hō eſt eni infirmitati ſubiectus: ⁊ nō erit ꝗ accipiat. Sed qꝛ fidelis eſt deꝰ qui ꝓmiſit: ſubuenit vt ipleat qꝺ promiſit. Deniq; breuiatos dies dicit dominus vt ſaluent̄ electi: vt poſſint cōſequi regnū dei. Quō tamē a deo adiuuatur ſi tantū ꝑmittat̄ temptari quantum poteſt: adiuuat̄ plane: dū nō plus permittitur ei imponi: ꝗ ſcitur ferre poſſe: vt quarto die pati nō ꝑmittat̄: qui ſcitur vltra non poſſe ꝗ triduo tolerare. Quapropter chariſſimi fugite ab idolorum cultura. Hortatur etiā nunc vt abſtineant ſe ab omni ſocietate idolatrie: vt nō ſolum ſpes ſed ⁊ animꝰ inde tollat̄: ne per hoc naſcat̄ in deū temptatio. Nemo eñ aſſiduus ī idolio nihil ſperet de eo. Hinc eñ ſperare: dubitare de deo eſt: ſicut ⁊ ſaul relicto deo qui ei fuerat delicti cauſa iratꝰ ad idolatriā ſe cōtulit: aliquid ſperans de ea. Cui quidē ⁊ in preſenti obfuit: ⁊ in futurū gehennā vltricem prouidit. Quaſi prudētes vos iudicate que dico. Exempla ſubijcit vt facilius ſuadeat: quia cui verba ſatis nō faciunt: ſolent exempla ſuadere.

Ca.XLIX. c Alix benedictionis quē benedicimꝰ: nōne cōmunicatio ſanguis dn̄i eſt? Panē queꝫ frāgimꝰ: nōne cōmunicatio corꝑis domini eſt: quia vnꝰ panis vnum corpꝰ multi ſumꝰ: omnes enim de vno pane ⁊ de vno calice ꝑticipamus. Qm̄ vnum ſumus: alter alterīꝰ mēbra: vnuꝫ nos ſentire debere dicit: vt fides vna: vnum habeat ſenſū ⁊ opus.

Ca.L. v Videte iſrl̄ ſcd̄m carnē. Hoc eſt: diſcite hoīes vidētes deū: quēadmodū ſe habēt carnalia: id eſt idolatria. Nōne ꝗ edūt hoſtias ꝑticipes ſūt altaris? Sicut enim nos de vno pane ⁊ de vno calice percipientes: participes ſumus ⁊ conſortes corporis domini: ita ⁊ qui edunt hoſtias participes ſunt altaris erroris. Quid ergo dico: quia ſimulacro immolatū aliquid eſt: nō quia ſimulacrum eſt aliquid ſed que ſacrificāt demoniis immolāt. Simulacrum vere nihil ē: quia imago videtur rei mortue: ſed ſub tegmine ſimulacroꝝ diabolꝰ colitur. Nolo vos ꝑticipes fieri demonioꝝ. Oſtēdit illis nō hoc eſſe tantū qꝺ videt̄ ī idolio: ſed eſſe occultum iniquitatis myſteriuꝫ: qꝺ vt vnius dei fideꝫ corrūperet ſathanas adinuenit. Unde ⁊ iohānes apl̄s ī ep̄la ſua dicit: Ad hoc venit filiꝰ dei vt ſolueret opera diaboli. 1.Joh.3. Nō poteſtis calicem domini bibere: et caliceꝫ demoniorum: nō poteſtis menſe dn̄i cōmunicare et mēſe demonioꝝ. Sicut ⁊ dominꝰ ait: Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone: quia ꝗ caliceꝫ demonioꝝ bibit calici domini inſultat: ⁊ cuꝫ menſe demoniorū cōmunicat: mēſe domini: id eſt altario obſtrepit: ⁊ domini corpus crucifigit. Matth.6. Idcirco eni chriſtus cruci-

fixus eſt: vt diſſolueret opera diaboli. Qui
ergo facit opera diaboli: chriſto repugnat.
Aut emulamur dñm: nũquid for-
tiores illo ſum⁹? Vix fit vt humilis ze-
letur potentem: ſcit eni non ſibi cõpetere in
quo illi poteſt inuideri: ſed aut inequali in-
uidetur aut prope equalibus: Jõ apoſtol⁹:
nõ poſſe dixit homies emulari dñm ieſum.
Preterea qui illum ſciunt dñm: ſi quo min⁹
nõ videtur eis dignus eſſe vocari dñs: quẽ
zelant ne dominus ſit. Zelo eni ſathanas
idolatriã inuenit: vt homines negando de-
um dñm: idolis ſeruiant quaſi dijs ⁊ dñis.
Omnia licẽt: ſed nõ omnia expe-
diũt. Omnia dicit licere ſcdm legẽ nature.
Omnia eni mũda ſũt. De eſcis em̃ agebat:
⁊ carne idolis imolata. Nã que prohibita ⁊
interdicta ſunt: quõ dici poſſunt licere: cum
hic etiã ipſa que cõceſſa ſũt ſignificet aliqñ
Matth.19. nõ expedire: ſicut dicit petrus apl's: Si hec
eſt cauſa viri cũ vxore: nõ expedit nubere.
Omnia licẽt: ſed nõ omnia edifi-
cãt. Jdem ſenſus eſt: quia licet oĩa edere: ſ;
qđ idolis imolatur nõ edificat: qꝛ ſcãdalum
facit fratri: ſicut ſupra dictũ eſt: ideoq; a lici
tis aliquãdo tẽperandũ eſt vt proſit. Hinc
ẽ vnde ſumptus ab his cuz ei liceret noluit
accipere: ſciens nõ expedire.
Ca.LI. Mne qđ in macello venit edi
o te: nihil interrogãtes ꝓpter
cõſcientiã: dñi eſt em̃ terra et
Ps.23. plenitudo eius. Vt omnia mũda oſten
deret: exemplo pſal. xxiij. hoc roborauit: qꝛ
nõ poteſt imundũ eſſe qđ dñi eſt. Et qm̃ ſu-
perius de eſcis ait: Oĩa licent: ſtatim ſubſe-
cutus eſt: Omne quod in macello venit edi
te: nihil interrogãtes propter cõſcientiam.
Hoc autẽ ideo ſubiecit: vt libera ſit cõſcien-
tia. Licet eni aliqđ pollutuz ſit p accidẽtiã:
id eſt oblationẽ idoli: cũ hoc tamen neſcit q̃
emit: nullũ patit̃ ſcrupulum: ⁊ apud deum
immunis eſt.
Ca.LII. ſ J quis vocat vos ex infideli-
bus ad cenã et itis: oẽ qđ ap-
poſitũ vobis fuerit edite nihil diſ-
quirẽtes. Hoc eſt ſimpliciter manducate
qđ apponitur: nõ interrogantes vnde ſit.
Si vero aliquis dixerit hoc im-
molatium eſt: nolite mãducare ꝓ-
pter cõſciẽtiam. Cõſcientiã autẽ di-
co nõ tuã ſed alteri⁹. Hoc perfectis lo-
quitur qui poſſunt: ꝯtẽnentes idolatriam:
quia nihil ẽ mãducare de ſacrificio: certi qꝛ
qđ ſub dei creatoris noie edit̃: nõ poteſt pol-
luere: ſed qꝛ alius qui idolis ſeruit gloriabi-
tur te edente de ſacrificatis quaſi venereris
idola: ideo nõ debet edi. Apud cõſciẽtiam
eni ille letabitur ſuã: qꝛ videt te libenter ap
petere qđ idolis immolatũ ẽ. Vt q̃d em̃
libertas mea iudicat̃ ab alia ꝯſcia?
Hoc dicit: qꝛ cũ ab idoli deuotione cõſcien-
tia ſit libera: quid opus eſt vt putet̃ qꝛ ve-
neratõis cauſa edat idolis imolata? Judi-
cat̃ eni nõ diſtare ab eo qui colit idola quã-
do nõ horret qđ oblatũ eſt ſimulacro. Si
ego grẽ pticeps ſum: q̃d blaſphe-
mor pro quo ego grãs ago? Jd eſt ſi
ego gratie dei cõmunico qꝛ in ipi⁹ noie edo:
quid opus eſt arbitrari hoc aliquem qꝛ ego
idolo deuot⁹ ſum: dũ nõ horreo que oblata
ſunt idolo? hoc eſt blaſphemor. Et me ergo
blaſphemat: ⁊ ille in idolo ſuo gaudet: duz
is dicẽtibꝰ: qꝛ aliud tradebat paulus ꝙ pe-
trus. Hinc factũ eſt:vt admonitus reuelati
one domini aſcenderet hieroſolymam cum
teſtibꝰ pdicatiõis ſue:id eſt barnaba ⁊ tito:
vnũ ex iudeo ⁊ alterũ ex gentili: vt ſi qd̄ de
eo haberẽt ſcãdalũ:hoꝝ teſtimonio tollere-
tur :adaperiens ill' ſenſũ pdicatõis ſue. Cũ
aplis vero ſecreto cõtulit vt ſcirent nõ illuz
diſcordare a regula euãgelica:hoc ẽ: ne pu-
tarẽt illũ inuacuuz currere aut cucurriſſe:ſic̄
eſtimabãt aliquãti ex iudeiſ credẽtibꝰ. Nec
em̄ aliqd ab eis diſcere poterat:q̄ a deo fue
rat inſtructus:ſed ppter cõcordiã ⁊ pacem
dei nutu factuz ẽ:vt tolleret̄ ſcrupulus aut
ſuſpitio fratribus aut coaplis eiꝰ:⁊ vt gen-
tibus proficeret cognoſcẽtibꝰ:qꝛ concorda-
bat euãgeliũ eius cũ aplis. Preterea cũ le-
gẽ didiciſſent nõ moleſtari eos q̄ ex gentibꝰ
credebãt:ſ; vt ab his tm̄ obſeruarent: id eſt
a ſanguine ⁊ fornicatiõe ⁊ idolatria. Nunc
dicãt ſophiſte grecoꝝ q̄ ſibi peritiã vẽdicãt:
naturaliter ſubtilitate ingenij ſevigere:que
tradita ſunt gẽtibus obſeruãda :ꝗ ignora-
bãt:an ꝗ ſciebãt? Sz quõ fieri poteſt vt ali-
qs ea diſcat que nouit? Ergo hec illicita eẽ
oſtenſa ſunt gentibꝰ ꝗ putabant licere:ac ꝑ
hoc nõ vtiqꝫ ab homicidio phibiti ſũt cum
iubentur a ſanguine obſeruare: ſ; hoc acce-
perunt ꝙ noe a deo didicerat vt obſeruarẽt
a ſanguine edendo cũ carne. Naz quõ fieri
poterat vt romanis legibꝰ imbuti quorum
tanta auctoritas in ſeruandis mandatis ẽ:
vt neſcirent homicidium nõ eſſe faciendũ:
Quippe cũ adulteros ⁊ homicidas et falſos
teſtes ⁊ fures ⁊ maleficos ⁊ ceteroꝝ maloꝝ
admiſſores puniant leges romane. Deniqꝫ



tria hec mãdata ab aplis ⁊ ſenioribus data
reperiuntur que ignorant leges romane:id
eſt vt obſeruent ſe ab idolatria ⁊ ſanguine:
ſicut noe ⁊ fornicatõe. Que ſophiſte greco-
rũ nõ intelligentes:ſcientes tamẽ a ſangui
ne abſtinendũ:adulterarunt ſcripturã: qr-
tum mandatum addẽtes:⁊ a ſuffocato ob-
ſeruandũ:qd̄ puto nunc dei nutu ĩtellectu-
ri ſunt:quia iam ſupra dictuz erat qd̄ addi-
derunt. **Sed neqꝫ titus qui mecuz
erat.** Hoc eſt illo ipſo tẽpore quo fui hiero-
ſolymis ĩquit:titus qui mecũ erat: **Com
pulſus nõ eſt circũcidi.** Cum vtiqꝫ in-
ter apoſtolos ⁊ eoſ qui ex iudeis crediderãt
eſſemus:nemo eũ de his:id eſt titum cõpu-
lit circumcidi. Et ſubintelligitur:quid eſt vt
vos circumcidamini:cum titus ab apoſto-
lis qui videbant̄ aliqd eẽ:nõ ẽ cõpulſus cir
cumcidi:ſed ſuſceptus eſt incircumciſus.

**Propter autẽ ſubintroductos
fratres falſos: qui ſubintrauerunt
explorare libertatẽ noſtrã quã ha-
bemus in chriſto ieſu:vt nos ĩ ſer-
uitutem ſubijcerent:ad horaz ceſſi-
mus ſubiectioni:vt veritas euãge-
lij permaneat apud vos.** Titum quia
grecus erat ſicut galate:negat circumciſuz.
Quo dicto hos arguit qui paterent̄ ſe circũ
cidi cum eẽnt greci. Sed ne forte opponeret̄
ei qꝛ ipſe circũciderat timotheũ :nunc cau-
ſas exponit cur fecerit:qd̄ faciendum nega-
bat dicens. Propt̄ ſubintroductos autẽ fal
ſos frẽs qui ſubintrauerũt explorare liber-
tatem noſtrã quã habemꝰ in chriſto ieſu:vt
nos in ſeruitutẽ ſubijcerent:ad horam ceſſi-
mus ſubiectioni:vt veritas euãgelij apud
vos permaneat. Greci econtra dicunt: nec
ad horam ceſſimꝰ:⁊ hoc aiunt cõuenire cau-
ſe:quia qui fieri prohibebat non oportebat
inquiunt dicere ſe feciſſe:ne probaret eẽ fa-
ciendũ. Sed apl's vir diuinus ſciens poſſe
hoc opponi:ipſe illud proponit: vt ꝯueniat
calumnioſos:⁊ reddit cauſas quibus com-
pulſus eſt facere qd̄ nolebat. Propter ſub-
introductos aũt inquit falſos frẽs. Subin-
troductos dicit:quia cũ dolo ĩtroierũt oſtẽ-
dentes ſe fratres cuz eẽnt inimici. Qui ſub
intrauerunt:hoc eſt cuz humilitate intraue
runt fingentes amicitiã. Explorare liberta-
tem noſtram quã habemꝰ in chriſto ieſu:vt
nos in ſeruitutem ſubijcerent. Explorare ẽ:
ſic intrare vt aliud fingat ⁊ aliud querat: q̄
poſſent accuſa.e libertatẽ noſtrã quã habe
mus in chriſto ieſu. Libertas in chriſto ieſu
hec eſt:nõ ſubijci legi. Ut nos in ſeruitutez
ſubijcerent:hoc eſt:ad hoc intrauerunt cuz
dolo ⁊ fallacia:vt noſtrã libertatẽ ſeruituti
ſubijcerent cogentes nos ſubijci legi circũ-
ciſionis. Ad horam ceſſimus ſubiectioni:h̄
eſt:ad horã nos ſubiecimꝰ ſeruituti humili-
antes nos legi:vt circũciſo timotheo ceſſa-
ret dolꝰ ⁊ ſcandalũ iudeoꝝ. Parati eni erãt
ſicut datur intelligi:cõmouere illi tumultũ
⁊ ſeditionem. Fuit enim cauſa quomõ ha-
berent additũ calũnie faciende. Timotheꝰ
eni erat matre quidẽ iudea:patre autẽ gre-
co:vnde factum eſt vt ſecũduz legem circũ-
ciſus infans nõ eſſet. Volẽs autẽ apoſtolꝰ
eũ aſſumere vt ordinaret illum epiſcopũ ſi-
cut fecit:qꝛ teſtimoniũ ei ĩquit bonũ phibe-
bant omnes loci illius:inſidias paſſus ẽ iu
deorum. Explorabant eni:ſi filiũ iudee in-
circumciſum ſuſciperet parantes ſeditionẽ:
quia ſi de grecis cõtradicebat nõ eſſe circũ-
cidendos:ſicut ⁊ epiſtola ab aplis de hac re
fuerat data:vel filios iſrael circũcidi nõ ve-
taret:qꝛ nihil de his in epl'a eadẽ ſignifica-
uerant apl'i:ex cuius auctoritate plus ſequie
bant credentes iudei:quia nõ phibebat iu
deos filios ſuos circũcidere ipſa epl'a. Tũc
inquit:accipiẽs eũ circũcidit propter iude-
os qui erant in locis illis. De gentilibꝰ autẽ
ſcãdalum nõ habebãt:vnde titus nõ eſt cõ
pulſus circũcidi. Ad horã ergo ceſſit:vt ve-
ritas euãgelij permaneat apud gẽtes cũ nõ
ſubijciũt ſe circũciſioni. Apud iudeos autẽ
nõ erat veritas euãgelij:qꝛ credẽtes circum
cidebãt filios ſuos. In xp̄o eni ieſu:neqꝫ p-
putiũ neqꝫ circũciſio aliqd valet:ſ; fides per
dilectionẽ operãs. Nã nõ ſolũ hiſtoria: ſ; et
littere hoc indicãt qꝛ ceſſit. Nã ſupra dicit:
Titũ cũ eſſet grecus nõ eẽ cõpulſũ circumci
di: ⁊ ſubijcit dicẽs : Propt̄ ſubintroductos
autem falſos fratres: Quid iam ſonat: niſi
quia ceſſit ad horã : ppter ſubintroductos
autẽ falſos fratres? Si quo minus:quomõ
verba aut ſenſus ſe ſequerent̄: titum certe
negat cõpulſũ circũcidi: ppter ſubintrodu-
ctos aũt falſos frẽs:qd ſonat:niſi qꝛ ceſſit?
Si aũt ppter ſubĩtroductos falſos frẽs nõ
ceſſit:nõ volũtate nõ ceſſit. Nam ceſſurũ ſe
ſignificauit ſi hoc ẽ: ſed ppter ſubintrodu-
ctos falſos frẽs nõ ceſſit. Si ꝗ cedendũ non
fuit:quare falſi fratres dicunt̄:quorũ bene-

fictio nō fecit qꝺ faciendum nō erat. Itaqꝫ ſi
hoc eſt beneficiũ ꝑſtiterũt apoſtolo: qꝛ hoꝝ
cauſa nō ceſſit: qꝺ cedere habebat. Cur igit
exploratores dicti ſunt: ſi hoc illũ facere no
lebant qꝺ facturus erat: ſ ꝓpter iſtos nō fe
cit? Si autē nō erat factur⁹ ſine dubio pro
pter iſtos fecit. Aliud eñi nō eſt. Litterę eñ
hoc indicant: qꝛ ceſſit: ⁊ hiſtoria factũ excla
mat. Quomō eñi ad horā negaret ſe ceſſiſſe
cum ꝓbaret ꝓpter iudęos timotheũ circũ
cidiſſe: qꝺ ē ad horam ceſſiſſe: ⁊ ſcđm legem
purificatum in templũ aſcendiſſe? Ille eñ
poſſet dicere nec ad horam ſe ceſſiſſe q̄ nun
quā inueniret ceſſiſſe. Aut eñi ceſſurus pro
pter fratres falſos nō ceſſit: aut nō ceſſurus
ꝓpter frēs falſos ceſſit. Unũ ergo de duo
bus accipite: falſi frēs tamē dicunt qui cre
dentes iudaizabant. **Ab his aũt qui
exiſtimant aliq̄d eſſe: quales aliq̄ñ
fuerāt nihil mea intereſt. Deus per
ſonā hominis nō accipit.** Hoc ſignifi
cat: quia apoſtoli prius ſimplices homines
erant ⁊ imperiti: nullius dignitatis in lege:
ſ hoc nō obeſſe. Quis eñi accuſet eũ: quem
deus excuſat? Qꝛ nō querit q̄s q̄d fuerit: ſ
quid ſit. Pręterita eñi nec ꝯdemnāt: nec vē
dicant. Sꝫ tamē vult intelligi: qꝛ ⁊ peritus
fuit in lege: ⁊ clarus in vita: Ac per hoc ⁊ in
diſpenſatione euangelij ꝑcipuus miniſter.
**Mihi eñi qui exiſtimantur aliq̄d
eſſe nihil cōtulerunt.** Nihil dicit ſe ab
apl'is cōſecutũ: ſ a deo: qꝛ qui imperiti ſen
ſum tribuit diſciplinę chriſtianę: ipſe ⁊ mihi
inq̄t cũ eſſem legiſperitus dignat⁹ ē impti
ri ſenſum rationis huiuſmōi. Quomō ergo
fieri poterat vt hic ab his diſceret: quē peri
tum inueniens peritiorem fecit grā chriſti?
**Sed ecōtra cum vidiſſent qꝛ cre
ditũ eſt mihi euagelium preputij: ſi
cut petro circumciſionis. Qui eñi
operatus eſt petro ī apoſtolatu cir
cumciſionis: operatus ē ⁊ ī me ad
gentes.** Petrũ ſolũ noīat ⁊ ſibi cōparat:
quia primatum ipſe accepit ad fundandaꝫ
eccleſiaꝫ: ſe qꝫ pari modo electũ vt primatũ
habeat in fundandis gentiũ eccleſijs: ita ta
men vt ⁊ petrus gentib⁹ prędicaret ſi cauſa
fuiſſet ⁊ paulus iudęis. Nam vterqꝫ inueni
tur vtrũqꝫ feciſſe: ſ tamen plena auctoritas
petro in iudaiſmi ꝑdicatione data dinoſci
tur: ⁊ pauli perfecta auctoritas in prędicati
one gentiuꝫ inuenitur. Unde ⁊ magiſtrũ ſe

gentiũ vocat in fide et veritate. Unuſq̄ſqꝫ
eñ pro virib⁹ ſuis: ⁊ diſpēſationē ſortit⁹ ē.
Difficilius eñ fuit eos q̄ longe a deo erant
ad fidem ſuaꝫ attrahere ⁊ ſuadere q̄ꝫ proxi
mos. **Et ſciētes grām dei q̄ data eſt
mihi: petrus ⁊ iacobus ⁊ iohānes
q̄ videbantur columne eē: dextras
dederunt mihi ⁊ barnabe ſocietat̄
vt nos ad gētes: ipſi vero in circũ
ciſionē: tātum vt inopiis memores
eſſemus pauperũ: qꝺ ⁊ ſollicite cu
raui hocipſũ facere.** Ab apl'is qui clari
ores inter cęteros erant: quos et firmitatis
cauſa columnas appellat: quiqꝫ cũ domino
ſemper ī ſecretis fuerāt: gl'iaꝫ ei⁹ digni ī mō
te reſpicere. Ab his itaqꝫ ꝓbatuꝫ dicit do
num qꝺ accepit a deo: vt dignus eēt habe
re primatum in ꝑdicatione gentiũ: ſicut et
habebat petrus in prędicatione circumciſi
onis. Et ſicut dat petro ſocios viros egregi
os inter apl'os: ita ⁊ ſibi iungit barnabam:
qui diuino iudicio ei adiũctus eſt: gratiam
tamē primatus ſibi ſoli vendicat cōceſſaꝫ a
deo: ſicut ⁊ ſoli petro cōceſſa eſt iter apl'os:
ita vt apoſtoli circũciſionis dexteras porri
gerent apoſtolis gentiũ: ad cōcordiam ſo
cietatis demonſtrandā: vt vtriqꝫ ſciētes ꝑ
fectionis ſpiritum in diſpenſatione euāge
lij ſe a domino cōſecutos: in nullo ſe inuicē
egere oſtenderēt. Hoc ſolum tñ inter ſe ꝯue
niſſe: vt qꝺ nō ex ꝑcepto vel dono dñi fue
rāt inſtructi: qꝛ facile erat h̄ ex lege cog̊ſcere
hos quib⁹ ꝑdicabāt paupeꝝ memores eſſe
iuberēt: vt miſc'diam ꝑ quā a deo redempti
ſũt colerēt. Idcirco igit hęc q̄ inter ſe ⁊ apo
ſtolos facta ſũt manifeſtat: vt ſciāt galatę
qꝛ qꝺ ab eo acceperāt: h̄ veꝝ ē ⁊ probatum.
**Cũ aũt veniſſet petrus antiochiā
in facieꝫ illi reſtiti: quia rep̄henſus
erat.** Poſt ꝯcordiā ſocietatis ⁊ honorificē
tiā primat⁹ quā ſibi inuicē ꝑ grām dei detu
lerunt: nunc interueniente cauſa negligētię
vel erroris: diſſidere inter ſe vident apl'i: nō
in ꝓpria cauſa ſ in ſollicitudine eccl'ię. In
faciē inquit illi reſtiti. Quid ē h̄: niſi in prę
ſenti ei cōtradixi? Et qua cauſa ſubiũxit di
cens: quia rep̄hēſus erat. Reprehenſus vti
qꝫ ab euāgelica veritate cui hoc factum ad
uerſabat. Nā q̄s coꝝ auderet petro primo
apl'o cui claues regni cęloꝝ dñs dedit reſi
ſtere: niſi alius talis qui fiducia electōis ſuę
ſciens ſe nō imparē: cōſtanter iprobaret qꝺ



ille ſine cōſilio fecerat. **Pri⁹ eñ q̄ꝫ ve
niſſent quidā a iacobo: cũ gentib⁹
edebat. Cũ aũt veniſſent ſubtrahe
bat ⁊ ſegregabat ſe: timēs eos qui
erāt ex circumciſione. Et ſimulaue
rũt cũ illo ⁊ ceteri iudei: ita vt ⁊ bar
nabas cōſentiret ſimulationi eoꝝ.**
Hi omnes iudęi q̄ cōſenſerunt ſimulationi
petri ⁊ barnabę bonę fidei fuerũt: ſ propter
ſcandaluꝫ illoꝝ q̄ veniebāt ab iacobo: erāt
eñ ęmulatores legis qui ⁊ legē ⁊ xp̄m ęquo
iure venerarent: qꝺ cōtra fidei diſciplinā ē:
ꝑſentibus eis nō cōmiſcebant gentib⁹. Ti
mebant eñi impetuꝫ audacię coꝝ q̄ ęmula
bant legē. Qꝺ ſi ſolũ fuiſſet nō erat rep̄hen
ſibile: ſed in q̄ erratũ eſt in ſubiectis oñdit.
Nam ⁊ ip̄e vtiqꝫ ceſſit animoſitati ⁊ auda
cię iudęoꝝ: timēs ne per hoc qꝺ facile ē ſur
riperet ſcandalũ qꝺ difficile ſedaret: qꝛ ⁊ ſe
cundũ legē purificauit ſe coact⁹: ⁊ timothe
um circũcidit inuitus. **Sed cũ vidiſſę
qꝛ nō recta via incedũt ad veritatē
euāgelij dixi petro corā omnibus.**
Ideo in ſolum petrũ inuehit: vt in eo q̄ pri
mus ē: diſcerēt ceteri. **Si tu cum ſis iu
deus gentiliter viuis: quō gentes
cogis iudaizare?** Nunc aperit cauſā re
p̄henſionis. Non eñ aliq̄d fuiſſet erroris: ſi
ꝑſentibus iudęis diſſimulaſſet a gentilib⁹
timēs ſcādalũ. Sꝫ hic tota cauſa rep̄henſio
nis ē: qꝛ aduenientib⁹ iudęis ab iacobo: nō
ſolũ ſegregabat ſe ab eis cũ quib⁹ gētiliter
vixerat: ſ et cōpellebat eos iudaizare cau
ſa timoris illoꝝ: vt quid hoꝝ veꝝ eēt igno
rarent gentiles. Sciebāt eñ ipſũ ſecum nō
quaſi iudęũ vixiſſe. Poſt autē audiētes ab
eo: quia iudęoꝝ inſtar ſequēdũ erat: hęſita
bant vtiqꝫ q̄d eēt verum. Si eñi hoc verum
erat vt iudaizarēt: ipſũ ꝑuaricatorem tene
bant: qꝛ gentiliter vixerat. Si autē illud me
lius erat ⁊ veꝝ, vt ſimplicit' viuerent: euerſio
erat gentiliuꝫ ꝑ ei⁹ ignauiā: quib⁹ adempto
bono: res laborioſa ⁊ inefficax tradebatur.
Apl's aũt paul⁹ qñ ad horā ceſſit: nō hoc et
ſuaſit: ſ rem ſe ſupfluā ⁊ inanē facere clami
tabat ꝓpter furorē iudęorum. Cui quidem
rei ñ ſuccubuiſſet: niſi cauſa int'fuiſſet: q̄ au
dacia iudęoꝝ plurimũ ſe iactaret. Erat aũt
timothe⁹ fili⁹ mulieris iudeę: pr̄e aũt gręco:
Unde factũ ē: vt infans ſcđm legē minime
circũderet. Inſidiabant ꝗ explorātes: ſi eũ
qui iudę⁹ natura erat incircũciſũ aſſumeret

qꝺ illicitũ putabāt generi iudęoꝝ: occaſiō
nē querētes qua eũ euerſorē tenerent legis:
hac cauſa ad horā ceſſit furori eoꝝ. **Nos
natura iudei ⁊ nō ex gētib⁹ pctōres.
Sciētes aũt qꝛ non iuſtificat hō ex
opibus legis: niſi ꝑ fidem ieſu xp̄i
⁊ nos ī xp̄m ieſuꝫ credim⁹: vt iuſti
ficemur ex fide xp̄i: ⁊ nō ex opibus
legis.** Manifeſta rōne circũuētos eos oſtē
dit vt ſeruarent legē in qua nemo iuſtificat
apud deũ: q̄ppe cũ hi ipſi q̄ natura iudęi ſũt
volētes iuſtificari relicta lege: cōfugiant ad
fidē xp̄i. **Qm̄ ex opibus legis non
iuſtificabit oīs caro.** Nullũ hoīem iu
ſtificatũ dicit ex operib⁹ legis. Quicũqꝫ eñ
iuſti ſunt: ex fide iuſtificati ſũt: ſicut abraā ⁊
iſaac ⁊ iacob: ⁊ cęteri ſcti. **Si aũt q̄rētes
iuſtificari in xp̄o: inuenimur ⁊ ipſi
pctōres: ergo xp̄s pcti miniſter eſt:
Abſit.** Quō xp̄s peccati miniſter pōt eē q̄
donat pctā? Idō abſit inq̄t. Sed ſi iuſtificari
volētes ꝑ fidē xp̄i ⁊ legi ſeruimus: ſub pctō
nos eē ꝓfitemur: qꝛ fides extrahit hoīem a
lege vt iuſt⁹ ſit. Ergo ſi dam⁹ nos legi pecca
tores iuenimur: qꝛ q̄ ſub lege ſũt: ſub male
dicto ſũt. **Si eñ que deſtruxi hec ite
rũ reedifico ꝑuaricatorē me conſti
tuo.** Abſolutũ ē: q̄ accedens ad xp̄m reliq̄t
legē: de ſeruo eñ fit liber. Qꝺ ſi iteꝝ redeat
ad legē: ip̄e ſui accuſator exiſtit: qꝛ factũ ſuũ
ꝯdēnat. **Ego eñ per legē legi mortu
us ſũ: vt deo viuā.** Hoc dic̄ qꝛ ꝑ legē fi
dei mortu⁹ ē legi moyſi. Morit eñi legi q̄ li
berat ab ea: ⁊ viuit deo: cui⁹ fit ſeru⁹ empt⁹
a xp̄o. **Chriſto eñ ꝯfixus ſuꝫ cruci.**
Hic ꝯfigit cruci xp̄i: qui emulus veſtigiorũ
ei⁹: nulla mũdi ꝯcupiſcētia capit: vt deo vi
uēs mũdo mortu⁹ videat. Qui eñ nō agit
q̄ mũdi ſũt vl' erroris: mortu⁹ ē mũdo. **Ui
uo aũt iā nō ego: ſed viuit q̄ in me ē
xp̄s.** Nō ē ambiguũ ī eo q̄ ꝑ fidē liberat a
morte chriſto viuere. Morte eñi digno duꝫ
donat peccata: ipſe viuit in loco eiuſ: ipius
enim pręſidio ereptus eſt morti. **Qꝺ ve
ro nunc viuo in carne: in fide viuo
filij dei: q̄ dilexit me ⁊ tradidit ſe ꝑ
me. Nō ſum ingrat⁹ grē dei.** Qm̄ fu
tura vita ꝓmiſſa ē xp̄ianis: ideoqꝫ q̄ nũc in
hac vita auxilio dei munitus viuit: in fide
vitę promiſſę viuit. Hic enim imaginē eius
contemplatur: quaſi pignus habens vitę
futurę quę ꝑ dei nutuꝫ chriſti amore nobis

queſita eſt. Hic ꝗ nõ ẽ ingratꝰ xp̄o q̄ in fide
eius perdurat:ſciẽs nulliꝰ ſe habere benefi/
cium niſi huiꝰ: ⁊ ad contumeliã eiꝰ ꝓficere:
ſi alterum ei cõparat: cuius auxilium habe/
re nõ potuit **Si eni per legẽ iuſticia:
ergo chriſtꝰ gratis mortuꝰ ẽ.** Nihil
tam apertũ: quia ſi per legẽ poſuiſſet hõ iu/
ſtificari: chriſtuʒ nõ oportuerat mori. Sʒ qꝛ
lex dare remiſſionẽ peccatorũ non poterat:
neqꝫ ſecundã mortẽ detriũphans expolia/
re captiuis quos tenebat cauſa peccati: id/
circo chriſtus mortuꝰ ẽ: vt ea ꝑſtaret que lex
nõ poterat: ac ꝑ hoc nõ gratis mortuus eſt.
Mors eni eius iuſtificatio peccatoꝝ eſt.

## Capitulũ tertium.

**Inſenſati galate: quis vos
faſcinauit?** Iraſcentis cũ miracu
lo verba ſunt: qꝛ ſic fuerãt deprauati vt nec ſe agnoſcerent circũuentos. Proe/
mio vſus eſt. Omnis eñ qui faſcinatꝰ de bo
no tranſit in malũ: ſicut ⁊ hi de libertate et
ſecuritate ad ſeruitium ⁊ ſollicitudinẽ tran/
ſierunt. **Ante quoꝝ oculos chriſtꝰ
ieſus proſcriptꝰ eſt: ⁊ in vobis cru/
cifixus eſt.** Manifeſtũ eſt: quia ſtultoruʒ
oculis chriſtus ꝓſcriptus videtꝛ: id eſt expo/
liatus vel cõdemnatus: Prudentium vero
oculis ⁊ ſenſibus nõ ſolũ nõ cõdemnatꝰ ſed
ipſe mortẽ cruce ſua damnaſſe videtꝛ. Paſ/
ſio eni domini vita nr̃a eſt: ⁊ deſtructio mor
tis. Sʒ quia hi indigne ceperãt ſentire trãſ/
lati ad legẽ: idcirco mẽtibꝰ eoꝝ chriſtũ con/
demnatũ videri cõqueritur. Idqꝫ ſubiecit:
In vobis crucifixus ẽ: hoc eſt ſenſui veſtro
crucifixus ẽ quaſi hõ. In quo eñ ſpes ple/
na nõ eſt: homo ẽ. Ideo hi nõ putabãt ple/
nã ſalutẽ eſſe in xp̄o: quia legẽ illi eq̄bant.
In his vero qui cõgrue intelligunt chriſtũ:
viuit in eis chriſtꝰ. In fotino crucifixus eſt.
Hic eñ vere mortuus ẽ: in quo chriſtus dici
tur crucifixꝰ: quia iſtud loco accuſatõis obij
citur. **Hoc ſolũ volo diſcere a vo/
bis: ex operibus legis ſp̄m accepi/
ſtis: an ex auditu fidei? Sic ſine in/
tellectu eſtis.** Adhuc cũ ſtomacho loq̄tꝛ.
Dolet enim valde ſuꝑ errore eoꝝ: qꝛ fabricã
ſuam qua eos per euãgeliũ edificauerat vi/
debat eſſe deſtructã. Non ſic de corinthijs
motus eſt: quia quãuis carnales eos appel/
let: nõ tamẽ vſqꝫ adeo fuerãt mente capti:
vt circumcidi ſe paterentꝛ. Ideo ⁊ hi ſtulti ⁊
ſine intellectu eſſe dicũtur: qꝛ nec dolori car
nis ſue cõſulere valuerunt. Uſqꝫ ad hoc eñ
ſolet quis induci vt qđ delectat aut dolorẽ
nõ preſtat. Interrogantis ergo verba ſunt:
⁊ qđ interrogat ex parte cõfirmantis cũ di/
cit: Hoc ſolũ volo diſcere a vobis: ex opibꝰ
legis ſpiritũ accepiſtis: an ex auditu fidei?
Hoc ab eis querit in quo ⁊ gl̃iabantꝛ ⁊ nega
re nõ poterant: quia ſpiritũſanctũ ꝑ fidem
acceperant nõ per legẽ: vt reſipiſcentes ag/
noſcerent: quia donũ dei in quo gl̃iabãtur
nõ ex opere legis acceperant ſed credentes
in chriſtũ: vt vel ſic grati chriſto legem quã
ſibi in nullo prodeſſe didicerãt relinquerẽt.
Hoc proponit: qđ illo in tẽpore negari non
poterat: ſpiritum dei ineſſe credentibꝰ. Ad
rudimẽta enim fidei cõmendãda donũ dei
hoc manifeſtabatꝛ hominibus: ſicut intꝛ ipa
initia factum eſt in apoſtolis ⁊ ceteris diſci/
pulis: Necnõ ⁊ i illis duodecim: quos qꝛ in
adultero baptiſmate ſub nomine baptiſmi
iohãnis fuerãt nõ tincti ſed ſordidati. Pau
lus apoſtolus in trinitatis nomie baptiza/
ri precepit: quibus impoſitis manibꝰ deci/
dit in eos ſpirituſſanctus: ⁊ diuerſaruʒ lin/
guarum miniſtrabat eloquia cũ interp̄tati/
one eaꝝ: vt nullus auderet negare ſpiritũ/
ſanctum ineſſe eis. Quãobrem ſine intelle/
ctu galatas eſſe appellat: qui huius rei igna
ri ⁊ cõſcij degradantes ſe: carnis cure ſe ſub
iecerũt. **Incipiẽtes ſpiritu: nũc car/
ne cõſũmamini.** Hoc dicit: qꝛ cum ab in
ferioribus ad ſũma fidei aſcenſus ſit: hi cõ/
tra de ſummis in ima delapſi ſunt. Per fi/
dem enim ſpiritales effecti: cõuerſi ad legẽ
ꝑdiderant gratiã ſpiritus quã fuerãt conſe/
cuti. Cõſũmatio eñ perditionẽ ſignificat:
id eſt fidẽ. **Tãta paſſi eſtis ſine cau/
ſa: ſi tamen ſine cauſa.** Multa eos paſ/
ſos pro fide ſignificat ab infidelibus. Tunc
eñ q̄ credebant: ceteriſ opprobrio erant ſiue
domeſticis ſiue extraneis. Nam digito ſig/
nabantur: quaſi rei maieſtatis. Unde ſi/
militer galate multa paſſi ſunt inſaniores
experti: cuius rei meritum ꝑdiderant: mittẽ
tes ſe ſub lege. Sʒ qꝛ adiecit: ſi tñ ſine cau/
ſa: oſtendit ſperare ſe poſſe reformari illos.
**Qui ergo prebet vobis ſpiritum
⁊ operatur virtutes i vobis: ex opi
bus legis: an ex auditu fidei.** Idem
ſenſus eſt: cui addũtꝛ virtutis inſignia: que
teſtimonium prebent fidei: qđ ſit ſpe fida ⁊
rationabilis. Legẽ autem nulla virtus co/



mitatur: que attrahat ad eius ſpem: qꝛ que
videntur nõ ſperantur: ſed ſunt temporalia
ſicẽ lex factoꝝ: quã ſupra oſtẽdimꝰ **Sicut
ſcriptum eſt: Credidit abraaʒ deo:
⁊ eſtimatũ eſt ei ad iuſticiã.** Oſtendit
exemplo abrae qui pater fidei ẽ: iuſticiã nõ
ex opibus legis imputari ſed ꝑ fidẽ: credẽs
enim iuſtificatus eſt: ac per hoc ſtulte ⁊ in/
prouide legi eos ſe ſubieciſſe: que nõ ad iu/
ſtificationẽ data eſt. **Cognoſcetꝛ ergo
quia qui ex fide ſũt: hi ſunt filij ab/
rae.** Uerum eſt: quia credentes filij ſũt ab/
rae: quia ſi abraam ex fide iuſtificatus ẽ pri
mus: quotquot poſt hunc credũt: filij eius
ſunt: ſiue ex iudeis ſiue ex gentibꝰ. **Pro
uidens auteʒ ſcriptura quia ex fide
iuſtificat gentes: deus ꝑnunciauit
abrae: quia benedicentur in te oẽs
gentes.** Hoc dicit: quia forma eſt abraam
omniũ credentiũ: vt hi benedicti in eo ſint
qui credunt: ſequẽtes eni fidem eius: parti
cipes fiunt benedictionis eiuſdeʒ. **Ergo
qui ex fide ſunt: benedicentur cum
fideli abraam. Quotquot enim ex
operibus legis ſũt: ſub maledicto
ſunt.** Manifeſtum ẽ: quia fideles cũ fideli
benedicentur: quomõ infideles cum infide
libus punientur. Nam qui ſub lege agunt:
ſub maledicto ſunt: qꝛ tranſgreſſores legis
ſunt peccatores. **Scriptũ quippe eſt:
Maledictus omnis qui nõ permã
ſerit in omnibus que ſcripta ſunt i
libro legis: vt faciat ea.** Hoc ſcriptũ ẽ
in deuteronomio: quia ſi quid legꝭ p̃teriſſet
aliquis maledictus haberetꝛ. Et tanta man
data ſunt: vt impoſſibile ſit ſeruari ea. Uñ
⁊ petrꝰ apoſtolus in actibꝰ apoſtoloruʒ ait:
Act.15. Quid imponitis iugum fratribꝰ q̄ neqꝫ pa
tres noſtri neqꝫ nos potuimꝰ portare? Ne/
gligenti eniʒ ⁊ ſuꝑbo populo hec data erãt
vt per omnẽ cõuerſationẽ legẽ haberent.
**Qđ auteʒ in lege nemo iuſtificatꝛ
apud deũ: manifeſtum eſt: quia iu/
ſtus ex fide viuit.** Ac per hoc recedẽdũ
a lege docet: ne iuſticia per fidẽ queſita de/
pereat. **Lex autẽ nõ ex fide ẽ: ſed q̄
fecerit ea: viuet i eis.** Nõ ẽ ex fide lex:
quia nihil mandat credendũ. Omnia enim
eius manifeſta ſunt: vt ſeruãs legeʒ viuat.
Si quo minus neceſſe eſt plectatꝛ: qꝛ qđ ſci/
uit vitandum admiſit. Poteſt opponi e di/
uerſo ⁊ dici: Si in lege nemo iuſtificatur: qđ
ẽ vt maledicatur qui aliquid preterit legis?
Uerum ẽ: quia nemo per legem iuſtificatꝛ:
ſed apud deum. Iuſtificatur autẽ apud mũ
dum: vt ſecurus ſit in vita ꝑſenti. Si auteʒ
apud deũ iuſtificari vult: vt illi ad meritum
ꝓficiat in die iudicij: dei ſequatꝛ fidẽ. Alio/
quin hic ſecuruſ: reus erit in futurum. Pro/
deſt ergo lex: ſed que i tabulis ſcripta ẽ. Nã
cetera ſicut dixi: vt oneri eſſent data ſunt.
**Chriſtus nos redemit de maledi/
cto legis: factus ꝓ nobis maledi/
ctuʒ.** Quoniã nemo poterat implere legẽ:
rei erãt omnes maledicto legis: vt vindica
ret in eos. Chriſtus autẽ homo natus obla
tus a patre pro nobiſ: redemit nos a diabo
lo. Morti enim volenti offerens illum pro
his qui maledicto legis erãt obnoxij: Ma/
ledictum illum fecit hoc modo: ſicut in lege
hoſtia pro peccatis oblata: peccatũ nuncu/
pabatꝛ: propterea ꝓ maledictis oblatꝰ factꝰ
ẽ maledictũ. Nã ⁊ a iudeiſ factꝰ ẽ maledictũ
dum quaſi peccator occiditꝛ. Ideo nõ dixit:
Factus pro nobis maledictus: ſed maledi/
ctum. Is enim qui propter peccatũ ꝓpriuʒ
morti offerebatꝛ maledictus fiebat. In ſua
eñ cauſa moriebatꝛ. Et ſi propriuſ aſpicias:
videbis chriſtũ maledictũ eorum factũ a q̄/
bus occiſus eſt. Crux eni ſaluatoris: pctm̄ ⁊
maledictum eſt iudeorum. **Quia ſcrip/
tum eſt: maledictus omnis qui pe/
det in ligno.** Hoc moyſes dixit in deute/
ronomio de reis mortis: vt ſufficeret ſuſpẽ/
ſis in ligno illic eſſe vſqꝫ ad veſperã: ⁊ depo
ni ad ſepulturã. Quia maledictꝰ omnis in/
quit qui pendet in ligno: vt reo mortis ſuffi
ceret hoc: quia ſuſpẽſus moriebatur in lig/
no ne diutius ſi eẽt ſuſpenſus maius habe/
ret opprobriuʒ mors eius q̄ deberet: ⁊ fieret
macula generi eius ſi amplius mors eius
publicaretꝛ. Ac per hoc ſaluator innocẽs ſu/
ſpenſus in ligno nõ eſt maledictus: ſed ma/
ledictum illoꝝ a quibus ſuſpẽſus ẽ. Quã/
tũ tamẽ ad iudeos ꝑtinet quaſi pctõrẽ illuʒ
occidendũ pilato offerentes: maledictũ illũ
fecerunt: vt quaſi reus occideretur cũ eſſet
innocẽs: qꝛ dignꝰ morte maledictꝰ eſt iuxta
legẽ. Uidẽtes eñ mltos aggregari doctrine
eiꝰ: zelati ſũt dicentes: Ecce totꝰ mũdꝰ abijt Job.12.
poſt illũ: ac per hoc pro nobis occiſus dici/
tur. Et duplici genere ꝓ nob. Cũ eñ putãt
illum occidi debere ne doceret: nihil profe/
cerunt: quia ⁊ doctrina eius creuit: ⁊ mortẽ

euacuauit in paſſiōe ſua. Deſcendens enim
ad inferos: genus hominuꝫ liberauit: q̄ cau
ſꝫ ⁊ occidi ſe permiſit: ſciens ꝓ nobis eē cō/
tra diabolum. Ut in gentibus bene
dictio abrae fieret in chriſto ieſu: vt
benedictionem ſpiritus accipiamꝰ
per fidem. Hoc dicit: quia exprobratis et
maledictis iudeis: cum ſibi de iuſticia legis
blandirent̄: occiſo ſaluatore quaſi ſabbati
violati reo: promiſſionis benedictio abrae
tranſituꝫ fecit ad gentes per fidem xp̄i ieſu.
Matth. 21. Unde dicit dominus iudeis: Tollet̄ a vo/
bis regnum ⁊ dabitur genti facienti fructuſ
eius. Fratres ſecūdum hominem
dico. Hoc dicit: quia exēplo humane cau/
ſe cōmendare vult rationem diuine ꝓmiſſi
onis. Tamen hominis teſtamētū
confirmatum auctoritate: nemo ir/
ritum facit aut ſuperordinat. Ueruꝫ
eſt: quia teſtamentū defuncti iure factū nō
poteſt ſcindi. Abrae dicte ſunt pro/
miſſiones ⁊ ſemini eius. Non dicit
et ſeminibuſ quaſi in multis: ſed q̄/
ſi in vno ⁊ ſemini tuo qd̄ ē chriſtꝰ.
Hoc eſt qd̄ ſcriptū eſt: in geneſi ad abraam:
Geñ. 26. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gen
tes terre. Qd̄ vtiq; impletum eſt in chriſto:
in cuius nomine omnes gentes benedicun
tur per fidem. Ideo nō in multis: ſ; in vno
firmata eſt ꝓmiſſio: qui eſt chriſtus. Hac di
ſputatione ſua apoſtolus quaſi reos falſati
teſtamenti deſignat: qui credentes ī chriſtū
et de lege aliquid ſperant: vt nō ſolū ſalus
ꝓmiſſa ī chriſto: ſed ⁊ ī lege ſit. Ideo ꝓbat
promiſſionem benedictionis in ſolo xp̄o fa
ctam. Hoc autem dico teſtamētū
cōfirmatum a deo in chriſto q̄ poſt
q̄dringētos ⁊ trigīta annos facta ē
lex: nō infirmat ad euacuandam ꝓ/
miſſionem. Intantū in ſolo chriſto firma
tam benedictionis promiſſionē docet: vt le
gē poſt q̄dringētos ⁊ triginta annos dataꝫ
oſtendat. Conſtituta enim promiſſione po
ſtea data eſt lex: que nō vtiq; infirmaret ꝓ/
miſſionē: ſed ꝙ futura ⁊ quādo ventura eēt
ſignificaret. Si enim ex lege heredi/
tas: iam non ex promiſſione. Ab/
rae autem promiſſionem donauit
deus. Duas cauſas contrarias ſibi defen
dunt iudei. Nullo enim pacto: nulla ratiōe
ſuaderi poteſt iudeis: abrae promiſſionem
euacuatam per legeꝫ ⁊ recte. Sed aliud ad
uerſum improuida preſumptiōe defendūt:
putātes iuſtificationē ſine operibꝰ legis ꝓ/
uenire nō poſſe: cum ſciant abraam qui for/
ma eius rei eſt ſine operibus legis: ꝑ ſolam
fidem iuſtificatum. Sed emulatione q̄dam
cecati nō intelligunt neq; cōſiderāt: quia ſi
per legē iuſtificatio: excludit̄ promiſſio. Et
ſi excluſa fuerit ꝓmiſſio: ſine dubio fruſtra/
bitur fides abrae. Qd̄ ne audire quidem ſe
patiūt̄ iudei: ſciētes qꝛ ꝓmiſſio ex fide ē ab/
rae. Que promiſſio ex fide iuſtificat: nō per
legem: ſicut et abraam iuſtificatꝰ ex fide eſt.
Hi ergo heredes ſūt ꝓmiſſionis abrae: qui
illi ſuccedūt ſuſcipiētes fidē: ī q̄ bn̄dictꝰ ⁊ iu/
ſtificatus ē abraam. Teſtimoniū ergo pro/
miſſionis abrae teſtamētū appellat̄: vt poſt
mortem eius heredes eſſent in ꝓmiſſiōe fi/
lij eius facti per fidem. Que cauſa cucurrit
vſq; ad chriſtum abrae repromiſſū: vt poſt
mortē chriſti credentes heredes eſſent fidei
abrae per teſtamentū ſanguinis xp̄i. Donū
ergo qd̄ promiſſum eſt abrae filijſq; eius: in
chriſto ſolutū eſt: quāuis ⁊ ipſe abraam cō/
ſecutus ſit donū hoc illic vbi inuentus eſt.
Quid ergo lex factorum poſita ē
donec veniret ſemen cui promiſſuꝫ
eſt? Lex factoꝝ: id eſt moyſi: poſita ē in me
dio inter ceptam ꝓmiſſionē ⁊ ſemen: cui fa/
cta promiſſio eſt: hoc ē inter abraam ⁊ ſalua
torem: Ideo longe datā poſt factā ꝓmiſſio
nē: vt ipſa diſtinctione: aliud lex ⁊ aliud ꝓ/
miſſio videret̄: vt populū dei a gētibus ſe/
gregatum erudiret ſub dei timore: vt dignꝰ
fieret ad excipiendā promiſſionē que ē xp̄s.
Lex tamē factoꝝ ideo dicit̄: qꝛ docet q̄ deo
iubente corporaliter fiant: de ſacrificijs: de
primogenitis: de decimis: ⁊ ceteris talibꝰ.
Diſpoſita per angelos in manu
mediatoris. Angeloſ dicit dei nuncios:
id eſt moyſen: filiū naue ⁊ ceteros prophe/
tas vſq; ad iohannem baptiſtam: de quo
deus dicit: Ecce mitto angeluꝫ meum ante Malachie.
faciē tuam. Per hos ꝙ lex ordinata diſpoſi/
ta eſt a deo: in manu: id eſt poteſtate ſalua/
toris. Ipſe eſt enim mediator vel recōcilia/
tor dei ⁊ hominū: vt ſaluet q̄s vult ex his q̄
legē ꝑ ſupramemoratos angelos accepert.
Ip̄e eñ ait: Sic eñ pat̄ ſuſcitat mortuos et Ioh. 5.
viuificat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat.
Mediator autem vnius non eſt.
Sine dubio mediator: hoc eſt arbiter: nō ē
vnius ſed duorum. Cum enim duo populi



inuicem aduerſum ſe dimicarent ſemꝑ diſſi
dentes ⁊ inimici diuerſitate doctrine: ſalua
tor horum arbiter venit: amputans vtriſq;
populis per qd̄ diſcordabant vt poſſent eē
pacifici. Abſtulit ergo gentibus numerum
deorū ⁊ famulatū elementorū: qd̄ ſcandalū
erat hebreis. Abſtulit ⁊ iudeiſ opera legis:
id eſt neomenias: circumciſionē: ⁊ curā ſab/
bati: ⁊ diſcretiones eſcaꝝ: ⁊ cetera q̄ abomi
nabantur gentiles: ⁊ ſic facti ſunt pacifici: q̄
prius fuerant inimici. Si ergo hec ita ſe ha/
bent: quid eſt vt galate hebetudine mētis
arbitrum iſtū corrumpant conuerſi ad iu/
daiſmū? Iudiciū enim ſaluatoris in irrituꝫ
ducunt: quādo poſt factam pacē quaſi pe/
nitenteſ de ea: ſubijciūt ſe illis q̄ prius paci
fuerant inimica. Iuxta ſenſum ergo galata
rum: chriſtus arbiter nō eſt: quia inducti in
legem de duobus populis vnum fecerunt:
⁊ vnius vtiq; populi arbiter nemo eſt. Hūc
eundem ſenſum ad ephesios proſequit̄ di/
Eph. 2. cens. Ip̄e eñ eſt pax nr̄a: q̄ fecit vtraq; vnū
⁊ medium parietē macerie ſoluens inimici/
tiam in carne ſua: legem mandatorum ī de/
cretis euacuās: vt duos ꝯderet in ſe in vno
nouo homine faciens pacem. Si in vno no
uo homine fecit pacem: ambobus vtiq; ab
ſtulit per quod diſſidebāt: ⁊ hoc eis ſtatuit
data ſua lege: per quod eſſēt pacifici. Hoc
galate irruperunt conuerſi ad iudaiſmum.
Deus autem vnus eſt. Hoc dicit ne
chriſtum predicando deum quē arbitrū di/
citvm deo predicaſſe putaretur contra legē
⁊ prophetas. Arbitrum ergo hunc per aſſū
ptionem carnis intelligi docet: ſicut dic̄ ad
Timoth. 2. timotheū. Arbiter dei ⁊ hominū homo ie/
ſus chriſtus. Iuxta autem ꝙ deus eſt a pa/
tre hunc nō ſeparari: ſed vnum eſſe cuꝫ pa/
tre. Siue enim pater ſiue filius: deꝰ vnꝰ eſt.
Deus eniꝫ nature nomen eſt et poteſtatis:
quā in pr̄e ⁊ filio indiuiduā manere: ip̄a no/
minum ratio docet. Lex igitur aduer/
ſum promiſſa? Abſit. Abſit vtiq;:
quia nō eſt lex inimica promiſſionis: quippe
cum confirmet eam. Nam primus moyſes
Deut. 18. dixit: Prophetā vobis excitabit deꝰ de fra/
Act. 7. tribus veſtris. Hoc dictum de chriſto: pe/
trꝰ apoſtolus probat in actis apoſtolorum.
Si enim data eſſet lex que poſſit
viuificare: vere ex lege eēt iuſticia.
Iuſticiā hāc dicit que apud deum imputat̄
iuſticia: id eſt fidei: quia ⁊ lex habuit iuſtici/
am ſed ad preſens: nō quia iuſtificaret apd̄
deum. Remittere eni peccata nō potuit: vt
de peccatoribus faceret iuſtos: ſed ad hoc
data eſt: vt terrori eſſet: prouocans homies
ad bonam vitam: irreuerentes puniens: iō
q; nō eſt data lex que poſſit viuificare ſ; con
demnare. Sed concluſit ſcriptura
omnia ſub peccato: vt promiſſio ex
fide ieſu chriſti daret̄ credentibꝰ.
Hunc ſenſuꝫ ⁊ ad romanos poſuit dicens:
Cōcluſit deus omnia ſub peccato: vt olum Ro. 11.
miſereatur. Hoc dicit qd̄ ſupra memoraui:
quia lex ad hoc data eſt: vt peccatores reos
ſe ſcirent apud deū. Manifeſtatis eñ pctīs
ſuis concluſi ſunt vt ſe excuſare nō poſſent:
ſed quererent miſericordiā: vt veniēs q̄ pro
miſſus erat abrae: fidē ſolā ab eis poſceret
quā habuit abraā: vt ⁊ malorū ſuoꝝ veniā
⁊ iuſtificationeꝫ mererent̄. Hoc eñ manife/
ſtauerat deus per eſaiā prophetam dicens:
Ueniet ex ſyon qui eripiat ⁊ auertat impie/
tatē ab iacob: ⁊ hoc erit illiſ a me teſtamētū
cum abſtulero peccata eorū. Priꝰ enim
q̄ꝫ veniret fides ſub lege cuſtodie/
bamur: concluſi in eandeꝫ fidem q̄
incipiebat reuelari. Hoc eſt qd̄ dicit: qꝛ
antequā veniret ſaluator: ſub leg̃ cuſtodiā
agebamꝰ ne peccaremus: vt venienti ꝓmiſ
ſioni digni eſſemuſ. Hac enim ſpe lex tutos
preſtabat nos: vt venienti chriſto offerret
nos: id eſt iudeos. Itaq; lex pedago/
gus noſter fuit in chriſto ieſu: vt ex
fide iuſtificaremur. Ideꝫ ſenſus eſt: qꝛ
ſub cura legis eramus: donec veniret chri/
ſtus: qui nos credentes iuſtificaret. Ue
niente auteꝫ fide: iam nō ſub peda/
gogo ſumꝰ. Oēs enim filij dei eſtiſ
per fidem que eſt in chriſto ieſu.
Sub pedagogo qui agit poteſtatis ſue nō
eſt. Paruulus eni ⁊ lubricus ad peccanduꝫ
ſub pedagogi cura habet̄. Ueniente auteꝫ
chriſto: qui quaſi de minoribus facit maio/
res: liberati de poteſtate pedagogi: per ab/
lutionem peccatorum facti ſumus filij dei:
cū eſſemꝰ ſerui peccati. Quotquot eñ
ī xp̄o baptizati eſtis: xp̄m induiſtis.
Hoc dicit: qꝛ credentes dum īmutant̄: xp̄m
induunt: quādo hoc appellant̄ qd̄ credunt.
Non eſt iudeus neq; grecus: nō
eſt ſeruus neq; liber: non eſt maſcu
lus neq; femina. Omnes eni vos
vnum eſtis in chriſto ieſu. Nullam di

ſtantiam dicit credentiū: vt nulli prǫiudicetur quid fuerit antequā crederet. Omnibꝰ enim his vnum decretum eſt donuȝ. Apud deū enim nulla diſcretio perſonarū eſt: niſi morum ⁊ vitę: vt homines vnius fidei meritis diſtinguantur: nō perſonis. **Si ergo vos omnes vnum eſtis in chriſto ieſu: ergo abrae ſemen eſtis: ſecūdum promiſſionem heredes.** Semen abraę ſunt omnes credentes: qꝛ abraā pater eſt omnium credentium. Et ſi filij ſūt neceſſario ⁊ promiſſionis eius hęredes: vt conſequantur per fidem qđ promiſſum eſt abraę: vt participes ſint iuſtificatiōis eius in regno cęlorum.

## Capitulum quartum.

v **Dico autem ꝙ quādiu heres paruulus eſt: nihil differt a ſeruo cum ſit dominuſ omniū: ſed ſub curatoribus ⁊ actoribus eſt: vſqȝ ad prefinitum tempus a patre.** Uerum eſt: quia ius patres ordinauerūt: ⁊ vſqꝫ ad quā ętatem ſubiectus debeat eſſe adultꝰ ſtatuerūt: ita vt quādiu paruulus ē: libertate ſua vti nō poſſit: neqꝫ dominari quaſi hęres: ſꝫ ſimilis prope ſeruis in cōditione eſt curatorum vel actorum. Hoc exemplo probat eos qui ſub lege fuerunt: paruulos fuiſſe circa meritum: nec libertatem habuiſſe: quia i conditiōe legis erāt ſubiecti cauſa peccati. **Ita ⁊ nos cuȝ eſſemꝰ paruuli ſub elementis huius mundi eramꝰ ſubiecti.** In elementis: neomenias ſignificat ⁊ ſabbatum. Neomenię enim ſunt dies lunares quos obſeruāt iudęi: ſabbatum vero dies requietionis. Antequam veniret ergo promiſſio: id eſt donum gratię dei: ⁊ purificans iuſtificaret credenteſ: quaſi imperfecti ⁊ paruuli per legem dei: ſubiecti eramus cō ſeruis quaſi pędagogis. Libertas enim noſtra obnoxia erat cauſa peccati. Nihil tamē de elementis ſperabant iudęi ſicut ⁊ pagani: ſed et creatorem deum venerabantur in creatura. **At vbi venit plenitudo tēporis miſit deus filium ſuum factū ex muliere: factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt filiorum adoptionem reciperemus:** Plenitudo tēporis eſt cōpletum tempꝰ qđ prędefinitum fuerat a deo patre quādo mitteret filium ſuum: ex virgine factus quaſi homo naſcereť: ſubijciens ſe legi vſqꝫ ad tempus baptiſmi: vt formā daret quomō peccatores abluti ⁊ a iugo legis erepti: dignatione dei filij ei adoptarenť: ſicut ꝓmiſerat redempti ſanguine filij eius. Saluatorē autē neceſſe erat fieri ſub lege: quaſi filiū abrahę iuxta carnem: vt circūciſus appareret is eſſe qui promiſſus abraę venerat gētes iuſtificare per fidem: ſignū habēs eius cui ꝓmiſſus fuerat. Ideo vltra neminē oportuit circūcidi: quia tamdiu cucurrit ſignum quoadusqꝫ veniret qui promiſſus fuerat reſtaurare fideȝ: in qua iuſtificatus eſt abraam in prępucio: vt credentibus nō opus ſit circūciſio. Abraam autem ideo circumciſus eſt: quia filium ſe credidit habiturū in quo omnes gentes benedicerenť. Ideo tamdiu cucurrit ſignū donec veniret q̄ erat ꝓmiſſus. Si autem hoc crederetur: qđ credidit abraam: non ſtetiſſet circūciſio: ne forte opponeretur: qꝛ ſi abraam credidit ⁊ circumciſus ē: quare nō circūciduntur credentes. **Qm̄ autem eſtis filij dei: miſit deꝰ ſpiritum filii ſui in corda noſtra: clamantem abba pater.** Ab his cępit quibus ⁊ ſcribit dicens: Qm̄ autem eſtis filij dei: et ſubiungit iudęos cum ait: Miſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra. Quando autē dixit gentes filios dei credentes in chriſtū: quę prius fuerant inimici: dubium nō erat iudęos credentes dici filios dei: quos conſtat iam pridem hoc nomine nuncupatos. Nomen enim olim acceperant velut i imagine: vt poſtea cōfirmaretur per chriſtum: quia ſine ſpiritu nō erat plenuȝ. Hoc eſt qđ dicit ⁊ ad romanos: Ipſe ſpirituſ reddet teſtimonium ſpiritui noſtro ꝙ ſumꝰ filij dei. Ro.8.
Ut enim probaremur adoptati eſſe a deo i filios: ſpiritum ſuum dedit nobis q̄ ſignum patris oſtendat in filios: vt quia hoc nō audeについては remus dicere in infirmitate ⁊ in indignitate noſtra: ſuggerat vt audeamꝰ dicere abba: qđ eſt pater. Deniqꝫ iudęis hoc iam duduȝ nō eſt conceſſū dicere. **Itaqȝ iā nō eſt ſeruus ſed filius.** Non eſt ſeruꝰ: qꝛ ſublatus de poteſtate legis ſocius factꝰ eſt benedictiōis proprij filij dei. **Si auteȝ filius ⁊ heres per deum.** Dubiū nō ē: quia ideo quis adoptat ſibi filium: vt heredem illū relinquat. Sed hęreditas ex morte alicuiꝰ ꝓuenit. Quid ē ergo vt mortales hęredes eius dicātur q̄ ſemꝑ viuit? Sȝ ſcriptura more nr̄o loqť: vt itelligere poſſimꝰ. Ut eni oſtēdat daturū patrē filijs de bonis ſuis: hęc quę daturꝰ ē hęreditateȝ appellat. **Sed tunc quidē ignorātes deuȝ: his qui nō ſūt dij ſeruiebať.** Quoniā prius per ignorantiā peccabant ſeruientes idolis: facile illis ignotū ſignificat: ſicut di-
Ge.20. cit in geneſi abimelech ad deū: Dn̄e inquit nunquid gentē ignoranteȝ perdes? **Nūc autem cognoſcētes deū: imo vero cogniti a deo: quomō iterum conuertimini ad infirma et egena elemēta: quibus denuo ſeruire vultiſ.** Graue illorū admiſſum notat: qꝛ poſt agnitionē dei: ea quę paganoꝝ ſunt ſequi cęperant. Et plꝰ addit: qꝛ nō iſti cognouerūt deum: ſed magis cogniti a deo ſunt. Cū enim hi nō quęrerēt deū: aduocauit eos ad ſuam gratiam: ⁊ hi ingrati ad ea cōuerti ceperāt: quę tunc colebāt: quādo ignorabāt deum vt venerarenť infirma ⁊ egena elementa: et nō tota mente xp̄m in quo oīs inhabitat diuinitas. Infirma ⁊ egena dicit elemēta: qꝛ imperfecta ſunt. Ad regendū em̄ mundum inuicē egent ſui. In chriſto em̄ ꝑfecta ſalus eſt. **Dies obſeruatiſ et mēſes et tempora et annos.** Quę elementa dixerit: nunc declarauit. Diē ſol facit: mēſes curſus lunę. Tēpora vero ſūt ver ęſtas: autumnꝰ: hyems: quatuor hęc cōpleto numero ꝓprio faciunt annum. Dies ergo obſeruāt qui dicunt: vtputa craſtino proficiſcendū nō eſt. Poſt craſtinū eni nō debet aliquid inchoari: ⁊ ſic ſolent magis decipi. Hi autē colunt menſes: qui curſus lunę perſcrutanť dicentes: vtputa ſeptima luna ſtrumenta conficī nō debēt: noua iterū luna: ſeruū emptū vtputa domū duci nō oportet: ⁊ per hęc facilꝰ ſolent aduerſa ꝓuenire. Tempora vero ſic obſeruant cū dicūt: Hodie veris initiū eſt: feſtiuitas eſt: poſt cras vulcanalia ſunt: ⁊ talia iterū aiunt: Poſterū ē: domū egredi nō licet. Annos ſic colunt cum dicunt: kalēdis ianuarijs nouus eſt annus: quaſi nō quotidie anni impleanť. Sed vt anni illiꝰ recolāt memoriā bifrontis: hac ſuperſtitiōe vtunť: quę longe debet eē a ſeruis dei. Si eni deuſ ex toto corde diligatur: ipſo propitio nulla debet eſſe formido: neqꝫ ſuſpitio harū rerū. Proſpere enim poteſt cedere quicquid ſimpliciter ſub dei deuotiōe fit. **Timeo voſ ne fruſtra laborauerim in vobis.** Duplici genere ſubuerſi fuerant galatę: vt poſt dei gratiam nō ſolum ad legem cōuerterentur: ſed ad errores priſtinos. Inducti eni vel euerſi in legem facile declinarāt ad obſeruantiā dierū ⁊ menſium. Sabbati em̄ obſeruatio ⁊ neomeniarū attraxerunt illos ad hęc. Ideoqꝫ timeo vos iquit ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Sic enim videbat eos in peiusꝫ ꝓficere: vt poſſent etiā a chriſto penitꝰ recedere. **Eſtote ſicut ⁊ ego quia ⁊ ego ſicut vos.** Hoc dič vt dent operam corrigēdi ſe: qꝛ nō eſt impoſſibile vt ſint ſicut ipſe: quia ⁊ ipſe hoc erat: id eſt homo qđ ⁊ illi: ⁊ cuȝ fuiſſet in errore ꝑſequens eccleſiā: correptus cōuertit ſe. **Fratres obſecro vos nihil mihi nocuiſtis.** Nunc mitius agit cū eis: ⁊ bona eorū incipit memorare: vt poſt magnas correptiōes bona opera ſua audiētes recrearenť: ⁊ data opera reformarent ſe ne obiurgationibus diutius preſſi aſperiores fierēt exacerbati: nihil tamen ſibi nocuiſſe illos dicit. Ipſis em̄ oberat delictū illorum. Apoſtolus eniȝ impleuerat officiū diſpenſationis ſibi credīte: vt oī cū diligētia prędicaret eis: ſicut dič dominus ad ꝓphetā ezechiel: Tu inquit ꝑdica: ſi te audierit lucraberis eos: ſi quo minus tu ſaluabis animā tuā. **Scitis qꝛ per infirmitatē carnis euāgelizaui vobis iam pridem: ⁊ tēptationem vr̄aȝ i carne mea nō ſpreuiſtiſ neqȝ reſpuiſtiſ.** In memoriā reuocat illꝰ tp̄s qn̄ primū prędicauit illis euangeliū dei. Ipſo eni tempore: iniurijs agebať apoſtolꝰ et cedibus infirmabať. Infirmus enim videtur qui humiliatur ⁊ nō reſiſtit propter euangelium dei: ⁊ in hoc laudat cōſtantiā eorū: qꝛ nō ſunt abſtracti a fide. Iniuria eni apoſtoli tēptationes erāt galataꝝ: in qua firmi inuēti ſunt nō dubitātes de fide. Poſſent eni ſcandalum paſſi dicere: quę ē virtꝰ aut ſpes in hac fide: quādo miniſter eiꝰ ſic humiliať. Sed quia iam animū futuris ſpebus infecerat: pręſentes exitus pro chriſti nomine nō ꝑtimeſcebant: certi fidem noſtrā nō in terrč ſed in cęlis habere dignitatem: ⁊ pro his tribulationibus magna rependi prǫmia: Ruborē illis incutit: qꝛ poſt hęc laudabilia circūuenti fuerant vt vituperabiles viderenť. **Sed ſicut angelum dei excepiſtis me ſicut chriſtum ieſum.** Hoc magis laudat in eis: quia preſſuris nō deformatꝰ ē

apud eos ſed cōmēdatus: ſcientib⁹ pro his
qui credunt pati illū exitia. Sicut ergo an-
gelum dei exceperunt apoſtolum: credētes
donū dei eſſe qđ prędicat: ſic ei deferētes q̄
ſi ipſi auctori domino ieſu chriſto. **Que
ergo erat beatitudo veſtra.** Beatos
hos fuiſſe dicit apud cęteras eccl̄ias: per id
ꝙ apl̄i iniurijs non frangebāt: ſed creſcebāt
in fide. **Teſtis enim ſum vobis: qꝛ
ſi fieri potuiſſet oculos veſtros eruiſſe
tis ⁊ dediſſetis mihi.** Totum eoꝝ cir-
ca religionē tam plenū oſtendit fuiſſe: vt nō
ſolū bene ab eis ſuſceptus ſit ſed ⁊ fortes in
fide inuenti ſunt: ⁊ qđ ad laudē magis pro-
ficit: omnia pene ſua illi obtulerint ꝓfligan
da. Hinc pl⁹ dolet: qꝛ tanta charitas ſubuer
ſa fuerat praua doctrina. **Ergo inimic⁹
vobis factus ſum: verū dicens vo
bis.** Hoc dicit: quia nō poteſt fieri vt inimi
cus inquit ego vobis ſim: quoꝛuz tanta ſen
ſi obſeqa. Sed qꝛ nemo ſe argui vult errā-
tem: idcirco inimic⁹ vobis videoꝛ: iuſte vos
rep̄hendens. **Emulantur vos nō bn̄
ſz excludere vos volūt vt eos emu
lemini.** Inuidia iudęoꝝ ſubuerſos eos ſi-
gnificat. Vidētes eni ſic illos proficere i euā
gelio: et tātam habere charitatē in apoſto-
lo: id egerūt quatenus illos deciperēt. Erāt
eñ legis cauſa apl̄i inimici: vt manēte no-
mine ſaluatoris facerēt eos iudęos: gaudē-
tes in euerſione eoꝛū. Non eni patiebāt vt
gratiā ſibi promiſſā audirent incircumciſis
gentibus datam. Ideo imitatores ſuos il-
los voluerūt fieri: vt more eoꝝ circūciderēt.
**Emulamini autem melioꝛa dona**
Bonū emulamini ſemꝑ: ⁊ nō ſolū
cum preſens ſum apud vos. Melio
ra dona ſpiritalia ſūt: quę imitati habebūt
effectum apud deum. Hęc ſpiritalia ⁊ bona
ſunt quę vult vt ſemꝑ imitent: nō ad tēpus
ſicut pridem: aut ſe p̄ſente tātū: poſt autem
ad aliud cōuertant: ſed vult illos de cętero
perſeuerare in bono. **Filioli mei quos
iterū parturio: donec xp̄s formet i
vobis.** Primū per fidem illos genuerat i
baptiſmo: ſed quia velut per aboꝛtum nati
deformati et infirmi inuenti ſunt: nunc auz
doloꝛe cōſilij reformat eos in xp̄m. Cōcipiē
tes eñ fidem ⁊ ſenſum fidei minime aduer-
tentes: formatū chriſtuz in animis ſuis ne-
gant habere. Si eni intellexiſſent gratiam
dei in chriſto poſt fidem in iudaiſmum tra-
ducti nō eſſent. **Vellē autem preſens
eſſe nūc apud vos ⁊ mutare vocez
meā quia cōfundoꝛ in vobis.** Prę-
ſens vult arguere illos: vt mutet vocē ſuaz
de laude in vituperationez eoꝝ: vt duplici
genere cōfundantur ⁊ de errore ſuo ⁊ rubo-
re apl̄i quē patiebatur apud eos: quib⁹ illos
ꝑtulerat. **Dicite mihi q̄ ſub lege vul-
tis eſſe legē nō legiſtis.** **Scriptū eſt
eñ: qꝛ abraā duos filios habuit:
vnū ex ancilla ⁊ vnum de libera.**
Hoc in geneſi habet: qꝛ cum ſara generare
nō poſſet: erat eñ ſterilis: agar ancillā ſuaz
obtulit viro ſuo abraę in cōcubinam: vt qđ
generaret adoptaret ſibi. Sic factum eſt vt
agar naſceret hiſmael. Poſt autē nutu dei
ꝓmiſſus eſt abraę filius de ſara vxore ſua
q̄ erat ſterilis: hęc peperit abraę iſaac. Tūc
cepit abraā duos habere filios: vnū de an-
cilla: ⁊ vnū de libera. **Sed quidē qui
de ancilla ſecūduz carnē natus eſt:
qui autē de libera per repromiſſio-
nē que ſūt ꝑ allegoriaz dicta.** Hiſma
el qui ex ancilla agar natus eſt: ſecūdū car-
nem natus ē: qꝛ iuxta cōſuetudinē natus ē.
Iſaac vero nō ſcđm cōſuetudinē ſed ſecun-
dum prouidentiā dei virtute nat⁹ ē: quippe
cum ſara ⁊ anus eſſet ⁊ ſterilis. In typū eni
chriſti natus eſt iſaac. Ideo hec per allego-
riam aſſerit dicta: vt aliud ex alio ſignificēt
ꝑſonę hiſmael ⁊ iſaac. Hiſmael eñ iudęoꝝ
ſignificat natiuitatez: vel eoꝝ qui ſerui pec-
cati ſunt. Iſaac vero chriſtianoꝝ qui i liber
tate naſcunt. Liber eñ fit qui accipit remiſ
ſionē peccatoꝛū. **Hec enim ſunt duo
teſtamēta.** Moyſes accipiēs ſanguinē vi
tuli in cratera: aſperſit populū dicens: Hic
eſt ſanguis teſtamenti qđ diſpoſuit de⁹ ad
vos. Hoc eſt qđ dixit: **Vnū quidem a
mōte ſyna in ſeruitutē generās: qđ
eſt ager.** Lex eñ in mōte ſyna data ē: quā
moyſes recitans populo librū hūc teſtamē-
ti appellauit: ⁊ tūc aſperſit ꝑpl̄m ſanguine: ſi-
cut dixi. Hęc lex reos tenuit peccatores: ⁊ cę
perūt ſerui eſſe peccati: facti filij agar quaſi
ancillę. **Syna aūt mōs eſt i arabia
qui cōiungitur huic que nūc eſt hie
ruſalem: ſeruiens cum filijs ſuis.**
Cauſā agar ſignificare dicit hieruſalē terre-
nā: id eſt ſynagogā quę i ſeruitutē generat:
qꝛ quos generat ſub pctō ſunt. **Illa aūt
que ſurſuz ē hierl̄m libera ē que eſt**



**mater noſtra.** Hęc quā matrē noſtrā di-
cit: regula eſt myſterij dominici per quā re-
naſcimur in libertatē: ſicut ⁊ ipſa libera eſt.
Ideo ⁊ cęleſtis dicit: qꝛ cęlū ſedes eius eſt:
⁊ quos generat ibi erunt cū ea. Sicut dicit
domin⁹: Pater quos dediſti mihi: volo vt Ioh.17.
vbi ego fuero ⁊ hi ſint mecū. Hęc eſt ⁊ vita:
qꝛ imoꝛtalitate donant qui credentes rena
ſcunt per eā. Sic eteni de dn̄o dictū ē: qꝛ qđ Ioh.1.
factū eſt in illo vita erat. Sicut eni pat ha- Ioh.5.
bet vitā: ita dedit ⁊ filio vitā: ⁊ vita erat lux
hominū. Hęc vita ⁊ lux: mater fideliū ē. In
eſaia hoc habetur qđ ſubiectū eſt. **Scri-
ptū eſt eniz: Letare ſterilis q̄ nō pa** Eſa.54.
**ris erumpe ⁊ exclama q̄ non partu-
ris: quia multi filii deſerte magiſq̄z
eius que habet virū.** Hanc terrenā hie
ruſalem virum habere dicit: qꝛ ſcđm carnez
generat: illā autē cęleſtem hierl̄m quā dicit
matrē noſtrā ſterilem appellat: qꝛ nō parit
ſecundū carnē: nec doloꝛes patit: hoc ē: nō
parturit. Generat autē ſine paſſione ſpirita
liter exclamans in lętitia: qꝛ deſerta aliqn̄ a
quo niſi ab adam: quia deſerta vita ſecut⁹
eſt moꝛtem: nunc plures filios habet ꝙ hęc
que habet virum: id eſt quę carnaliter gene
rat. Multo eni plures ſunt xp̄iani iudęis: ſi
cut dicit in apocalypſi: Et vidi turbam ma- Apocl.7.
gnā quā dinumerare nemo poterat ex om̄i
tribu ⁊ gente. **Vos autez fratres ſe-
cūdum iſaac ꝓmiſſionis filii eſtis.**
Hoc eſt nō carnis filios eſſe ſed dei: qꝛ iſaac
in typum natus ē filij dei: ⁊ vult eos ſubin-
tellige: qꝛ facti filij dei cōuerſi ſunt vt eſſent
filij carnis: ſi vero reſipiſcant ſunt filij dei.
**Sed quō tunc q̄ ſcđm carnē natus
fuerat perſequebat eū qui ſcđm ſpi
ritū: ita ⁊ nunc.** Nō ſolū hiſmael ſecūdū
carnē natus ē: ſ ⁊ eſau: qꝛ ⁊ ipſe i populi iu-
daici typuz nat⁹ eſt. De quo in malachia ꝓ
pheta ſcriptum eſt: Iacob dilexi: eſau vero Malachie.1.
odio habui. Hic ꝑſequebat iacob: qui i po-
puli xp̄iani figura vocatus eſt iſrael: hoc eſt
hō vidēs deū. Silr̄ ⁊ iudęos ꝑ inuidiam
perſequi ſignificauit xp̄ianos: vnde data
opera galatas euerterant carnali aſtutia.
**Sed quid dicit ſcriptura: Eijce an-** Geñ.21.
**cillaz ⁊ filiū ei⁹. Non eñ heres erit
filius ancille cū filio meo iſaac.** Hęc
verba ſare ſunt: quę typū habet hierl̄m cę-
leſtis de ꝓmiſſione generās iſaac: vt eiecto
filio ancillę: id eſt iudęo populo increduli-
tatis cauſa abiecto: ſerui enim peccati ſūt:
quibus data remiſſio pctōꝝ non eſt: heres
ſit filius liberę illius hierl̄m ſupernę qui eſt
popul⁹ nou⁹ regni cęloꝝ. **Itaq̄ nō ſu-
mus ancille filii ſed libere: q̄ liber-
tate nos xp̄s liberauit.** Fuimus igit
ancillę filij: dum peccatis eram⁹ obnoxij: ſ
accepta remiſſiōe pctōꝝ a xp̄o libati ſum⁹.

## Capitulum quintum.

**Sstate ergo ⁊ nolite iterū ſer-
uitutis iugo cōtineri.** Stāduz
monet in accepta gratia: ne redeun
tes ad vetera amittant donū libertatis qđ
fuerāt ꝯſecuti. **Ecce ego paulus dico
vobis: qꝛ ſi circūcidamini xp̄s vobis
nihil ꝓderit.** Nunc aperte veritatis et
auctoꝛitatis ſuę vim nō tacet dicens: Ecce
ego paulus dico vobis: id eſt: ego magiſter
gentiū cuius opus eſtis in xp̄o: palā vobis
dico: quia nihil ꝓderit vobis xp̄s ſi circum
cidamini. Ipſe eñ dn̄s ait: Lex ⁊ prophetę Luc.16.
vſq̄ ad iohannē: ex quo regnū cęloꝝ predi-
catur. Antequā ꝗ noua iciperet prędicatio:
opoꝛtuit circūcidi: nūc autē lege fidei ſucce-
dente: ea ſequēda ſūt quę rudis veritas iu-
bet: quia vet⁹ ⁊ nouū admiſceri non debet
auctoꝛitate dn̄i p̄dicātis. Ait eñ: Nemo eñ Matth.9.
additamētū rudis pāni aſſuit veſtimēto ve
teri. Tollit eñ foꝛtitudinē ei⁹ a veſtimento
⁊ maioꝛ fit ſciſſura: ac per hoc nō ſoluz nihil
ꝓderit fideli addita circumciſio: ſed oberit.
Maius eni malū eſt ex libero ſeruū fieri ꝙ
naſci. **Teſtificor aūt omni homini
circūcidenti ſe: qꝛ debitor eſt vni-
uerſe legis faciende.** Poſſunt aliqui le
gē aliquatenus ſeruare ⁊ nō circūcidi. Naz
multi romanoꝛū in iudęa ſeruabāt legē in-
circūciſi. Vnde dicit paulus apl̄s ad agrip-
pā regē iudęę: Scio rex agrippa: credis pro- Act.26.
phetis: Scio qꝛ credis. Et centurio cui⁹ ſer-
uus erat moꝛitur⁹: qui mittēs ad ieſū roga-
bat vt veniret ⁊ ſanaret ſeruū ei⁹: cui teſti-
moniū perhibētes iudęi dicebāt ad ieſum:
Dign⁹ eſt vt p̄ſtes ei: diligit eñ gentē nr̄az Luc.7.
⁊ ſynagogā ipſe ędificauit nobis. Nemo tn̄
circūciſus: nō totā legē ſeruat. Debitoꝛ eſt
eñ: qꝛ circūciſis data ē lex. Hoc iō dixit: qꝛ
⁊ virtute ſua ſibi credentes. Cui iō gloria in
chriſto ieſu: qꝛ per ipſuꝫ omnia ꝓſtat nobiſ.
Et quia honor patris in filio eſt: et i ecclia:
id eſt in populo quē ſibi adoptare dignatꝰ
eſt. In claritate eñ filioꝝ gloria patris ē: di
Matth.5. cente domino: Sic luceat lumen veſtrū co/
ram hominibus: vt videant opera vr̃a bo/
na ⁊ magnificent patrē veſtrū qui in cęlis ē.
In ſęcula ſęculoꝝ amē: id eſt in ęternū ve/
ritas.

## Capitulum quartum.

Obſecro itaqꝫ vos ego vinctꝰ
in domino: vt digne ambu/
letis vocatione qua vocati
eſtis. Hortatur eos: vt recte incedētes i ꝓ/
ceptis domini: ad promiſſam gliã poſſint
ꝑuenire. Sicut eñ peritꝰ medicꝰ obſecratur
infirmos: vt bene ſe agentes poſſint ſaluta
rem recipere valitudinē: ita ⁊ magiſter gen
tium hortatur vt fidei ſuę digna opera faci
entes: poſſint percipere quę ꝓmiſſa ſūt ſan/
ctis: ſciens glię ſuę eſſe huius rei profectū.
Cū omni humilitate animi ⁊ mo/
deſtia: cum magnanimitate ſufferē/
tes inuiceꝫ in charitate: ſollicite ſer
uãtes vnitatis ſpiritum in vinculo
pacis. Nunc diſſentionē ꝓhibet: charita/
ti autē ſtudendū monet: ne ſpiritum vnita/
tis ⁊ pacis amittant: ac per hoc vt inuicem
ſe ſufferãt cū patiētia. Modeſtia eñ profe/
ctum parit: qꝛ cum ſe inuicē tolerant cuꝫ le/
nitate animi monēteſ corrigunt̃ ad effectū:
⁊ pax in eis manebit: per quã filij dei nō im
merito vocabunt̃: qꝛ dixit dñs: Beati paci/ Matth.5.
fici: qm̃ filij dei vocabunt̃. Perturbatio eñ
⁊ inquietudo cōtentionē facit: quę ſolet eti/
am ea quę mala nouit velle defendere ne ce
dere videat̃. Hinc orit̃ diſcordia: quę corrū/
pit pacis fędera. Unū corpus ⁊ vnꝰ
ſpiritꝰ: ita vt vocati eſtis i vna ſpe
vocationis veſtre. Propter pacē ⁊ con
cordiam hęc ſubiecit: vt quia vnū corpꝰ eſt
ecclia: vnū ſapiat ꝑpls: qꝛ vnū ē qđ credit̃.
Unus dominus: vna fides: vnū
baptiſma: vnus deus ⁊ pater oiuꝫ
qui ſuper omnes eſt: ⁊ per oēs: ⁊ in
omnibus nobis. Adhuc vnitatem cō/
mendat: vt quia vnitas ē ad quã vocamur:
in nullo diſſentiamus. Si eni vnus eſt do/
minus: id eſt xp̃s: ſicut ⁊ ipſe ait in euange/
lio: Quia magiſter veſter vnus ē chriſtus. Matth.23.
Una fides: vnū baptiſma: vnus deꝰ ⁊ pat̃
omniū qui ſuper omnia eſt: ⁊ per omnes ⁊ i
omnibꝰ credentibꝰ: vnus debet eē ⁊ animꝰ
populi: quia hęc quę enumerat vnitat̃ ſūt.
Cōcordant enim in omnibus: patrē tamen
deum: qꝛ nulli debet qđ eſt: ſuper omnia eē
dixit ⁊ ꝑ omnes. Ideo ꝑ omnes: quia ex eo
omnes: et neceſſe eſt vt ſuper hęc omnia ſit

que ex eo ſunt. Et in omnibus nobis: id eſt
fidelibus. In nobis eſt eni per cõfeſſionez:
quia eũ fatemur: ⁊ quia ſpiritũ ſuum dedit
nobis per quẽ ſine dubio in nobis ẽ. In pa
ganis nõ eſt: quia pater chriſti negat eẽ ab
illis. **Unicuiqꝫ autem noſtrum da-
ta eſt gratia ſecũdum menſuraz do
natiõis domini noſtri ieſu chriſti.**
Nunc ne quia diuerſa in hominibus dona
ſunt: putarent officere vnitati: hoc purgat
nõ eẽ contrarium: qꝛ in donis officiorũ di-
uerſitas eſt: nõ nature. Unicuiqꝫ autẽ tan-
tum dicit dari gratie: quãtum donare dig-
natus fuerit dominus: non tamẽ ſine equi-
tatis menſura: qꝛ vnicuiqꝫ pro virib⁹ tribu-
et: vt tantum hauriat quãtũ ſitit. **Pro-
pter qd dicit: Aſcẽdens ĩ altum: ca-
ptiuam duxit captiuitatẽ: dedit do**
Ps. 67. **na hominibus.** Hoc ſcriptũ eſt in pſal.
lxvij. Dona tamen hec poſt triũphos cepit
largiri. Uincens eſt eñ mortẽ exaltatus in
Joh. 12. cruce: ſicut ipſe dixerat. Ait eñ: Cũ exalta-
tus fuero a terra omnia traham ad me. Ex-
poliauit inferos: cũ captiuos quos ex pre-
uaricatione ade: aut proprijs captos pec-
catis in ꝯditione tene bat: abſtulit cõſentiẽ-
tes ſibi: ⁊ aſcendens inde in celos induxit.
Ex quibus aliquanti reſurgẽtes in corpori-
bus: multis apparuerũt ad teſtimoniũ eui-
cte mortis: vt qui forte chriſti reſurrectionẽ
credituri nõ eſſent: ex horum reſurrectione
quos mortuos ſcirent rei fierent. Hos eniz
viderunt quos cognoſcerẽt dudum vixiſſe:
quãuis captiui inuiti ⁊ alieni ducant: ſalua-
tor tamẽ ⁊ ſuos duxit ⁊ voluntarios. Appa-
rentia enim ſua dum laceſſit deſiderantes
liberari: cepiſſe illos dicit. **Quod autẽ
aſcendit: quid eſt niſi quia etiã de-
ſcendit in inferiora terre?** Uerum eſt:
quia ideo deſcendit vt aſcẽderet: nõ ſicut ho-
mines qui ad hoc deſcẽderũt vt illic rema-
nerent. Ex ſententia eni tenebant apud in-
feros: que ſententia ſaluatorẽ tenere nõ po-
rat: quia vicit peccatuz. Triumphato ergo
diabolo deſcendit in cor terre: vt oſtẽſio ei⁹
ꝑdicatio eſſet mortuorũ: vt ⁊ quotquot cu-
pidi eius eſſent liberarent. Nec poterãt nõ
aſcendere: qui ad hoc deſcenderat: vt vi po
teſtatis ſue calcata morte: cũ captiuis quo-
rum cauſa pati ſe ꝑmiſit reſurgeret. **Qui
deſcẽdit: ipſe eſt qui aſcendit ſuper
omnes celos vt impleret omnia.**

Hoc eſt qd dicit dominus: Nemo aſcendit Joh. 3.
in celuz niſi qui deſcendit de celo: filius ho
minis qui eſt in celo. Qd quidem ⁊ in pſal.
continetur. Ait eñ: A ſummo celo egreſſio Ps. 18.
eius: ⁊ regreſſus eius vſqꝫ ad ſũmum eius.
Hic ergo deſcendens e celis in terram: ho-
mo natus eſt: poſt mortu⁹ deſcendit ad in-
feros: ex quibus tertio die reſurgens: ante
omnes mortales aſcendit ſuper cunctos ce
los vt illuſam mortẽ oſtenderet creature.

**Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apo-
ſtolos: quoſdã autem prophetas:
alios vero euãgeliſtas: quoſdam
vero paſtores ⁊ magiſtros ad con
ſũmationem ſanctorum ĩ opus mi-
niſterij.** Apoſtoli epiſcopi ſũt. Prophete
vero explanatores ſunt ſcripturarum: quã-
uis inter ipſa primordia fuerint prophete:
ſicut agabus ⁊ quattuor virgines prophe-
tãtes: ſicut cõtinetur in actis apoſtolorum:
ſꝫ propter rudimenta fidei cõmendãda: nũc
autem interꝑtes prophete dicunt. Euãgeli-
ſte diaconi ſunt: ſicut fuit philippus: qꝫuis
nõ ſint ſacerdotes: euãgelizare tamen poſ-
ſunt ſine cathedra: quẽadmodũ ⁊ ſtephan⁹
⁊ philippus memoratus. Paſtores ſunt et
poſſunt eſſe lectores: qui lectionib⁹ ſaginẽt
populum audientẽ: qꝛ nõ in pane tantũ vi-
uit homo: ſed in omni verbo qd procedit ex
ore dei. Magiſtri vero exorciſte ſunt: quia ĩ
eccleſia ipſi compeſcũt ⁊ verberãt inqetos:
ſiue hi qui lectionib⁹ imbuendi: infantes ſo
lebant imbuere: ſicut mos iudeorũ eſt: quo
rum traditio ad nos tranſitũ fecit: que per
negligẽtiã obſoleuit. Inter iſtos poſt epm
plus eẽ intelligitur: qui propter reſeratũ oc
cultum ſcripturarum ſenſum ꝓphetare di-
citur: ꝑſertim quia future ſpei verba depro-
mit: qui ordo nunc poteſt eſſe pſbyterij. Nã
in epo omnes ordines ſũt: qꝛ primus ſacer-
dos eſt: hoc eſt: princeps ẽ ſacerdotũ ⁊ pro-
pheta ⁊ euangeliſta: ⁊ cetera ad implẽda of-
ficia eccleſie ĩ miniſterio fideliũ. Tamẽ poſt
qꝫ omnib⁹ locis eccl'ie ſunt conſtitute: ⁊ offi
cia ordinata: aliter compoſita res eſt: qꝫ ce-
perat. Primum eñ omnes docebant: ⁊ om
nes baptizabant: quibuſcũqꝫ diebus vl' tẽ-
poribus fuiſſet occaſio. Nec eni philipp⁹ tẽ-
pus queſiuit aut diem quo eunuchũ bapti
zaret: neqꝫ ieiunium interpoſuit. Neqꝫ pau
lus ⁊ ſyleas tempus diſtulerunt quo optio-
nem carceris baptizarent cum omnib⁹ ei⁹.



Neqꝫ petrus diaconos habuit aut diẽ que
ſiuit: quando cornelium cũ omni domo ei⁹
baptizauit: nec ipſe ſed iuſſit fratribus qui
cum illo ierant ad cornelium ab ioppe. Ad-
huc eni preter ſeptem diaconos: nullus fu-
erat ordinat⁹. Ut ergo creſceret plebs ⁊ mul-
tiplicaretur omnibus inter initia conceſſuz
eſt: ⁊ euangelizare ⁊ baptizare: ⁊ ſcripturas
in eccleſia explanare. At vbi autẽ omnia lo
ca circumplexa eſt eccleſia: cõuenticula con
ſtituta ſũt: ⁊ rectores ⁊ cetera officia in eccle
ſijs ſunt ordinata: vt null⁹ de clero auderet
qui ordinatus nõ eſſet preſumere officium
qd ſciret nõ ſibi creditum vel cõceſſum: ⁊ ce
pit alio ordine et prouidentia gubernari ec-
cleſia: quia ſi omnes eadem poſſent: irratio
nabile eſſet ⁊ vulgaris res ⁊ viliſſima vide-
retur. Hinc ergo eſt vnde nunc neqꝫ diaconi
in populo predicant: neqꝫ clerici vel laici ba
ptizant: neqꝫ quocunqꝫ die credentes tin-
guntur niſi egri. Ideo nõ per omnia conue
niunt ſcripta apoſtoli ordinationi que nũc
in eccleſia eſt: quia hec inter ipſa primordia
ſunt ſcripta. Nam ⁊ timotheũ preſbyterum
a ſe creatũ epiſcopũ vocat: qꝛ primi preſby-
teri epi appellabant: vt recedente eo ſequẽs
ei ſuccederet. Deniqꝫ apud egyptũ preſby-
teri cõſignant ſi pꝛſens nõ ſit eps. Sed quia
ceperunt ſequẽtes pſbyteri indigni inueni-
ri ad primatus tenẽdos: immutata ẽ ratio
ꝓſpiciente concilio vt nõ ordo ſꝫ meritũ cre-
aret epm: multoꝝ ſacerdotum iudicio cõſti
tutum: ne indign⁹ temere vſurparet et eſſet
multis ſcandaluz. In lege naſcebant ſacer
dotes ex genere aaron leuite. Nũc eni oẽs
ex genere ſunt ſacerdotali: dicẽte petro apo
1. Petri. 2. ſtolo: Quia eſtis inquit genus regale ⁊ ſa-
cerdotale: idcqꝫ ex ipſo poteſt fieri ſacerdos.
**In edificationẽ corporis chriſti.**
Eccleſie ordinationẽ ad cõpaginationẽ hu-
mani generis: in ꝓfeſſionis vnitate dicit cõ-
poſitam vt diuerſi dignitate in chriſto oẽs
ſint: vnũ caput habẽtes chriſtum: hoc ẽ au-
ctorem vite. **Donec occurram⁹ om-
nes in vnitatem fidei ⁊ agnitionez
filij dei.** Tamdiu dicit manere ordinatio
nem: quãdiu cuncti deſtinati ad vitã vnius
ſint fidei in cognitionẽ xpi. **In virũ per
fectum: in menſuraz etatis plenitu-
dinis chriſti.** Ita elaborandũ hortat vt
ꝑfectio fidei apprehendat. Cui⁹ hec ratio ẽ:
vt chriſtum perfectum ⁊ plenũ deuz teneat

fides: ne menſura humana metiat: ſꝫ in ple-
nitudine diuinitatis quaſi perfectus deus
habeat. Nec eni perfectum dicens virũ: tẽ-
porali etate ⁊ menſura ſignificat: ſꝫ per hoc
dictum perfectos nos vult fieri in plenitu-
dine intellectus diuinitatis filij dei. **Ut
vltra nõ ſimus paruuli neqꝫ fluctu
antes et circumferamur omni ven-
to doctrine in nequicia hominum
in aſtutia ad remedium erroris.**
Fundatos ⁊ ſtabiles eſſe nos vult in diſci-
plina fidei catholice: quam petrus apoſto-
lus reuelante deo ꝓfeſſus eſt: nec ventilari
nos oberrãtes per diuerſarũ hereſum peſti
lentioſas aſſeuerationes nequitia humana
inuentas: vt per has fallẽtes inimici ſub ve
ri nomine error poſſit auferri. Hoc eñ reme
diũ ẽ falſitatis: vt ſub ꝑtexto veritatis idu-
cat errorem. Et nõ ſolum ſub veri nomine:
ſed ⁊ ne ſicut ante acceptam fidem ſenſu hu
miles vagabamur per diuerſos errores: fi-
deles facti diſcurrerem⁹ fragiles et dubij.
De ſpe promiſſa cõmonet: qꝛ iaz chriſtiani
facti fundati eſſe debent: quia ambiguitas
in fide noſtra nõ eſt: cõmendat eñ virtute
ꝓdigiorum. **Ueritatem autem faciẽ-
tes in charitate: augeam⁹ in ipſuz
omnia qui eſt caput chriſtus.** Hanc
dicit eſſe veritatem vt amorem chriſti reſpi
cientes quo dilexit nos ⁊ tradidit ſe pro no-
bis: omnia ſubijciamus ei: ſciẽtes quia oim
eſt auctor vite: vt quaſi capiti membra ſub-
dãtur. Ut ſi alij errore vl' maliuolẽtia nõ fa
tẽtur omnia caput habere chriſtuz: quia ab
ipſo facta ſũt voluntate patris: nos tamen
qui catholice fidei adherem⁹: hoc omni de-
uotione ⁊ cura agere debem⁹: vt huic fidei
nõ damnũ ſed lucrum afferamus: perſeue-
rãtes in hac aſſeueratione: vt cõprimantur
praue mentis colloquia: aduerſus veritatẽ
armata. **Ex quo totum corpus cõ-
pactum et cõnexum: per omnẽ iun-
cturam ſubminiſtrationis: in men-
ſurã vniuſcuiuſqꝫ partis incremen
tum corporis facit: ad edificatiõez
ſui in charitate.** Qua ratiõe xpm caput
eſſe omnium dixerit: docet. Ex ipſo eñ in-
quit omne corpus: id eſt omnis chorus ar-
changelorum et potentiarum: principum ⁊
poteſtatum ſubſiſtit. Quãuis enim ſingu-
la hec numeros proprios habeãt: et ſint le-
giones vt ipſe dominus dixit: quia ab vno

tamē per vnū ſūt: ſimul oīa vnū corpus appellat. Sicut enim membra cum ſint vnius corporis: diuerſa tamē ſunt actu ⁊ dignitate: ita ⁊ creatura condita eſt a deo per chriſtum: vt a cherubin ⁊ ſeraphin potētis quę ſub ſede dei ſunt: ⁊ angelis quos ipſe dominus ſanctos appellat: quaſi quędam concatenatio ſit: vſqꝫ ad firmamentum ordinata deſcendens: vt totum ⁊ iunctum ſit ⁊ meritis tamē diſcernatur. Meritis dico: nō ſolum officiorū ſed ⁊ naturarum. Nec eniꝫ qꝛ iuncta dicit omnia: vnius erūt naturę. Sꝫ quod in corpore membra faciūt diſcreta officijs nō natura: ita ⁊ in his omnibꝰ nō membra ſed naturę ipſe faciūt diſtinctiōes. Hoc eſt ergo qꝺ laboratur: vt ad vnum ſenſum redigatꝛ creatura: ⁊ in ſenſu vnū ſit corpꝰ dū omnium vna profeſſio eſt: vt cōcordet ī charitate creatoris ad ſuum profectum. Reędificat enim ſe in templum domini: deſtructa enim fuerat dementia et furore diaboli.

**Hoc ergo dico ⁊ teſtor in domino: vt nō ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulant in vanitate mentis ſuę: obſcurati intellectu: alienati a fide dei per ignorātiā que ē ī ipſis.** Manifeſtato creatore ⁊ ratōe oſtenſa quā ſequi debeat creatura: in fide dei ſui duntaxat cōteſtatur illos in deum: vt nō aliter incedāt vel ſentiant ꝙ docentꝛ: ne ſimiles gentilibꝰ inueniantꝛ qui nec fidem recipiunt nec conuerſationē quā mandat lex: obſcurū habentes ſenſum: ne cōtemplētur diuini nominiſ veritatem. Vana eñi ſectantes quę ſūt idolatria: infrenātur a diabolo: ne vnꝰ dei iter incedant: vt ſocios illos ſuę perditionis efficiat. **Propter ignorātiam que eſt in illis ⁊ duritiam cordis illorum: qui deſperātes ſemetipſos tradiderūt impudicitiis: in operatiōem immūdicie omnis ⁊ auaricie.** Gentiles futurę reſurrectionis deſperatione cecitatem cordis habere ſignificat. Quaſi eniꝫ vltra nō futuri vitam ſuā cōtaminātur turpiſſima operatione: nolentes ſe ſubijcere legi fidei: quia prohibet voluptatē propť ſpem vitę futurę. Quā hi idcirco ridēdam cēſent vt iure dehoneſtare ſe ⁊ aliena appetere auida cupiditate videātur: quaſi poſt hāc trāſpunctionem nulla ſit vita. **Vos autem nō ita didiciſtis chriſtuꝫ: ſi tamē illum audiſtis: ⁊ in illo edocti eſtis: ſicut eſt veritas in ieſu.** Manifeſtū eſt chriſtianos nō deſperationeꝫ poſt mortem hanc didiciſſe: ſed ſpem ad vtrumqꝫ. Fidelibus enim vita: perfidis vero promittitur mors: quę eſt pęna ęterna: vt ſiue mors ſiue vita in chriſto diſcatur: quia qui eum ſequitur per eum reſurget ad vitam: qui vero diſcernit ſe ab eo: per eum mancipabitꝛ gehennę: ipſo enim iudicante dānabitur. Et quoniam ſunt quidam in eccleſia: qui ſub nomine chriſti non ſequuntur chriſti veritatem: ideoqꝫ ſicut ē inquit veritas in ieſu: vt ſi ita docti ſunt: vt eſt veritas ī ieſu: tunc chriſtū didiciſſe: ⁊ illū audiſſe: ⁊ in illo docti eſſe videantur. Chriſtus eniꝫ de ſe docet quid ſit: ⁊ quantus credendus ſit: ⁊ quę ſpes ī eo ſit: ⁊ quales debeant eſſe credentes. Qui eniꝫ didicit chriſtum: ſcit illum a mortuis reſurrexiſſe: vt forma eſſet fidelibꝰ. Jōqꝫ magna ſpes eſt pro iſta morte amantibus deum.

**Ut exponatis ſecūdū priorem cōuerſationem veterem hominē: qui corrumpitur ſecūduꝫ deſideria erroris.** Qui chriſtum audiuit hoc didicit: vt recederet a cōuerſatione priſtina: quam veterem hominem nuncupat propter pręteritum ignorantię tempus. Homo itaqꝫ vnꝰ atqꝫ idē eſt: qui ſi priſtina vitia ſequitur vetus dicitur: ſi autem in nouitate vitę ambulat alienus a ſeculari errore: qui eſt ſiue in actu: ſiue ī ſenſu: rudis dicitur: nō vtiqꝫ ſubſtātia carnis aut animę: ſed intellectu ⁊ cōuerſatione vitę. Corruptus tamen vetꝰ homo dicitur propter adulterum ſenſuꝫ ⁊ turpem vitam. **Renouamini auteꝫ ſenſu mētis veſtrę et induimini nouū hoiem: qui ſecūdum deum creatus eſt in veritate ⁊ iuſticia.** Juſtum ⁊ verum eſt rectam viam ſequi. Hic autē rectaꝫ viam ſequitur qui deuotus creatori ſuo in voluntate eius ambulat: quā gētilitas neſcit. Innouatus enim ſpiritu mētis: nouuꝫ hominem dicitur indutus qui eſt chriſtus. Chriſtuꝫ enim induitur qui per fidem renatus in chriſto ęmulus eſt vitę: quā tradidit chriſtus: vt iuxta deum creatus videatur. In eo enim quis creatur ī quo ſapit: ⁊ ideo qꝛ veritas ⁊ iuſticia dei a gētibus ignoratꝛ. Cum eniꝫ credentes deum agnoſcunt creatorem: ſeruantes mandata eius: ⁊ iuſticia: et veritate creantur. **Propter quod depoſito mendacio loquimini veritatem vnuſquiſqꝫ cū proximo ſuo: quoniā ſumus inuicem membra.**



Quia in veritate ⁊ iuſticia creati ſumus renati in baptiſmate: idcirco vt in eo maneamus mendaciū deponere iubemur: aſſumpta veritate: nec dolo aliqđ cū fratre agere: vt quia vniꝰ corporis membra ſumus: cauſis noſtris in veritate inuicem faueamus.

**Iraſcimini et nolite peccare.** Quī iraſci quis nō pōt prohiberi: quippe cuꝫ ira motus ſit naturalis cōceptus ex cauſis: qui ſolet ad profectuꝫ pertinere delinquētis: idcirco iraſcendum dicit: ſed cōmonet ne per iram peccetur. Solemus eni modū egredi dum iraſcimur: ⁊ inuenimur ipſi peccare: ꝗ peccātes arguimus dum plus iraſcimur et amplius oneramus peccantem ꝙ meretur. Hoc ergo docet vt ipſa ira cum moderatione ſit: neqꝫ nimium quis iuſtum ſe prębeat delinquenti: quia ſolēt quidam ſic peccare vt tantis plagis affici videantꝛ: quātas non poſſunt ferre: ⁊ qui poterat forte corrigi: tollitur de vita nō ſine peccato iraſcētis. Hinc
Eccľ. 7. eſt vnde ſalomon: Noli inqt iuſtus eē multum: quia eſt qui perit in ſuo iuſto. Sꝫ imitatores dei eſſe debemus qui temperatam habet iuſticiam. Cū eni iuſtum eſſet plecti iniquos: patientia ſua ſuffert eos: vt aliqui ex eis corrigantꝛ. Nos ipſos ſeruos ſuos peccantes patitur: nec cito aliquem percutit.

**Sol nō occidat ſuper iracūdiaꝫ veſtram: neqꝫ locū detis diabolo.** Iram tranſire vult nec retinere in pectore: vt die orta cum die decidat: qꝛ ſi in animo manſerit: dat occaſionem diabolo gloriandi. Neceſſe ē enim iratus animꝰ male cogitet qꝺ cupit diabolus. Inuenit enim mentem paratam ad malum: cui ſe inſerēs effectu ſuo decipit hominem factum ad vitam: qꝛ hominis cogitare eſt diaboli implere.

**Qui furabatꝛ iam nō furetur: magis autem laboret operādo manibus quod bonum ē: vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.** Ut noui hominis cōuerſatio maneat: hortatur ne rurſum ad pręterita vitia ⁊ peccata redeatꝛ: ⁊ nihil proderit nouū dici: quādo vetus homo malis operibus approbatꝛ. Non ſolum ergo chriſtianꝰ aliena nō tollere iubetur: ſ; ⁊ de labore ſuo penuriaꝫ patientibus ſubminiſtrare: vt bonis operibus deditus rependat quę prius abſtulerat: ⁊ de cętero theſaurizet ſibi in futurum. Qui eni ceſſat a furto: veniam poteſt habere nō gloriam. Quid eni magnū aut cuius meriti ē ab alienis temperare? Ad meritū enim ꝓficit cum quis de proprio tribuit egenis. **Omnis ſermo malus de ore veſtro nō procedat: ſed ſi quis bonus ad edificationem fidei: vt det gratiā audientibus.** In dei ſeruo omnia debēt bona videri: nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari. Quid enim prodeſt mundā vitā habere ⁊ os ſordidum: cum dicat dominꝰ:
qꝺ vnuſquiſqꝫ verbis ſuis aut iuſtificabitꝛ: Matth. 12.
aut cōdemnabitur. Nec credibile poteſt videri bene viuere eum qui male loquatꝛ. Male enim loqui ad multa trahitꝛ vitia. Poteſt enim male lo qui qui turpiter fatur: et qui bonis detrahit: ⁊ qui cum dolo fabulatur: ⁊ qui mentitur: hęc errorem pręſtant. Bonę enim ⁊ ſobrię fabulę dant gratum exemplū audientibus: vt honorificent deum in verbis eius ędificati in fide chriſti. **Et nolite cōtriſtare ſpiritūſanctum dei in quo ſignati eſtis in die redemptionis.** Cum bene agimus: gaudet in nobis ſpirituſſanctus datus nobis: videns monita ſua proficere vtilitatibꝰ noſtris: ſicut di
ctū eſt a domio: Ita gaudiū erit ī cęlo ī vno Luc. 15.
peccatore pęnitentiam agente. Gaudet ergo ſpirituſſanctꝰ in ſalute noſtra: non ſibi qui nō indiget lęticia: ita econtrario ſi obedientes ei nō fuerimꝰ cōtriſtatur: qꝛ nō habet profectum in nobis. Uult eni nos pertinere ad vitam: nō tamē ſic cōtriſtatꝛ vt patiatur: quippe cum impaſſibilis ſit. Sed cuꝫ eum cōtriſtatum dicit: noſtri cauſa hoc ſignificat: quia deſerit nos eo ꝙ lęſerimꝰ eum ꝯtemnendo monita eius. Cōtriſtatio itaqꝫ eius: indignitas noſtra ē: quę filios nos dei prohibet appellari. Ipſe eſt eni ſpirituſſanctus qui ſignificat filios dei: manens in nobis. **Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blaſphemia: auferatꝛ a vobis: cū omni malicia.** Omnia hęc quę perniciem poſſunt pręſtare animis amouēda memorat. Per irā eniꝫ fit indignatio: per indignationem clamor: quaſi vox inſanientis: quę aliena eſt a dei ſeruo. Per clamorē ſurripit blaſphemia: ꝗ nō poteſt nō mala eē: hęc amarā pręſtat vi-

tam trahens ad moꝛtem. Ideoꝫ ab his oi-
bus cauenduȝ. Timoꝛ enim dei temperare
debet ⁊ modū imponere accidētibꝰ cauſis.
Sed quia poſſunt aliqui pꝛeſſa in aio ira et
clamoꝛe retinere maliciam ad retributionē
nacta occaſione: idcirco ſubiecit hęc aufer-
ri cum omni malicia: qꝛ nō ſolū blaſphema
re malicia eſt: verumetiam fingere pacē in
faciem: ⁊ in animo meditari diſcoꝛdiam.

**Eſtote autē inuicē benigni: miſe-
ricordes: donantes vobis: ſicut et
deus i chriſto donauit vobis.** Exē-
plo dei patris benignos ⁊ miſericoꝛdes in-
Luc. 6. uicē fieri exhoꝛtaꝛ. Sicut ⁊ dominꝰ: Eſtote
inquit miſericoꝛdes: vt ſimiles ſitis patris
veſtri qui in cęlis eſt. Si eñ deus per filiū
ſuū ſeruoꝛum miſertus ē: quātomagis ſer-
ui ipſi inuicem ſui debeant miſereri ⁊ dona
re ſi alter in alterū peccet? Hęc pꝛęcepta eiꝰ
ſunt: qui miſeratus eſt: qui ſi in his cōtem-
ptus fuerit: ſine dubio reuocabit ſententiā
per quā miſericoꝛdiaȝ dederat: ⁊ ita euenit
vt ſicut ait dominus i euangelio de eo qui
accipiens a domino miſericoꝛdiā: in conſer
uum ſuum impius depꝛehenſus eſt.

## Capitulū quintum.

**Stote imitatores dei: ſicut
e filij chariſſimi.** Hoc eſt qꝺ ſu-
pꝛa dixit: quia dei patris imitato
res eē iubemur: hac exhoꝛtatōe: vt ſi obau-
dierimꝰ: filij dei ⁊ chariſſimi habeamur. Hic
eni chariſſimus patris eſt filius: qui bono-
rum eius imitatoꝛ eſt. **Et ambulate i di
lectōe ſicut xp̄s dilexit nos: et tradi
dit ſemetipſuȝ pro nobis hoſtiam
et oblationem deo i odorem ſuaui
tatis.** Sicut dei patris imitatoꝛes nos eē
vult i benignitate ⁊ miſericoꝛdia: ita ⁊ chri-
ſti filij eius in dilectione: vt ſicut ille dilexit
nos tradens ſe pꝛo nobis: ita ⁊ nos iuicem
pꝛo nobis etiā animas ponere debeamus.
1. Joh. 3. Qꝺ etiā iohānes apoſtolus dixit: exemplo
domini pꝛo fratribus animas ponēdas. Si
ergo chꝛiſti moꝛs in odoꝛē ſuauitatis ē deo:
moꝛtem eius libenter accepit. Qꝺ ſi verum
eſt: nō peccauerūt qui illum ſecundū dei vo
luntatem crucifixerunt. Sed nō ita ē: quia
chꝛiſtus deo dicit ſe obtuliſſe dum occidi ſe
paſſus eſt: in dei patris ſui voluntate ꝑdu-
rans: quia qui iuſte occiditur diabolo ſe of-
ferens: voluntatem eius facit vt occidi me-
reatur. Ita ⁊ chꝛiſtus dū dei voluntati ad-
hęret diabolo diſplicuit: ⁊ ideo illū occidit:
qꝛ deo ſe obtulit iuſticiā exequēdo. In ob-
latione eniȝ iuſticia ſignaꝛ ⁊ veritas. Hanc
eni reſpicit deus: ⁊ hoc ē eius ſacrificiuȝ ac-
ceptum. Itaꝫ immeritus qui occidiꝛ pla-
cet deo: nō quia occidiꝛ: ꝟ quia vſꝫ ad moꝛ
tem iuſticiā cōſeruauit. Suſcepit eñ hanc
moꝛtē deꝰ chꝛiſtꝰ ad vitā: vnde ⁊ odoꝛ ſua-
uitatis appellaꝛ deo. Ad romanos tamē di-
cit: Quia deꝰ illū tradidit pꝛo nobis oibus: Ro. 8.
Nunc quęrendū eſt: quomō deus tradidit
illum: aut quomō ſe ipſe obtulit deo. Nam
hoc quantum ad verba pertinet videꝛ con
trarium. Deꝰ illū tradidiſſe dicaꝛ: dum illū
occidi permiſit: ſicut dicit dominꝰ ad pilatū:
Nō haberes aduerſum me poteſtatem: niſi Joh. 19.
data tibi eēt deſuper. Data eſt eni ſed non
nolenti poteſtas: hoc eſt: permiſſum ē illi fa
cere qꝺ voluit: ⁊ hoc eſt tradere. Duȝ enim
diſſimulat tradit. Si eni noluiſſet permitte
re nō fuiſſet occiſus. Permiſit ģ occidi eum
ſed ab his qui eū volebant: nō coacti ꝟ ſpō
te occidere. Nō ģ imuneſ a pęna ſūt: qꝛ hoc
eis permiſſnm eſt qꝺ volebant. Damnatio
eni in eo cōpetit: quia voluerunt. Qꝺ ideo
tamen permiſit deus: quia ſcit iſtud aduer-
ſum diabolum futurū pꝛo multis. Dignuȝ
eni fuit vt qꝺ inimicus impꝛęſcius futuroꝝ
contra ſe quaſi pꝛo ſe facere putabat: ꝑmit-
teretur ei: vt in pꝛęſcientiam ſuaȝ ſibi impu
tans facti ſui pęnitentia toꝛquereꝛ. Qꝺ au-
tem chꝛiſtus ipſe ſe obtulit aut deus illum
tradidit vnū eſt: quia amboꝛum vna volū-
tas eſt. **Fornicatio autē ⁊ omnis
imundicia aut auaricia: nec nomi-
netur inter vos ſicut decet ſāctos.**
Manifeſta ſunt quę dicit: Qꝫ tamē grauis
res ſit auaricia a qua diſſimulamus: quādo
foꝛnicationi ⁊ imundicię cōparaꝛ: ⁊ ſic a no-
bis videtur quaſi quędam culpa nulliꝰ mo-
menti cuȝ ſit graue peccatū. Sancti ergo eē
non poſſunt in quibus aliquid hoꝛum quę
pꝛohibet fuerit repertum. **Aut turpitu-
do aut ſtultiloquiuȝ aut ſcurrilitaſ
que ad rem nō pertinet: ſed magis
gratiarum actio.** Quoniā quidā ſolent
aliquid turpe agere: aut ſtultiloquijs iocuȝ
mouere quaſi nō ſit peccatū: hoc pꝛohibet:
quia dei ſerui ſemꝑ ſobꝛij ⁊ modeſti debent
videri. Per ſtultiloquia eni peccatur. Un-



Prouer. 10. de ſalomon: Stultꝰ inqt ꝑ riſuȝ agit mala.
Matth. 12. Et dn̄s in euāgelio dicit: Quia omne vbū
ociosum qꝺ locuti fuerint hoies reddent de
eo rōnem in die iudicij. Nec multa poſſunt
diſcerni quę idcirco dicunꝛ: vt ad alicuiꝰ ꝑ-
tineāt cōtumeliā: iō ad rem ſalutarē nō per
tinent hęc. Quare hęc agenda ⁊ loquenda
monet: quę ad vtilitatē ꝑficiāt noſtrā ⁊ dei
Ps. 1. laudē: in cuiꝰ lege meditādū ē die ac nocte:
ſicut ſcriptū eſt in pſal. pꝛimo. Ex cōuerſa-
tione eñ ⁊ moꝛibꝰ dei ſerui etiā tacētes in-
telligendi ſunt: vt quātum diſtat verum a
falſo: tantum diſtent dei ſerui a ſeruis dia-
boli. **Hoc eñ ſcitote ꝙ omnis foꝛ-
nicator aut imundus aut auarꝰ qꝺ
eſt idolatria nō habet hereditateȝ i
regno dei et xp̄i.** Qua cā amouēda ſūt
hęc oſtendit: quia q̄ talis fuerit: partē in re-
gno cęloꝝ nō habebit: qꝺ ē pr̄is ⁊ filij. Ut
auariciā tñ rē periculoſaȝ eē doceret: idola-
triam hāc nuncupat: qua nullū pctm̄ maiꝰ
eſt. Uideamꝰ ergo cur auaricia idolatria di-
catur. Idolatria dei honoꝛificentiā vſurpat
⁊ vendicat creaturę: cū i nomie diuinitatis
qꝺ ſoli cōditoꝛi cōpetit: participē illi aſſerit
eius facturā. Auaricia autē idcirco huic ex-
ęquata eſt: quia ſimiliter ea q̄ dei ſūt ſibi vſur-
pat ⁊ recondit auarus: vt quę vſibꝰ omniū
cōceſſit cōmuniter: auaricia denegat: quā-
do idcirco hęc cōgregat apꝺ ſe ne alij vtāꝛ.
Quę res facit vt care venūdent: ne paupe-
res viuant. Si eñ minime recōderenꝛ. abū
dantia omniū rerum faceret vilitatē. Deni
ꝫ apud veteres: quia auaricia nō erat nec
caritas. Recte ergo idolatrię cōparata eſt:
quia multos lędit: creatoꝛi ſimiliꝛ inimica.
Uult eñ deus ac iubet de his quę creauit
ſubueniri pauperibꝰ: auaricia contradicit:
Uide an ſine diabolo poſſit eſſe. **Nemo
vos ſeducat inanibꝰ verbis. Pro
pterea eñ venit ira dei in filios dif
fidentie. Nolite ergo effici ꝑticipeſ
eoꝛum.** Inanes ſermones vani ſunt: va-
nitas autē idoloꝛū cultura eſt: quę vtiꝫ nō
ex ęquo initium habet ſed de erroꝛe. Docet
ergo ne hoꝛū verbis aſſenſus pꝛębeaꝛ. Per
ſtrepunt eñ ſemꝑ ⁊ ſeductione q̄dā fallacię
contra fidem: conſuetudinem antiquitatis
obtendunt: rationē ꝑſentiū nō ſpem futu-
roꝛum aſſerendā iudicātes. Ideo venit ſuꝑ
hos vindicta de cęlis: vt ſciant veruȝ eē qꝺ
credere noluerunt. A qua vanitate dei ſer-
uos longe docet debere diſcretos eē: ne ꝑti
cipes fiant pęnę illoꝛuȝ. **Fuiſtis aliq̄n
tenebre: nūc autē lux in dn̄o.** Tene-
bꝛe ignoꝛātię ſūt: qꝛ nemo videt i tenebꝛis.
Ignoꝛantia vo gētilitas ē ſiue perfidia a q̄
dei gratia ad fidem tracti ſunt: facti lux: id
eſt veritas: qꝛ in luce manifeſtanꝛ quę ſunt.
Deniꝫ pagani in tenebꝛis myſtica ſua cęle
bꝛantes in ſpeleo velatis oculis illudūtur.
Ex his chꝛiſtiani facti cognita veritate: filij
lucis dicunꝛ: qꝛ deus lux ē: cuius fidē in veri
tate ſuſcipiūt. **Ut filij lucis ambula-
te. Nā fructus lucis in omni boni-
tate ⁊ iuſticia ⁊ veritate eſt.** Hoc dicit
vt ſic cōuerſenꝛ vt nō imerito filij lucis dicā
tur. Opera eni lucis palaȝ ſine timoꝛe fiūt:
tenebꝛarū autem opera in occulto: qꝛ illici-
ta ſunt: omne eni peccatuȝ palā fieri timet.
**Probate quid ſit qꝺ placet deo.**
Ex magnificentia ſanctitatis ⁊ bonitatꝭ ꝑ-
pendi poteſt: quibus deus operibus dele-
ctetur. Ipſe eñ dixit: Sancti eſtote: ſicut et Leuit. 19.
ego ſanctus ſum: dn̄s deus veſter. Et dn̄s:
Eſtote ait miſericoꝛdeſ: ſicut ⁊ pater veſter: Luc. 6.
hęc placent deo. In ſanctitate eñ purifica-
tio: in miſericoꝛdia vero plena ⁊ ꝑfecta iuſti
cia eſt. **Et nolite cōmunicare operi-
bus infructuoſis tenebrarum.** Mo
net ne maloꝛū actibus per cōſenſum pollua
mur: qui ſunt infructuoſi erga bonū ⁊ que-
ſtuoſi ad malum. **Magis autēȝ ⁊ ob-
iurgate que i occulto ab eis fiunt:
turpe eſt etiā iam dicere.** Nō ſolū alie
nos vult eos eē a malis actibꝰ: ſed ⁊ argue-
re mala facta eoꝝ qui in occulto turpiꝛ ope-
rātur. Tūc eñ pꝛobanꝛ peccata ſi arguanꝛ:
vt admirenꝛ filios lucis a quibꝰ cū iuſte ar-
guunꝛ contradicere nō poterūt: ꝟ magis eos
reuerebunꝛ. **Oia aūt cum obiurgāꝛ
manifeſtantur.** Uerū ē: quia tunc vidē-
tur peccata cum obiurgantur: quia qui pec
cat quādiu nō coꝛripitur: minime ſibi videꝛ
peccare. **Omne enim qꝺ manifeſta-
tur lux eſt.** In manifeſto ambiguitas nō
eſt: neꝫ excuſari poteſt qꝺ palam delictum
eſt. Sicut eni apparente ſole diem eē negari
iaȝ nō pōt: ita ⁊ manifeſtato peccato obiur
gatio falſa videri. **Et exurge de moꝛ-
tuis et continges chriſtum.** Doꝛmiti
onem hanc: ſtupoꝛeȝ mentis ſignificat: quę
alienatur a vera. Alienatio vero hęc ſpes
moꝛtis eſt. Ex qua reſurgere commonetur:

vt reſipiſcens agnoſcat veritatem quę eſt
chriſtus. Perfidi ergo et vitioſi demerſi in
cęnum ſub deſperatione vitę: vt reſurgant
ſiue emergant admonentur et habeant par
tem cum chriſto: vt de tenebris tranſeant
ad lucem ꝛ a morte ad vitam. **Uidete
ergo quomodo caute ambuletis:
nō vt inſipiētes ſed vt ſapiētes: re/
dimētes tēpus qm̄ dies mali ſūt.**
Quoniā ſuperius perfidiā ꝛ vitia vitę a dei
ſeruis arguenda mādauit: nūc vt prudēter
ea ipſa arguanꝰ propter ſcandalū ſubiecit:
vt inter perfidos cū prudentia cōuerſādum
ſit: maxime tempore quo perfidi regnant ꝓ
ſumētes de rege ꝓphano: vt ſi viderit chri/
ſtianus inquietū ꝛ iracundū cōtradictorem
diſſimulet ab eo: ne eū q̄dē incitet ad blaſ/
phemiā ꝛ tēpeſtatē mouendā: Illic autem
verba faciat: vbi datur facultas. Qm̄ eniꝫ
inter potentes ꝑfidos interrogatus q̄d ſit:
tacere nō debet: nec negare qđ ē: ita ꝛ ſi me/
tus eſt inter eos diſputare diſſimulandū ē:
quippe cū detrimentū ſit ſeminare ſupra ſpi
nas. Hoc eſt eni prudentis ſcire queādmo/
dum vnicuiqꝫ reſpondeat. Eſt em̄ qui quā/
uis perfidus ſit: nō tamē penitus intracta/
bilis eſt: vt nec audire ſe patiaꝰ verba fidei.
Eſt iterū in quo ſic feruet zelus perfidię: vt
nō tantū nō cum illo ſed nec ꝑſente illo tra/
ctetur de fide: perſtrepente enim illo ꝛ blaſ/
phemante multis ſit ſcandalum. Uñ pau/
lus ꝛ barnabas cū aduerſum ſe blaſphemā
tes audirent: excutientes veſtimenta ſua re
ceſſerunt ab eis. **Ideo nolite effici im
prudētes ſed itelligentes que ē vo
luntas dñi.** Dominus ieſus paci ſtuden
Ro.12. dum monet. Et vas electōis: Si pōt inquit
fieri qđ ex vobis eſt cum omnibus pacē ha/
1. Timoth.2. bentes. Et ad timothęū: ſeruū ait dñi: non
oportet litigare ſed manſuetū eſſe ad oēs.
Hęc eſt volūtas dñi: vt quę agenda ſunt a
ſeruis eius: cū modeſtia aganꝰ. Perturba/
tio em̄ ꝛ ſtrepitus ſiue cōtentio cū animoſi/
tate inimicitiam generat. Hęc ergo propter
ſuperiora ſubdidit: in quibus vult dei ſer/
uos corripere delicta hominū peccatoꝝ: vt
quia per hoc ſolet oriri diſſenſio ꝛ rixa: cum
temperantia ꝛ manſuetudine arguant pec/
catores: ne ad iracundiam prouocati inſili/
ant ad litem. Ideoqꝫ prudēter iſtud curan/
dum monet: vt ſit profectus. **Et nolite
inebriari vino in quo eſt luxuria.**
Sobrij poſſunt habere fiduciam arguendi.
Bona eni cōuerſatio terrorē incutit delin/
quenti: nec poterit qui arguiꝰ aſpere ferre
quia reprehendiꝰ: quādo ſcit optimā ꝯuer/
ſationem monentis ſe. Nam vbi ebrietas ꝛ
luxuria eſt: luxuria prouocat turpitudineꝫ.
Quāobrem ſobrios eos eſſe cōuenit: vt bo
nę cōuerſationis iura ſeruenꝰ. **Sed im/
pleami ſpū loquentes vobis i pſal
mis et hymnis et canticis: cātātes
et pſallētes i cordibus veſtris deo.**
Rationabilem vitam diligit ſpiritus ſanct⁹:
quia ſi bene vixerimus: implebimur eo: vt
memorat ad confitendum ꝛ extollendū dei
donum: diuerſo vocis canore: vt laus i deū
omni lingua canaꝰ. In quo eniꝫ eſt ſpirit⁹:
ſemper ſpiritalia meditaꝰ: vt non in labijs
tantum ſit: ſed de corde prorumpat: propꝰ
vet⁹ dictū dñi per ꝓphetā. Ait em̄: Plebs Eſa.29.
hęc labijs me honorat: cor autē eorū longe
eſt a me. **Gratias agentes ſemꝑ ꝓ
omnib⁹ in nomie domini ieſu xpi
patri ꝛ deo ſubiecti inuicem i timo/
re xpi.** Deo gratias in omnibus donis ei⁹
agere iubemur: qui etiaꝫ adoptare dignat⁹
nos eſt per chriſtum filiū propriū per quem
cognouimus eū: ꝛ didicim⁹ in ſpiritu deū:
quia deus ſpiritus ē: ad orandū alter alteri Ioh.4.
ſe ſubijciens propter timorem chriſti: q̄ hu/
militatem exequēdā mandauit. **Mulie
res viris ſuis ſubditę ſint: ſicut do
mino: qm̄ vir caput ē mulieris: ſic
ꝛ xps caput eſt ecclie: ipſe ſaluator
corporis. Sꝫ ecclia ſubiecta ē xpo:
ita ꝛ mulieres viris ſuis in oibus.**
Mulieres ſubditę eē viris naturali lege iu/
benꝰ: qꝛ mulieris auctor vir ē. Uñ ſicut dño
inquit: ita viris ſubditę eē debēt. Hinc ſara
dominū vocabat abraam. Sicut em̄ caput
ecclię chriſtus eſt: ita ꝛ vir mulieris. A xpo
enim eccleſia ſūpſit initiū: vnde ſubiecta ē
illi: ita et a viro mulier vt ſit ſubdita. In eo
tamen diſtat: quia mulier conſubſtantia vi
ro ē: eccleſia aūt in nomine poteſt nō in na/
tura participari chriſto. **Uiri diligite
vxores veſtras: ſicut ꝛ chriſtus di/
lexit eccliam et ſemetipſuꝫ tradidit
ꝓ illa vt eam ſanctificaret mūdans
lauacro aque i verbo: vt exhiberet
ipe ſibi gl̄ioſam eccleſiā nō habēteꝫ
maculā aut rugā aut aliq̄d hmōi vt
ſit ſancta et imaculata: ita et viri de**



**bēt diligere vxores ſuas.** Mulieres
humiles eſſe iubenꝰ: ꝛ reuerentiā habere vi
rorum. Uiri vero ita diligere mulieres ſuaſ
admonentur: vt etiā animas ſuas pro illis
ponant: cauſa dilectionis zelum habentes
circa affectum eaꝝ ꝛ diſciplinam vt religio/
ſę ꝛ ſanctę ſint. **Suū corpus diligit q̄
vxorem ſuā diligit.** Naturali rōne mu/
lier portio corporis viri eſt: ac per hoc vir in
muliere ſe ipſum diligit: qm̄ ſi fornicet in ſe
Gen.2. ipſū peccat: qꝛ duo in carne vna ſunt. Non
ꝫ perſonę ſubſtātiā diuidūt: vt per ꝑſonas
numer⁹ fiat naturę: ꝫ ſūt in vnitate naturę.
**Nemo eni vnquā carnē ſuā odit:
ſed nutrit et fouet eaꝫ: ſicut xps ec/
cleſiam.** Exemplo ſaluatoris: viros vxo/
res ſuas diligere hortaꝰ: ſicut chriſtus cor/
pus ſuū nutrit ꝛ fouet: ita ꝛ vir mulierē: qꝛ
caro eius eſt. **Quoniā mēbra ſum⁹
corporis ei⁹: de carne ipſi⁹ et de oſ
ſibus eius.** Hoc ſpiritaliter intelligēduꝫ
eſt. In eo em̄ dixit nos eſſe mēbra ei⁹ qꝛ ca/
put eſt ipſe totius ecclię: vt qꝛ per ipſū eſſe
cępim⁹: caput noſtrū dicatur: quaſi ex quo
omne corpus ſubſiſtat: vt mēbra eius om/
nis ſpiritalis creatura ſit: ſi tamen in nomi/
ne ei⁹ genu flectat. **Propꝰ hoc relin/
quet homo patrē et matrē et adhe/
rebit vxori ſue: et erūt duo in carne
vna.** Ad vnitatē cōmendandam vnitatis
dedit exemplum: vt ſicut vir ꝛ mulier vnuꝫ
ſunt per naturā: ita ꝛ xps ꝛ ecclia vnū intel/
liganꝰ eſſe per fidem. **Myſterium hoc
magnū ē: ego aūt dico in xpo et i ec/
cleſia.** Myſterij ſacramētū grāde: i vnita/
te viri ac fęię eē ſignificat. Nec ħ ꝓdit ꝫ aliā
cauſā q̄ nō diſcordet a memorato myſterio
flagitat: quā ſcit ad profectū hūani generis
pertinere: hoc eſt eccleſię ꝛ ſaluatoris: vt ſi/
cut relictis parentib⁹ homo vxori ſuę adhę/
ret: ita ꝛ relicto omni errore eccleſia adhęre/
at ꝛ ſubijciatur capiti ſuo qđ eſt chriſtus.
**Uerūtamē et vos ſinguli vnuſq̄ſ/
qꝫ ſuā vxorē vt ſe diligat: mulier au
tem vt timeat virū.** Qm̄ vna natura in
viro ꝛ femina ē: idcirco vir q̄ſi ſeipſū ita mu
lierē diligere cōmoneꝰ: mulier aūt qꝛ ꝑſona
inferior ē ꝯditōis cauſa nō naturę: viro ſub
iecta: timere aūt cum iubetur.

## Capitulum ſextum.

**F Ilij obaudite parētib⁹ vrīs.
hoc em̄ iuſtū ē. Honora pa/**
Exo.20. **trem tuum et matrē.** Lex daꝰ filijs: vt
qꝛ parētib⁹ auctorib⁹ ꝯſtat obediāt eis. Iu/
ſtū ē em̄ vt reuerentiā exhibeant eis: per q̄s
ſunt. **Qđ ē mādatū primū ꝓmiſſi/ Ab.6.
onis: vt bene ſit tibi et ſis longeu⁹
ſuꝑ terrā.** Promiſſio hęc i exodo cōtineꝰ:
vt honorifici ſint parētes ꝛ bñ eēnt ꝛ proue/
ctoris fierēt etati. Quō tñ hoc primū māda
tū dixit: cū ꝯſtet primū mādatū ita ꝯtineri:
Nō ſint tibi alij dij ꝑter me. Deide: Nō fa/
cies tibi vllā ſilitudinē q̄ ſūt i cęlo ſurſū ꝛ in
t̄ra deorſū. Tertiū: Nō ſumeſ nomē dñi dei
tui iuanū. Quartuꝫ: Obſeruabis inq̄t ſab/
bata mea. Quītū aūt: Honora pr̄eꝫ ꝛ mr̄eꝫ
ꝛ cętera. Sꝫ qꝛ prima q̄ttuor mādata ad de
um ꝑtinēt: hęc i prima tabula ꝯtineri ſubin/
telligūꝰ. Cętera ad hoieꝫ: vt honoret parē/
tes: non occidat: nō fornicet: nō furetur: nō
falſum teſtimonium dicat: neqꝫ q̄cq̄ꝫ proxi/
mi ſui concupiſcat. Hęc ſex mandata in ſe/
cūda tabula videꝰ ſcripta: quoꝝ primū eſt:
honora pr̄eꝫ ꝛ matrē. Hac cā ꝫ dixit: qđ eſt
mādatū ꝑmū i ꝓmiſſiōe: vt diſcerneret inꝰ
mādata q̄ ad deū ꝛ inter ea q̄ ad hoiem ꝑti/
nēt. **Et pr̄es nolite ad iracūdiā ꝓ/
uocare filios vr̄os: ſed educate il/
los i diſciplina et correptione dñi.**
Ut lex poſſit ſeruari q̄ cautū eſt vt filij ho/
norificēt parētes: parentibus q̄ꝫ alia lex ab
apl̄o daꝰ: vt ſic imbuāt filios: ne mādata le
gis ꝯtēnant: qꝛ ſi i tiore dñi fuerint enutriti
poterunt obſeruare q̄ ꝑcepta ſūt. Nā ſi ad
irā ꝓuocāt filios: nec ipſi modū legꝰ cuſtodi
unt. Cogere em̄ eos videꝰ vt ꝑuaricatores
inueniaꝰ. In ira eniꝫ nemo agnoſcit quid
ſit vtile: idcirco temperātiam parentum ex/
emplo debent addiſcere: vt quę vtilia ſunt
ſectentur. Meminiſſe enim debent patres
quia ꝛ ipſi fuerunt filij: ꝛ noluerūt vtiqꝫ ex/
acerbari a patribus. Filij quoqꝫ cognoſce/
re debent qꝛ futuri ſunt patres: et nolunt
inhonorari ab eis. Idcirco vtriqꝫ exhibeāt
inuicem quod exquirunt ad inuicem.
**Serui obedite dominis carnali/
bus cum timore ꝛ tremore: in ſim/
plicitate cordis veſtri ſicut chriſto.**
Quoniā omniū ſublimior et ſola potēs eſt
religio noſtra: ꝛ quę credentibus cęlorū re/
gna pollicet. Ne hac igiꝰ cauſa ſupbia na/
ſceretur hominibus: omnes debita cōditio
num ꝛ officiorū pręſentiū iubenꝰ exoluere:
vt ꝛ magis incitent perfidorum animos ad
culturā dei: quā vident ꝛ iuſtam ꝛ humileꝫ:

Videntes aūt deum melioraſſe ſeruos: ⁊ in reddendis obſequijs fideliter ꝑfeciſſe. Serui quoqꝫ dum cernunt manſuetudinē dominorum omni auiditate concupiſcūt fidem: cuius tā placidis retinaculis gubernat humana officia. Nam ⁊ qui in conditione eſt: ſi habuerit famulū nō vult cōtemni ab eo: ideoqꝫ nec ipſe debet contēnere dn̄m ſuū: ⁊ ſicut vult agere ſecū dominū ſuum: ita et ipſe agere debet cum ſeruo ſuo: ⁊ ſic poterit placere deo. **Nō ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placētes facientes volūtatem dei ex animo cum benignitate ſeruiētes dn̄o ⁊ nō hominibus: ſciētes ꝙ vnuſquiſqꝫ qđcūqꝫ fecerit bonum hoc cōſequetur a domino ſiue ſeruꝰ ſiue liber.** Propter timorem dei iuſta ⁊ fidelia vult hominibus exhiberi ſeruitia. Deo enim ſeruit cuiꝰ tura in obſequijs dn̄i carnalis cuſtodit: quē ſibi pro iuſtis actibꝰ in die iudicij vicē reddere ⁊ ceteris omnibus audit teſtari. Que res poteſt proficere etiā ad ſalutē dominorum. Videntes eniꝫ ꝙ difficile eſt ſeruos ꝑ dei gratiā factoſ fideles miniſtros: poterūt dei gloriam collaudare. **Et vos domini eadem facite ad illos: dimittentes minas: ſcientes qđ ⁊ veſter ⁊ illorū dominus eſt in celis: ⁊ perſonarum nō eſt acceptio apud deum.** Nō ignorantes vtiqꝫ carnales domini: deū omniū dominū eſſe cōmunē: talia exigant
Matth. 7. ſeruitia: qualia a ſe exigi nō ferant egre. In qua em̄ quis mēſura menſurauerit: remetietur illi: dominus em̄ iuſtꝰ iudex: cauſas diſcernit nō perſonas. **De cetero confortamini in domino ⁊ in potētia virtutis eius.** Poſt omnia merita ⁊ hortamenta ⁊ diſciplinę ordinē traditū religioſe ⁊ diſpoſitionē myſterij manifeſtā: robuſtos illos vult eſſe in fide: fiducia poteſtatis dei: vt ſcientes firmam eſſe ſpem promiſſionis: prompti ſint circa obſequia dei erigētes gubernacula contra fluctos excitos impudentia inimici. Tempeſtatē eni dei ſeruis commouet: ſed ipſe naufragiū facit. **Induimini vos armis dei: vt poſſitis ſtare aduerſum natiōes.** Arma dei fides eſt ſtabilis: per quā ſolaꝫ ſemper victus eſt ſathanas. **Qm̄ nō eſt vobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguineꝫ ſed aduerſus pricipatus ⁊ ptātes huius mūdi: tenebrarū harum rectoreſ: aduerſuſ ſpiritalia nequicie in celeſtibus.** Certꝰ apoſtolus qꝛ exitia quę a perfidis dei famulis irrogant: auctore diabolo miniſtrant: cuius altitudo grandis ⁊ hominibus impoſſibilis ē: monet aduerſus hęc arma dei ſumēda cuiꝰ ſoliꝰ virtute ſuperāt ⁊ deſtruūt oīa machinamēta eiꝰ. Ipſe eſt eni cuius ſatellites ſunt: quos tenebrarum harum dicit rectores ſpiritus nequiſſimi qui degunt in celeſtibꝰ in firmamēto mundi. Hi ſūt erroris duces: tenebraruꝫ rectores: hoc eſt ignorātię ⁊ perfidię prępoſiti. Rectores eni tenebrarū in peruerſū intelligendi ſunt gubernare quaſi incredulitatis magiſtri. **Ideo accipite vniuerſitatem armorū vt poſſitis reſiſtere malo: et in omnibus perfecti ſtare: ſuccincti lumbos veſtros ī veritate: et induti loricam fidei et calciati pedes ī preparatōe euāgelii pacis; Super his oībus aſſumētes ſcutū fidei ī quo poteritꝭ omnia tela maligni ignita extiguere: et galeam ſalutis et gladium ſpūs qđ eſt verbum dei.** Quoniaꝫ contra atrociſſimos hoſtes et omni tergiuerſatione callidos belluꝫ gerimus: idcirco omni cautela ⁊ ſollicitudine vigilare debemus: vt quacunqꝫ temptauerint munitos nos ⁊ prępararatos inueniant. Neceſſe ē em̄ vt ⁊ deꝰ adiuuet: quos viderit in ꝑcibꝰ vigilare: ⁊ de armis eiꝰ expectare victoriā. In huiuſmōi aūt bello ſobria mente opus ē: ⁊ pura cōſciētia: qꝛ nō cōtra carnalia nequicie ſ aduerſus ſpiritalia dimicaꝣ. Cōtra terrigenos em̄ hoſtes corpus ſagina roboratur: ⁊ poculis mens incitatur: vt repugnādi ſumat audaciam. Aduerſus ſpiritalia enim nequitię: ſpiritaliter repugnandum eſt: ⁊ ſobrietatis ⁊ abſtinentię arma ſumenda ſūt: vt infuſi ſancto ſpiritu immundos ⁊ erraticos ſpiritus deuincamus. Sic itaqꝫ ſuccingemus lumbos noſtros in veritate: ſi parati ſumꝰ errori reſiſtere. Ois enim qui operari vult ſuccingit ſe: vt ablato impedimento diligentius operetur.

**Per omnē orationem ⁊ precem orantes in omni tempore ī ſpiritu ⁊ in ipſum vigilātes: in omni perſeuerātia ⁊ obſecratiōe pro omnibuſ ſanctis ⁊ pro me: vt detur mihi ſermo in adaptionem oris mei: exerte**



**notum facere myſteriū pro quo legationē fungor in catena: vt in ipo exerta libertate vtar prout oportet me loqui.** Si recte ↄuerſemur: ſpiritus ſāctus manet in nobis: ⁊ qđ poſtulamꝰ poſſumus impetrare. Hoc eſt ergo in ſpiritu ſemper orare: munda conſcientia ⁊ fide integra precem ad deum dirigere. In carne eni orat qui polluta mente precatur iterum peccaturus: nō de euentu aut ſubreptione ſed de ꝓpoſito. Sed poteſt nō peccari ad mortem: ſi perſeueranter oretur vt animꝰ ſedula mēte intentus ſit ſemper in dei legeꝫ: ea meditāſ die noctuqꝫ quę amat deus: tunc ⁊ pro ſanctis poſſunt orare. Nō eſt enim indignū vt pro inuicem ſollicita ſint membra: nec temerarium poterit videri ſi pro magiſtro diſcipuli idonei interpellent: adiuuātes eum vt poſtpoſitis impedimentis libertate vtatur ad prędicādum: ſicut traditum eſt ab auctore: ne preſſus vi tribulationum: ipſa formidine acumē doctrinę obtundat: amiſſa ſeueritate. Duplici igitur genere pro ſe orandū hortatur: vt et ſenſus eius impleaꝣ ſpiritu ad eloquendum plene myſterium: et facultas illi detur audacię in aſſerendo: quā vtiqꝫ precem libenter audit deus. Videt enim legationem ſuaꝫ in apoſtolo deſpici: vnde vtiqꝫ indignatꝰ in cauſa ſua nō negabit effectum. Si enim cōſuetudo ⁊ lex eſt: legatiſ hominū nō inferre exitia: ꝗ pręſūptiōe ⁊ audacia legatis dei nō ſolū exitia ſ ⁊ mors irrogaꝣ: qre ⁊ dicit: Pro quo legationē fūgor in catena. Nō eni permittebaꝣ libere loqui ſed in ſubiectione ⁊ neceſſitate verba dei referens: vinculis: plagis ſubijciebaꝣ ⁊ mortibus: Et lapidatus eſt eni: ⁊ ad beſtias pugnauit epheſi. **Vt autez ſciatis ⁊ vos ea que circa me ſunt quid agaꝫ: plene notuꝫ faciet vobis tythicus dilectus frater ⁊ fidelis miniſter ī domino quē miſi ad vos in hoc ipſum vt cognoſcat que circa vos ſunt: et cōſoletur corda veſtra.** Per tythicum epheſij diſcūt quid agat apl̄s: ⁊ idē cognoſcit quid agerēt epheſij. De apoſtolo: quia diuina erant quę agebat dubiū non erat: ſ hoc ſciendū erat de eo quid ageret inter perfidos ⁊ inſidias eoꝝ. De epheſijs vero hoc cognoſcendū ſi proficerent nec ne. Vt ergo obedirent ⁊ libenter audirent verba tythici hunc cōmendat: ⁊ fratrem iſtū dilectiſſimū vocās ⁊ miniſtruꝫ dei idoneū. **Pax fratribus et charitas cū fide a deo patre et domino ieſu chriſto.** Pacē quę eſt ianua dilectionis: optat eſſe cuꝫ fratribꝰ ⁊ charitatem cum fide: vt ingreſſi per paceꝫ poſſint manere in charitate: quę eſt ex fide. Hęc eſt eni dei patris ⁊ filij eius domini noſtri ieſu chriſti. **Gratia cum omnibuſ qui diligunt dominū noſtrū ieſuꝫ chriſtū ī incorruptione.** Preſciꝰ apoſtolus multos futuros deſperatę fidei ſenſum habentes de domino noſtro ieſu chriſto: cū his ęternam gratiam dicit manſuraꝫ qui diligunt chriſtum: recte de illo ⁊ cuꝫ dei patris voluntate ſentientes. Qui enim degenerē hūc dicūt data illis gr̄a auferetur.

**Explicit explanatio ſancti Ambroſij epiſcopi in ep̄lam beati pauli ad Epheſios.**

**Incipit prefatio eiuſdē in ep̄lam beati pauli ad Philippenſes.**

p

Philipenſibus verbū fidei apoſtolꝰ tradidit. Somnio em̄ monitus eſt ſicut cōtineꝣ in actis apoſtoloꝝ: vt accederet ad eos ⁊ aperiret aures eorum ad recipiendū ſermonē dei. Multis ergo diebus cōmoratus apud eos: inſtruxit eos doctrina domini: ⁊ quia poſt diſceſſum eiꝰ nō ſunt tranſlati ad aliud ſicut ⁊ galatę: ſed permanſerūt in fide nō recipiētes pſeudo apoſtolos: ꝑ ep̄lam laudat eos gaudēs in ꝓpoſito cordis eoꝝ. In laude eni hoꝝ alioꝝ vituperatio cōtineꝣ. Corinthij eni multo tempore audiētes apl̄m: recedēte eo a diuerſis pſeudo apoſtolis fuerant euerſi: vnde iſti iure laudanꝣ. **Explicit prefatio.**

**Incipit explanatio ſancti Ambroſij epiſcopi in ep̄lam beati pauli ad Philippenſes. Ca. primum.**

p

**Aulus et timotheuſ ſerui ieſu chriſti.** Apoſtolū ſe tacet: quia his ſcribit ꝗ de illo recte ſētirēt: iō dignitatē ſuā ſupprimit. Erat em̄ his manifeſta. Cōditionē xp̄o fatetur: quia qui chriſtum confitetur dominuꝫ: hic liber eſt ⁊ habet ſaluteꝫ. **Omnibus ſanctis in chriſto ieſu.** Sanctis ſcribit more ſuo: ſed qui in chriſto ieſu ſancti ſunt:

id eſt qui deum ⁊ hominem chriſtum faten-
tur. Fotinus enim chriſtum deum negat: et
manicheus hominē: ideoq̃ immundi ſunt.
Non ergo his ſcribit: qui mendacijs ꝓprijſ
ſupprimunt veritatem. Qui ſunt phi-
lippis. Quibus ſcribat ſignificat. Cū
epiſcopis ⁊ diaconibus. Hoc eſt cum
paulo ⁊ timotheo qui vtiq̃ epiſcopi erant:
ſimul ⁊ ſignificauit ⁊ diaconos qui miniſtra
bant eis. Ad plebem enim ſcribit. Nā ſi epi
ſcopis ſcriberet ⁊ diaconibus: ad perſonas
eorum ſcriberet: ⁊ loci ipſius epiſcopo ſcri-
bendū erat: nō duobus vel tribꝰ: ſicut ⁊ ad
titum ⁊ timotheum. Gratia vobis et
pax a deo patre noſtro: ⁊ domino
ieſu chriſto. Manifeſtum eſt deū patrē
eſſe: Chriſtum vero ieſum dominū noſtrū.
Nunquid nō videtur plus deū eſſe q̄ pa-
trem? Sed inter homines in mundo: apud
deum vero patrem: ⁊ apud chriſtū dñm cō-
cordia eſt. Hic enī: hoc eſt ī mūdo ideo plus
ē dñs q̄ pater: quia aut ⁊ ipſiꝰ patris domi-
nus eſt: aut pater filium nō ſuę conditioni
generat ſed alienę. Deus autē ſic genuit vt
in poteſtate eius ſint quos genuit: vt nati
ingenui: ſerui tamen eius ſint: cum hos tra
dit proprio filio: reddit illos etiam ſeruos fi
lio ſuo: vt ſit dominus eorū ſicut dicit: Pa
Joh.17. ter quos dediſti mihi tui erāt ⁊ mihi eos de
diſti: vt in patre ⁊ filio ſerui ſint dei vnius.
Ego quidem gratias ago do-
mino ſuper omni memoria veſtra:
ſemper in omni oratione mea pro
omnibus vobis: cum gaudio ora-
tionē faciens ſuper cōmunicatione
veſtra in euangelio. Primum quidem
domino gratias agit: cuius nutu proſpera
omnia cedunt fidelibus: ī omni oratiōe ſua
memor eorum cum exultatione: qđ partici-
pes facti ſint euangelij: ſicut dicit petrꝰ apo
1. Petri. 1. ſtolus: inter cętera dicens: Vt ſitis inq̄t cō-
ſortes diuinę naturę. A prima die vſq̃
nunc. Preuidit enim apoſtolus deuotio-
nem illorum ⁊ fidē ratā ex ipſis principijs:
⁊ gauiſus eſt in eis ſemper ſciens multis ex
emplo futuros. Confidēs in hoc ip-
ſum quod qui inchoauit opus bo-
num perficiet vſq̃ ad diem chriſti
ieſu: ſicut eſt iuſtum mihi hoc ſenti-
re pro omnibus vobis: eo qđ ha-
beā vos ī corde tā in vinculis me-
is q̄ in defenſione et confirmatio-
ne euangelij: quoniā omnes mihi
participes gaudij eſtis. Securus de
bonitate ⁊ iuſticia dei: ⁊ de horū fide nō am
bigens: confidit ꝙ dei auxilijs adiuti: perſe
ueraturi ſint in fide vſq̃ ad diem domini in
quo remunerandi ſint perſiſtentes in fide.
Nec aliud debuit de his ſentire quos ſemꝑ
inflexibiles in deuotione dei expertꝰ ē: tam
directum ⁊ infatigabilem curſum eorum vi
dens: vt cogitaret dignos hos ſibi partici-
pes gaudij eſſe. Vnius enī fidei hoīes con-
gaudere oportet de ſpe futurę imortalitatis
⁊ glorię. Teſtis enī mihi eſt deus:
quēadmodum deſiderem oēs vos
in viſceribus chriſti ieſu. Deū teſtat:
vt affectū cōmēdet iuſti. Qui enim multū
de aliquo ſentit: vt credibile hoc faciat teſti
ficatur: ꝑ qđ ⁊ prouocat deſiderium illorū
erga ſe: vt deſiderati deſiderent. Deſiderat
ergo omnes hos: nō humana cupiditate: ſ;
in amore chriſti: nō carnis affectu ſed ſpiri-
tus: vt participes hos habeat: ⁊ ī ſenſu my-
ſterij diuinitatis ⁊ incarnatiōis domini ie-
ſu chriſti. Et hoc oro vt charitas ve
ſtra magis magiſq̃ abūdet ī agni-
tiōe et omni ſenſu: ī hoc vt ꝓbetis
q̄ ſūt vtilia: vt ſitis ſinceri et inoffē-
ſi ī die chriſti: repleti fructu iuſticię
per xp̄m ieſū ī gloriam et laudē dei.
Deo adiutore ordinē diſciplinę chriſtianę
vult eos ībuere: vt q̄ firmati ī fide ſunt nō
ſint neſcij ſacramēti credulitatis ſuę: ⁊ ſcien
tes diſcernere vtilia a cōtrarijs: iuſticię ope
ribus ornent doctrinā domini: fructum fa-
cientes imortalitatis ad abūdātiā omniū
bonoꝝ: vt glioſus ī hiſ appareat mgr̄ gētiū.
Scire autē vos volo fratres qđ
que ad me attinent magis in profe
ctum euangelij venerunt: ita vt vin
cula mea manifeſta in chriſto facta
ſint in omni pretorio: ⁊ ceteris om
nibus: ⁊ plures ex fratribus in do
mino confidentes: vinculis meis
ceperūt magis audere ſine timore
verbum dei loqui. Alij quidē et ꝓ-
pter inuidiam et cōtentionem: qui-
dam vero propter bonam volunta-
tem chriſtum predicat. Alij quidē
ex charitate: ſcientes qđ ī defenſio-
nē euāgelij poſitus ſū. Aliqui ve-



ro ex cōtentione chriſtū annūciāt:
nō ſimpliciter exiſtimātes qđ preſ-
ſuram ſuſcitent vinculis meis. Hęc
explanatione nō indigent: tamē propť ſol-
licitudinē noſtram ne qua in dubiū veniāt
per ordinem apertius ꝓſequamur. Quā ſu-
perius participes hos gaudij ſui ꝓnuncia-
uit: ideo quid ꝓfecerit prędicatio eius inſi-
nuat quaſi caris: ita vt omnibꝰ innotuerint
paſſiones eius pro chriſto. Per hanc humi
litatem glioſum ſe indicat: vt habeāt occa-
ſionem gaudendi amatores eius: quia cuiꝰ
vincula in chriſto manifeſtant dignitas eiꝰ
crebreſcit. In omni ꝑtorio ⁊ ī cęteris omni-
bus: id eſt in omni iudaiſmo ⁊ per vniuer-
ſas eccleſiaſ gentiū. Pręeſt enī iudaiſmus:
quia ipſi facta promiſſio ē: ſicut dicit domi-
Joh.4. nus: Quia ſalus ex iudęis eſt. Ideoq̃ pl̄es
ex fratribus exemplū ſuum ſecutos: auſos
dicit fuiſſe loqui verbum dei cum fiducia.
Cōſtantia enī eius multos animauit: vt nō
timerent euangelizare cōperto exēplo apo-
ſtoli qđ deus eſt: vt tueatur diligentes ſe: ſ;
⁊ alios falſos fratres: non fiducia neq̃ dile
ctione dei ſed cōtentione zeli incitatos: dei
verbū dic̄ ꝑdicare quaſi inuidos. Pl̄es er-
go ex fratribꝰ ſincera quidē ſed diuerſa vo-
luntate chriſtum annūciabāt. Alij enim bo
na voluntate hoc agebāt ad gloriā dei ſoli-
us: Alij vͦ charitate incitati apoſtoli: certi
de tuitione dei. Sic iterū econtra alia duo
genera ponit: quę nō ſincero animo ꝑdica-
bant. Quidam enim inuidētes apoſtolo cō
tentione hoc agebāt: alij vero aſtutia ſimu-
lationis chriſtum annunciabāt: vt poſſint
ſeditiones excitare apoſtolo: quaſi auctori
huius ſectę: qui mſtos aggregauerat ſuę cō
ſpiratiōi. Maior enī inuidia creſcebat apo-
ſtolo quādo ex latere eius multi videbātur
docere. Quid enī? Dū tamen omni
modo: ſiue occaſione: ſiue veritate
chriſtus annūcietur: et in hoc gau-
deo: ſed et gaudebo: ſcio enī ꝙ hoc
mihi procedit ad ſalutem ꝑ veſtrā
precem et ſubminiſtratiōem ſpiritꝰ
ieſu chriſti: ſecūdum cōtemplatiōē
et ſpem meam: quia ī nullo confun
dar ſed ī omni ex certa fiducia ſicut
ſemper et nūc magnificabitur chri-
ſtus in corpore meo: ſiue per vitā
ſiue per mortē. Mihi enim viuere
chriſtus eſt: et mori lucrum. Primū
gaudiū eiꝰ eſt in fratribus: qui bona volūta
te chriſtum annunciant. Deinde etiā in eo
ſe dicit gaudere: ꝙ fallacia hominū aduer-
ſus eum cōpoſitū erat: vt ad inuidiā eius ⁊
preſſurā xp̄s prędicaretur. Hoc enim dicit
ſibi ad vitam proficere qđ illi parauerāt ad
mortem. Hanc enim vitam ſuam dicit eſſe
ſi chriſtus omnibus prędicetur ⁊ ſe etiā mo
ri paratum vt hoc poſſit impleri: ſciens ma
gnam ſibi ꝓ hoc voto et efficacia dari poſ-
ſe mercedē. Imperita enim malitia aduer-
ſum ſe ſemper machinatur dum neſcit. Ad
calcandam ergo horū maliuolentiā qui te-
cti fallacia: inſidias vitę eius tendebāt: dei
ꝑſidijs ſe muniri teſtatur. His quos vtiq̃
ſocios gaudij ſui dicit adiuuantibꝰ oratio-
ne propter cōmunē alacritatem: ⁊ ſancti ſpi
ritus ſubminiſtrationem: qui contra volun
tatem illorum ⁊ vias aperiret ꝑdicāti: dans
gratiam ⁊ fiduciā verbis eius: vt orta s ſe-
ditiones compeſceret. In nullo ergo ſe di-
cit cōfundi in doctrina chriſti: quia et ſpes
magna promiſſionis eſt: et quia nihil in ea
turpe ⁊ inhoneſtū aut fallax eſt: ſicut apud
paganos: ſed aperta ſimplicitas. Hinc eſt
vnde cum omni cōſtātia nō cedit aduerſis
vt magnificetur chriſtus in corpore eius: ſi-
ue occidatur: ſiue cęſus euadat. Ex eo enim
quę ⁊ quāta ſpes in chriſto eſt cōſideratur:
quando nō ſolum cędi ⁊ affligi pro eo: ſed ⁊
mori paratus eſt. Vitam enī ſuam ſiue ī ꝑ-
ſenti ſiue in futuro chriſtum eſſe dicit: ſicut
⁊ euangeliſta iohānes teſtatur dicens: Qđ Joh.1.
factum eſt in ipſo vita erat: et vita erat lux
hominum. Pro hac vita mortale corpꝰ tra-
didit: vt id recipiat in ęternum: ac per hoc
lucrum computat mori pro chriſto. Si er
go viuere in carne hic mihi fructus
operis eſt: ⁊ quid elegam ignoro.
Coartor autem ex his duobus de-
ſiderium habens diſſolui ⁊ cū chri
ſto eſſe: multo enim melius eſt. Re-
manere autē ī carne valde neceſſa-
rium propter vos: et hoc certū ha-
bens: ſcio quia manebo et perma-
nebo oībus vobis in veſtrum pro
fectum et gaudium fidei: vt gloria
veſtra abūdet in chriſtum per meū
aduētum iterū ad vos. Manifeſtū eſt
qđ dicit: q̄ ſi in carne poſitꝰ nō ocioſū ē ꝙ
viuit: habet enī fructū opiſ ſui. Quid elegā
inq̄t ignoro. Duabus enim ex cauſis vrget.

Habet enim deſiderium excedere: et cum
chriſto eſſe: multomelius eſtimans vt iam
preſens ſit apud deum: vt exoptatis ⁊ pro/
miſſis fruatur. In carne vero vt ſit adhuc
neceſſariuȝ dicit: propter inſtructionem cre
dentium. Et cum diſſolui et cum chriſto eē
multomagis melius dicat: certum tamen
hoc ſcire ſe proteſtatur: quia manebit ī car/
ne ad profectum fidelium: vt gloria eorum
abundet in domino: proficiens ad laudem
apoſtoli: cum iterum viderint eum. Incre/
mentum eñi faciūt ſciētię: ⁊ plenius fundā/
tur in fide. Quātum affectum habeat circa
credentes: vt hoc qđ multomelius eſſe di/
cit ſibi nō eligat: ſed hoc velit qđ expediat
multis. Certus etiam domino hoc placere
qđ pro multoruȝ ſalute proficiat. Quis nō
tertij cęli cupidus: ſperneret omnē curā pręe
ſentē? Quis nō paradiſi ſuperioris deſiderio
omnia hęc poſtponeret? Quis nō verborū
arcanorum memor humana eloquia euita
ret? Quis nō poſt tāta exitia: eligeret requi
em? Sȝ qꝛ charitatē oibꝰ antepoſuit: hoc ſe/
cutus eſt qđ proficeret fratribus. Tātuȝ
digne in euangelio chriſti cōuerſa/
mini. Dignā cōuerſationem vult eos ex/
hibere diſciplinę dominicę: ne pęniteat euȝ
voluiſſe remanere in carne. Ut ſiue cuȝ
venero ⁊ videro vos: ſiue abſens
audiā de vobis: qđ ſtetis ī vno ſpi
ritu vnanimes pariter cū fide euā/
gelij certantes ⁊ nō paueſcentes in
quoquā ab aduerſarijs: que ē illis
oſtentatio interitꝰ: vobis autem ſa
lutis. Unanimes vult eos eſſe ī fide ⁊ de/
notione cōtra aduerſarios: vt eadem audi/
at de illis abſens quę videt ⁊ pręſens: vt in
nullo pauentes minas aut terrores aduer/
ſariorum: cuſtodiant fidem: ſcientes qꝛ eis
qui pro chriſto tribulantur ad ſalutem pro/
ficit: illis vero qui tribulant ad perditionē.
Et hoc qꝛ a deo donatū eſt vobis
p chriſto: nō ſolū vt in eum credatꝭ
ſed etiā vt pro illo patiamini: idem
certamen habētes quale ⁊ vidiſtis
in me ⁊ nūc audiſtis de me. Quāquā
dei gratiā extollat in oibus: ad laudē tamē
illorum proficit qđ dicit: quia deus illis cō/
ceſſit pati p chriſto. Nō eni ꝯcedit vel donat
niſi amatoribus chriſti. Ideo dixit pro chri
ſto donatum eſt vobis: vt a patre deo do/
natum ſit diligentibꝰ chriſtū: vt ad augmē/
tum meritorum ſuorum patiantur pro chri/
ſto: ſequētes exempla doctoris ſui: omni cō
fidentia certent ad triūphādos infideles.

## Capitulum ſecūdum.

I qua ergo exhortatio ī chri
ſto: ſi qđ ſolatiuȝ charitatis:
ſi qua ſocietas ſpiritꝰ: ſi qua
ſunt viſcera ⁊ miſerationes: imple/
te gaudium meum vt ideȝ ſapiatis
eandem charitatem habētes: vna/
nimes vnum ſentiētes: nihil ſecun
dum irritationes: neqȝ ſecundum
inanem gloriam: ſed in humilitate
mentis: alius alium exiſtimātes ſu
periorem ſibi: nō que ſua ſūt vnuſ/
quiſqȝ cōtemplantes: ſed que alio
rum ſunt. Hoc dicit: quia ſi eſt vera ex/
hortatio ſpei in chriſto apud vos: qua nos
inuicem cōſolamur: ſi ſolatiū charitatis cō/
munis: ſi participatio ſpirituſſancti p quaȝ
iungimur ī vno corpore nouo: ſi aliqua ſūt
viſcera: id eſt ſi in animo veſtro ſum ſicut et
vos in meo: ſi miſeratiōes: hoc eſt ſi affectꝰ
pietatis in amore ē: implete gaudiū meuȝ.
Hęc quę enumerat tunc vera probanda ſi/
gnificat: ſi iſta quę ſubter mādat fuerint ſer
uata vt vnanimes ſint et ſpiritu humiles:
nō ſe inuicē prouocātes: ſed ī charitate gau
dētes: vt gaudium plenum ſit in eis apoſto
li. Sic ergo eos conſtringit: vt ſi hęc nō cu/
ſtodierint: nec in ceteris pbati videant: vt
quia in alijs nolunt ſe improbatos videri:
iſta quoqȝ ſeruēt vt pfecti ſint. Sine dubio
enim erant inter eos diſſentientes ⁊ inquie
ti: ⁊ qui inani glorię ſtuderent contendere:
⁊ vincere volentes cū animi atrocitate: vbi
premium nō eſt: ſed parit lites ⁊ rūpit cha/
ritatem. Quę enim poteſt eſſe plebs in qua
vaſa aurea ⁊ argentea tantum ſint: nō ⁊ li/
gna ⁊ fictilia? Sed poſſunt exercitio boni ī/
mutata fieri aurea et argētea: quia nō natu
rę vitium eſt: ſed volūtatis. Hoc enim
ſentite in vobis qđ ⁊ ī chriſto ieſu:
qui cum in forma dei eſſet: nō rapi/
nam arbitratus ē eſſe ſe parē deo.
Chriſtus ſemper in forma dei erat: qꝛ ima/
go ē inuiſibilis dei. Sȝ apl's de dei filio cū
incarnatus homo factꝰ eſt: tractat dicens:
Hoc ſentite in vobis qđ et in chriſto ieſu: id
eſt de deo ⁊ homine: qui cum in forma dei
eſſet: inter homines vtiqȝ conuerſatus ge/
ſtis ⁊ operibus apparebat eſſe deus: Forma



eni dei nihil differt a deo. Ideo eniȝ forma
⁊ imago dei appellatus eſt: vt intelligeretur
nō ipſe pater eſſe deus: ſed hoc eſſe qđ deus
eſt. Hic ergo nō rapinam arbitratus eſt eſſe
ſe parem deo. Sciens enim in forma dei ſe
Ioh.10. eſſe: nō furatus eſt vt diceret: Ego ⁊ pr vnū
Ioh.5. ſumus: Et in iohānis euāgelio: Propterea
inquit perſequebant iudei ieſum: quia non
ſolū ſoluebat ſabbatū: ſed ⁊ patrē ſibi pro/
priū dicebat deū: eqlē ſe faciens deo. Iure
ḡ exequauit ſe deo. Ille eñi arbitratur rapi/
nam: qui ſe pareȝ facit ei a quo inferior eſt.
Sed ſemetipſū exinaniuit formā
ſerui accipiens: in ſimilitudinē ho/
minū factus: ⁊ habitu inuentus vt
homo: humiliauit ſemetipſuȝ factꝰ
obediēs patri vſqȝ ad mortē: mor/
tem autem crucis. Chriſtus igit ſciens
in forma dei ſe eſſe: equalē ſe oſtendit deo:
Sed vt humilitatis legē doceret: iudeis ſe
cōprehendentibus: nō ſolū nō repugnauit
ſed ſemetipſū exinaniuit: hoc eſt poteſtatē
ſuam ab opere traxit: vt humiliatus ocioſa
virtute infirmari videret. Formā ſerui acci/
piens dum tenetur ⁊ ligat ⁊ verberibꝰ agit
vſqȝ ad cruceȝ: factus obediens patri cui ſe
equalem ſciebat. Nō ſibi defendit equalita
tem: ſed ſubiecit ſe. Hāc patiētiā ⁊ humilita
tem imitari nos docet: vt nō ſolū coequali/
bus nō nos anteponamꝰ: verūetiā incline/
mus nos auctoris noſtri ſecuti exemplum.
Formā tñ dei nō accepiſſe dicit: ſed eſſe in
forma dei. Serui autē formaȝ accepiſſe: dū
quaſi peccator humiliat. Serui autē ex pec
cato fiunt: ſicut cham filius noe: q̄ primus
merito nomē ſerui accepit. Nō eñi mihi ſic
quibuſdā videt ſic formā ſerui accepiſſe dū
homo natꝰ ē. Vide eni qđ dicat: Hoc ſenti/
te in vobis qđ ⁊ in chriſto ieſu: id eſt deo et
homine. Ante incarnationem eñi: aut chri/
ſtus poteſt dici: aut ieſus: quia ſimul ambo
nomia ⁊ hominis filiū ⁊ dei filiū ſignificāt.
Nam ante natiuitatē qđ dicit inter cetera:
I.Cor.10. Petra autē erat chriſtꝰ: ⁊ nō tēptemus chri/
ſtuȝ: ſicut quidā tēptauerūt. Ubi ḡ aut de/
um aut homineȝ vult ſignificare ſcriptura:
vnū e duobus ponit: aut ieſuȝ aut chriſtū:
Dei eni filius homo natus: ſic in forma dei
erat: qꝛ cum homo videret opera dei facie/
bat vt in geſtis rebus appareret deus eſſe q̄
tantum homo eſſe putabat. Opera eñi for/
maȝ ſignificabāt: vt qꝛ opera eius nō vtiqȝ
hominis opera ſunt: hic qui in ope vel for/
ma dei erat deus intelligeret. Forma enim
dei quid ē niſi exēpluȝ: qđ deꝰ apparet dum
mortuos excitat: ſurdis reddit audituȝ: le/
proſos mundat ⁊ alia? Quomodo autē ho/
mini ſimilis factus dicitur: ſi homo tantuȝ
erat: ⁊ qua ratione habitu repertus vt ho/
mo eſt ſi nō eſſet ⁊ deus: niſi quia cū anteqȝ
ſe inclinari permitteret: ſemper in dei virtu
te viſus ſit: poſtea infirmatꝰ in habitu ho/
minis repertus eſt? Nam in mōte vtiqȝ q̄ſi
deus apparuit: ⁊ in mari pedibus ambulās
nō ſolū homo ſed ⁊ deus viſus ⁊ intellectꝰ
eſt. Deniqȝ qui erant in naui quid dicunt?
Vere filiꝰ dei ē hic. Iſta ergo virtute ceſſan Matth.14.
te: velut homo viſus eſt. Ideo eni dicit: q̄ſi:
vt illud ſignificet: quia ⁊ deus eſt. Infirmi/
tatis enim cauſa: deum dicit ſimilem factū
hominibus: qđ in ſubiectis aperit dicens:
Humiliauit ſemetipſū factus obediens vſ/
qȝ ad mortē: mortē auteȝ crucis. Hinc ē vn/
de habitu repertꝰ vt homo eſt. Retinēs eñi
virtutem ſuam ne appareret in eo: vt homo
viſus eſt ⁊ occiſus qui mori neſcit. Pro/
pter qđ et deus illuȝ ſupexaltauit:
et donauit illi nomen qđ eſt ſuper
omne nomen: vt in noīe ieſu om/
ne genu flectatur: celeſtiū: terreſtri/
um ⁊ infernorum: et omnis lingua
confiteatur: quia dominus ieſus ī
gloria eſt dei patris. Quid et quan/
tum humilitas mereatur oſtendit vt magis
hanc appeteremus calcata iactantia. Unde
dicit ſalomon: Superbis deus reſiſtit: hu/
milibus autē dat gratiā. De qua re ⁊ dñs:
Qui ſe inqt exaltauerit humiliabit: ⁊ qui ſe
humiliauerit exaltabitur. Hęc eſt ergo hu/
militas ſi ſibi quis nec qđ deberi nouit de/
fēdat. Deniqȝ phariſęꝰ ille vera de ſe dicēs:
exaltaſſe ſe dictus ē: ac per hoc humiliatus
eſt. Chriſtus autem plus fecit: qui cum deꝰ
ſit: caro factꝰ hominibꝰ ſe inclinauit. Nūc
videamus quomodo donatū eſt chriſto no
men quod eſt ſuper omne nomen: q̄ſi egue/
rit filius dei: aut īperfectus fuerit. Qui eñi
eget imperfectus eſt. Si enim in forma dei
erat paret ⁊ equalis deo: quomō donatum
eſt illi? Etenim donatum dicit: qui ſe humi/
liauit et quaſi homo apparuit: exinaniens
ſe: factus obediens vſqȝ ad mortem. Si er/
go perfectus natus eſt: quomodo eguit?
Perfectum dei filium natum de deo patre:

quí negat arrianus eſt. Nam ante paſſionē
equalem ſe deo patri oſtendit: ſicut ⁊ ſupra
memoraui. Unde conſtat hunc natum eſſe
ꝑfectū. In natiuitate eñ ſua omnia cōſecu
tus videtur. In plenitudine enī diuinitat̄
eſt natus: ad omnia agenda q̄ geſſit: vt piꝰ
donū accepiſſent q̄ꝫ gereret: ad que agenda
natus eſt. Uidetur ergo donuꝫ patris: hoc
eſt eē filium: ⁊ nomen eius ſuper oē nomen
ſit: hoc ē eē deū. Nomē eñ dei ſꝫ per naturā
nō per ſolam appellationē ſuper omne no-
men eſt. Hinc eſt vt in nomie ieſu omne ge-
nu flectatur: celeſtiū: terreſtriū ⁊ infernorū:
Sicut ad romanos ſignificat: iter cetera di-
Ro.9. cens. Et ex quibus xp̄s ſcdm carnē: qui ē ſu
per omnia deus benedictus in ſecula. Que
ſint autem hec omnia: in ep̄la iſta aperit di
cens: Celeſtia ⁊ terreſtria ⁊ inferna. Alia eñ
nlla ſūt. Quibuſdā tñ videt̄ hoi donatū eē
nomē qd̄ eſt ſuꝑ oē nomen: qd̄ nllo genere:
nulla rōne cōuenit. Si eni chriſtꝰ dei filiꝰ idē
ipſe ⁊ homo ē: ⁊ nō poterat deus hō factus
ſed manēs deꝰ his egere que habebat: Aut
ſi ſecūduꝫ quod homo erat his egebat que
dei ſūt: ipſe ſibi dei filius deus dediſſet que
deerant ei iuxta quod homo erat. Qd̄ qui-
dem ad inſipientiā dicit̄: Et quare pater di
citur dediſſe: cum ipſe qui homo factꝰ erat
nihil dehaberet: aut nō poterat filij diuini-
tas corpori ſuo ⁊ anime preſtare q̄ deerant?
Sed forte: quia a deo patre ſunt omnia: iō
ipſe dicit̄ dediſſe. Si ergo a patre oīa: qua-
re nō dicatur cuncta filio ſuo ꝑ generationē
dediſſe: ⁊ quāuis equalē ſibi genuerit filiuꝫ
ordo tamen exigit vt in nomine patris agā
tur omnia. Hoc pater cōceſſit filio: vt pꝰ cru
cem oīa in nomine filij ſaluent̄. Deniqꝫ dic̄
Joh.17. dñs de diſcipulis ad patrē: Pater quos de
diſti mihi cuſtodiui: tui eñ erant ⁊ mihi eoſ
Joh.16. dediſti. Et ad diſcipuloſ ait: Uſqꝫ mō nihil
petiſtis in nomine meo: petite ⁊ accipietis.
Hoc ergo natus accepit: vt poſt crucē ma-
nifeſtaret̄ quid a p̄re dū generaret̄ accepit.
Nō eni tunc accepit a p̄re: cū a creatura ce-
pit ſciri. Cognoſcitur eni quid propt̄ hec q̄
geſſit antequā gereret accepit. Deniqꝫ ante
Matth.11. crucē dixit: Omnia mihi tradita ſunt a p̄re
meo. Quō ergo hoc ad corpus pōt referri:
vt dei nomē corpori ſit donatū: cuꝫ conſtet
xp̄m hominē eſſe deum: qꝛ nec dignū eſt vt
deus imutet̄ in carnem: neqꝫ caro hoc poſ-
ſit effici qd̄ eſt deus. Sed forte vt adoptiōe
deus eēt: ⁊ hic color eſt. Incipiet eni ex par-
te deus verꝰ eſſe xp̄s: ⁊ ex parte adoptiuus:
aut duo dij. Sed aliud ſcriptura ſignificat.
Illi eñ donatū ſignificat: qui ſe exinaniuit
qui formā ſerui accepit: q̄ in ſilitudine hoīs
factꝰ ē hō: q̄ p̄ri obediuit. Si hō deo p̄ri obe
diuit: qd̄ magnū eſt qd̄ dixit ap̄ls? Sꝫ hoc
magnū dicit: qꝛ cū equalis eēt obediuit. Et
qd̄ laudiſ eſt ſi in ſilitudinē hoīs factꝰ eſt ho
mo: vt homini ſilis homo factus dicat̄? Sꝫ
nec poteſt fieri. Nemo eñ ī ſilitudinē fit ali
cuius niſi alius ſit anteqꝫ fiat in ſilitudinē
cuius vult. Per cauſaꝫ eñ ſilis factus ē nō
per ſubſtantiā. Et quis ē qui ſe exinaniuit
hō? Ergo habebat: ⁊ quō accepit: ſꝫ qd̄ pote
rat ſe exinanire homo res iufirma? Et in for
ma dei: nūquid homo erat? Sed forte hō ī
forma dei filiꝰ erat. Age filius dei in cuiꝰ for
ma erat: ⁊ ſi iam homo in forma dei: hoc eſt
filiꝰ dei erat: iaꝫ ante paſſionē ꝑfectus erat.
Nō ergo poſt paſſionē aliquid accepit. Sꝫ
videamuſ qd̄ de eo ſcriptū ſit: Propt̄ quod
ſuperexaltauit eū deꝰ inquit: ⁊ donauit ei no-
mē qd̄ eſt ſuper omne nomē: vt in noie ieſu
oñe genu flectat̄: celeſtiū: terreſtriū ⁊ infer-
norū: ⁊ cōfiteat̄ omnis lingua: qꝛ dominus
ieſus in gloria eſt dei patris. Cōſideremus
nunc dicta: ⁊ ſic aduertamus vim elocutio-
nis. Certe nomē qd̄ ſuꝑ omne nomē eſt: dei
nomē eſt. Sed ſi per naturā nō cōſtat h̄ no-
men: nō ē ſuper omne nomē. Appellatiuum
eñ nomen in ſolo vocabulo ē: nō in nobili-
tate nature. Et adoptiuo deo nō flectit ge-
nu creatura: ſꝫ vero nō cōcreature. Et quō
fieri pōt vt homo ſit in gl̄a dei patris? Etiā
ſi adoptiuꝰ deus ſit homo in gloria dei pa-
tris nō poteſt eſſe. Naꝫ ei hoc cōpetit q̄ na
tus eſt de deo. In gloria eni dei patris eſſe
nihil differre a deo ē: vt vna gl̄ia ſit patri ⁊
filij per cōmunē ſubſtātiā ⁊ virtutē. Eſt eñ
hec vnitas nature. Quid rogo cōtrariū ē: ſi
filius donū a patre accepiſſe dicat̄: cum oīa
filij a patre ſint a quo ⁊ cūcta eſſe credunt̄?
Subſtātiā autē dei idcirco naturā dicimus
quia natus de illa chriſtus ē. Itaqꝫ di-
lectiſſimi mihi ſicut ſemꝑ obediſtiſ
nō ꝑſentia mei tātūmodo: ſed mul
tomagis nūc in abſentia cū timore
et tremore vr̄am ipſorū ſalutē ope-
ramini. Deus ē eni qui operatur ī
vobis: et velle ⁊ operari pro bona
volūtate. Deū bonos conatus adiuuare



teſtatur. Omnem eni gratiā ſemꝑ reportat
ad deum: vt noſtrū ſit velle: perficere vero
dei. Nā quis vincere pōt principes ac pote
ſtates: rectores tenebrarū harum ſpiritalia
neq̄cie in celeſtibꝰ: niſi ſolus deꝰ: quos cau-
ſa iuidie inimicos habemꝰ? Indignant̄ eni
nos dici filios dei. Nō ergo nouū ē qd̄ hor-
tatur: ſed vt more ſolito ſubditi ſint euāge-
lio: curam ꝓprie cōuerſationis habētes: bo
na enim cōuerſatio ſalutem operat̄. Oīa
facite ſine murmuratiōibus et heſi
tatiōibus: vt ſitis irrep̄henſibiles
et ſimplices ſicut filij dei immacula
ti: in medio natiōis praue et ꝑuer-
ſe: inter quos luceť ſicut luminaria
in mundo: verbū vite ꝯtinentes in
gloriā mihi ī die xp̄i: qꝛ nō inuacu-
um cucurri: nec in irrituꝫ laboraui.
Sꝫ et ſi libor ſuꝑ ſacrificiū et mini-
ſteriū fidei vr̄e: gaudeo et gratulor
omnibꝰ vobis. Idipſū autē et vos
gaudete et ꝯgratulamī mihi. Ut fi-
dei ⁊ operuꝫ ſuorum fructus poſſit habere:
cōmonet vt omnia que ad diſciplinā perti-
nēt chriſtianā ſine heſitationibus faciant et
murmurationibꝰ: qꝛ ſi negligēter ⁊ indeuo-
te aliquid agit̄: ad effectū nō peruenit: qꝛ in
rep̄henſionē cadit: ſed vt omni ſimplicitate
operēt̄ quaſi filij dei immaculati: vt memo
res profeſſionis ſue reſpondeant: vt int̄ diſ
fidentes tam clari appareant: vita: cōuerſa-
tione: moribus: quēadmodū ſol ⁊ luna iter
ſtellas ſplendore ſublimes ſunt. Sicut eniꝫ
ſtelle apparente ſole obſcurant̄: ita ⁊ iniuſti
⁊ infidi preſentibus fidelibus aut iuſtis tur
pes ⁊ deformati vident̄: vt gloria ſit ap̄li in
aduentu filij dei: cuiꝰ plantatio tales edidit
fructꝰ. Labor eñ ⁊ efficacia eius tunc ꝓba-
bitur nō eē inanis. Ideoqꝫ ⁊ ſi immolor ait
ſuper ſacrificiū ⁊ miniſteriū fidei veſtre gau
deo. Si eniꝫ oppreſſus fuerit a perfidis: cur
eos cōgregauerit ſue conſpirationi: gratu-
landū ſibi ſignificat: ſcit eñ effectū habere
mortē ſuam. Magna eni meſticia eſt ſi pa-
tiatur quis pro eis in quibus nihil proficit.
Quāobrem gaudere ſe in illis ⁊ eos cōgra-
tulari ſibi debere teſtat̄ vt inuicē participeſ
ſint gaudij cōis ⁊ plebs ⁊ magiſter idoneꝰ.
Spero autē in domino ieſu xp̄o
timotheū ī breui mittere me ad voſ
vt ⁊ ego bono animo ſim: certior ꝺ
vobis factꝰ. Neminē eñ habeo tā
vnanimē qui ſincerā circa vos ſol-
licitudinē gerat. Nam oēs que ſua
ſunt querūt: nō q̄ chriſti ieſu. Pro-
bationē autē eiꝰ noſtis q̄ vt filiꝰ cū
p̄re mecū ſeruiuit ī euāgelio. Hunc
ergo ſpero me miſſuꝫ cōfeſti vt vi-
dero q̄ ſūt circa me. Cōfido autē in
dño: qd̄ ⁊ ipſe cito veniam. Abſolu-
ta ſunt hec nec interpretatione egent. Poſt
epiſtolam eni iſtā: timotheū ſe miſſurū ſig-
nificat: per quē ad fidem agnoſcat q̄ circa
hos agāt̄. Erat eñ apoſtolo vnanimꝰ: qua-
re ⁊ circa eos ſollicitior ſignat̄. Nō ſicut qui
dam: qui dum ſemetipſos cōmendare vole
bant: negligentes erāt de diſciplina ⁊ ꝯuer-
ſatione fratrū. Nō eñ deuoto aīo predica-
bant: ſꝫ ꝓpter ꝓpria lucra. Et qꝛ timotheuſ
vir erat egregiꝰ: dicit: qꝛ probatuꝫ hunc ha
bebāt: qꝛ erat cum eo vt filius chariſſimus
deſeruiēs euāgelio chriſti. Ideo hunc filiuꝫ
dicit: qꝛ ab ipſo fuerat ordinatus: hūc ſe pre
mittere: ſe quoqꝫ in breui iturum ad eos.
Neceſſariū vero arbitratus ſum
epaphroditū fratrē et cōmilitoneꝫ
meum: veſtrū autem apoſtolum et
miniſtrum operis mei mittere ad
vos: qm̄quidem deſiderabat om-
nes vos et ipatienter ſollicitꝰ erat
eo qd̄ audierit illū īfirmatū fuiſſe.
Eteni infirmatꝰ ē ꝓpe mortem: ſed
deꝰ miſertꝰ eſt illiꝰ: nō ſolū aūt eiꝰ ſꝫ
⁊ mei: ne triſticiā ſuper triſticiā ha-
berē. Oīa hec manifeſta ſūt. Epaphrodi-
tum eni ſignificat miſſuꝫ ſe cū iſta epiſtola
ad eos. Inuicē eni deſiderio ſui meſti erant
infirmitatis eius cauſa ⁊ populꝰ ⁊ epaphro
ditus: vt viſo eo recrearēt̄ de recuperata ſa-
lute eius: ⁊ ille careret ſollicitudine quā vi-
dendi eos gerebat. Erat enim eorū apoſto-
lus ab apoſtolo factꝰ: dum illum ad exhor-
tationē eoruꝫ mittebat ad eos: ⁊ qꝛ vir erat
bonus deſiderabatur a plebe. Quid ergo ē
vt preſente apoſtolo qui mortuos ſuſcita-
bat: hic epaphroditꝰ infirmaretur vſqꝫ ad
mortem? Nūquid nō orauit pro illo apoſto
lus: ⁊ non impetrauit vt citius ſanaret̄? Sꝫ
ſigna infidelium cauſa fiunt. Nā huic non
ad detrimentum contigit egritudo: ſed ad
augmentū. Probatiōes eñ diuerſe ſūt cre-
dentium. Alius enim per egritudinem: ali-
us amiſſione carorum: alius per damnum
pecunie: alius per tribulatiōes probatur: ſi

in neceſſitate ſtabilis inueniať: auxilium a
diuerſa parte nõ q̄rẽs vt augmentũ faci⸗
at meritoꝝ. Nõ ergo cõtẽpta eſt poſtulatio
apoſtoli:ſ; meliꝰ ꝓuiſum ei ꝓ quo petebat.
Quid autẽ illud ē: vt cũ de exceſſu fratrum
in alia epiſtola nõ cõtriſtari debere admo⸗
neat: in hac aũt cõtriſtãdũ ſe: ſi exiſſet epa⸗
phroditus de corpe ſignificat? Triſticiã ſe ſi
exiſſet habiturũ dixerat ſup triſticiã quam
habebat de infirmitate eius. Erat enim ne⸗
ceſſarius eccleſijſ. Nã ad theſſalonicenſes:
1.Theſſal.4. Videte aũt ait ne cõtriſtemini de dormien
tibus: ſicut ⁊ ceteri qui nõ habẽt ſpem: Se
autẽ ſic triſtẽ futurũ dixerat de exceſſu epa⸗
phroditi: quia ſolatiũ eiꝰ ⁊ auxiliũ require⸗
bat: nõ tamen vt quaſi perditum lugeret.
Sollicitus itaq̄ miſi eũ: vt cũ illũ
videritis iterũ gaudeatis ⁊ ego me⸗
liore animo ſim. Affectionem habuiſſe
epaphroditũ ⁊ plebẽ philippẽſiũ ſignificat:
quẽ videntes iterũ in leticiã excitarẽt ſe: et
apl'i animꝰ letareť: q2 meliori animo ſit qui
ad caros ſuos mittit reuiſendos. Excipi
te ergo illũ in dñõ cũ omni gaudio
⁊ huiuſmodi in honore habete: q2
propter opus xp̃i vſq̄ ad mortem
acceſſit ĩ interitũ tradẽs aĩam ſuaꝫ
vt ſuppleret id qđ ex vobis deerat
circa meũ officiũ. Quãquaꝫ indiuidua
eſſet charitas epaphroditi ⁊ plebis: tamen
etiã ab apl'o cõmendať: vt cariorẽ illum fa⸗
ciat: maxime ꝓpter hos qui forte tam chari
nõ eſſent circa eius affectũ. In omni eñ ple
be diuerſitas eſt. Hinc eſt vnde ⁊ p̄eliũ eiꝰ
memorat q̄ nõ dubitauit ꝓpter opus euan
gelij emori: hoc eſt: non eſt deterritꝰ minis ⁊
preſſuris infideliũ: ſed perſtetit in exhorta⸗
tione fidelium: vt impleret qđ deerat ple⸗
bi in traditione iuxta diſpenſationem apl'i.
Qui ergo a morte nõ retrahit aĩaꝫ ſuã: ĩ in⸗
teritũ hanc tradit iuxta vitam p̄ſentẽ: ſic
Matth.16. ⁊ dñs dixit: Qui eñ voluerit animã ſuã ſal
uam facere perdet eam. Perditio hec iteri⸗
tus eſt: quia ſecundũ mundũ qui aĩam ſuã
tradit pro xp̃o amittit eam: in futurũ tamẽ
ꝯſeruabit eam. Capitulũ tertium.
Eliquuꝫ frẽs mei gaudete in
r dñõ: eadẽ ſcribere vobis mi
hi quidẽ nõ eſt pigrũ: vobis
aũt neceſſarium. Oſtendit ſollicitudinẽ
ſuã quã gerit circa ꝑfectũ illoꝝ: q2 impiger
eſt ad ſcribendũ eis que neceſſaria ſunt vti⸗
litatibus illoꝝ. Videte canes: vide⸗
te malos operarios: videte cõciſio
nem. Hos deſignat qui inuidentes genti⸗
bus prauitate colloquioꝝ ſuorũ euerterant
galatas: ſuadentes eis vt circumciderẽtur.
Quos omni genere vitandos ⁊ ſpernẽdos
docet: quaſi canes qui primũ oblatrant: de
hinc morſu ſeuo male operantur in carnẽ.
Nos eñ ſumꝰ circũciſio: qui ſpũ
deo ſeruimꝰ ⁊ gloriamur ĩ xp̃o ieſu
⁊ nõ in carne fiduciã habemꝰ: quã⸗
quã ego habeã fiduciã ⁊ in carne.
Manifeſtũ eſt: quia credentes ipſi circũci⸗
dunt cor ſuuꝫ: vt amputata erroris nebula
aſpiciant ⁊ agnoſcant dñm creature: hoc eſt
ſpiritu deo ſeruire ⁊ gloriari in domino ieſu
xp̃o: qui legẽ ſpiritus dedit: vt carnis gl'ia
exinaniret. Apoſtoluſ tamen etiã hãc fidu⸗
ciam habebat: vt ſi vellet gl'iaretur de car⸗
nis circumciſione: ſed ſciens vacuã eẽ hanc
gloriam repudiauit eam. Si q̇ videtur
cõfidere ĩ carne: ego magis circũci⸗
ſionẽ octaui diei ex genere iſrael tri
bu beniamin hebreus ex hebreis:
ſecũdũ legem phariſeus: ſecũdum
emulationẽ perſequens eccleſiã: ſe
cundũ iuſticiã que in lege eſt ꝯuer⸗
ſatus ſine querela. Que mihi lucra
fuerunt: hec arbitratꝰ ſũ propť chri
ſtum damna. Quantũ ad legis culturã
ptinet: ⁊ ad iuſticiam eius ſeruandam: ⁊ ad
ſtudiũ hereſis phariſeorũ: ⁊ iuxta zelum tra
ditionis paterne in pſequendo eccl'iam: hic
parem nõ habuit. In ceteris eni erant con⸗
ſortes eius: qui ſil'iter eſſent natura iudei.
Sed que lucra videbanť iuxta humanũ ſen
ſum cõparatione chriſti inuenta ſunt dam⸗
na. Quare damna: niſi quia iam tempꝰ nõ
erat vt lex ſeruaretur? Inania eni erant hec
omnia ⁊ impedimẽta ne accedereť ad grãꝫ:
⁊ q2 hec ſũt carnalia: noſtra vero ſpiritalia.
Ideo autẽ de tribu ſe dicit beniamin: vt ge
nus ſuũ extolleret ſup hos q̇ de patriarchis
cõcubinaruꝫ iacob filijs ducũt originẽ: aut
propter illos qui erant proſeliti. Vnde di⸗
cit: Ego magis circumciſionem octaui diei
ex genere iſrael: vt oſtenderet primum ſe eẽ
inter iudeos: ſed hoc ſe cõtemnere propter
ſpem ꝓmiſſam a chriſto. Hebrei tamẽ pro⸗
pter abraam dicti ſunt. Immutata eſt eniꝫ
littera propter ſonuꝫ: vt nõ vocarenť abrei
ſed hebrei: vt apud veteres cum diceretur



medidie: ⁊ eſſet abſurdum: immutata eſt lit
tera vt dicereť meridie. Si eñ origo ex ab⸗
raam eſt: ex ipſo trahi debet ⁊ nomẽ: nõ ex
heber qui ſexta generatione eſt ſup abraaꝫ.
Si eñ in abraam reformari cepit genꝰ ho⸗
minũ: ⁊ ipſe eſt pater fidei: ex ipſo ⁊ nomen
⁊ lingua hebrea. Prima eni lingua q̄ erat ſi
ne nomie: cũ huic redditur: ex eo nomẽ ac⸗
cepit: Nã nulla cauſa eſt vt ex heber trahat
nomen. Abraam tamẽ chaldeus fuit nõ ta⸗
men hebrei chaldeam linguam habent.
Verũ quidẽ ⁊ oĩa arbitror dam⸗
num eſſe propter eminẽtẽ ſcientiã
xp̃i ieſu domini mei: propter quem
oĩa dãna duxi et arbitror ſtercora
vt xp̃m lucrifaciã ⁊ ĩueniar ĩ illo nõ
habens meam iuſticiam que ex le⸗
ge eſt: ſed illã que per fideꝫ xp̃i q̄ ex
deo eſt iuſticiam ſuper fideꝫ ad co⸗
gnoſcendum eum: vt virtutẽ reſur⸗
rectionis eius ⁊ cõmunicationem
paſſionum eius cõformãs me mor
ti ipſius ſi quõ occurram ad reſur⸗
rectionem que eſt ex mortuis. Cum
ſuperius de genere abrae ⁊ de lege ⁊ de iu⸗
ſticijs eius ⁊ meritis obſeruãtiuꝫ loqureť:
Hec oĩa detrimentũ dẽputãs ad cõparatio
nẽ ꝓmiſſionũ ſaluatoris: Nũc addit: nõ ſo⸗
lum hec: ſed ⁊ oĩa damnum eſſe ꝓpter emi⸗
nentiam inquit ſcientie chriſti ieſu dñi mei.
Poſt legẽ ⁊ iuſticias eius que erunt hec oĩa
niſi vt ipſi vite corporis animeq̄ antepona
tur agnitio chriſti? S.n. ſicut dicit ad coloſ⸗
Col.2. ſenſeſ: in xp̃o ſũt oẽs theſauri ſapiẽtie ⁊ ſciẽ
abſcõditi: cũcta q̄cũq̄ ſũt nulliꝰ momẽti du
cẽda ſũt vt ad excellentiã ſapiẽtie ⁊ ſcientie
huiꝰ ꝑuenire ꝯtigat. Sufficit ergo imo exu⸗
berat iuſticia que ex fide eſt: non ex lege ad
ſalutẽ que eſt ex cognitione chriſti: gr̃a dei
indulta eſt. Cognitio eñ myſterij incarna⸗
tionis ⁊ paſſionis ⁊ reſurrectionis eiꝰ perfe
ctio vite eſt ⁊ theſaurus ſapientie. Vbi eñ
ſapientia ⁊ vita: quia vita nõ eſt vbi ſtulti⸗
Prouer.10. tia ē. Deniq̄ ſalomon: Stultꝰ ait ĩ riſu agit
ma la. Qui eni intelligit ſui cauſa: chriſtum
hominẽ factũ ⁊ paſſum ⁊ victa morte reſur⸗
rexiſſe: cõtemptis ⁊ ſpretis omnibꝰ hunc ſe⸗
quitur: cuius p̄ſidio videt ſe a morte libera⸗
tum: querẽs cauſas ad promerenduꝫ eũ: vt
vel in aliquo illi vicem poſſit reddere: vt ad
huc maiora cõſequi mereať promiſſa in re⸗
ſurrectiõe. Nõ qđ iã acceperim aut iã
iuſtificatus ſim aut iã perfectꝰ ſim:
ſequor aũt ſi cõprehendam in quo
⁊ cõprehenſus ſum a chriſto. Om
in tota ep'la gaudere ſe teſtať ĩ eis ⁊ laudat
obedientiã eoꝝ ⁊ fidẽ: ne forte quaſi hoĩes
inflatione eo qđ iam digni eſſent extollerẽ⸗
tur: nunc per ſuã perſonaꝫ adhuc deeſſe ad
iuſtificationẽ implendã: aperta voce decla⸗
rat: vt cõtendãt addere in operibus bonis.
Si eñ hic qui tanta p̄ditus dignitate eſt:
adhuc deeſſe ſibi ad perfectioneꝫ cõfitetur:
quãtomagis hi intelligerẽt elaborandũ ſi⸗
bi eſſe: vt iuſtificationũ merita adipiſceren⸗
tur. Ideo ſubiecit: Sequor aũt inquit vt cõ
prehendam: in quo ⁊ cõprehenſus ſũ a chri
ſto. Dum eni errore eſtu mentis fluctuaret
de via domini diffidẽs: miſericordia dei q̄⸗
ſi fugientẽ gratiã chriſti cõprehendit eũ in
via: euntem ad cõturbandã ⁊ affligendam
eccleſiam: ad hoc vt donum dei addiſceret
gratiam refutabat: ⁊ ſciret ꝓ hac etiã mori
lucrũ eſſe: ideoq̄ nõ ſe poſſe obeſſe creden⸗
tibus ſ; ſibi ſe nõ crederet: qui rem ſalutarẽ
per ignorantiã inſequebať. Ad hoc ergo cõ
p̄henſus ē: id eſt a p̄ſcientia dei requiſitꝰ in
uentus ē ⁊ didicit myſteriũ chriſti: vt ĩ om⸗
ni vita augmentum faciens meritoꝝ: com⸗
p̄hendat deſtinatũ p̄mium: promeritꝰ eum
quẽ didicit ſui cauſa occiſuꝫ. Frẽs: ego
me nõ arbitror ꝯprehẽdiſſe adhuc:
vnũ aũt que quidẽ retro ſunt obli⸗
uiſcẽs: ad ea autẽ que ante me ſunt
extẽdens me ſecũdum deſtinatum
ſequor ad palmam ſupne dei voca
tionis. Hoc ē qđ ſupra dixit: q2 ideo labo⸗
rare ſe ſignificat: vt quotidie in meliꝰ profi⸗
ciat ſemp extendens ſe ad potiora: vt illa q̄
retroacta ſunt obliuiſcẽs meliora ſecteť: nõ
quia mala ſunt: ſed quia parua ſũt ad meri
tum collocandũ: in melius aũt proficiendũ
vt ad deſtinatũ celeſte p̄miũ occurratur.
Cauſa eñ tã admirabilis ⁊ inuiſibilis p̄mij
nõ leuiť vtiq̄ certãdũ eẽ ꝓnũciat. Quot⸗
quot ergo ꝑfecti ſumus hoc ſentia⸗
mus. Superiꝰ ꝑfectũ eẽ ſe negat ſ; iuxta ꝓ
miſſũ vt adhuc addať ad meritũ: ad cõpa⸗
tionẽ aũt ceteroꝝ q̇ res diuinas negligẽtiꝰ
curãt ꝑfecti dicendi ſũt qui adhibita ſoller⸗
tia ꝑfectiõis iter ãbulãt. Hoc ꝗ ſentiẽdũ eſt
vt in meliꝰ ꝓficiať. Et ſi q̇d aliter ſen⸗
tietis: id quoq̄ deꝰ reuelauit. Hoc di⸗
cit vt ſi q̇d amplius ad culturam meliorate

cõuerſatiõis excogitauerint:dei exiſtiment
donũ eẽ nec ꝑ hoc inflarent. Uerũtñ ad
qđ peruenimꝰ vt idẽ ſapiamꝰ et in
eo ambulemus. Ne qua hinc oriret̃ pre
ſumptio ⁊ putaret̃ ꝙ a deo non erat reuela-
tũ:ideo ſubiecit dicẽs: Ad qđ peruenimus
vt idẽ ſapiamꝰ:hoc ẽ:nõ extra regulã diſci-
plinę ſapere in cõuerſatione fidei:ſ; hoc ſa-
pere qđ cõmune ſit ⁊ modeſtũ in euangelij
veritate. Imitatores mei eſtote fra
tres et cõſiderate eos qui ſic ambu
lãt ſic habet̃ formã nr̃am. Uult illos
ſollicitos eẽ ne prauoꝝ hoim ſubtilitate ca
piant̃:⁊ notare vnũquẽq; qualiter cõuerſet̃
⁊ doceat:vt in his iungant̃ in quibꝰ ſenſum
magiſtri ſui agnouerint. Multi enim
ambulant quos ſepe dicebã vobis:
nũc vero et flẽs dico:inimicos cru-
cis xpi:quoꝝ finis ẽ interitꝰ:quo-
rũ deꝰ venter eſt:⁊ gloria in cõfuſi-
one illorũ qui terrena ſapiunt. Hos
quos ſignificat e numero eorum ſunt q̃ ga-
lata s euerterant. Cu; dolo eñ ambulãtes
eccleſias ſubuertebãt: ſub noie xpi iudaiſ-
mum colendũ ꝑdicãtes:quaſi vbi chriſtus
ꝓmiſſus ſit. Quos cu; dolore ⁊ lachrymis
memorat: quia ſaluti credentiũ obſiſtebãt
de cibis edendis ⁊ nõ edendis:queſtiones
mouentes:quaſi ſalus in eſca ſit: aut vẽter
deus:quẽ iuxta lege; mundis eſcis delecta
ri putabãt gloriantes in pudendis circũci-
ſis:hoc ẽ terrena ſapere. Qui aũt ſpirita-
lia ſapit in fide:in ſpe:in charitate gl̃iatur.
Ad locũ autẽ hunc nõ pertinet: vt queſtus
cauſa aut gulę dixerit:quoꝝ venter deꝰ eſt.

Noſtra aũt cõuerſatio in celis eſt:
vnde et ſaluatorẽ expectamꝰ dñm
noſtrũ ieſũ xp̃m:qui transfigurauit
corpus humilitatis noſtre:confor-
me corpori gl̃ie ſue ſecũdum opera
tionẽ ſuam:qua poſſit etiã ſubijce-
re ſibi omnia. Spiritalia curantes in cę-
lis agere dicunt̃:cũ ipſi adhuc ſint i terris:
quoniã mali principes ⁊ ptãtes cũ ſint ad-
huc ipſi in firmamẽto :ꝯuerſatione tamẽ in
terris ſunt. Chriſtianoꝝ ergo actus in cęlis
ſunt vbi ⁊ ſpes ſalutis eorum eſt:qui ẽ chri-
ſtus:quẽ omnis fidus expectat ad trãſfigu-
rationem corporis carnis:vt qđ ex humo ẽ
indutum ſpiritali veſte:cõforme efficiat ad-
uentu maieſtatis ſuę corpori glorię ſuę: iu-
xta operationẽ ſuam:id eſt ſecũdum virtu-
tem ſuam qua poſſit ſubijcere ſibi oia: hoc
eſt:quia per reſurrectiõ; mortuoꝝ ⁊ immu-
tationẽ in gloria apparebit virtus dñi mani
feſtata:cõprimens omnes principes ⁊ pote
ſtates:vt manifeſtet̃ deꝰ ⁊ dñs eſſe omniũ.

## Capitulum quartum.

Taq; frẽs mei chariſſimi et
deſideratiſſimi gaudiũ meũ
et corona:ſic ſtate in domio
dilectiſſimi. Cõmonet vt in eadẽ fide ꝑ-
ſeuerent. Gaudiũ eni eius cõſtantia illoru;
ad preſens eſt:⁊ in futurũ corona. Diſcipu-
lis eni in agone victoribꝰ dignus erit coro-
na magiſter. Euchodiã rogo et ſynti
chen obſecro idem ſapere in domi-
no:et te rogo germane cõpar adiu-
ua illas:que laborauerũt mecu; in
euãgelio cũ clemente et ceteris qui
ſunt mihi participes operũ quorũ
nomina ſuut in libro vite. Euchodiã
ſyntichen:ad prudentiã amplicandã horta
tur adiuuantibꝰ quos memorat:vt ſicut in
operibus euangelij profecerãt :proficerẽt ⁊
in ſcientia ⁊ ſapientia dei:quos oẽs merito
fidei in libro vitę haberi ꝓnunciat. Gau-
dete in domino ſemꝑ :iterum dico
gaudete. Lętus apl̃s in operibꝰ ⁊ fide eo-
rũ ad cumulandã alacritatẽ ſuã:exoptat il-
los in hoc ſtudio ꝓficientes in dño ſemper
gaudere:hoc eſt eñ qđ iterat vt ſe vera affe
ctione gaudere in illis oſtendat. Mode
ſtia vr̃a nota ſit oibus hoibus :do
minꝰ ꝓpe eſt:nihil ſolliciti ſitis :ſ;
ꝑ oia oratiõe et prece cũ gratiarum
actiõe poſtulatiões vr̃e innoteſcat
apud deũ: et pax dei que exuperat
oẽm mentẽ cuſtodiat corda vr̃a in
chriſto ieſu. Nunc exemplo eorum alios
vult lucrari. Cũ eni modeſtia eoru; manife
ſtata fuerit:id eſt rationabilis conuerſatio:
lucebunt opera eoꝝ:⁊ nõ deerũt qui imitẽ-
tur bonũ illoꝝ: vt nõ ſolũ ꝓprioꝝ geſtoru;
ſ; ⁊ alioꝝ augmẽtũ cõſequãt̃ :vt ſicut dictũ
ẽ: Labores fructuu; ſuoꝝ edant. Qñ enim
fructꝰ operũ ſuoꝝ alios acq̃rit ad opꝰ bonũ:
labores eoꝝ q̃ acq̃ſiti ſũt ꝓficiẽt eis quoru;
exẽplo bona opa imitari cęperũt. Dñs ait:
Prope ẽ nihil ſolliciti ſitis:hoc ẽ ꝑparatos
eẽ debere ⁊ vigilare in oratione ⁊ prece deo
gr̃as agentes :ſepoſita mũdi ſollicitudine
illud ſperare ⁊ ante oculos hr̃e ꝙ dñs repro
miſit:vnde ⁊ gr̃as ei agẽdas docet. Domio



eñ iminẽte:ſollicitudo ſeculi ceſſat. Ut q̃d
eñ ſollicitꝰ ſit de re cito peritura:ac per hoc
poſtulationes veſtrę:notę inquit fiãt apud
deũ. Quę noticia aſſiduitate fit:⁊ vigilan-
tia orõnis. Tũc demũ munitionibus pacĩ
ſuę q̃ oẽm exuperat mentem :ait cuſtodiat
corda veſtra in xp̃o ieſu. Hoc iõ dixit: q; cũ
deo qui habet pacẽ nõ timet oẽm mentem
aduerſam. Tutꝰ eñ eſt pace dei ois diligẽs
deũ in xp̃o ieſu. Quis eñ nõ metuat eum:
quẽ ſcit dei eẽ amicũ? Reliquũ frẽs q̃-
cũq; ſũt vera:q̃cunq; magnifica:q̃-
cũq; iuſta: q̃cuq; amabilia :q̃cũq;
laudabilia :ſi q̃ virtꝰ:ſi q̃ laus diſci
pline:hec cogitate que et didiciſtis
⁊ accepiſtĩ ⁊ audiſtis ⁊ vidiſtĩ i me:
hec agite:⁊ deꝰ pacis erit vobiſcũ.
In ꝯcluſiõe quę reliqua erãt ad imitationẽ
ꝑfectionis exponit:vt ea q̃ nõ ſolũ in vitu-
perationẽ nõ cadunt:verũetiã laude digna
ſunt:⁊ cogitãtes ⁊ agentes: ſecuti formam
apl̃i:deũ pacis habeãt ſecũ. Deꝰ noſter ve-
re deꝰ pacis eſt:q̃ nõ rogatꝰ quaſi potẽs:nõ
timidus quaſi infirmꝰ ad pacẽ hortat̃:intã-
tum vt ⁊ peccata in ſe cõmiſſa cõcedat:cum
poſſit vtiq; terrorẽ manifeſtarę potẽtię :⁊ i-
effabilis magnitudinis ſuę:etiã inuitos nõ
ad pacẽ cogere:ſ; ad ſubiectionẽ. S; huiuſ-
modi pax mũdi ẽ nõ dei:cuius ipſa natura
pax eſt. Gauiſus ſũ autẽ i dño ma-
gnifice qđ tandẽ aliqñ refloruiſtis
ad hoc vt pro me ſentiatĩ in quo et
ſentiebatis : occupati enim eratĩ.
Nunc alacritatẽ ſuã ꝓpenſiorẽ factã oñdit:
q; in quo negligẽtiores facti fuerãt adhibi-
ta ſollertia:opus priſtinũ iterarũt: memo-
res facti apl̃i ſui vt fructꝰ ſuos ad eũ mitte-
rẽt condendos in horreo cęleſti:vbi neq; ti-
nea neq; rubigo exterminãt. Nõ quaſi
ꝓpt̃ penuriã dico. Ego eni cogno
ui i quibꝰ ſim ſufficiẽs eſſe. Scio et
abundare ⁊ humiliari:in omni et i
omnibꝰ ibutꝰ ſum:⁊ ſaturari ⁊ eſu
rire et abundare et penuriam pati:
oia poſſum i eo q̃ me cõfortat. Nõ ſe
ſui cã in hoc eoꝝ opere gaudere:ſ; in profe-
ctu eoꝝ ipſoꝝ ſe ante oia ꝯtẽtũ deo adiuuã
te teſtat̃: vt neq; de penuria ꝯtriſtaret̃ neq;
đ abũdãtia exultaret:ſciẽſ q; ⁊ abũdãtia fre
quẽter extollit: ⁊ tolerata penuria diuitias
cęleſtes acquirit:hoꝝ tñ opa in ſe benigna
declarat:multoꝝ eñ neceſſitatibꝰ profuit.
Sciĩ aũt et vos philippẽſes:q; in
ꝑncipio euãgelii cũ ꝓfectꝰ ſũ a ma-
cedonia nulla mihi eccl̃ia cõicaue-
rit i rõne dãdi et accipiẽdi niſi vos
ſoli:q; et i theſſalonica ſel̃ et iteru;
vſibꝰ meis miſiſtis: nõ q; munus
querã ſ; requiro fructũ creſcentẽ in
rõem vr̃am. Hęc idcirco cõmemorat: vt
audiẽtes in memoria ⁊ laude eẽ opa ſua:nõ
dubitẽt illa accepto ferri apud deũ: ſ; magl̃
ſtudiũ fidei adhibeãt. Percepi aũt oia
et abũdo:repletꝰ ſũ acceptĩ ab epa-
phrodito q̃ a vobis miſſa ſũt odo-
rẽm bone ſuauitatĩ hoſtiã accepta-
bilẽ placẽtem deo. Nõ ocioſe cõmonet
debere fieri ⁊ hortat̃ qđ factũ ꝓfitet̃:niſi q;
aut negligẽtiꝰ aut minꝰ copioſe ſicut ſolitũ
erat ab eis fieri factũ videbat̃: vt reminiſcẽ
tes prioꝝ opeꝝ ſcirẽt ſe minus feciſſe ꝙ cę-
perãt. Licet eñ nõ iprobet factum ſ; ſignifi
cat deuotiores illos ante i ope h̃ fuiſſe:ſe tñ
gratũ eẽ:⁊ accepto ferre deũ q̃ſi ſacrificium
placendũ. Deniq; dñs ait: Facite elemoſy- Luc.11.
nam:⁊ ecce vobis oia mũda ſunt. Q; gratũ
q̃ opꝰ ẽ:vt oẽm maculã hois ⁊ ſordes emun
det. Deꝰ vero meus impleat oẽ deſi
deriũ vr̃m ſcđm diuitias ſuas i gl̃a
in xp̃o ieſu. Ideo diſcreuit dicẽs : Deus
meꝰ:vt ſcđm ea q̃ ꝑſtabat meritis eiꝰ auxi-
lia adeſſẽt ⁊ deſiderijs eoꝝ in copia magni-
tudinis bonitatis ſuę in gl̃a xp̃i ieſu. Gr̃a ẽ
eñ xp̃i ieſu:cũ dei nutu xp̃ianoꝝ implẽtur
deſideria ſcđm euãgelicã diſciplinã. Deo
aũt et patri nr̃o gl̃a in ſecula ſeculo
rũ amẽ. Hic non diſcreuit:ſ; generalit̃ ait:
Deo ⁊ pr̃i nr̃o. Deꝰ ꝓpter timorẽ: pat̃ autẽ
honorĩ cã:⁊ q; ab ipõ ẽ ois origo. Ipe.n.di
xit in malachia ꝓpheta: Si deꝰ ego ſũ vbi Malachie.1.
ẽ timor meꝰ:⁊ ſi pat̃ ego ſũ:vbi ẽ honor me-
us? Salutate oẽ; ſcm̃ in xp̃o ieſu.
Hũc ſalutate in xp̃o ieſu :q̃ ſe ſanctificat:vt
xp̃o dignꝰ habeat̃ :q̃ dixit: Scti eſtote qm̃ Leuit.19.
ego ſanctꝰ ſũ dñs deꝰ vr̃. Salutãt vos
q̃ mecũ ſũt frẽs. Salutatio frm̃ :ſolatiũ
inuicẽ ꝑſtat:quaſi imagines eñ exhibet di-
uuiſſoꝝ. Salutãt vos oẽs ſcti maxi-
me q̃ de ceſaris domo ſũt. Hos ſigni-
ficat ꝓpẽſiorẽ affectũ habere circa eos q̃ de
domo cęſaris ſũt:iſtos ⁊ potiores ſuprame-
moratis oñdit fratribꝰ:q; hos ſcõſ appellat.
Grã dñi nr̃i ieſu xp̃i cum ſpũ vr̃o.
Qm̃ de ſaluatorĩ ꝑſona q̃ſtiões oriũt̃:h̃ vt
ſoliditatẽ in eo diuinitatis approbet tuitiõ;

grē eius ſpiritui noſtro exoptat.
Explicit explanatio ſancti Ambro
ſij epi in epl'am beati pauli ad Phi
lippenſes. Incipit p̄fatio eiuſdē
in epl'am btī pauli ad Coloſſenſes.
c Oloſſenſes: pſeudo apoſtoli euer-
tere nitebantur: vt poſt pdicatio-
nē epaphre: ſiue archippi: philoſo-
phicis diſputatiōib⁹ irretirēt ſimplicitatem
mentis eoꝝ ne ſpernerēt rōnes elemētoꝝ:
q̄bus quaſi gubernat' vita hūana: Idcirco
hos apl'us hortatur p epl'am ꝛ admonet ne
alicui p̄ter xp̄m aliquā eſſe ſpem putarent ꝛ
deciperentur. Explicit prefatio.
Incipit explanatio ſācti Ambroſij
epiſcopi in epiſtolā beati pauli ad
Coloſſenſes. Capitulū primū.

p Aulus apoſtolus
xp̄i ieſu p voluntatē dei: et
timothe⁹ frater: his qui
ſūt coloſſis ſancti ꝛ fide
lib⁹ fratrib⁹ in xp̄o ieſu:
gratia vobis ꝛ pax a deo patre no-
ſtro. Caput epiſtole ſolito more ſcribit ad
eos: in quo ꝛ ſanctis ꝛ fidelib⁹ ꝛ fratrib⁹ lit-
teras ſe ordinare proſequit': quib⁹ exoptat
dei gratiā manere p xp̄m. Gratias aga
mus deo patri dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſem-
per p vobis orātes: audita fide ve
ſtra in chriſto ieſu ꝛ dilectiōe quaꝫ
habetis in oēs ſctōs ppter ſpem q̄
repoſita ē vobis in celis: quā ante
audiſtis in verbo veritatis euāge-
lij qđ puenit ad vos: ſicut ꝛ in vni-
uerſū mūdū. Qm̄ dignū habuit de⁹ cre-
dere iſtis filiū ſuum: gratias ei refert in ora-
tionib⁹ ſuis. Deinde propter charitatē quā
habebāt in ſanctos: fidi quia pro hac ſpes
firma eſt apud deū: qua remuneratur⁹ cre-
ditur credētes ꝛ diligētes ſe inuicē auctore
chriſto: cuiuſ nomē puenit ad oēs gētes: vt
multiplicent' in fide ei⁹. Et ē fructificāſ
ꝛ creſcēs ſicut ꝛ i vobis: ex qua die
audiſtis ꝛ cognouiſtis gratiaꝫ dei
in veritate prout didiciſtis ab epa
phra dilecto cōſeruo noſtro qui eſt
fidelis p vobis miniſter chriſti q̄
etiā notā fecit nobis veſtram dile-
ctionē in ſpū. Exemplū ceterarū gentiū
hos creſcere ꝛ fructū vitalē facere alacri ſer-
mone pſequitur: vt ex eo ꝙ dei grāꝫ perce-
perunt proficerēt: ꝛ numero ꝛ ope adiūgen-
tes fidei ſue: qui fierent frēs eoꝝ in chriſto.
Exēplo em̄ bonoꝝ opeꝝ illoꝝ attracti ſunt
multi: teſte illis epaphra q̄ eiſ miſtrauit gra
tiā xp̄i vice apl'i: quā ſtatim ibiberūt vt po
tū ſpiritalē in dn̄i charitate: q̄ nō in carne ē
ſ in ſpū. Idcirco ꝛ nos ex qua die
audiuim⁹: nō ceſſam⁹ p vobis ora
tes et poſtulantes vt impleamini
agnitiōe volūtatiſ eius in omni ſapi
entia ꝛ intellectu ſpiritali: in hoc vt
ambuletiſ digne deo ad oē placituꝫ
in omni opere bono. Audiens apl'us
deuotā ac p̄optam volūtatē illoꝝ circa fi-
dē xp̄i: orat p eis vt ppenſius agnita volū
tate dei: rationabili opere expleret deuotio
nē: quā audita fide xp̄i didicerāt: ne tā fida
mentis edificatio ꝛ robur fidei dū incōſul-
te aliquid imperite cōficeret: labores ſui fru
ctū amitteret. Hoc em̄ libēt' accepto fert' qđ
deuoto fit aīo ꝛ prudent'. Fructificātes
ꝛ creſcētes i agnitōe dei: in oī virtu
te robur capiētes ſcđm potentiam
glīe eius: in oēm patiētiam ꝛ lōga-
nimitatē cū gaudio grās agētes pa-
tri qui vocauit vos in ptē ſortiſ ſctō-
rum in lumie q̄ liberauit nos a po-
teſtate tenebraꝝ ꝛ tranſtulit in reg-
nū filii charitatiſ ſue. Incremētū opeꝝ
eoꝝ cū ſcia vult fieri: vt ſi igrēt fidei ſue ſpē.
Tunc em̄ firmi ꝛ ſtabiles ſunt: ſi aduertāt q̄
p fide pmiſſa ſūt: ꝛ quāta ſit potentia glīe
maieſtatis dei in patiētia: vt lōga expecta-
tiōe ſuſtineat humanū gen⁹: qđ in reueren-
tia ſua nō ſolū negligit creatorē: veꝝ pſeq̄t'
amātes eū: vt ꝛ ipſi ſiliter patientes ſint: vt
ſupportēt pbra ꝛ maledicta ifideliū: vl' ſi illa
ta fuerit p̄ſſura expectantes iudiciū dei: nec
dubitātes đ eo: magl' aūt gaudētes i pmiſ-
ſa vita cū grāꝝ actionib⁹ deo: q̄ dignat⁹ eſt
aduocare ꝛ inducere gētes in promiſſioneꝫ
iudeoꝝ: q̄ ē lumē eternū: id eſt veritas per-
petua. Liberati em̄ de cōditiōe tenebraꝝ: h
eſt eruti de inferno in q̄ tenebamur a diabo
lo tam ex pprio ꝙ ex delicto ade: q̄ ē pater
oīm peccātiū: trāſlati ſum⁹ p fidē in regnuꝫ
celeſte filij dei: vt oſtenderet nobis de⁹ quo
amore diligit nos: quando attollens nos
de imo tartari induxit in celos cum vero fi-
lio ſuo. Iam enim omnes credentes qui fi-
xa mente deuoti ſunt: exeūtes de ſeculo du
ce dextre partiſ angelo inducuntur in celū:



qđ ante deuictam mortē conceſſū nō erat.
In quo habem⁹ redēptionē remiſ-
ſione peccatorum. In huius filij ſui re-
gnum tranſtulit nos deus per queꝫ nos re-
demit ꝛ manumiſit. Remiſſio em̄ peccato-
rum liberos facit: vt liberati debitis teneri
obnoxij nō poſſint. Nā ſine fide chriſti nul-
lus egreſſus de inferno eſt: quia obligatus
peccatis exire ianuas tartari non poteſt.
Qui eſt imago dei inuiſibilis. In-
uiſibilis dei imago: viſibilis eſſe nō poteſt:
alioquin nec imago. Qđ eni iuiſibile ē: pin
gi nō poteſt: nec eni viſibilis poteſt inuiſibi
lem videre. Aut enim corpus eſt quod vide
tur: aut figura: aut aliqua iformata ſubſtā-
tia quā fert acies oculorū: totum tamē cor-
pus eſt. Deus autem qui ab his omnibus
alienus eſt: quomodo poteſt imaginē habe
re viſibilem? Sed ideo ſic dicitur: vt talis fi-
lius intelligatur qualis ē pater: vt quia de
ipſo eſt: ꝛ nihil diſtat ab eo in diuinitate na
ture: imago eius dicat' ꝛ forma: ne alius de-
us a perfidis crederetur: quāuis nomie ipō
hoc contineatur. Ideo enim verus dei fili⁹
dicitur: vt de ipſo eē credat'. Sed propt' ma
lam intelligentiā etiam hoc additum ē: vt
imago eius dicatur: vt cum apparet licet in
figura humana: aut certe i igne: vt ad moy-
ſen nō ipſe pater intelligatur eſſe ſed filius:
ꝛ per id qđ imago ei⁹ dicitur: nihil ab eo di-
ſtare credat'. Unde dicit ad philippū: Phi-
Ioh.14. lippe qui me videt: videt ꝛ patrem: quomo-
do tu dicis: oſtende nobis patrem? Nō cre-
dis: quia ego in patre ꝛ pater in me ē? Hec
eſt vnitas ꝛ ſubſtantialitas patris ꝛ filij vt
inuicem ſint: vt qui videt filium videat ꝛ pa-
trem. Nunc videamus quomō viſus ſit fi-
lius: vt perinde intelligamus qua ratione
philippus videndo filium videat ꝛ patrem.
Intellectu certe operum diuinorum vide-
runt filium: nō carnalibus oculis: que ope-
rat⁹ ē filius: dixit eſſe patris: vt vnitatē vir-
tutis oſtenderet. Eodē genere viſus ē ꝛ a ia
cob: vnde nomē accepit iſrael: id eſt homo
videns deum. Propter hoc ergo imago di-
ctus eſt inuiſibilis dei: vt ipſe eſſe intellige-
retur qui per intellectum viſus eſt deus: pa
trem autem nunquā vllo mō apparuiſſe: ſi-
Ioh.1. cut dictū eſt in euāgelio: Deuꝫ nemo vidit
vnquam. Primogenitus vniuerſe
creature. Ante omnē creaturam genitum
filium nō creatum teſtatur: vt ſecerneret na
tiuitatem eius a creature factura. Et vt hoc
penitus clareſcat ſubiecit: Quia i ipō
condita ſūt omnia in celis et in ter-
ra: viſibilia et inuiſibilia: ſiue thro-
ni: ſiue dominatōes ſiue pncipatuſ
ſiue poteſtates: omnia per ipſum ꝛ
in ipſo cōdita ſunt. Nō ſolū in eo mag-
nificū ꝛ glīoſum ſignificat chriſtum: qui an-
tequā fierent omnia: natus eſt: ſed ꝛ in ipſo
dicit omnia condita: hoc eſt: vt omniū po-
tentia in eo eſſe credat': ꝛ de eo perfecta duꝫ
omnia fiunt per ipſum: hoc ē: caput eē toti⁹
creature: quia ab ipſo vt ſint eſſe ceperunt.
Ideo autem que ab ipſo facta ſunt p ipſuꝫ
facta dicuntur: quia ad hoc natus eſt vt fa-
ceret creaturam: hoc eſt feciſſe in eum ꝛ per
eum. Nec enim ſibi natiuitas ſua proficit ſ
nobis: quia non eguit naſci qui in his erat
quomodo ſit vnic⁹ dei patris ꝛ filij: quomo
modo ipſe nouit: que ingenita ſunt dei pa-
tris. Erat enim in deo qui proceſſit de deo:
ita vt vnus eſſet deus: ac ſic fit vt neq; dimi
nutio ſit patris: neq; profectus filij dū na-
ſcitur. Et vt apertius tradat que ꝛ quanta
ſit potentia filij: oſtendit que per ipſū ſint:
id eſt throni: dominationes: ꝛ principatus
ac poteſtates: vt perinde omnino min⁹ ni-
hil in eo eſſe credatur ꝙ eſt in patre. Et
ipſe eſt ante omnes. Ante omnes ſic ē:
quia hic ſolus de deo patre natus eſt: đ in-
genita vtiq; ſubſtantia dei. Hec autem vir-
tute eius quā per generationem habet a pa
tre ſubſtiterunt: non vt cōmunio eis ſubſtā
tie ſit cum eo: ſed ex nihilo nutu dei patris
filio agente ceperunt. Et cuncta i ipſo
cōſtant. In ipſo conſtant: quia ſine eo ni-
hil ſunt. Niſi eni huic fuerint ſubdita: erro-
re deuia: quaſi perditioni fient obnoxia.
Et ipſe ē caput corporis eccleſie.
Eccleſie caput eſt chriſtus: ſi tamen om-
nes vnum ſentiant celeſtes ꝛ terreni: vt ſint
eccleſia: hoc eſt vnius fidei. Si quo minus
truncati capite: hoc eſt omnium corporuꝫ:
totius corporis: id eſt a creatore ſuo ſciun-
cti: amentia quadam ꝛ vanitate bacchant'.
Qui eſt pricipium primogenitus
ex mortuis vt fiat in oīb⁹ ipſe pri-
matum tenens. Quoniam omnia per
ipſum ſunt: per ipſum denuo negligentia
quadam facta caduca reformāda fuerunt:
ne ad iniuriā eius pertineret ſi opus ei⁹ per
alterū inſtauratum fuiſſet: vt quomō ante

omnes natus eſt:ſic iteruꝫ ante omnes pri
mus eſſet ex reſurrectione mortuorū reddi/
ta priſtina vita. Ante omnia enim natꝰ eſt
de deo:vt cuncta crearet que non erāt:iterꝫ
aūt accepta carne de virgine natus eſt: vt
peccatū qđ ex virgine eua intrauerat i mun
dum aboleret. Natus ergo ⁊ mortuꝰ reſur/
rexit:vt que primū fecerat poſtea iterum re
crearet:qꝛ per errorem fuerāt velut mortua
vt ſemꝑ in omni vita ſit primꝰ ⁊ princeps.
Quia in ipſo cōplacuit oēm pleni
tudinem inhabitare. Plenitudo i ipſo
ē ⁊ manet:qꝛ omnia poteſt ſemper:vt nihil
exceptū ſit qđ nō per eum poſſit pręſtari:vt
⁊ faceret ⁊ reformaret:⁊ lapſa erigeret ⁊ mor
tua viuificaret. Unde ait:Sicut habet pat
vitam in ſemetipſo:ita dedit ⁊ filio vitā ha
Joh.5. bere in ſemetipſo. Sicut eñ pater ſuſcitat
mortuos ⁊ viuificat:ſic ⁊ filiꝰ quos vult vi/
uificat. Nec eñ pr̄ iudicat quēquā:ſ; omne
iudicium dedit filio. Quid tam iuſtuꝫ: niſi
vt horū que fecit per illū ipſi daret iudiciū:
vt omnis plenitudo diuinitatis habitet in
ipſo: per id qđ dixīmꝰ:omneꝫ illū poteſta/
teꝫ in ſe habere:hoc eſt deū eſſe perfectū: ꝗ
eni hęc oīa nō habet nō ē deꝰ. Et per eū
recōciliare oīa in ipſū pacificans ꝑ
ſanguine crucis eius:ſiue que in ce
lis ſūt:ſiue que in terra. Hoc eſt qđ ſu/
pra memoraui:qꝛ vꝫ ea oīa quę fecit ꝑ illum
reſtauraret cū errore quodam diſcrepare cę
piſſēt ab inuicē nec nō ⁊ ab auctore. Eſt eni
adhuc error in carnalibus cęlis:humiliauit
eū incarnādo illū:vt homo factꝰ oſtēderet
ac doceret:quomō poſſint ea quę in firma/
mento ſūt ⁊ ſuper terrā recōciliari creatori.
Qđ vt ad perfectū perduceret occidi ſe paſ
ſus eſt propter homines:vt quos apud ſu/
peroſ docuerat:exeūtes hic a morte ſecūda
teneri nō poſſint:vt doctrina eiꝰ fructū ha/
beret primę inſtitutiōis:⁊ omnia facta per
ipſū viuerent in ipſo quaſi in auctore: ſicut
petrus fatet̃ in actis apoſtoloꝝ. Et vos
quōdam alienatos et inimicos cō/
ſiliorū eius i operibus iniq̄s:nunc
auteꝫ recōciliatos in corꝑe carnis
eius per morte:exhibere vos ſan/
ctos et imaculatos et irreprehen/
ſos in cōſpectu ſuo. Quale donum dei
ſit erga gentes memorat vt oſtēdat eos de
bitores:⁊ quidē multū in gratiarūactioni/
bus dei:qui cum inimici eēnt cōſiliorū eiꝰ:
quibꝰ decreuit viſitare genus humanū per
famulū ſuū moyſen:cuius doctrinā ⁊ pote/
ſtatem nō receperūt:deuoti idolis ſuis. Jō
operibus iniquis: adorauerunt eni opera
ſua quę fecerunt:miſericordia autē ⁊ proui/
dentia dei req̄ſiuit eos:vt gratuito dei gra/
⁊ cognoſcere veritatem. Hęc eſt inquit vita eterna:vt cognoſcant te ſolum ⁊ verũ deũ:⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum. Si deꝰ vtiq̃

ꝗ oipotēs dicit oēs hoies ſaluos vult fieri:
cur nō impletur eius voluntas? Sed i om-
ni locutiōe ſenſus ē: ꝯditio latet. Unde di-
1. Petri. 1. cit petrus apoſtolus: Omnis ſcriptura in-
diget interpretatione. Uult enim deus om
nes ſaluos fieri: ſed ſi accedant ad eũ. Non
eñi ſic vult vt nolentes ſaluent̄: ſed vult il-
los ſaluari ſi ⁊ ipſi velint. Nam vtiqꝫ qui le
gez omnibus dedit: nullũ excepit a ſalute.
Nunquid nō medicus idcirco proponit in
publico: vt omnes ſe oſtendat velle ſalua-
re: ſi tamen ab egris requiratur? Nō eſt eñi
vera ſalus ſi nolenti tribuatur: nec gaudere
poteſt i percepta ſalute qui inuitus ſi tamē
fieri poteſt accepit medicinam: vt nō dicaz
q: medicine effectum habere nō poteſt: niſi
ad illam eger animum cōmodauerit: q: hec
medicina nō eſt corporalis ſed ſpiritalis: ꝗ
neqꝫ dubijs ꝓficit neqꝫ inuidis. Fides eſt
eñi ꝗ dat ſalutē quā niſi mens tota ſuſcepe
rit voluntate: nō ſolum nihil proderit ſed ⁊
oberit. Fidei eteñi gratia hāc habet ptātez
vt deuotis ſibi diuinā infundat medelā: in-
deuotis vero cōferat morbũ per quē totus
homo intereat. **Unus eñ deus: vnꝰ
⁊ mediator dei ⁊ hominum: homo
xp̄s ieſus.** Dei ⁊ chriſti vnaz ſignificat eē
voluntatē in ſaluandis hominibꝰ: Uñ deũ
patrem: quia ab ipſo eſt omnis auctoritas:
vnũ eſſe fatet̄: ⁊ vnũ mediatorem dei et ho-
minũ xp̄m ieſum. Miſſus eñ a patre factꝰ
arbiter recōciliauit deũ ⁊ homies: reformā-
do eos ad agnitionē eius. Quia enim vnꝰ
eſt pater ⁊ filius: nō perſona ſed indifferen-
ti natura: vt arbiter eſſet dei ⁊ hominũ: filiꝰ
dei aſſumpta carne homo natꝰ ē: vt media-
tor dei ⁊ hominũ homo eēt chriſtꝰ ieſus: id
eſt nō ſine diuinitate: quia i deo homo erat
⁊ deus in homine: vt ex vtroqꝫ eſſet media-
tor ⁊ vtrũqꝫ reconciliaret in ſe primũ hoc fe
cit. Nō eñ poterat vnitatē dei cuſtodiens
mediator dei ⁊ hominũ vocari: quaſi alius
eſſet deus qui diſſidentē hominez a deo in
gratiā reuocaret: ſ homo qui legē datā nō
p̄teriret factus eſt arbiter inter eũ qui pec-
cauit: ⁊ inter illũ qui peccare ignorat: vt hic
ignoſceret: ⁊ homo de cetero in dei fide ma
neret. **Qui dedit ſemetipſũ redem
ptionē pro omnibꝰ. Cuiꝰ teſtimo-
niũ tēporibꝰ ſuis datum eſt in quo
poſitus ſũ ego p̄dicator ⁊ apoſto-
lus: veritatez dico nō mentior: ma
giſter gentiũ in fide ⁊ veritate.** Oñ
homo reconciliatꝰ iā deo obnoxiꝰ erat mor
ti inferne: ne ad deũ cui recōciliatꝰ erat poſ
ſit aſcendere: ſaluator vt arbitriuz ſuum ad
effectũ perduceret mori ſe paſſus eſt contra
ius: vt deſcendens ad inferos mortē de im-
pietate quā in eo geſſerat damnaret: aufe-
rens ei quos tenebat: vt de cetero quiſqꝫ ſi-
gnũ eiꝰ haberet ab ea teneri nō poſſit. Cuiꝰ
rei teſtimonium tp̄e quo reſurrexit oſtēdit.
Deſtructio eñi mortis reſurrectio mortuoꝝ
eſt. Quā ſpem miſſus ē hic apl̄s gētibꝰ pre-
dicare: vt ab eo diſcerēt ꝗ ſpes eēt i chriſto.
Hic eñ datus ē magiſter vt fidem doceret ⁊
veritatē. **Uolo itaqꝫ orare viros in
omni loco: leuātes ſanctaſ manus
ſine ira et diſceptatiōe.** Pacificũ ani-
mum in oratione eſſe debere vt ad effectuz
deducat̄ oratio. Sancte eñ manus ſũt: qñ
cor mundũ eſt: ſic tamen in omni loco oran
dum precipit: vt cōpetens locus intelligat̄:
nō vtiqꝫ importuno aut ſordido loco: ꝗppe
cũ prohibeat dñs vulgo orare: ſed h̊ monet
ne in ſola eccleſia putarent orandũ. **Si-
militer ⁊ mulieres in habitu orna-
to cũ verecũdia ⁊ pudicitia ornan-
tes ſemetipſas: nō tortis crinibus
aut auro aut margaritis aut veſte
precioſa: ſed qꝺ decet mulieres ꝓ-
fitētes pietatem per opera bona.**
Humili habitu mulieres orare debere: non
in iactantia. Qui eñ vult audiri inclinare
ſe debet: amota a ſe pompa: vt miſericordi
am dei prouocent. Habitus eñi ſup̄bus nec
īpetrat nec recta de ſe facit credi. Quis eñi
prudentium iactanter ornatā mulierem nō
horreat? Quātomagl̄ auctor deus qui cor-
pus a ſe liberũ factũ obligatum metallis vi
detur. Nā humilis habitus bone ꝓfeſſioni
cōgruit vt poſſit nō aliud eſtimari ꝙ cerni-
tur. Que autem in domo dei cum pompa
ſe mauult videri: non vtiqꝫ propter deum:
ſed propter homines conſequitur qꝺ vult:
vt glorioſa videatur: nihil ꝯſecutura a deo
niſi maculam. Quanto eñi hominibꝰ ſplen
dida videtur: tantomagis deſpicit̄ a deo.

**Mulier in ſilentio diſcat: i omni
ſubiectione. Docere autem mulieri
nō permittitur: neqꝫ dominari vi-
ro ſed eſſe in ſilentio.** Nō ſolum habi-
tum humilem habere debere mulierem: ve
rumetiam auctoritatem ei denegandam et



ſubijciendam precipit viro: vt tam habitu
ꝙ obſequijs ſub poteſtate ſit viri ex quo
trahit originem. **Adam enim primꝰ
creatus eſt: deinde eua: ⁊ adam nō
eſt ſeductus: mulier autem ſeducta
facta eſt in preuaricatione. Salua
autem erit per filiorum generatio-
nem: ſi tamen i fide māſerint ⁊ i di-
lectiōe et ſanctimonia cum pudici-
tia.** Prefert virum mulieri propter qꝺ pri-
mus creatus eſt: vt inferior ſit mulier: quia
poſt virũ ⁊ ex viro creata ē. Adijcit ⁊ aliud:
quia diabolus nō virum ſeduxit ſed mulie
rem. Uir aũt per mulierez deceptus eſt: ac
per hoc nulla illi concedenda audacia eſt: ſ
eſſe debet in humilitate: quia per illā mors
intrauit in mundum. Salua autem erit in-
quit per filiorum generationem: ſi tamē in
fide māſerint ⁊ charitate ⁊ pura vita. Hos
enim filios dicit qui regenerantur per fidē
chriſti: quia ſi in generatiōe ſua perſeuera-
uerint cũ his liberabit̄ reſurgēs ex mortuiſ:
nō quo ab illis liberabitur: ſed per illoꝝ ge
nerationem cum credunt qui deſtinati ſunt
in vitam eternam: peruenitur ad reſurrecti
onem ex mortuis: ⁊ fiet ſalua credentibus
illis ⁊ vitā caſtā agentibus. Tamdiu enim
reſurrectio ſuſpenſa eſt: quādiu omnes cre-
dant predeſtinati ad ſalutem.

## Capitulum tertium.

**Umanus ſermo eſt. Si quiſ
b epiſcopatum deſiderat: bo-
num opus deſiderat.** Quo-
niam epiſcopum bone vite eē oportet: idcir
co qui epiſcopatum cupit bonum opus de
ſiderat. Hoc enim cupiens: bonam vitā ap-
petere videtur: ſi tamen nō ab his declinet
que in ſubiectis habent̄: ne ambitiōe ⁊ de-
ſiderio pecunie hoc egiſſe videat̄. **Opor
tet ergo epiſcopum irrep̄henſibilē
eſſe.** Qualis epiſcopꝰ debeat eē deſcribit:
vt nemo epiſcopatũ appetat niſi fuerit fidꝰ
qui ab oibus cōtrarijs abſtinere ſe pōt: vt
non indignꝰ ſit ſua profeſſione. **Unius
vxoris virum.** Quāuis ſcꝺam numero
vxorē nō ſit habere ꝓhibituz: vt tamen ꝗs
dignꝰ ad epiſcopatuz ſit: etiam licita debet
ſpernere propter ſublimitatem ipſius ordi-
nis: quia ceteris melior debet eſſe qui cupi-
dus eſt ſedis illius. **Sobriũ: pudicũ:
ornatum: hoſpitalem: docibilē: nō
obnoxiũ vino: nō verberatorē ſed
modeſtũ: nō litigioſum: nō aſperũ:
domũ ſuam bene regentem: filios
habētem ſubditos cum omni cha-
ritate.** Talem hominē qui hec cuſtodiat ꝗ
enumerat bona creari dicit debere epiſco-
pum. Hec enim ſigna ſũt dignitatis epiſco
palis. Si autē quis potiora ſectatus ⁊ cor-
pus ⁊ aīam ſuā deo dicauerit ne ſe copulet
matrimonio: tantomagis dignus fiet. Jō
eñ inferiorē poſuit: vt de potiore nemo du
bitaret. **Si ꝗs autem domui ſue pre
eſſe neſcit: quomō eccleſie diligētia
habebit?** Manifeſtum eſt: quia tunc po-
teſt idoneuſ rector futurus probari: ſi prius
domũ ſuam recte gubernauerit. Qui enim Luc. 16.
in minimis fidelis ē: ⁊ in magnis fidelis ē.

**Nō neophitum: ne in ſuperbiam
elatus i iudicium incidat diaboli.**
Uerum eſt: q: rudis in fide ſolet extolli ſu-
perbia: maxime ſi accipiat ordinē. Nouita-
te eñi ⁊ poteſtate inflatur: arbitrās ſe pre ce
teris digniorem. Uidens eñ primo anno
natiuitatis collatũ in ſe honorē: putat non
magis ad ſuũ ſed ad alioꝝ profectũ ſevoca
tum: quaſi beneficium religioni det magis
ꝙ accipiat ab ea: per quā rem elatus incur-
rit laqueũ diaboli. Jnuenta eñ occaſiōe ſu
perbie illiꝰ ſathanas p̄cipitat eũ. Jōqꝫ i ſa
lomone legit̄: Superbis deus reſiſtit. Uñ
⁊ in alia epl̄a idez apl̄s ait: Qui ſe putat eē Gal. 6.
aliquid ſeipſũ ſeducit. Et dominꝰ: Qui ſe Luc. 14.
inquit exaltauerit humiliabit̄. **Oportet
autē eum ⁊ teſtimoniũ habere bo-
num ab his qui foris ſunt.** Senſum
dominicum ſecutꝰ ait: Oportet futurũ epi-
ſcopum teſtimoniũ bonũ habere ab extra-
neis: quia qui in minimis fidelis eſt: ⁊ i ma
gnis: ſic dicit dñs. Si in alieno māmona fi
deles nō fuiſtis qꝺ veſtrũ ē: ꝗs dabit vobiſ
vt h qui in mundanis rebus ⁊ cōuerſatiōe
hũana fidelis minime iuenit̄: dubiũ nō ſit
quia ⁊ in diuinis rebus idoneus nō erit: Si
autē hominibus fidem exhibuerit: multo-
magis deo. **Ne in opprobrium inci
dat et laqueum diaboli.** Si timorem
dei ante oculos nō habuerit epiſcopꝰ: tem-
pori magis ſe cōmendās: hunc quaſi infide
lem ⁊ pſeudo prophetā deſerit deus: ⁊ dif-
formis videbit̄ omnibꝰ ⁊ maculoſus: q: ali-
ter facit ꝙ predicat: verbis ſuis ipſe ſe accu
ſans: q: deputatꝰ eſt gregi ſathane. Tunc
eñi vera ſe probat predicare: ſi ea conetur et

gerere. Magna ergo cura eligendus ē: qui domū dei regendā accipiat. Si enim terreſtrium rerū diſpenſatores idonei quęrendi ſunt: quātomagis cęleſtiū? **Diaconos pari mō pudicos: nō bilingues: nō vino multo deditos: nō turpib⁹ lucris vacātes: habētes myſteriū fidei in cōſciētia pura: ⁊ hi autē ꝓbētur primū: ⁊ ſic miniſtrēt ſine crimine.** Qui tanta cura diaconos eligēdos ꝑcipit: quos cōſtat miniſtros eſſe ſacerdotū: quales vult eſſe ep̄os: niſi ſicut ipſe ait: irreprehenſibiles? Negocia tamen publica: turpia: vilia lucra nō habentes. Scit ideo eni negociari vt capiāt lucra: nec aliud profitetur ꝙ̄ gerit. Turpia autem lucra hęc dicit eſſe: ſi ſub pia profeſſione queſtibus ſtudeatur. Turpis enim deprehenditur cū ſe purum oſtentat. Poſt epiſcopū tamen diaconat⁹ ordinationē ſubiecit. Quare: niſi quia ep̄i ⁊ p̄ſbyteri vna ordinatio eſt: vterqꝫ eniꝫ ſacerdos eſt. Sed ep̄s primus ē: vt oīs ep̄s preſbyter ſit: nō tn̄ omnis preſbyt̄ ep̄s. Hic em̄ ep̄s ē qui inter preſbros prim⁹ eſt. Deniqꝫ timotheū preſbrm ordinatū ſignificat: ſꝫ quia ante ſe alterum nō habebat: ep̄s erat. Unde ⁊ queādmodū ep̄m ordinet oſtēdit. Neqꝫ enim fas erat aut licebat: vt inferior ordinaret maiorē. Nemo em̄ tribuit qđ nō accepit. **Mulieres ſimiliter pudicas nō ſtudētes dicordie: ſed ſobrias: fideles in omnibus.** Quia ſanctū ꝑcepit creari epiſcopuꝫ ad eque ⁊ diaconū: nō vtiqꝫ diſparē vult eē plebē: quippe cum
Leuit.19. dicat dominus: Sancti eſtote: q2 ⁊ ego ſanctus ſum. Ideoqꝫ etiā mulieres quę inferiores videntur: ſine crimine vult eſſe: vt mūda ſit eccl̄ia dei. Sed cataphryge erroris occaſionē captātes: propt̄ qđ poſt diaconos mulieres alloquit̄: etiā ipſas diaconas ordinari debere vana preſumptiōe defendūt: cum ſciāt apoſtolos ſeptē diaconos elegiſſe. Nunqđ nulla mulier tunc idonea inuenta eſt: cū inter vndecim ap̄los ſanctas mulieres fuiſſe legam⁹? Sed vt heretici animū ſuū verbis nō ſenſu legis aſtruere videant̄: apoſtoli verbis contra ſenſū nitunt̄ apoſtoli: vt cū ille mulierē i eccleſia i ſilentio eē debere ꝑcipiat: illi econtra etiā auctoritatē in eccleſia vendicent miniſterij. **Diacones ſint vnius vxoris viri: filios bene regentes ⁊ domos proprias. Qui em̄ bene miniſtrauerint: gradū bonū ſibi acquirūt: ⁊ multā fiduciam in fide que eſt in chriſto ieſu.** Ea que min⁹ dixerat de ordinatione diaconat⁹ nūc ſubiecit. Oſtendit etiā iſtos vni⁹ vxoris viros eſſe debere: vt hi ad miniſteriū dei eligant̄ qui nō ſunt egreſſi conſtitutū dei. Homini em̄ vnā vxorē decreuit deus: cuꝫ qua benedicat̄. Nemo em̄ cū ſecūda bn̄dicitur. Qui ſi filios bn̄ gubernauerit: ⁊ domos ſuas: id eſt vernaculos aut domeſticos: poterūt digni fieri ſacerdotio: ⁊ fiduciaꝫ habere apud deū vt ſciant ſe poſſe impetrare quod poſtulant: iā de cętero ſe ab vſu feminę cohibentes. Ueteribus eni idcirco cōceſſum ē leuitis aut ſacerdotibus vxores ad vſum habere: q2 multū tempus ocio vacabant a miniſterio aut ſacerdotio. Multitudo eniꝫ erat ſacerdotum ⁊ magna copia leuitarū: ⁊ vnuſquiſqꝫ certo tēpore ſeruiebat diuinis cerimonijs ſcd̄m inſtitutū dauid. Hic enim viginti ⁊ quattuor claſſes ꝯſtituit ſacerdotum vt vicibus deſeruirēt. Unde abia octauā claſſem habuit: cui⁹ vice zacharias fūgebat̄ ſacerdotio: ſicut cōtinet̄ in paralipomenon: ita vt tempore quo nō illos contingebat deſeruire altari: domorum ſuaꝝ agerent curam. At vbi autem tempus imminebat miniſterij: purificati aliquantis diebus accedebant ad templum offerre deo. Nunc autem ſeptē diaconos eſſe oportet aliquantos preſbros: vt bini ſint per eccleſias ⁊ vn⁹ i ciuitate epiſcopus: ac per hoc omnes a cōuentu feminę abſtinere debere: q2 neceſſe ē eos quotidie pręſto eſſe in eccleſia: nec habere dilationē vt poſt cōuentū legitime purificentur ſicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum eſt: etiam ſi nō quotidie peregrinis: incolis tamen vel bis in hebdomada: ⁊ non deſunt qui prope quotidie baptizentur ęgri. Nam veteribus ideo cōceſſum eſt: quia multo tempore in tēplo nō videbant̄ ſed erant priuati. Si em̄ plebis hominibus orationis cauſa ad temp⁹ abſtinere ſe ꝑcipit vt vacent orationi: quātomagis leuitis aut ſacerdotib⁹: quos die noctuqꝫ ꝓ plebe ſibi cōmiſſa oportet orare. Mūdiores ergo eē debēt ceteris: quia actores dei ſūt. **Hec tibi ſcribo ſperās cito me venire ad te. Si aūt tardauero vt ſcias queādmodū oporteat te in domo dei ꝯuerſari q̄ ē eccl̄ia dei viui:**



**colūna ⁊ firmamētū veritatis.** Quātū ad ſciam ei⁹ pertinebat: hoc erat in eo ꝙ citius illū viſurus eēt. Sꝫ q2 ſolet aliud placere deo: cuius ꝓuidētia ipſi ſoli cognita ē: idcirco ne forte inquit tardeꝫ: ſcribo tibi vt ſcias quomō eccleſiā ordines que ē domus dei: vt cū totus mundus dei ſit: eccl̄ia tn̄ domus ei⁹ dicat̄: cui⁹ hodie rector ē damaſus: Mundus em̄ in ꝑuaricatione ē diuerſo turbat⁹ errore. Jđ illic nccē ē dicat̄ eē dom⁹ dei ⁊ veritas: vbi ſecūdū voluntatē ſuā timet̄. Hoc ꝓfitentib⁹ de eo ſerius: qđ ipſe dignatus eſt edocere. Ne forte verba ei⁹ negarentur eē: virtutib⁹ hęc ſignauit q̄ a nullo alio fieri poſſūt: vt his īfidelitas accuſata inexcuſabilis pereat. Firmamētū em̄ veritatis hui⁹ ſigna ſunt ⁊ ꝓdigia. **Et quidē omniū cōfeſſiōe magnū ē hui⁹ pietatis myſteriū.** Nullū fideliuꝫ admirari negat ſacramentū veritatis in eccl̄ia ꝑdicate: quā pietatē appellat. Magnanimitatē em̄ ⁊ clementiā ſuā cognoſcētibus ſe diuina tribuit dona: excepta remiſſione peccatoꝝ quā hic in p̄ſenti largit̄. **Qđ declaratū ē i carne: iuſtificatū ē in ſpū: viſum ē angelis: p̄dicatū ē gentib⁹: creditū eſt in hoc mūdo: aſſumptū eſt in gloria.** Sacramentū myſterij dei qđ eſt xp̄s in carne dicit manifeſtatū qđ latebat in ſpiritu. Natus em̄ hō filius dei q̄ i ſecreto erat apđ deū: opere ⁊ ꝑdicatiōe declarauit ſe creaturę: ⁊ hoc ē iuſtificatū eē in ſpū operib⁹ ⁊ virtute: claruiſſe euꝫ qui erat in carne q̄s eſſet: deinde apparuiſſe angelis: nō iam in forma humilitat̄ ſꝫ in ptāte. Tamdiu em̄ aſpectu humilis viſus ē per carnē: quādiu deuicta morte reſurgeret a mortuis: ⁊ videret̄ maieſtas eius q̄ nat⁹ vt hō: nō erat totus hō: vt agnoſcētes angeli myſteriū qđ prius latuit declaratū: i carne genu illi flectētes q̄ſi deo grās agant: q2 didicerūt veritatē que gentibus ꝑdicata eſt: vt ab errore liberarentur in quo mūdus ꝓficit vt nō dānet̄. Jđ enim creditū ē mūdo dei ſacramētū: vt ꝑfidia ei⁹ veniā error̄ mereri nō poſſit. Sic dicit dn̄s
Ioh.15. de iudeis: Si nō veniſſē ⁊ locut⁹ eis fuiſſeꝫ pctm̄ nō haberēt: nūc aūt excuſationem nō habebūt de pctō ſuo: q2 qđ velut infirmū ⁊ deforme ꝯtēpſerūt: aſſumptū ē i glia. Poſt crucē manifeſtata ꝑſona ⁊ virtute ſua ſaluator palam famulantib⁹ nubib⁹ aſcēdit glorioſus in cęlos.

## Capitulū quartū.

**Spiritus autē manifeſte dicit: q2 in nouiſſimis temporibus recedēt quidā a fide attendētes ſpūs fallaces: doctrinas demonioꝝ i ſimulatiōe falſiloquorū cauteriatā habētiū cōſciam ſuā: ꝓhibētiū nubere: abſtinere a cibis quos de⁹ creauit ad ꝑcipiēdū cum grarumactiōe fidelib⁹: ⁊ his q̄ cognouerūt veritatē: quia oīs creatura dei bona: ⁊ nihil reijciendū qđ cum grarūactiōe ꝑcipit̄. Sanctificat̄ em per verbū dei ⁊ orationem.** Quę ſibi ſpiritusſanct⁹ futura reuelauerit ad inſtructionē eccl̄iaꝝ ⁊ cautelaꝫ nō tacet: vt ꝑmonitę eccl̄ię ſollicitę ſint: ne ab hmōi poſſint circūueniri hoībus. Quid em̄ tā clarum tāqꝫ apertū ad euitādos aut magl̄ condemnandos doctrinę huius peſtiferę viros potuit manifeſta voce ꝑfari: niſi vt aſſeuerationē eorū fallacē ac ſimulatā doctrinam demonioꝝ nūcuparet: vt cū hui⁹ aſſeuerationis ſermones audiunt̄: a diabolo cōpoſita eſſe doctrina hęc ſciret̄: quā ꝑdixerat ſpiritusſanct⁹: q̄ de incarnatiōe ſaluatoris aſſerit falſa: q̄ nunc in marcioniſtis: ꝗuis pene defecerint: vel patritianis: aut maxie i manicheis denotat̄. Hi em̄ et xp̄m natū negāt ⁊ nuptias prohibēt: ⁊ abſtinendum a cibis tradūt. Quoꝝ cauteriatā dicit cōſciam: hꝰ ē ſimulatōe corruptā: q2 ſicut cauteriū coriuꝫ corrūpit ⁊ notā infligit: ita ⁊ fallacia cōſciētiā que dolo maliuolentię aliud ſcit ⁊ aliud profitet̄ denotat ad perditionem. Jā enim hos immutari negat vt ſaluentur: q2 ſicut cauterium īmutari nō poteſt: ita nec eorum animus emendari. Nihil enim peius ſimulatione. Tales em̄ hi ſūt: quales ⁊ iudei illi q̄ intelligētes xp̄m dei virtute opari: i beelzebub hęc ab eo fieri dicebāt. Ut em̄ fabricatorē hominis male tractent: cuꝫ natos ſe nō doleant: nuptias tamē prohibētes: chriſto carnē ſubtrahūt: ⁊ vt ad eius iniuriā ꝓficiāt ab his q̄ vſib⁹ nr̄is īſtituit: abſtinēdū docēt: vt ꝑ id qđ deſpiciunt̄ mala eē ⁊ a malo auctore inuenta videātur. Hinc eſt vnde apoſtolus omnia a deo bona facta oſtēdit: ſi tn̄ cū gratiarūactione ſumātur. Immunda em̄ erunt ei qui nō landat i his creatorē. Nec enim poſſunt bene illi proficere qui ſic illa ſumit vt male tractet auctorem eorum. **Hec igitur ꝓponens fratrib⁹ bo-**

nus eris miniſter chriſti ieſu: enu-
tritus verbiſ fidei ⁊ bone doctrine
quã aſſecut⁹ es. Quid tam veruꝫ: quid
tam clarũ ⁊ ꝓuidum: niſi vt diſciplina chri-
ſtiana incorrupta tradatur: vt fruct⁹ ei⁹ in
area dominica fertilis ac firmus collaudet̃:
hoc eſt vt in die iudicij nõ reprobus et igni
comburendus cenſeatur. Hoc boni docto-
ris eſt atqꝫ idonei miniſtri domini ieſu chri-
ſti: quippe cum enutritum hunc dicat ꝟbis
fidei ⁊ bone doctrine quã ab infantia hunc
aſſecutum aſſerit. Qui enim integris omni-
bus hebreorũ libris imbutus erat: accepta
fide pfectũ fecit doctorẽ. Prophanas
autem ⁊ aniles fabulas abnue: ex-
ercens temetipſum ad pietatẽ. Cor-
poralis enim exercitatio ad modi-
cum vtilis eſt: pietas auteꝫ ad om-
nia vtilis eſt: promiſſionẽ habens
vite preſent ⁊ future. Prophana ver-
ba aduerſa intelliguntur. Aniles autem fa-
bule delyramenta ſunt quedam. Hec quo-
rundam perſtrepentiũ vocibus ſolent i cõ-
tentionẽ deduci: vt quaſi tractatus habea-
tur rei inanis: cuius effectus nullus eſt niſi
vanitatis. Ab his ergo que cõtraria ſũt de-
clinandum monet: ſimili modo ⁊ ab illis q̃
anilia ſunt vanitate quadã cõpoſita. Sũt
eniꝫ aliqui qui calore animi mittũt ſe in diſ-
putationes huiuſmodi. Pietati autẽ ope-
ram dandã cõmonet: qꝛ grandẽ habet pro-
fectũ. Qui eni miſericordie ſtudẽt ſeniorib⁹
vicem reddentes parentibus: ⁊ in preſenti
vita auxilia dei nõ deerunt illis: ⁊ in futuro
imortalitatẽ habebunt cũ gloria. Exercitiũ
autem corporale ad modicũ vtile dicit. Ie-
iunare eni ⁊ abſtinere a cibis manente au-
ctoritate creatoris nõ multũ prodeſt niſi ad-
datur huic pietas: cui⁹ opera multoꝝ preci-
bus adiuuatur ad dominũ promerendum.
Deniqꝫ illos qui fratribus largi ſunt ⁊ va-
rijs titulis obſequẽtes: in vitã eternã pro-
ficere euãgelicus ſermo teſtatur: diſſentien-
tes autẽ ab hoc opere in eternũ ignẽ. Cor-
poris autem exercitiũ nihil aliud q̃ carnis
frena ſunt. Si quis ergo: quia miſe̾dia ma-
gna res eſt: lubricũ tamen carnis patiatur:
huiuſmodi quid fiet: ſine dubio vapulabit
quia illd̃ oportuit fieri: ⁊ hoc minime pter-
mitti. Si autẽ ſolum corporis habuit exer-
citiuꝫ: perhẽnes penas patiet̃: ſicut i euan-
gelio dominus repromiſit. Omnis eñ ſũ-
ma diſcipline noſtre: in miſericordia ⁊ pie-
tate eſt. Aliud tamen exercitiũ corporis ha-
bent carnales: ⁊ aliud ſpiritales. Carnales
enim ſagina ⁊ dapibus nutriũt corpora ſua
vt celeri motu ꝓficiant ad perditionẽ. Spi-
ritales autẽ ieiunijs ⁊ abſtinentia tẽperant
corpora ſua: vt pigra facta circa deſideria:
poſſint digna eẽ future reſurrectõe. Hic eñ
propter ſpem futurã caſtigat corp⁹: ille ve-
ro ꝓpter futuri deſperationẽ fouet: curam
ei⁹ agens ad tẽpus vt moueat̃ atti⁹ ad pec-
candũ. Fidelis ſermo ⁊ omni acce-
ptione dignus. Ad hoc eñ labora-
mus ⁊ pſecutiões patimur: qꝛ ſpe-
ramus in deũ viuũ: qui ẽ ſalutaris
oim hoim maxime fideliũ. Dignũ eſt
plane ⁊ accepto ferendũ ꝓ ſpe que ẽ in deo
pati pſecutiões: qꝛ in preſenti vita ſpes ca-
duca eſt: in promiſſiõe auteꝫ dei firma atqꝫ
ſtabilis. Ipſe ẽ eñ ſalus omniuꝫ: qꝛ ex ipſo
⁊ per ipſum viuunt quãtũ ad preſentẽ vitã
pertinet omnes: quãtum vero ad promiſſã
ſalutẽ fideles. Cognoſcẽtibus eñ ſe p⁹ hãc
vitã que morte finit̃: aliã ſe datuꝝ ꝓmiſit q̃
imortalitate vigebit. Iõ ergo ait: maxime
fideliũ. Precipe hec ⁊ doce: nemo
eñ iuuẽtutẽ tuam cõtemnat ſꝫ for-
ma eſto fideliũ: in verbo: in ꝯuerſa-
tiõe: in charitate: in fide ⁊ caſtitate.
Timothe⁹ quãtũ ad etateꝫ ptinet: iuuenis
erat: quãtũ ad mores ⁊ ꝯuerſationẽ ſenior ⁊
grauis. Quẽ iõ ſic monet vt ꝓfect⁹ ei⁹ p oĩa
exẽplum eẽt bonorũ opeꝝ: vt in adoleſcẽte
mirabilis videretur ⁊ grauis diſciplina: vt
actus eius excuſarẽt etatẽ: ⁊ nõ quaſi iuue-
nis ſ; q̃ſi ſenior haberet̃: ⁊ erubeſcerent ma-
iores natu: niſi ſe exhibuiſſent iuxta formã
hui⁹ cõuerſatiõe ⁊ morib⁹ graues: iuuenes
aũt coeuũ ſuũ haberẽt magiſtrũ. Mirabi-
lis adoleſcens ſanctiſſim⁹ timothe⁹: cui⁹ ex-
emplo indiſciplinata coercenda iuuentus
ẽ ⁊ ſenioꝝ irreuerẽtia puniẽda. Dum ve-
nio attẽde lectiõeꝫ: exhortatiõeꝫ ac
doctrinã. Noli negligere grãꝫ q̃ eſt
in te: q̃ data ẽ tibi p ꝓphetiã cũ ipo-
ſitõe manuũ preſbyterij. Intẽtũ hũc
vult eẽ ⁊ deditũ exercitio lectõis: vt oĩ cura
diligentiaqꝫ h̃ euitet̃ vt exhortet̃ ⁊ doceat.
Exhortatio ẽ cũ miti ꝟbo aliq̃s ꝓuocamuſ
ad bonũ op⁹. Docere ꝟo q̃ſi ea q̃ latẽt inti-
mam⁹ mẽtib⁹ audiẽtiũ. Si eñ rector ipſi ab
hiſ diſſimulat: negligit grãꝫ datã ſibi. Ad h̃



eñ creatur dux populo vt hui⁹ ſaluti ſollici-
tudinẽ gerat: admonendo: docendo: vt fru-
ctum habeat ordinatio quẽ ad hoc vtiqꝫ de-
us ꝯſtituit vt ꝓficiat ſaluti plebis ſue. Qui
ergo in hac auctoritate poſitus indiligens
fuerit: dei cõtẽptor habebit̃: minimus in re-
gno celorum vocatus. Neqꝫ eni poterit fa-
cere qui nec docere dignatur. Gratiã tamẽ
dari ordinatoris ſignificat per prophetiã et
manuũ impoſitionẽ. Prophetia eſt qua eli-
gitur quaſi doctor futurus idoneus: man⁹
vero impoſitiones verba ſũt myſtica: qui-
bus cõfirmatur ad opus electus: accipiens
auctoritatẽ teſte conſcientia ſua: vt audeat
vice domini ſacrificium deo offerre. Hec
meditare: in his eſto vt profectus
tuus manifeſt⁹ ſit omnib⁹. Attẽde
tibi ⁊ doctrine inſta illis. Hoc eñ
faciendo: teipſũ ſaluũ facies ⁊ eos
qui te audiũt. Vt forma ſit omnib⁹: nõ
ſolum in bonis operibus: verũetiam in do-
ctrine exercitio admonet. Apparere eni de-
bere ſignificat exercitu profectũ: i doctrina
dumtaxat ⁊ in geſtis. Bona enim arbor bo-
Matth. 7. nos facit fructus. Similiter ⁊ bona doctri-
na mala opera habere nõ poteſt: vt cũ viſa
fuerint bona opera: diuini magiſterij fruct⁹
eẽ intelligãt̃: ⁊ auditores poſſint proficere.
Tum vera enim ⁊ metuenda eſſe intelligũt
que dicunt̃: quãdo ab eoipſo qui docet ma-
gna veneratione obſeruari vident̃. Qd̃ re-
ctori plebis duob⁹ ꝓficit modis. Et ſuoruꝫ
enim bonorum operũ ⁊ audientiũ mercedẽ
accipiet: quõ ſi negligens fuerit: tam ꝓ ſe q̃
pro eis redditurus eſt rationẽ.

## Capitulum quintum.

Seniorẽ ne increpaueris ſed
exhortare vt patrem: iunio-
res vt fratres: anus vt mr̃es
adoleſcẽtulas vt ſorores: in omni
caſtitate. Propter honorificentiaꝫ etatis
maiorẽ natu cũ mãſuetudine ad bonũ op⁹
ꝓuocandũ: vt facili⁹ ſuſcipiat admonitio-
nem. Poteſt enim vereri cõmonitus: ne po-
ſtea corripiatur: qd̃ turpe ẽ ſeniori. Nã apd̃
omnes vtiqꝫ gentes honorabilis ẽ ſenect⁹.
Vñ ⁊ ſynagoga: ⁊ poſtea eccleſia: ſeniores
habuit: quorũ ſine cõſilio nihil agebatur in
eccleſia. Qd̃ qua negligentia obſoluerit ne-
ſcio: niſi forte doctorum deſidia aut magis
ſuperbia dũ ſoli volunt aliquid videri. Iu-
niores quaſi fratres cenſet admonẽdos cuꝫ
dilectionis affectu: vt vidẽtes amoris cau-
ſa ſe cõmoneri facilius ſe corrigãt: quippe cũ
videant nõ diſcrepare opera eius a predica-
tione. Anus vero quaſi matres: vt dũ miti
ſermone doceri ſe vident: nõ aſpere accipi-
ant: quia honorifice proficiunt. Aſperũ eſt
enim ſenib⁹ cũ corripiunt̃ a iuniorib⁹. Qd̃
tẽperamento quodã liniri vult: vt ꝓfectus
ſit ⁊ dicenti ⁊ audienti. Adoleſcẽtulas vt ſo-
rores admonet edocendas: vt prompte poſ-
ſint bone cõuerſatiõis ſuſcipere diſciplinã.
Quãdo eñ nõ cũ iperio inſinuari ſibi videt
que ad bonã pertinẽt vitam ⁊ cõſentit: hu-
milem ſe prebens admonenti. Blanditijs
eni ſolent obtineri que auctoritate nõ poſ-
ſunt. Nam aĩalia quãdo mẽbra ſua zelant̃
blanditijs tamen cedunt. Viduas ho-
nora que vere vidue ſunt. Has vidu-
as dicit honorãdas que data opera vidue
ſunt. Que cum poſſent nubere vt melioreſ
client ⁊ digne deo: ſecũdas nuptias reſpue-
runt: ſcientes ſemel benedici cõiugiũ: emu-
le ſanctiſſime anne que ieiunijs ⁊ obſecrati-
onibus deo ſeruiebat noctu dieqꝫ: vni⁹ viri
experta cõcubitũ. Si qua autem vi-
dua filios vl' nepotes habet: diſcat
primũ domum ſuam pie tractare et
mutuam vicem gratiarum reddere
parentibus: hoc enim acceptuꝫ eſt
coram deo. Viduã prius in hac vita ⁊ cõ-
uerſatione dicit probandã: vt tunc demum
digna ſit vidua eccleſie nuncupari que non
queſtus cauſa magis q̃ defenſionis eccl'ia-
ſtice ſuccumbat diſcipline. Preire enim de-
bent merita: vt accedẽti debitus honor tri-
bui videatur. Que eñ affectos ſuos pie tra-
ctauit ⁊ domum bene gubernauit: dei legẽ
ſeruabit digna effecta remuneratione eccle-
ſie. Nam que vere vidua eſt ⁊ de-
ſolata ſperat in deo ⁊ inſtat oratio-
nibus noctu dieqꝫ. Viduaꝫ filios aut
nepotes habẽtem nõ facile admittendã ad
ſtipendia eccleſie: qꝛ ſi pie ⁊ ſollicite domuꝫ
ſuam gubernauit: neceſſe eſt reddi illi viceꝫ
a ſuis: ſic̃ ⁊ illa reddidit ꝓpinquis. Si autẽ
vt aſſolet impietas fuerit operata vt anus
deſpiciat̃ a ſuis quos pie tractauit: dignuꝫ
eſſe hanc ſuſcipi ab eccleſia: qꝛ in dñi lege fi-
delit̃ ꝯuerſata eſt. Vidua igit̃ deſolata aut
a ſuiſ ꝯtẽpta: ſperat i deo. Videſ eñ ex nlla
pte ſe hr̃e ſuffragiũ: toto aĩo deuota ẽ deo:
de quo ſolo auxiliũ vite ſalutiſqꝫ expectat.

Nā que in delitijs eſt viuēs moꝛ-
tua eſt. Uiduam propter qđ vidua dicit
talē eſſe debere ſignificat: vt ad dominū ꝓ-
merendū oꝛonibus vacet: deo ſeruiens no-
ctu dieqꝫ: vt oſtendat ſe idcirco nuptias ſe-
cundas contempſiſſe: vt inſtaret diſcipline
dñice. Si em̄ ſub nomine vidue delitijs va
cet: aut luxurie viuēs: moꝛtua habēda ē: qꝛ
impoſture genus ē aliud agere ⁊ aliud pꝛo-
fiteri: nō obſequia ⁊ deuotionē dei ẜ hono-
rem vidue volētes habere: cū nominis ipiꝰ
pꝛofeſſio hoc indicet: quia ſpꝛeto viro: deū
elegit cui ſeruiat tota mente pꝛopter vitam
pꝛomiſſam. **Et hec pꝛecipe vt irrep-
henſibiles ſint.** Tantā diligentiā actu-
um ac moꝛū viduā vult habere vt repħēdi
nō poſſit. Amota eni a ſpe mundane cōuer
ſationis ⁊ coꝛpoꝛis curandi officio: pꝛopter
hoc ſe ad deū cōtulit vt ꝓbabilē agat vitā.
Sublatis eni occaſionibꝰ que aditus ſolent
aperire peccatis: poteſt bona cōuerſatio in-
columis permanere. **Si quis aūt ſuo-
rū ⁊ maxime domeſticoꝝ curā non
habet: fidē negauit ⁊ ē īfideli dete-
rioꝛ.** Hanc viduā que negligens fuit circa
ſuos affectos vt educaret eos in diſcipli-
nam ⁊ coꝛreptionē dñi inhonoꝛandaꝫ: quia
ſic ꝑfidi legi dei nō obediuit vt peioꝛ habea
tur: neceſſe ē ꝙ ſub lege ⁊ timoꝛe dei agens
ꝯtēptoꝛ ē: ꝙ ꝗ nō ſubiectꝰ eſt legi. Hic em̄ ne
ſcit: ille aūt ſciēs cōtēnit. **Uidua eligat
annoꝝ non minꝰ ſexagita ꝗ fuerit
vniꝰ viri vxoꝛ: ī opibꝰ bonis teſtio
niū habēs: ſi filios enutriuit: ſi ho-
ſpitio recepit: ſi ſanctoꝝ pedes la-
uit: ſi pꝛeſſurā patiētibus ſubmini
ſtrauit: ſi omne opꝰ bonū ſubſecu-
ta eſt.** Si ꝓrogatiua ꝑteritoꝝ operū vidua
cōmendat eligendā hāc docet. Dñi em̄ iudi
cio aſcribitur nomē eius eccl'iaſticis moni-
mētis quā dignā vetus vita declarat. Im-
buta em̄ diuinis obſequijs: ⁊ in his vitam
atterens ſuſcipienda eſt in ſinus eccl'ie cui
olim ſe vouit legitimis ſeruitijs. **Junio-
res aūt viduas deuita. Cū em̄ ī de-
litijs egerint: in xp̄o nubere volūt.**
Pꝛohibet adoleſcētulas viduas in hac ſu-
ſcipi pꝛofeſſione. Lubꝛice em̄ etati: fides fa
cile haberi nō debet: quippe cū quarūdā ex-
empla ꝓcedāt: que poſt ꝓfeſſionē vite deli-
tiaꝝ oblectatione nomē: nō opa viduitatis
habēt: ⁊ cōuerſe nuptijs ſollicitantur. Qui
eni putat ſe in chꝛiſto vitam delitijs agere:
minime innocēs perſeuerat. Luxuria enim
trahit illum ad ſua membꝛa: vt ſubijciatur
peccato: delitie enim ianue ſunt pctī. Non
enim quo tēdat ignoꝛatur qui fluidā amat
vitam. **Habētes damnationeꝫ: qꝛ
primā fidem irritā fecerūt.** Quid ma
neat tales oſtendit: ne facile audeāt qđ im-
plere difficile eſt: aut ſi animꝰ eſt huic deuo
tioni deditus: apud ſe interim teneat: quia
dicit temerariū eſſe ꝓfiteri: qđ adhuc iuue-
nili etati credi nō debet. Dānationi em̄ ſit
obnoxius qui ab hoc declinat qđ recte fece
rat. Quantū em̄ laudabile ē ſi impleat qđ
vltra vires eiꝰ credit: tantomagis punien-
dus erit: ſi hoc audeat ſibi imponere ꝓſum-
ptiōe temeritatis qđ ferre nō poſſit: nec ad
veniam debet pertinere: qꝛ pꝛimoꝛdio infi-
delis iuentus eſt. **Simul aūt ⁊ ocio-
ſe diſcūt circūire domos. Nō ſoluꝫ
aūt ocioſe ſed ⁊ verboſe ⁊ curioſe:
loquētes que nō opoꝛtet.** Quedam
virgines vel vidue cōmēdante pꝛofeſſione(
gl'ioſum eſt enim huius rei vocabulū) acce-
ptabiles ſūt domibꝰ diuituꝫ: que id agunt
vt pareant volūtatibꝰ eoꝝ: ambulātes ⁊ ꝗ-
rentes que ꝓferant ad illos: quibꝰ delectē-
tur vt ocioſe muneribus afficiant. Et malo
moꝛe plus querunt fabulas ꝙ que operan
tur manibꝰ: vt elate ꝓcedant ⁊ cōpoſite cō-
tra ꝓfeſſionē ſuā agētes. Que res ſolet iſtis
etiā ī hac vita eſſe cōtraria: reuelatur em̄ id
quod ſemper occultū putant. Quid eſt eni
vt ea loquant que nō opoꝛtet? Nuptiarum
em̄ ſūt pꝛoxime multoꝝ ſecretoꝝ ꝑticipes:
adulatrices ſeruoꝛuꝫ querule. **Uolo ita
ꝙ iuniores nubere: filios ꝓcreare:
matresfamilias eſſe: nullā occaſio-
nē dare aduerſario maledicti grā.
Jam em̄ quedaꝫ deerrauerūt poſt
ſathanan.** Quoniā ꝗ ſupꝛa dixit de hu-
iuſmodi contraria ⁊ illicita: perducent eas
ad moꝛtem: Idcirco conſilium dat ⁊ pꝛece-
pit ea fieri que licita ſunt. Melius eſt enim
domus curaꝫ ſue gerere: ꝙ in aliena domo
adulari. Et multum expedit nubere ꝙ ſub
bona et pia pꝛofeſſione notabiliter incede-
re. Plus autem eſt cuꝫ pudoꝛe manibus vi
ctum querere ꝙ inuerecunde cum ocio alie
na vtenſilia expectare. Sic eni inuenit occa
ſionem ſathanas quō ſubuertat animas in-
cōſultas: cū pia ꝓfitentes iniuſte verſant.



Nihil eni tam periculoſum ē: ꝙ ſi ꝓfeſſioni
geſta repugnent. Apertū enim malum non
zelat ſathanas: qꝛ gaudet in illo: iuſtū vero
quē videt: fallere id agit: vt manifeſtet illū
ſuū filiū eē nō dei: qđ factū ſi diſplicet deo.
**Si qs fidelis vel ſi qua fidelis ha
bet viduas: ſufficienter ſubmiſtret
illis vt nō grauet eccl'ia vt veris vi
duis ſufficiat.** Quid mirū ſi apoſtolica
ꝑtās futura potuit ꝓuidere? Nā apparet qđ
dixit: qꝛ fideliū vidue nūc multū grauāt ec-
cleſiā: ⁊ eoꝝ qui locupletes vident mūdi: qꝛ
per ſenectutis cauſaꝫ deſiſtētes eas ab ope
lanificij: retrahunt eis ⁊ veſtimētū ⁊ victuꝫ:
nō totū tm̄ ex parte vt ille ipſa inopia ad ec-
cleſiā cōuertant vt viuant. Quos opoꝛte-
bat nō ſolū ſuis indigentibus largiri: verū
etiā alias inopes paſcere ⁊ contegere. Qđ
multū obeſt. Cū eni his datur: ceteri aut mi
nus aut nō dat quibꝰ magis dandū ē: ꝗ di-
gne ſunt eccl'ie ſūptibꝰ miniſtrari. Sic autē
grauat cum cogit veſtire multos ꝗ deberet
veſtire paucos: ⁊ plebs que libent ⁊ frequē
ter paſſit miniſtrare paucis: cogit plures di
mittere: vt aut murmuret aut tardiꝰ occur-
rat. Nā cum pꝛecipiat vnius viri vxoꝛē eli-
gi viduā: nūc iueniunt inter eas nō tm̄ duū
aut triū maritoꝝ vxoꝛes: ẜ et ꝗ turpiꝰ vixe-
rit: qđ aliqn̄ ꝑ negligētiā fit aliqn̄ potētatu
inſinuātꝛ. **Qui bn̄ ꝑſunt ꝑſbyteri du
plici honoꝛe habeāt digni: maxie
qui laboꝛant ī verbo ⁊ doctrina.**
Boni diſpēſatoꝛes ac fideles nō ſolū hono
re ſublimi debēt digni iudicari: ſed ⁊ terre-
no: vt nō cōtriſtent indigentia ſumptuū: ẜ
magis gaudeāt fide ſua ⁊ doctrina. Inſtan
tioꝛ enim fit ſi nō humiliet inopia et creſcit
in illo auctoꝛitas cū videt ſe etiā in pꝛeſenti
laboꝛis ſui fructū percipere: nō vt abūdet:
ẜ vt nō deſit. **Dicit em̄ ſcriptura: Nō
infrenabis bouem triturantem: di
gnus ē operariꝰ mercede ſua.** Tāta
merces debet eē euāgelizantis regnuꝫ dei:
qua neqꝫ cōtriſtet neqꝫ extollat. **Aduer-
ſum ꝑſbyterum accuſatiōem ne re-
ceperis.** Quoniaꝫ huiꝰ oꝛdinis ſublimis
honoꝛ ē: huiuſmodi em̄ vicarij chꝛiſti ſūt: id
circo nō facile de hac perſona accuſatio de-
bet admitti. Incredibile eniꝫ debet videri
iſtuꝫ qui dei antiſtes eſt criminoſe verſatū:
ſicut credibile eſt ſcenicum eē turpiſſimum.
**Delinquētes autē coꝛā omnibus
argue: vt ceteri metum habeāt.** Qm̄
em̄ nō facile credi debet d ꝑſbꝛo crimē: ſi ꝓ-
bet tm̄ aut ſit manifeſtū qꝛ irrueꝛent vſatꝰ
eſt: publice pꝛecipit arguendū vt ceteri ter-
reant: qđ nō ſolū oꝛdinatis ꝓficit ẜ ⁊ plebi.
Quādo em̄ vidēt dignitoſū virū erroꝛis cā
coꝛripi: neceſſe eſt vt caueāt ſibi. **Teſtor
coram deo ⁊ xp̄o ieſu et electis ange
lis vt hec cuſtodias: ſine ꝓiudicio:
nihil faciēs in ꝑtē aliaꝫ declinans:
Manꝰ cito nemini impoſueris: ne
qꝫ cōmunicaueris pctīs alienis: te
metipſū caſtū cuſtodi.** Conteſtationē
deponit apud deū patrē ⁊ chꝛiſtū filiū eius
⁊ electos angelos: quos dñs ī euāgelio ſan
ctos appellat. Hi ergo electi ſūt: qꝛ ſūt alij re
pꝛobi ꝗ ſūt nō dei angeli ẜ diaboli aſſētien-
tes apoſtaſie eiꝰ. Sub teſtatiōe ꝗ ea ꝗ ad oꝛ
dinationē eccl'ie mādat cuſtodiri: ꝓcipit ni-
hil fieri ſine ꝓiudicio: ne facile aliqs accipi-
at eccl'iaſticā dignitatem: niſi pꝛius de vita
eiꝰ ⁊ moꝛibꝰ fuerit diſputatū vt dignꝰ appꝛo
batus miniſter aut ſacerdos cōſtituatur: vt
nō poſtea ſi repħenſibilis videat: peniteat
foꝛte pꝛincipē ipſi non ad liquidū ꝓiudicaſ-
ſe qđ mereret quē ipꝛobabiliter oꝛdinauit:
nec illū cuiꝰ pctā ad ſuſpitōeꝫ veniūt oꝛdi-
nandū: ne cōmaculet oꝛdinatoꝛ vitijs ⁊ de-
lictis eius. Si ꝗ oīno latentia ſunt delicta ī-
munis erit rectoꝛ: qꝛ cōſcia eiꝰ libera ē. Su-
ſpitio eni trepidū facit. Peccat em̄ ſi nō pꝛo
bat ⁊ ſic oꝛdinat. Melioꝛ eni ceteris debet
ꝓbari ꝗ oꝛdinādus ē. Nō em̄ ſufficit ſi ſine
crimine ſit: qꝛ merita eiꝰ debēt ꝑire bonoꝛū
opeꝝ vt dignꝰ habeat ad oꝛdinatiōeꝫ. Hec
ep̄s cuſtodiēs: caſtū ſe exhibebit: religioni
cuius rei in futuro pꝛemiū ꝯſequat. **Jam
noli bibere aquaꝫ: ſed vino modi-
co vtere ꝓpter ſtomachum et cre-
bras tuas infirmitates.** Nūc ſpeciale
ꝯſiliū dat: vt ſeipſū ſalubꝛi regat doctrina.
Pꝛudent em̄ deꝰ ſibi ſeruiri vult: nō vt ni-
mietate ſua debiles fiāt: ⁊ poſtea medicoꝝ
ſuffragia requirāt. Tēperādū ē em̄: vt ſi fie
ri pōt ceptū obſequiū gradatī ꝓuehat: ꝙ ꝑ
icōſiderātiā minuat. Intēperātia eni ipam
aīam inqetā facit: vt cū de infirmitate ſolli-
cita ē: nō tantū dedita ſit diuinis ſeruitijs.
Damnū ergo affert impꝛouidētia. Aīa eni
in tranquillitate poſita: totū coꝛ extollit ad
deū: integro ꝯſilio obſecrās ꝗ petēda ſunt.
**Quorūdā hominū peccata mani**

feſta ſunt: precedētia in iudicium:
quoſdam vero ⁊ ſubſequūtur. Pa
ri modo ⁊ opera bōa manifeſta ſūt
⁊ que aliter ſe habent abſcondi nō
poſſunt. Nullā excuſationē vult intelligi
fore eorū qui his adherēt quorū peccata ꝓ
palam ſunt: vt cuȝ euitandi ſint magis ho/
nori ſint. Hoc eñ ſignificat vt homo dei ab
his ſecernat: maxime diſpenſator chriſti: q̄
etiam corripiendi eos habet auctoritatem:
Qui ſi ſe emendare ꝓmittūt retinēdi ſunt.
Alios vero ſubſequi mala opera illoꝝ oſtē/
dit: quia cū viuentes eſtimant boni: mor/
tui deteguntur: vt qui prius oſtendebant ſe
idoneos: poſtmodū declarent imposteres.
Superiore ratiōe ſicut mala: ita ⁊ facta bo/
na manifeſta ſunt. Bona eni vita et actus
modeſti abſcondi nō poſſunt: adhibita pie
tate faciunt ꝑfectos. Sed ſicut quedā mala
occulta ad preſens ſunt: ita ⁊ bona. Nemo
eni omnia in hominibꝰ pōt ſcire: ſed ex his
que videt ⁊ audit: ꝓbat ⁊ iudicat. Perpen/
dit eni an ea que dicunt cōueniāt ei de quo
dicunt: ſiue bona ſiue mala. Que autē oc/
culta fuerint hominibꝰ: in die iudicij palaȝ
fient. Propter hoc ꝗ dicta ſunt: vt ſciāt hu/
iuſmodi grauiorē ſe cauſam habere pre ce/
teris. Peior eſt eñ q̄ ſe cū ſit malus bonum
oſtendat: ꝗ̄ ille qui aperte eſt malus.

## Capitulum ſextum.

Uotquot ſūt ſub iugo ſerui:
q dños ſuos omni honore di
gnos arbitrent: ne nomen
domini ⁊ doctrina blaſphemetur.
Seruoruȝ obſequijs dominos deo gratias
vult referre. Cum enim per dei diſciplinam
fidelia illis exhibuerint ſeruitia: forte etiaȝ
ipſi huic ſe ſubijciant diſcipline. Qui ve
ro fideles habent dominos: nō cō
temnāt quia fr̄es ſūt: ſed magis ſer
uiant quia fideles ſūt et dilecti qui
beneficium ꝑcipiūt. Si ꝓphanis do/
minis ſeruiendū tota ſollicitudine iperat:
quātomagis fidelibus. Tunc eñ probat ſe
timori dei ſubiectū: ſi fideli ⁊ tēporali dño
toto animo fuerit obſecutꝰ. Nec contēnen/
dū putet q̄r frat dicit cauſa cōmunis fidei:
quia magis corripiendus erit: qui fidelem
dominū cōtemnendum putauerit. Hec
doce et exhortare. Doctrinā dominicā
manifeſtari vult: vt obtrectatores ſtudeāt:
quia nō eſt qd̄ rephendat i ea: cōſiderantes
pariter que i ſacris eoꝝ ſint occulta turpia
⁊ erubeſcāt per qd̄ inexcuſabiles erūt. Si
quis aliter docet nō acq̄eſcit ſanis
ſermōibus dñi noſtri ieſu chriſti ⁊
huic que ſcd̄m pietatē eſt doctrine:
ſuperbit aūt et nihil ſciēs ſed lang/
ues circa queſtiōes et pugnas ver/
boꝝ ex quibꝰ fit inuidia: cōtētiōes
blaſphemie: ſuſpitiōes: male cōfli/
ctiones hoim q̄ corrupti ſūt mente
et veritate caruerūt: exiſtimātes q̄
ſtum eē pietatem et dei culturaȝ: di
ſcede ab huiuſmodi. Diſcrepātes a di
ſciplina catholica ſpernēdos precipit: ma/
xime qui cōuicti ⁊ correpti acquieſcere no/
lunt perturbatione mentis praue: qui con/
tentionibus delectant ⁊ paſcunt. Elatꝰ eñ
vinci ſe nō patit: quippe cū ad fauorē querē
dū in ꝯflictū prorumpat: qd̄ a manſuetis ⁊
bonis viris vitandū eſt. Cōtentio eñ nun/
quā eſt ſine lite: ⁊ parū eēt ſi lis ſola oriret:
ſed blaſphemie ⁊ inimicitie: qd̄ a dei ſeruis
alienū eſt. Ab his aūt q̄ corrupti mente: ve
ritate priuati ſunt: vtile iudicatur. Dei eni
culturā ⁊ pietatē queſtū exiſtimāt: nō de fu
turo aliquid ſperantes: ſed quō in preſenti
ſe tranſigant ꝓuidentes: ſicut ⁊ mūdane ſe/
cte quas cōſtat propter p̄ſentia lucra inuen
tas: nō neſcij quoſdā hoc libenter audire:
qd̄ in hac vita florendū ſit: ideoq̄ deſiſten/
dum ab huiuſmodi. Eſt autē queſtus
magnus: pietas cū ſufficiētia. Ma/
gnas diuitias ⁊ acquiſitionē in eo dicit. Si
quis fidelis ſuo cōtentus ſit. Pius enim et
in ſemetipſo ⁊ ceteris eſt qui miſericordiam
dei acquiſitus ad futurā vitam: ad preſens
ſufficere ſibi pūtat qd̄ habet: nō dubitās ex
eoipſo largiri. Omnis enim auarus impiꝰ
eſt: ⁊ ſibi ⁊ ceteris nocens. Nihil eñ in
tulimus i hunc mūdum: verū quia
nec auferre poſſimus quicquā. Ha
bētes autē alimentum his cōtenti
ſimus. Fruſtra mortales homines copie
ſtudere ⁊ locupletes fieri velle apta voce de
clarat: cum ſciant nihil ſe ꝓpriuȝ habere in
mundo. Cui rei ꝓficit humana cupiditas:
niſi quia ipſa ſibi inimica exiſtit? Nihil eni
intulit mundo: nihil auferre poterit. Quid
ſibi incutit ſollicitudinē ⁊ querit ꝯgregare:
talis hinc exiet qualis venit. Qd̄ etiam ſcri
bit iob: ⁊ in ſua paſſione fatet dicēs: Nudꝰ Job.1.
exiui de vtero matris mee: nudus reuertar



in terram: ſit nomē domini benedictū. Qd̄
ſi auari nō retinerēt in pernitiem ſuā: pauci
conderent qd̄ pluribus poſſit proficere cuȝ
eorū ipſoꝝ emolumēto. Nā qui volūt
diuites fieri incidūt in tēptationeȝ
⁊ laqueū ⁊ deſideria multa ⁊ inuti
lia ⁊ nociua: que demergunt homi
nes in exitium ⁊ interitum. Radix
enim omnium malorum ē auaricia
quā quidā appetentes errauerunt
a fide ⁊ iſeruerūt ſe doloribꝰ mult̄.
Nihil tam aſperū tamq̄ pernitioſum eſt ꝗ̄
ſi eccleſiaſticus: maxime qui in ſublimi loco
eſt diuitijs huiꝰ ſeculi ſtudeat: q̄r nō ſolum
ſibiipſi ſed ⁊ ceteris obeſt. Contrariā enim
formam dat hominibus: neceſſe eſt eni mul
tos imitatores eius exiſtere ad perditionē.
Quanto eni honorificentior ordine eſt: tan
tomagis ſuadet imitandū ſe: maxime i hac
re que in iſta vita procliuis ē. Auaricia eñ
omnia mala poteſt admittere: iō radix oīm
malorum eſt: quia vt deſideria ſua expleat
qd̄ impoſſibile ē: et maleficia ⁊ homicidia ⁊
obſcenitatem ⁊ quicq̄d ſceleris eſt ꝑpetrat:
nec ad p̄ſens ſecura: q̄r ſemper cupida: ⁊ i fu
turo damnata. Tu aūt homo dei hec
fuge. Abſcidere ſe hominē dei ab hac hor/
tatur ⁊ p̄cipit: vt hic ſecurus ſit: ⁊ in futuro
premijs remuneret diuinis. Nō eñ imerito
coronādus ē: q̄ hāc ſpernit ꝗ̄ mult̄ ſuadet.
Sequere autē iuſticiā: pietatem:
fidem: charitatem: patiētiā: trāquil
litatem animi. Certa bonum certa/
mē fidei: apprehende vitā eternam
ad quā vocatus es: ⁊ confeſſus es
bonā ꝯfeſſionē corā mult̄ teſtibꝰ.
Quoniā auaricia res iniqua ē: hominē dei
vt ab hac diſſentiat: iuſticiā ſequi iubet at/
q̄ pietatem ⁊ alia que memorat. Nō enim
poterit hanc euitare niſi his adheſerit que
auaricie aduerſa ſunt. Quō autem fieri po/
teſt vt auarus fidelis ſit: qui operibꝰ negat
qd̄ verbis fateri videt? Unde autē amator
fraternitatis cuius manus ſunt aride? quō
vero patiens qui ſemper ad aliena ſe tēdit:
aut quatenus quietem animi poſſit habe/
re: qui die noctuq̄ auiditate cupiditatis in/
cenditur? Sed quia ab homie dei timotheo
iniq̄tas hec aliena erat: bonū certamē fidei
aggredi iubetur. Fidei enim victoria ē: cuȝ
omnia vitia ⁊ crimina ſubiugantur: vt ad
eterne vite premia veniatur: cuius confeſ/
ſio inter ipſa rudimenta fidei teſte interro/
gante ⁊ reſpondente monimentis eccleſia/
ſticis cōtinetur. Precipio tibi i ꝯſpe/
ctu dei q̄ viuificat omīa: et xp̄o ieſu
qui teſtatus ē ſub pontio pilato bo
nā cōfeſſionē vt ſerues mandatum
īmaculatū: irreprehenſibile vſq̄ in
aduētū dñi noſtri ieſu xp̄i quē ſuis
tēporibꝰ oſtēdet beatꝰ ille ⁊ ſolꝰ po
tens rex regnātiū: et dñs dñantiū:
q̄ ſolus habet īmortalitatē et lumē
habitans inacceſſibile: quem vidit
nemo hominum nec videre poteſt:
cui honor et poteſtas et̄na amen.
Magna vigilantia atq̄ ꝓuidentia p̄cepta
dat rectori eccleſie. In huiꝰ eni perſona to/
tius populi ſalus cōſiſtit. Nō ſollicitus de
cura timothei tam circūſpectus ē: ſed propt̄
ſucceſſores eius vt exemplo timothei eccle/
ſie ordinationē cuſtodirent: ipſi quoq̄ futu
ris formā tradētes a ſemetipſis inciperent.
Deniq̄ vt ſerues inquit mandatum imacu
latum vſq̄ ad aduentum domini noſtri ie/
ſu chriſti: Qd̄ ſic aſtringit: vt coram deo et
chriſto hoc ſe mandare teſtet. Et vt terrorē
incutiat: paſſionem chriſti memorat. Cuiuſ
paſſionis reus: neceſſe eſt fiat: qui hoc ſper/
nit propter qd̄ paſſus eſt chriſtus. Nec diē
iudicij tacuit: qd̄ predeſtinato tempore fu/
turum eſt dei nutu: quē ſolum beatū ⁊ potē
tem ⁊ regem regū ⁊ dominū pronūciat. So
lus eſt enim ipſe qui propriam ⁊ a nullo ha
bet acceptam beatitudinē atq̄ potentiam:
dominatum ⁊ regnum: necnō imortalitatē.
Hec omnia habet pater: ſimiliter ⁊ filius a
patre. Lumē autem inacceſſibile ſolius pa
tris eſt: quia nulli vnquā apparuit. Deniq̄
ſubiecit: Quē vidit nemo hoim nec videre
poteſt: nō quia aliud lumē filij ſit: quippe cū
in pſalmo ſcriptum ſit: Et in lumine tuo vi Ps̄.35.
debimus lumen: hoc eſt lumē patris eſſe in
filio: ſed q̄r nemo videt patrē: ac per hoc in/
acceſſibile habitat lumen. Nō eſt eñ ordo
alicui videndi patrem niſi chriſto q̄ de deo
eſt: hic vidit deum. Filius autem: quia oīa
ipe agit ⁊ apparere dicit ⁊ videri. Illud ꝗ pe
culiare patris eſt qd̄ ſupradictū eſt: cui ho/
nor ⁊ poteſtas eterna amē: hoc eſt verum.
Diuitibꝰ huiꝰ ſeculi p̄cipe nō ſup/
be ſapere: neq̄ ſperare in icerto di/
uitiarū ſed i deo viuo q̄ preſtat no/
bis oīa abūdant ad fruendū in vo/

luntate operum bonorum: diuites
eſſe factis boniſ: faciles ad imperti-
endum: cōmunicatores: theſauri-
zare ſibi fundamentuz bonū in fu-
turū vt apprehēdant veraz vitam.
Uera vita illa eſt quā ſperamus futuram:
que nō occaſu: nō temporibus terminatur.
Eterna eſt em̄: merito vera appellat̄. Hec em̄
ꝑſens imago vite eſt: nō veritas. Et q̄ ima
go nō oīno inanitas eſt: in hac vita illa acq-
ritur: ⁊ vt ad illā feſtinaret̄: ex imagine quā
ꝑcellat veritas addiſcitur: que neqꝫ ſupbia
neqꝫ ſpe diuitiarum attingit̄: ſed humilita
te ⁊ ſpe dei qui hanc promiſit. In ipſo enim
ſperandū eſt: q̄ ipſe ꝑſtat que vſibus ſunt
neceſſaria: nō in ipſis copijs ſed in auctore
earum. Que em̄ ſpes videt̄ in re caduca at-
qꝫ icerta: quippe cū aliquāti ex his diſcedāt:
qui autem in his manere videntur: nullum
lucrum ex his capiunt in futurū: ſ; damnuz
niſi cū indigentib⁹ partiantur. Neqꝫ enim
eterne ſūt vt future vite ꝑponant̄. Sic ſup-
bos faciunt quaſi imortalitatem pollicean
tur. Reſurrectionis exemplū habem⁹ i chri-
ſto ⁊ a multis. Nō ſic diligit̄ chriſtus ſic di-
uitie quarum nullum exemplū videt̄ quod
aliquē a morte liberarūt. Chriſtus nos re-
demit nō diuitie. Ipſe eni future vite iſtar
oſtēdit vt his omnib⁹ ſpretis ipſuz ſeq̄mur
vt ad immortales ⁊ celeſtes diuitias venia-
mus. Quare hoc niti debem⁹: vt bonis fa-
ctis diuites ſim⁹: et his trenis copijs ſpiri-
tales diuitias acq̄ramus. Seminem⁹ in ter
ra vt metam⁹ in celis: vbi theſaurus collo-
cat̄ etern⁹. O Timothee cōmenda-
tū cuſtodi: deuitās ꝓphanas vocū
nouitates ⁊ oppoſitiones fallaces
nomis ſciētie: quā q̄dam ꝓmittētes
circa fidē exciderūt. Gratia tecum.
Eadez admonet: vt ea que ſupradicta ſunt
ſeruent̄: cōtraria aūt religioni euitāda: que
nomen tantum ſcientie vſurpāt: fallaces in
profeſſione vt decipiant ſimplices. Fidem
enim ſimulant a qua exciderūt vt perfidiaz
inferant. Et manu ꝓpria ſubſcripſit dicēs:
Gratia tecū. Amen.

Explicit explanatio ſancti Ambro-
ſij epiſcopi in epiſtolaz beati pauli
ad Timotheū primā.

Incipit prefatio eiuſdē in epiſto
lam beati pauli ad Timotheum ſe-
cundam.

a Liam epiſtolā ſcribit ad timotheū
vt iam eruditum eccleſiaſtica diſci-
plina: et que ſpes ſit promiſſionis:
ſuo explēlo ad martyriū ꝓuocet. Et quia fu
turū eſt vt q̄dam a ſana doctrina: eo q̄ du-
ra illis videat̄: ad fabulas cōuertant̄: id eſt:
ad hūana comēta. Explicit ꝑfatio.

Incipit explanatio ſancti Ambro-
ſij in epiſtolam beati pauli ad Ti-
motheū ſecundā: Ca. primū.

Aulus apoſtol⁹
xp̄i ieſu ꝑ volūtatē dei
ſcd̄m ꝓmiſſionez vite
que eſt in chriſto ieſu:
timotheo dilecto filio
Huius rei gratia apoſtoluz
ſe chriſti ieſu dei voluntate appellatū ſigni-
ficat: vt que et quanta promiſſio in futuro
in fide chriſti ſit edoceret: vt predicatione ei
us crementū faciat in ſaluandis diſciplina
dominica. Idonei enim ſerui ſūt qui inſtā-
tia ſua et fide: negocia dn̄orū ſuorum exag-
gerant. Ob ideo huic quaſi chariſſimo filio
ſcribit: vt h⁹ rei imitator exiſtat: eadē ceteris
tradēs: vt ꝑ traducē ſucceſſiōez ideficiēs ſit
idone⁹ doctor: ꝑ quē aſſerta veritaſ multos
acq̄rat ad vitam ꝓmiſſam. Gratia: mi-
ſericordia: pax a deo pr̄e et chriſto
ieſu dn̄o noſtro. Gratiā huic patris in
miſeratione exoptat vt aſſit ei et chriſti ieſu
domini noſtri: quia deus gratiam ſuaz per
chriſtuz largitur: vt vna gratia ſit vtriuſqꝫ.
Gratiam habeo deo meo cui ſer-
uio a ꝓauis in cōſcientia pura q̄d i
deficientē habeam tui memoria in
precibus meis: nocte dieqꝫ multuz
deſideras te videre: memor lachry
marum tuarū vt gaudio replear: re
cordationē accipiens eius que eſt i
te ſincere fidei: que habitauit ꝑmū
in auia tua loide: et matre tua euni
ce: certum autem habeo q̄d et in te.
Quoniam dignū eſt meminiſſe bonorum:
idcirco deo gratias agit q̄ memor erat ti-
mothei viri mirabilis vt etiam hoc ipſū dei
donū ſit. Nō em̄ ſine merito eſt qui cogitat
de bonis viris. Et quia idem deus chriſtia-
norum eſt qui erat iudeorum: ei ſe deo gra-
tias referre teſtatur: cui a proauis famula-
tus eſt. Quando enim hoc ſperabant pro-
genitores eius quod hic ceperat predicare:



vna eorū fides ē. Et q̄ in parentū ſucceſſit
ſeruitia: et q̄ in his erat adhuc cum illi deo
ſeruirēt: recte ait Cui a ꝓauis ſeruio. Quō?
In cōſcia pura inq̄t. Sic eni aliquādo ꝑſe-
cutus eſt eccl̄iam: vt dei amore hoc ageret
non maliuolētia. Nā ſimili mō ⁊ in epiſto-
Heb. 7. la ad hebreos ſcriptū ē: Quia leui qui deci
mas accepit: decimas dedit melchiſedech:
q̄ in abrae inq̄t lūbis erat leui: q̄ſi decimas
obtulit melchiſedech: Ita et hic a proauis
deo ſe dicit ſeruiſſe: q̄ ⁊ leui in proauo deci
mas dicitur obtuliſſe. Eſt em̄ pat̄ leui iacob
auus iſaac: proauus abraam. Multū ergo
ſe memorē timothei ꝓfitet̄: ⁊ auide illū de-
ſiderare ꝓpter lachrymaꝝ eius recordatio-
nē: quas amore fuderat ap̄li: ſicut intelligit̄
recedentis a ſe. Nō imerito ꝙ amantem ſe
deſiderat vt gaudio ipleat̄ ex cōi leticia cā
fidei ſincere: quā ⁊ i auia ei⁹ ⁊ in mr̄e fuiſſe
ſignificat certiſſime ⁊ in eo. Omnis itaqꝫ h̄
affectus propter fidem ē q̄ erat i eis inuio-
lata. Qua de cauſa admoneo te vt
recrees donum dei q̄d eſt in te per
impoſitionez manuuz mearū. Nō
em̄ dedit nobis de⁹ ſpūm timoris
ſed virtutis ⁊ dilectiōis ⁊ ſobrietatis.
Propterea ſe parentū eius ſinceritatē fidei
ſignificat memoraſſe: vt fortiorē hunc face-
ret. Quis em̄ laudē illoꝝ audiēs quoꝝ i eo
ipſo particeps eſt nō creſcat: addēs animū
huiuſmodi viribus. Sic ergo recreat in ſe
donū gr̄e dei acceptū per ordinationē pre-
ſbyterij: dū animū ſuū cōfouet mentis ala-
critate: gaudēs in ſemetipſo ſicut in nouita
te ordinationis gaudetur. Deniqꝫ ſubiecit:
Nec em̄ inquit dedit nobis de⁹ ſpiritum ti-
moris ſed virtutis. Innouatus em̄ hō exit
de timore: accipiens ſpm̄ leticie ꝓpter iuſti
ficationē: quia omnis iniuſtus in timore ē:
nō fortis ſed infirmus: nō in dilectiōe ſed i
odio: nec in mētis ſobrietate: ſed errore ſau-
cius. Si autē his caruerit: ꝑ fidē ⁊ fortis et
dilect⁹ ⁊ ſobrius erit. Noli itaqꝫ erube
ſcere i teſtimoniū dn̄i nr̄i: neqꝫ i me
vinctū eius. Conſtantiā habēdā docet:
nec trepidari debere in profeſſione. Nō eſt
em̄ vnde erubeſcat̄ in ea: q̄ ſi homo viſus
eſt chriſtus: geſtis tamē apparuit deus: et ſi
crucifixus eſt: reſurrexit tamē a mortuis: et
multis videntibus ſuſcipiente eum nube
in celū aſcēdit. Nō eſt ergo infirmitatis cā:
ſ; poteſtatis: q̄ vbi putat̄ imbecillitas: ibi
apparet potentia. Itaqꝫ ſtulte infirmat⁹ di-
citur qui viciſſe probatur. Hoc modo nec in
ap̄lo eſt q̄d ad ruborē pertineat: q̄ ſi ꝑſſuris
⁊ cedibus humiliat⁹ dicit̄: ex illa ꝑte cōfun-
dit obtrectatores ſuos qua in ſignis ac pro
dico facies. Modo blandit̃ vt obaudi
tio eius volũtaria ſit vt poſſit fructuz hr̃e.
Sic em̃ p̃uocat eũ vt ampli⁹ faciat q̃ꝫ poſtu
lat̃ ab eo. Solet em̃ fieri vt qui videt bene
de ſe ſentire: meliorẽ ſe prębeat. Simul
autez p̃para mihi hoſpitium: ſpero
eni q̃ per orõẽs vr̃as donabor vo
bis. Ut ſollicitiorẽ illũ faciat ⁊ magis obe
diat: vẽturũ ſe eſſe illis ſignificat. Solẽt em̃
abſentes cõtemni. Et vt q̃d ap̃ls hic adhuc
eẽ nõ dedignat̃: qui ſemp̃ tedia paſſus ẽ et
exitia: cędes: p̃ſecutõẽs ac vincula: ⁊ cui⁹ re
quies nõ erat niſi in ſolo xp̃o: ſ; p̃pter pro
fectũ credentiũ: vt ⁊ inimicos crucis chriſti
ꝯfunderet: ad dei gloriam augmentandam
carnẽ ſuã paſſionibus offerebat vt animę
ſuę ⁊ corpori coronas ĩmortalitatis acquire
ret. Salutat te epaphras cõcapti
uus me⁹ ĩ xp̃o ieſu. Marc⁹: ariſtar
ch⁹: demas: lucas adiutores mei.
Hos oẽs p̃ticipes glię ſuę teſtatur. Grã
dñi nr̃i ieſu xp̃i cuz ſpũ vr̃o Amen.
Hęc ſubſcriptio apoſtoli eſt cõfirmãtis epi
ſtolam miſſam.

Explicit explanatio ſancti Ambro
ſij epiſcopi in epiſtolam beati pau
li ad Philemonem.

259 I 112
382

I.
251

# Operū ſancti Ambroſij pars tertia.

## Opus primū.

# Epiſtolarū ſancti Ambroſij epiſcopi Mediolanenſis elegantiſſimum opus

## Operum huiꝰ tertie partis annotatio


i Libri Epiſtolarum.
ij De Fide ad Gratianū Auguſtū.
iij De Spirituſancto ad Gratianū.
iiij De Fide contra arrianos.
v De Incarnationis dñice ſacramēto
vi De Myſterio paſche.
vij De Exceſſu fratris.
viij De Fide reſurrectionis.
ix De Penitentia.
x Adhortatio ad penitentiam.
xi De Virginibus.
xij De Viduis.
xiij Adhortatio ad virgines.
xiiij De Virginis inſtitutione.
xv Ad Virginem deuotam.
xvi Ad Virginem corruptam.
xvij Ad Corruptorē vginis obiurgatio.
xviij Ad Virginē corruptā exhortatio.
xix Opus ſermonum.



N.º 11247
UNIVERSIDAD Y PROVINCIA BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

Epiſtolarū ſancti: deuoti: ac diſertiſſimi uiri Ambroſij epiſcopi Mediolanēſis: eximijque eccleſiæ doctoris: per decē libros elegantiſſimo ſtilo digeſtarū breuis annotatio: ſingularū initia: materiā: atq ordinem exponens.

### Epiſtolæ Libri primi.

Ambroſius Iuſto: Exponens quid ſignificet illud didrachmū: cuiꝰ dimidiū hebræus præcipitur offerre ꝓ redemptione animæ ſuæ. Epła. I.

Ambroſius Simpliciano: explanās quid ſibi uelit ꝙ Moyſes poſt oblatum ſacrificium & immolatas dn̄o ſalutares hoſtias: dimidiā partē ſanguinis in crateras miſerit: dimidiam autem ad altare fuderit. Epła. II.

Ambroſius Simpliciano: cauſam reddēs Cur Moyſes ꝓpheta maximꝰ: inueniatꝰ magis Aaron fratris cōſiliū q̄ ſuū ꝓbaſſe: Cur etiā tā difficile tāq rarū ſit pœnitentiā peccati gerere in hac uita homini. Epła. III.

Ambroſius Irenæo: declarās quō intelligendū ſit qđ in Exodo legitꝰ: Abomināda ægyptios imolemus deo? Qualibꝰ præterea ductoribꝰ & qua uia ad eccleſiam chriſti perueniatꝰ: Qui illā ingrediantꝰ: & quid eis in ipſa ſit agendū. Epła. IIII.

Ambroſius Fœlici comiti epiſcopo: aſſerēs ſe & lectione ſermonis illiꝰ: & ſpe futuri aduētus refocillatū: ſimulq ut uenire nō negligat hortās. Epła. V.

Ambroſius Irenæo: pythagoricū mandatū cōmemorans: quo ille diſcipulos ſuos cōmunem atq uſitatam populo uiam ingredi ꝓhibuit: & ut idem a ſacerdotibꝰ obſeruetur: multiplici ratione ꝑſuadens. Epiſtola. VI.

### Epiſtolæ Libri ſecundi.

Ambroſius Simpliciano: eleganter de uera libertate ac etiam ſeruitute diſputās: fortiſſimiſq argumētis ſolum ſapientē uera libertate gaudere: & oēm inſipientē ſeruum eſſe cōprobans: atq ad illam amplectendā plurimū hortans. Epła. VII.

Ambroſius Fauſtino: eundē ꝓpter obitum germanæ acerbo dolore mœrentem conſolans. Epiſtola. VIII.

Ambroſius Bellicio: graui ægritudine priuſq̄ in dn̄m Ieſum crederet iactato: poſtea uero reualeſcēte: illum ex diuinæ uiſitationis pietate in fide chriſti confortans: & ad aliorum ſacramentorū perceptionē hortans. Epła. IX.

### Epiſtolæ Libri tertij.

Ambroſiꝰ Simpliciano: pulchre de ueris diuitijs: ac cōtraria paupertate diſſerēs: & ꝙ oīs ſoluſq ſapiens uere diues: atq inſipiēs pauper ſit demōſtrans. Epła. X.

Ambroſius Irenæo: uerſiculū illū: Specioſus forma: & cætera: græco ſermone annotatū uolens: pluribuſq rationibus & exēplis nos ꝓuocans: ut illi ſūmo bono qđ eſt dn̄s Ieſus: quo nihil eſt ſpecioſiꝰ: animo intēdamꝰ: illud quæramꝰ: illud intueamur: illud teneamꝰ: in illo uerſemur: illi adhæreamus: & in eo paſcamur. Epła. XI.

Ambroſius Irenæo: ꝓſequens illud uerbū Aggæi ꝓphetæ: Si tēpus uobis eſt ut habitetis in domibus cælatis? multo ex hoc nos ſermone cōmonens: ut in ſuperioribus domibꝰ & nō in ualleſtribus & ſubterraneis habitemꝰ: taleſq domos noſmetipſos domino ædificemus. Epła. XII.

### Epiſtolæ Libri quarti.

Ambroſius Irenæo: hanc quæſtionē: Vtrum ſit aliqua apud deum differentia charitatis eorum qui a pueritia: & eorum qui iuuētutis aut poſterioris ætatis ꝓceſſu crediderint: diſſoluens. Epła. XIII.

Ambroſius Irenæo: errorē remouēs: ne quis eū de quo in ſupiori epiſtola dictum eſt ꝙ duas habebat uxores: duas aſciuiſſe ſibi animas intelligat. Epła. XIIII.

Ambroſius Irenæo: cauſam reddens: Cur lex ꝓhibuerit mulieres uti ueſte uirili: atq uiros indui ſtola muliebri. Epła. XV.

Ambroſius Irenæo: epiſtolam ad Epheſios ſūmaria ac breui explanatione ꝑſtringens. Epiſtola. XVI.

Ambroſius: clericos quoſdam qui ꝓpter leuē aliquā offenſionē ab officio deſiſtūt redarguit: & ad conſtantiā hortatur. Epła. XVII.

### Epiſtolæ Libri quinti.

Ambroſius Horontiano: eum docens ex Michæa ꝓpheta: quomō anima uetꝰ & infirma a recto itinere deuiās lapſa ſit: Quoue ꝓceſſu cōuertatꝰ: gradūq reparet ac reformet: & ut in ꝓpoſito ſuo ꝑſeueret: admonens: Epła. XVIII.

Ambroſius Horontiano: diſſerens quēadmodū animā euangelicā quæ eſt eccleſiæ filia: dn̄s Ieſus primo ſuſceperit: erudierit: atq cōſummauerit. Epła. XIX.

Ambroſius Horontiano: quæ ſit diuina hæreditas definiēs: & cur tanto exiſtimetur: ut ꝓpter eam plærīq morti ſe offerant. Epła. XX.

Ambroſius Horontiano: quæſtionē de natura & ſubſtantia animæ: ſubtili reſponſione diſſoluens. Epiſtola. XXI.

Ambroſius Horontiano: ſuperioriſ quæſtionis reſponſionē latius explanans atq complens. Epiſtola. XXII.

Ambroſius Horontiano: dubitationem tollēs: de quo ſpiritu dictum ſit: Quia poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Epła. XXIII.

Ambroſius Marcello: narrans ſe cauſam ueternoſi iurgij inter illum & fratrem ac ſororē componēdi tanq̄ arbitrum ſuſcepiſſe: rationēq huiuſcemodi compoſitionis exponēs. Epła. XXIIII.

Gratianus auguſtus: beato Ambroſio: ut ad ſe docēdū uenire feſtinet poſtulās: & ut ſcripturis atq argumētis ſpiritūſanctū deū eſſe cōuincat: rogans. Epła. XXV.

Ambroſius Gratiano auguſto: epiſtolam ipſius plurimum cōmendans: ſuæq uoluntati ſe ſatiſſacturum pollicens. Epła. XXVI.

Ambroſiꝰ Valētiniano impatori: legatiōis ſuæ expoſitionē īſinuās. Epła. XXVII.

Ambroſius Theodoſio imperatori: ſeipſum excuſans: & ut ille facinoris ſui pœnitentiā agat: rōnibus atq exēplis ſuadēs: rogans: hortās: & admonēs. Epła. XXVIII.

Ambroſius Theodoſio imperatori: uindicari iubentē in epiſcopū & chriſtianos qui ſynagogā incenderūt: uehemēter eū ob hoc arguens: atq ut aliā epiſtolā dictari iubeat: & qđ prius iuſſum fuerat emendet: hortans. Epła. XXIX.

Ambroſius Valentiniano: eundē rogans atq cōueniens ne ad petitionē gentiliū aras eorum imperatorio decreto inſtaurari iubeat: oſtendenſq ex tali decreto: primum deo: deinde patri & fratri iniurias irrogari. Epła. XXX.

Symachi urbis præfecti perſuadentis ritus ueteres circa cultū deorū eſſe ſeruandos: ad imperatores Relatio.

Ambroſius Valentiniano imperatori: Relationi Symachi reſpondens: aptiſſimiſque confutationibus eam refellens. Epiſtola. XXXI.

Ambroſius Valētiniano imperatori: recuſans certare cū Auxentio arriano in cōſiſtorio imperatore iudicaturo: ex eo ꝙ in cauſa fidei epiſcopi de laicis in eccleſia: & non laici de epiſcopis in conſiſtorio debeant iudicare. Epła. XXXII.

Sancti Ambroſij in Auxentiū de baſilicis tradendis: inuehētis: ſuoſque ad cōſtantiam atq tolerantiam hortantis: Oratio.

Ambroſius Marcellinæ ſorori ſuæ: referens illi quid in cauſa de baſilicis tradēdis actum ſit: & in quo ſtatu res ipſa nunc conſiſtat. Epła. XXXIII.

Sancti Ambroſij Oratio funebris de obitu Valentiniani imperatoris.

Ambroſius Theodoſio imperatori: deceſſū Valētiniani auguſti uehemēter ſe dolere: aptiſſimūq ꝓ ſepultura eiꝰ locū præparatū eſſe inſinuans. Epła. XXXIIII.

Sancti Ambroſij Oratio de exitu: uita: ac uirtutibꝰ Theodoſij imperatoris: habita in celebritate quadrageſimi diei obitꝰ ſui: Honorio principe filio eiꝰ aſſiſtente.

Ambroſius Euſebio epo: apparitori præfecturæ offenſam quā cōtraxerat eſſe re-

ni:lam: Fauſtinũq; paruulũ tuſſi laborãtẽ ad ſororẽ ueniſſe referẽs. Epl'a. XXXV.

## Epiſtolæ Libri ſexti.

Ambroſius Sabino epiſcopo: eos qui indignum duxerint ꝙ Paulinus uenditis facultatibus & ſæculo relicto: ſecretũ quoddã elegerit confutans: & cõprobans ꝙ nõ ignominioſum aut turpe: ſed glorioſum ſit opprobrioſum: uilẽ & nudũ fieri ꝓ chriſto: Quid etiã denutatio ipſius Dauid figurauerit exponens. Epl'a. XXXVI.

Ambroſius Chromatio: ex illo qđ in libro Numerorum a Balaam dictũ eſſe legitur: Quia nõ mentit' deus: Nec eſt augurator in iſrael: diſcutiens unde habuerit iſte qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manifeſtaret. Epl'a. XXXVII.

Ambroſius Horontiano: rationem huic quæſtioni reddens: Cur prius omnia uel uolatilia uel terreſtria uel quæ in aquis ſunt ꝓducta fuerint: ꝗ homo propter quem cuncta illa creata ſunt formaretur. Epiſtola. XXXVIII.

Ambroſius Horontiano: de diuiſione ꝓphetica quæ operatorem atque opera diſtinxit: Ratione quoq; ſex dierum quibus factus eſt mũdus: & myſterio ſeptimi atq; octaui numeri ſubtiliter diſſerens. Epl'a. XXXIX.

Ambroſius Sabino: libellos illi mittens atq; rogans: ut ſcrutanter diſcutiat: & quæ corrigenda decreuerit: arbitrij ſui iudicio corrigat. Epl'a. XL.

Ambroſius Sabino: ex eo ꝙ illi cõplacuit uſus epiſtolarum: ſpondens ſe frequẽtius cum ſcriptis ſuis: præſertim cum ſolus ſit uelle alloqui: ſolitudinẽq; plurimũ cõmendans atque ſuadens. Epl'a. XLI.

Ambroſius Sabino: de paradiſo quid alij ſenſerint referens: & quæ ſua de myſtico paradiſo ſit ſententia: pulchra expoſitione declarans. Epl'a. XLII.

Ambroſius Siſynnio: pietatem illius cõmendans ꝙ filio ignouerit: qui eo incõſulto uxorem acceperat. Epl'a. XLIII.

## Epiſtolæ Libri ſeptimi.

Ambroſius Conſtãtio: in ſuſcepto eccleſiæ gubernamine illũ cõfortans: ac diligẽti cõmonitione inſtituens qualẽ ſe debeat corã plæbe dñi exhibere: loquẽdo: docẽdo: admonẽdo: hortando: ꝑſuadẽdo: obſecrãdo: ut uitijs & terrenis cupiditatib⁹ renũciẽt: uirtutes ſectent': bonorũq; operum diuitias quærãt: & dño i ſobrietate & grã & tota mẽtis ſedulitate ſeruiãt: Demũ eidẽ aliã quãdã eccleſiã cõmẽdãs. Epl'a. XLIIII.

Ambroſius Sabino: cauſam reddens: Cur poſt ſcripturã prius directam codicem apertius ſcriptum tranſmiſerit. Cur etiam ꝓpriam manũ ſtilo ſuo affixerit: ad epiſtolarem inde ludũ eum inuitans: & uſum illius exponens. Epl'a. XLV.

Ambroſius Euſebio: iocunditatem illius in filijs & filiorum benedictionem recenſens: Epiſtola. XLVI.

Ambroſius Irenæo: cõfutanſ errorẽ cuiuſdã maledici apollinariſtæ: qui nõ põt audire ꝙ dñs noſter Ieſus chriſtus ꝓ nobis ſeruitutẽ ſuſceperit. Epl'a. XLVII.

Ambroſius Irenæo: ꝓſequẽs illud quod in Hieremia ſcriptum eſt: Clamauit perdix: congregauit quæ nõ peperit: naturã iſtius auis deſcribendo: & eum diabolo ac membris ſuis adaptando. Epl'a. XLVIII.

Ambroſius Syricio: narrans illum Priſco aduenienti litteras dediſſe: & ſe eidem reuertenti alias reddidiſſe. Et quia utrũq; eorum officio remuneratus ſit: etiam eius officij preciũ incrementa debere adipiſci gratiæ. Epl'a. XLIX.

Ambroſius Attico: ſcribens litteras ſuas Priſcum ſibi: & ſe illi alias reddidiſſe: Priſcum dilectioni ſuæ amplius cõmendans. Epl'a. L.

Ambroſius Fœlici: ſignificans tuberum ſibi miſſorum partẽ amicis direxiſſe: Et illum ꝙ ſe tamdiu nequaꝗ reuiſarit arguens. Epl'a. LI.

Ambroſius Romulo: quæſtioni illius: Cur uidelicet deus dixerit: Ponam cælum æreum: & terram ferream: ſatiſfaciens. Epl'a. LII.

Ambroſius Titiano: illi congaudens ꝙ a Rufino liberatus ſit: quem ſibi grauiorẽ iudicem in negocio cũ nepte ſua arbitrabatur. Epl'a. LIII.

Ambroſius Syricio: gratũ ſibi aſſerens cũ & ab ipſo litteras accipiat: & ille aliquos de cõſeruitio ſuo dirigat: eoſq; ſe diligere cõteſtans qui nõ patiunt' ſe a ſuo munere diutius abeſſe: & ad ſequendũ dominũ Ieſum ſuadens. Epl'a. LIIII.

Ambroſius Fœgadio & Delphino epiſcopis: inſinuans Polibium ut utriq; eorum ſcriberet popoſciſſe: ac poſt datam epiſtolam utriuſq; nomine conſcriptam: alteram exegiſſe: & ei ſe illam dediſſe.. Epl'a. LV.

Ambroſius Romulo: de eo ꝙ Aaron populo poſcẽti ſibi deos fieri aurum detraxerit: & ꝙ eo auro figuratũ ſit uituli caput: & ꝙ Moyſes tam dure indignat⁹ ſit ut iuberet quẽq; inſurgere in necẽ ꝓximi ſui: quid ipſe ſentiat exprimẽs. Epl'a. LVI.

Ambroſius Seuero epiſcopo: ſcribens cõpreſbyterum ſuum Iacobũ Campaniæ ſibi ad requieſcẽdum littora ubi orationi uacet & deo ſeruiat elegiſſe: ſe uero in medio omniũ moleſtiarum freto uerſari conquerens. Epiſtola. LVII.

Ambroſius Studio: pia illi ꝑſuaſione reſpondens: quid in cauſa cuiuſdam crimino ſi potius agere debeat. Epl'a. LVIII.

Ambroſius: ſacerdotibus quibuſdã & omni clero plæbis Theſſalonicenſium: de obitu: uita: uirtutibus & cõuerſatione ſancti uiri Acholij. Epl'a. LIX.

Ambroſius Anyſio: ſancti Acholij ſucceſſorem: de ſucceſſione eius congaudens: uitãque ſancti Acholij commendans: & illius adoleſcentiã: iuuentutem atq; ſenectutem benedicens. Epl'a. LX.

Ambroſius Candidiano: ſplendorem ſermonis & fulgorem affectus eius cõmendans: illiq; benedictionem optans. Epl'a. LXI.

## Epiſtolæ Libri octaui.

Ambroſius Irenæo: quæſtionem: Cur dominus deus mãna pluerit populo patrũ & nunc non pluat: diſſoluens. Epl'a. LXII.

Ambroſius Iuſto: diſſerens ꝙ ueteres quos plæriq; ſm artem ſcripſiſſe negãt: ſm gratiam quæ ſuper omnẽ artem eſt ſcripſerint: de quorum tamẽ ſcriptis ij qui de arte ſcripſerunt artem inuenerunt. Epl'a. LXIII.

Ambroſius Syagrio Veronenſis eccleſiæ epiſcopo: litteris illius reſpondens: eũq; uehementer arguens de iudicio attemptato in cauſa cuiuſdam uirginis per turpes quaſdam ꝑſonas accuſatæ: Et cur cauſam iſtam ad ſe reuocauerit: & qualẽ in ea ſententiam ꝓnunciauerit exponens. Epl'a. LXIIII.

Ambroſius Syagrio: ꝓ caſtitatis cõtumelia dolentem querelã faciens: atq; ex ſcripturis ſanctis oſtẽdẽs quantũ maiores noſtri reuerẽtiæ detulerint caſtimoniæ: quãtũue ultionis ſtudiũ aduerſum temeratores pudicitiæ fuerit. Epl'a. LXV.

Ambroſius Paterno: eundẽ quia filio neptem ex filia copulare uoluit redarguẽs: & ut ab ea diſcedat intentione cõmonens. Epiſtola. LXVI.

Ambroſius Quinegio: illũ de cõſultione ſua cõmendans. Epl'a. LXVII.

Ambroſi⁹ Antonio: amorẽ ei⁹ in ſe & ſui animũ in illũ cõmemorãs. Epl'a. LXVIII.

Ambroſius Alipio: litteras illius ſibi eſſe redditas: & ſe ſuis reſpondiſſe litteris: ſignificans. Epl'a. LXIX.

## Epiſtolæ Libri noni.

Ambroſius Vigilio: inſtituens eum quomõ plæbem docere debeat: ac inter cætera ut coniugia ex alienigenis refugiant: Samſoniſq; exemplo comprobans ꝗ ꝑnicioſum ſit alienigenæ mulieris copulam aſciuiſſe. Epl'a. LXX.

Ambroſius Irenæo: occaſione eius quod in Apoſtolo ſcriptũ eſt: Lex enim iram operat': & cætera. quæſtionẽ cur lata ſit lex abſoluens. Epl'a. LXXI.

Ambroſius Irenæo: cauſam reddẽs: cur plæraque in lege præcepta ſint: quæ per euangeliũ uacuata uidentur: ut eſt circũciſio corporalis: & obſeruatio ſabbati: aliaq; plura huiuſmodi: Cur etiã lex pædagogus dicatur. Epl'a. LXXII.

Ambroſius Clemētiano: uim apoſtolicæ diſputationis in ſupiori epiſtola notatæ
aperiens: ſimulq; oſtendēs iudæū nō eſſe ſm adoptionē hæredē. Epl'a. LXXIII.
Ambroſius Horontiano: ex eo qđ ab Apoſtolo cōmemoratum eſt: Abraam cre/
didit deo: & reputatū eſt ei ad iuſticiam: & cætera. colligens ꝙ ij magis Abrææ filij q̄
ex fide hæredes ſunt: ipſam quoq; fidem plurimū cōmendans. Epl'a. LXXIIII.
Ambroſius Bellicio: exponens quid ſibi uelit illud ꝙ dn̄s Ieſus uidens a generati/
one cæcū: expuit & fecit lutum & ſuperunxit oculos cæci: & cætera. Epl'a. LXXV.
Ambroſius Studio: quæſtionē ab eo ꝓpoſitam quā in quadā epiſtola ſuperius ad
eundē ſcripta abſoluit: latius ac plenius ꝑtractans & abſoluens. Epl'a. LXXVI.
Ambroſius Conſtantio: cauſam reddens: Cur circūciſio ueteris teſtamenti aucto
ritate quaſi utilis imperet: & noui teſtamenti magiſterio quaſi inutilis repudiet: ad/
uerſantiūq; abiectiones arguta reſponſione diſſoluens. Epiſtola. LXXVII.

Epiſtolæ Libri decimi.

Ambroſius Theophilo: dolenter cōquerēs de ſtatu cauſæ diſcordiarū inter Eua/
griū & Flauianum: & quid eū in hac re agere uelit exponens. Epl'a. LXXVIII.
Ambroſius Theophilo & Anyſio: excuſans ſe de iudicio ferēdo inter Bonoſum
epiſcopum & accuſatores eius: illiſq; cauſam iſtā cōmittēs: Eoſdem præterea appro
bās merito abhorruiſſe blaſphemiā quorundā qui inuiolatā uirginē Mariam plures
peperiſſe filios mentiuntur. Epl'a. LXXIX.
Syricius papa: Mediolanenſi eccleſiæ: narrans quid actū ſit cōtra hæreticos q̄ ſub
uelamēto pij nominis ſerpentino ſermone catholicā ueritatē corrūpere: ac fideles
chriſtianos ſauciare moliti ſunt: admonenſq; ut ab illis ſe cuſtodiāt. Epl'a. LXXX.
Ambroſius: Baſſianus & cæteri: Syricio papæ: paſtoralem illius ſollicitudinē cir/
ca ouile chriſti cuſtodiendū: & lupos arcendos cōmendantes: uirginitatēq; contra
iſtorum dementiā coniugio præferentes. Immaculatā præterea chriſti genitricem
Mariam: ratione: teſtimonijs: figuris & exemplis aſtruentes in partu uirginē ꝑman
ſiſſe. Præconia deniq; uiduitatis attexenteſ: ac tandem Iouinianū & reliquos hæreti
cos eſſe damnatos inſinuantes. Epl'a. LXXXI.
Ambroſius Vercellenſi eccleſiæ: & eis qui inuocant nomē dn̄i noſtri Ieſu chriſti:
dolenter cōquerens ꝙ ipſa ſola adhuc ſacerdotē nō habeat: illoſq; admonens ut pa/
rentū exempla ſequant̄ ad poſtulandū ſacerdotē. Eorum præterea errorē qui nul/
lū dicunt eſſe abſtinētiæ meritū uel uirginitatis fructū: rationibꝰ: ſcripturis & exem/
plis cōfutans: uoluptatē quoq; condēnans: & ieiuniū: abſtinentiā: tēperantiā ac uir/
ginitatē excellēter cōmendans. Vercellēſes deinceps ad cōſtantiā & alias uirtutes
exhortans. Quoq; maxime in epi petitiōe abeſſe debeat malignitas. Ac tandē qualis
in epiſcopū eligēdus: qualeſue & ipſi eſſe debeant exponens. Epl'a. LXXXII.
Ambroſius: epiſcopis per Aemiliam cōſtitutis: eos de celebritate paſchali inſtru
ens. Epiſtola. LXXXIII.
Ambroſius: ſacræ uirgini Demetriadi: magnis præconijs ueram humilitatē exal/
tans: aduerſantēq; illi ſuꝑbiam digna uituperatione cōfundens: Ac ꝑ hoc ipſam ad
elationē cauendā & præſidio ſincæræ hūilitatis armādā ꝑſuadēs. Epl'a. LXXXIIII.



Sancti Ambroſij Mediolanenſis epi: Liber primus Epiſtolaꝝ incipit.

Sancti Ambroſij ad Iuſtū: exponētis quid ſignificet illud didrachmū: cuiꝰ dimidi/
um hebræus præcipit̄ offerre ꝓ redemptione animæ ſue: Epl'a. I.

Mbroſius Iuſto. Pulchre admones frater: ut epiſtolares
fabulas & ſermonē abſentium ad interpretationē cōfera/
mus oraculi cæleſtis: interrogans me quid ſignificet illud
didrachmū cuiꝰ dimidiū hebræuſ præcipit̄ offerre ꝓ redē *Exo. 30. ubi trāſlatio hieronymi hʒ: Dimidium ſicli.*
ptione animæ ſuæ. Quid em̄ tā conſociabile: q̄ de diuinis
rebꝰ ſermonē cōtexere? Eſt aūt dimidiū didrachmi drach
ma. Redēptio aūt animæ fides. Fides ergo drachma: quā
illa mulier in euāgelio: ut legimus: amiſſam diligēter requi/ *Luc. 15.*
rit: lucernā accendēs: & immūdans domū ſuā: & ſi inuene/
rit cōuocat amicas & uicinas: petēs congratulari eas ſecū:
ꝙ iuenerit drachmā quā ꝑdiderat. Magnū em̄ damnū animæ: ſi quis fidē amiſerit:
uel gratiā: quā fidei precio acqſiuit ſibi. Et tu ergo accēde lucernā tuā: Lucerna tua
oculus tuꝰ eſt: ille interior oculus ſcilicet mētis. Iſtā lucernā accēde: quæ accipit ole/
um ſpirituale: & lucet ī tota domo ſua. Quære drachmā: redemptionē animæ tuæ:
quā qui amiſerit: turbat̄: qui iuenerit: exultat. Eſt & redēptio aiæ miſericordia. Re/
dēptio em̄ aiæ hoīs diuitiæ eiꝰ ſunt: quibus utiq; fit miſericordia: quæ ſūptu pauꝑes
iuuat. Fides igit̄ grā: grā miſericordia: miſericordia redēptio ē aiæ: quæ drachma:
hoc eſt integro p̄cio ſūmæ plenioris expēdit̄. Sic em̄ ſcriptū ē dicēte dn̄o ad Moy/
ſen: Qđ ſi acceperis cōputationē filioꝝ iſrael in uiſitatione ipoꝝ: & dabūt ſinguli re *Exo. 30.*
demptionē animæ ſuæ dn̄o: & nō erit in his ruina in uiſitatiōe eoꝝ. Et hoc eſt qđ da
bunt: quotquot ꝑambulant uiſitationē: didrachmi dimidiā partē: qđ eſt ſm didrach
mū ſanctū. Viginti oboli didrachmū. Dimidia autē pars didrachmi illatio dn̄o. Oīs
qui intrauerit uiſitare a uiginti annis & ſupra: dabūt illationē dn̄o. Qui diues eſt: nō
adijciet: & qui pauper ē: nō minorabit̄ a dimidia parte didrachmi: cū cœperint da/
re oblationē domino: & exorare ꝓ animabꝰ ſuis. Et accipies pecuniā illationis a filijs
iſrael: & dabis illā in opus tabernaculi teſtimonij: & erit filijs iſrael legitimū memo/
riale in cōſpectu dn̄i: & orare ꝓ animabus ueſtris. Ita ergo deerat uel diues qui plus
offerret: uel pauper qui minus haberet: ſi ī pecunia dimidiū didrachmū iſtud nō in
uirtute eſſet. Vnde aduertendū ꝙ nō materialis iſta ſed intelligibilis drachma ſit:
quæ ex æquo ab omnibꝰ cōferēda exiſtimabat̄. Deniq; etiā de illa cæleſti eſca (Eſca
autē & delectatio alimēti cæleſtis ſapiētia eſt: qua ueſcebant̄ in paradiſo locati: qui
erat indeficiens animæ cibus: quē uocauit māna diuinus ſermo) ita legimꝰ diſtribu/
tionē factā ꝑ ſingulas animas: ut æqualis fieret diuiſio: Et collegerūt ſm diſpoſitio/ *Ibidē. 16.*
nē Moyſi: is qui plurimū & qui minimū: & menſurā fecerūt gomor: & nō abundauit
& ſuꝑfuit ei qui multū: & ei qui minus nō defuit. Vnuſquiſq; em̄ ꝓ numero animaꝝ
q̄ apud ſe erat in tabernaculis: collegerūt ꝑ ſingula capita gomor: id eſt: menſurā ui/
ni: ſicut habet interꝑtatio. Eſt autē mēſura ſapiētiæ: quæ ſi ſupra menſurā ſit: nocet:
quia ſcriptū eſt: Noli eſſe multū ſapiens. Et Paulus docuit ſm menſurā dari diuiſio/ *Eccs. 7.*
nem gratiarū: cū dicit: Quia unicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatē: alij ſer *1. Cor. 12.*
mo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ ſm eundem ſpiritū: alteri fides in eodē ſpiritu: alij
gratia ſanitatū in uno ſpiritu: & diuidi eam gratiā ſm uoluntatē ſpiritus. Qđ diuidit
æquitatis eſt: qđ aūt ſm uoluntatē ſuā diuidit: poteſtatis. Vel q̄a id uelit unicuiq; cō
ferre: qđ ꝓfutuꝝ nouerit. Gomor ergo mēſura eſt: & menſura uini qđ lætificat cor
hoīs. Quid aūt niſi ſapiētiæ potus: iocūditas cordis eſt? Hoc eſt illud uinū qđ miſcu/
it in cratere ſapiētia: & offert bibendū: ut ſumamus nobis ſobrietatē & prudētiā: qđ
ea æqualitate trāſfundi oportet ſenſibꝰ & cogitationibꝰ noſtris: & oībus motibus: q̄
intra hanc noſtrā ſunt domū: ut ſciamus poſſe abūdare oībus: deficere nulli. Pleniꝰ
autē de ſanguine chriſti intelligit̄: cuiꝰ ad gratiā nil minuit̄: nihil adaugetur. Et ſi pa/

rũ ſumas:& ſi plurimũ haurias:eadẽ ꝑfecta eſt oībus mẽſura redemptionis. Paſcha
quoq; dñi:hoc eſt:agnũ ita patres epulari iubent̃:ut ſm numerũ aīaꝝ epulent̃ ſua-
rũ.Neq; plures:neq; pauciores:neq; alijs plus dari:alijs minus: ſed ſm aīas ſingulo-
rũ:Ne aut fortiores amplius ſumãt:aut infirmiores minꝰ.Gratia eñ æqualis ſingulis
diuidit̃:redẽptio diuidit̃:donũ diuidit̃.Neq; plures oportet eſſe:ne quis uacuꝰ ſpei
& redemptionis recedat. Plures ſunt qñ aliqui extra numeꝝ ſunt:ſcti numerati ſũt
2.Timoth.2. oẽs & capilli coꝝ. Cognouit eñ dñs qui ſunt ipſiꝰ.Neq; pauciores:ne magnitudine
gratiæ ſit ad recipiendũ infirmior.Et ideo oẽs æqualitate deuotionis & fidei defer-
re præcepit ad paſcha dñi:id eſt:ad tranſitũ.Paſcha aũt eſt: qñ anima irrationabilẽ
deponit paſſionẽ:ſumit autẽ bonã cõpaſſionẽ:ut cõpatiatur chriſto:& tranſitũ eius
in ſe ſuſcipiat:ut inhabitet in ea & deambulet:& fiat eiꝰ deus. Gratia itaq; æqualis ꝑ
oẽs:uirtus aũt diuerſa in ſingulis. Vnuſquiſq; ergo portionẽ cõpetentẽ ſuis uiri-
Matth. 20. bus ſumat:ne aut fortior indigeat:aut oneret̃ infirmior.Habes hoc in euãgelio: qa
merces æqualis oībus ſoluitur in uinea laborãtibus:ſed pauci ad brauiũ:pauci ad co
2.Timoth.4. ronã ꝑueniunt:pauci dicunt:Repoſita ẽ mihi corona iuſticiæ.Alia eſt eñ merces li-
beralitatis & gratiæ:aliud uirtutis ſtipendiũ:laboris remuneratio.Ergo didrachmũ
redẽptio eſt:imo dimidiũ didrachmi.Redimit autẽ nos a morte:redimit a ſeruitu-
Matth.17. te:ne ſubiecti ſimus mũdo:cui renũciauimus.Vnde dñs in euãgelio dicit ad Petrũ:
ut uadat ad mare:& mittat hamũ: in ore piſcis inuentũ ſtaterẽ ſumat: & det ꝓ dño
& ꝓ ſe:exigentibus didrachma. Hoc eſt igit̃ didrachma qꝺ exigebat̃ ſm legẽ:ſed
nõ debebat illud filius regis ſed alienꝰ.Quid eñ ſe chriſtus redimeret ab hoc mun
do:qui uenerat ut tolleret peccatũ mundi? Quid ſe a pctõ redimeret:qui deſcẽde-
rat ut omnibꝰ peccatũ dimitteret? Quid redimeret a ſeruitute:qui ſe exinaniuerat:
ut uniuerſis libertatẽ daret? Quid ſe redimeret a morte:q carnẽ ſuſceperat:ut mor-
te ſua omnibus reſurrectionẽ acquireret? Nõ utiq; opus habuit redẽptione redem
ptor uniuerſoꝝ:ſed ſicut circũciſionem accepit ut legẽ impleret:& ad baptiſmũ ue
nit ut impleret iuſticiã:ita etiã didrachma exigẽtibus ſolutionẽ nõ recuſauit:ſtatim
ſtaterẽ ꝓ didrachmo iuſſit pro ſe & Petro dari.Maluit eñ ſupra legem ſoluere:q̃ id
qꝺ erat legis negare.Oſtendit autẽ contra legẽ iudæos facere: qui ab uno didrach
mum exigerent:cum dimidiũ didrachmi exigendũ Moyſes præſcripſerit. Et ideo
& ꝓ ſe & ꝓ Petro tanq̃ ſingulas drachmas in ſtatere ſolui mãdauit.Bonus autẽ cen
ſus chriſti:qui ſtatere ſoluit̃:qa ſtatera iuſticia eſt:iuſticia aũt ſupra legem.Deniq; fi
Ro.10. nis legis chriſtꝰ eſt:ad iuſticiã omni credẽti.Hic ſtater in ore piſcis inuenit̃:illius pi-
ſcis quẽ capiũt piſcatores hoīm:illiꝰ piſcis qui ponderat ſermones ſuos: ut igne exa
minatos ꝓferat. Hunc ſtaterẽ neſcierũt iudæi:quẽ ꝓditori dederũt. Lex autẽ di
midiũ didrachmi ꝓ redẽptione aīæ exigit:quã drachmã deo deputat:qa totum di-
drachmũ uẽdicare nõ poterat. Vix eñ in iudæo uel portio deuotionis poterat iue
ſtigari. Qui aũt uerus eſt liber:uerꝰ hebræus:totꝰ eſt dei:totũ qꝺ habet:libertatis ẽ.
Exo.21. Nihil habet illiꝰ:qui libertatẽ recuſat dicens:Dilexi dñm meũ:& uxorẽ: & infantes:
nõ abibo liber. Qꝺ nõ ſolũ ad dñm ſed etiã ad eius refert̃ infirmitatẽ:qui ſe ſubiece
rit mundo:ꝙ diligat mundũ uel mentẽ ſuã:id eſt:nõ huius auctorẽ uolũtatis. Nec ſo
lum ad uxorẽ ſed etiã ad delectationẽ refertur:quæ domeſticã non illã æternã curã
ſuſcipit.Huic ergo ad limẽ & oſtiũ ſuũ dñs ſuus aurẽ ꝑtundit: ut meminerit ſermo-
nis ſui quo ſeruitutẽ elegit. Et ideo tu chriſtiane iſtũ ne imiteris: qa tibi ſcriptũ eſt:
Matth.19. nõ ut didrachmi dimidiũ (ſi tñ uis ꝑfectus eſſe) deo offeras:ſed ut oīa tua uendas:&
des pauperibꝰ.Nec ut portionẽ ſeruitutis mundo reſerues:ſed ut totũ te abneges:
& dñi crucẽ tollas:& ſequaris eum.Cognouimus itaq; ideo dimidiũ didrachmi le-
ge poſtulari:quia dimidiũ generi huiꝰ mundi ſeruabat̃:id eſt: cõuerſationi ſæculari:
& uſui domeſtico:& poſteritati reſeruabatur:quibꝰ neceſſe erat & ſortem ex ſorte:
id eſt:tranſmiſſionis deputari. Vnde & dñs tentantibꝰ ſe phariſæis ſubdola interro
gatione:: utrũ ſuaderet cẽſum dari cæſari:reſpondit: Quid me tentatis hypocritæ?
Ibidem.22. oñdite mihi nũmiſma cẽſus. At illi obtulerũt ei denariũ: in quo erat imago cæſaris.

LIBER I EPISTOLA I

Ait illis: Reddite quæ ſunt cæſaris:cæſari:& quæ ſunt dei:deo.Oſtendẽs illos ita eẽ
imꝑfectos:qui ſibi ꝑfecti uiderent̃: ut prius cæſari q̃ deo ſoluerẽt. Quibus eñ prior
eſſet cura mundi:ab ijs priꝰ ſoluendũ foret qꝺ erat mũdi. Vñ & ait: Reddite:id eſt:
uos reddite quæ ſunt cæſaris:apud quos figura & imago īuenit̃ cæſaris.Illi ergo he
bræi pueri Annanias Açarias Miſael:ille Daniel ſapiẽtior:q non adorauerũt imagi- Daniel.1.
nẽ regis:qui nõ receperũt eã:qui nihil de illa mẽſa regis accipiebãt:nõ tenebant̃ ad
ſolutionẽ tributi.Nihil eñ coꝝ quæ ſub rege terreno erant poſſidebant.Ergo eorũ
imitatores nõ ſoluunt tributũ:quibus portio deus eſt.Ideo dñs ait: Reddite: id eſt:
uos reddite qui ꝓtuliſtis imaginẽ cæſaris:apud quos inuenit̃: ego autẽ nihil debeo
cæſari:qa nihil huiꝰ mundi habeo. Venit eñ huius mũdi princeps:& in me inueniet Ioh.14.
nihil.Nihil debet Petrus:nihil apli mei:qa nõ ſunt de hoc mundo.Et ſi in hoc mun-
do ſunt:ego miſi eos in hũc mundũ. Sed iã nõ ſunt de hoc mundo: quia mecũ ſunt
ſupra mundũ.Ergo qꝺ diuinæ legis eſt:ſolui iubet̃:nõ qꝺ cæſaris: Et tñ & ipum ꝑfe
ctus:id eſt prædicator euãgelij iam nõ debebat:qui plus prædicabat.Non debebat
filius dei:nõ debebat & Petrus in adoptionẽ a patre aſtitus ꝑ gratiã: ſed ne ſcanda-
lizent̃ inquit: Vade ad mare & mitte hamũ: & cũ piſcẽ qui primus aſcenderit tolle: Matth.17.
& aperto ore eiꝰ inuenies ibi ſtaterẽ:illũ ſumens da ijs ꝓ me & te.O magna myſte-
ria:dat dimidiũ didrachmi qꝺ lex iubebat:& non negat qꝺ legis eſt:quaſi factus ex
muliere ſub lege: factus ſm incarnationẽ locutus ſum .Ex muliere ſm ſexũ:mulier
ſexꝰ eſt:uirgo ſpecies:ſexus generis: uirgo integritatis. In quo ergo uenit ſub lege:
in eo factus eſt ex muliere:id eſt:in corpore. Et ideo didrachma ſolui iubet ꝓ ſe &
Petro:quia uterq; ſub lege generati.Iubet ergo ſm legẽ ſolui: ut eos q ſub lege erãt
redimeret:Et tñ ſtaterẽ dari iubet:quo uectes imponerent ori ſuo:ne ex multiloqo
peccatũ admitterẽt.Et iubet dari in ore piſcis repertũ:ut agnoſcerẽt uerbum.Qui
eñ qꝺ legis eſt exigebãt:cur qꝺ legis eſt neſciebãt? Verbũ eñ dei ignorare nõ de-
bebãt:qa ſcriptũ eſt:Prope ẽ uerbũ in ore tuo:& i corde tuo. Totũ igit̃ didrachmũ Deut.30. Ro.10.
deo ſoluit qui ſæculo nihil reſeruauit.Deo eñ iuſticia ſoluit̃: quæ ẽ mẽtis ſobrietas.
Deo ſoluit̃ ſermonis cuſtodia:quæ eſt ſermonis ſobrietas.Corde eñ credit̃ ad iuſti Ibidem
ciã:ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Põt aũt & drachma ꝓ ueteri teſtamẽto accipi: di-
drachmũ ꝓ utriuſq; teſtamẽti precio:quia ſm legẽ unuſquiſq; ꝑ legẽ redimebatur.
Qui aũt ſm euangeliũ redimit̃:ſoluit drachmã ſm legẽ:ſanguine redimitur chriſti
ſm gratiam:geminã habens redẽptionẽ & deuotionis & ſanguinis. Nec eñ fides
ſola ad ꝑfectionẽ ſatis eſt:niſi etiã baptiſmatis adipiſcat̃ gratiã:& ſanguinẽ chriſti re
dẽptus accipiat.Bona ergo drachma quæ deo ſoluit̃.Nõ eſt drachma denarius ſed
diuerſum eſt.Deniq; in denario imago cæſaris ẽ:in drachma imago dei.Quia unius
eſt dei:ad imitationẽ ipſiꝰ:ab uno incipit:& in infinitũ diffundit̃. Et iterũ de infinito
numero in unũ q̃ſi in finẽ oīa reuertunt̃. Quia deꝰ:& principiũ: & finis oīm eſt. Vñ
nec numerũ monada:ſed elementũ numeri quibꝰ ea cura ẽ appellauerũt. Et ꝓpte-
rea diximus:qa ſcriptũ eſt:Ego ſum α.& ω. primꝰ & nouiſſimus:Et audi iſrael: Dñs Apoc.1.
deus tuꝰ dñs unus eſt. Et tu ergo ad ſimilitudinẽ dñi unus eſto atq; idẽ. Nõ hodie Deut.6.
ſobrius:cras ebrioſus:hodie pacificꝰ:craſtina die litigioſus:hodie frugi: craſtina die
incontinens.Mutat̃ eñ unuſquiſq; moꝝ uarietate:& fit alter in quo nõ agnoſcitur
qꝺ fuit:& īcipit eſſe qꝺ nõ fuit ſui degener.Graue eſt eñ mutari in peiꝰ: ſed eſto ſi-
cut imago in drachma īmutabilis eundẽ habitũ ſeruãs.Quotidie uidẽs drachmã:at
tẽde imaginẽ:hoc eſt uidẽs legẽ:attẽde in lege imaginẽ dei chriſtum.Quia ipe ima
go dei inuiſibilis & incorruptibilis:luceat tibi uelut in ſpeculo legis. Confitere eum
in lege:ut eum in euangelio recognoſcas.Si cognouiſti in mandatis:recognoſcis in
operibus. Vale:& ſi nõ infructuoſe didrachmũ iſtud commiſſum mihi arbitraris:
iterũ ſi quid habes:cõmittere ne dubitaueris.

Sancti Ambroſij ad Simplicianũ:explicãtis qd ſibi uelit ꝙ Moyſes poſt oblatũ ſa
crificiũ & immolatas dño ſalutares hoſtias:dimidiã partem ſanguinis in crateras mi
ſerit:dimidiã autem ad altare fuderit:Epiſtola:II.

Mbroſius Simpliciano. Motū te cū legeres:ſignificaſti mihi: quid ſibi ue-
lit: ꝙ Moyſes poſt oblatū ſacrificiū & imolatas dn̄o ſalutares hoſtias dimi-
Exo.24. a diā partē ſanguinis in crateras miſerit:dimidiā aūt ad altare effuderit. Sed
q̄d eſt ꝙ ipſe dubites:& a nobis reqras:cū fidei & acqrēdæ cognitiōis diuinæ grã to
tū orbē ꝑagraueris:& quotidianæ lectiōi nocturnis ac diurnis uicib⁹ oē uitæ hui⁹ tp̄s
deputaueris:acri præſertim igenio etiā itelligibilia cōplectēs? Vtpote q etiā philoſo
phiæ libros q̄ a uero ſint deuij demōſtrare ſoleas: & plæroſq; tam ianes eſſe:ut pri⁹
ſcribentū in ſuis ſcriptis ſermo q̄ uita eorū defecerit. Tamen quia collatio ſermonis
ut pecuniæ:magno eſt uſui:atq; ea maximus in cōmune emolumētū negociatōis ꝓ
fect⁹ parat̄:ꝙ mirabilis ſit iſta ſanguinis diuiſio:reticere nō queo. Pars em̄ ei⁹ mora-
lē ſapiētiæ diſciplinā uidet̄ ſignificare:pars myſticā. Illa quæ i crateras mittit̄:mora-
lis ē:hæc quæ ad altare effundit̄:myſtica:eo ꝙ diuino munere & aſpiratiōe q̄dā hu-
manis infundat̄ mētibus:ut cōuenietia & fidei plena de deo ſentiāt. Deniq; qui lo-
cuti ſunt de ei⁹ maieſtate & de cæleſtib⁹:uel apl̄i:uel ſancti ꝓphetæ: nō niſi ex reue
2.Cor.12 latione demōſtrata ſibi loqui auſi ſunt. Vn̄ Paulus & raptū ſe in paradiſum:& audiſ
Act.7. ſe ſe uerba quæ nō licet hōi loqui:in ep̄la ſua teſtificat⁹ eſt. Stephan⁹ quoq; uidit cæ
Eſa.6. los aptos: & Ieſum ad dexterā dei ſtantē: Et Eſaias ꝓpheta uidit ſedentē. Nam de
Deut.34. Moyſe quid loquar:de quo dicit ſcriptura: ꝙ non ſurrexit amplius ꝓpheta in iſrael
ſicut Moyſes:qui uidit dominū facie ad faciē in oibus ſignis & ꝓdigijs: quæ fecit in
terra ægypti. Myſtica ergo deo libant̄:q ſplēdore diuinæ ſapiētiæ:cui⁹ pater & ge-
nitor eſt:inflāmat animæ uigorē:ac mentē illuminat. Sapiētia aūt dei chriſtus:in cu-
ius pectore recūbebat Iohānes:ut de principali illo ſecretoq; ſapiētiæ hauſiſſe diui-
na ꝓderet̄ myſteria. Deniq; ipe cōſcius muneris hoc ſcripſit:qui ſibi qd̄ accepat uē-
dicare:& ſuo aſſignare ingenio reformidabat. Sed & ipe dn̄s dicebat apl̄is os ſuum
Ioh.20. aperiēs:Accipite ſpiritūſanctū:quo declarauit ſe eſſe:qui Moyſi dixerat:Ego aperi-
Exo.4. am os tuū:& iſtruā te qd debeas loqui. Ergo hæc ſapiētia diuina inenarrabilis :ipmi-
xta atq; incorrupta ſanctoꝝ animis ſui infundit gratiā:& cognitionē reuelat: ut ſpe-
culenē ei⁹ gloriā. Illa aūt moralis ſapiētiæ diſciplina eſt:quæ mittit̄ in crateras: & ex
illis ꝑcipitur atq; haurit̄. Crateres igit̄ ſenſuū receptacula. Crateres oculi ſunt duo:
aures ſunt:nares ſunt:os quoque & aliæ partes cōuenietes muneri. Oculi em̄ uiſum
recipiūt & miniſtrāt:auditū aures:odorē nares:ora guſtatū:& cætera. In iſtos crate-
res uerbū illud in quo eſt principat⁹ ſacerdotij uel ꝓphæ:effundit ſanguinis ſui par-
tes:ut uiuificet atq; animet irrōnabiles portiōes:& faciat rationabiles. Deniq; ubi
legis diuinæ præcepta numerauit atq; annūciauit ppl̄o:theoriā poſtea iutelligibilis
illius arcæ teſtimonij uel cādelabri uel thymiamatis locutur⁹ imolauit hoſtias & li-
bauit:ſanguinis partē infundēs altarib⁹ ſacris. partē autē infudit crateribus. Fit ergo
diuiſio myſticæ illius:hoc eſt:diuinæ moraliſq; ſapiētiæ. λογοσ enim diuiſor eſt ani
marū atq; uirtutū. λογοσ autē uerbū dei ualidū & acutum qd̄ ꝑtranſit & penetrat
uſq; ad diuiſionē animæ:uirtutes quoq; diſtinguit & diuidit:cuius miniſter Moyſes
diuiſione ſanguinis uirtutū genera diſtinxit. Et qa nihil præ cæteris in lege:niſi chri-
ſti aduētus annūciat̄:atq; eius præfigurat̄ paſſio:uide ne iſta ſit hoſtia ſalutaris: quā
uerbū deus in ſemetipo obtulit:atq; i ſuo imolauit corpore: Qd̄ primo moralē i euā
gelio ſed etiā in lege docuit diſciplinā:& in ſua patientia atq; in ipſo actu & ope mon
ſtrauit:tanq̄ in crateras ita in mores nr̄os ſenſuſq; trāſfundēs:uelut ſubſtantiā quan-
dā & uitalia ipſa ſapiētiæ:quib⁹ mētes hoim uiuificauit ad uirtutis ſeminariū & inſti-
tuta pietatis:deinde accedēs ad altare effudit hoſtiæ ſuæ ſanguinē. Itaq; ſiue ita hæc
accipias:pius ut arbitror ſenſus eſt:ſiue ſm̄ Salomonē uelis: concurrit æque. Vt qa
ſanguinē miſit in crateras Moyſes ꝓpheta:cognoſcas ipſum eſſe ſanguinē: de quo
Prouer.9. ſcriptū eſt:qa ſapiētia miſcuit in cratere uinum ſuū dicens:ut relinquerēt inſipientiā
& quærerēt ſapientiā. Haurit̄ ergo de cratere ſapiētia:haurit̄ diſciplina:hauritur
intellect⁹: hauritur correctio:haurit̄ uitæ emēdatio:hauritur morū & conſiliorū tē-
peratio:pietatis gratia:uirtutis incrementū:fons ubertatis. Qd̄ uero ad altare ef-



fundit ſanguinē:itelligere licet ablutionē mūdi:remiſſionē omniū pctōꝝ. Etem̄ ſan
guinē illū ad altare quaſi hoſtiā effūdit ad multoꝝ exhauriēda pctā. Agn⁹ em̄ hoſtia
eſt:ſed agn⁹ nō irrōnabilis naturæ ſed diuinæ potētiæ: de quo dictū eſt: Ecce agnus Ioh.1.
dei:ecce q tollit pctm̄ mūdi. Nō ſolū em̄ mūdauit ſanguie delicta uniuerſoꝝ:ſed etiā
diuina ptāte donauit. An nō tibi uidet̄ effudiſſe ſanguinē ſuū:de cui⁹ latere ſupra ip
ſū paſſiōis altare aqua cucurrit & ſāguis? Vale & nos parētis affectu dilige:ut facis.

Sancti Ambroſij ad Simplicianū:cauſam reddens Cur moyſes ꝓpheta maxim⁹:
inueniat̄ magis Aaron fratris conſiliū q̄ ſuū ꝓbaſſe: Cur etiam tā difficile tanq; rarū
ſit pœnitentiam peccati gerere in hac uita homini: Epiſtola. III.

Mbroſius Simpliciano. Quātus ſit unuſqſq; in ſuo munere: exēplo debet
a eſſe lectio:quæ iure te mouit:qd̄ Moyſes ille quo nemo præſenti⁹ deū uidit: Deut.34.
neq; ſurrexit ampli⁹ in iſrael ꝓpheta q deū facie ad faciē ſicut Moyſes uide-
ret:ille qui q̄draginta dieb⁹ cū deo iugiter & noctib⁹ fuit:cū legē acciperet in mōte: Exo.34.
ille inquā cui de⁹ dabat quos loqueret̄ ſermones: inuenit̄ magis Aaron fratris cōſi-
liū q̄ ſuū ꝓbaſſe. Fuit ergo quiſq̄ hoim Moyſe prudētior & inſtructior? Atq; ipſū Aa
ron poſtea cū Maria circa æthiopiſſæ pſonā legim⁹ erraſſe:ſed hoc ipſū diligēter di-
ſcute:ubi Moyſes ſciētia præpōderet: ubi Aaron cōſilio. Moyſes magn⁹ ꝓpheta q
de chriſto dixit:Sicut meipſum audietis:& de quo ipſe dn̄s ait: Si Moyſen & ꝓphe Luc.16.
tas nō audiūt:nec ſi quis ex mortuis ad illos abierit credent. Ergo in cauſa ꝓphetiæ
præfert̄ Moyſes ſicut ꝓpheta: Vbi aūt cauſa & munus & officiū ſacerdotij eſt: præ-
fertur Aaron ſicut ſacerdos. Tractemus ergo ipſum locū. Immolatus erat hyrcus Leuit.10.
ꝓ peccato:& oblatus in holocauſtū. Quæſiuit eū poſtea Moyſes: & cōbuſtus erat.
Et iratus eſt Moyſes ad filios Aaron Eleaçar & Ithamar:qui ſupfuerāt: dicēs: Qua-
re nō māducaſtis qd̄ oblatū eſt ꝓ peccato in loco ſancto? Qm̄quidē ſanctaſanctorū
ſunt hæc uobis manducare:ut auferatis peccatū ſynagogæ:& int⁹ manducandū eſ-
ſe:ſicut mihi præceptū eſt:ait. Cū ergo iratū eum uidiſſet Aaron:placide reſpondit
dit ei:Si hodie obtulerint ꝓ peccato ſuo holocauſta ſua cōtra dn̄m:& acciderint mi
hi talia. manducabo qd̄ ꝓ peccato hodie obtulerūt?nūquid placebit dn̄o? Et audi-
uit Moyſes & placuit illi. Quid iſta ſignificēt cōſideremus. Nihil peccare: ſoli⁹ eſt
dei:emēdare ſapiētis eſt:& corrigere erratū:& pœnitentiā gerere peccati. Id tn̄ eſt
difficile in hac uita hominū. Quid em̄ tam rarū q̄ ut inuenias uirū: qui ſeipſum coar-
guat:& factū cōdemnet ſuū? Rara itaq; cōfeſſio de peccato:rara pœnitentia: rara in
hominib⁹ uerbi eius aſſertio. Repugnat em̄ natura:repugnat uerecūdia. Natura:qa
oēs ſub peccato:& qui carnē gerit culpæ obnoxi⁹ eſt. Ergo repugnat natura carnis
& illecebra ſæculi innocētiæ integritatiq;. Repugnat etiā uerecūdia: quia erubeſcit
unuſquiſq; ꝓpriā culpā fateri:dū præſentia magis q̄ futura cogitat. Stupebat autem
Moyſes peccati uacuā reperire aiam:ut exuuias erroris deponeret: & nuda culpæ
ſine ullo ſui pudore diſcederet. Sed nō inuenit:qa cito impet⁹ irrationabilis præue-
nit:& flāma quædā celerrimi mot⁹ aiam depaſcit̄:atq; exurit ei⁹ innocētiā. Præpon
derāt em̄ futuris præſentia: & uiolēta moderatis:& plura paucioribus⁹: & iocunda ſe-
rijs:& aſperis mollia:& triſtibus læta:& illecebroſa rigidiorib⁹:& præpropera tardi-
oribus. Velox em̄ eſt iniqtas:quæ ad nocendū occaſiōes ſuggerit:qa ueloces pedes
ei⁹ ad effundendū ſanguinē. Lenta aūt uirtus ois & diuturna cūctatrix an̄ iudicat: &
adoriēda incipit. Ita mēs boni:ſpeculatrix cōſilioꝝ ſuoꝝ eſt:priuſq̄ examinat qd de-
coꝝ atq; honeſtū:iniqtas uero ope cogitationē anteuertit. Pigra igit̄ & uerecūda
eſt pœnitētia:qa præmit̄ & reuocat̄ præſentiū pudore. Sol̄ em̄ itēdit futuris:quoꝝ
ſpes ſera:tardior fruct⁹:& ideo petitio ipſa tardior. Inter hæc ſpei & uirtutis molimi-
na præcurrit ipudētia:& ſpecie præſentiū pœnitētia excludit̄:& tāq̄ exurit̄ affectus
eius:& hmōi abolet̄ in uitijs. Quærit eā lex: & nō inuenit. Ambuſta eſt em̄ feruore
& fumo iniqtatis: & indignatio quædā legis mouet̄. Dicit Moyſes: deuorādā fuiſſe
pœnitētiā in ſanctiſſctōꝝ:ſacerdotes q̄ſi ſegniores increpat. Reſpōdit Aarō:ꝓuidū
debere eſſe iudiciū ſacerdotale:nec facile male ſanæ cōſciæ cōmittēdū id muneris:

ne fiat error deterior priore. Vaſe em̃ fœtido uel oleũ uel uinũ facile corrũpiť ac de
teriorať. Quõ aũt poterat: ubi ignis alienus erat: peccatũ exuri: & hoc ſub cõſpectu
dñi cui & occulta ſunt cognita? Nũquid põt placere dño ſi quis cũ adhuc uerſeť in
iniquitatibus: & iniuſticiã corde incluſam teneat: dicat ſe agere pœnitentiã? Simile
eſt ac ſi qs æger ſe ſanũ ſimulet: magis ægrotabit. Quia nihil ei ꝓdeſſe põt ſimulatio ſa
nitatis: cũ uerbo adumbreť: nõ ullo fulciať ſubſidio uirtutis. Ignis itaqꝫ alienus eſt li
bido. Ignis alienus eſt omne iniuſtæ incendiũ cupiditatis. Ignis eſt alienus omnis ar
dor auariciæ. Hoc igni nemo mundať ſed exuriť. Nam ubi iſte ignis alien⁹ eſt: ſi qs
Leuit.10. in cõſpectu ſe offerat dñi: ignis eũ cæleſtis abſumit: ſicut Abiud & Nadab quos exuſ
ſit ignis cæleſtis: pariter cũ ijs quæ ꝓ peccato ſacris fuerãt oblata altaribus. Qui er
go uult mũdare peccatũ ſuum: ignẽ a ſe remoueat alienum: Illi ſoli igiť ſe offerat qui
Matth.3. culpam non hominẽ exurit. Qui ſit iſte ignis: audi dicentẽ: Quia Ieſus baptiȥat in
ſpirituſancto & igni. Hic eſt ignis qui ſiccauit hœmorroiſſe per duodecim annos ſan
Luc.19. guinẽ ꝓfluentẽ. Hic eſt qui peccatũ Zachæi abſtulit dicẽtis: Q̃ dimidiũ bonoꝝ ſuo
rum daret pauperib⁹: & ſi cui quicq̃ abſtulit: redderet quadruplũ. Hic eſt ignis q ab
Luc.23. ſterſit culpam latronis. Ignis em̃ cõſumens eſt qui dixit ei: Hodie mecũ eris in para
diſo. Illos itaqꝫ ſanauit: in quib⁹ ſimplicẽ & purã repperit cõfeſſionẽ: nihil malignũ: ni
Matth.27. hil fraudulentũ. Deniqꝫ Iudas ad remediũ ꝑuenire nõ potuit: cũ diceret: Peccaui
q̄ tradiderim ſanguinẽ iuſtũ. Qui alienũ ignem uoluebat in pectore ſuo: qui eũ inflã
mauit ad laqueũ. Indignus em̃ remedio fuit: qa nõ intimo mentis cõuerſus ingemu
it: & ſedulo geſſit pœnitentiã. Tantæ em̃ pietatis eſt dñs Ieſus: ut & ipſi donaret ue
niam: ſi chriſti expectaſſet miſericordiã. Hanc ergo culpam ſacerdotes nõ auferũt:
neqꝫ peccatũ ei⁹ qui in dolo ſe offert: & adhuc in ſtudio delinquẽdi ẽ. Nõ em̃ poſſũt
epulari in eo qđ plenũ fraudis & ſerpẽtis interius cicatricis eſt. Cibus em̃ ſacerdotis
Iob.4. eſt in peccatoꝝ remiſſiõe. Vnde ait princeps ſacerdotũ: Me⁹ cibus eſt ut faciã uolũ
tatẽ patris mei qui in cælo eſt. Quæ eſt uolũtas dei: niſi ea: cũ cõuerſus ingemueris:
tũc ſalu⁹ eris. In illo ergo ſubdolo cib⁹ nullus eſt. Deniqꝫ nec ipſe epulãdi ſuauitatẽ
cape põt: in quo nõ ſincæra & pura cõſciẽtia ẽ. Amaritudo em̃ fraudis epulãdi ſuaui
tatẽ obducit: nec ꝑmittit mala cõſciẽtia: ut reficiat & paſcat obnoxiũ animũ pœnitẽ
tia. Ideo ergo talis affect⁹: talis petitio: talis pœnitẽtia nõ eſt uſui aut uoluptati ſacer
dotibus. Meritoqꝫ hirc⁹ ille q ꝓ peccato oblatus eſt in holocauſtũ: qa nõ fuit ſincæra
hoſtia: exuſt⁹ eſt: qa in ei⁹ ſacrificio ignis alien⁹ reptus eſt. Nõ eſt itaqꝫ cõplacitum &
acceptũ ſacrificiũ deo. Nõ eſt em̃ acceptũ niſi qđ fuerit ĩ diuitijs ſincæritatis & ueri
Leuit.10. tatis ꝓbatũ. Ideo & alibi legis duos hyrcos: unũ in quo ſors dñi: alterũ tranſmiſſiõis:
Illũ in quo ſors dñi: offerri atqꝫ imolari ꝓ peccato: illũ uero in quo ſors trãſmiſſionis:
Matth.24. dimitti in deſertũ: ut accipiat ꝑplĩ iniqtates: uel alicui⁹ peccatoris. Sicut em̃ duo ſunt
in agro: & unus coꝝ aſſumiť: ali⁹ derelinquiť: ita ſunt duo hyrci: un⁹ qui ad ſacrificiũ
eſt utilis: alius q in deſertũ dimittiť. Hic nulli uſui neqꝫ edẽduſ neqꝫ epulãduſ a ſacer
dotũ filijs. Sicut em̃ ex ijs quæ alimentoꝝ ſunt: qđ bonũ eſt ediť: qđ inutile aut ma
lũ: ꝓijciť: Ita & bona opa epulatoria dicimus: quæ ſunt eſui. Nõ placebit ergo dño: ſi
mãducet ſacerdos ſacrificiũ in quo fraus ſit oblatõis: nõ ſedulæ cõfeſſiõis ſincæritas.
Et ideo hircus iſte in deſertũ dimittẽdus eſt: ubi errauerũt pr̃es noſtri: errauerũt in
eo & nõ potuerũt ad reſurrectionis terrã ꝑuenire: ſed interijt a terra memoria coꝝ.
Deniqꝫ quæ ſint epulatoria opa audi. Et erũt ſabbata terræ nobis eſcæ. Epulatoria
em̃ & refectoria reqes in deo: quæ facit animi tranquillitatẽ. Vnde & nos etiã in ſer
mone requieſcamus. Vale: & nos ut diligis dilige: qa nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Irenæũ: declarãtis quõ intelligendũ ſit qđ in Exodo legiť: Ab
ominãda apud ægyptios imolem⁹ deo? Qualib⁹ præterea ductorib⁹ & qua uia ad ec
cleſiã chriſti ꝑueniať: Qui illã ingrediať: & qd eis in ipſa ſit agendũ: Epl̃a. IIII.

Exo.8. A Mbroſius Irenæo. Moueri te ſignificaſti mihi eo q̄ legeris: Abominanda
apud ægyptios imolem⁹ deo? Sed habuiſti quo iſtud ſolueres: quia in Gene
Gen.46. ſi ſcriptũ eſt: q̄ ægyptij paſtorẽ pecorum abominabanť. Non utiqꝫ ꝓpter



hominẽ ſed ꝓpter pecora. Illi em̃ aratro terrã inuertebant. Abraam autẽ & Iacob &
poſtea Moyſes: Dauid: paſtores fuerũt: regalẽ quandã in hoc munere diſciplinã in
duẽtes. Oderãt ergo ægyptij imolata ſacrificia: id eſt: ꝑfecta ſtudia uirtutũ & plena
diſciplinæ. Qđ ergo uitioſi oderũt: hoc apud bonos ſincærũ ac piũ eſt. Opus uirtu
tis deteſtať luxurioſus helluo: refugit ægyptius: ita corpus qđ illecebras diligit: aď
uerſať animæ uirtutes: abominať imperiũ: refugit uirtutũ diſciplinas: & oĩa opera
quæ hmõi ſunt. Quæ ergo ægyptius refugit: ægyptius ille & nõ homo: hæc tu am
plectere: qui habes hũanitatis ſciẽtiã. Illa aũt declina: quæ illi ſequunť atqꝫ eligũt: qm̃
ſibi duo iſta cõgruere nõ poſſunt: prudentia & inſipiẽtia. Itaqꝫ ſicut ijs quæ in quodã
cenſu imprudẽtiæ atqꝫ intẽperantiæ ſunt abdicat ſe prudentia: abdicat cõtinentia:
ita coꝝ exors omnis inſipiẽs eſt atqꝫ incõtinens: quæ in bonis atqꝫ in hæreditate ſapi
entis uiri ſunt & cõtinentis. Deniqꝫ ſanctæ illæ tali cõiugio Lia & Rachel: una labo
rioſa: altera aſpiratio fortis: refugientes nõ generis neceſſitudinẽ ſed morum diſcre
pantiã: cũ uiri exerciti Iacob ſermone edoctæ eſſent q̄ uellet diſcedere: ut Laban &
filiorũ eius inuidiã declinaret atqꝫ ignauiã: reſpõderũt: Nũquid eſt nobis portio aut Gen.31.
hæreditas in domo patris noſtri: & nõ ſicut alienæ exiſtimamur ei? Vẽdidit em̃ nos
& deuorauit preciũ noſtrũ. Ecce primũ qa ignau⁹ & inuidus laborioſam & diſcipli
næ tenacẽ alienat a ſe ac defugit: ſeſeqꝫ cupit ſeparare. Qm̃ eas oneri eſſe cernit ſibi
& putat ſe lucꝝ feciſſe qđ alienauit eas: & hoc eſſe ſuũ preciũ iudicat: eũqꝫ fructũ uo
luptatis ſuæ. Nunc audiamus: quomõ quæ habet uirtus: nõ habeat ignauia. Aiunt
em̃ omnes diuitiæ & gloria: quã tulit de⁹ patri noſtro: nobis erit & filijs noſtris. Me
rito deo arbitro dicunt eſſe ſublata: qa ipſe eſt auctor bonorũ: cui⁹ gratia ignaui exu
unť: qa decorẽ hæreditatis diuinæ capere improbi atqꝫ infirmi nõ quæunt: ſuccedit
aũt intẽtus: & ſpiritũ in ſe fortis habens. Quis aũt fortis niſi ſolus de⁹: qui oĩa coercet
& regit? His ergo debeť hæreditas dei. Vnde & Eſaias dicit: Eſt hæreditas credẽti
bus in dño. Et pulchre ait: Eſt hæreditas: ipſa em̃ ſola hæreditas eſt: alia nõ eſt. Neqꝫ
em̃ cæc⁹ theſaur⁹ hæreditas eſt: neqꝫ caduca oĩa hæreditatis habẽt cõmodum. Sola
eſt illa hæreditas: in quib⁹ eſt portio de⁹. Vnde ſanct⁹ domini dicit: Portio mea dñs.
Et alibi: Hæres factus ſum teſtimonioꝝ tuorũ. Videas quæ poſſideat iuſtus: manda
ta dei: oracula ei⁹: præcepta ei⁹. In his diues eſt: his paſciť: in his delectať quaſi in om
nibus diuitijs. Hæc ergo poſſidẽtes Lia & Rachel: patrias opes nõ requirebãt: in q
bus erat pecunia adultera: irrationabilis ſpẽs: & ſpũalis expers uigoris: Deniqꝫ q̃ſi
diuites & liberæ nõ eũ diuitẽ ſed egentẽ arbitrabanť. Omnis em̃ bonaꝝ & liberaliũ
conſors diſciplinaꝝ neminẽ inſipientiũ diuitẽ putat: ſed inopẽ atqꝫ egenũ: abiectum
quoqꝫ: & ſi regalibus diuitijs affluat: & ſuꝑbus auro ſuã iactet potentiã. Fugienda igi
tur eſt taliũ ſocietas: & ſi aliqua generis copuleť neceſſitudine. Noxiæ em̃ ſũt cõuer
ſationes cũ inſipiẽtibus: & inficiunt ſobriã mentẽ ac decolorant. Quia ſicut adhæ
rens ſancto ſanct⁹ eris: ita cũ ꝑuerſo ꝑuerſus eris. Frequẽter em̃ accidit ut quis cõtra
ꝓpoſitũ ſuũ intẽperantẽ audiens cũ uelit ipſe cõtinentiæ diſciplinã tenere: fuco inſi
pientiæ coloreť: meritoqꝫ cõtrariæ ſibi ſunt: & repugnantes diſciplina atqꝫ inſolẽtia.
Vnde cũ uir exercitatus eaꝝ ſententiã quæreret: uocẽ emittunt ꝓbatæ iam diutur
no exercitio uirtutis. Nũquid eſt nobis portio aut hæreditas in domo patriſ noſtri?
Id eſt: conſulis nos utrũ uelimus ab eo recedere? Quaſi uero non cognoueris q̄ nul
lam habeamus cupiditatẽ eius ſocietatis: neqꝫ nos dulcis pluribus ſæcularium diui
tiarum cupiditas teneat: aut læticia luxuriæ. Hæc ſunt quæ nos miſeria aliena nobis
duximuſ. Hæc ſunt quæ plena inopiæ atqꝫ egeſtatis arbitramur. Adijciunt etiam
cauſam ſucceſſionis: quia ueram gloriã & boni theſauri copias amiſit Laban: in qui
bus maximus uigor datus eſt mentis: & bona moneta imaginis dei & ſimilitudinis:
quia ſpiritualem monetã amiſit: quia ſplendida magis ſæculi elegit q̃ uera & utilia ui
te ſuæ: quorum decor expertem diuinorũ bonorum præterit. Quoniã ille quæ pu
tat pulchra: in ijs ſe fallit ipſum & decipit. Vnde audi eius uerba & iudicia. Secutus
ſanctum Iacob & filias ſuas: ne forte apud eas ſuorum uitiorũ repериret aliqd: & re

uocandi ad ſe haberet auctoritatem: coarguēs iuſtum: cum ratione eſſet redargu-
tus: & nihil reſpondere ac referre poſſet: quo cū deberet tenere: Si annūciaſſes in-
quit mihi: emiſiſſem te. In quo ꝓdidit quid iuſtus fugerit: ne eū ꝓſequeret̄: ne dedu-
ceret: ne tali comitatu ſtipatus ꝓcederet. Primū ꝙ multoꝝ dn̄oꝝ mancipio ſe ſubij-
cere nō debuit: ut ab eo tanq̄ ſeruuluſ dimitteret̄. Deinde quia uir exercitio intent⁹
& quærēs uerā uiā ad uirtutē ꝓſequi: nō hominē deductorē ſed oracula quæſiuit cæ-
leſtia: Quæ me inquit hinc præceperūt abire: & nunc comitant̄ uiantē: Sed quomō
me dimiſiſſes? An cū lætitia tua: quæ plena eſt mœſtitudinis: cum tympanis ſcilicet
atq; organis imoderata modulātibus: & ſonis tibiaꝝ ſuauibus inſuauia reſultātibus:
ſonis diſſonis: crepitibus diſcrepātibus uicib⁹ multis: cymbalis animā feriētibus. His
iudicare inter fratrem ſuū:ſed frater cum fratre iudicio cōtendit:& hoc apud infide
les. Recepi cognitionē ita tamē ut cōpoſitionis eſſem arbiter. Videbam em̄ ꝙ ſi ꝓ
tuis iudicarē partibus:poſſet ille nō acquieſcere:ſi ꝓ illo ferretur ſentētia: obediret
tua & ſanctæ ſororis defenſio.Erat ergo iniqua decernendi cōditio. Poſſet etiā illis
uideri ſuſpecta neceſſitudinis ſacerdotalis gratia . Quando em̄ uictus quēuis alium
q̄ ſe æquiorē putat? Et qđ uerum eſt:erant ueteſti iurgij intolerabilia utriq; parti
diſpendia:ſi finis eius aut fructu careret aut liberalitatis ſolatio. Cū igitur anceps
iudiciū:ius controuerſum:multiplices ab utraq; parte actiones cernerē: inuidiæ ple
nas ſupplicationes:reſcriptorū quoq; obreptiones obtexerēt:Aduerterē etiā graui
conditione illū ſi uiciſſet:acturum de duplis fructibus & de ſumptibus annoſæ litis:
Tuo aūt officio nō conuenire:ut expenſas iurgij poſceres:nec competere ut quicq̄
de fructibꝰ poſſeſſor ageres quos ꝑcepiſſes:malui iurgium cōpoſitione cædere:q̄ ꝓ
nunciatione acerbare.Alia em̄ habebant excitari iurgia. Tum qđ eſt grauiſſimū:
& ſi iurgia ſublata forent:erant tamē odia manſura quæ apud bonos mores diſpen-
dij ſunt. Inter hos æſtus poſitus:cū me ꝑſona ſacerdotis:fœminei ſexus uiduæ gra
uitaſ:amici quoq; cōtemplatio:trino quodā non ꝑfunctorio cōueniret nomine:illud
ſequendū putaui:ut neminē uinci uellem:& omnes uincere. Nec fefellit ſentētia.
Viciſtis em̄ omnes germaniti:uiciſtis naturæ:uiciſtis ſcripturæ dicenti: Quare non
magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudem patimini? Sed putas te grauatum
Act.26. iactura iuris:dāno pecuniæ.Meliora utiq; ſacerdotibus dāna q̄ lucra ſæculi ſunt.Be-
atius eſt em̄ dare q̄ accipere. Sed forte dicas:fraudem nō debui pati:iniuriā nō de-
bui perpeti:damnū ſubire.Quid ergo? Inferre uelles? Sed & ſi tu nō inferres:ille ſe
paſſum diceret.Itaq; uide quid dicat Apoſtolus: Quare nō magis fraudem patimi-
1.Cor.6. ni? ut ꝓpe uideatur qui nō patitur feciſſe.Tolerare em̄ debet qui fortior eſt. Verū
quid ego ita tecū ago:quaſi hoc meū & nō tuū ſit? Tu em̄ obtuliſti quaſi arbiter litis



ut ſoror i diē uitæ ſuæ poſſideret partē prædij: poſt obitū eius fratri cederet omnis
poſſeſſio.Neq; quiſq̄ eū uel tuo uel eccleſiæ cōueniret nomine:ſed ſibi haberet:ſi ita
mallet:ut nihil diſpenſaret eccleſiæ. Hoc cū ego prædicarē & præferrē tantam ani
mo tuo infuſā liberalitatis gratiā: reſpōdit germanꝰ tuꝰ:placere ſibi oblationē ſi me-
tus deteriorandæ poſſeſſionis decederet. Quēadmodū em̄ fœmina:& qđ eſt am-
plius uidua:poſſeſſionē regeret tributariā? Quid ſibi ꝓfuturum ꝙ ſibi iura poſſeſſio-
nis cederes:ſi maiora ex incultu agri ſubeūda ſibi damna arbitraret̃? Mouebat hoc
utriuſq; partis rogatos.Itaq; omniū cōſpirāte aſſenſu placuit ut Lætus agrū ſuſcipe-
ret:& certum numerū frumenti:uini:olei ſorori quotānis penſitaret. Ergo ſanctæ
germanæ tuæ nō ius ſed ſollicitudo deceſſit:nō fructus ſed culturæ labor: nō reddi-
tus ſed incerti euentus quædā(ut dicitur uulgo)alea. Si tēpeſtates uentorū graues
prouentū impedierint:ſorori tamē tuæ ſua ubertas manebit. Si nimia ſiccitate aru
erint locorū gignentia:ſorori tamē tuæ ſata nō minuetur fæcunditas. Sibi aſcribit
Lætus conditionē oblationis ſuæ:ſi neceſſitates tempoꝝ & extraordinariæ incubu
erint exactiones:Germana tua beneficio tuo & diſpendio Læti īmunis erit. Lætus
autē ſe ꝓprietate locorū ſolabitur. Viciſtis ergo omnes. Lætus:quia ius loci adep-
tus eſt qđ nō tenebat:ſoror:quia annuiſ potietur fructibꝰ:iam ſine lite:ſine iurgio:ne
mo tamē plenius:nemo glorioſius q̄ tu uiciſti:qui dum erga ſororē confirmari uis li-
beralitatem tuā:in utrūq; eam fraternæ conſortē neceſſitudinis cōtuliſti. Nā & fra-
tri conceſſiſti ꝓprietatē:& ſorori uſus fructum. Nihil autē adimitur eccleſiæ:qđ pi-
etati acquiritur. Caritas em̄ non damnū ſed lucrū chriſti eſt. Deniq; caritas fructus Gal.5.
ſpirituſſancti eſt:Apoſtolico igitur charactere cognitio decurſa eſt. Dolebamꝰ an-
te ꝙ litem haberes.Profuit iurgium:ut formā indueres apoſtolicæ uitæ & præcep-
tionis.Illud ſacerdotio nō congruebat:hæc tranſactio & apoſtolicā decet normam.

Nec uereare ne īmunis ſit atq; exors eccleſia liberalitatis tuæ.Habet & illa fructus
tuos & quidē uberiores:habet fructꝰ doctrinæ tuæ:habet tuæ uitæ ſtipendiū:habet
fæcunditatē:quā tuis inſtitutis rigaſti.His diues redditibꝰ nō quærit tēporalia quia
æterna poſſidet. Addidiſti aūt ei nō ſolū apoſtolicos ſed etiā euangelicos fructus.
Dominꝰ em̄ dixit:Facite uobis amicos de iniquo māmona.Feciſti & tu amicoſ:& qđ Luc.16.
mirabile eſt:ex diſſidētibus.Feciſti in ius germanitatis redire fratres:feciſti eos hac
caritate:hac gratia ſecuros eſſe ꝙ ſuſcipiant̃ in æterna tabernacula Chriſto igitur
auctore:& duobus arbitris ſacerdotibꝰ:te qui formā prior dediſti:me q ſentētiā ꝓm
pſi:facta pax nō claudicabit:qn̄ tanta fidei cōuenerūt ſuffragia:ut ꝑfidia nō poſſit eſ
ſe ſine pœna. Arabit Lætus ſorori:cui antea alienos īuidebat labores:meſſem Læ-
tus ſorori colliget:in qua ante ferre nō poterat alienas donationes:deferet fructꝰ ad
ſororis horrea:& hoc lætꝰ faciet:recepta iā etiā nominis ſui ꝓprietate. Tu interea
cōformatus in apoſtolū chriſti:aſſumens ꝓpheticā auctoritatē dices ad dn̄m:Poſſe Ps.138.
diſti renes meos.Hæc melius chriſtū poſſeſſio decet:ut uirtutes ſacerdotis poſſide-
at ſui:hos fructus capiat:qui ſunt integritatis & cōtinentiæ:& qđ eſt amplius carita-
tis & tranquillitatis. Vale & nos dilige:qa nos te diligimus.

Gratiani auguſti:ad beatum Ambroſium:ut ad ſe docendum uenire feſtinet po-
ſtulantis:& ut ſcripturis atque argumentis ſpiritumſanctū deum eſſe conuincat: ro-
gantis:Epiſtola.XXV.

Mbroſio religioſo ſacerdoti oīpotētis dei:Gratianꝰ auguſtꝰ. Cupio ualde
a ut quē recordor abſentē:& cū quo mente ſū: cū eodē corpore ſim præſenti.
Feſtina igitur ad me religioſe ſacerdos:ut doceas doctrinā uere credentē:
nō quo cōtentioni ſtudeam:aut uelim magis deū uerbis q̄ mente complecti: ſed ut
magis aperto pectori reuelatio diuinitatis inſideat. Docebit enim me ille quē non
nego:quē fateor deum ac dominū eſſe meū:non ei obijciens quā in me uideo crea-
turam:qui chriſto nihil me addere poſſe confiteor. Verūtamen ut etiam patri me
cōmendem filium prædicando:nō ego in deum uerebor inuidiam:non me talē lau
datorem putabo:qui diuinitatē uerbis augeam.Ego infirmus & fragilis: quātū poſ-

ſum prædico:non quantũ eſt ipſa diuinitas. Rogo te ut mihi de ipſo tractatu quem
dederas:augendo illic de ſpiritusancto fidelem diſputationem: ſcripturis atq; argu/
mentis deũ eſſe conuincas. Diuinitas te ſeruet ꝑ multos annos:& cultor dei æter
ni quẽ colimus Ieſum chriſtum.

Sancti Ambroſij ad Gratianũ auguſtũ:epiſtolã ipſius plurimũ cõmendãtis:ſuæq;
uoluntati ſe ſatiſfacturũ pollicẽtis:Ep̄la.XXVI

Eatiſſimo auguſto Gratiano & chriſtianiſſimo principi:Ambroſius epiſcop⁹.
b Nõ mihi affect⁹ defuit chriſtianiſſime principum. Nihil em̃ habeo qđ hoc
uerius & glorioſius dicam. Nõ inquã mihi affectus defuit:ſed affectũ uere/
cundia retardauit:quo minus clementiæ tuæ occurrerẽ.Reuertenti tamẽ ſi nõ oc/
curri ueſtigio:occurri animo:occurri uoto:in quo maiora ſũt officia ſacerdotis. Oc/
curri dico.Quãdo em̃ abfui:quẽ toto ſequebar affectu:cui ſenſu ac mentibus inhæ/
rebam? Et certe maior animorũ præſentia eſt: tuũ quotidianum iter legebã: nocte
ac die in tuis caſtris cura & ſenſu locatus:orationũ excubias prætẽdebam:& ſi inua/
lidus merito:ſed affectu ſedulus.Et hæc quidẽ cum ꝓ tua ſalute deferebamus: ꝓ no
bis faciebamus. Nihil hic adulatiõis eſt quã tu nõ requiris:ego alienam noſtro du/
co officio:ſed plurimũ gratiæ quã dediſti. Scit ipſe noſtri arbiter quẽ fateris: & in
quẽ pie credis:refici uiſcera mea tua fide:tua ſalute:tua gloria:meq; non ſolũ officio
publico debitas pendere preces:ſed etiã amore priuato. Reddidiſti em̃ mihi qui/
etem eccleſiæ:perfidorũ ora atq;(quod utinã)& corda clauſiſti:& hoc nõ minore fi
dei q̃ poteſtatis auctoritate feciſti. Nam quid de litteris recentibus loquar? Scrip/
ſiſti tua totã epiſtolam manu:ut ipſi apices fidem tuam pietatẽq; loquerentur. Sic
Abraam ſua manu quondã uitulũ occidit:ut hoſpitibus epulãtibus miniſtraret: nec
in miniſterio religioſo aliorũ adiumenta quæſiuit. Sed ille priuatus aut domino &
angelis:aut domino in angelis deferebat:tu imperator dignatiõe regali honoras in/
Matth.25. fimũ ſacerdotẽ. Sed domino defertur:cũ ſeruul⁹ honoratur.Ipſe em̃ dixit: Quod
uni horum minimorũ feciſtis:mihi feciſtis. At ego humilitatẽ tantũmodo prædico
in imperatore ſublimẽ:ac nõ amplius fidem:quã uere conſcia meriti tui mente dixi/
ſti:quã docet te ille quẽ non negas? Quis em̃ ali⁹ docere te potuit:ut ei nõ obijcias
quã in te uides creaturã? Nihil moralius:nihil expreſſius dici potuit.Creaturã enim
chriſtũ dicere: ꝓ obiectu cõtumeliæ eſt:non ꝓ confeſſione reuerẽtiæ. Deinde q̃d
tam inſolens:q̃ id eum exiſtimare qđ nos ſum⁹? Docuiſti igitur me a quo te diſcere
uelle ꝓfiteris:nihil tale adhuc legi:nihil tale audiui. Q; pium autẽ illud q̃ admirabi
le:ꝙ in deo nõ uereris inuidiã: de patre remuneratione ꝓ filij amore præſumis: &
laudando filiũ:non ei te poſſe aliquid addere confiteris:ſed uelle ut etiã patri te filij
Joh.14. prædicatione cõmendes. Qđ utiq; ſolus te docuit ille qui dixit: Qui me diligit: dili/
getur a patre meo. Addidiſti ad hæc:quia tu infirmus & fragilis:nõ te talem lauda
torẽ putabis:ut diuinitatẽ uerbis augeas:ſed quantũ poſſis prædices:nõ quantũ eſt
2.Cor.12. ipſa diuinitas. Hæc infirmitas in chriſto fortior eſt:ſicut & apoſtolus dixit: Cũ infir
mor:tunc potẽs ſum:hæc humilitas excludit fragilitatẽ. Veniã plane & feſtinabo
ut iubes:ut hæc præſens audiam:ut hæc præſens legam: cũ ex tuo ore procedunt.

Miſi autẽ duos libellos:quorum iam quia tuæ clemẽtiæ ſunt probati:periculũ non
uerebor. De ſpiritu uero interim ueniã ſcriptioni peto:qm̃ quẽ iudicẽ mei ſim ſer/
monis habiturus agnoui. Interim tñ ſententia & fides tua de dño & ſaluatore de/
prompta de dei filio redundat ad aſſertionẽ uberrimã:ꝑ quã ſancti quoq; ſpirit⁹ diui
nitas ſempiterna credat̃:ut nõ ei obijcias quã in te uides creaturã:nec deũ patrẽ do
mini noſtri Ieſu chriſti ſpiritui ſuo exiſtimes inuidere. Q; em̃ creaturæ caret cõmu/
nione:diuinũ eſt. Si dñs fauerit:huic etiã clementiæ tuæ ſatiſfaciã uoluntati:ut cu/
ius accepiſti gratiã:eũ plane in dei gloria præminentẽ ſuo nomine exiſtimes hono/
randũ. Beatiſſimũ te & florẽtiſſimũ deus oĩpotẽs pater dñi nr̃i Ieſu chriſti tueri æta
te ꝓlixa:& regnum tuũ in ſũma gloria & pace perpetua cõfirmare dignet̃ dñe im/
perator auguſte:diuino electe iudicio:principũ glorioſiſſime.



Sancti Ambroſij ad Valentinianum imperatorem:legationis ſuæ expoſitionẽ in/
ſinuantis:Epiſtola.XXVII.

Mbroſius Valentiniano imperatori. Et ſi ſuperioris legationis meæ fides
a ita approbata ſit tibi:ut ratio eius a me non quæreretur. Satis em̃ claruit co/
ipſo ꝙ aliquot dies retentus ſum intra gallias:me uiolenti a maximo nõ rece
piſſe:neq; ijs aſtipulatũ quæ ad uoluntatẽ eius magiſ q̃ ad pacem protenderent.De
niq; non cõmiſiſſes ſecundã legationẽ:niſi primam probaſſes. Sed quia regredienti
mihi decernendi ſecum impoſuit neceſſitatẽ:ideo hac epiſtola expoſitionẽ legatio/
nis meæ inſinuandam putaui:ne cuiuſq̃ ſermo uiri prius uana intexeret q̃ redit⁹ me/
us integra & ſinceræ ueritatis expreſſa ſignaculo manifeſtaret. Cũ perueniſſem
treuiros:poſtridie proceſſi ad palatium.Egreſſus eſt ad me uir gallicanus:præpoſi/
tus cubiculi:eunuchus regius.Popoſci adeundi copiã:quæſiuit num reſcriptũ habe
rem clemẽtiæ tuæ.Reſpondi haberi. Retulit nõ poſſe me niſi in conſiſtorio uideri.
Dixi non eſſe hunc morẽ ſacerdotalẽ:certe eſſe aliqua:de quibus ſerio deberẽ cum
ſuo principe cõfabulari. Quid plura? Conſuluit eũ:ſed eadẽ referenda credidit:ut
liqueret etiã priora ex illius arbitrio deprompta.Dixi tamẽ alienũ id quidẽ a noſtro
munere:ſed me recepto officio non defuturũ:gratam mihi eſſe humilitatem in tuo
præſertim:& qđ uerũ eſt:fraternæ pietatis negocio. Vbi ſedit in cõſiſtorio:ingreſ/
ſus ſum:aſſurrexit ut oſculũ daret.Ego inter conſiſtorianos ſteti: hortari cœperunt
alij ut aſcenderẽ:uocare ille. Reſpondi ego: Quid oſcularis eum quem nõ agnoue/
ris? Si em̃ me agnouiſſes:nõ hoc loco uideres. Cõmotus es inquit epiſcope? Nõ in/
quã iniuria:ſed uerecundia qđ alieno cõſiſto loco.Et prima inquit legatione ingreſ/
ſus es conſiſtoriũ.Nec illud inquã mei erroris fuit:uocantis nõ ingrediẽtis uitiũ eſt.
Cur inquit ingreſſus es? Quia inquã tunc ut inferiori pacem petebã: nunc ut æqua/
li.Cuius inquit beneficio æqualis es? Reſpondi:omnipotẽtis dei: qui Valentiniano
regnum qđ dederat reſeruauit. Ad poſtremũ erupit dicẽs:Quoniã me luſiſtis: &
ille Bauto qui ſibi regnũ ſub ſpecie pueri uendicare uoluit: Qui etiã barbaros mihi
immiſit:quaſi ego non habeã quos poſſim adducere.Cum mihi tot milia barbarorũ
militent:& annonas a me accipiant.Q; ſi ego tunc quãdo ueniſti nõ eſſem retentus:
quis mihi obſtitiſſet & uirtuti meæ? Ad hanc ego leniter:Nõ opus eſt inquã ut cõ
mouearis:cum cauſa nulla ſit cõmotionis:ſed patienter audias quæ referantur iſtis.

Propterea & ego ueni:quia prima legatione dũ mihi credis:per me deceptum te
eſſe aſſerebas. Glorioſum mihi eſt hoc pro ſalute pupilli imperatoris. Quos enim
epiſcopi magis q̃ pupillos debemus tueri? Scriptum eſt enim: Iudicate pupillo: & Eſa.1.
iuſtificate uiduam:& eruite iniuriã accipiẽtem.Et alibi:Iudices uiduarum & patres Ps.67.
orphanorum. Tamẽ nõ exprobrabo beneficiũ meum Valentiniano:ut uerum elo
quar. Vbi ego tuis legionibus obſtiti:quo minus influeres in italiã? Quibus rupi/
bus? qua acie? quib⁹ numeris? An uero corpore meo clauſi tibi alpes? Vtinã hoc
meũ eſſet obiectionem nõ timerem:non uererer criminationes tuas. Quibus pro
miſſis luſi te:ut paci acquieſceres? Nonne intra gallias iuxta urbem mogontiacum
comes uictor occurrit mihi quem direxiſti ut pacem rogaret? In quo ergo te fefellit
Valentinianus:qui prius pacem a te rogatus eſt q̃ poſtularet? In quo fefellit Bauto
qui deuotionem imperatori exhibuit ſuo? An quia principem ſuũ non prodidit?
In quo ego te circũſcripſi? Qui ubi primum ueni cum diceres ꝙ Valentinian⁹ ad te
quaſi filius ad patrem uenire deberet:reſponderim:nõ eſſe æquum ut aſpero hye/
mis tp̄e puer cum matre uidua penetraret alpes. Sine matre aũt tãto itineri:dubijs
rebus cõmitteretur. De pace nobis legationẽ commiſſam:non de aduentu eius ꝓ
miſſionem:ſpondere nos id non potuiſſe:certum eſt:ꝙ mandatum nõ erat: me cer/
te nihil ſpopondiſſe:adeo ut diceres expectemus:quid uictor reſpõſi referat. Illum
autẽ liquet me retento perueniſſe mediolanũ:negatũq; ei qđ poſtulabat. De pace
tantũ conſpirare ſtudia:nõ de aduentu imperatoris: quem moueri non oporteret.
Præſens erã ubi uictor redijt. Quomõ ergo reuocaui Valentinianũ? Legati iterũ

miſſi ad gallias qui eius aduentũ negarent. Apud ualentiam gallorũ me repperer͠ut
milites utriuſqꝫ partis qui cuſtodirent iuga montiũ: offendi reuertẽs. Quos ego tu/
os reuocaui exercitus? quas de italia reflexi aquilas? quos imiſit barbaros bauto co/
mes? Et quid mirũ ſi hoc bauto feciſſet: trãſrhenanus genere: cũ tu miniteris impe
rio romano barbarorũ auxilia: & turmas tranſlimitanas: quibus cõmeatus ꝓuincia/
lium tributa ſoluebant? Vide autẽ quid interſit inter tuas minitationes: & Valenti/
niani auguſti pueri manſuetudinẽ. Tu flagitabas ꝙ barbarorũ ſtipatus agminib⁹:
italiæ te infunderes: Valẽtinianus hunnos atqꝫ alanos appropinquãtes galliæ ꝑ ale/
mãniæ terras reflexit. Quid habet inuidiæ ſi bauto barbaros cũ barbaris fecit de/
cernere? Quoniã dũ tu militẽ romanũ occupas: dum is aduerſum ſe utrũqꝫ prætẽn/
dit: in medio romani imperij ſinu iuthũgi populabant̃ rhetias. Et ideo aduerſus iut/
hungũ hunnus aſcit⁹ eſt. Idem tamẽ quia de finitimo ꝓterebat alemãniã: etiã de ui/
cinia mali urgebat gallias: coactus eſt triũphos ſuos deſerere: ne tu timeres. Cõfer
utriuſqꝫ factum. Tu feciſti icurſari rhetias: Valentinian⁹ ſuo tibi auro pacẽ redemit.
Aſpice illum quoqꝫ qui tibi ad dexterã aſſiſtit: quẽ Valentinian⁹ cũ poſſet ſuum do/
lorem ulciſci: honoratũ ad te redire fecit. Tenebat eum in ſuis terris: atqꝫ in ipſo nũ/
cio necis fraternæ frenauit impetus. Ne tibi uicem & ſi non parilis dignitatis: eiuſdẽ
tamẽ neceſſitudinis retulit. Confer ergo te iudice utriuſqꝫ factũ. Ille tibi fratrẽ tuũ
uiuentẽ remiſit: tu illi uel mortuũ redde. Quid illi reliquias germani abnegas? qui ti
bi aduerſum ſe auxilia nõ negauit? Sed uereris ne exuuiarũ redditu renouetur mi
litibus dolor? Hoc em̃ allegas: Quẽ uiuentẽ deſeruerũt: eum defendẽt peremptũ?

Quid eũ mortuum times: quẽ occidiſti cum poſſes reſeruare? Hoſtem inquis me/
um peremi. Nõ ille tuus hoſtis: ſed tu illius. Ille iam nõ ſentit defenſionẽ. Tuã cau/
ſam cõſidera. Si quis aduerſum te hodie imperiũ in his partibus uſurpandũ putet:
quæro utrũ te hoſtẽ illius dicas: an illum tibi? Niſi fallor: uſurpator bellum infert: im/
perator ius ſuũ tuetur. Ergo quẽ non debueris occidere: eius reliquias negas? Ha/
beat Valẽtinianus imperator uel fratris exuuias: pacis tuæ obſides. Et quomõ alle/
gabas ꝙ eũ nõ mandaueris occidi quẽ ꝓhibes ſepeliri? Poterit igitur credi ꝙ ei non
inuideris uitã: cui etiã ſepulturam inuides? Sed ad me reuertar. Audio te queri ꝙ ſe
ad Theodoſiũ imperatorẽ potius cõtulerint: qui ſunt cũ Valentiniano imperatore:
Quid igitur futurũ ſperabas: cũ tu refugientes eos ad pœnam poſceres: captos ne/
cares: Theodoſius autẽ muneribus ditaret: donaret honorib⁹? Quos inquit occi/
di? Reſpondi ei: balionẽ. At quẽ uirum? qualẽ bellatorem? Hæccine fuit iuſta cauſa
exitij: ꝙ imperatori ſuo fidẽ ſeruauit? Nõ ego inquit eum iuſſi occidi. Reſpõdi.
Hoc audiuimus ꝙ occidi iuſſus ſit. Sed inquit: ſi ipſe ſibi uim nõ intuliſſet: iuſſeram
eũ deduci cabylumnũ & ibi uiuũ exuri. Reſpondi. Ergo ꝓpterea & illud creditũ
eſt ꝙ eũ occideris. Quis aũt ſibi parcendũ putaret: cum occiſus ſit bellator ſtrenuus:
miles fidelis: comes utilis? Ita tũ diſceſſi: ut ſe tractaturum diceret. Poſtea cũ uideret
me abſtinere ab epiſcopis qui cõmunicabãt ei: uel qui aliquos deuios licet a fide ad
necẽ petebãt: cõmotus eis iuſſit me ſine mora regredi. Ego uero libẽter: & ſi me plæ
riqꝫ inſidias euaſurum non crederent. Ingreſſus ſum iter: hoc ſolo dolore ꝑcitus ꝙ
Hyginũ epiſcopũ ſenẽ in exiliũ duci cõperi: cui nihil iam niſi extremus ſupeſſet ſpi/
ritus. Cũ de eo cõuenirẽ comites eius: ne ſine ueſte: ſine plumatio paterent̃ extru
di ſenem: extruſus ipſe ſum. Hæc eſt expoſitio legationis meæ. Vale imperator &
eſto tutior aduerſus hominẽ pacis inuolucro bellũ tegentẽ. Vale.

Sancti Ambroſij ad Theodoſiũ imperatorẽ: ſeipſum excuſantis: & ut ille facino/
ris ſui pœnitentiam agat: rationibus atque exemplis ſuadentis: rogantis: hortantis:
& admonentis: Epiſtola. XXVIII.

a V guſtiſſimo imperatori Theodoſio: Ambroſi⁹. Et ueteris amicitiæ dulcis
mihi recordatio eſt: & beneficioꝝ quæ crebris meis itercesſionib⁹ ſũma gra/
tia in alios cõtuliſti: gratiæ memini. Vnde colligi põt ꝙ non ingrato aliquo
affectu aduentum tuum ſemper mihi antehac exoptatiſſimũ declinare potuerim.



Sed qua cauſa hoc fecerim: breuiter expediã. Soli mihi in tuo comitatu ius natu/
ræ ereptum uidebã audiendi: ut & loquendi priuarer munere. Motus em̃ frequẽ/
ter es ꝙ ad me ꝑueniſſent aliqua quæ in cõſiſtorio tuo ſtatuta forent. Ego ergo ex/
pers cõmunis uſus ſum: cũ dicat domin⁹ Ieſus: nihil eſſe occultũ qđ nõ manifeſtet̃? Luc.8.
Verecũdia igit̃ qua potui: ſatiſfeci imperiali arbitrio: & ꝓſpexi ne aut ipſe cauſã cõ/
motionis habeas: cũ id egerim: ne quid ad me de imperialib⁹ deferatur ſtatutis: aut
ego cũ fuero præſens: aut nõ audiam ꝑ metum omniũ: & quaſi cõniuentis famã ſub/
ibo: aut ita audiam ut mihi aures pateant: uox intercludat̃ ut audita non poſſim elo/
qui: ne eos qui in ſuſpitionẽ ꝓditionis uenerint lædam in periculo. Quid igitur fa/
cerem? Nõ audirẽ? Sed aures nõ poſſem cæra ueterũ fabularum claudere. Prode/
rẽ? Sed qđ in tuis iuſſus timerẽ: in meis uerbis deberem cauere ne quid cruentũ cõ/
mitteretur. Tacerem? Sed qđ miſerrimũ forte omniũ: alligaretur cõſcientia: uox
eriperetur. Et ubi illud: ſed ſi ſacerdos nõ dixerit erranti: is qui errauerit in ſua cul/ Ezech 3.
pa moriet̃: Et ſacerdos reus erit pœnæ: quia nõ admonuit errantẽ. Accipe illud im/
perator auguſte qđ habeas fidei ſtudiũ: non poſſum negare: qđ dei timorẽ: non dif
fiteor. Sed habes naturæ impetũ: quẽ ſi quis lenire uelit: cito uertes ad miſericordi
am: ſi quis ſtimulet: in maius exuſcitas ut eum reuocare uix poſſis. Vtinã ſi nemo
mitigat: nullus accẽdat: libẽter eũ cõmitto tibi: ipſe te reuocas: & pietatis ſtudio uin
cis impetũ naturæ. Hunc ego impetũ malui cogitationib⁹ tuis ſecreto cõmittere ꝗ
meis factis publice fortaſſis mouere. Itaqꝫ malui officio meo aliqd deeſſe ꝗ hũilitati:
& requiri in me ab alijs ſacerdoti auctoritatẽ ꝗ a te deſiderari in me amantiſſime ho/
norificentiã: ut repreſſo impetu integra eſſet cõſilij eligendi facultas. Prætẽdi ægri/
tudinẽ corporis reuera grauẽ: & niſi a uiris mitioribus uix leuandã: uel emori tñ ma
luiſſem ꝗ aduentũ tuum biduo aut triduo nõ expectarẽ. Sed quid facerẽ non erat.

Factũ eſt in urbe theſſalonicenſiũ qđ nulla memoria habet: qđ reuocare nõ potui
ne fieret: Immo qđ ante atrociſſimũ fore dixi: cũ totiens rogarẽ: & qđ ipſe ſero reuo
cando graue factum putaſti: hoc factũ extenuare non poterã. Quãdo primũ audi/
tum eſt: ꝓpter aduentum gallorum epiſcoporum ſynodus cõuenerat: nemo nõ in/
gemuit: nullus mediocriter accepit: nõ erat facti tui abſolutio in Ambroſij cõmuni/
one. In me etiã amplius cõmiſſi exaggeraretur inuidia. Si nemo diceret dei noſtri
reconciliationẽ fore neceſſariã: an pudet te imperator hoc facere qđ rex propheta
auctor chriſti ſcd̃m carnem proſapiæ fecit Dauid? Illi dictũ eſt: Quia diues qui habe/ 2.Reg.12.
ret plurimos greges: unam pauperis ouẽ ꝓpter aduentũ hoſpitis eripuit & occidit:
& cognito ꝙ in hoc ipſe argueretur quia ipſe feciſſet: ait: Peccaui domino. Noli er/
go impatienter ferre imperator: ſi dicat̃ tibi: Tu feciſti iſtud qđ Dauid regi dictũ eſt
a propheta. Si em̃ hoc ſedulo audieris. & dixeris: Peccaui domino. Si dixeris rega/
le illud ꝓpheticum: Venite adoremus: & ꝓcidamus ante eum: & plorem⁹ ante do/ Ps.94.
minũ noſtrum qui fecit nos: dicetur & tibi: quoniã pœnitet te: dimittit tibi domin⁹
peccatum tuũ: & nõ morieris. Iterum cũ plebem numerari iuſſiſſet Dauid: percuſ/
ſus eſt corde: & dixit ad dominũ: Peccaui uehementer ꝙ fecerim hoc uerbũ: & nũc 2.Reg.24.
domine aufer iniquitatẽ ſerui tui qđ deliqui uehementer. Et miſſus eſt iterum ad
eum Nathan propheta: qui ei trium optionem conditionũ offerret: & quã uellet eli
geret: Famem tribus annis in terra: aut tribus menſibus fugeret a facie inimicoꝝ ſu/
orũ: aut triduo mortẽ in terra. Et reſpondit Dauid: Anguſtiæ ſunt tria hæc uehemẽ
ter: uerũtamen incidã in manu dñi: quoniã multæ miſericordiæ eius nimis: & in ma/
nus hominis nõ incidã. Culpa aũt erat: quoniã uoluit ſcire numerũ toti⁹ plebis quæ
ſecũ erat: qđ ſcire deo ſoli debuit reſeruare. Et cũ inquit mors fieret in plebe: ipſo
primo die ad horã prandij cũ uidiſſet Dauid ꝑcutientẽ angelũ in plebẽ: ait Dauid:
Ego peccaui: & ego paſtor malignũ feci: & hic grex quid fecit? Fiat man⁹ tua in me Ibidem.
& in domũ patris mei. Itaqꝫ pœnituit dñm: & iuſſit angelo ut parceret plebi: ſacri/
ficiũ aũt offerret Dauid. Erãt em̃ tunc ſacrificia ꝓ delictis: hæc nũc ſũt ſacrificia pœni
tẽtiæ. Itaqꝫ ea hũilitate acceptior deo fact⁹ eſt. Nõ em̃ mirandũ peccare hoiem: ſed

illud reprehenſibile:ſi nõ ſe cognoſcat erraſſe:nõ humiliet deo. Iob ſanctus & ipſe
Job.31. poteſ in ſæculo:ait:Peccatũ meũ nõ abſcõdi:ſed corã plebe omni annũciaui.Ipſi im
1.Reg.18. mani regi Saul dixit Ionathas filius ſuus:Noli peccare in ſeruũ tuũ Dauid:& ut quid
peccas in ſanguinẽ innocentẽ:occidere Dauid ſine cauſa? Quia & ſi rex erat:pecca
bat tñ ſi occideret innocentẽ. Deniq3 etiã Dauid cũ iam regno potiret:& audiſſet
2.Reg.3. Abner innocentẽ occiſum a Ioab duce militiæ ſuæ:ait:Innocẽs ſum ego & regnum
meũ amodo & uſq3 in æternum a ſanguine Abner filij Ner:& ieiunauit in dolore.
Hæc ideo ſcripſi:nõ ut te confundã:ſed ut regũ exẽpla ꝓuocent:ut tollas hoc pec
catum de regno tuo. Tolles autẽ:humiliando deo animã tuã. Homo es:& tibi ue
nit tentatio:uince eã. Peccatũ nõ tollit niſi lachrymis & pœnitẽtia. Nec angelꝰ po
Matth.28. teſt:nec archangelus:dñs ipſe qui ſoluſ põt dicere:Ego uobiſcũ ſum:ſi peccauerimꝰ
niſi pœnitẽtiã deferẽtibus nõ relaxat. Suadeo:rogo:hortor:admoneo:quia dolo
ri eſt mihi:ut tu qui pietatis inauditæ exemplũ eras:qui apicẽ clementiæ tenebas:q̃
ſingulos nocentes nõ patiebaris periclitari:tot periiſſe nõ doleas innocentes. Et ſi
in prælijs fœliciſſime egeris:& ſi in alijs quoq3 laudabilis: tamẽ apex tuorũ operum
pietas ſemp fuit. Id tibi inuidit diabolus qđ habebas præſtantiſſimũ. Vince eũ:dũ
habes adhuc unde poſſis uincere.Noli peccato tuo aliud peccatum addere:ut uſur
pes qđ uſurpaſſe multis officit. Ego certe in omnibꝰ alijs licet debitor pietati tuæ:
cui ingratus eſſe nõ poſſũ:quã pietatẽ multis imperatoribꝰ præferebã: uni adæqua
bam.Ego inquã cauſam in te cõtumaciæ nullã habeo:ſed habeo timoris: offerre nõ
audeo ſacrificiũ:ſi uolueris aſſiſtere. An qđ in unius innocẽtis ſanguine nõ licet: in
multorũ licet? Nõ puto. Poſtremo ſcribo manu mea qđ ſolus legas. Ita me domi
nus ab omnibꝰ tribulationibus liberet:quia nõ ab homine neq3 p hominẽ ſed aper
te mihi interdictum aduerti. Cũ em̃ eſſem ſollicitus:ipſa nocte qua ꝓficiſci parabã:
ueniſſe quidem uiſus es ad eccleſiã:ſed mihi ſacrificiũ offerre nõ licuit. Alia præte
reo:ut potui cauere.Sed ptuli amore tuo ut arbitror.Dominꝰ faciat ut omnia cũ trã
quillitate cedant. Multifarie deus noſter admonet: ſignis cæleſtibus: ꝓphetarum
præceptis:uiſionibꝰ etiã peccatorẽ uult nos intelligere:quo rogemus eũ:ut pturba
tiones auferat:pacem uobis imperãtibus ſeruet:fides eccleſiæ & trãquillitas pſeue
ret:cui ꝓdeſt chriſtianos & pios eſſe imperatores. Certe uis ꝓbari deo omnis rei
Ps.118. tempus:ut ſcriptũ eſt:Tempus inquit faciendi domine. Et tẽpus beneplaciti deus.
Ps.68. Tunc offeres:cũ ſacrificandi acceperis facultatẽ:quãdo hoſtia tua accepta ſit deo.
Nõne me delectaret habere gratiã imperatoris:ut ſm uoluntatẽ tuam agerẽ:ſi cau
ſa pateretur? Et ſimplex oratio ſacrificiũ eſt:hæc ueniam refert:illa offenſionẽ:quia
hæc habet humilitatẽ:illa contemptũ. Dei em̃ uox eſt: ꝙ malit ut fiat mandatũ eiꝰ
q̃ deferatur ſacrificium. Clamat iſtud deus:ad populũ Moyſes annũciat:ad popu
Osee.6. los Paulus prædicat. Id facito qđ intelligis in tẽpore plus placere. Miſericordiã in
Matth.9 et 12 quit malo q̃ ſacrificium. Quare nõ illi magis ſint chriſtiani qui peccatũ condẽnant
Prouer.18. ſuum:q̃ qui defendere putant? Iuſtus em̃ in exordio ſermonis accuſator eſt ſui. Qui
ſe accuſat cũ peccauerit:iuſtus eſt:nõ ille qui ſe laudauerit. Vtinã imperator etiam
ante mihi potius crediſſem q̃ conſuetudini tuæ:dum puto ꝙ cito ignoſcis:cito re
uocas:ut ſæpe feciſti:& tu præuentus es:& ego nõ declinaui qđ cauere nõ debue
ram. Sed gratias domino qui uult ſeruulos ſuos caſtigare ne perdat. Iſtud mihi
cõmune eſt cum prophetis:& tibi erit cõmune cum ſanctis. An ego gratiani patrẽ
nõ oculis meis præferam? Debẽt ueniã ſancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen
antetuli:quibus amorẽ cõmuniter detuli. Amo: diligo:orationibꝰ pſequor. Si cre
dis ſequere. Si inquã credis agnoſce:qđ dico. Si nõ credis ignoſce quod facio in quo
deum præfero. Beatiſſimus & florẽtiſſimus cũ ſanctis pignoribus fruaris tranquil
litate ppetua imperator auguſte.

Sancti Ambroſij ad Theodoſiũ imperatorẽ uindicari iubentẽ in epm & chriſtia
nos qui ſynagogã incẽderũt:uehemẽter eũ ob hoc arguẽtis:atq3 ut aliã epl'am dicta
ri iubeat:& qđ prius iuſſum fuerat emẽdet:exhortantis:Ep'la. XXIX.



C Lementiſſimo principi ac beatiſſimo impatori Theodoſio auguſto:Ambro
ſius epiſcopꝰ. Exercitus ſemp iugibꝰ fere curis ſũ imperator beatiſſime: ſed
nũq̃ tanto in æſtu fui quãto nũc.Cũ uideo cauendũ ne qd ſit qđ aſcribat mi
hi etiã de ſacrilegij periculo. Itaq3 peto ut patiẽter ſermonẽ meũ audias. Nã ſi in
dignus ſum qui a te audiar:indignus ſum qui ꝓ te offerã:cui tua uota:cui tuas cõmit
tas preces.Ipſe ergo nõ audies cũ quẽ ꝓ te audiri uelis? Nõ audies ꝓ ſe agentẽ:quẽ
ꝓ alijs audiſti? Nec uereris iudiciũ tuũ:ne cũ indignũ putaris quẽ audias:indignũ fe
ceris qui ꝓ te audiat. Sed neq3 imperiale eſt libertatẽ dicẽdi negare:neq3 ſacerdo
tale qđ ſentiat nõ dicere. Nihil em̃ in uobis imperatoribꝰ tã populare & tã amabile
eſt:q̃ libertatẽ etiã in iis diligere q̃ obſequio militiæ uobis ſubditi ſunt. Siquidẽ hoc
ĩtereſt inter bonoſ & malos prĩcipes:ꝙ boni libertatẽ amãt:ſeruitutẽ improbi. Nihil
etiã in ſacerdote tã periculũ apud deũ:tã turpe apud hoĩes:q̃ ꝙ ſentiat nõ libere de
nunciare. Siquidẽ ſcriptũ eſt:Et loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regũ: & Ps.118.
nõ cõfundebar. Et alibi: Fili hoĩs ſpeculatorẽ te poſui domui iſrael:in eo inquit ut ſi Ezech.3
auertat iuſtus a iuſticijs ſuis & fecerit delictũ q̃a nõ diſtinxiſti ei: hoc eſt:non dixiſti
quid ſit cauendũ:nõ retinebit memoria iuſticiæ eiꝰ:& ſanguinẽ eiꝰ de manu tua ex
quirã. Tu aũt ſi diſtinxeris iuſto ut nõ peccet:& ipſe nõ peccauerit:iuſtꝰ uita uiuet:
q̃a dixiſti ei:& tu aĩam tuã liberabis. Malo igit imperator bonorũ mihi eſſe tecũ q̃
maloꝝ cõſortiũ:& ideo clementiæ tuæ diſplicere debet ſacerdotis ſilentiũ: libertas
placere. Nã ſilẽtij mei piculo inuolueris:libertatis bono iuuaris? Nõ ergo ĩportunꝰ
indebitis me interſero:alienis ingero:ſed debitis obtẽpero:mãdatiſ dei nr̃i obedio.
Qđ facio primũ tui amore:tui gr̃a:tuæ ſtudio cõſeruãdæ ſalutis. Si id mihi uel non
credit uel interdicit:dico ſane diuinæ offenſæ metu. Nã ſi meũ periculũ te exueret:
patiẽter me ꝓ te offerrẽ:ſed nõ libẽter. Malo em̃ te ſine meo acceptũ deo eẽ & glo
rioſum piculo. Sin autẽ ſilentij mei diſſimulationiſq3 culpa & me ĩgrauat:nec te libe
rat:malo importuniorẽ me q̃ inutiliorẽ aut turpiorẽ iudices. Siquidẽ ſcriptũ eſt di
cente ſancto Ap'lo Paulo:cuiꝰ nõ potes doctrinã refellere: Inſta oportune ĩportune: 2.Timoth.4
argue:obſecra:increpa in omni patiẽtia & doctrina. Habemus ergo & nos cui diſ
plicere plus piculi ſit:præſertim cũ etiã imperatoribꝰ nõ diſpliceat ſuo quenq3 fungi
munere:& patienter audiatis unũquẽq3 ꝓ ſuo ſuggerentẽ officio: imo corripiatis ſi
nõ utat militiæ ſuæ ordine. Qđ ergo in iis libẽter accipitis qui uobis militãt: nũ hoc
in ſacerdotibus põt moleſtũ uideri:cũ id loquamur nõ qđ uolumꝰ ſed qđ iubemur?
Scis em̃ lectum:Cũ ſtabitis añ reges & præſides:nolite cogitare quid loquamini:da Matth.10.
bitur em̃ uobis in illa hora quid loquamini. Nõ em̃ uos eſtis q̃ loquimini ſed ſpũs pa
tris ueſtri qui loquit in uobis. Et tñ ſi in cauſis reipublicæ loquar:quis etiam illic iu
ſticia ſeruanda ſit:nõ tanto aſtringar metu:ſi nõ audiar. In cauſa uero dei quẽ audi
es:ſi ſacerdotẽ nõ audies:cuius maiore peccat periculo? Quis tibi uerũ audebit di
cere ſi ſacerdos nõ audeat? Noui te pium:clementẽ:mitẽ atq3 tranquillũ:fidẽ ac ti
morem dñi cordi habentẽ:ſed plærũq3 aliqua nos fallunt. Habent aliqui zelum dei Ro.10.
ſed non ſm ſcientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat:cauendũ arbi
tror. Noui pietatẽ tuam erga deũ:lenitatem in homines:obligatus ſum beneficijs
tuarum indulgentiarũ. Et ideo plus metuo:amplius ſollicitor:ne etiam ipſe tuo me
poſtea iudicio cõdemnes:ꝙ mea aut diſſimulatione aut adulatione ꝓlapſionẽ non
euitaueris. Si in me peccari uiderẽ:nõ deberẽ tacere. Scriptũ eſt em̃: Si frater tuꝰ Matth.18.
in te peccauerit:corripe illũ primo: deinde increpa duobus & tribꝰ teſtibus:ſi te nõ
audierit:dic eccleſiæ. Cauſam ergo dei tacebo? Quid igit ſit qđ metuã cõſideremꝰ.
Relatum eſt a comite orientis militariũ partium:incenſam eſſe ſynagogã: idque au
ctore factum epiſcopo. Iuſſiſti uindicari in cæteros:ſynagogã ab ipo ædificari epiſco
po. Non aſtruo expectandam fuiſſe aſſertionem epiſcopi. Sacerdotes em̃ turba
rum moderatores ſunt: ſtudioſi pacis: niſi cum & ipſi mouentur iniuria dei aut ec
cleſiæ contumelia. Sit aliquis iſte epiſcopus feruentior in exuſtione ſynagogæ: ti
midior in iudicio. Nõ uereris imperator:ne acqeſcat ſentẽtiæ tuæ: ne præuaricet

nõ times? Nõ etiã uereris qđ futurũ eſt:ne uerbis reſiſtat comiti tuo? Neceſſe erit
igit᷑ ut aut præuaricatorẽ aut martyrẽ faciat. Vtrũq; alienũ tẽporibus tuis:utrũq; ꝑ-
ſecutionis inſtar:ſi aut præuaricari cogat᷑:aut ſubire martyriũ. Vides quo inclinet
cauſæ exitus:ſi fortẽ epiſcopũ putas:caueto martyriũ fortioris:ſi inconſtantẽ:decli-
na lapſum fragilioris. Plus eñ aſtringitur qui labi infirmũ coegerit. Hac ꝓpoſita cõ
ditione puto dicturũ epiſcopũ:ꝙ ipſe ignes ſparſerit:turbas cõpulerit:populos con
cluſerit:ne amittat occaſionẽ martyrij:& ꝓ inualidis ſubijciat ualidiorẽ. O beatum
mendaciũ quo acquirit᷑ ſibi alioꝝ abſolutio ſui gratia. Hoc eſt imperator qđ popo-
ſci & ego:ut in me magis uindicares:& hoc ſi crimen putareſ:mihi aſcriberes. Quid
mandas in abſentes iudiciũ? Habes præſentẽ:habes confitentẽ reũ. Proclamo ꝙ
ego ſynagogã incenderim:certe ꝙ ego illis mandauerim:ne eſſet locus in quo chri-
ſtus negaretur. Si obijciatur mihi:cur hic nõ incẽderim? Diuino iã cremari cœpit
iudicio:meũ ceſſauit opus. Et ſi uerũ quærit᷑:ideo ſegnior fui:qa non putabam hoc
uindicandũ. Quid facerem ꝙ nullo ultore ſine præmio foret. Tangũt hæc uerecũ
diam:ſed reuocãt gratiã:ne fiat opus quo dei ſũmi cõtrahatur offenſio. Eſto tñ:ne-
mo epiſcopoꝝ ad hoc munus cõueniat. Rogaui eñ clementiã tuã:& licet ipſe hoc
reuocatũ adhuc nõ legerim:reuocatũ tñ conſtituamus. Quid ſi alij timidiores dum
mortẽ reformidant:offerãt ut de ſuis facultatibus reparet᷑ ſynagoga:aut comes ubi
hoc cõpererit primo conſtitutũ:ipſe de chriſtianoꝝ cenſu exædificari iubeat? Ha-
bebis imperator comitẽ præuaricatorẽ:& huic uexilla cõmittes uictricia:huic laba-
rum? Hoc eſt chriſti ſacratũ nomine qui ſynagogã inſtauret:quæ chriſtũ neſciat. Iu-
be labarum ſynagogæ inferri:uideamus ſi nõ reſiſtũt. Erit igitur locus iudæorũ ꝑfi-
diæ:factus de exuuijs eccleſiæ:& patrimoniũ qđ fauore chriſti acquiſitũ eſt chriſtia-
nis:hoc transferet᷑ ad donaria ꝑfidoꝝ? Legimus tẽpla idolis antiquit⁹ cõdita de ma
nubijs cimbroꝝ:de ſpolijs reliquorũ hoſtium. Hunc titulũ iudæi in fronte ſynago-
gæ ſuæ ſcribent. Templũ impietatis factũ de manubijs chriſtianorũ. Sed diſciplinæ
te ratio imperator mouet. Quid igit᷑ eſt ampli⁹:diſciplinæ ſpẽs:an cauſa religiõis?
Cedat:oportet cẽſura deuotioni. Nõ audiſti imperator qa cũ iuſſiſſet Iulianus repa-
rari tẽplũ hieroſolymis:qđ diuino qui faciebãt repagulũ:igne flagrarũt? Nõ caues
ne etiã nunc faciat? Adeo a te nõ fuit iubendũ:ut Iulianus hoc iuſſerit. Quid tamẽ
mouet? Vtrũ quia quodcũq; ædificiũ publicum exuſtũ eſt:an quia ſynagogæ loc⁹?
Si ædificio incenſo moueris uiliſſimo:quid eñ in tã ignobili caſtro eſſe potuit:nõ re-
cordaris imperator quantorũ romæ domus præfectoꝝ incenſæ ſũt:& nemo uindi-
cauit? Immo ſi quis imperatoꝝ uoluit factũ ſeueri⁹ reꝑhendere:eius magis qui tãto
eſt ꝑculſus diſpendio:cauſam grauet. Quid igit᷑ dignius ut calinici caſtri in parte
aliqua ædificiorũ incendiũ:an urbis romæ uindicandũ exiſtimaret᷑ ſi oporteret? Ta
men cõſtantinopoli dudũ domus epiſcopi incẽſa eſt:& fili⁹ clemẽtiæ tuæ interceſſit
apud patrẽ:ut & ſuam:hoc eſt:filij imperatoris iniuriã:& domus ſacerdotalis incen
diũ nõ uindicares. Nõ cõſideras imperator ne & hoc cũ uindicari iuſſeris:ipſe ite-
rũ interueniat ne uindicet᷑? Sed bene illud acquiſitũ eſt a patre filio. Dignum erat
eñ ut ſuã iniuriã prius ipſe donaret. Bene illud cũ gratiæ diſtinctione diuiſum eſt:ut
& filius ꝓ ſua:& pater ꝓ filij iniuria rogaret᷑. Hic nihil eſt qđ filio reſerues:& uide ne
quid deo deroges. Nõ eſt ergo cauſa tãtæ cõmotioni idonea:ut propter ædificij
exuſtionẽ in populũ tam ſeuere uindicet᷑. Multo autẽ minus quia ſynagoga incẽſa
eſt:ꝑfidiæ locus:impietatis domus:amentiæ receptaculũ:qđ deus dãnauit ipſe. Sic
Hiere.7. eñ legimus ꝑ os Hieremiæ:dicente dño deo noſtro: Et faciã domui ubi iuocatũ eſt
nomen meũ ſuꝑ ipſam:in quã cõfiditis uos:& loco quẽ dedi uobis & patrib⁹ ueſtriſ:
ſicut feci Sylo:Et ꝓijciã uos a facie mea:ſicut ꝓieci fratres ueſtros oẽ ſemẽ ephren.
Et tu noli orare ꝓ populo iſto:& noli poſtulare illis miſericordiã:& neq; acceſſeris
ad me ꝓ illis:qa nõ exaudiam te. Aut nõ uides quid iſti faciunt in ciuitatibus iudæ?
Deus ſe ꝓ illis ꝓhibet rogari quos tu uindicandos putas. At certe ſi iure gentiũ
agerẽ:dicerẽ quãtas eccleſiæ baſilicas iudæi tẽpore imperij Iuliani incẽderint:duas



damaſci:quarũ una uix reparata eſt:ſed eccleſiæ nõ ſynagogæ impẽdijs. Altera ba-
ſilica informib⁹ horret ruinis. Incenſæ ſunt baſilicæ gaçis:aſcalone:berito:& illis fere
locis omnib⁹:& uindictã nemo quæſiuit. Incẽſa eſt baſilica & alexandriæ a gẽtib⁹ &
iudæis:quæ ſola præſtabat cæteris. Eccleſia nõ uindicata eſt:uindicabit᷑ ſynagoga?
Vindicabit᷑ etiã ualẽtinianoꝝ phanũ incenſum? Quid eſt eñ niſi phanũ:in quo eſt
cõuentus gẽtiliũ? Licet gẽtiles duodecim deos appellẽt:iſti triginta & duos æonas
colant:quos appellant deos. Nã & de ipſis cõperi relatum & præceptũ ut in mona-
chos uindicaret᷑:qui ꝓhibentib⁹ iter ualentinianis quo pſalmos canẽtes ex cõſuetu
dine uſuq; ueteri ꝑgebant ad celebritatẽ machabæorũ martyrũ:moti inſolentia in-
cenderũt phanũ eorũ in quodam rurali uico tumultuarie conditũ. Quot ſe offerre
habent tali optioni:cũ meminerint tẽpore Iuliani illũ qa arã deiecit:& turbauit ſacri-
ficiũ:damnatũ a iudice feciſſe martyriũ? Itaq; nunq̃ aliaſ ille iudex qui audiuit eũ:niſi
ꝑſecutor habitus eſt:nemo illũ congreſſu:nemo illũ unq̃ oſculo dignũ putauit. Qui
niſi iam eſſet defunctus:timerẽ imperator ne in eũ tu uindicares:q̃q̃ uindictam cæle
ſtem nõ euaſerit ſuo ſuꝑſtes hæredi. Sed refertur cognitionẽ mandatam iudici:ſcri-
ptũq; eo ꝙ nõ referre debuerit ſed uendicare. Requirẽda quoq; ſublata donaria:ut
omittã alia. Incenſæ ſunt a iudæis eccleſiarũ baſilicæ:& nihil redditũ eſt:nihil repeti
tũ:nihil quæſitũ. Quid autẽ habere potuit ſynagoga in caſtro ultimo:cũ totũ quic-
quid illic eſt:non multũ ſit:nihil ꝑcioſum:nihil copioſum? Quid deinde de incẽdio
potuit rapi iudæis inſidiantib⁹? Artes iſtæ ſunt iudæorũ uolentiũ calũniari:ut dum
iſta queruntur:mandet᷑ extra ordinẽ militaris cenſura iudicij:mittat᷑ miles fortaſſe di-
cturus qđ hic aliquãdo ante tuũ imperator dixit aduentũ. Quomõ poterit nos chri
ſtus iuuare qui ꝓ iudæis aduerſus chriſtũ militamus? Qui mittũtur ad uindictã iu-
dæorũ:ſuos ꝑdiderunt exercitus:noſtros uolunt ꝑdere. In quas præterea nõ ꝓſili-
ant calũnias:qui etiã chriſto falſis teſtimonijs calũniati ſunt? In quas nõ ꝓſiliant calũ
nias homines & circa diuina mẽdaces? Quos nõ auctores ſeditionis fuiſſe dicant?
Quos nõ appetant:etiã quos nõ recognoſcant:ut catenatorũ ordines innumeros
ſpectent de chriſtiano populo:ut captiua uideãt colla plebis fidelis:ut cõdant᷑ in te-
nebras dei ſeruuli:ut feriant᷑ ſecuribus:dent᷑ ignibus:tradant᷑ metallis:ne pœna ci-
to tranſeat? Hunc dabis triumphũ iudæis de eccleſia dei? Hoc trophæũ de chriſti
populo? Hæc gaudia imperator ꝑfidis? Hãc celebritatẽ ſynagogæ? Hos luct⁹ eccle-
ſiæ? Referet iudæorũ populus hanc ſolẽnitatẽ in dies feſtos ſuos:& inter illos ꝓfe-
cto numerabit:quib⁹ aut de amorræis:aut de chananæis triũphauit:aut de Phara-
one rege ægypti:aut de Nabuchodonoſor rege babyloniæ manu liberari potuit.
Addet hanc celebritatẽ ſignificãs ſe de chriſti populo triumphũ egiſſe. Et cum ipſi
romanis legib⁹ teneri ſe negent:ita ut crimina leges putẽt:nunc uelut romanis legi-
bus ſe uindicãdos putent? Vbi erãt iſtæ leges:cũ incenderẽt ipſi ſacratarũ baſilica-
rum culmina? Si Iulianus nõ eſt ultus eccleſiã:qa præuaricator erat:tu imperator
ulciſceris ſynagogæ iniuriã quia chriſtianus es? Et quid tecũ poſthac chriſt⁹ loquet᷑?
Nõ recordaris quid Dauid ſancto ꝑ Nathan ꝓphetã mandauerit? Ego te de fratri- 2.Regſ.7.
bus tuis minorẽ elegi:& de priuato imperatorẽ feci:ego de fructu ſeminis tui in ſe-
de imperiali locaui. Ego tibi ſubieci nationes barbaraſ:ego tibi pacem dedi:ego tibi
inimicũ tuum in poteſtatẽ tuã captiuum deduxi. Frumentũ nõ habebas ad exerci-
tus alimoniã:ipſorum hoſtiũ manu patefeci tibi portas:aperui horrea:dederũt tibi
hoſtes tui cõmeatus ſuos quos ſibi parauerãt. Ego ꝑturbaui hoſtis tui cõſilia ut ſeip-
ſe nudaret:ego ipſum uſurpatorẽ imperij ita uinxi ac mentẽ eius ligaui:ut cũ habe-
ret adhuc fugiendi copiã:tamẽ cum omnib⁹ ſuis tanq̃ metuens ne quis tibi periret:
ipſe ſe clauderet:ego comitem eius atq; exercitũ ex altera parte naturæ:quos ante
diſperſerã:ne ad belli ſocietatẽ coirent:ad ſupplemẽtũ tibi uictoriæ cõgregaui. Ego
exercitũ tuum ex multis indomitis conuenã nationib⁹ quaſi unius gẽtis fidem & trã
quillitatẽ & concordiã ſeruare præcepi. Ego cũ periculũ ſummũ eſſet:ne alpes infi-
da barbarorũ penerarent cõſilia:intra ipſum alpium uallũ uictoriã tibi cõtuli:ut ſine

damno uinceres. Ego te triũphare feci de inimico tuo: & tu de plebe mea das meis
inimicis triumphũ? Nõne ꝓpterea maximus deſtitutus eſt: qa ante ipſos expediti-
onis dies cũ audiſſet romæ ſynagogã incẽſam: edictũ romam miſerat: quaſi uindex
diſciplinæ publicæ? Vnde populus chriſtianꝰ ait: Nihil boni huic imineret. Rex iſte
iudæus factus eſt: defenſorẽ iſtum diſciplinæ audiuimꝰ. Quẽ mox chriſtus ꝓbauit
qui ꝑ peccatoribus mortuꝰ eſt. Si de ſermone hoc dictũ eſt: quid de ultiõe dicetur?
Ille igitur ſtatim a francis & a ſaxonũ gente in ſicilia: ſiciæ: petauione: ubiq; denique
terrarũ uictus eſt Quid pio cõmune cũ perfido? Abolenda cũ impio ſunt etiam
impietatis exempla. Qđ illi nocuit: & quo uictus offendit: hoc nõ ſequi debet ſed
dãnare qui uicit. Itaq; illa tibi nõ quaſi ingrato recenſui: ſed quaſi iure collata enume
raui: ut his admonitus cui plus collatũ eſt: plus diligas. Deniq; hoc reſpondẽti Si-
Luc.7. moni: dixit dominꝰ Ieſus: Recte iudicaſti: ſtatimq; cõuerſus ad mulierẽ quæ pedes
eius unguento unxit: typum eccleſiæ gerẽſ: ait Simoni: Propter qđ dico tibi: Remiſ
ſa ſunt peccata eius multa: quoniã dilexit multũ: cui autẽ minus dimittit᷑: minus dili-
git. Hæc eſt mulier quæ in domũ phariſæi intrauit: & eiecit iudæũ: chriſtũ autem
acquiſiuit. Eccleſia eñ ſynagogã excluſit: cur iterũ tentat᷑ ut apud chriſti famulum:
hoc eſt de pectore fidei: de domo chriſti ſynagoga excludat eccleſiam? Hæc ego
imperator amore & ſtudio tui in hunc ſermonẽ cõtuli. Debeo eñ beneficijs tuis
quibus me petẽte liberaſti plurimos de exilijs: de carceribꝰ: de ultimæ necis pœnis:
ut malle debeã ꝓ ſalute tua etiã offenſionẽ tui animi nõ timere (Nemo maiore fidu
cia utit᷑ ꝗ qui ex affectu diligit. Nemo certe debet lædere qui ſibi conſulit) ne tot an-
norũ cõceptã cuiuſcũq; ſacerdotij gratiã uno momẽto amittã: Et tamẽ non damnũ
gratiæ deprecor ſed ſalutis periculũ. Quãq̃ quantũ eſt imperator: ut quærendũ aut
uindicandũ nõ putes qđ in hunc diẽ nemo quæſiuit: nemo unꝗ̃ uindicauit? Graue ẽ
Iudic.6. fidem tuã ꝑ iudæiſ periclitari. Gedeon cũ occidiſſet ſacratũ uitulũ: dixerũt gentiles:
dij ipſi iniuriã ſuã uindicent. Quis habet ſynagogã uindicare? Chriſtus quẽ occide
rũt: quẽ negauerũt? An deꝰ pater uindicabit eos qui nec patrẽ recipiũt qui filiũ non
receperũt? Quis habet ualentinianoꝝ hæreſim uindicare: ꝗ pietas tua? Quomõ
uindicat: cũ eos excludi iuſſerit: nec cõueniẽdi uſurpare copiã? Si Ioſiã tibi obijciã
regem deo ꝓbatũ: hoc in iſtis dãnabis qđ in illo ꝓbatũ eſt. Certe ſi mihi parũ fidei
defertur: iube adeſſe quos putaueris epiſcopos: tractet᷑ imperator qd ſalua fide agi
debeat. Si de cauſis pecuniarijs comites tuos cõſulis: quãtomagis in cauſa religio-
nis ſacerdotes dñi æquum eſt cõſulas? Conſideret clementia tua quãtos inſidiato-
res habeat eccleſia: quãtos exploratores: leuem rimã ſi offenderint: figẽt aculeũ. Se
cundũ homines loquor. Cæterũ plus hominibꝰ deus timet᷑: qui etiã imperatoribus
iure præfert᷑. Si amico ſuo aliquis: ſi parẽti aut ꝓpinquo deferẽdũ exiſtimat: recte
ego & deferendũ deo & eũ præferendũ omnibꝰ iudicaui. Cõſule tibi imperator:
aut patere me cõſulere mihi. Quid reſpõdebo poſtea ſi cõpertũ fuerit data hinc au
ctoritate aliquos chriſtianoꝝ aut gladio aut fuſtibus aut plũbis necatos? Quõ hoc
purgabo factũ? Quõ excuſabo apud epiſcopos? Qui nunc qa ꝑ triginta & innume-
ros annos præſbyteri quidã gradu functi: uel miniſtri eccleſiæ retrahũtur a munere
ſacro & curiæ deputãtur: grauiter gemũt. Nã cum ij qui uobis militãt: certo militiæ
tẽpore ſeruẽtur: quãtomagis etiam eos cõſiderare debetis qui deo militant? Quõ
inquã hoc excuſabo apud epiſcopos qui querunt᷑ de clericis: & impreſſione graui
uaſtari ſcribunt eccleſias? Hoc tamẽ in noticiã clemẽtiæ tuæ ꝑuenire uolui: de hoc
ut placet: arbitrio tuo conſulere & tẽperare dignaberis. Illud autẽ qđ me angit &
iure angit: exclude atq; eijce. Ipſe facis quicqd fieri iuſſiſti. Aut ſi ille facturus nõ eſt:
malo te magis eſſe clementẽ ꝗ illum nõ feciſſe qđ iuſſus eſt. Habes in quibꝰ domi-
ni adhuc debes circa imperiũ romanũ inuitare clemẽtiã. Habes quibus amplꝰ ꝗ ti
bi ſperes. Illorũ gratia: illorũ ſalus te in hoc ſermone cõueniat meo: ne cauſam tuã
alieno cõmittas iudicio. Integra adhuc tibi ſunt omnia. In hoc me ego deo nr̃o pro
te obligo: nec uerearis ſacramentũ. Nũquid deo diſplicere poterit: quod ꝓ eius



emẽdatur honorificentia? Nihil mutaueris certe in illa epiſtola: ſiue miſſa: ſiue no
dum miſſa eſt: dictari iube aliã quæ plena fidei: plena pietatis ſit. Tibi integrum ſit
emẽdare: mihi nõ eſt integrũ diſſimulare. Antiochenis tuã donaſti iniuriã: inimi-
ci tui filias reuocaſti: nutrendas apud affinẽ dediſti matri hoſtis tui: miſiſti de ærario
tuo ſumptus. Hæc tanta pietas: tanta erga deum fides hoc facto offuſcabitur? Tu
igit᷑ qui armatis pepciſti hoſtibus: & ſeruaſti inimicos tuos: ne quæſo tãto ſtudio pu
tes uindicandũ in chriſtianos. Nunc imperator rogo: ut nõ aſpernãter acceperis
me & ꝓ te & ꝓ me timentẽ. Sancti eñ uox eſt. Vt quid factus ſum uidere cõtritio-
nẽ populi mei: ut offenſam incurrã dei? Ego certe qđ honorificẽtiꝰ fieri potuit feci:
ut me magis audires in regia: ne ſi neceſſe eſſet audires in eccleſia.

*Sancti Ambroſij ad Valentinianũ: eundẽ rogantis atq; cõuenientis ne ad petitio-
nem gentiliũ aras eoꝝ imperatorio decreto inſtaurari iubeat: oſtẽdẽtiſq; ex tali de-
creto: primũ deo: deinde patri & fratri iniurias irrogari: Ep̃la. XXX.*

Mbroſius epiſcopus: Beatiſſimo principi & chriſtianiſſimo imperatori Valẽ
a tiniano. Cum omnes homines qui ſub dictione romana ſunt: uobis militẽt
imperatoribus terrarũ atq; principibus: tum ipſi uos omnipotenti deo & ſa-
cræ fidei militatis. Aliter eñ ſaluſ tuta eſſe nõ poterit: niſi unuſquiſq; deum uerum:
hoc eſt deũ chriſtianorũ a quo cuncta regũtur: ueraciter colat. Ipſe eñ ſolus uerus
eſt deus: qui intima mente ueneretur. Dij eñ gentiũ dæmonia: ſicut ſcriptura dicit. Ps.95.
Huic igitur deo uero quiſquis militat: & qui intimo colendũ recipit affectu: nõ diſſi-
mulationẽ: nõ coniuentiã: ſed fidei ſtudiũ & deuotionis impendit. Poſtremo ſi non
iſta cõſenſum ſaltẽ aliquẽ nõ debet colendis idolis & ꝓphanis cærimoniarũ cultibꝰ
exhibere. Nemo eñ deum fallit: cui omnia etiã cordis occulta manifeſta ſunt. Er
go cũ a te imperator chriſtianiſſime fides deo uero ſit exhibenda: cũ ipſius fidei ſtu
diũ cautio atq; deuotio: miror quomõ aliquibus in ſpem uenerit ꝙ debeas aras dijs
gentiũ tuo inſtaurare præcepto: ad uſus quoq; ſacrificiorũ prophanoꝝ præbere ſũ-
ptum. Qđ eñ iam dudũ uel fiſco uel arcæ eſt uendicatũ: de tuo magis cõferre uide-
bere ꝗ de ſuo reddere. Et de diſpendijs querunt᷑ qui nũꝗ̃ noſtro ſanguini peper-
cerũt: qui ipſa eccleſiarũ ædificia ſubruerũt: Petunt etiã ut illis priuilegia deferaſ qui
loquẽdi & docendi noſtris cõmunẽ uſum: Iuliani lege ꝓxima denegarunt: & priui-
legia illa quibꝰ ſæpe decepti ſunt etiã chriſtiani. Nõnullos eñ illis priuilegijs partim
ꝑ imprudẽtiam: partim ꝓpter publicarũ neceſſitatum moleſtias declinãdas: irreti-
re uoluerunt: & quia nõ omnes fortes inueniũtur: etiam ſub principibus chriſtianis
plæriq; ſunt lapſi. Sed hæc ſi iam ſublata nõ eſſent: auferẽda tuo imperio cõproba
rem. At cũ per totũ fere orbẽ a pluribꝰ retro principibus inhibita interdictaq; ſint:
Romæ autẽ a fratre clementiæ tuæ auguſtæ memoriæ Gratiano fidei ueræ ratione
ſublata ſint: & datis antiquata reſcriptis: ne quæſo uel fideliter ſtatuta conuellas uel
fraterna præcepta reſcindas. De negocijs ciuilibus ſi quid ſtatuit᷑: nemo putat eſſe
temerandũ: & præceptũ de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ:
ſiue ille gentilis eſt qui iſta depoſcit: nõ debet mentẽ tuam uinculis ſuæ ſupſtitionis
innectere: ſed ꝓprio ſtudio docere & admonere te debet queãdmodũ ueræ fidei
ſtudere debeas: quãdo ille tanto motu ueri uana defendit. Deferẽdũ meritis cla-
rorum uirorũ & ego ſuadeo: ſed deũ certũ eſt omnibꝰ præferẽdum. Si de re mili-
tari eſt conſulẽdum: debet exercitati in prælijs uiri expectari ſentẽtia: cõſiliũ cõpro-
bari. Quãdo de religione tractatus eſt: deũ cogita. Nullius iniuria eſt: cui deus om
nipotẽs antefertur. Habet ille ſentẽtiam ſuam. Inuitũ non cogitis colere qđ nolit:
hoc idẽ uobis liceat imperator: & unuſquiſq; patiẽter ferat: ſi non extorqueatur im-
peratori ꝙ moleſte ferret: ſi ei extorquere cuperet imperator. Ipſis gẽtilibus diſ-
plicere conſueuit præuaricãtis affectus. Libere eñ debet defendere unuſquiſque
fidele mẽtis ſuæ & ſeruare propoſitũ. Quod ſi aliqui nomine chriſtiani tale aliquid de-
cernẽdum putãt: mentẽ tuam uocabula nuda nõ capiant: nomina caſſa non fallant.
Quiſquis hoc ſuadet: ſacrificat: & quiſquis hoc ſtatuit. Tolerabilius tamẽ eſt unius

ſacrificium ꝗ lapſus omniū. Totus hic chriſtianorū periclitatur ſenatus. Si hodie
gentilis aliquis imperator:qđ abſit: aram ſtatueret ſimulacris: & eo cōuenire coge-
ret chriſtianos:ut ſacrificātibus intereſſent:ut oppleret anhelitus & ora fideliū cinis
ex ara:fauilla de ſacrilegio:fumus ex buſto:& in ea curia ſentētiam diceret: ubi iura-
ti ad aram ſimulacri in ſentētiam cogerentur. Propterea eñ interpretātur aram lo-
catam:ut eius ſacramēto:ut ipſi putant: unuſquiſqꝫ conuētus cōſuleret in mediū:cū
curia maiore iam chriſtianoꝝ numero ſit referta:perſecutionē eſſe crederet chriſti-
anus qui cogeretur tali optione ad ſenatū uenire:qđ fit plærūque: nam etiā iniurijs
cōuenire coguntur. Te ergo imperatore chriſtiani in aram iurare cogētur? Quid
eſt iurare niſi eius quē teſtare fidei tuæ præſulē:diuinam potentiā cōfiteri? Te im-
peratore hoc petitur & poſtulatur:ut aram iubeas eleuari:ſumptū ſacrificijs ꝓpha-
nis dari. Sed hoc nō poteſt ſine ſacrilegio decerni. Vnde rogo te:ne id decernas:
ſtatuas:uel in eiuſmodi decreta ſubſcribas. Conuenio fidem tuā chriſti ſacerdos.
Omnes cōueniremus epiſcopi niſi incredibile hoc & repentinū ad aures perueniſ-
ſet hominū:ꝙ tale aliquid eſſet uel in cōſiſtorio ſuggeſtū tuo:uel a ſenatu petitū:ſed
abſit ut hoc ſenatus petiſſe dicatur. Pauci gentiles cōmuni utūtur nomine. Nam &
ante bienniū ferme cum hoc petere tētaret:miſit ad me ſanctus Damaſus romanæ
eccleſiæ ſacerdos:iudicio dei electus:libellum quē chriſtiani ſenatores dederunt:&
quidē innumeri poſtulātes nihil ſe tale mandaſſe: nō congruere gentiliū iſtiuſmodi
petitionibus:nō præbere conſenſum. Queſti etiā publice priuatimqꝫ ſe nō cōuen
turos ad curiā:ſi tale aliquid decerneretur. Dignum eſt tēporibus ueſtris :hoc eſt
chriſtianis tēporibus ut dignitas chriſtianis ſenatoribꝰ abrogetur:quo gentilibus ſe-
natoribus ꝓphanæ deferatur uolūtatis effectus? Hunc libellum ego fratri clemētiæ
ueſtræ direxi. Vnde conſtitit nō ſenatum aliquid de ſupſtitiōis impenſis mandaſſe
legatis. Sed fortaſſe dicatur:Cur dudū non interfuerint ſenatui:cū iſta peterent?
Satis loquūtur quid uelint qui nō interfuerunt:ſatis locuti ſunt qui apud impera-
torē locuti ſunt. Et miramur tamē ſi priuatis reſiſtendi romæ eripiunt libertatē qui
nolunt eſſe liberū tibi non iubere qđ non ꝓbas:non ſeruare qđ non ſentis. Et ideo
memor legationis proximæ mādatæ mihi conuenio iterū fidem tuā:conuenio mē-
tem tuā:ne uel reſpondēdum ſꝫm huiuſmodi petitionē gētilium cenſeas: uel in eiuſ
modi reſponſa ſacrilegiū ſubſcriptionis adiungas. Certe refer ad parentē pietatis
tuæ principem Theodoſiū:quē ſuper omnibus fere maioribus cauſis cōſulere con-
ſueſti. Nihil maius eſt religione:nihil ſublimiꝰ fide. Si ciuilis cauſa eſſet diuerſæ par-
ti reſponſio ſeruaretur:cauſa religionis eſt:epiſcopus conuenio. Detur mihi exē-
plum miſſæ relationis:ut & ego plenius reſpondeā:& ſic de omnibus cōſultus cle-
mentiæ tuæ parens reſpondere digneť. Certe ſi aliud ſtatuiť:epiſcopi hoc æquo
animo pati & diſſumulare nō poſſumus:licebit tibi ad eccleſiam conuenire: ſed illic
nō inuenies ſacerdotem aut inuenies reſiſtentē. Quid reſpondebis ſacerdoti di-
centi tibi:Munera tua nō quærit eccleſia:quia templa gentiliū munerib ꝰ adornaſti?
Ara chriſti dona tua reſpuit:quoniā aram ſimulacris feciſti. Vox enim tua:manꝰ
tua:& ſubſcriptio tua opuſ eſt tuū:obſequiū tuum dominus Ieſus recuſat & reſpuit:
quoniā idolis obſecutus es. Dixit eñ tibi:Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Pri
Matth. 6. uilegia tua ſacratæ deo uirgines nō habent:& uendicant uirgines ueſtæ? Cur ſacer-
dotes dei requiris quibus petitiones prophanas gentiliū prætuliſti? Alieni erroris
ſocietatē ſuſcipere nō poſſumus. Quid reſpondebis his uerbis:puerū eſſe te lap-
ſum? Omnis ætas perfecta chriſto eſt. Omnis deo plena puericia fidei cōprobatur.
Paruuli etiā chriſtum intrepido aduerſus pſecutores ore cōfeſſi ſunt. Quid reſpō-
debis germano tuo? Nōne tibi dicet uictū me eſſe nō credidi:quia te iperatorē re-
liqui:mori nō dolui quia te hærdē habebam. Imperio me decedere non ingemui:
quia imperia mea præſertim de religione diuina:omnibꝰ ſæculis manſura credebā.
Hos ego titulos piæ uirtutis erexerā:has de ſæculo manubias:hæc ſpolia de diabo-
lo: has ego de aduerſario omniū exuuias offerebam in quibus æterna uictoria eſt.



Quid mihi plus potuit meus hoſtis auferre? Abrogaſti decreta mea:qđ adhuc il-
le qui contra me leuauit arma:nō fecit. Nunc grauius telū corpore recipio:ꝙ a fra-
tre mea ſtatuta dānanť. Meliore parte mei apud te piclitor. Illa eñ mors corpis:
iſta uirtutis eſt. Nūc mihi abrogať imperiū:& qđ eſt grauꝰ abrogaťa tuis:abrogať
a meis:& id abrogať qđ i me etiā mei aduerſarij prædicarūt. Si uolēs acqeuiſti:dā-
naſti fidē meam:ſi inuitus ceſſiſti:ꝓdidiſti tuā. Ergo qđ grauꝰ eſt:& in te periclitor.
Quid reſpondebis etiā patri:qui te maiore dolore cōueniet dicens:De me fili peſ
ſime iudicaſti qui putaſti ꝙ ego gentilibus cōniuentiā præſtitiſſem. Nemo ad me
detulit:aram eſſe in illa romana curia: nūquā tantum nefas credidi:ꝙ in cōmuni illo
chriſtianorū gentiliūqꝫ cōcilio ſacrificarēt gentiles:hoc eſt inſultarēt gētiles præſen
tibus chriſtianis:& inuiti chriſtiani intereſſe ſacrificijs cogerētur. Multa & diuerſa
crimina me imperante cōmiſſa ſunt:ultus ſum quæcūqꝫ ſunt deprehēſa: ſi quis tunc
latuit: debet ergo dicere me ꝓbaſſe quod ad me nemo detulerat? De me peſſime
iudicaſti:ſi mihi ſupſtitio aliena:nō fides mea ſeruauit imperiū. Vnde cū aduertas
imperator:deo primū:deinde patri & fratri iniurias irrogari ſi qd tale decernas:pe-
to ut id facias qđ ſaluti tuæ apud deū intelligis ꝓfuturum.

Symachi urbis præfecti perſuadētis ritus ueteres circa cultum deorū eſſe ſeruan
dos:ad imperatores Relatio.

a Bi primū ſenatus ampliſſimus ſemperqꝫ ueſter ſubiecta legibus uitia cogno-
uit:& a principibus pijs uidit purgari famā temporū proximorū:boni ſæculi
auctoritatē ſecutus:euomuit diu preſſum dolorē: atqꝫ iterum me querelarū
ſuarū iuſſit eſſe legatum. Cui ideo diui principis denegata eſt ab improbis audien-
tia:quia nō erat iuſticia defutura:domini imperatores Valētiniane Theodoſi & Ar
cadi incliti uictores ac triūphatores ſemper auguſti. Gemino igiť functus officio:&
ut præfectus ueſter geſta publica ꝓſequor: & ut legatus ciuiū mandata cōmendo.
Nulla eſt hic diſſenſio uoluntatū:quia iam credere homines deſierūt:aliquorū mi-
niſtri regum cogūtur ſe ſtudio præſtare ſi diſcrepēt:amari:coli: diligi: maius impe-
rio eſt. Quis ferat obfuiſſe reipublicæ priuata certamina? Merito illos ſenatus in-
ſequitur:qui potentiā ſuā famæ principis prætulerunt. Noſter autē labor ꝓ clemen
cia ueſtra ducit excubias. Cui eñ magis cōmodat: ꝙ inſtituta maioꝝ:ꝙ patriæ iu-
ra & fata defendimus:ꝗ temporū gloriæ? Quæ tum maior eſt:cū uobis contra mo
rem parentū intelligitis nil licere. Repetimus igitur religionū ſtatum qui reipubli
cæ diu profuit. Certe numerētur principes utriuſqꝫ ſectæ:utriuſqꝫ ſentētiæ:proxi-
mus eorū cærimonias patrū coluit:recētior non remouit. Si exemplū non facit reli
gio ueterū:faciat diſſimulatio proximorū. Quis ita familiaris eſt barbaris:ut aram
uictoriæ nō requirat? Cauti in poſterū ſumus:& talium rerū oſtenta uitamus. Red-
datur tamē ſaltem nomini honor qui numini denegatꝰ eſt. Multa uictoriæ debet
æternitas ueſtra & adhuc plura debebit. Aduerſenť hanc poteſtatē quibus nihil
profuit:uos amicū triumphis patrociniū nolite deſerere. Cunctiſ potētia iſta uotiua
eſt:nemo colendā neget quā ꝓfitetur optandam. Qꝫ ſi huius ominiſ non eſt etiā iu
ſta uitatio:ornamentis ſaltem curiæ decuit abſtineri. Præſtate oro uos ut ea quæ
pueri ſuſcepimus:ſenes poſteris reliquamus. Conſuetudinis amor magnus eſt. Me-
rito diui Conſtantij factū diu non ſtetit. Omnia uobis exempla uitanda ſunt: quæ
mox remota didiciſtis. Aeternitatē curamus famæ & nominis ueſtri:ne quid futu-
ra ætas inueniat corrigēdum. Vbi in leges ueſtras & uerba iurabimus: qua religiōe
mens falſa terrebitur:ne in teſtimonijs mentiatur? Omnia quidē deo plena ſunt:
nec ullus perfidis tutus eſt locus:ſed plurimū ualet ad metum delinquēdi etiā præ-
ſentia religionis urgeri. Illa ara concordiā tenet omniū:illa ara fidem conuenit ſin-
gulorum:neqꝫ aliud magis auctoritatē facit ſententijs noſtris ꝗ ꝙ omnia quaſi iuratꝰ
ordo decernit. Patebit ergo ſedes ꝓphana periurijs:& hoc incliti principes mei ꝓ-
babile iudicabūt:qui ſacramēto publico tuti ſunt? Sed diuus Cōſtātius idem feciſ-
ſe diciť:cætera potiꝰ illiꝰ principis æmulemur qui nihil tale eſſet aggreſſus:ſi qs ante

ſe al⁹ nō deuiaſſet. Corrigit em̃ ſequētē lapſus prioris: & de rephēſione antecedē-
tis exempli naſcit̃ emendatio. Fas fuit ut parens illæ clemētiæ ueſtræ in re adhuc
noua nō caueret inuidiā. Num poteſt etiā nobis eadem defenſio cōuenire ſi imite-
mur qđ meminimus improbatū? Accipiat æternitas ueſtra alia eiuſdē principis fa-
cta: quæ in uſum digni⁹ trahat. Nil ille decerpſit ſacrarum uirginū priuilegijs: reple
uit nobilibus ſacerdotia: romanis cærimonijs nō negauit impenſas: & ꝑ omnes uias
æternæ urbis lætum ſecut⁹ ſenatū: uidit placido ore delubra: legit inſcripta faſtigijs
deū nomina: ꝑcunctatus eſt templorū origines: mirat⁹ eſt cōditores. Cumqꝫ alias re
ligiones ipſe ſequeret̃: has ſeruauit iperio: Su⁹ em̃ cuiqꝫ mos: ſu⁹ cuiqꝫ rit⁹ eſt: Varios
cuſtodes urbibus & cultus mens diuina diſtribuit. Vt animæ naſcētibus: ita populis
fatales genij diuidūtur. Accedit utilitas quæ maxime homini deos aſſerit. Nam cū
ratio omnis in operto ſit: unde rectius ꝗ de memoria atqꝫ documētis rerum ſecunda
rum cognitio uenit numinū? Iam ſi longa ætas auctoritatē religionibus faciat: ſeruā-
da eſt tot ſæculis fides: & ſequendi ſunt nobis parētes: qui ſecuti ſunt fœliciter ſuos.
Romā nūc putemus aſſiſtere atqꝫ his uobiſcū agere ſermonibus. Optimi principes
patres patriæ reueremini annos meos: in quos me pius rit⁹ adduxit: ut utar cærimo
nijs auitis. Neqꝫ enim me pœnitet uiuere meo more quia libera ſum. Hic cultus in le
ges meas orbem redegit: hæc ſacra Hannibalē a mœnibus: a capitolio ſenonas rep-
pulerūt. Ad hoc ergo ſeruata ſum: ut longæua reprehēdar? Videam ꝙ inſtituendū
putatur? Sera tamē & cōtumelioſa eſt emendatio ſenectutis. Ergo dijs patrijs: dijs
indigetibus pacē rogamus. Aequū eſt: quicquid omnes colūt: unū putari. Eadem
ſpectamus aſtra: cōmune cælum eſt: idem nos mūdus inuoluit. Quid intereſt qua
quiſqꝫ prudētia uerum requirat? Vno itinere nō poteſt perueniri ad tam grande ſe-
cretum: ſed hæc ocioſorū diſputatio eſt. Nunc ꝑces nō certamina offerimus. Quā-
to cōmodo ſacri ærarij ueſtri ueſtaliū uirginum prærogatiua detracta eſt? Sub lar-
giſſimis imperatoribus denegat̃ qđ parciſſimi præſtiterūt? Honor ſolus eſt in illo
uelut ſtipendio caſtitatis. Vt uittæ earū capiti decus faciunt: ita inſigne ducit̃ ſacrifi
cij: uacare muneribus. Nudū quodāmodo nomē immunitatis requirūt: quoniā pau
pertate ac diſpendio tutæ ſunt. Itaqꝫ amplius laudi earū tribuunt: qui aliquid rei de-
trahunt. Siquidē ſaluti publicæ dicata uirginitas creſcit merito: cum caret præmio.
Abſint ab ærarij ueſtri puritate iſta compēdia: fiſcus bonorū principum nō ſacerdo
tum damnis ſed hoſtiū ſpolijs augeatur. Vllū ne lucrum compenſat inuidiā? Et quia
auaricia in mores ueſtros nō cadit: hoc miſeriores ſūt quibus ſubſidia uetera decer-
pta ſunt. Etenim ſub imperatorib⁹ qui alieno abſtinēt: qui reſiſtunt cupiditati: ad ſo
lam detrahitur amittētis iniuriā: qđ deſideriū non mouet auferētis. Agros etiā uirgi
nibus & miniſtris: deficientiū uoluntate: legatos fiſcus retentat. Oro uos iuſticiæ
ſacerdotes: ut urbis ueſtræ ſacris reddatur priuata ſucceſſio. Dictent teſtamēta ſecu
ri: & ſciant ſub principibus nō auaris ſtabile eſſe qđ ſcripſerint. Delectet uos iſta fœ-
licitas generis humani: cœpit cauſæ huius exemplū ſollicitare moriētes. Ergo roma
næ religiones ſub romana iura nō ꝑtinēt? Qđ nomē accipiet ablatio facultatū quas
nulla lex: nullus caſus fecit caducas? Capiūt legata liberti: ſeruis teſtamentoꝝ iuſta
cōmoda non negantur: tantū nobiles uirgines & fataliū ſacrorū miniſtri excludunt̃
prædijs hæreditate quæſitis. Quid iuuat ſaluti publicæ caſtū corp⁹ dicare & iperij
æternitatē cæleſtib⁹ fulcire præſidijs: armis ur̃is: aqlis ur̃is amicas applicare uirtutes:
ꝓ omnibus efficacia uota ſuſcipere & ius cū omnibus nō habere? Itaqꝫ melior eſt ſer
uitus que hominibus impendit̃. Rempublicā lædimus cui nunꝗ expedit ut ingrata
ſit. Nemo me putet ſolā cauſam religionū tueri: ex huiuſmodi facinorib⁹ orta ſunt
cuncta romani generis incōmoda. Honorauerat lex parētū ueſtales uirgines ac mi-
niſtros deorū: uictu modico iuſtiſqꝫ priuilegijs. Stetit muneris hui⁹ integritas uſque
ad degeneres trapeçitas qui ad mercedē uilium baiulorū ſacræ caſtitatis alimenta
uerterūt. Secuta eſt hoc factum fames publica: & ſpem ꝓuinciarum omniū meſſis
ægra decepit. Non ſunt hæc uitia terrarū: nihil imputamus aſtris. Nec rubigo ſege-



tibus offuit: nec auena fruges necauit: ſacrilegio annus exaruit. Neceſſe em̃ fuit pe-
rire omnib⁹ qđ religionib⁹ negabat̃. Certe ſi eſt huius mali aliqđ exemplū: impute
mus tantā famem uicibus annorū. Grauis hanc ſterilitatē aura cōſtrinxit: ſilueſtrib⁹
arbuſtis uita ꝓducit̃: & rurſus ad dodonæas arbores plæbis ruſticæ inopia cōuola-
uit. Quid tale ꝓuinciæ ꝑtulerunt: cū religionū miniſtros honor public⁹ paſceret?
Quādo in uſum hominū cōcuſſa quercus: qñ uullæ ſunt herbarū radices: quādo al
ternos regionū defectus deſeruit fæcūditas mutua: cū populo & uirginib⁹ ſacris cō-
munis eſſet annona? Cōmendabat em̃ terraꝝ ꝓuentus uictus antiſtitū: & remediū
magis ꝗ largitas erat. An dubiū eſt ſemꝑ ꝓ copia omniū datū qđ nunc inopia om-
nium uendicauit? Dicet aliquis ſumptū publicū denegatum alienæ religionis im-
pendijs. Abſit a bonis principib⁹ iſta ſentētia: ut qđ olim de cōmuni quibuſdā tribu-
tum eſt: in iure fiſci eſſe uideat̃. Nam cū reſpublica de ſingulis conſtet: qđ ab ea ꝓ
ficiſcitur: fit rurſus propriū ſinguloꝝ. Omnia regitis: ſed ſuum cuiqꝫ ſeruatis: pluſque
apud uos iuſticia ꝗ licentia ualet. Conſulite certe munificentiā ueſtrā: an hæc publi-
ca uelit exiſtimari quæ in alios trāſtuliſtis? Semel honori urbis delata cōpendia de-
ſinūt eſſe tribuentiū: & qđ a principio beneficiū fuit: uſu atqꝫ ætate fit debitū. Inanē
igitur metū diuino animo ueſtro tentat incutere: ſi quis aſſerit cōſcientiā uos habe-
re præbentiū: niſi detrahentiū ſubieritis inuidiā. Faueant clemētiæ ueſtræ ſectarum
omniū arcana præſidia: & hæc maxime quæ maiores ueſtros aliquādo iuuerūt: uos
defendant: a nobis colant̃. Eum religionū ſtatum petimus: qui diuo parenti culmi-
nis ueſtri ſeruauit imperiū: qui fortunato principi legitimos ſuffecit hæredes. Spe-
ctat ſenior ille diuus ex arcæ ſiderea lachrymas ſacerdotū: & ſe culpatū putat more
uiolato: quē libēter ipſe ſeruabat. Præſtate etiā diuo fratri ueſtro alieni cōſilij cor-
rectionē: tegite factū qđ ſenatui diſplicuiſſe neſciuit. Siquidē cōſtat ideo excluſam
legationē: ne ad eū iudiciū publicū ꝑueniret. Pro eſtimatione eſt tēpoꝝ ſuperiorū:
ut nō dubitetis abolere qđ ꝓbandū eſt principis nō fuiſſe.

Sancti Ambroſij ad Valentinianū imperatorē: Relationi Symachi reſpondētis:
aptiſſimiſqꝫ cōfutationibus eam refellētis: Ep̃la. XXXI.

Mbroſius epiſcopus: Beatiſſimo principi & clemētiſſimo imperatori Valen-
a tiniano auguſto. Cum uir clariſſimus præfectus urbis Symach⁹ ad clemē-
tiam tuam retuliſſet: ut ara quæ de urbis romæ curia ſublata fuerat: reddere-
tur loco: & tu imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio florentibus nouus an-
nis: fidei tamē uirtute ueteranus obſecrata gentiliū nō ꝓbares: eodem quo compe-
ri: puncto libellum obtuli: quo licet cōprehenderim quæ ſuggeſtiōi neceſſaria uide-
rentur: popoſci tamen exemplū mihi relationis dari. Itaqꝫ nō fidei tuæ ambiguus
ſed ꝓuidus cautionis & pij certus examinis hoc ſermone relatiōis aſſertioni reſpō-
deo: hoc unum petens: ut nō uerborū elegantiā ſed uim rerum expectandā putes.
Aurea em̃ (ſicut ſcriptura diuina docet) eſt lingua ſapientiū litteratorū: quæ phale-
ratis dotata ſermonibus: & quodā ſplendētis eloquij: uelut coloris precioſi coruſco
reſultans: capit animorū oculos ſpecie formoſi: uiſuqꝫ perſtringit. Sed aurum ſi dili-
gentius manu tractes: foris precium: intus metallū eſt. Volue quæſo atqꝫ excute
ſectam gentiliū: precioſa & grandia ſonant: ueri effœta defendunt. Deū loquūtur: ſi-
mulacrum adorant. Tria igitur in relatione ſua uir clariſſimus præfectus urbis ꝓpo
ſuit quæ ualida putauit: Q̃ roma ueteres: ut ait: ſuos cult⁹ requirat: Et ꝙ ſacerdotib⁹
ſuis uirginibuſqꝫ ueſtalibus emolumēta tribuēda ſint: Et ꝙ emolumentis ſacerdotū
negatis fames ſecuta publica ſit. In prima ꝓpoſitione: flebili roma queſtu ſermonis
illachrymat: ueteres ut ait cult⁹ cærimoniaꝝ requirens. Hæc ſacra inquit Hanniba-
lem a mœnibus: a capitolio ſenonas reppulerunt. Itaqꝫ dum ſacroꝝ potentia prædi
catur: infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu ſacris inſultauit romanis: & dijs cōtra
ſe dimicantibus uſqꝫ ad muros urbis uincendo ꝑuenit. Cur ſe obſideri paſſi ſunt: pro
quibus deorum ſuorū arma pugnabant? Nam de ſenonibus quid loquar: quos ca
pitolij ſecreta penetrantes romanæ reliquiæ nō tuliſſent: niſi eos pauido anſer ſtre-

piti ꝓdidiſſet? En quales templa romana præſules habent. Vbi tunc erat Iuppiter? An in anſere loquebať? Verum quid negē ſacrorum ritus militaſſe romanis? Sed etiam Hannibal eoſdem deos colebat. Vtrum uolunt igiť eligant. Si in romanis uicerunt ſacra: In carthaginenſibus ergo ſuperata ſunt: ſi in carthaginenſibꝰ triumphata: nec romanis utiqꝫ ꝓfuerunt. Faceſſat igitur inuidioſa illa populi romani querela. Non hæc roma mandauit. Alijs illa eos interpellat uocibus. Quid me caſſo quotidie gregis innoxij ſanguine cruētatis? Non in fibris pecudū: ſed in uiribus bellatorū trophæa uictoriæ ſunt. Alijs ego diſciplinis orbem ſubegi. Militabat Camillus ꝗ ſublata capitolio ſigna: cæſis tarpeiæ rupis triumphatoribꝰ reportauit: ſtrauit uirtus quos religio nō remouit. Quid de Attilio loquar: qui militiā etiam mortis impendit? Africanus non inter capitolij aras: ſed inter Hannibaliſ acies triumphū inuenit.

Quid mihi ueteꝝ exempla ꝓfertis? Odi ritus neronum. Quid dicā bimenſtres imperatores & terminos regū cum exordijſ copulatos? Aut forte illud eſt nouum: barbaros ſuis exceſſiſſe finibus? Nūquid etiā illic chriſtiani fuerunt: quoꝝ miſerabili nouoqꝫ exemplo alter captiuꝰ imperator: ſub altero captiuꝰ orbis fefelliſſe quæ uictoriā ꝓmittebant: ſuas cærimonias ꝓdiderunt? Nūquid & tunc nō erat ara uictoriæ? Pœnitet lapſus: & uetuſta canicies pudendi ſanguinis traxit ruborē. Non erubeſco cū toto orbe longæua cōuerti: ueꝝ certe eſt: quia nulla ætas ad ꝑdiſcendū ſera eſt. Erubeſcat ſenectus quæ emēdare ſe nō poteſt. Nō annoꝝ canicies eſt laudanda: ſed morū: nullus pudor eſt ad meliora trāſire. Hoc ſolum habebā cōmune cū barbaris: quia deum antea neſciebā. Sacrificiū ueſtrum ritus eſt beſtiarū cruore reſpergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis dei uoces? Venite & diſcite in terris cæleſtē militiā. Hic uiuimus: & illic militamus. Cæli myſterium doceat me deꝰ ipſe qui condidit: non homo qui ſeipſum ignorauit. Cui magis de deo q̄ deo credam?

Quō poſſum uobis credere qui fatemini uos ignorare qđ colitis? Vno inquit itinere nō poteſt ꝑueniri ad tam grande ſecretum. Qđ uos ignoratis: id nos dei uoce cognouimus. Et qđ uos ſuſpitionibus quæritis: nos ex ipſa ſapiētia dei & ueritate cōpertum habemus. Non congruunt igitur ueſtra nobiſcū. Vos pacem dijs ueſtris ab imperatoribus obſecratis: nos ipſis imperatoribus a chriſto pacē rogamus. Vos manuum ueſtrarū adoratis opera: nos iniuriam ducimus omne qđ fieri poteſt deum putari. Non uult ſe deus in lapidibus coli. Deniqꝫ etiam ipſi philoſophi ueſtri iſta riſerunt. Qꝫ ſi uos ideo chriſtum deum negatis quia illum mortuum eſſe non creditis: Neſcitis eñ ꝙ mors illa carnis fuerit non diuinitatis: quæ fecit ut credentiū iam nemo moriatur: quid uobis imprudentius qui cōtumelioſe colitis & honorifice derogatis? Veſtrū enim deum lignum putatis: O cōtumelioſa reuerētia: Chriſtum mori potuiſſe nō creditis? O honorifica peruicacia. Sed uetera inquit reddenda ſunt altaria ſimulacris: ornamenta delubris. Repoſcātur hæc a cōſorte ſupſtitionis: chriſtianus imperator aram ſolius chriſti didicit honorare. Quid manus pias & ora fidelia miniſteriū ſuis cogunt ſacrilegijs exhibere? Vox imperatoris noſtri chriſtū reſultet: & illum ſolum quē ſentit loquatur: quia cor regis in manu dei. Nūquid imperator gentilis arā chriſto leuauit? Dū ea quæ fuerunt repoſcūt: exemplo ſui admonēt quantū chriſtiani imperatores religioni quā ſequūtur debeant deferre reuerentiæ: quādo gentiles ſupſtitionibus ſuis omnia detulerunt. Dum cœpimus: etiam ſequamur. Nos ſanguine gloriamur: illos diſpēdiū mouet. Nos hæc uictoriæ loco ducimus: illi iniuriā putāt. Nunq̄ nobis ampliꝰ cōtulerūt q̄ cū uerberari chriſtianos atqꝫ ꝓſcribi ac necari iuberent. Præmiū fecit religio qđ perfidia putabat eſſe ſupplicium. Videte magnanimos: ꝑ iniurias: per inopiam: ꝑ ſupplicium. Nos credimus: illi cærimonias ſuas ſine quæſtu manere poſſe non credunt. Habeant inquit ueſtales uirgines immunitatē ſuam. Dicant hoc qui neſciunt credere ꝙ poſſet eſſe gratuita uirginitas: ꝓuocent lucris qui diffidūt uirtutibꝰ. Quot tamē illis uirgines præmia ꝓmiſſa fecerūt? Vix ſeptem ueſtales capiūtur puellæ: En totus numerus quem infulæ uittati capitis: purpurataꝝ ueſtiū murices: pompa lecticæ miniſtroꝝ circūfu-

LIBER V EPISTOLA XXXI

ſa comitatu: priuilegia maxima: lucra ingentia: præſcripta deniqꝫ pudicitiæ tempora coegerūt. Attollant mētis & corporis oculos: uideāt plebē pudoris: populū integritatis: conciliū uirginitatis. Nō uittæ capiti decus: ſed ignobile uelamē: uſui nobile caſtitatis: nō exquiſita ſed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpuraꝝ inſignia: nō luxus deliciarū ſed uſus ieiuniorū: nō priuilegia: nō lucra: omnia poſtremo talia ut reuocari ſtudia putes: dum exercenť officia. Sed dū exercetur officiū: ſtudium ꝓuocať: ſuis caſtitas cumulatur diſpendijs. Nō eſt uirginitas quæ precio emitur: nō uirtutis ſtudio poſſideť. Non eſt integritas quæcūqꝫ tanq̄ in auctione nummario ad tēpus ſollicitatur cōpendio. Prima caſtitatis uictoria eſt facultatū cupiditates uincere: quia lucri ſtudium tentamentū pudoris eſt. Ponamus tamē ſubſidia largitatū conferenda uirginibus: quæ chriſtianis munera redūdabunt: qđ tantas opes ſufficiet ærarium? Aut ſi arbitrantur ſolis ueſtalibꝰ conferendū: non pudet ut qui totū ſibi ſub imperatoribus gētilibus uendicarūt: idem ſub principibꝰ chriſtianis nō putent nobis ſortem debere eſſe cōmunē? Sacerdotibus quoqꝫ ſuis & miniſtris quærunť alimēta publica nō præberi. Quātus hinc uerboꝝ tumultus increpuit? At contra nobis etiā priuatæ ſucceſſioniſ emolumēta recētibus legibus deneganť: & nemo conqueriť. Nō eñ putamus iniuriā: quia diſpendiū nō dolemus. Si priuilegiū quærat ſacerdos: ut onuſ curiale declinet: patria atqꝫ auita & omniū facultatū poſſeſſione cedēdū eſt. Quō hanc gentiles: ſi haberent ingrauarent querelā: ꝙ ſacerdos ferias miniſterij ſui emat totius patrimonij ſui damno: & priuatꝰ uniuerſæ cōmoditatis diſpendio uſum publici merceť obſequij: prætēdens cōmunis ſalutis excubias: domeſticæ inopiæ ſe mercede ſolať: quia miniſteriū non uendidit ſed gratiam cōparauit. Cōferte cauſas. Vos excuſare uultis decurionē: cū eccleſiæ excuſare nō liceat ſacerdotē. Scribunť teſtamēta temploꝝ miniſtris: nulluſ excipiť ꝓphanus: nullus ultimæ cōditionis: nullus ꝓdigus uerecūdiæ: ſoli ex omnibꝰ clerico cōmune ius claudiť: a quo ſolo ꝓ omnibus uotū cōmune ſuſcipiť: officium cōmune deferť: nulla legata uel grauiū uiduarū: nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehēdiť: tamē officio mulcta præſcribiť. Quod ſacerdotibꝰ phani legauerit chriſtiana uidua: ualet: qđ miniſtris dei: nō ualet. Qđ ego nō querar: ſed ut ſciāt quid nō querar: cōprehēdi. Malo eñ uos pecunia minores eſſe q̄ gratia: ſed referūt ea quæ uel donata uel relicta ſunt eccleſiæ: nō eſſe temerata. Dicāt & ipſi quis templis dona detraxerit qđ factū eſt chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilibꝰ: reddereť potius q̄ inferreť iniuria. Nūccine demum iuſticia prætendiť: æquitas poſtulať? Vbi tunc erat iſta ſentētia: cū direptis chriſtianorū omniū facultatibus: ipſos uitales anhelitus ſpiritus inuiderēt: & nullis uſq̄ negata defunctis inhiberēt ſupremæ cōmercia ſepulturæ? Quos gentiles præcipitarūt: maria reddiderūt. Fidei iſta uictoria eſt: ꝙ & ipſi iam facta maioꝝ carpunt ſuoꝝ: ſed quæ melioratio ut eoꝝ munera petant quorū geſta condēnant? Nemo tamē donaria delubris & legata aruſpicibꝰ denegauit: ſola ſublata ſunt prædia: quia nō religioſe utebanť ijs quæ religionis iure defenderēt.

Qui noſtro utunť exemplo: cur nō utebanť officio? Nihil eccleſia ſibi niſi fidē poſſidet. Hos redditus præbet: hos fructus. Poſſeſſio eccleſiæ ſūptus eſt ægenoꝝ. Numerent quos redemerint tēpla captiuos: quæ cōtulerint alimēta pauperibꝰ: quibus exulibꝰ uiuēdi ſubſidia miniſtrauerint. Prædia igiť intercepta nō iura ſunt. En qđ factū qđ triſte piare nefas: fames: ut aiunt: publica uindicauit: quia uſui omniū ꝓficere cœpit qđ ꝓficiebat cōmodis ſacerdotū. Propterea ergo detractis: ut aiūt: arbuſta exuta corticibus ſucco miſerabili deficiētiū ora lambebāt. Propterea chaoniam frugem glande mutātes: rurſus in pecudū paſtus: & ad infœlicis uictus alimenta reuocati cōcuſſa quercu famē in ſiluis miſerā ſolabanť. Noua uidelicet ꝓdigia terraꝝ quæ nunq̄ ante acciderāt: cum ſupſtitio gētilis toto orbe ferueret. Reuera qñ ante uacuis auenis ſeges: fallaſ auari uota luſit agricolæ: & ſpem ruſticæ plæbiſ quæſita ſulcis frugis herba deſtituit. Et uñ græciſ oracula habitæ ſuæ quercꝰ: niſi qa remediū ſilueſtris alimoniæ cæleſtis religionis donū putarūt? Talia eñ ſuoꝝ munera credūt

deorũ. Quis dodonæas arbores niſi gentiũ populus adorauit: cũ pabulũ triſte ſacri
nemoris honore donaret? Nõ eſt ueriſimile ꝙ indignãtes eorũ dij id ꝓ pœna intule
rint qđ ſolebant placati cõferre ꝓ munere. Quæ autẽ æquitas: ut paucis ſacerdoti-
bus dolẽtes uictum negatũ ipſi omnibus denegarent: cũ inclemẽtior eſſet uindicta
ꝗ culpa. Nõ eſt igitur idonea quæ tantã ægritudinẽ mundi fallẽtis cauſa conſtrin-
xerit: ut uirẽtibus ſegetibus ſubita ſpes anni adulta moreret̃. Et certe añ plurimos
annos templorũ iura toto orbe ſublata ſunt. Modo ne demũ dijs gentilium uenit in
mentẽ ſuas iniurias ultũ iri? Propterea nec aſſueto curſu nilus intumuit: ut urbicoꝝ
ſacerdotũ diſpendia uindicaret qui nõ uindicauit ſuorũ? Eſto tamẽ ſi ſuperiore an
no deorũ ſuoꝝ iniurias uindicatas putant: cur præſenti anno cõtemptui fuere? Iam
eñ nec herbaꝝ uulſis radicibus ruſticana plæbs paſcit̃: nec baccæ ſilueſtris explorat
ſolatia: nec cibũ de ſentibus rapit: ſed operũ læta fœliciũ dum meſſes ſuas & ipſa mi
ratur: expleuit uoti ſatietate ieiunium: uſurarios nobis reddidit terra ꝓuẽtus. Quis
ergo tam nouꝰ humanis uſibus: ut uices ſtupeat annorũ: & tamẽ etiã ſuperiore an-
no plæraſqꝫ nouimus ꝓuincias redũdaſſe frugibus? De gallijs quid loquar ſolito di
tioribus? Frumentũ pãnoniæ qđ nõ ſeuerãt uendiderunt: Et fæcũda rhetia fertilita-
tis ſuæ nouit inuidiã. Nã quæ ſolebat tutior eſſe ieiunio: fæcũditate hoſtẽ in ſe exci-
tauit. Liguriã uenetiaſqꝫ autumni frumẽta pauerũt. Ergo nec ille ſacrilegio annꝰ ex
aruit: & iſte fidei fructibꝰ annus effloruit. Negent etiã ꝙ largo fœtu uineæ redunda-
uerint. Itaqꝫ & meſſem fœneratã recepimus: & liberatioris uindemiæ beneficia poſ-
ſidemus. Poſtremꝰ ſupeſt & maximus locꝰ: utrũ ea quæ uobis ꝓfuerint imperato-
res reſtituere ſubſidia debeatis. Ait eñ: Vos defendant: a nobis colant̃. Hoc eſt fi-
deliſſimi principes qđ ferre nõ poſſumꝰ: qa exprobrãt nobis ueſtro ſe nomine dijs
ſuis ſupplicare: & uobis nõ mandãtibꝰ ſacrilegiũ imane cõmittunt: diſſimulationẽ ꝓ
cõſenſu interp̃tantes: Sibi habeãt præſidia ſua: ſuos ſi poſſunt: illa defendãt. Nã ſi ijs
a quibus colunt̃: auxilio eſſe nõ poſſunt: quõ poſſunt uos defendere: a quibꝰ nõ co-
lunt̃? *Sed maioꝝ inquit ſeruãdus eſt ritus.* Quid ꝙ oĩa poſtea i melius ꝓfecerũt?
Mundus ipſe qui uel primũ coactis elementoꝝ p inane ſeminibus tenero orbe con
creuerat: uel cõfuſo adhuc ĩdigeſti operis caligabat horrore: nõne poſtea diſtincto
cæli: maris: terrarũqꝫ diſcrimine reꝝ formas qbus ſpecioſus uidet̃: accepit? Exutæ
humẽtibꝰ tenebris nouũ terræ ſtupuere ſolẽ: dies in exordio nõ refulget: ſed i ꝓceſ
ſu tẽporis icremẽto luminis micat & caloris exæſtuat. Luna ipſa quæ ꝓpheticis ora-
culis ſpecies eccleſiæ figuratur: cum primũ reſurgens in menſtruas reparatur æta-
tes: tenebris noctis abſcondit̃: paulatimqꝫ cornua ſua cõplens uel e regione ſolis ab-
ſoluens clari ſplendore fulgoris irrutilat. Exerceri in fructus terræ añ neſciebant:
poſtubi imperare aruis ſollicitus cœpit agricola: & informe ſolũ ueſtire uinetis: ſilue
ſtres animos domeſticis mollitæ cultibus exuerũt. Anni ipſiꝰ ætas prima quæ nos
uſu parili colorauit: nutu gignentiũ ſed in ꝓceſſu lapſuris floribus uernat: poſtremis
adoleſcit fructibus. Nos quoqꝫ æui rudes ſenſus habemus infantiæ: ſed mutati in an
nos ingenij rudimenta deponimꝰ. Dicant igit̃ in ſuis omnia manere debuiſſe prin-
cipijs: mundũ tenebris obductũ quia ſplẽdore ſolis illuxerit: diſplicere. Et quãto gra
tius eſt animi tenebras depuliſſe ꝗ corporis: fideiqꝫ iubare micuiſſe ꝗ ſolis? Ergo &
mũdi ſicut oĩm reꝝ: primæua uiã mutarũt: ut uenerabilis canæ fidei ſeq̃ret̃ ſenectꝰ.

Quos hoc mouet: reprehẽdant meſſem: qa ſera fæcũditas eſt: reprehẽdant uinde
miã: qa in occaſu anni eſt: reprehẽdant oliuã: qa poſtremus eſt fructus. Ergo & meſ-
ſis noſtra fides animaꝝ eſt: eccleſiæ gratia meritoꝝ: uindemia eſt: quæ ab ortu mun
di uirebat in ſanctis: ſed poſtrema ætate ſe diffudit in pp̃los: ut aduerterẽt oẽs nõ ru-
dibꝰ animis irrepſiſſe fidẽ chriſti. Nulla eñ ſine aduerſario corona uictoriæ: ſed ex
ploſa ea opiniõe quæ añ cõualuit id qđ erat ueꝝ iure prælatũ: Si ritꝰ ueteres delecta
bãt: cur in alienos ritꝰ eadẽ roma ſucceſſit? Omitto abſcõditã p̃cio humũ: & paſtora-
les caſas auro degeneri renitẽtes. Quid (ut de ipſo reſpõdeã ꝙ querũt̃) captaꝝ ſi-
mulacra urbiũ uictoſqꝫ deos: & p̃egrinos ritꝰ ſacroꝝ: alienæ ſupſtitõis æmuli recepũt?



Vnde igitur exemplũ ꝙ currus ſuos ſimulato almonis in flumine lauat cybele? Vn-
de phrygij uates & ſemp inuiſa romanis non æquæ carthaginis numina? Quã cæle-
ſtem aphri mitrã: perſæ plæriqꝫ uenerem colunt: ꝓ diuerſitate nominis nõ pro nu-
minis uarietate: Sic deam eſſe & uictoriã crediderunt: quæ utiqꝫ munus eſt nõ pote
ſtas: donatur nõ dominat̃: legionũ gratia non religionũ potentia. Magna igit̃ dea
quã militũ multitudo ſibi uendicat: uel præliorũ donat euentus. Huius aram ſtrui
in urbis romæ curia petũt. hoc eſt quo plures conueniũt chriſtiani. Omnibꝰ in tem-
plis aræ: ara etiã in templo uictoriaꝝ: quãdo numero delectantur: ſacrificia ſua ubiqꝫ
cõcelebrant. Quid eſt niſi inſultare fidei: unius aræ ſacrificiũ uendicare? Ferendũ
ne iſtud ut gentilis ſacrificet: & chriſtianꝰ interſit? Hauriãt omnes inquit hauriant
uel inuiti fumũ oculis: ſymphoniã auribus: cinerẽ faucibus: thus naribꝰ: & aduerſan-
tium licet ora excitata focis noſtris fauilla reſpergat. Nõ illis ſatis ſunt lauacra: non
porticus: nõ plateæ occupatæ ſimulacris. Etiã ne in cõmuni illo concilio nõ erit com-
munis cõditio? Obſtringet̃ pia ſenatus portio obteſtantiũ uocibꝰ: adiurantiũ ſacra-
mentis? Si refutet: uidebit̃ mendaciũ ꝓdere: ſi acquieſcat: ſacrilegiũ cõfiteri. Vbi
inquit in leges ueſtras & uerba iurabimus? Ergo menſurã quæ legibus tenet̃ inclu-
ſa: cærimonijs gentiũ ſuffragiũ colligit: fidẽ ſtringit: iam nõ ſolũ præſentiũ ſed abſen-
tium etiã? Et qđ eſt amplius: imperatores fides ueſtra pulſat̃? Vos eñ cogitis ſi iube
tis. Cõſtantius auguſtæ memoriæ nondũ ſacris initiatus myſterijs contaminari ſe
putauit ſi aram illam uideret. Iuſſit auferri: nõ iuſſit reponi. Illud auctoritatẽ facti ha-
bet: hoc præcepti nõ habet. Nemo ſibi de abſentia blandiat̃: præſentior eſt qui ſe
animis inſerit ꝗ qui oculis ꝓteſtatur. Plus eñ eſt mẽte cõnecti ꝗ corpore copulari.

Vos ſenatus cogendi cõſilij præſules habet: uobis coit: uobis cõſcientiã ſuã nõ dijs
gentiũ præſtat: uos liberis ſuis nõ tñ fidei ſuæ præfert. Hæc eſt charitas expetẽda:
hæc eſt charitas maior imperio: ſi fides tuta ſit quæ ſeruat imperiũ. *Sed fortaſſe ali*
*quẽ moueat*: ita fideliſſimũ principẽ deſtitutum: ꝓinde quaſi meritorũ precium ca-
ducis æſtimetur præſentiũ. Quis eñ ſapiens nõ in orbe quodã atqꝫ circuitu locata
humanarũ reꝝ nouit negocia: quia nõ eoſdẽ ſemp ſucceſſus habent: ſed uariant ſta
tus & mutant uices? Quẽ beatiorẽ Cnæo pompeio romana tẽpla miſerũt? At is
cũ tribus triumphis terrarũ cinxiſſet orbẽ: pulſus acie: bello ꝓfugus: & ſui terminis
exul imperij: canopei manu ſpadonis occubuit. Quẽ nobiliorẽ Cyro perſarũ toti-
us orientis terræ regẽ dederũt? Is quoqꝫ cũ principes potentiſſimos aduerſantes ui
ciſſet: uictos reſeruaſſet: muliebribus armis fuſus interijt. Et ille rex qui ſupatos etiã
confeſſus honore donauerat: execto capite & intra utrẽ plenũ cruoris ſatiari iuſſus
incluſo: fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeo in iſtiꝰ uitæ curriculo nõ paria paribꝰ
ſed longe diuerſa referũtur. Quẽ etiã magis ſacrificijs deditũ ꝗ carthaginenſium
ducẽ Hamilcharem repperimꝰ? qui cũ toto prælij tẽpore inter acies poſitꝰ dimican
tes ſacrificiũ faceret: ubi partẽ ſuorum uictam eſſe cognouit: in ipſos quos adolebat
ſe præcipitauit ignes: ut eos uel cruore ſuo reſtingueret: quos ſibi nihil ꝓfuiſſe cog-
nouerat. Nã de Iuliano quid loquar? qui cũ reſponſis aruſpicũ male credulus eſſet:
ademit ſibi ſubſidia reuertendi. Ergo in cõmuni caſu nõ eſt cõmunis offenſa. Ne-
minẽ etem ꝓmiſſa noſtra luſerũt. Reſpondi laceſſentibꝰ tanꝗ nõ laceſſitꝰ. Refellen-
dæ etẽ relationis: nõ exponẽdæ ſupſtitionis mihi ſtudiũ fuit. Te tñ imperator ip
ſa eoꝝ relatio faciat cautiorẽ. Nã cũ de ſuperioribus principibus texuiſſet: qa prior
eoꝝ numerus cærimonias patrũ coluit: recentior nõ remouit: addidiſſet etiã ſi exẽ-
plum religio ueterũ nõ facit: faciat diſſimulatio ꝓximorũ. Euidẽter docuit ꝙ & fi-
dei tuæ debeas: ut gentilitij ritꝰ nõ ſequaris exemplũ: & pietati ut fratris ſtatuta nõ
uioles. *Si eñ* ꝓ ſuis dũtaxat partibus eoꝝ diſſimulationẽ principũ prædicarũt: qui
cũ eſſent chriſtiani: decreta tamen gẽtilium minime remouerũt: quãtomagis amori
debẽt deferre fraterno: ut qui diſſimulare deberes: etiam ſi quid forſitan nõ proba-
res: ne fraternis derogares ſtatutis: & nunc teneas quod & fidei tuæ & germanita-
tis neceſſitudini iudicas cõuenire.

Sancti Ambroſij ad Valentinianũ imperatorem:recuſantis certare cum Auxen-
tio arriano in conſiſtorio imperatore iudicaturo:ex eo ꝙ in cauſa fidei epiſcopi de
laicis in eccleſia:& nõ laici de epiſcopis in cõſiſtorio debeãt iudicare:Epl'a.XXXII.

c Lemẽtiſſimo imperatori & beatiſſimo auguſto Valentiniano:Ambroſius
epiſcopus. Dalmatius me tribunꝰ & notarius mandato:ut allegauit:cle-
mentiæ cõuenit tuæ:poſtulanſ ut & ipſe iudices legerẽ ſicut elegiſſet Au-
xentiꝰ:Nec tñ expreſſit eorũ noĩa qui fuerant poſtulati: ſed id addidit ꝙ
in cõſiſtorio eſſet futura certatio arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui rei reſpõdeo:ut
arbitror:cõpetenter. Nec quiſq̃ cõtumacẽ iudicare me debet cũ hoc aſſeram quod
auguſtæ memoriæ pater tuus nõ ſolum ſermone reſpondit:ſed etiã legibus ſuis ſan
xit:in cauſa fidei uel eccleſiaſtici alicuius ordinis eũ iudicare debere:qui nec mune-
re impar ſit nec iure diſſimilis.Hæc enim uerba reſcripti ſunt:hoc eſt ſacerdotes de
ſacerdotibus uoluit iudicare. Quinetiã ſi alias quoq; argueretur epiſcopus:& mo-
rum eſſet examinanda cauſa: etiam hanc uoluit ad epiſcopale iudicium pertinere.
Quis igitur cõtumaciter reſpondit clementiæ tuæ?Ille qui te patri ſimilẽ eſſe deſi-
derat:an qui uult eſſe diſſimilẽ? Niſi forte uilis quibuſdam tanti imperatoris exiſti-
matur ſententia:cuius & fides cõfeſſionis conſtantia cõprobata eſt:& ſapiẽtia meli-
oratæ reipublicæ profectibꝰ prædicatur. Quãdo audiſti clementiſſime imperator
in cauſa fidei laicos de epiſcopo iudicaſſe?Ita ergo quadã adulatione curuamur: ut
ſacerdotalis iuris ſimus imemores:& qđ deus donauit mihi:hoc ipſe alijs putem eſ-
ſe credẽdum? Si docendus eſt epiſcopus a laico:quid ſequatur: laicus ergo diſpu-
tet:& epiſcopus audiat:epiſcopus diſcat a laico? At certe ſi uel ſcripturaꝝ ſeriem
diuinarũ uel uetera tẽpora retractemꝰ:quis eſt qui abnuat in cauſa fidei: in cauſa in-
quã fidei epiſcopos ſolere de imperatoribꝰ chriſtianis:nõ imperatores de epiſcopis
iudicare? Eris deo fauente etiã ſenectutis maturitate ꝓuectior:& tunc de hoc cẽ-
ſebis qualis ille epiſcopꝰ ſit qui laicis ius ſacerdotale ſubſternit. Pater tuus deo fa-
uente uir maturioris æui dicebat: Nõ eſt meũ iudicare inter epiſcopos: tua nunc di
cit clemẽtia:Ego debeo iudicare?Et ille baptiçatus in chriſto inhabilẽ ſe ponderi tã
ti putabat eſſe iudicij:clemẽtia tua cui adhuc emerenda baptiſmatis ſacramenta ſer
uantur:arrogat de fide iudiciũ:cum fidei ipſius ſacramẽta nõ nouerit? Quales au-
tem elegerit iudices:poſſumus exiſtimationi relinquere:quãdo eoꝝ nomina timet
ꝓdere. Veniant plane ſi qui ſunt ad eccleſiã:audiant cũ populo:nõ ut quiſq̃ iudex
reſidat:ſed unuſquiſq; de ſuo affectu habeat examẽ: eligat quẽ ſequatur. Agiť de
iſtius eccleſiæ ſacerdote:ſi audierit illum populus:& putauerit melius diſputare: ſe-
quatur fidem eius nõ inuidebo. Omitto quia iam ipſe populus iudicauit: taceo qa
eum quẽ habet de patre tuæ clemẽtiæ:poſtulauit:taceo quia pater pietatiſ tuæ qui-
etem futuram ſpopõdit:ſi electus ſuſciperet ſacerdotium.Hanc fidem ſecutus ſum
promiſſorum.Q; ſi de aliquorum peregrinorum aſſentatione ſe iactat:ibi ſit epiſco-
pus:unde ſunt ij qui eum epiſcopatus putant nomine eſſe donandũ. Nam ego nec
epiſcopũ noui nec unde ſit ſcio. Vbi illud conſtituimus imperator ꝙ iam ipſe tu-
um iudicium declaraſti.Immo etiã dediſti leges:ne cui eſſet liberum aliud iudicare.
Qđ cũ præſcripſiſti alijs:præſcripſiſti & tibi.Leges eñ imperator fert quas primus
ipſe cuſtodiat. Viſne igitur experiar:ut incipiant ij qui iudices eliguntur: aut ad-
uerſus tuam uenire ſententiã :aut certe excuſare ꝙ imperatoris tam ſeuero & tam
diſtricto imperio nõ potuerint obuiare?Sed hoc cõtumacis nõ modeſti eſt ſacerdo
tis. Ecce imperator legẽ tuam iam ex parte reſcindis:ſed utinam nõ ex parte ſed
in uniuerſum.Legem eñ tuam nollem eſſe ſupra dei legẽ. Dei lex nos docuit quid
ſequamur:humanæ leges hoc docere non poſſunt.Extorquere ſolent timidis com-
mutationẽ:fidem inſpirare nõ poſſunt. Quis erit igiť ille qui cũ legat per tot ꝓuin-
cias uno momento eſſe mandatũ:ut quicũq; obuiauerit imperatori:feriatur gladio:
quicũque dei templum nõ tradiderit:ꝓtinus occidatur? Quis inquã eſt qui poſſit
uel unus uel inter paucos dicere imperatori:lex tua mihi nõ ꝓbať?Nõ ꝑmittiť hoc



dicere ſacerdotibus:permittiť laicis?Et iudicabit de fide qui aut gratiam ſperat auť
metuit offenſam? Deinde ipſe cõmittam ut eligã iudices laicos: qui cũ tenuerint
fidei ueritatẽ:aut ꝓſcribanť:aut necentur:qđ lex de fide lata decernit? Ego igituř
aut præuaricationi offerã homines:aut pœnæ?Nõ tanti eſt Ambroſius:ut ꝓpter ſe
deijciat ſacerdotiũ. Nõ tanti eſt unius uita:quãti eſt dignitas omniũ ſacerdotum:
quorũ de conſilio iſta dictaui:intimãtibus ne forte etiã gentilis eſſet aliquis aut iudæ
us:qui ab Auxentio eſſet electus:quibꝰ traderemus de chriſto triũphum:ſi de chri-
ſto iudiciũ cõmitteremus. Quid illoſ aliud niſi chriſti iniuriã audire delectat? Quid
illis aliud põt placere:niſi: qđ abſit:ut chriſti diuinitas denegeť? Cũ ijs plane bene
cõuenit arriano qui creaturã chriſtũ dicit:qđ etiam gẽtiles ac iudæi ꝓmptiſſime cõ-
fitentur. Hoc ſcriptũ eſt in ariminẽſi ſynodo :Meritoq; conciliũ illud exhorreo:ſe-
quens tractatũ concilij niceni:a quo me nec mors nec gladiꝰ poterit ſeparare. Quã
fidem etiã parens clemẽtiæ tuæ Theodoſius beatiſſimus imperator & ſequiť & ꝓ-
bauit. Hanc fidem galliæ tenẽt:hanc hiſpaniæ:& cũ pia diuini ſpiritꝰ cõfeſſione cu-
ſtodiunt. Si tractandũ eſt:tractare in eccleſia didici:qđ maiores fecerunt mei:ſi cõ-
ferẽdum de fide:ſacerdotũ debet eſſe iſta collatio:ſicut factum eſt ſub Conſtantino
auguſtæ memoriæ principe:qui nullas leges ante præmiſit:ſed liberũ dedit iudiciũ
ſacerdotibꝰ. Factum eſt etiã ſub Conſtantio auguſtæ memoriæ imperatore pater-
næ dignitatis hærede:ſed qđ bene cœpit:aliter cõſummatũ eſt. Nam epiſcopi ſin-
cerã primo ſcripſerant fidem:ſed dum uolũt quidã de fide intra palatiũ iudicare: id
egerunt:ut circũſcriptionibus illa epiſcoporũ iudicia mutarẽtur. Qui tamẽ inflexã
ſtatim reuocare ſentẽtiam. Et certe maior numerus arimini niceni cõcilij fidem ꝓ-
bauit:arriana decreta dãnauit. Si ad ſynodum ꝓuocat Auxentius:ut de fide diſpu
tet:licet nõ ſit neceſſe ꝓpter unũ tot epiſcopos fatigari:qui etiã ſi angeluſ de cælo eſ
ſet:paci eccleſiarũ nõ deberet præferri:cũ audiero ſynodũ cõgregari: & ipſe nõ de-
ero. Tolle igitur legẽ:ſi uis eſſe certamẽ. Veniſſem imperator ad conſiſtoriũ cle-
mẽtiæ tuæ:ut hæc corã ſuggererẽ: ſi me uel epiſcopi uel pplꝰs permiſiſſent dicẽtes
de fide in eccleſia corã populo debere tractari. Atq; utinã imperator nõ denũciaſ-
ſes:ut quo uellẽ pergerẽ. Quotidie ꝓdibã:nemo me aſſeruabat. Debuiſti me quo
uolueras deſtinare:quẽ ipſe omnibꝰ offerebã. Nunc mihi a ſacerdotibꝰ dicitur: nõ
multũ intereſt utrũ uolens relinquas an tradas altare chriſti.Cum eñ reliqueris tra
des. Atq; utinã liquido mihi pateret:ꝙ arrianis eccleſia minime traderetur: ſpõte
me offerrẽ tuæ pietatis arbitrio. Sed ſi ego ſolus interſtrepo:cur etiã de alijs omni-
bus inuadẽdis eccleſijs eſt præceptũ?Vtinã cõfirmetur:ut eccleſijs nulluſ moleſtus
ſit:opto ut de me:qualis uideť:ſentẽtia proferať. Dignãter igitur imperator acci-
pe ꝙ ad conſiſtoriũ uenire nõ potui. Ego in cõſiſtorio niſi ꝓ te ſtare nõ didici: & in-
tra palatium certare nõ poſſum:qui palatij ſecreta nec quæro nec noui. Ego Am-
broſius epiſcopus hunc libellum obtuli clementiſſimo imperatori & beatiſſimo au-
guſto Valentiniano.

Sancti Ambroſij in Auxentiũ de baſilicis tradendis:inuehẽtis:ſuoſque ad cõſtan
tiam atq; tolerantiã exhortantis:Oratio.

u Ideo uos præter ſolitũ ſubito eſſe turbatos atq; aſſeruantes mei. Miror ꝙ
hoc fit:niſi forte quia per tribunos me uidiſtis:aut audiſtis imperiali manda-
to eſſe conuẽtum:ut quo uellem abirem hinc:& ſi qui uellent:ſequẽdi pote-
ſtatẽ haberẽt. Metuiſtis ergo ne eccleſiã deſererẽ:& dũ ſaluti meæ timeo: uos re-
linquerẽ?Sed quid & ipſe mãdauerim potuiſtis aduertere:deſerẽdæ eccleſiæ mihi
uoluntatẽ ſubeſſe nõ poſſe:qa plus dñm mundi q̃ ſæculi huiꝰ imperatorẽ timerẽ.Sa
ne ſi me uis aliq̃ abduceret ab eccleſia carnẽ meã exturbari poſſe nõ mentẽ. Paratũ
me eſſe ut ſi ille faceret qđ ſolet eſſe regiæ poteſtatis:ego ſubirem qđ ſacerdotis eſ-
ſe cõſueuit. Quid ergo turbamini?Volẽs nunq̃ ius deſerã: coactus repugnare nõ
noui.Dolere potero: potero flere: potero gemere: aduerſus arma milites gotthos
quoq;:lachrymæ meæ arma ſũt.Talia eñ munimẽta ſunt ſacerdotis .Aliter nec de-

beo nec poſſum reſiſtere. Fugere aũt & relinquere eccleſiã nõ ſoleo: ne quis grauio
ris pœnæ metu factum interptet. Scitis & uos ipſi: ꝙ imperatoribꝰ ſoleã deferre:
nõ cedere: ſupplicijs me libẽter offerre: nec metuere quæ parant. Vtinã eſſem ſecu
rus ꝙ eccleſia hæreticis minime traderet. Ad palatiũ imperatoris irem libenter: ſi
hoc cõgrueret ſacerdotis officio: ut in palatio magis certarẽ ꝗ in eccleſia: Sed in cõſi
ſtorio nõ reus ſolet chriſtus eſſe ſed iudex. Cauſam fidei in eccleſia agendã quis ab
nuat? Si quis confidit: huc ueniat: inclinatũ iam uel imperatoris iudiciũ: qd lata lege
patefecit: quo impugnat fidẽ: uel ſperata ambientiũ quorũdam ſtudia nõ requirat.
Nõ cõmitto ut quiſq̃ uendat iniuriã chriſti. Circũfuſi milites: armorũ crepitus: qui
bus uallata ẽ eccleſia: fidẽ nõ terret meã: ſed mentẽ exagitãt. Nedũ me tenetis: pni
cioſum aliquid ueſtræ oboriatur ſaluti. Ego em̃ iam didici nõ timere: ſed uobis time
re plus cœpi. Sinite quæſo ueſtrũ ſacerdotẽ cõgredi: habemus aduerſariũ qui laceſ
1.Petri.5. ſit. Aduerſarius em̃ noſter diabolus ſicut leo rugiens circuit quærẽs quẽ deuoret: ut
Apoſtolus dixit. Accepit ſine dubio: accepit (nõ fallimur ſed admonemur) tẽtan
di huiuſmodi poteſtatẽ: ne forte corporis mei uulneribꝰ poſſim a fidei intẽtione re
Job.1.et.2. uocari. Legitis & uos qa multis alijs tẽtauit ſanctũ Iob diabolus: ad poſtremũ pote
ſtatẽ huiuſmodi petijt & accepit: ut tẽtaret corpus eius qd pfudit ulceribus. Cũ eſ
ſet ꝓpoſitũ: ut eccleſiæ uaſa iam traderem: hoc reſpõſi reddidi: Me ſi de meis aliqd
poſceretur: aut fundus aut domus aut aurũ aut argentũ: id qd mei iuris eſſet: libẽter
offerre: templo dei nihil poſſe decerpere: nec tradere illud qd cuſtodiendũ nõ tra
dendũ acceperim. Deinde cõſulere me etiã imperatoris ſaluti: qa nec mihi expedi
ret tradere: nec illi accipere. Accipiat em̃ uocẽ liberi ſacerdotis ſi uult ſibi eſſe cõſul
tum: recedat a chriſti iniuria. Hæc plena humilitatis ſunt: & ut arbitror: plena affe
Eph.6. ctus eius: quẽ iperatori debet ſacerdos. Sed qa lucta nobis eſt: nõ ſolũ aduerſus car
nẽ & ſanguinẽ: ſed etiã (qd grauiꝰ eſt) aduerſus ſpũalia nequiciæ quæ ſũt i cæleſtibꝰ:
tẽtator ille diabolus p miniſtros ſuos certamẽ auget: uulneribꝰ corporis mei experi
endũ arbitrat. Scio fratres uulnera hæc quæ ꝓ chriſto excipimus: nõ eẽ uulnera ꝗ
bus uita amittit ſed propagatur. Sinite quæſo eſſe certamen: ſpectatores uos eſſe
decet. Cõſiderate qa ſi quem habet ciuitas uel athletã uel alteriꝰ nobilis artis peri
tum: optat offerre certamini: Cur in maioribꝰ rebus repudiatis: quod uel in minori
bus uelle cõſueſtis? Nõ metuit arma: nõ barbaros: qui mortẽ nõ timet: qui nulla car
nis uoluntate retinet. Certe ſi dominꝰ huic nos certamini deputauit: fruſtra puigi
les tot noctibus & diebus cuſtodias exhibetis. Implebit chriſti uolũtas. Omnipotes
em̃ noſter eſt dominꝰ Ieſus: hæc eſt fides noſtra: Et ideo qd fieri mãdat implebitur:
Luc.19. nec cõuenit uos diuinæ obuiare ſententiæ. Audiſtis qd hodie lectũ ſit: Pullũ ſibi aſi
næ: ſaluator p apoſtolos iuſſit adduci: mãdauitq; ut ſi quis reſiſteret: diceret: Domi
nus operã eius deſiderat. Quid ſi & nunc pullũ iſtũ aſinæ: hoc eſt animalis qd gra
Matth.11. uem ſarcinã portare conſueuit: ſicut eſt hũana conditio cui dicit: Venite ad me oẽs
qui laboratis & onerati eſtis: & ego uos reficiã: tollite iugũ meũ qa leue eſt? Quid ſi
inquã pullũ iſtum ad ſe modo iuſſit adduci: miſſis apoſtolis: illis qui iã exuti corpore
incõprehenſibilem oculis noſtris angelorũ ſpeciem gerunt? Nõne ſi ab aliquo reſi
ſtat: dicent: Dominꝰ operã eius deſiderat? Si reſiſtat uel uitæ huius cupiditas: ſi reſi
ſtat caro & ſanguis: ſi reſiſtat cõuerſatio corporalis: qa aliquibꝰ forſitã grati uidemur:
Phil.1. ſed qui nos hic diligit: multo ampliꝰ diliget: ſi ſinat fieri hoſtiã chriſti. Quia diſſolui &
cũ chriſto eſſe multo meliꝰ. Et ſi manere in carne: magis neceſſariũ ꝓpter uos. Ni
hil eſt ergo ꝙ uereamini fratres dilectiſſimi. Scio em̃ quia quicquid paſſus fuero: pro
chriſto patiar. Et legi ꝙ eos timere nõ debeam qui poſſunt carnẽ occidere. Et audi
ui dicentẽ: Qui pdiderit animã ſuam ꝓpter me: inueniet eã. Ergo ſi uult dominꝰ: cer
Matth.10. tũ eſt qd nullus obſiſtat. Qꝫ ſi adhuc nr̃a differt certamina: quid ueremini? Seruum
chriſti nõ cuſtodia corporalis: ſed dñi ꝓuidentia ſepire cõſueuit. Turbati eſtis qa
apertas repperiſtis geminas fores: quas captus oculis quidã dum hoſpitiũ propriũ
repetit: patefeciſſe memoratur. In quo cognoſcite ꝙ nihil ſuffraget humana cuſto



dia. Ecce unus qui uidẽdi munus amiſit: ſoluit ueſtra uniuerſa munimina: & cuſtodi
as luſit: Dominꝰ autẽ ſuæ miſericordiæ cuſtodiã nõ amiſit. Nõne ante biduum: ut
meminiſtis: etiã illud repertũ eſt: ꝙ a parte leua baſilicæ ingreſſus quidã peruiꝰ fuit:
quẽ putabatis clauſum eſſe atq; munitũ? Sepſerũt nempe armati baſilicam: explora
bant hos atq; illos aditus: cæcitate pfuſi ſunt: ut quod apertũ erat: uidere nõ poſſent.
Itaq; p plurimas noctes ꝙ apertũ fuerit: nõ ignoratis. Deſinite ergo ſollicitari: quia
hoc erit qd chriſtus iubet: & hoc eſſe expedit. Deniq; exempla uobis legis ꝓferã.
Heliſæus quærebat a rege ſyriæ: miſſus erat exercitus qui eũ caperet: circũuallatus 4.Reg.6.
erat undiq;: cœpit timere eius ſeruulus qa ſeruulus erat: hoc eſt nõ erat liberæ men
tis & liberæ poteſtatis: Petiuit aperiri eius oculos ſanctus ꝓpheta & ait: Reſpice &
uide: quãto plures ſint ꝓ nobis ꝗ contra nos. Et reſpexit & uidit angelorũ milia. Ad
uertitis igit ꝙ ſeruulos chriſti ij magis cuſtodiãt qui nõ uident ꝗ qui uident. Sed &
illi ſi cuſtodiũt: ueſtris cuſtodiunt orationibꝰ aduocati. Legiſtis nempe eoſipſos qui
Heliſæum quærebãt: ingreſſos eſſe ſamariã ad eũipſum quem capere geſtiebãt: cui
nõ ſolũ non potuerũt nocere: ſed ipſius aduerſus quẽ uenerãt: interceſſione ſeruati
ſunt. Petrus quoq; apoſtolꝰ utriuſq; rei uobis edat exemplũ. Nam ubi eũ herodes Act.12.
quæſiuit & cœpit: recepit in carcerẽ. Non em̃ receſſerat dei ſeruulus: ſed ſteterat ti
moris ignarus. Orabat ꝓ eo eccleſia: ſed apoſtolꝰ in carcere quieſcebat: qd eſt indici
um nõ timẽtis. Miſſus eſt angelus qui dormientẽ excitaret: p quẽ Petrus ꝓductus e
carcere: mortẽ ad tẽpus euaſit. Idem Petrus poſtea uicto Simone cũ præcepta dei
populo ſeminaret: doceret caſtimoniã: Excitauit animos gentiliũ: quibꝰ eum quærẽ
tibus chriſtianæ animæ depcatæ ſunt ut pauliſper cederet. Et quis eſſet cupidus paſ
ſionis: tamẽ cõtemplatiõe populi precatis inflexus eſt. Rogabat em̃ ut ad inſtituen
dũ & cõfirmandũ populũ ſe reſeruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit: &
uidens ſibi in porta chriſtũ occurrere urbemq; ingredi: ait: Domine quo uenis? Re
ſpondit chriſtus: Venio iterũ crucifigi. Intellexit Petrus ad ſuã crucem diuinũ ptine
re reſponſum. Chriſtus em̃ nõ poterat iterum crucifigi: qui carnẽ paſſione ſuſceptæ
mortis exuerat. Qꝫ em̃ mortuus eſt: mortuꝰ eſt ſemel: ꝙ autem uiuit uiuit deo. Intel
lexit ergo Petrus ꝙ iterũ chriſtus crucifigẽdus eſſet in ſeruulo. Itaq; ſpõte remeauit
interrogantibꝰ chriſtianis reſpõſum reddidit: ſtatimq; correptꝰ: p crucẽ ſuã honori
ficauit dominũ Ieſum. Videtis igit ꝙ in ſeruulis ſuis pati uelit chriſtꝰ. Quid ſi & hu
ic ſeruulo dicit: Illũ uolo ſic manere: tu autẽ me ſeqre: Et de hac arbore guſtare uult
fructum? Nã ſi illius cibꝰ erat: ut faceret uoluntatẽ patris: idẽ cibus illiꝰ eſt ut noſtris
paſſionibus epulet. Nõne ut de ipſo dño ſumamꝰ exemplũ: qñ uoluit paſſus eſt: &
cũ quæreret inuẽtus eſt? Quãdo aũt hora nõ uenerat paſſionis: p mediũ quærentiũ
trãſibat: & uidẽtes eum tenere nõ poterant. Quo utiq; euidenter oſtẽdit: quia quã
do dominus uult: unuſquiſq; inuenit & capitur. Quãdo aũt differt: etiã ſi quærenti
um manibus occurrat & oculis nõ tenetur. Ego ipſe nõ quotidie uel uiſitãdi gratia
prodibam uel pgebam ad martyres? Non regiã palatij prætexebã eũdo atq; rede
undo? Et tamen nemo me tenuit: cũ exturbandi me haberent: ut prodiderunt po
ſtea: uoluntatẽ: dicentes: exi de ciuitate: & uade quo uis. Expectabam fateor ma
gnum aliquid: aut gladiũ ꝓ chriſti nomine: aut incendiũ. At illi delitias mihi pro paſ
ſionibus obtulerũt: ſed athleta chriſti non delitias ſed paſſiones ſuas exigit. Ne
mo ergo uos turbet: qd aut carrum præparauerant: aut dura: ut uidebatur ſibi: Au
xentij ipſius qui ſe dicit epiſcopum: ore iactata. Plærique narrabãt percuſſores præ
miſſos pœnam mortis eſſe decretam: nec illa timeo: & iſta nõ deſero. Quo enim
abibo: ubi nõ omnia plena gemitus ſint atq; lachrymarum: quando per eccleſias iu
bentur eijci catholici ſacerdotes: reſiſtẽtes gladio feriri: curiales ꝓſcribi omnes: niſi
mandatũ impleuerint? Et hæc epiſcopi manu ſcripta & ore dictata: qui ſe ut ꝓbaret
doctiſſimũ: uetus nõ omiſit exemplũ. Legimus em̃ in ꝓpheta ꝙ uiderit falcẽ uolan
tem. Hanc imitatus Auxentiꝰ gladium uolantẽ p omnes urbes direxit. Et Sathanas 2.Cor.11.
transfigurat ſe in angelũ lucis: & in malũ imitatur eius potentiã. Tu dñe ieſu uno

momento mundũ redemiſti: Auxentiꝰ uno momẽto tot populos qđ in ipſo eſt: tru-
cidabit: alios gladio: alio ſacrilegio. Meã baſilicã petit cruento ore: ſanguinolentis
manibꝰ: Cui bene præſens reſpondit lectio: Peccatori aũt dixit deus: Quare tu enar
Pſ.49. ras iuſticias meas? id eſt: nõ cõuenit paci & furori: nõ cõuenit chriſto & belial. Me-
miniſtis etiã qđ lectum eſt hodie: Nabuthe ſanctũ uirũ poſſeſſorem uineæ ſuæ inter
3.Reg.21. pellatũ petitione regia: ut uineam ſuã daret: ubi rex ſucciſis uitibus olus uile ſereret:
cũqꝫ reſpondiſſe: Abſit ut ego patrũ meorum tradã hæreditatẽ. Regẽ cõtriſtatũ eſ-
ſe ꝙ ſibi eſſet alienũ ius relatione iuſta negatũ: ſed muliebri conſilio deceptum. Na-
buthe uites ſuas uel ꝓprio cruore defendit. Si ille uineam nõ tradidit ſuã: nos tra-
demus eccleſiam chriſti? Quid igitur a me reſponſum eſt cõtumaciter? Dixi em̃ cõ
uentus: Abſit a me ut tradam chriſti hæreditatẽ. Si ille patrũ hæreditatẽ nõ tradi-
dit: ego tradam chriſti hæreditatẽ? Sed & hoc addidi: Abſit ut tradã hæreditatẽ
patrũ: hoc eſt hæreditatẽ Dionyſij qui in exilio in cauſa fidei defunctus eſt: hæredi-
tatẽ Euſtorgij confeſſoris: hæreditatẽ Myroclis: atqꝫ omniũ retro fideliũ epiſcopo-
rum. Reſpondi ego qđ ſacerdotis eſt: qđ imperatoris eſt faciat imperator. Priꝰ eſt
ut animã mihi quã fidem auferat. Ac cui tradã præſens lectio euãgelij docere nos
Luc.19. debet: quid petatur: a quibꝰ petatur. Audiſtis nẽpe legi ꝙ cũ chriſtꝰ ſup pullum aſi-
næ ſederet: clamabãt pueruli: & moleſte ferebãt iudæi. Deniqꝫ interpellauerũt do-
minũ Ieſum dicẽtes: ut faceret eos tacere: reſpõdit: Si hi tacebũt: lapides clamabũt.
Deinde ingreſſus templũ eiecit nũmularios & cathedras & colũbas uendẽtes in tẽ-
plo dei. Lectio nempe iſta nulla noſtra diſpoſitione recitata eſt: ſed caſu: quæ præ
ſentibus bene aptat̃ temporibꝰ. Semp ergo chriſti laudes uerbera pfidorum ſunt.
Et nunc cũ laudat̃ chriſtus: dicunt hæretici quia ſeditio cõmouetur: dicunt hæretici
quia his mors paratur: & uere mortẽ habent in laudibꝰ chriſti: Quõ em̃ laudes eius
ferre poſſunt: cuiꝰ infirmitatẽ prædicãt? Itaqꝫ & hodie cũ laudatur chriſtus: arriano-
rum amentia uerberat̃. Geraſeni præſentiã chriſti ferre non poterant: iſti peiores
geraſenis nec laudationẽ chriſti ſuſtinere poſſunt. Vident pueros chriſti gloriã con
cinentes: quia ſcriptũ eſt: Ex ore infantiũ & lactentiũ pfeciſti laudẽ: irrident iſtã æta-
Pſ.8. tulam fidei plenã: cũ dicunt: Ecce quid clamãt? Sed reſpõdit ijs chriſtus: Si hi tacue
Luc.19. rint: lapides clamabũt: hoc eſt fortiores clamabunt: clamabũt & iuuenes: clamabũt
& maturiores: clamabunt & ſenes: iſti lapides ad illũ iam ſolidati lapidẽ: de quo ſcri-
Pſ.117. ptũ eſt: Lapidem quẽ reprobauerũt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. His
igit̃ laudationibꝰ inuitatus templũ ſuũ chriſtꝰ ingredit̃: & flagellũ prehendit: & eij-
cit de tẽplo nũmularios. Nõ patitur em̃ in ſuo tẽplo pecuniæ eſſe uernaculos: nõ pa
titur in ſuo tẽplo eſſe eos qui uẽdant cathedras. Quid ſunt cathedræ: niſi honores?
Quid ſunt colũbæ: niſi ſimplices mentes uelamine fidẽ candidã & purã ſequentes?
Ego ergo inducã in templũ quẽ chriſtus excludit? Iubet̃ em̃ exire qui dignitates uẽ
dit & honores. Iubet̃ em̃ exire qui uẽdere uult ſimplices mentes fideliũ. Ergo Au-
xentius eijcit̃: mercurinus excludit̃. Vnũ portẽtũ eſt: & duo noĩa. Et em̃ ne cogno-
ſceretur quis eſſet: mutauit ſibi uocabulũ: ut qa hic fuerat Auxẽtius epſ arrianus: ad
decipiendã plebẽ quã ille tenuerat: ſe uocaret mercurinũ. Mutauit ergo uocabulũ
ſed pfidiam nõ mutauit. Exuit lupũ & induit lupum. Nihil ꝓdeſt ꝙ mutauit nomen:
quid ſit agnoſcit̃. Alius in ſcythiæ partibus dicebat̃: alius hic uocat̃: noĩa ꝓ regioni-
bus habet. Habet ergo iam duo noĩa: & ſi hinc alio prexerit: habebit & tertiũ. Quõ
em̃ patietur: ut maneat ei uocabulũ ad tanti ſceleris indiciũ? Minora fecit in ſcythia
& ita erubuit ut mutaret uocabulũ: ſceleratiora hic auſus eſt: & uolet quocunqꝫ pre-
xerit: noĩe ſuo ꝓdi tantorũ populoꝝ ſanguinẽ? Manu ſua ſcribet & poterit conſiſte
re animo? Paucos excludebat dñs Ieſus de templo ſuo: Auxentiꝰ nullum reliquit.
De templo ſuo Ieſus flagello eijcit: Auxẽtius gladio. Ieſus flagello: Mercurinꝰ ſe-
curi. Pius dñs flagello exturbat ſacrilegos: nequã pſequitur pios ferro. De quo bñ
dixiſtis hodie: Leges ſuas ſecũ ferat. Feret etiã ſi nolit: feret cõſciẽtiã ſuã. Et ſi nõ fert
chartulã: feret ſanguine iſcriptã animã ſuã: & ſi atramẽto inſcriptã epiſtolã nõ feret:



Scripta eſt iuda culpa tua graphio ferreo & ungue adamantino: & ſcripta i pectore Hiere.17.
tuo: hoc eſt ibi ſcripta unde ꝓceſſit. Is mihi etiã audet mentionẽ facere tractandi:
plenꝰ ſanguinis: plenꝰ cruoris? Qui quos nõ potuerit ſermone decipere: eos gladio
putat eſſe feriendos. Cruentas leges ore dictãs: manu ſcribens: & putãs ꝙ lex fidẽ
poſſit hominibꝰ imperare. Nõ audiuit & id qđ hodie dictum eſt: Qm̃ nõ iuſtificat̃ Gal.2.
homo ex operibꝰ legis? Aut: Per legẽ legi mortuus ſum ut deo uiuã? Id eſt p legem Ibidẽ.
ſpiritualẽ interptatione legis eſt mortuꝰ corporali? Et nos p legẽ dñi noſtri Ieſu chri
ſti moriamur huic legi: quæ ſancit decreta pfidiæ. Nõ lex eccleſiam cõgregauit ſed
fides chriſti. Lex em̃ nõ eſt ex fide: iuſtus aũt ex fide uiuit. Iuſtũ ergo fides nõ lex fa Ro.1.
cit: quia nõ eſt p legem iuſticia ſed p fidẽ chriſti. Qui autẽ fidem repudiat: & legis
iura præſcribit: ipſe ſe teſtat̃ iniuſtũ: quia iuſtus ex fide uiuit. Hanc ergo legẽ quiſq̃
ſequat̃ qua firmat̃ ariminẽſe cõciliũ: in q̃ creatura dictꝰ eſt chriſtꝰ? Sed aiũt: Miſit deꝰ Gal.4.
filiũ ſuum factũ ex muliere: factũ ſub lege: Ergo factũ legunt: hoc eſt creatũ. Nõne
hoc ipſum cõſiderant qđ ꝓpoſuerũt: quia factꝰ dicit̃ chriſtꝰ: ſed ex muliere: hoc eſt
ſm partũ uirginis factꝰ eſt: qui ſm diuinã generationẽ ex patre natus eſt? Legerunt
& hodie: quia chriſtꝰ nos redemit de maledicto legis factus ꝓ nobis maledictũ. Nun Gal.3.
quid maledictũ chriſtus ſm diuinitatẽ eſt? Sed quare maledictũ dicat̃: Apoſtolus Ibidem.
te docet dicẽs: quia ſcriptũ eſt: Maledictus oĩs qui pẽdet in ligno. Hoc eſt qui in car- Deut.21.
ne ſua noſtram carnẽ: in ſuo corpore noſtras infirmitates: & noſtra maledicta ſuſce-
pit ut crucifigeret. Nõ em̃ ille maledictus: ſed in te maledictꝰ. Denique habes alibi:
Qui peccatũ nõ cognouit ſed ꝓ nobis peccatũ factꝰ eſt: qa noſtra peccata ſuſcepit: 2.Cor.5.
ut ſacramento ſuæ paſſionis aboleret. Hæc ego fratres corã ipſo apud uos plenius
diſputarẽ: ſed certꝰ nõ ignaros uos eſſe fidei: ueſtrũ refugit examẽ: & gentiles quoſ
dam quattuor aut quinqꝫ ferme hoĩes eligit cognitores ſibi: ſi tñ aliquos elegit: quos
uellẽ adeſſe in cœtu omniũ: nõ ut de chriſto iudicent: ſed ut maieſtatẽ audiãt chri-
ſti: Tamẽ illi iam de Auxẽtio ꝓnũciauerũt cui tractãti quotidie nõ crediderũt: Quæ
maior eius cõdemnatio q̃ ꝙ ſine aduerſario apud iudices ſuos uictꝰ eſt? Ergo & ip-
ſorum ſententiã cõtra Auxentiũ iã tenemus: & ꝙ gentes elegit: iure dãnandus eſt:
quia apoſtoli præcepta dimiſit: cũ Apoſtolꝰ dicat: Audet aliquis ueſtrũ aduerſus al- 1.Cor.6.
terũ habens negociũ: iudicari apud iniquos & nõ apud ſanctos? Aut neſcitis qm̃ ſan
cti de hoc mundo iudicabũt? Et infra ait: Sic nõ eſt inter uos ſapiens quiſq̃ qui poſſit
iudicare inter fratres: ſed frater cum fratre iudicio cõtendit & hoc apud infideles?
Videſ quia qđ ille obtulit: cõtra auctoritatẽ Apoſtoli ſit? Vos eligite: utrũ Auxentiũ
an Paulũ ſequi debeamus magiſtrũ. Sed quid dicã de Apoſtolo: cũ ipſe dominus
clamet p ꝓphetã: Audite me populus meꝰ qui ſcitis iudiciũ: quoꝝ in corde lex mea Eſa.51.
eſt. Deus dicit: Audite me populus meꝰ qui ſcitis iudiciũ: Auxentiꝰ dicit: Neſcitis iu
diciũ. Videtis quia iã deum contẽnit in uobis: qui ſententiã cæleſtis refutat oracu-
li. Audite me inquit populꝰ meus: dicit dñs. Nõ dicit audite gentes: nõ dicit audite
iudæi. Iam em̃ nõ populus dei qui fuerat: populus erroris eſt factus. Et q populus er
roris erat: populꝰ dei eſſe cœpit: quia in chriſtũ credidit. Iſte ergo populꝰ iudicat cu-
ius in corde lex diuina eſt nõ hũana: lex nõ atramẽto ſcripta ſed ſpiritu dei uiui: Nõ 2.Cor.3.
in charta exarata ſed in corde ſignata lex gratiæ nõ cruoris. Quis igitur uobis iniu
riam facit: qui recuſat ueſtrã an qui eligit audientiã? Cõcluſus undiqꝫ ad uerſutiã pa-
trum ſuoꝝ cõfugit: de imperatore uult inuidiã cõmouere: dicens iudicare debere
adoleſcentẽ cathecuminũ: ſacræ electionis ignarũ: & in cõſiſtorio iudicare. Quaſi
uero ſupiore anno qñ ad palatium ſum petitus: cũ præſentibꝰ primatibꝰ ante conſi-
ſtoriũ tractaret̃: cũ imperator baſilicã uellet eripere: ego tunc aulæ cõtemplatõe re-
galis infractus ſim: conſtantiã nõ tenuerim ſacerdotis: aut iminuto iure diſceſſerim.
Nõne meminerũt ꝙ ubi me cognouit populꝰ palatiũ petiſſe: ita irruit: ut uim eius
ferre nõ poſſent: qñ comiti militari cũ expeditiſ ad fugandã multitudinẽ egreſſo ob
tulerunt omnes ſe neci ꝓ fide chriſti? Nõ tunc rogatus ſũ ut populũ multo ſermo-
ne mulcerẽ? Spondere fidẽ ꝙ baſilicam eccleſiæ nullus inuaderet? Et cum ꝓ benefi

cio meū ſit officiū poſtulatū:tñ ꝙ populus ad palatiū ueniſſet: mihi inuidia cōmota
eſt.In hanc igiť inuidiā me redire deſiderant:reuocaui populū:& tamē inuidiā non
euaſi:quā quidē inuidiā ego temperandā arbitror:nō timendā. Quid ēm timeamꝰ
ꝓ chriſti nomine: niſi forte illud mouere me debet qđ aiunt:ergo nō debet impera-
tor unam baſilicā accipere ad quā ꝓcedat: & plus uult Ambroſius poſſe q̃ impera-
tor:ut imperatori ꝓdeūdi facultatē negetꝰ Qđ cū dicunt:apprehēdere ſermones
Matth.22. noſtros geſtiunt:ſicut iudæi qui chriſtū uerſuto ſermone tētabant dicentes: Magi-
ſter licet tributū dare cæſari aut nōꝰ Sempꝫ ne de cæſare ſeruulis dei inuidia cōmo-
ueturꝰ Et hoc ad calumniā ſibi arceſſit impietas:ut imperiale nomē obtendatꝰ Et iſti
poſſunt dicere ꝙ eorū nō habeant ſacrilegiū quoꝝ imitanť magiſteriūꝰ Et tamen ui
dete quāto peiores arriani ſunt q̃ iudæi.Illi quærebant utrū ſoluendū putarēt cæſa-
ri ius tributi:iſti imperatori uolunt dare ius eccleſiæ. Sed ut ꝑfidi ſuū ſequunť auc-
torem:ita & nos quæ nos dominꝰ & auctor noſter docuit reſpōdeamus. Conſide-
Ibidem. rans ēm Ieſus dolū iudæorum dixit ad eos: Quid me tētatisꝰ oſtendite mihi denari-
um.Et cū dediſſent dixit:Cuius imaginē habet & inſcriptionēꝰ Reſpondētes dixe-
runt:Cæſaris.Et ait illis Ieſus: Reddite quæ ſunt cæſaris cæſari: & quæ ſunt dei deo.
Ergo & ego dico illiſ qui mihi obijciunt:oſtendite mihi denariū.Ieſus cæſaris dena
riū uidit & ait:Reddite cæſari quæ cæſaris ſunt:& quæ dei ſunt deo.Nūquid de ec-
cleſiæ baſilicis occupādis poſſunt denariū offerre cæſariꝰ Sed in eccleſia unā imagi-
Gen.1. nē noui:hoc eſt imaginē dei inuiſibilis:de qua dixit deꝰ:Faciamus hominē ad imagi
Heb.1. nem & ſimilitudinē noſtrā.Illam imaginē de qua ſcriptū eſt:Quia chriſtus ſplendor
gloriæ & imago ſubſtātiæ eius.In iſta imagine patrē cerno:ſicut dixit ipſe dñs Ieſus:
Joh.14. Qui me uidet uidet & patrē.Nō ēm hæc imago a patre eſt ſeparata: quæ unitatem
Ibidem.10. me docuit trinitatis dicenſ:Ego & pater unū ſumus.Et infra:Omnia quæcūqꝫ habet
Ibidem.16. pater mea ſunt.Et de ſpirituſancto dicens:quia ſpiritus chriſti ſit:& de chriſto acce-
Ibidem. pit:ſicut ſcriptū eſt:Ille de meo accipiet & annūciabit uobis. Quid igiť nō humili-
ter reſpōſum a nobis eſtꝰ Si tributū petit:nō negamus:agri eccleſiæ ſoluunt tribu-
tum. Si agros deſiderat imperator: poteſtatē habet uendicandorū: nemo noſtrū
interuenit. Poteſt pauperibꝰ collatio populi redūdare. Nō faciant de agris inuidi
am:tollāt eos ſi libitū eſt.Imperatori nō dono:ſed nō nego. Aurū quærūt: poſſum
dicere:Argentū & aurū nō quæro:ſed inuidiā faciunt:qa auꝝ erogať:nec ego hanc
inuidiā ꝑhorreſco. Habeo ærarios.Aerarij mei pauperes chriſti ſūt.Hunc noui cō
gregare theſaurū.Vtinā hoc mihi ſempꝫ crimē aſcribant:qa aurū pauperibꝰ erogať.
Qđ ſi obijciūt ꝙ defenſionē ab ijs requirā:non nego ſed etiā ambio:habeo defen-
ſionē ſed in orationibꝰ pauperū. Cæci illi & claudi:debiles & ſenes: robuſtis bella-
Prouer.19. toribus fortiores ſunt. Deniqꝫ munera paupeꝝ deū obligant:quia ſcriptū eſt:Qui
largiť pauperi:deo fœnerat:præſidia bellatorum diuinā ſæpe gratiā nō merentur.
Hymnoꝝ quoqꝫ meorū carminibꝰ deceptū populū ferūt. Plane ne hoc abnuo.
Grande carmen iſtud eſt:quo nihil potētius.Quid ēm potētius q̃ cōfeſſio trinitatis:
quæ quotidie totiꝰ populi ore celebratꝰ Certatim oēs ſtudent fidē fateri:patrē & fi-
liū & ſpiritūſanctū norunt uerſibꝰ prædicare.Facti ſunt igiť omnes magiſtri qui uix
poterāt eſſe diſcipuli. Quid igiť obaudiētius pōt eſſe q̃ ut chriſti ſequamur exem-
Phil.2. plū:qui ſpecie inuētus ut homo hūiliauit ſemetipſum factus obediēs uſqꝫ ad mortēꝰ
Ro.5. Deniqꝫ oēs ꝑ obedientiā liberauit.Sicut ēm ꝑ inobedientiā unius hominis: pecca-
tores cōſtituti ſunt plurimi:ita & ꝑ unius obedientiā iuſti cōſtituenť multi. Si ergo
ille obediēs:accipiant obediētiæ magiſteriū: cui nos inhæremus:dicētes ijs qui no-
bis de imperatore inuidiā faciunt:Soluimus quæ ſunt cæſaris cæſari:& quæ ſunt dei
deo.Tributū cæſariſ eſt:nō negatur.Eccleſia dei eſt:cæſari utiqꝫ nō debet addici:qa
ius cæſaris eſſe nō pōt dei templū. Qđ cum honorificētia imperatoris nemo dictū
poteſt negare.Quid ēm honorificētius q̃ ut imperator eccleſiæ filiꝰ eſſe dicatꝰ Qđ
cū diciť:ſine peccato diciť:cū gratia dicitur. Imperator ēm bonus intra eccleſiā:nō
ſupra eccleſiā eſt.Bonus ēm imperator quærit auxiliū eccleſiæ:non refutat. Hæc ut



humiliter dicimus:ita cōſtanter exponimus. Sed incēdia aliqui:gladiū: deportati-
onē minanť. Didicimus chriſti ſeruuli nō timere:nō timētibus nunq̃ eſt grauis ter-
ror.Deniqꝫ ſcriptū eſt:Sagittæ infantiū factæ ſunt plagæ eoꝝ. Satis igitur ꝓpoſi- Ps.63.
tis reſponſum uideť. Nunc illos interrogo qđ ſaluator interrogauit:Baptiſmū Iohā Luc.20.
nis de cælo eſt an ex hominibꝰꝰ Et nō potuerūt reſpondere ei iudæi. Si baptiſmum
Iohānis nō ſoluerunt iudæi:Auxentiꝰ ſoluit baptiſmū chriſtiꝰ Nō ēm iſtud ex homi
nibus eſt baptiſmū:ſed de cælo:qđ detulit nobis cōſilij magni angelꝰ ut iuſtificemur
deo. Cur igiť rebaptiçādos Auxentius fideles populos putat baptiçatos in nomi-
ne trinitatis:cū Apoſtolus dicat:Vna fides:unū baptiſma:Et ſe hominū dicit aduer- Eph.4.
ſariū eſſe nō chriſti:cū conſiliū dei ſpernat:& condēnet baptiſmū:& qđ chriſtus no-
bis ad redimenda noſtra peccata donauitꝰ

Sancti Ambroſij ad Marcellinā ſororē ſuā:referentis illi quid in cauſa de baſilicis
tradēdis actum ſit:& in quo ſtatu res ipſa nunc cōſiſtat:Epl'a.XXXIII.

Voniam omnibꝰ epiſtolis fere ſollicite quæris de eccleſia:accipe quid agať.
q Poſtridie q̃ accepi litteras tuas quibꝰ ſignificaueras ꝙ te exagitarent ſom-
nia tua:moles inquietudinū grauium cœpit moueri. Nec iam portiana:hoc
eſt extramurana baſilica petebať: ſed baſilica noua: hoc eſt intramurana quæ ma-
ior eſt. Conuenerūt me primo principes uirtutū:uiri comites cōſiſtoriani:ut & ba-
ſilicā traderē:& procurarē ne quid populus turbarū moueret. Reſpondi qđ erat
ordinis:templū dei tradi a ſacerdote nō poſſe. Acclamatū eſt ſequēti die in eccle-
ſia:etiā præfectus eo uenit:cœpit ſuadere uelut baſilica portiana cederemus. Po-
pulus reclamauit. Ita tunc diſceſſum eſt:ut intimatuꝝ ſe imperatori diceret ſequē
ti die. Erat autē dominica. Poſt lectiones atqꝫ tractatū dimiſſis cathecuminis ſym-
bolū aliquibus cōpetentibus in baptiſterijs tradebā baſilicæ. Illic nunciatū eſt mihi
cōperto ꝙ ad portionā baſilicam de palatio decanos miſiſſent:& uela ſuſpēderent:
populi partē eo ꝑgere.Ego tñ manſi in munere:miſſam facere cœpi. Dū offero:ra
ptum cognoui a populo Caſtulū quendā quē presbyteꝝ dicerent arriani.Hunc au-
tē in platæa offenderāt tranſeūtes. Amariſſime flere & orare in ipſa oblatione deū
cœpi:ut ſubueniret: nec huius ſanguis in cauſa eccleſiæ fieret: certe ut meꝰ ſanguis
ꝓ ſalute nō ſolum populi ſed etiā ꝓ ipſis impijs effūdereť. Quid multaꝰ Miſſis pre-
ſbyteris & diaconibus eripui iniuriæ uirū. Cōdemnationes ilico grauiſſime decer-
nunť:primo in corpus omne mercatoꝝ.Itaqꝫ ſanctis diebꝰ hebdomatis ultimæ qui-
bus ſolebāt debitorū laxari uincula:ſtridunt catenæ:imponunť collo innocētiū: exi
gunť ducenta pondo auri infra totū triduum. Reſpōdēt aliqui ſe tantū aut duplū
ſi peterētur daturos:dūmodo ſeruarēt fidē. Erant pleni carceres negociatoribus.
Palatina oīa officia:hoc eſt memoriales agētes in rebꝰ:apparitores diuerſorū comi-
tum tēperare a ꝓceſſu iubenť ſpecie qua ſeditioni intereſſe ꝓhibebanť: honoratis
multa minabāť grauiſſima:niſi baſilicā traderēt.Feruebat ꝑſecutio ac ſi aperuiſſent
portā:ꝓrupturi in omne facinꝰ uidebanť. Cōuenior ipſe a comitibus & tribunis:
ut baſilicæ fieret matura traditio:dicētibus imperatorē iure ſuo uti:eo ꝙ in ꝑtāte eiꝰ
eſſent oīa. Reſpondi ſi a me peteret qđ meū eſſet:id eſt fundū meū: argentū meū:
ius hmōi meū me non refragaturū: q̃q̃ omnia quæ mea ſunt: eſſent pauperū: Verū
ea quæ diuina imperatoriæ ꝑtāti nō eſſe ſubiecta. Si patrimoniū petiť: inuadite: ſi
corpus:occurrā.Vultis in uincula rapere:uultis in mortē:uolūtati eſt mihi. Nō ego
me uallabo circūfuſione populorū:nec altaria tenebo uitam obſecrās:ſed ꝓ altaribꝰ
gratius imolabor. Horrebā quippe animo:cū armatos ad baſilicā eccleſiæ occupā-
dam miſſos cognoſcerē:ne dū baſilicam uēdicāt:aliqua ſtrages fieret:quæ in perni-
ciem totius uergeret ciuitatis. Orabam ne tātæ urbis uel totiꝰ italiæ buſto ſuꝑuiue-
rem. Deteſtabar inuidiā fundendi cruoris:offerebā iugulum meū. Aderāt gotthi
tribuni:adoriebar eos dicēs:Propterea uos poſſeſſio romana ſuſcepit:ut ꝑturbatio-
nis publicæ uos præbeatis miniſtrosꝰ Quo tranſibitis:ſi hæc deleta fuerintꝰ Exige-
bať a me:ut cōpeſcerē populū. Referebā in meo iure eſſe ut nō excitarem: in dei

manu ut mitigaret. Poſtremo ſi me incentorē putarent:iam in me uindicari opor/
tere:uel abduci me in quas uellet terrarum ſolitudines. His dictis illi abierūt:ego in
baſilica ueteri totum exegi diē:inde domū cubitum me recepi: ut ſi quis abducere
uellet:inueniret paratū. Ante lucē ubi pedem limine extuli:circūfuſo milite occu/
patur baſilica.Idq; a militibus imperatori mādatū dicitur:ut ſi ꝓdire uellet: haberet
copiam:ſe tamē præſto futuros:ſi uideret eum cū catholicis conuenire.Alioquin ſe
ad cum cœtum quē Ambroſius cogeret:tranſituros. Prodire de arrianis nullus au
debat:quia nec quiſq̄ de ciuib⁹ erat: pauci de familia regia:nōnulli etiā gotthi. Qui/
bus ut olim plauſtro ſedes erat:ita nunc plauſtrū eccleſia eſt. Quocūq; fœmina iſta
ꝓceſſerit:ſecū ſuos omnes cœtus uehit. Circūfuſam baſilicā eſſe gemitu populi in/
tellexi:ſed dū leguntur lectiones:intimatur mihi plenā populi eſſe baſilicam:etiā no
uam maiorē uideri plebē q̄ omnes cum eēnt liberi lectorē efflagitari. Quid plura?
Milites ipſi q uidebātur occupaſſe baſilicā: cognito ꝙ præcepiſſem ut abſtinerētur
a cōmunionis cōſortio:ad conuentū hunc noſtrū uenire cœperūt. Quibus uiſis tur
banē mulierū animi:ꝓripit ſe una.Ipſi tamē milites ſe ad orationē ueniſſe nō ad præ/
lium loquebanē. Clamauit aliqua populus:q̄ moderate q̄ cōſtanter q̄ fideliter po/
ſcebat:ut ad illam ꝑgeremus baſilicam.In illa quoq; baſilica ferē ꝙ populus præſen/
tiam flagitabat meā. Tunc ego hunc adorſus ſermonē ſum: Audiſtis filij librum
legi Iob:qui ſolēni & munere eſt decurſus:& tempore. Sciuit & uſu hunc librū eti/
am diabolus intimandū:quo uirtus omnis ſuæ tētationis aperiē & proditur: Et ideo
ſe hodie motu maiore cōcuſſit.Sed gratias deo noſtro qui nos ita firmauit fide atq;
patientia. Vnum Iob miraturus aſcenderā:omnes Iob quos mirarer inueni. In ſin/
gulis uobis Iob reuixit:in ſingulis ſancti illius patiētia & uirtus refulſit. Quid enim
præſenti⁹ dici potuit a chriſtianis uiris:q̄ id qđ hodie in uobis ſpirituſſanct⁹ ē locut⁹?
Rogamus auguſte:nō pugnamus.Non timemus ſed rogam⁹.Hoc chriſtianos de/
cet:ut & tranquillitas pacis optetē & fidei: ueritatiſq; cōſtantia :nec mortis reuocetē
periculo. Eſt eñ præſul domin⁹ qui ſaluos faciet ſperātes in ſe. Sed ueniamus ad
ꝓpoſitas lectiones. Videtis diabolo tētandi licentiā dari: ut boni ꝓbētur. Inuidet
inimicus bonis ꝓfectibus:tētat diuerſis modis: Tētauit ſanctū Iob in patrimonio:tē/
tauit in filijs:tentauit in dolore corporis. Fortior in ſuo corpore tētatur: infirmior
in alieno.Et mihi meas diuitias quas in uobis habeo:uolebat auferre: & hoc trāquil/
litatis ueſtræ patrimoniū diſſipare cupiebat. Vos quoq; ipſos mihi bonos filios ge
ſtiebat eripere:ꝓ quib⁹ ego quotidie inſtauro ſacrificiū. Vos ruinis quibuſdā publi/
cæ ꝑturbationis conabaē inuoluere. Duo igiē iam genera tētationis excepi.Et for/
taſſe quia infirmiorē me domin⁹ deus nouit:adhuc in corpus meū nō dedit poteſta
tem.Et ſi ipſe cupiā & ſi offeram:adhuc me fortaſſe huic certamini imparē iudicat:
& diuerſis exercet laboribus.Nec Iob ab iſto cœpit certamine:ſed in hoc cōſumma
uit. Tentatus eſt autē Iob nūcijs coaceruatis maloꝝ:tētatus eſt etiā ꝑ mulierē quæ
Iob.2. ait:Dic aliquod uerbū in deū & morere. Videtis quāta ſubito moueanē.Gotthi:ar
ma:gentiles:mulcta mercatoꝝ:pœna ſanctorū. Aduertitis quid iubeaē cū mādaē:
Trade baſilicā.Hoc eſt: Dic aliquod uerbū i deū & morere.Nec ſolū dic aduerſum
deū:ſed etiam fac aduerſus deū. Mandaē:trade altaria dei. Vrgemur igitur præ/
Ibidem. ceptis regalibus:ſed cōfirmamur ſcripturæ ſermonib⁹: quæ reſpōdit :Tanq̄ una ex
inſipiētibus locuta es. Non mediocris igiē iſta tētatio. Nāq; aſperiores tētationes
has eſſe cognouim⁹quæ fiunt ꝑ mulieres. Deniq; ꝑ Euam etiā Adā ſupplātatus eſt:
eoq; factū eſt:ut a mandatis cæleſtib⁹ deuiaret. Quo errore cognito: præuaricatri
Gen.3. cis cōſciētiæ reus latere cupiebat:ſed latere nō poterat:& ideo ait ei deus: Adā ubi
es?Hoc eſt:quid eras anteē:ubi nūc eſſe cœpiſti?ubi te cōſtituerā?quo ipſe trāſgreſ/
ſus es? Agnoſcis eſſe te nudū:quia bonæ indumēta fidei ꝑdidiſti. Folia ſunt iſta q/
bus nunc uelare te quæris.Repudiaſti fructum:ſub folijs legis latere cupis:ſed ꝓde/
ris. Recedere a dño deo tuo ꝓpter unā mulierē deſideraſti:ꝓpterea fugis quē ui/
dere quærebas. Cū una muliere te abſcondere maluiſti:relinquere ſpeculū mūdi:



incolatū paradiſi:gratiā chriſti. Quid dicā ꝙ etiā Heliā Ieçabel cruenta pſecuta eſt? 3.Reg.19.
ꝙ Iohannē baptiſtā Herodias fecit occidi?Singulæ tñ ſingulos. Mihi quo minora Math.14.
longe merita:eo tētamenta grauiora.Virt⁹ infirmior:ſed plus piculi. Succedūt ſibi
mulierū uices:alternanē odia:cōmenta uarianē:ſeniores coueniunē:prætexiē regis
iniuria. Quæ ratio igiē eſt aduerſus hunc uermiculū moliri grauiores tētatiōes: ni/
ſi quia nō me ſed eccleſiā pſequunē? Mandaē deniq;:Trade baſilicā. Reſpōdeo.
Nec mihi fas eſt tradere:nec tibi accipere imperator expedit. Domū priuati nullo
potes iure temerare:domū dei exiſtimas auferendā? Allegaē:iperatori licere om/
nia:ipſi⁹ eſſe uniuerſa. Reſpondeo.Noli te grauare iperator:ut putes te in ea quæ
diuina ſunt:imperiale aliqđ ius habere.Noli te extollere:ſed ſi uis diutiuſ imperare:
eſto deo ſubditus:ſcriptū eſt:Quæ dei deo:quæ cæſaris cæſari.Ad imperatorē pala Ibidē.22.
tia ptinent:ad ſacerdotē eccleſiæ.Publicorū tibi mœniū ius cōmiſſum ē nō ſacrorū.
Iterū dicitur mandaſſe:debeo & ego unā baſilicā habere. Reſpondi. Nō tibi licet
illā habere.Quid tibi cū adultera?Adultera eſt eñ quæ nō eſt legitimo chriſti cōiu/
gio copulata. Dū hæc tracto:ſuggeſtū eſt mihi cortinas regias eſſe collectas:Refer
tam aūt populo baſilicā præſentiā mei poſcere:ſtatimq; eo cōuerti ſermonē meū di
cens: Q̄ alta & ꝓfunda oracula ſunt ſpūſſancti.Matutinis horis lectū eſt ut memini/
ſtis fratres qđ ſūmo animi dolore reſpondem⁹:De⁹uenerunt gētes in hæreditatem Ps.78.
tuā.Et reuera uenerūt gentes:& plus etiā q̄ gentes uenerūt. Venerūt eñ gotthi &
diuerſarū nationū uiri:uenerunt cū armis:& circūfuſi occupauerūt baſilicam. Hoc
nos ignari tuæ altitudinis dolebam⁹:ſed noſtra imprudentia aliud opinabaē. Vene/
runt gētes:ſed uere in hæreditatē tuā uenerunt. Qui eñ gentes uenerūt: facti ſunt
chriſtiani.Qui ad inuadendā hæreditatē uenerūt: facti ſunt cohæredes dei. Defen
ſores habeo quos hoſtes putabā:ſocios teneo quos aduerſarios exiſtimabā. Com
pletū eſt illud qđ de dño Ieſu Dauid ꝓpheta cecinit:Quia fact⁹ eſt in pace loc⁹ei⁹:& Ps.75.
cōfregit cornua arcuū:ſcutum & gladiū & bellū.Cui⁹ eñ hoc munus: cui⁹ opus niſi
tuū dñe Ieſu? Videbas ad templū tuū armatos uenire:hinc gemere populū & fre/
quentē adeſſe:ne baſilica dei traderetē.Inde uim militib⁹:imperatori:mortē añ ocu/
los mihi:ne qđ inter hæc furori liceret:inſeruiſti te dñe mediū & feciſti utraq; unū.
Cōpeſcuiſti armatos dicens ꝓfecto:Si ad arma concurritē:ſi in tēplo meo lis cōmo/
uetur:quæ utilitas in ſanguine meo? Gratias itaq; tibi chriſte:nō legat⁹:neq; nūci⁹: Ps.29.
ſed tu dñe ſaluū feciſti populū tuū:cōſcidiſti ſaccū meū:& præcinxiſti me læticiam.
Hæc ego dicebā mirat⁹ imperatoris animū:ſtudio militū:obſecratiōe comitū:pre/
catu populi poſſe miteſcere. Interea nūciaē mihi miſſum notariū qui mādata defer
ret.Cōceſſi paululū:mandatū itimat. Quid tibi uiſum eſt inquit ut contra placitū fa/
ceres? Reſpōdi:Quid placitū ſit ignoro:quidue temere factū dicaē:icertū habeo.
Ait:Cur preſbyteros ad baſilicā deſtinaſti?Si tyrannus es:ſcire uolo:ut ſciā quē ad
modū me aduerſum te præparē. Rettuli dicēs:me nihil in præiudiciū feciſſe eccle
ſiæ:eo tēpore quo audierā occupatā eſſe a militib⁹ baſilicā:gemitū tm̄modo liberio/
rē habuiſſe:Multiſq; adhortātib⁹ ut eo ꝑgerē dixiſſe:tradere baſilicā nō poſſum:ſed
pugnare nō debeo.Poſtea uero q̄ cognouerim cortinas regias inde eſſe ſublatas:cū
me populus eo ire depoſceret:direxiſſe preſbyteros:me tñ noluiſſe ire:ſed dixiſſe:
credo in chriſto ꝙ ipſe nobiſcū faciet imperator: ſi hæc tyrānis uideē: habeo arma:
ſed in chriſti noīe:habeo offerēdi mei corporis ꝑtātem. Quid morareē ferire:ſi ty
rannū putaret:ueteri iure a ſacerdotibus donata iperia nō uſurpata.Et uulgo dici:ꝙ
iperatores ſacerdotiū magis optauerint q̄ iperiū ſacerdotes: Chriſt⁹ fugit:ne rex fi/ Iob.6.
eret.Habemus tyrannidē noſtrā.Tyrānis ſacerdotis infirmitas eſt.Cū infirmor in/ 2.Cor.12.
quit:tūc potēs ſum.Cauere tñ ne ipſe ſibi tyrannū faceret: cui de⁹ aduerſariū nō ex/
citauit.Nō hoc maximū dicere ꝙ tyrānus ego ſim Valētiniani:qui ſe meæ legatiōis
obiectu querif ad italiā nō potuiſſe tranſire. Addidi qa nunq̄ ſacerdotes tyrāni fue
runt:ſed tyrannos ſæpe ſunt paſſi. Exactus eſt totus ille dies in mœrore noſtro:ſciſ
ſæ tñ ab illudētibus pueris cortinæ regiæ: ego domū redire nō potui: quia circūfuſi

erant milites:qui baſilicā cuſtodiebant:Cū fratribus pſalmos in eccleſiæ baſilica mi-
nore diximus. Sequēti die lectus eſt de more liber Ionæ:quo cōpleto:hunc ſermo
nē adorſum ſum. Liber lectus eſt fratres quo ꝓphetaꝛ: ꝙ peccatores in pœnitentiā
reuertātur. Acceptū eſt ita ut ſperareꝛ in præſenti futurū. Addidi ꝙ uir iuſtus etiā
offenſā contrahere uoluiſſet:ne uel ſpectaret uel denūciaret excidium ciuitati:Et ꝙ
lugubre eſſet illud dictū:Contriſtatus quoqꝫ ſit ꝙ aruiſſet cucurbita: Deum quoqꝫ di
Ione.4. xiſſe ad ꝓphetā:Si triſtis es ꝓ cucurbita? Reſpondiſſe Ionā:triſtis: Dixiſſe dominū:
Num ſi illud doleret ꝙ exuſta eſſet cucurbita: quantomagis ſibi curæ eſſe oportere
tantæ plæbis ſalutē? Et ideo excidium qđ paratum toti urbi fuerat remouiſſe. Nec
mora:nunciatur imperatorē iuſſiſſe ut recederēt milites de baſilica:negociatoribus
quoqꝫ qđ exacti de condēnatione fuerant reddereꝛ. Quæ tunc plæbis totius læti-
cia fuit? qui totius populi plauſus? quæ gratia? Erat autē dies quo ſeſe dominus ꝓ
nobis tradidit:quo in eccleſia pœnitētia relaxatur. Certatim hoc nūciare milites:
irruētes in altaria oſculis ſignificare pacis inſigne. Tunc agnoui ꝙ deus uermē ante-
lucanum ꝑcuſſerat:ut tota ciuitas ſeruaretur. Hæc geſta ſunt:atqꝫ utinā iam finita:
ſed grauiores motus futuros plena cōmotionis imperialia uerba indicant. Ego ty-
rannus appellor:& plus etiā q̄ tyrann⁹. Nā cū imperatorē comites obſecrarēt uti ꝓ-
diret ad eccleſiā:idqꝫ petitu militum facere ſe diceret:reſpōdit:Si uobis iuſſerit Am
broſius:uinctum me tradetis. Quid poſt hanc uocē ſupſit conſidera. Quam uocē
omnes cohorruerūt:ſed habet a quib⁹ exaſpereꝛ. Deniqꝫ etiam ſpeciali expreſſi-
one Galligonus præpoſitus cubiculi mādare mihi auſus eſt. Me uiuo:tu cōtēnis Va
lētinianū? Caput tibi tollo. Reſpōdi:Deus ꝑmittat tibi ut impleas qđ minaris. Ego
enī patior qđ epiſcopi:tu facies qđ ſpadones. At utinā dn̄s auertat eos ab eccleſia:
& in me oīa ſua tela cōuertant:meo ſanguine ſitim ſuā expleāt.

Sancti Ambroſij Oratio funebris de obitu Valētiniani imperatoris.

T ſi incrementum doloris ſit:id quod doleas ſcribere: quoniā tamē plærūqꝫ
in eius quē amiſſum dolemus:cōmemoratione requieſcim⁹:eo ꝙ in ſcriben-
e do:dum in eum mentē dirigimus:intentionēqꝫ defigimus: uidetur nobis in
ſermone reuiuiſcere: ſignare aliquid de Valentiniani iunioris ultimis cordi fuit: ne
aut oblitteraſſe ſilentio benemeriti de nobis pignoris memoriā uideremur:atqꝫ in-
honoratam reliquiſſe:aut refugiſſe incentiuū dolendi: cum doluiſſe plærūqꝫ ſolati-
um ſit dolentis. Simul ut cum de ipſo aut ad ipſum loquor:tanq̄ de præſente ſermo
ſit. Quid igitur primum defleam? Quid primum amara conqueſtione deplorem?
Conuerſi ſunt dies nobis uotorum noſtrorū in lachrymas. Siquidem Valentinia
nus nobis ſed non talis qualis ſperabatur aduenit. Et iſte quidē uel morte ſua uoluit
implere ꝓmiſſum:ſed nobis acerbiſſima eſt facta eius quæ exoptabatur: præſentia.
Vtinā adhuc nobis abeſſet:ut ſibi uiueret. Sed ille non paſſus cum audiret alpes ita-
liæ hoſte infeſtari barbaro:maluit periclitari ſe:ſi gallias derelinqueret:q̄ noſtro de-
eſſe periculo. Magnū diſcrimē agnoſcim⁹ imperatoris ꝙ romano ſubuenire uoluit
imperio. Hæc cauſa mortis quæ plena laudis. Soluamus bono principi ſtipendia-
rias lachrymas:quia ille nobis ſoluit etiam mortis ſuæ ſtipendium. Nec tamē flendi
admonitio neceſſaria. Flent omnes:flent & ignoti: flent & timentes: flent & inuiti:
flent & barbari:flent & qui uidebantur inimici. Quātos iſte de gallijs uſque huc to-
tius tractu itineris populorum egit gemitus? Omnes enim nō tanq̄ imperatorem ſi-
bi ſed tanq̄ parentem publicum obiſſe domeſtico fletu doloris illachrymant: ſuaqꝫ
omnes funera dolent. Amiſimus enim imperatorem in quo duo pariter acerbāt
dolorem:annorum immaturitas:& conſiliorū ſenectus. In his ergo flent: ſicut dixit
Threñ.1. propheta:Oculi mei caligauerunt a fletu:quia elongauit a me qui cōſolabatur me.
Oculi mei nō ſolum corporis ſed etiam mentis hebetati ſunt:& quadā cæcitate om
nis ſenſus obductus eſt:quoniā ereptus eſt mihi qui conuertit animam meam: & ad
Ibidem. ſpem maximā de ſumma rerum deſperatione reuocauit. Audite omnes populi



& uidete dolorem meū: Virgines meæ & iuuenes mei abierūt in captiuitatem: ſed
cognito ꝙ de Valentiniani eſſent partibus:liberi reuerterūt. Militauit hoſtis bar-
barus imperatori adoleſcenti:& ſuæ oblitus uictoriæ:memor fuit imperialis reuerē
tiæ. Laxauit ſponte quos cœperat:excuſans qđ ignoraſſet italos. Nos adhuc muꝝ
alpibus addere parabamus: Valentiniani gratia nō expectauit alpium uallū: fluen-
ta animū:aggeres niuium:ſed alpes & fluuios ſupergreſſa:muro nos ſui imperij ꝓte
xit. Vnde prophetici threni mihi utēdum exordio uidetur. Quomodo mœret ita-
lia quæ abundabat gaudijs? Plorans plorauit in nocte:& lachrymæ illius in maxillis Threñ.1.
eius. Non eſt qui eam conſoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amant il
lam deſpexerunt eam. Omnis populus eius ingemiſcēs. Et quia de hieruſalē: id eſt:
eccleſia:plorauit in nocte:quoniam qui eam ſplendidiorē fide ſua & deuotione faci
ebat occubuit:merito ergo plorans plorauit:& adhuc lachrymæ eius in maxillis ei-
us. Vbertatem quidē fletuum ſolet uultus humeſcentis declarare infuſio: cum la-
chrymis genæ rorant. Sed quia ſcriptū eſt:Genæ eius ſicut phialæ aromatis gignē Cantī.5.
tes unguentaria:labia eius ſicut lilia diſtillantia myrrham plenam. Myſtice eccleſiæ
gratia deflētis accipitur:quæ in obitu Valētiniani bonum doloris ſui effudit unguē-
tum:& uitam eius prædicando cōcelebrat. Cui mors obeſſe non potuit: eo ꝙ odor
prædicationis uniuerſorum ore celebrabilis: fœtorem omnē mortis aboleuit. Flet
igitur eccleſia pignus ſuum:& lachrymæ eius in maxillis eius. Quid ſit maxilla:au-
di:Qui te percuſſerit in maxillam:præbe ei & alteram:eo ꝙ in dolore ſit patiens: ut Luc.6.
pœniteat uerberantē. Percuſſa erat eccleſia in maxilla tua:cum amitteres Gratianū:
præbuiſti & alteram:quādo tibi Valētinianus ereptus eſt. Merito tibi nō in una ma
xilla ſed in utraqꝫ ſunt lachrymæ:quia pie germanū utrunqꝫ deploras. Ploras igitur
eccleſia:& fletum genæ tuæ uelut fluentibus quibuſdam ſtillicidijs pietatis exudāt.
Quæ ſunt iſtæ genæ eccleſiæ? De quibus & alibi ait ſcriptura: Vt corium malorū Cantī.6.
granatorum genæ tuæ. Iſtæ ſunt genæ:in quibus ſolet nitere uerecundia: pulchritu
do fulgere:in quibus aut flos iuuentæ aut perfectæ ætatis inſigne eſt. In obitu igitur
fidelium imperatorū quidam fidei pudor:quædam eccleſiæ uerecūdia eſt:& in tam
immatura morte piorum principum omnis eccleſiæ mœſtior pulchritudo eſt. Plo
rat eccleſia in ſapientibus ſuis qui uelut caput eccleſiæ ſunt. Oculi enī ſapientis in ca- Eccle.2.
pite eius. Plorat in oculis:hoc eſt in ſuis fidelibus:quia ſcriptū eſt:Oculi tui ſicut co- Cantī.4.
lumbæ extra taciturnitatem tuā:eo ꝙ & uideant ſpiritualiter:& nouerint ea quæ ui
derint tacere myſteria. Plorat in ſacerdotib⁹ ſuis qui ſunt ſicut genæ eccleſiæ: in
quibus eſt barba Aaron:hoc eſt barba ſacerdotalis:in quā de capite deſcendit ung- Ps.132.
uentum. Iſti ſunt:in quibus eſt pulchritudo eccleſiæ:in quibus flos eius gratior:in q-
bus ætas perfectior:qui uelut cortices malorum punicorum decorē floris præferāt
abſtinentia corporali:Intus autē cōmiſſam ſibi plæbē diuerſæ ætatis & ſexus foue-
ant ſapientia ſpirituali. Obiecti quidem ſæculo ad iniurias:ſed interna myſteria diui
dentes. Plorat in uirginibus ſuis:quæ ſunt ſicut lilia myrrha plena:candorē inte-
gritatis & mortificatæ corporalis illecebræ gloriā præferentes. In his ergo flet ſicut
ſcriptū eſt: Viæ ſyon lugent:ſacerdotes eius ingemiſcūt:uirgines ei⁹ abductæ:& ipa Threñ.1.
indignaꝛ intra ſe. Et intra ſe quidē indignaꝛ. Ad Valētinianū aūt dicit: Aſſumā te & Cantī.8.
inducam te in domū matris meæ:& in ſecretū eius quæ cōcepit me. Potum tibi da-
bo a uino operoſi unguenti:hoc eſt multi operis: multi odoris unguenti:a fluxu ma
lorum granatorū meorum:ut bibat uinum qđ lætificat cor hominis:& defluat in eū
malorum granatorum fluxus:in quibus multus & diuerſus eſt fructus. Sermo enī
multorū ſenſuum & de diuerſis ſcripturis abundans:ſermo angelorum:ſermo apo-
ſtolorum ac prophetarū:quos uno uelut corio eccleſia ſancta cōplectitur: malorum
fluxus eſt granatorū. Videns hæc Valentinianus integræ plena gratiæ reſpōdet:
Miſericordiæ domini ꝙ nō defecimus:quia nō ſunt cōſummatæ miſerationes eius. Threñ.3.
Renouabit illa ſicut lux matutina. Multi ſunt gemitus mei:& cor meū defecit. Sors
mea dn̄s dixit: Iō ſuſcitabo eū:Bonus ē dn̄s ſuſtinētib⁹ eū: aīæ quæ quærit eū. Bonū

Threñ.5. eſt ſperare in ſalutare dñi:Bonũ eſt uiro cũ portauerit iugũ graue in iuuẽtute ſua:ſe-
debit ſingulariter & ſilebit qa tulit iugũ graue. Et ille quidẽ ſe ſuarũ uirtutũ remu-
neratione ſolat̃:eo ꝙ in iuuẽtute ſua labores abſorbuit:ꝑicula multoꝝ tolerauit. Iu-
gũ maluit graue emendatioris ꝓpoſiti:ꝗ molle illud ac plenũ delitiarũ inuida men-
tis ceruice portare.Bene beatꝰ plane qui uel in ſenectute correxit errorẽ:beatus qui
Pſ.31. uel ſub ictu mortis animũ cõuertit a uitijs.Beati eñ quoꝝ tecta ſunt peccata:qa ſcri-
Pſ.36. ptũ eſt:Deſine a malo & fac bonũ:& inhabita in ſæcula ſæculorũ. Quicũqꝫ ergo de
ſierit a peccatis:& fuerit ad meliora in quacũqꝫ cõuerſus ætate:habet ſupiorũ indul-
gentiã peccatoꝝ:quæ fuerit uel patiẽti cõfeſſus affectu:uel corrigẽti aduerſatꝰ inge
nio.Sed huic cũ plurimis ueniæ ſocietas emerẽdæ. Plurimi eñ ſunt q ſe a peccatis
iuuẽtutis i ſenectute reuocare potuerũt. Rarꝰ aũt q i iuuẽtute graue iugũ ſeria ſobri
Matth.11. etate portauerit.Hoc eſt illud iugũ de quo dñs in euãgelio ait: Venite ad me oẽs q
laboratis & onerati eſtis:& ego uos reficiã:tollite iugũ meũ ſup uos. Si qs ergo añ-
ꝗ graui oneret̃ pctõꝝ ſarcina tulerit iugũ i iuuẽtute:ſingulariter ſedebit: nõ cũ pluri
Pſ.4. mis cõferẽdꝰ:ſed cũ illo põt dicere: Qm̃ tu ſingularit̃ in ſpe cõſtituiſti me.Sed forte
dicas:quõ iugũ graue dicit Hieremias: cũ i euãgelio dñs dixerit: Iugũ.n.meũ ſuaue
& onꝰ meũ leue ẽ? Ac primũ diſce qa græcꝰ iugũ tm̃mõ poſuit:nõ addidit graue. Tñ
& illud aduerte: qa & ſi ita eſſet i threnis: in euãgelio iugũ ſuaue dixerit:& onus le-
ue nõ iugũ leue. Põt eñ graue iugũ uerbi eſſe ſed ſuaue.Graue adoleſcẽti:graue iu-
ueni:cuiꝰ ætas eſt florulentior:ut nolit iugo uerbi ſubijciendã animi præbere cerui-
cẽ. Põt & graue uerbi iugum uideri præ põdere diſciplinæ:auſteritate correctiõis:
pondere abſtinẽtiæ:reſtrictioneqꝫ laſciuiæ:ſuaue tñ eſſe fructu gratiæ: ſpe remune-
rationis æternæ:purioris cõſcientiæ ſuauitate. Tñ iugũ uerbi ſuaue dixit:onus obe
dientiæ leue:Qm̃ ei qui iugũ uerbi patienti ceruice ſuſceperit:diſciplinæ onꝰ graue
eſſe nõ poterit. Qui ergo tulerit a iuuentute iugũ:ſingulariter ſedebit & ſilebit:re-
uelata ſibi gaudẽs diuinæ remunerationis æterna myſteria:Aut certe ſilebit:nõ opꝰ
habens excuſatione peccati:qđ matura cõfeſſione præuenit: & ꝓpera correctione
Eccli.25. depoſuit.Nõ eñ dicet̃ huic:Quæ in iuuẽtute nõ cõgregaſti quomõ iueniẽs in ſene
ctute? Põt aũt & ſic intelligi.Qm̃ qui cito portauerit iugũ uerbi:hoc eſt a iuuẽtute
nõ ſe miſcebit cũ iuuenibꝰ:ſedebit ſeorſum & ſilebit: donec plena ſe ꝑfectione uirtu-
tis erudiat:& magnã induat animo patiẽtiã:dabitqꝫ ꝑcutienti maxillã ſuã: etiã cædis
cõtentus iniuria:ut mãdatis obſequat̃ cæleſtibꝰ. Magnũ eſt eñ uel abſtinere a ui
tijs iuuẽtutis:uel ea in ipſo iuuẽtutis ueſtibulo derelinquere atqꝫ ad ſaniora cõuerti.
Prouer.30. Lubricæ eñ & ꝑplexæ uiæ ſunt iuuẽtutis. Deniqꝫ Salomon ait:Tria mihi impoſſi-
bilia ſunt itelligere:& quartũ qđ nõ cognoſco: Veſtigia aquilæ uolãtis:& uias ſerpẽ
tis in petra:& ſemitas nauis nauigãtis:& uias uiri in iuuentute. Dauid aũt ait:Delic-
Pſ.24. ta iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis eñ nõ ſolũ fragilitate
lubricæ ætatis ꝓlabit̃:uerũetiã ignorantia cæleſtiũ mandatorum plærũqꝫ delinquit.
Ibidẽ. Cito aũt meret̃ ueniã qui prætẽdit ignorantiã.Propheta itaqꝫ dicit:Delicta iuuẽtu-
tis meæ & ignorãtias meas ne memineris.Nõ dicit:delicta ſenectutis meæ & ſciẽtiæ
meæ ne memineris:ſed quaſi ꝓpheta qui cito correxerit & emẽdauerit uitia iuuen-
tutis:ætatẽ ignorantiãqꝫ prætẽdit. Valẽtinianus quoqꝫ in delicto ꝓphetæ ſimul ait:
Delicta adoleſcẽtiæ & ignorãtiæ meæ ne memineris.Nõ ſolũ dixit:ſed etiã ante cor
rexit errorẽ:ꝗ diſceret eſſe lapſum alicuiꝰ erroris.Itaqꝫ dicit:Correctionẽ iuuentutis
meæ ne memineris.Error in pluribꝰ eſt:in paucis correctio. Et qd iã de alijs dicã: q
etiã ludo iuuẽtutis putauerit abſtinendũ:reſecandã ætatis licentiã:ſeueritatis publi
cæ duriciã molliendã:lenitatẽ ſenectutis in alienis annis deferendã ei qui in pericu-
lũ conuicti criminis uocaret̃? Ferebat̃ primo ludis circenſibꝰ delectari:ſic iſtud ab-
ſterſit:ut ne ſolẽnibus quidẽ principũ natalibꝰ uel imperialis honoris gratia:circẽſes
putaret eſſe celebrãdos. Aiebãt aliqui ferarũ eũ uenatiõibꝰ occupari:atqꝫ ab actibꝰ
publicis intentionẽ eius abduci.Oẽs feras uno momẽto iuſſit interfici.Audire in cõ
ſiſtorio negocia:& Danielis ſpũ in quibꝰ dubitarẽt ſenes:uel ꝑſonæ alicuius cõtuitu

LIBER V ORATIO

ducerent̃:congruã uero adoleſcentẽ uideres ſenilẽ ferre ſententiã. Iactabãt inuidi
ꝙ præmature prandiũ peteret:cœpit ita frequẽtare ieiuniũ:ut plærũqꝫ ipſe impran-
ſus cõuiuiũ ſolẽne ſuis comitibꝰ exhiberet:quo & religiõi ſacræ ſatiſfaceret:& prin-
cipis hũanitati. Scænicæ cuiuſdã forma ac decore:deperire romæ adoleſcẽtes no
biles nunciabat̃:Iuſſit eã ad comitatũ uenire. Miſſus precio deprauatꝰ ſine manda-
ti effectu redijt.Alterũ miſit:ne uoluiſſe emẽdare uitia adoleſcentũ & nõ potuiſſe ui
deret̃.Datus eſt obtrectãdi aliquibꝰ locus. Deductã tñ nunꝗ aut ſpectauit aut uidit.
Poſtea redire præcepit:ut & omnes cognoſcerẽt irritũ eius nõ eſſe mãdatũ:& ado-
leſcentes docerẽt ab amore mulieris tẽperare:quã ipſe qui potuit habere in ꝑtãte:
deſpexerat.Et hæc fecit cũ adhuc nõ haberet uxorem:& tñ exhiberet ſui tanꝗ uin-
ctus cõiugio caſtitatẽ. Quis tã dñs ſerui ꝗ ille ſui corporis fuit? Quis tam aliorũ ar-
biter:ꝗ ille ſuæ cenſor ætatis? Quid de pietate eius loquar? qui cũ homies nobili or-
tos genere & locupleti ꝓſapia:quæ cito mouere inuidiã ſolet regiæ cupiditatis: ac-
cuſator urgeret:præfectꝰ inſiſteret:reſpõdit:ut nihil cruentũ ſanctis præſertim die-
bus ſtatueret̃.Et cũ poſt aliquot dies:accuſatoris legeret̃ libellus:calũniã ꝓnũciatu
rus:accuſatũ libere donec præfectꝰ cognoſceret:obſeruare iuſſit. Neqꝫ ante aut po-
ſtea quiſꝗ tanti criminis ſub adoleſcẽte imperatore formidauit inuidiã. Riſit adole-
ſcens qđ robuſti metuũt imperatores.Miſerat ꝓpter recuperãda templorũ iura:ſa-
cerdotioꝝ ꝓphana priuilegia:cultus ſacroꝝ ſuoꝝ roma legatos:& qđ eſt grauiꝰ:ſe-
natus nomine nitebant̃.Et cũ uniuerſi qui in cõſiſtorio aderãt chriſtiani pariter atqꝫ
gentiles dicerẽt eſſe reddenda:ſolus uelut Daniel excitato i ſe dei ſpiritu arguebat
ꝑfidiæ chriſtianos:gentilibꝰ obuiabat dicẽs:qđ pius frater eripuit:quõ a me putatis
eſſe reddendũ:cũ in eo & religio lædat̃ & frater:a quo ſe nolet pietate ſuperari? Et
cũ paterno cõueniret̃ exemplo:ꝙ ſub patre ſuo ea nullꝰ abſtulerat:Reſpõdit:Patrẽ
meũ laudatis qa nõ abſtulit:nec ego abſtuli.Nunqd pater meꝰ reddidit:ut me debe
re reddere poſtuletis? Poſtremo & ſi pr̃ reddidiſſet: frater abſtulerat.Imitatorẽ i ea
parte fratris eſſe me mallẽ. Aut nũquid meꝰ pater auguſtꝰ fuit:& frater nõ fuit? Par
utriqꝫ debetur reuerẽtia:& par utriuſqꝫ eſt circa rẽpublicam gratia. Vtrũqꝫ imitabor
ut & nõ reddam:quod & pater reddere nõ potuit:quia nullꝰ abſtulerat: & ſeruẽ qđ
a fratre eſt conſtitutũ.Poſtulet parens roma alia quæcũqꝫ deſiderat. Debeo affectũ
parẽti:ſed magis obſequiũ debeo ſalutis auctori. Quid de amore ꝓuincialium lo-
quar:uel quo eos ipſe cõplectebat̃:uel qui ab ijs cõſultori ſuo repẽdebatur:quibꝰ ni
hil unꝗ indici paſſus eſt? Præterita inquit nõ queũt ſoluere:noua poterũt ſuſtinere?
Hoc laudãt ꝓuinciæ Iulianũ:& ille quidẽ in robuſta ætate:iſte in ꝓceſſu adoleſcẽ-
tiæ.Ille plurima repperit:& exhauſit oĩa:iſte nihil inuenit:& omnibꝰ abũdauit. Au
diuit in tranſalpinis partibꝰ poſitus:ad italiæ fines barbaros appropinquaſſe:ſollicitꝰ
ne alieno hoſte ſuũ regnum attẽtaretur:uenire ꝓperabat cupiẽs dimittere gallica-
na ocia:& pericula noſtra ſuſcipere. Hæc mihi cũ alijs cõmunia:illa priuata ꝙ ſæpe
me appellabat abſentẽ:& a me initiatũ ſe ſacris myſterijs præferebat. Quinetiã cũ
rumor quidã ad uiennẽſem ꝑtuliſſet urbem ꝙ inuitãdi eius ad italiam gratia eo ꝑge-
rẽ:ꝗ gaudebat:ꝗ gratulabat̃ me ſibi optato affore:mora ei aduentus mei ꝓlixior ui-
debatur:atqꝫ utinã aduẽtum ipſius nullus præueniſſet nũcius.Iam ꝓmiſerã me ꝓfe-
cturum:reſpondẽs uel honoratis petẽtibus uel profecto ut trãquillitati italiæ conſu-
leretur:me ſicut ſuperfluo ingerere nõ poſſem ꝓpter uerecundiã: ita neceſſitatibꝰ
non defuturũ.Confirmatũ hoc erat. Ecce poſtridie litteræ de inſtruendis manſio-
nibus:inuectio ornamẽtorum regaliũ:aliaqꝫ eiuſmodi quæ ingreſſurum iter impera
torem ſignificarẽt: Quibus rebus ab ipſis quibꝰ fuerat poſtulata: intermiſſa legatio
eſt.Reus mihi uidebar ſperatæ meæ præſentiæ nec impletæ:ſed utinam uiuẽti tibi
hũc deberẽ reatũ.Excuſarem ꝙ nulla tua audiſſem pericula:nullas tuas accepiſſem
litteras:ꝙ nõ potuiſſem ꝓprijs aĩalibꝰ occurrere:etiã ſi iter ĩgreſſus eſſem. Itaqꝫ ſecu
rus ueniæ:dũ dies ſubduco:aduẽtũ tuũ intelligo.Ecce reſcriptũ accipio:ut ſine mo-
ra ꝑgendum putarẽ:eo ꝙ uadem fidei tuæ haberẽ caput:comitẽ tuum uelles.Num

reſtiti? Num moratus ſum? Additur eo ut ꝓperarẽ ocyus: nec arbitrarer cauſam
itineris mei ſynodũ gallorum eſſe epiſcoporũ: propter quorũ frequẽtes diſſenſiões
crebro me excuſauerã: ſed ut ipſe baptiçaret᷑ i ipſo egreſſu. Geſtarũ iam rerũ indi
cia potui cognoſcere: ſed ꝓperandi ſtudio nihil aduertere poterã. Iam ſuperabã
alpium iuga: & ecce nũcius amarus mihi & omnibꝰ de tanti morte imperatoris. Re-
flexi: iter fletibꝰ meis laui. Quibus ego uotis omniũ ꝓficiſcebar? Quo gemitu om
niũ reuertebar? Non em̃ imperatorẽ ſibi ſed ſalutẽ ereptam putabãt. Quãto ipſe
angebar dolore? Primũ ꝙ tantus princeps: ꝙ dulce pignus meũ: ꝙ ita mei cupidiſſi-
mus occidiſſet. Quos ego æſtus eius illo biduo fuiſſe cõperi: quo litteris quos ad
me miſerat ſupuixit. Veſperi ꝓfectus eſt ſilẽtiarius: tertio die mane quærebat: iãne
remeaſſet: iam uenirẽ? Ita ſibi ſalutẽ quandã uenturã arbitrabat᷑. O iuuenis optime
utinam te uiuentẽ inuenire potuiſſem: utinã te dilatio aliqua meo reſeruaſſet aduẽ-
tui. Nihil de aliqua mei uirtute polliceor: nihil de ingenio atqꝫ prudentia. Sed quãta
ego cura inter te & comitẽ tuum: quãta ſedulitate concordiã & gratiã refudiſſem?
Quã meipſum ꝓ tua obtuliſſem fide: quã in meipſũ eos recepiſſem: quibus ille ſe ti-
mere dicebat. Certe ſi comes nõ eſſet inflexus: tecũ remanſiſſem. Præſumebã de te
ꝙ ipſe me audires: ſi ꝓ te nõ eſſe auditum uideres. Multa habuerã quæ tenerem:
Nunc nihil habeo præter lachrymas & fletus. Quotidie mihi maior ad dolorẽ es:
Creſcis ad gemitũ. Omnes quãti me feceris ꝓteſtantur. Omnes abſentiã meã cauſã
tuæ mortis appellant. Sed nõ ſum ꝓpheta quo potuerim futura cognoſcere: ſed ſũ
uox clamantis in gemitu: quo poſſim deflere præterita. Quid em̃ habeo ꝙ melius
faciã q̃ ut tibi lachrymas ꝓ tanto tuo in me affectu repẽdam? Ego te ſuſcepi paruu-
lum: cum legatus ad hoſtẽ tuum pergerẽ. Ego iuſtinæ maternis traditũ manibꝰ am-
plexus ſum. Ego tuus iterũ legatus repetiui gallias: & mihi dulce illud officium fuit
ꝓ ſalutẽ tua primo: deinde pro pace atqꝫ pietate qua fraternas reliquias poſtulabas.
Nondũ ꝓ te ſecurus: & iam ꝓ fraternæ ſepulturæ honore ſollicitus. Sed reuerta-
Threñ.2. mur ad threnos: & ipſa doloris ingrediamur uiſcera. Quid teſtabor inqt tibi: aut
quid aſſimilabo tibi filia hieruſalẽ? quis ſaluam faciet te? & quis cõſolabitur te uirgo
filia ſyon? Quia magna facta eſt ſuꝑ te contritio tua: quis ſanabit te? Quis aũt me cõ
ſolabitur: a quo alij petunt cõſolationis officium? Impleuit me amaritudine: inebria-
Hiere.4. uit in felle. Ventrẽ meum doleo: ut ꝓphetico utar eloq̃o: q̃m quẽ in euangelio erã
generaturus: amiſi. Sed ille nõ amiſit gratiã q̃ popoſcit: qui mihi in ſermone quo ute
bar ad plebẽ: hodie ſurrexit. Nã cum in tractatum incidiſſem ꝓpoſitæ lectionis: ꝙ
populus pauꝑ benediceret deũ: quærere cœpi: quis eſſet hic populus: & diſtingue-
re ꝙ eſſet populus: alter diues: alter pauper: diues iudæorũ: pauꝑ eccleſiæ. Diues
ille eloquijs ſibi creditis: iſte pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper: quia
2.Cori.8. congregatus a paupere eſt: illo uidelicet qui pauper factus eſt cũ diues eſſet: ut nos
eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim ſe ut omnes repleret. Sed quomõ pauper
qui habebat æternitatis diuitias & plenitudinem diuinitatis? Deniqꝫ in carne erat &
Matth.26. dicebat: Amodo uidebitis filium hominis ſedentem ad dexterã uirtutis. Et alibi ad
Matth.16. Petrum dicit: Tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo pauper qui regnũ cæleſte
Ibidem.11. donabat? Sed audi quomõ pauper: Tollite inquit iugum meũ ſuper uos: quia mi
tis ſum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper eſt: non indigentia quẽ diuite
illo populo uideo ditiorem. Non ſolũ enim oracula prophetarum: ſed etiam apo
ſtolorum meruit diuino fuſa ſpiritu habere præcepta. Non ergo inopia pauper ſed
Matth.5. ſpiritu: cui dictum eſt: Beati pauperes ſpiritu: ipſorũ eſt enim regnum cælorum. Ve
re beati pauperes qui acceperũt quod diuites non habebant. Ex hoc numero eſt il-
Pſ.33. le ꝓpheticus pauper de quo ſcriptũ eſt: Iſte pauper clamauit: & dominꝰ exaudiuit
Act.3. eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentũ & aurũ nõ habeo ſed quod habeo: hoc do
tibi: In nomine Ieſu naçareni ſurge & ambula. Ille ergo pauꝑ auctor populi pauperis
Pſ.108. dicit: Deus laudẽ meã ne tacueris: quia os pctõris & os doloſi ſuꝑ me apertũ ẽ. Lo-
cuti ſunt ſuꝑ me lingua doloſa: & ſermonibꝰ odij circũdederunt me: & expugnarũt



me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: ego autẽ orabam. Bonũ ſcutũ
oratio: quo omnia aduerſarij ignita ſpicula repelluntur. Orabat ergo dominꝰ Ieſus:
& eius imitator Valẽtinianus orabat. Sed forte dicat᷑: quid ei ꝓfuit ſua oratio? Ec
ce in primo uitæ occidit curſu: de celeritate mortis nõ de genere loquor. Nõ em̃ ac-
cuſationis uoce utor ſed doloris. Sed etiã dominꝰ orabat: & crucifixus eſt. Hoc em̃
orabat: ut peccatũ mundi tolleret. Audiamꝰ ergo quid oret chriſti diſcipulꝰ. Vtiqꝫ
quod magiſter docuit. Docuit aũt ut uigilemus ne intremus in tentationẽ: hoc eſt Matth.16.
ne incidamus in peccatũ. Hæc eſt em̃ tẽtatio chriſtiani: ſi in ſuæ animæ periculũ ꝓla
bat᷑: mortem autẽ timere nõ eſt ꝑfectionis. Rogare aũt quis debeat & ꝓ inimicis ſu-
is: orare etiam ꝓ ꝑſequentibus: ſicut dominꝰ orabat dicẽs: Pater dimitte illis: nõ em̃ Luc.23.
ſciunt quid faciunt. Vide clementiã magnã: illi ſuum ꝑſequebantur auctorẽ: ipſe
aduerſarijs etiã grauia peccata donabat: quinetiã ignorãtiæ uelamine excuſabat ad
miſſum: dicẽs: Quia neſciunt quid faciũt. Nam ſi ſcirent: dominũ nõ perſequerẽtur Ibidem.
ſuum: in cuius poteſtate ac iure ſalutẽ eſſe ſuam arbitrarẽtur. Et quia non ſola chriſti
ꝑſecutores eiꝰ erãt morte cõtenti: addebãt maledicta atqꝫ cõuitia: ut ait ipſe: Maledi Pſ.108.
cent ipſi & tu benedices. Docuit nos ꝙ timere maledicta perſequẽtũ minime de-
beamus: cũ habeamus benedictionis auctorẽ: Nec mouere nos cõuitia debeãt: ubi
præſul eſt qui poſſit auferre maledicta. Quid illud ꝙ mori nõ timuit? Immo ꝓ om-
nibus ſe obtulit dicens: ꝙ fruſtra innoxij in inuidiã uocarent᷑: ꝙ fruſtra ꝓpter ſe alij
1.Ioh.4. dolorē: nihil metuamus. Perfecta eñ charitas timorē expellit foras. Grande nume ri myſterium: quādo pater filiū unicum ꝓ nobis omnibus tradidit: cū pleno luminis ſui orbe luna fulgeret. Ita eſt eñ eccleſia: quæ pie paſcha celebrat domini noſtri Ieſu chriſti ſicut luna pfecta in æternū manet. Quiſq̃s bene hic dñi paſcha celebrat: in lu mine ppetuo erit. Quis ſplēdidius celebrauit q̃ qui ſacrilegos remouit errores: clu ſit tēpla: ſimulacra deſtruxit? In hoc Ioſias rex ſupioribus antelat⁹ eſt. Manet ergo in lumine Theodoſius: & ſanctoꝝ cœtibus gloriatur. Illic nunc cōplectitur Gratianū iā ſua uulnera nō mœrentē: quia inuenit ultorē. Qui licet indigna morte præuētus ac præceptus ſit: requiē animæ ſuæ poſſidet. Ille bonus uterq̃ & pietatis interpres: lar

Pſ.18. gi⁹ miſericordiæ ſuæ cōſortio delectat̃. De quibus bene dicit̃: Dies diei eructat uer bū. Contra aūt Maximus & Eugeni⁹ in inferno: quaſi nox nocti idicat ſcientiā: Do centes exēplo miſerabili q̃ durū ſit arma ſuis principib⁹ irrogare. De quib⁹ pulchre

Pſ.36. dicit̃: Vidi impiū ſupexaltatū & eleuatū ſup cedros libani: & trāſiui & ecce nō erat.

Tranſiuit eñ pi⁹ de caligine ſæculari ad lumē æternū: & nō erat impi⁹: qui eſſe de ſiuit iniquus. Nunc ſe auguſtæ memoriæ Theodoſius regnare cognoſcit: qñ in re gno dñi Ieſu chriſti: & conſiderat templū eius: Nūc ſibi rex eſt: quādo recipit etiā fi liū Gratianū: & pulchra iā dulciſſima ſibi pignora quæ hic amiſerat: qñ eius Flaccilla adhæret fidelis aia deo: qñ patrē ſibi redditū gratulat̃: qñ Cōſtantino adhæret. Cui



licet baptiſmatis gr̃a in ultimis cōſtituto oia peccata dimiſerit: tñ q̃ primus impera torū credidit: & poſt ſe hæreditatē fidei principib⁹ dereliquit: magni meriti locū rep perit: cui⁹ tēporibus cōpletū ē illud ꝓpheticū. In illo die erit qđ ſup frenū equi ē ſan Zacharie.14. ctum dño oipotenti. Qđ illā ſanctæ memoriæ Helena mater ei⁹ infuſo ſibi ſctõſpiri tu reuelauit. Beatus Cōſtantin⁹ tali parēte: quæ imperāti filio diuini muneris quæſi uit auxiliū: quo inter prælia quoq̃ tut⁹ aſſiſteret: & piculū nō timeret. Magna fœmi na quæ multo ampli⁹ inuenit qđ imperatori cōferret q̃ qđ ab impatore accipet. An xia mater ꝓ filio: cui regnū orbis romani ceſſerat: feſtinauit hieroſolymā: & ſcrutata eſt locū dñicæ paſſionis. Stabulariā hanc primo fuiſſe aſſerūt: ſic cognitā Cōſtantio ſeniori q̃ poſtea regnū adept⁹ eſt. Bona ſtabularia quæ tā diligēter præſepe dñi req ſiuit. Bona ſtabularia quæ ſtabulariū nō ignorauit illū q̃ uulnera curauit a latronibus uulnerati. Bona ſtabularia: quæ maluit exiſtimari ſtercora: ut chriſtum lucrifaceret. Ideo illū chriſt⁹ de ſtercore leuauit ad regnū: ſm̃ qđ ſcriptū eſt: Quia ſuſcitat de ter Pſ.112. ra inopē & de ſtercore erigit pauperē. Venit ergo Helena: cœpit reuiſere loca ſan cta: infudit ei ſpūs: ut lignū crucis reqreret: acceſſit ad golgotthā & ait: Ecce loc⁹ pu gnæ: ubi eſt uictoria? Quæro uel uexillū ſalutis: & nō inuenio. Ego inqt in regnis: & crux dñi in puluere? Ego in aulis: & in ruinis chriſti triūph⁹? Ille adhuc latet: & latet palma uitæ æternæ? Quō me redemptā arbitror: ſi redēptio ipſa nō cernit̃? Video quid egeris diabole: ut gladi⁹ quo pemptus es: obſtrueret̃. Sed Iſaac obſtructos ab alienigenis puteos eruderauit: nec latere aquā paſſus ē. Tollat̃ igit̃ ruina: ut uita ap pareat. Promat̃ gladius quo ueri Goliæ caput eſt amputatū. Aperiat̃ hum⁹: ut ſalus fulgeat. Quid egiſti diabole ut abſconderes lignum: niſi ut iteꝝ uincereris? Vicit te Maria quæ genuit triūphatorē: quæ ſine iminutione uirginitatiſ edidit eū: qui cruci fixus uinceret te: & mortu⁹ ſubiugaret. Vinceris & hodie: ut mulier tuas iſidias de prehendat. Illa q̃ſi ſancta dñm geſtauit: ego crucē eius inueſtigabo. Illa generatū de cuit: ego reſuſcitatū. Illa fecit ut de⁹ inter hoies uideret̃: ego ad remediū peccatoꝝ diuinū de ruinis eleuabo uexillū. Aperit itaq̃ humū: decutit puluerē: tria patibula cōfuſa repperit: quæ ruina cōtexerat: inimic⁹ abſconderat. Sed nō potuit oblittera ri chriſti triūphus. Incerto hæret ut mulier: ſed certā indaginē ſanctuſſpūs inſpirat: eo q̃ duo latrones cū dño crucifixi fuerint. Quærit ergo mediū lignū: ſed poterat fi eri: ut patibula inter ſe ruina cōfunderet: caſus mutaret & iuerteret. Redit ad euan gelij lectionē: inuenit qa i medio patibulo prælat⁹ titul⁹ erat: Ieſus naçaren⁹ rex iudæ Ioh.19. orū. Hinc collecta eſt ſeries ueritatis: titulo crux patuit ſalutaris. Hoc eſt: qđ peteti bus iudæis Pilat⁹ reſpōdit: Qđ ſcripſi ſcripſi. Id eſt: nō ea ſcripſi quæ uobis placerēt: Ibidem. ſed quæ ætas futura cognoſceret: nō uobis ſcripſi ſed poſteritati: ꝓpemodū dicenſ: Habeat Helena q̃ legat: unde crucē dñi recognoſcat. Inuenit ergo titulū: regē ado rauit nō lignū utiq̃: qa hic gētilis eſt error & uanitas impiorū. Sed adorauit illū q̃ pe pendit in ligno: ſcriptus in titulo. Illū qui ſicut ſcarabæus clamauit ut pſecutorib⁹ ſuis pctā donaret. Auida mulier feſtinabat tangere remedium imortalitatis: metuebat calcare ſacramentū ſalutis. Læto corde & trepidāti ueſtigio quid faceret neſciebat. Pertēdit tñ ad cubile: ueritatis lignū refulſit: & gratia micuit: ut quia iam fœminā ui ſitauerat chriſtus in Maria: ſpirit⁹ in Helena uiſitaret: docuit etiā qđ mulier ignora bat: & deduxit in uiā: quā mortalis ſcire nō poterat. Quæſiuit clauos quib⁹ crucifi xus ē dñs & inuenit. De uno clauo frenos fieri præcepit: de altero diadema intexu it: unū ad decorē: alterū ad deuotionē uertit. Viſitata eſt Maria ut Euā liberaret: ui ſitata eſt Helena: ut impatores redimerent̃. Miſit itaq̃ filio ſuo Cōſtantino diade ma gēmis inſignitū: quas pcioſior ferro innexas: crucis redēptionis diuinæ gēma cō necteret. Miſit & frenū: utroq̃ uſus eſt Cōſtantin⁹: & fidē trāſmiſit ad poſteros re ges. Principiū itaq̃ credentiū imperatoꝝ: ſanctū eſt qđ ſup frenū: ex illo fides: ut pſecutio ceſſaret: deuotio ſuccederet. Sapiēter Helena egit: quæ crucē i capite regū leuauit: & locauit ut crux chriſti i regib⁹ adoret̃. Nō inſolētia iſta ſed pietas ē: cū de ferat̃ ſacræ redēptiōi. Bon⁹ itaq̃ clau⁹ romani iperatoris: q̃ totū regit orbē: ac ueſtit

principiū frontē:ut ſint prædicatores ꝗ pſecutores eſſe cōſuerunt. Recte i capite cla
uus:ut ubi ſenſus eſt:ibi præſidiū.In uertice corona:in manibus habena. Corona de
cruce:ut fides luceat:habena quoqꝫ de cruce:ut ptās regat:ſitqꝫ iuſta moderatio nō
iniuſta præceptio. Habeant hoc etiā principes chriſti:ſibi liberalitate cōceſſum:ut
Pſ.20. ad imitationē dñi dicat̃ de imperatore romano:Poſuiſti in capite eiꝰ coronā de lapi
de precioſo. Ex illo gratulat̃ eccleſia:erubeſcit iudæus:non ſolū erubeſcit ſed etiā
torquet̃:ꝙ ipe ſibi auctor cōfuſiōis ē.Dū inſultat chriſto:cōfeſſus ē eū regē: dū regē
iudæorū appellauit:ſacrilegiū ſuum qui nō credidit cōfitet̃. Ecce iquiūt:Et crucifi-
ximus Ieſum:ut chriſtiani & poſt mortē reſurgant:& mortui regnēt. Nos crucifixi-
mus quē reges adorant:quē nō adoramus:ipſi adorant.Ecce & clauꝰ in honore eſt:
& quē ad mortē impreſſimus:remediū ſalutis eſt:atqꝫ inuiſibili quadā ptāte dæmo-
nes torquet.Putabamus nos uiciſſe:ſed uictos fatemur.Iterū chriſtus reſurrexit: &
reſurrexiſſe eū principes agnouerunt.Iterū uiuit:qui nō uidet̃. Nunc maior nobis
cōtētio:nūc pugna nobis uehemētior aduerſus eū cui regna famulant̃:cui ſeruit po
teſtas:illū cōtempſimus:quō regibꝰ reſiſtemus? Ferro pedū eiꝰ reges inclinant̃.Re-
ges adorant:& photiniani diuinitatē eiꝰ negāt: Clauū crucis eiꝰ diademati ſuo præ-
ferunt imperatores:& arriani ptāte eius iminuūt? Sed quæro quare ſanctū ſup fre-
nū:niſi ut imperatorū inſolentiā refrenaret:cōprimeret licentiā tyrannoꝝ:qui qua-
ſi equi in libidines adhinnirent: ꝙ liceret illis adulteria impune cōmittere:quæ ne-
ronū:quæ caligularū cæterorūqꝫ ꝓbra cōperimus:quibꝰ nō fuit ſanctum ſup frenū.
Quid ergo aliud egit Helenæ operatio:ut frena dirigeret:niſi ut omnibꝰ imperato
Pſ.31. ribus ſancto dicere ſpiritu uideret̃:Nolite fieri ſicut equus & mulus:Sed in freno &
chamo maxillas eoꝝ cōſtringeret qui ſe nō agnoſceret reges:ut regerēt ſibi ſubdi-
tos? Prona em̄ ptās in uitiū ferebat̃:& more pecudū uaga ſeſe libidine polluebant.
Ignorabant deū:reſtrinxit eos crux dñi:& reuocauit a lapſu impietatis:leuauit ocu-
los eorū:ut chriſtū in cælo quærerēt.Exuerūt ſe chamo pfidiæ:ſuſceperūt frena de-
Matth.11. uotionis & fidei:ſecuti dicentē:Tollite iugū meū ſup uos.Iugum em̄ meū ſuaue eſt:
& onus meū leue eſt.Inde reliqui principes chriſtiani præter unū Iulianū:qui ſalutis
ſuæ auctorē reliquit:dū philoſophiæ ſe dedidit errori:inde Gratianus & Theodoſi-
Eſa.60. us. Nō ergo mentita eſt ꝓphetia dicēs:Ambulabunt reges in lumine tuo. Ambu-
labūt plane:ac maxime Gratianꝰ & Theodoſius præ cæteris principes:nō iam armis
militū ſed meritis ſuis tecti:nō purpureum habitū ſed amictū induti gloriæ. Qui cū
hic delectarent̃ abſolutione multorū: quātomagis illic pepciſſe ſe pluribus recēſen-
do pietatis ſuæ recordatione mulcent̃:qui nunc luce fruunt̃ candida:longe melio-
Baruch.3. ra illic ꝗ hic poſſidebant:habitacula conſecuti dicentes:O iſrael ꝗ magna eſt domus
dñi:& ꝗ ingens locus poſſeſſionis eius:magnus & non habens finē.Et pfuncti maxi-
Threñ.3. mis laboribus inter ſe cōferunt:Bonū eſt uiro cum portauerit iugū graue a iuuentu
te:ſedebit ſingulariter & ſilebit:quia portauit iugum graue. Qui em̄ iugū graue por
tauit a iuuētute:requieſcit:poſtea remotus a turba præcipuū locū quietis ſuæ poſſi-
Pſ.4. det dicens:Qm̄ tu ſingulariter in ſpe cōſtituiſti me. Portauit iugum graue a iuuen
Luc.16. tute ſua Laçarus paup:ideo ſingulariter in ſinu Abraæ requieſcit diuinæ teſtimonio
lectionis. Portauit iugū graue Theodoſius a iuuētute: qn̄ inſidiabant̃ eius ſaluti ꝗ
patrē eiꝰ triūphatorē occiderāt. Portauit iugū graue:qn̄ ſubijt pietatis exiliū:qn̄ in-
fuſis romano imperio barbaris ſuſcepit imperiū.Portauit iugū graue:ut tyrānos ro-
mano imperio demoueret.Sed quia hic in labore:ibi in requie. Sed iam ueniamus
ad auguſti corporis tranſmiſſionē.Fles honori germen auguſtū: & lachrymis pium
teſtificaris affectum:ꝙ inhonorum adhuc honore tumuli patris corpus ꝑ ſpatia mul
ta tranſmittis.Sed & patriarcha Iacob ꝓpter populum liberandū quem tetra fames
graui urgebat periculo:relicta domo ſenex ad peregrina cōtēdit:atqꝫ ibi defunctus
ad ſepulchrū patrium ꝑ aliquot dies filio ꝓſequente deductꝰ eſt. Nec derogatū eſt
aliqd meritis eiꝰ:ſed magis acceſſit ad laudē:ꝙ ꝓ ſuis carens dedita domꝰ ſorte:quo-
dā ſupremi funeris peregrinatus eſt exilio.Fles etiam imperator auguſte ꝙ nō uſqꝫ



conſtantinopolim reuerendas reliquias ipſe ꝓſequeris.Eadem tibi cauſa nobiſcum
eſt:omnes iuſto dolore ꝓſequimur:omnes ſi fieri poſſet:deductoreſ tecū eſſe cupe
remus.Sed Ioſeph ad finitimā acceſſit ꝓuinciā:Hic multa interiacēt regionū diuor-
tia:hic maria tranſfretāda ſunt.Nec hoc quidē tibi laborioſum:niſi te teneret reſpu-
blica:quā boni imperatores & parētibus & filijs prætulerūt. Deniqꝫ ideo te impe-
ratorē pater fecit:dominꝰ cōfirmauit:ut nō ſolū militares patri:ſed oibꝰ imperares.
Nec uereare ne inhonore uideant̃ quocūqꝫ acceſſerint reliquiæ triūphales.Nō hoc
ſentit italia:quæ claros ſpectauit triūphos:quæ a tyrānis iterum liberata cōcelebrat
ſuæ libertatis auctorē.Non hoc cōſtantinopolis quæ ſecūdo ad uictoriā principē mi
ſit:quem cū uellet tenere nō potuit.Expectabat quidē in reditu eiꝰ triumphales ſo-
lēnitates & titulos uictoriarū.Expectabat totius orbis imperatorē ſtipatum exerci-
tu gallicano:& totius orbis ſubnixū uiribus: Sed nunc illuc Theodoſius potentior:
nunc glorioſior redit:quē angelorum caterua deducit:quē ſanctorum turba ꝓſequi
tur.Beata plane quæ paradiſi incolam ſuſcipis:& habitatorē ſupernæ illius ciuitatis
anguſto ſepulti corporis tenebis hoſpitio.

Sancti Ambroſij ad Euſebiū epiſcopū:apparitori præfecturæ offenſam quā con-
traxerat eſſe remiſſam:Fauſtinūqꝫ paruulum tuſſi laborātem ad ſororem ueniſſe re-
ferentis:Epiſtola.XXXV.

Mbroſius Euſebio epiſcopo. Apparitor præfecturæ qui ꝓpter operas por-
a tuenſes offenſam cōtraxerat:iam in portu nauigat:oportune autē aduenit.
Nam ſimul ut accepi litteraſ tuas uidi præfectū:rogaui ꝓ eo:ignouit ilico:iuſ
ſi retrahi epiſtolam quā de facultatibus eiꝰ publicādis dictauerat.Qꝫ ſi tardius ueniſ-
ſet:nemo magis ꝓbaſſet inexplicabile illud opus eſſe portꝰ reformandi: ꝗ iſte qui il-
lic naufragiū fecerat:niſi te habuiſſet gubernatorē: ut aliter nō poſſet inde niſi nudꝰ
exire. Fauſtinus paruulus tuſſi laborat:ad ſanctā ſororē curatū uenit:& uenit ſpon
te.Expertꝰ em̄ eſt melius ſibi uentrē curari.Deniqꝫ & me medicum putat: expectat
prandiū.Itaqꝫ hic bis ad diē curat̃:& cœperat pulchre ualere:ſed dū eū nimio amo-
re abſtinere geſtiūt:tuſſire de uentre plus cœpit & laborabit adhuc:niſi ad medica-
menta ſua reuertat̃. Vale & nos dilige:quia nos te diligimus.

## Liber Sextus.

Sancti Ambroſij ad Sabinū epiſcopum:eos qui indignū duxerint ꝙ Paulinus uē-
ditis facultatibus & ſæculo relicto:ſecretū quoddā elegerit cōfutantis:& cōproban
tis ꝙ nō ignominioſum aut turpe:ſed glorioſum ſit opprobrioſum:uilē & nudū fieri
ꝓ chriſto:Quid etiā denutatio ipſiꝰ Dauid figurauerit exponētis:Epl'a.XXXVI.

Mbroſius Sabino epiſcopo. Paulinum ſplendore generis in partibꝰ
aquitaniæ nulli ſecūdū uenditis facultatibus tam ſuis ꝗ etiā coniugalibꝰ
a in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi: ut ea in pauperes conferat
quæ redegit in pecuniam:& ipſe pauper ex diuite factus tanꝗ deonera
tus graui ſarcina:domui:patriæ cognationi quoqꝫ ualedicat:quo impē-
ſius deo ſeruiat. Elegiſſe autē ſecretum affirmatur nolanæ urbis:ubi tumultum fu
gitās:æuum exigat. Matrona quoqꝫ uirtuti & ſtudio eius ꝓxime accedit:neqꝫ a ꝓ-
poſito uiri diſcrepat.Deniqꝫ tranſcriptis in aliorū iura ſuis prædijs:uirum ſequit̃: &
exiguo illic coniugis contēta ceſpite ſolabitur ſe religionis & charitatis diuitijs. So
boles eis nulla:& ideo meritorū poſteritas deſiderata. Hæc ubi audierint procē-
res uiri:quæ loquētur ex illa familia:illa ꝓſapia:illa indole:tanta præditū eloquentia
migraſſe a ſenatu:interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem:ferri hoc non poſſe. Et
cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant:ſi quādo Iſidis ſuſcipiunt ſacra:ſi forte chriſti-
anus uir attentior ſacroſanctæ religioni ueſtem mutauerit: indignū facinꝰ appellāt.
Equidē doleo tantā eſſe in mendacio obſeruantiā:in ueritate negligentiā: ut con-
fundantur plæriqꝫ:attētiores ad ſacroſanctā religionē uideri:nō cōſiderātes uocem
dicētis:Qui me cōfuſus fuerit corā hominibꝰ:cōfundar & ego eum corā patre meo Luc.9

Exo.2. qui eſt in cælis. Sed nõ cõfuſus eſt Moyſes:qui cũ eſſet aſcitꝰ in domũ regiã:theſau
2.Reg.6. ris ægypti opprobriũ chriſti præferendũ putauit. Nõ cõfuſus eſt Dauid: qui ante
Eſa.20. arcã teſtimonij corã omni populo ſaltauit. Nõ cõfuſus eſt Eſaias:qui nudus & diſ-
calciatus ibat ꝑ populos oracula clamans cæleſtia. Quid utiqꝫ tam deforme uiſibili
ſpectaculo ꝗ hiſtrionicos ſinuare geſtus: & fœmineo uſu mollire membra? Delitia-
rũ comes & luxuriæ ludibriũ eſt laſciua ſaltatio. Quid illud qđ ipſe cecinit dicẽs:
Pſ.46. Oẽs gentes plaudite manibꝰ? Nẽpe ſi corporalia cõſideremꝰ:tanꝗ muliebribus in-
termixtũ choreis: putamus eũ cõcrepare manibꝰ:& turpi ſono plaudere. Nã & de
Ezech.21. Eçechiel dictũ eſt:Plaude manu:& ꝑcute pede. Sed hæc quæ corporeo aſpectu fi-
unt turpia:ſacroſanctæ religionis cõtẽplatione reuerẽda ſunt:ut q iſta reprehẽdũt:
ipſi in laqueos reprehẽſionis animas ſuas induãt. Deniqꝫ reprehẽdit Michol ſaltan
2.Reg.6. tẽ Dauid & ait ad eũ:Quid honorificatꝰ eſt hodie rex iſrael: qa denudatꝰ eſt hodie
ante oculos puellarũ ſuarũ?Et reſpõdit ei Dauid:Corã dño ludam qui elegit me ꝓ
patre tuo & ꝓ uniuerſa domo eius:ut cõſtitueret me regem ſuꝑ populũ ſuum iſra-
el.Et ludam corã dño:& denudabor adhuc ſic:& ero nugax ante oculos tuos: & cũ
puellis quibus dixiſti me denudatũ:honorificabor. Nõ erubuit igiť Dauid fœmi-
neas opiniones: nec opprobria apud mulieres ſubire ꝓ religionis obſequio: uere-
cũdatus eſt.Ludebat eñ dño puer ſuuſ:& ideo amplius placuit:qa ita ſe humiliauit
deo:ut regale poſt haberet faſtigiũ:& ultimũ exhiberet deo quaſi ſeruulus miniſte
riũ. Deniqꝫ illa quæ ſaltationẽ hmõi reprehẽdit:ſterilitatis dãnata non dedit ſobo
lem regiam:ne ſuꝑbos crearet:& qđ uerũ eſt:nullã eſt adepta poſteritatis ſuæ meri
torũqꝫ ſucceſſionẽ. Qꝫ ſi quis adhuc dubitat:accipiat euangelicũ teſtimonium.Di
Matth.11. xit eñ dei filius:Cantauimus uobis & nõ ſaltaſtis. Derelicti ſunt itaqꝫ iudæi qui non
ſaltauerũt:qui neſcierũt manibus ſuis plaudere.Aſcitæ ſũt gẽtes quæ ſpiritualẽ deo
Eccs.4 plauſum dederunt.Stultus eñ cõplexus eſt manus ſuas:& deuorauit uiſcera ſua:id
eſt:corporalibꝰ ſe implicauit negocijſ:& deuorauit uiſcera ſua ſicut mors præualẽs:
& ideo nõ inueniet uitã æternã.Sapiens aũt attollens opera ſua:ut luceret corã pa-
tre ſuo qui in cælis eſt:nõ aſſũpſit ſed eleuauit uiſcera ſua uſqꝫ ad reſurrectionis gra-
tiã. Hæc glorioſa ſapientis ſaltatio:quã ſaltauit Dauid:& ideo uſqꝫ ad ſedem chriſti
ſublimitate ſpũalis ſaltationis aſcendit:ut uideret atqꝫ audiret dicentẽ dominũ dño
Pſ.109. ſuo:Sede a dextris meis. Ergo ſi nõ abſurde cecidiſſe nobis hãc de ſaltatiõe inter-
pretationẽ iudicaş:nõ ſuꝑſedeas adhuc lectionis laborẽ:ut etiã de Eſaia mecũ recẽ-
ſas qđ bene tibi cognitũ eſt illum nõ ludibrioſe ſed glorioriſſime denudatũ eẽ in cõ-
ſpectu populorũ occurſantiũ:utpote qui oracula domini ore ꝓprio reſultabat. Sed
forte aliqs dicat .Nõ igiť erat turpe:ut uir nudus oino iret ꝑ populos: cũ ei & uirilis
ſexus & muliebris occurreret?Nõ ipſa ſpecies offẽdebat oculos omniũ:& maxime
mulierũ?Nõne ipſi nos inſpicere nudos plærũqꝫ reueremur?Deniqꝫ idcirco idumẽ
tis operiunť genitalia hominũ:ne deformi uiſu obtutũ aciẽqꝫ ꝑſtringant oculorũ in-
tuentium. Acquieſco & ego:ſed cõſidera quæ figura ſit facti huius:quidue præten
dat ſpecies hmõi.Eo ꝙ ita nudi ambulabunt pueri iudæorũ & uirgines in captiuita-
tẽ deducti:ſicut puer inquit meus Eſaias uadit nudus & excalciatus.Potuit quidem
hoc & ſermone exprimere:ſed exẽplo acerbare maluit: ut ſpecies ipſa plus incute-
ret horroris:& qđ in ꝓphetæ corpore aduerſabanť:in ſe ꝑtimeſcerẽt. In quo igitur
horror grauior turpitudinis:in corpore ꝓphetæ:an in ꝑfidorũ peccato qđ tãtã me-
ritis ſuis erũnã incidit captiuitatis? Quid ſi in ꝓphetico corpore nihil opprobrij?
Ille eñ corporalibus nõ intẽdebat ſed ſpiritualibus. Nãqꝫ in exceſſu mentis nõ di-
Pſ.84. cit:Audiam quid loquar:ſed quid loquať in me deꝰ.Neqꝫ attẽdit utrũ nudus:an ue-
Gen.3. ſtitus ſit. Deniqꝫ Adam ante peccatũ nudus erat:ſed nudũ ſe neſciebat: qa erat in-
Ibidẽ.9. dutus uirtutibꝰ.Poſteaꝗ uero peccatũ cõmiſit:nudũ ſe eſſe uidit & texit.Noe nuda
tus erat ſed nõ erubeſcebat:quia erat plenus iocũditatis & ſpũalis læticiæ. Deniqꝫ q
Ibidẽ.39. eũ riſit ut nudũ:ipſe mãſit perpetuæ obnoxiꝰ opprobrio turpitudis.At uero Ioſeph
ne turpiter nudareť:ueſtẽ reliquit & nudus aufugit.Quis igiť turpis:illa quæ ueſtẽ



alienam tenuit:an is qui ſuam exuit? Sed ut plenius liqueat:quia nõ ſe:neq; ea quæ
iuxta pedes ſunt:ꝓphetæ aſpiciunt ſed cæleſtia:Lapidabatur Stephanꝰ:& uidebat Act.7.
cælos apertos & Ieſum ad dexterã dei ſtantem.Et ideo lapidum ictus nõ ſentiebat
corpori:nõ cõſiderabat uulnera:ſed oculis erat chriſto affixus:illi adhærebat. Er-
go & Eſaias nudũ ſe nõ conſpicabatur ſed diuinæ uocis organũ ſe præbebat: ut pro- Eſa.20.
meret qđ in eo loquebať deꝰ. Sed eſto ut ſe uideret:poterat nõ facere qđ iubeba-
tur?Poterat turpe arbitrari qđ imperabat deꝰ? Sara quia riſit:incredulitatis coar- Gen.18.
guta eſt.Abraam laudatus quia in uerbo dei nõ hæſitauit.Et donatuſ remuneratio- Ibidẽ 15.et 22
ne maxima:quia iubente deo pie poſſe fieri credidit etiã paricidum. Hic igitur qd
uerecundiæ eſſet ꝓphetæ:ubi aliud gerebatur & aliud figurabatur? Iudæi ꝓpter
flagitia ſua deſtituti domino deo:cœperant uinci ab aduerſarijs ſuis:conferre ſe uo-
lebant ad ægyptios:ut ſibi eſſent præſidio aduerſum aſſyrios: qui redire magis ad fi
dem ſi bonis conſulerent debuiſſent.Iratus dominus ſignificat uanã illos ſpem gere
re:qui offenſam domini putarũt maiore peccato leuandã:cum illi ipſi uincẽdi forẽt:
in quorum auxilijs populus iudæorũ confideret. Hoc ſꝫm hiſtoriam. Figura au-
tem illa:quia in ægyptijs confidit qui luxurijs deditus eſt:mancipatus laſciuiæ. Ne-
mo autem ſe luxui cõmittit niſi qui recedit a præceptis dei ueri. Vbi autem cœperit
quis luxuriari:incipit deuiare a fide uera.Ita duo maxima cõmittit crimina :oppro-
bria carniſ:& mentis ſacrilegia.Ergo qui non ſequitur dominũ deum ſuum:ingurgi-
tat ſe luxuriæ ac libidini peſtiferis corporis paſſionibus. Qui autẽ ſe ingurgitauerit
atque immerſerit huiuſmodi uolutabris:perfidiæ laqueos incurrit.Sedit eñ popu- Exo.32.
lus manducare & bibere:& fieri ſibi deos popoſcit.Vnde docet dominus quoniam
qui duobus iſtis flagiciorũ generibus dederit animã ſuam:exuitur indumento non
ueſtis laneæ ſed uiuidæ uirtutis:cuius amictus nõ temporalis ſed æternus eſt. Va-
le & nos dilige quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Chromatium:ex illo quod in libro Numerorum a Balaam di-
ctum eſſe legitur:Quia non mentitur deus:Nec eſt augurator in iſrael: diſcutientis
unde habuerit iſte qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manifeſta-
ret.Epiſtola.XXXVII.

a Mbroſius Chromatio. Nũquid nam mẽtitur deus?Sed non mentiť: quia
impoſſibile eſt mentiri deũ.Impoſſibile quoqꝫ iſtud nũquid nam infirmitatis
eſt?Nõ utiqꝫ.Nam quõ omnia põt:ſi aliquid efficere nõ poteſt? Quid ergo
ei impoſſibile?Nõ qđ uirtuti arduũ ſed qđ naturæ eius cõtrariũ. Impoſſibile inquit
eſt ei mentiri. Impoſſibile iſtud nõ infirmitatis eſt ſed uirtutis & maieſtatis. Quia
ueritas nõ recipit mendaciũ:nec dei uirtus leuitatis errorem.Ideoqꝫ ſit deus uerax:
omnis autẽ homo mendax.Veritas itaqꝫ ſemꝑ in eo eſt:fidelis manet: mutare ſe &
negare nõ poteſt.Si eñ uerum ſe negat:mentitur.Mentiri autẽ nõ uirtutis ſed infir
mitatis eſt.Nec mutare ſe põt:quia natura eius nõ recipit infirmitatẽ.Hoc igitur im
poſſibile eius:plenitudinis eſt:quæ minuere ſe & augere nõ poteſt: nõ infirmitatis
quæ in eo ꝙ ſe auget:imbecilla eſt. Ex quo colligiť impoſſibile dei potẽtiſſimũ eẽ.
Quid eñ potẽtius ꝗ neſcire quicquid infirmitatis eſt? Eſt tñ & aliud infirmũ dei qđ 1.Cor.1.
fortius eſt hominibꝰ:& ſtultũ dei qđ ſapiẽtius eſt hoĩbus:ſed hoc crucis:illud diuini
tatis.Si ergo qđ infirmũ eius:potentia eſt:qđ potẽtiæ:quõ infirmũ eſt? Sit igiť no
bis poſitũ :quia nõ mentiť deus. Sed nec augurator augurij ĩ iſrael:ſꝫm legem dei. Numeri.23.
Quomõ ergo Balaam ꝓhibitũ ſe oraculo dei dicit ut uadat ad maledicendũ po-
pulo iſrael:& iuit & occurrit ei angelus domini qui eum ꝓhiberet ꝑgere:ita ut obſi-
ſteret aſinæ eiꝰ quæ uehebat eũ.Et nihilominꝰ & ipſe dixit ei ut iret: ſed hoc diceret
qđ ſibi infunderet? Si augurator nõ ẽ in iſrl: unde iſti oraculũ dei ꝙ futura manife-
ſtauit:qui augur erat?Si oraculũ dei loquebať:unde meritũ diuinæ aſpiratiõis aſſũ-
pſerat? Sed nõ mireris ĩfuſum auguri a dño qđ loqueretť:qñ ĩfuſum legis in euãge-
lio etiã principi ſynagogæ uni ex ꝑſequẽtibꝰ chriſtũ: Quia oportet unũ hoĩem mo- Ioh.11.
ri ꝓ populo.In quo non ꝓphetiæ meritũ:ſed aſſertio ueritatis eſt:ut aduerſariorum

teſtimonio manifeſtareť:quo ꝑfidia non credentiũ:uocibus ſuorũ augurũ redargu
eretur.Ideo Balaã ille chaldæus aſciť ad fidẽ: ut chaldæorũ ſupſtitio conticeſceret.
Non igiť cõfitentis meritũ:ſed uocantis oraculũ eſt reuelãte dei gratia. Quid igiť
cõtraxit offenſionis:niſi quia aliud loquebať:aliud machinabať? Deus em̃ uas mun
dum requirit:nõ immũdicia inquinatũ & ſordibus. Tentabať igiť Balaam: nõ ꝓba
batur. Erat em̃ plenus fallaciæ ac doli Deniqꝫ cũ primo cõſuliſſet utrum ad illũ uani
tatis populũ deberet ꝑgere:& ꝓhibitus eſſet:excuſauit:poſtea miſſis legatis hono
ratiorib⁹:ꝓmiſſis uberiorib⁹:munerib⁹cumulatiorib⁹illectus:q renũciare debuerat:
iteꝝ conſulendũ putauit:quaſi deus precio aut munerib⁹ inflecteret. Reſponſũ eſt
quaſi auaro:nõ quaſi ei qui uerũ quæreret:ut illuderet potius q̃ informaretur. Cœ
pit ire:occurrit ei angelus in anguſto:demõſtrauit ſe aſinæ nõ demõſtrauit auguri.
Ille ſe reuelauit:iſtũ obtriuit:tamẽ ut aliq̃n & ipſe cognoſceret:aperuit oculos ei⁹: ui
dit:& adhuc tñ nõ credidit euidenti oraculo:& qui uel oculis credere debuiſſet: in
uoluta & ambigua reſpondit. Tunc indignatus dñs:ꝑ angelũ dixit: Vade:ſed quæ
cunqꝫ tibi inſpirauero:hæc dices:id eſt:nõ quæ uis ſed quæ cogeris loqui. Quaſi or
ganum inane ſonũ meis præbebis ſermonib⁹:Ego ſum qui loquar nõ tu:qui ea quæ
audieris reſultabis & quæ nõ intelliges. Nihil ꝓficieſ eundo qui ſine mercede reme
Numeri.23. abis pecuniæ & ſine ꝓfectu gratiæ. Deniqꝫ ea prima uox ei⁹ eſt: Quid maledicã cui
nõ maledicit deus? Vt oſtenderet nõ in ſua uoluntate eſſe benedictionẽ hebræi po
puli ſed in dei gratia. A ſummis inquit mõtibus conſpiciã eum:quoniã nõ oculis cõ
prehendere poſſum hunc populũ qui habitabit ſolus fines ſuos:nõ locoꝝ poſſeſſio
ne diſterminans:ſed uirtutis incolatu & morũ ſingulariũ ꝓprietate:in æterna diffun
dens ſæcula. Quis em̃ annumerabiť ei de nationib⁹alijs:qui finitimoꝝ populorũ ex
cedit conſortia iuſticiæ ſublimitate:quis cõſtitutionẽ generationis ei⁹ colliget? Cor
pora quidẽ eoꝝ humanis ſeminibus cõcreta & figurata aduertimus: ſed de ſuperi
oribus & mirabilib⁹ ſeminarijs animæ eoꝝ pullulauerunt. Moriať anima mea in ani
mis eorum:moriať hanc corporalẽ uitam:ut in animis iuſtoꝝ illius æternæ uitæ adi
piſcatur gratiã. In quo iam tunc ſacramẽti hui⁹ cæleſtis: & ſacri baptiſmatis reue
lata eſt magnificẽtia:ꝑ cuius operationẽ moriũtur homines culpæ ueteri & iniquo
rum operib⁹:ut nouitate uitæ in cõſortia iuſtorum traſſigurati:in eorũ mores reſur
gant. Et quid mirũ de hominib⁹:cũ moriantur peccato:ut deo uiuant? Hæc audi
ens Balach indignat⁹ eſt dicens: Ad maledicendũ te adduxi:& tu benedicis? Re
ſpõdit ille:Calũniã patior de eo qđ neſcio. Ego em̃ nihil meũ loquor: ſed quaſi cym
balum tinniens ſonũ reddo. Iteꝝ alio atqꝫ alio tranſductus:cũ uellet maledicere:be
nedicebat. Nõ eſt labor in Iacob neqꝫ dolor:deus illũ ꝓtegit. Et infra. Iubet parari
aras ſeptẽ & ſacrificia. Vtiqꝫ debuit diſcedere:ſed ꝑ infirmitatem mẽtis:& mutabi
litem ſentẽtiæ putabat ꝙ auertere poſſet dei uoluntatẽ. Ipſe autẽ ꝑ exceſſum mẽtis
Ibidem.24 aliud cupiebat & aliud loquebať. Q̃ ſpecioſa inquit habitacula tua o hebræorũ mili
tia. Tabernacula tua ſicut nemora obumbrãtia:ſicut paradiſus ſupra fluuiũ: & ſicut
cedrus ſecus aquas. Exibit homo ex Iacob:& obtinebit multas gentes: & attolletur
regnũ eius in altum:in terris quoqꝫ extendet principatũ ſuum in ægyptum. Qui be
nedicent eũ benedicẽtur:& qui maledixerit ei:maledicti erunt. Quem igitur niſi
Heb.4. chriſti populũ ſignificat & benedicit deus? In cui⁹ medullas uerbũ dei deſcendit:uſ
qꝫ ad diuiſionẽ animæ artuum quoqꝫ & medullarum:In quo habuiſſet Balaam grati
am dñi:ſi id ex ſentẽtia & affectus ſui ꝓpoſito feciſſet. Sed quia reuinciť mala mẽs
conſilijs ſuis:& occulta animi ꝓduntur exitu:ideo ſequentibus inſidijs animus eius
aperiť. Vnde & dignam mercedẽ ſuæ iuenit maliuolẽtiæ. Nam cũ aduerteret ꝙ nõ
poſſet in exceſſu mentis poſitus maledicere:dat conſiliũ regi dicẽs:Illa ſint oraculo
rum:quæ deus præcepit: accipe conciliũ aduerſus oracula dei. Populus iſte iuſtus
eſt:habet ꝓtectionẽ dei:quia nõ diuinationib⁹ & augurijs ſeſe dedit:ſed ſoli æterno
deo:ideo cæteris fide præſtat. Interdũ tñ & fideles mẽtes corporis labunť illecebra
& formæ lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimæ: & plæræqꝫ non indecores pulchri



tudine. Virilis aũt ſexus nullo magis lubricus q̃ muliebri decore cito capitur: & ma
xime ſi ardor mentiũ alloquijs inflãmetur frequẽtibus:& quaſi facibus inardeſcat: ſi
ſpem potiendi hauriat:affectũ deferat. Iaciant igitur mulieres tuæ uocibus ſuis ha
mos:nec difficiles primos cõgreſſus ſuos præbeant:ſed & uiſu faciles & dictu affabi
les circũerrent:& toto ſe circũfundant exercitui:atqꝫ arte hos tractent uiros: ut con
cubitu nõ indulgeant:niſi amoris mutui fidẽ conſortio ſacrilegij cõprobauerint. Sic
enim poterunt cæleſti protectione deſtitui:ſi ipſi a dño deo ſuo ſacrilegijs deuiaue
rint. Nõ igiť iuſtus Balaam:utpote cõſiliarius fornicationis & ſacrilegij: Sicut euidẽ
ter etiã in Apocalypſi ſcriptũ Iohãnis euangeliſtæ eſt:dicente dño Ieſu ad angelum Apoc.2.
eccleſiæ pergami. Habes illic tenẽtes doctrinã Balaam:qui docebat Balach mittere
ſcandalum corã filijs iſrael:manducare immolata & fornicari. Ita habes & tu tenen
tes doctrinam nicolaitarũ. Quo apparet inde manichæoꝝ ſacrilegia manaſſe: qui
miſcent atqꝫ adiungunt ſacrilegiũ turpitudini. Ergo nec deus iniuſtuſ:nec mutabi
lis eius ſentẽtia. Deprehẽdit em̃ mentẽ eius & occulta cordis:& ideo tẽtauit eũ qua
ſi diuinũ:non elegit quaſi ꝓphetam. Et utiqꝫ uel tantoꝝ oraculorũ gratia: & reue
lationũ ſublimitate conuerti debuit:ſed anim⁹ nequiciæ plenus uerba ꝓmpſit: nõ fi
dem detulit:cõſilijs infirmare cupiens qđ annũciabat futurum. Et quia oracula frau
dare nõ poterat:cõſilia fraudulenta ſubminiſtrabat:quib⁹ leues populi iudæorũ tẽ
tati quidẽ ſunt:ſed nõ expugnati. Vnius em̃ uiri ſacerdotis iuſticia ſolutũ eſt omne
facinoroſi hominis conſiliũ:multoqꝫ mirabilius ꝑ unum hominẽ potuiſſe liberari ex
ercitum patrũ q̃ potuiſſe decipi. Hoc munuſculũ ſanctæ menti tuæ tranſmiſi: quia
uis me aliquid de ueteꝝ ſcriptorum interpretatiõib⁹ paginare. Ego autẽ aſſumpſi
epiſtolas familiari ſermone attexere redolẽtes aliquid de patrũ moribus:quarũ gu
ſtum ſi ꝓbaueris:poſt hæc hmõi mittere non uerecũdabor. Malo em̃ ſenilib⁹ uer
bis de ſupernis rebus allucinari tecum:qđ græce dicunt αΔολεσχέισ λήξη λεησ
αμισαχει ςομάιΔιομ αΔολεσχέισθά. ut enitente Rebecca futuræ eccleſiæ ani
mo uidens myſteria:malo inquã allucinari tecum uerbis ſenilibus:ne uidear artem
deſiſſe:q̃ concitatioribuſ deflare aliquid iam nec ſtudijs noſtris aptũ nec uirib⁹. Va
le & nos dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ:rationẽ huic quæſtioni reddẽtis: Cur prius om
nia uel uolatilia uel terreſtria uel quæ in aquis ſunt ꝓducta fuerint:q̃ homo propter
quẽ cuncta illa creata ſunt formareť:Epl'a. XXXVIII.

Mbroſius Horontiano. Moueri te inſinuaſti mihi lecto hexaemero ꝙ ip
a ſe ſcripſi. Quia cũ tantũ diuinæ ſcripturæ ſerie uel ſtilo ſermonis mei collatũ
aduerteres homini quantũ nulli in hac terra animantiũ:prius omnia uel uo
latilia:uel terreſtria:uel quæ in aquis ſunt ꝓduxerit terra uel aqua:q̃ homo propter
quẽ illa creata ſunt generareť. Eiuſqꝫ rei rationẽ de me requirere quã & Moyſes ſi
luerit:& ego nõ auſim attingere. Et forte ille oraculi interpres diuini conſilio conti
cuerit:ne cæleſtis diſpoſitionis arbitrũ ſe & conſiliariũ præſtare uidereť. Aliud eſt
enim loqui qđ infundebať a dei ſpiritu:aliud uoluntatẽ dei interpretari. Nos autẽ
nõ quaſi interp̃tes dei:ſed quaſi ex uſu humano rationis ſeminaria colligẽtes:exiſti
mamus poſſe nos ex eo qđ humano uſui in cæteris rebus ipſe dñs infuderit: opina
ri:qm̃ decuit hominẽ poſtremũ creari. Et em̃ qui conuiuiũ adornat:ut ille euange Matth.22.
licus diues(Ooportet em̃ diuina diuinis cõferamus:quo melius colligere poſſim⁹.)
utiqꝫ omnia prius præparat:tauros & ſaginata occidit:& tunc amicos ad cœnã inui
tat. Prius ergo quæ leuiora ſunt parantur:& tunc rogať honoratior. Vnde & domi
nus homini ante animaliũ cæterorũ præparauit epulas:tunc ipſum quaſi amicũ ad
ſuum uocauit cõuiuiũ. Et uere amicũ quaſi charitatis diuinæ participem & hæredẽ
gloriæ. Deniqꝫ ipſe dicit: Amice quõ huc ueniſti ad nuptias? Præcedentia ergo mini Ibidẽ.
ſteria ſunt:amicuſqꝫ poſtremus rogať. Accipe aliud. Quid eſt mũdus niſi quidam
agon plenus certaminũ? Vnde & in Apocalypſi dñs ait: Vincẽti dabo coronã uitæ. Apoc.2.
Et Paulus ait:Certamen bonum certaui. Et alibi: Nemo niſi qui legitime certauerit 2.Timoth.4. Ibidẽ.2.
b

coronatur. Huius agonis inſtaurator utiq; omnipotẽs deus eſt. Qui igitur agonẽ
ſuſcipit in hoc ſæculo:nõne omnia præparat quæ agoni ſunt neceſſaria: & tunc ath-
letas uocat paratis præmiorũ infulis certaturos ad coronã:ne morã patiatur qui ui-
cerit:ſed præmio donatus recedat: Præmia ergo hominis: terraꝝ fructꝰ ſunt & cæ-
li lumina.Illa ad uitæ præſentis uſum:hæc ad ſpem uitæ æternæ. Quaſi athleta igi-
tur poſtremus ingredit̃ in agonẽ:erigit ad cælum oculos:uidet quia & cæleſtis crea
Ro.8. tura uanitati ſubiecta eſt nõ ſpõte:ſed ꝓpter eum qui ſubiecit in ſpe. Videt quia om
nis creatura congemiſcit expectans redemptionẽ. Videt quia omnis manet labor:
erigit oculos:uidet coronas luminũ:lunæ & ſtellarũ globos conſiderat. Quoniã iu-
ſti qui uicerint: erunt ſicut ſtellæ in cælo.Et caſtigat corpus ſuum:ne ſibi aduerſetur
in certamine:ungit oleo miſericordiæ: exercet diurna uirtutis palæſtra: puluere ſe
oblinit ſtadij currit non quaſi in incertũ: ictus dirigit:lacertos excutit:ſed nõ inuacu
um:ꝑcutit aduerſarium quẽ non uidet:quia illum ſolũ attendit:cui cedũt omnes eti
am qui nõ uidẽtur:in cuiꝰ nomine ꝑtãtes aereæ diuerberant̃. Ille ergo ictum librat:
& chriſtus ꝑcutit.Ille calcẽ leuat:& chriſtus in uulnus dirigit. Deniq; & ſi non uide-
bat Paulus quos cæderet:nõ quaſi aera tñ cædebat:quia in chriſti prædicatione om
nes ſpirituales nequicias quæ ſibi aduerſabãt̃ cõuulnerabat. Nõ imerito ergo po-
ſtremus homo ingreſſus eſt ſtadiũ:cui parabat̃ corona: ut eum præcederet cælum
Eph.6. quaſi ſui præmiũ. Sed non ſolũ aduerſuſ nequiciæ ſpiritualia quæ ſunt in cæleſtibꝰ:
ſed etiã aduerſus carnẽ & ſanguinẽ lucta nobis:lucta aduerſus ſatietatẽ:lucta cũ ipſis
frugibus terræ:lucta cum uino quo etiã iuſtus inebriatus eſt: quo etiã integer iudæ-
orum exercitus ſupplantatus eſt:Lucta cũ feris beſtijs:lucta cũ uolatilibus cæli: qui-
bus caro ſaginata nõ redigitur in ſeruitutẽ.Lucta cum periculis itineꝝ: periculis flu-
2.Cori.11. minũ:ut ait Paulus:Lucta cũ uirgultis arborũ quibꝰ cædebant̃ apoſtoli. Vides quã-
ta certamina. Terra ergo exercitiũ eſt hominis:cælum corona. at quaſi amicum
igitur præcedere debuerũt miniſteria:aut quaſi athletam corona & præmia. Spe-
cta aliud.In omnibꝰ rebꝰ præſtantiora ſunt principia & finis.Si domũ cõſideres: po-
tiora omnibꝰ fundamẽta & culmina:ſi agrum:ſatio & meſſis:plantatio & uindemia.
Q iocunda inſitiua arborũ:q̃ fructus uotiui.Ita ergo & cælũ primo eſt conditũ: no-
uiſſimus homo quaſi quædã cæleſtis in terris creatura.Nam & ſi corpore cũ beſtijs
1.Cori.15. confert̃:animo tamẽ cæleſtibus annumerat̃.Sicut eñ portauimus imaginẽ terreni
ita portamus & imaginẽ cæleſtis. Quõ non cæleſtis qui ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
factus eſt dei: Recte ergo in conſtitutione mundi:primum cælum & nouiſſimũ cæ
lum:in quo qđ ultra cælum eſt:deuſ cæli eſt.Deniq; de eo magis accipit̃:Cælũ mihi
thronus.Non eñ deus ſupra elemẽtum ſedet ſed in corde hominis. Vnde & domi
Ioh.14. nus ait: Veniemus ad eũ & manſionẽ apud eũ faciemus. Principiũ ergo operis mũ
dani cælum:finis homo.Cælum de mũdo:homo ſupra mundũ.Illud eñ mundi por
tio:iſte paradiſi incola:chriſti poſſeſſio.Cælũ icorruptibile putat̃ & præterit: homo
corruptibilis habet̃ & incorruptionẽ induit. Illius figura perit:iſte quaſi immortalis
reſurgit. Vtrũq; tñ manus dñi fecerunt ſm ſcripturæ auctoritatẽ. Sicut eñ de cæ-
Ps.101. lis legimus:Et opera manuũ tuarũ ſunt cæli: ita & homo dicit: Manus tuæ fecerunt
Ps.118. me & plaſmauerũt me. Similiter quoq; enarrant dei gloriã:& ut cælũ ſtellarũ fulget
ſplẽdoribus:ita & hoies meritorũ luminibus micant:quorũ opera corã patre ſuo lu-
cent:qui eſt in cælis.Firmamentũ cæli ſupnũ illud:hoc quoq; nõ diſſimile firmamen
Matth.16. tũ:De quo dictũ eſt:Sup hanc petrã ædificabo eccleſiam meã.Illud firmamentũ ele
mentorũ:hoc uirtutũ.Iam illud præſtantius ſuxerũt oleũ de firma petra. Petra eñ
caro chriſti:quæ cælum & totum mundũ redemit. Quid illa attexam: & quaſi toto
2.Petri.1. ſtadio te urgeam:ꝙ hominẽ deꝰ diuinæ fecit conſortẽ naturæ:ſicut in epiſtola Petri
legimus. Vnde nõ imerito quidã ait:Cuius & genus ſumus. Dedit eñ nobis de co
gnatione ſua rationabilis ſcilicet naturæ: ut quæramus illud diuinũ qđ nõ longe eſt
Act.17. ab unoquoq; noſtrũ:in quo & uiuimus & ſumꝰ & mouemur. Cũ itaq; cõtuliſſet hõi
qđ eſt gratiarũ maximũ: q̃ſi chariſſimo & domeſtico animãti cõceſſit ea quæ in hoc



mundo ſunt omnia:ut nullius indigeret qđ eſſet neceſſariũ uel ad uitã uel ad bonã
uitam. Quorũ alia miniſtraret abundantia copiarũ terreſtriũ ad uoluntatis ꝑfuncti-
onẽ:alia cognitio ſecretorũ cæleſtium:quæ mentẽ inflãmaret hominis amore & de
ſiderio diſciplinarũ. Per quas ad ſublime illud diuinorũ penetraliũ poſſimus ꝑueni-
re. Vtrũq; igitur præſtantiſſimũ: ut & ſubiectas haberet omnes mũdi opes: omnia
uolatilia terreſtria:etiã piſces & uſum maris:tanq̃ rex elementorũ. Ac ſine labore:ſi-
ne indigentia:ad imitationem & ſimilitudinẽ uenerandi auctoris abũdaret omnibꝰ:
atq; in ſumma degeret copia:& uias ſibi aperiret graduſq; admoueret:ꝑ quos ad cæ
li aſcendat regiam. Cuius difficilis itineris uiatorẽ nõ facile reperies:illum uirũ qui
ita ſit animi inductione formatus ac uolũtate:ut minima ſibi cum ſuo corpore ſit fa-
miliaritas:neq; in ullum ingrediat̃ uitiorum cõtuberniũ:nullis aſſentantiũ pumicet̃
ſermonibus. Neq; in rotis ſecundorũ temporũ poſitus humiles faſtidiat: mœſta fu-
giat:ſanctorũ laudes excutiat atq; eleuet. Neq; gloriæ ardore aut pecuniæ præſum
ptæ ſpei omnẽ exurat cupiditatẽ:Cuius animũ nõ inflectat mœſtia:nõ frangat iniu-
ria:nulla ſollicitet ſuſpitio:libido nõ excitet:nõ expugnent paſſiones corporis: non
inquietet uanitatũ appetentia:uoluntatũ gratia. Iam ſi adiũgas ei uirtutes: caſtimo
niã: ſobrietatem ac temperantiã: facile refrenare potẽs ſit immoderatos impetꝰ le-
uium paſſionũ:menſurãq; imponat delectationibus ſuis & cupiditatibꝰ: Aequitate
ambigua diſtinguat:tranquillitate mentis dubia cõponat. Et uelut cõpoſitiſ omnibꝰ
corporis & mentis iurgijs quaſi bonꝰ arbiter inoffenſam teneat exterioris hominis
atq; interioris concordiã placidans eos in ſemetipſo:ac ſi cauſa exigat:nullus eũ ma
lus conſiliarius reuocet metus a paſſionis corona:Is plane non ſolũ quaſi amicus ſed
etiã quaſi filius aſſumetur a patre:ut diuitias gloriæ & hæreditatis eius adipiſcatur.
Merito ergo poſtremus quaſi finis naturæ formatꝰ ad iuſticiã inter cætera animã-
tia iuſti arbiter. Et ſi licet exemplũ arceſſere:ſicut inter hoies finis legiſ chriſtus ad Ro.10.
iuſticiã omni credẽti:& nos tanq̃ iumenta contẽplatiõe domini. Sic eñ ꝓpheta ait:
κτήνωδης ἐγενήθην παρά σοι.id eſt:iumentũ exiſtimatꝰ ſum apud te. Et quæ tñ Ps.72.
cõparatio:cũ ille ꝑeũtes redemerit: nos imolemꝰ. Ille ſeruos ad libertatẽ uocauerit:
nos liberis irrogemus captiuitatẽ: Sed quis ſimilis deo ꝓceſſit: Tñ poſtremus crea
turaꝝ omniũ homo:ſpecie gratus:mẽte ſublimis:ut omni eſſet creaturæ miraculo.
In quo ad ſimilitudinẽ æterni dei νοῦς eſſet inuiſibilis:humana ſpecie amictꝰ. Hinc
eſt νοῦς animæ uigor principatũ aiæ & corporis ſibi quaſi rector uendicans. Quẽ
etiã ſi non uidẽt animalia cætera:tñ reformidant:ſicut nos deũ:quẽ quia nõ uidemꝰ
timemus:& eo plus metuimus:quia nõ uidemus. Nãq; ut ad imaginẽ eius & ſimi-
litudinẽ: ſicut ſcriptũ eſt:præſumamus dicere: cũ ille ſe fundat maieſtatis ſuæ pleni-
tudine:& uideat omnia:cælũ:aerẽ:terram:mare: cõplectens uniuerſa & penetrans
ꝑ ſingula:ut eum nihil prætereat:& nihil ſit qđ non cõſiſtat in eo:atq; ex ipſo pende-
at:& ipſius plenũ ſit:ſicut ipſe ait:Cælum & terrã ego cõpleo:dicit dñs. Ita νοῦς ho Hiere.23.
minis uidet omnia & nõ uidet̃:habens ſui inuiſibilẽ ſubſtantiã:diſciplinis & conſilijs
ac ſenſibus cõprehendit latentia:penetrat occulta maris:atq; omniũ diffuſa terrarũ
latibula utriuſq; ſcrutator naturæ:ad ſimilitudinẽ dei ſummi:quẽ imitatur & ſequit̃:
cuius imago ꝓ exiguis portiõibus in ſingulis figurat̃. Eleuans quoq; ſe in aerẽ:& eiꝰ
nubiloſa prætergrediens:ad cæli alta ſe dirigit:ſtudio cognitionis & ardore ſapien-
tiæ:ubi pauliſper ſtupefactus admiratione ſtellarũ cæleſtium: & luminũ delectatus
claritate:ꝓſpiciens deſup mundana iſta:conferẽs quoq; ſe ad hæſperũ atq; arcturũ
& cæteros illos ἀπλανεῖς πλανήτας:& uidens ꝙ inſenſus ille ſit error quẽ ſine er
rore quo magis omnia obeunt:intexere atq; oberrare uideant̃:maiore ſe cupidita-
te attollit ad ipſum gremiũ patris:in quo eſt unigenitus dei filiꝰ enarrans ſecreta dei
& facie ad faciẽ poſtea reuelanda. Hunc tñ quibus dignat̃:ex parte demõſtrat atq;
in ænigmate:ſimulq; de ſpiritu & uultu ſuo ſplendorẽ luminis:more torrentis effun
dit:ut eo illuminatus dicat:Et erat ignis flãmigerans in oſſibus meis & diſſolutus ſũ
undiq; & ferre nõ poſſum. Et Dauid ait:De uultu tuo iudiciũ meum ꝓdeat. Hoc Ps.16.

ígitur mentis uigore ut reuertar unde digreſſus ſum quo & externa ſubigit:& ſepa/
rata & diſtantia uidet:& ualidiora uiribus animalia ſubijcit:tantā cæteris ueneratio/
nem ſui infundit:ut certatim quaſi regi obediant:uoci eius obſecūdent. Et cum ſint
irrationabilia:rationem agnoſcant:& diſciplinā eam imprimat ꝗ natura non tribuit.
Deniqꝫ uidentes feræ eius manſuetudinē:eius imperio manſueſcunt. Sæpe ſuſpē/
derunt morſus ſuos reuocante ſono uocis humanæ. Videmus innoxio canū dente
lepores ſine uulnere capi. Leones quoqꝫ ipſos ſi uox hominis reſultauerit: prædam
dimittere. Pardos atqꝫ urſos incitari ac reuocari uocibus: equos plauſu hominū fre/
mere:ſilentio mollire curſum. Deniqꝫ ſæpe ſine uerbere prætereunt uerberatos. Ita
uehemētius illos incitat linguæ flagellum. Quid uero de muneribus loquar? Nu/
trit aries uellera ut placeat homini:atqꝫ in fluuio merſatur:ut nitorem augeat. Oues
quoqꝫ meliora pabula legunt:ut ſuauiore ſucco lactis fæta diſtendant ubera: ſubeūt
partus dolores:ut homini ſua munera ferant. Tauri depreſſo ſulcis ꝑ totum diē ara
tro gemunt. Cameli præter ſubeūdi oneris obſequia tondēdos ſe exhibent ut arie/
tes:quo uelut regi diuerſa animalia tributū ſuū conferant pendātqꝫ uectigal annuū.
Equus tanto ſe iactans equite glomerat greſſus ſuperbos:atqꝫ ad dn̄i aſcenſum dor/
ſa ſinuatus herili terga ſubſternit ſedili. Sed ne forte adhuc moueat ꝙ nouiſſimus
homo factus ſit:idem equus nos doceat nō ad contemptionē referendū eſſe ſed ho
norem. Portat poſteriorē ſuum nec deſpicit ſed reformidat: & ꝑ diuerſa eū ſuo cir/
cūfert labore. Vno momēto homo lōginqua obit:circūerrat diſtātia: tum equis ſin/
gularibus:tum quadrigis triūphalibus. Et qm̄ triumphales memoraui quadrigas:
neceſſe eſt attexamijs currus Heliæ:quibꝰ ꝑ aera uectus eſt. Currus elephātorū qui/
bus homo uictor aſſiſtens:cum ſit poſtremus:priores regit. Sic quoqꝫ gubernator
nauis in puppi ſedet:& totā nauem gubernat. Vnde puto illud non ocioſum eſſe in
euangelio qđ dominꝰ Ieſus in puppi dormiebat:deniqꝫ excitatus imperauit uento
& mari:& ſedauit tempeſtatē. Oſtēdens ſe ideo ſe nouiſſimū ueniſſe:quia gubernator
1.Cor.15. ueniret. Vnde Apoſtolus ait:Factus eſt primꝰ homo Adam in animā uiuētē: nouiſ/
ſimus Adam in ſpiritū uiuificantē. Sed non prius qđ ſpiritale eſt ſed qđ animale:de/
inde qđ ſpirituale. Et addidit:Primus homo de terra terrenꝰ: ſecūdus homo de cæ/
lo cæleſtis. Recte ergo nouiſſimus quaſi totiꝰ ſumma operis:quaſi cauſa mundi: ꝓ/
pter quē facta omnia:quaſi omniū habitator elementoꝝ inter feras uiuit: cū piſcibꝰ
natat:ſuꝑ aues uolat:conuerſatur cū angelis:terram inhabitat:& cælo militat:ſulcat
mare:aere paſcitur:cultor ſoli:uiator ꝓfundi:piſcator in fluctibus:in aere auceps:in
cælo hæres:chriſti cohæres. Hæc ſecundū induſtriā. Accipe etiam ꝙ ſupra homi
nis ſubſtātiam:Moyſes imo ambulauit mari:in ſummo apoſtoli:Abachuc ſine pen/
nis uolauit:Helias in terris uicit:in cælo triumphauit. Vale fili: & nos dilige: quia
nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianū:de diuiſione ꝓphetica quæ operatorē atqꝫ ope/
ra diſtinxit:Ratione quoqꝫ ſex dierū quibus factus eſt mundus:& myſterio ſeptimi
atqꝫ octaui numeri ſubtiliter differentis:Epl'a. XXXIX.

a Mbroſius Horontiano. Diuiſionē egregie aduertiſti ꝓpheticam uel poti/
us diuinā. Nō eīm ſua Moyſes ſed īfuſa & reuelata ſibi ſcripſit: ea præcipue
quæ ſunt de cōſtitutione mūdi: quæ diuiſio operatorē atqꝫ opera diſtinxit.
Nā cum aliud impaſſibile eſſet: aliud paſſionis receptabile: qđ erat impaſſibile ad
deum operatorē retulit:qđ autē paſſibile:ſine anima:ſine motu ꝓprio:motū & ani/
mam & figurā a creatore accipiens ſuo:deputauit huic mundo. Quē factū nō opor/
tuit ſine gubernatore & quodā patre indefenſum relinqui. Et ideo inuiſibilem deū
uiſibilis huius mundi rectorem eſſe & quaſi tutorem:apertiſſime deſcribit. Qđ ergo
inuiſibile ſempiternū:quod autē uidetur temporale. Sex itaqꝫ diebus factum mū
dum exprimit:nō quo deus tempore indiguerit ad conſtitutionē eius:cui intra mo
Ps.148. mentum ſuppetit facere quæ uelit. Dixit eīm & facta ſunt. Sed quia ea quæ fiunt:or/
dinem quærunt. Ordo autē tempus & numerum plærūqꝫ exigit. Illud quoqꝫ præ/



cipue:quoniā nobis ad operandum formam daturus:numerum dierum ſeruauit &
tēpora. Nos enim tempore indigemus:ut aliquid maturius agamus: ne præcipi/
temus conſilia atqꝫ opera noſtra:ne ordinē prætermittamus. Cum eīm dominū legi/
mus:ut ſcriptura oſtēdit: cū ſapientia & quodā cōſilio & diſpoſitione feciſſe & ordi/
ne:ut primo cælū faceret qđ eſt pulcherrimū:oportet ut eo primū oculos erigamꝰ:
illo nobis contendendū eſſe arbitremur:illam ſedem terrenis omnibꝰ præferēdam
putemus. Sex itaqꝫ diebus mundū creauit:ſeptimo die requieuit ab operibus ſu/
is. Bonus ſeptimus numerꝰ:quē non pythagorico & cæterorū philoſophorū mo/
re tractamus:ſed ſm̄ formam & diuiſiones gratiæ ſpiritualis. Septem enim uirtutes
principales ſanctiſpiritus ꝓpheta Eſaias cōplexus eſt. Hæc hebdomas ſicut ipſa pa
tris & filij & ſpirituſſancti uenerabilis trinitas:ſine tēpore:ſine ordine:auctor nume/
ri:nō ſub numeri lege deuincta. Itaqꝫ ſicut ad æternæ trinitatis gratiā:cælum:ter/
ram:maria formata:ſicut ſol:luna & ſtellæ:ita etiam ad illum ſeptenariū uirtutū ſpi/
ritualium circuitum atqꝫ orbem operationis diuinæ uigore præſtantē: ſeptenarium
quoddā miniſterium planetarum creatum aduertimus: quo hic mundus illumina/
tur. Quarum cōcurrere fertur militia ad eorū numerum quas inerrabiles ferūt ſtel/
las:& ut græci dicunt ἀπλάμεσ. Septentrio quoqꝫ inde latine nomen accepit ꝙ ſe/
ptem in eo ſtellarū fulgor irradiet:in quē maxime gubernatores quaſi ducem ferū/
tur intendere. Deſcendit hæc de cælo in terras prærogatiua. Nam ut tranſeam
ſeptiformē capitis noſtri gratiam in oculis duobus:auribꝰ & naribꝰ binis: ore quoqꝫ
ꝑ qđ magnam ſuauitatē percipimus:quantū iſtud miraculi ꝙ ſeptimo menſe in plæ/
riſqꝫ origo legitima formatur:& qui fuerit editus:uitalis generationis curricula ſorti
tur. Octauo autē menſe interdicta naturali lege pariendi cernimus tēpora: ac ſi for/
te lœtalis neceſſitas partus clauſtra laxauerit: periculū pariter generantis ꝓpereē
& pignoris. Sed tamen ille ſeptimanus: & ſi bene naſcatur: ad labores naſcitur: qui
autem octaua die regenerationis ſortitur myſteria:cōſecratur per gratiā: & ad hæ/
reditatem regni cæleſtis uocatur. Magna in uirtutibus ſpirituſſancti hebdomadis
gratia:eadem tamē hebdomadem ſonat:ogdoen cōſecrat: in illa ſonus:in iſta fructꝰ
eſt:ideoqꝫ octauo die ſoluta paradiſo reddidit ſpiritus gratia:quoſ extorres ſua fece
rat culpa. Nouit ogdoen iſtam quā octauam latine dicimus:uetus teſtamentū: ſi/
quidem ait Eccleſiaſtes:Da partem illis ſeptē: & illis quidem octo. Hebdomas uete/ Eccs.11.
ris teſtamenti eſt:octaua noui:quādo chriſtus reſurrexit:& dies omnibus nouæ ſa/
lutis illuxit. Ille dies:de quo ait ꝓpheta:Hic dies quē fecit dominus:exultemꝰ & læ/ Ps.117.
temur in eo:quæ dies & fulgor plenæ atqꝫ ꝑfectæ circūciſionis humanis pectoribus
infulſit. Propterea & uetus teſtamentū dedit partem octauæ in circūciſionis ſolē/
nitate. Sed illa adhuc in umbra latebat. Venit ſol iuſticiæ: & cōſummatione paſſio/
nis ꝓpriæ reuelauit ſui luminis radios:quos retexit omnibus & uitæ claritatem ape
ruit æternæ. Iſti ergo ſunt ſeptē & octo:de quibus & Oſee dicit:ꝙ eo numero con/
duxerit ſibi:& acquiſierit fidei plenitudinem:Sic eīm habens:Et abij & cōduxi mihi Osee.3.
quindecim argenteis:& choro ordei & ſemichoro ordei & neuel uini. Cōducendā
autem ei meretricē dominus præceperat. In ſuperioribꝰ itaqꝫ manifeſtum eſt: ꝙ cō/
duxit eam:qui etiā mercedis quantitatē expreſſit. Quindecim autē argentei & ſep/
tem & octo conſtant:hebdomadā itaqꝫ & octauam ſignificant. Duorū igitur teſta/
mentorū:id eſt:plenæ fidei precio:prophetia cōſummationē accepit fidei: eccleſia
plenitudinē. Primo enim teſtamēto iſrael acquiſitus eſt populus:ſecūdo nationum
& gentiū. Fide ergo plena conducitᷣ meritrix:uel ex gentibus copulā ſui quærens:
uel ex adultero iudæorū populo qui dominū ſuum & auctorem uirginalis fidei de/
reliquerat:conuentus ſuos totius orbis ſpacio diffundens. Qđ autē dixit:in choro &
in ſemichoro ordei:In choro menſuræ plenitudo eſt:in ſemichoro ſemiplena men/
ſura. Plenitudo in euangelio:ſemiperfectio in lege. Sicut legimus dicente domino:
Non ueni legem ſoluere ſed implere. Et alibi habemus dicēte domino ꝑ Michæ/ Matth.5.
am ꝓphetam: Quia tunc pax erit in terra iſrael: cū uenerit aſſyrꝰ in terrā eius. & in/ Michee.5.

ſurrexerint in eum ſeptem paſtores & octo morſus hominũ. Tunc enim plena pax
eſt fideli populo ab omnibus tẽtationibus & uanitatibus abſoluto: cũ mundi huius
uanitatem excluſerint de cordibus noſtris pax & gratia: Pax ueteris: gratia noui te-
ſtamenti. Septem paſtores: præcepta legis ſunt: quibus grex adhuc quaſi irrationa-
bilis in uirga Moyſi per deſertũ ductus & gubernatus eſt. Octo morſus hominũ: mã-
Ro.10. data euangelij & dominici oris alloquia. Corde eñ creditur ad iuſticiã: ore cõfeſſio
fit ad ſalutem. Boni morſus: per quos uitæ æternæ munus guſtauimus: peccatorum
remiſſionem in chriſti corpore deuorantes. In ueteri teſtamẽto amarus morſus eſt
mortis: ꝓpterea dictum eſt: Deuorauit mors præualens. In nouo teſtamento ſuauis
1.Cor.15. morſus eſt uitæ: quæ mortẽ abſorbuit. Propterea apoſtolus ait: Deuorata eſt mors
in uictoria ſua: Vbi eſt mors uictoria tua? ubi eſt mors aculeus tuꝰ? Atq; ut apoſto-
Heb.4. licis utamur teſtimonijs: ubi hominẽ fecit deus: requieuit ab omnibꝰ operibus ſuis
in die ſeptima. Sed quia populus iudæorũ per contumaciã contempſit mãdata dei
ſui: ait dominus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus præfiniuit di-
em: de qua dicit: Hodie ſi uocem meã audieritis. Duos eñ dies comprehendit ſcri-
Ibidem.13. ptura generales: Heri & hodie. De quibus dicit: Imitamini fidem Ieſu chriſti: heri &
hodie: ipſe eſt & in ſæcula. In ſuperiore die promiſſio eſt: in conſequenti ſolutio. Sed
quia heſterna die neque Moyſes neq; Ieſus naue populum induxit in requiem: ho-
Ps.2. dierna die chriſtus induxit: cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per ſuã enim reſur-
rectionem Ieſus populo requiẽ comparauit. Requies eñ in cælo nõ in terra eſt. Re-
Luc.23. quies noſtra dominus eſt Ieſus: qui ait: Hodie mecum eris in paradiſo. Quid igitᷣ
opus eſt: ut explorem ortus ſignorũ atq; obitꝰ: quorũ ad exortum duris inarata uo-
meribus ſindãtur noualia: uel ad occaſum læta meſſis recũbat? Vna mihi ſtella abũ-
dat ꝓ omnibus: ſtella ſplendida & matutina: cuius ad exortum ſeminata eſt nõ fru-
gum ſed martyrum ſeges: quãdo Rachel plorauit filios ſuos: ut lachrymis ablutos
ſuis ꝓ chriſto offerret infantulos: cuius ſtellæ obitus nõ cremiorũ inſenſibiliũ ſed ſpi-
rantiũ defunctorum triumphales manipulos de tumulis reſuſcitauit. Celebretur
itaq; hebdomas: eo ꝙ ꝑ ſeptem ætatum curſus uita hominũ uſq; ad ſenectutem trãſ-
curritur: ſicut Hippocrates medicinæ magiſter ſcriptis explicuit ſuis. Prima ætas
infantia eſt: ſecunda puericia: tertia adoleſcẽtia: quarta iuuentus: quinta uirilis ætas:
ſexta æui maturitas: ſeptima ſenectus. Eſt ergo infans: puer: adoleſcens: iuuenis: uir:
ueteranus: ſenex. Solon autẽ decem fecit ætatum ordines ꝑ annos ſeptẽnos: ita
ut prima ætas infantiæ uſq; ad emiſſionem ſit dentiũ: quibus cõficiat cibum: ſermo-
nẽq; diſtinguat: ut poſſit effabilis uideri. Puericia quoq; uſq; ad annos pubertatis ꝓ-
cedit & genitalia tentamenta. Adoleſcentia uſq; ad barbæ lanuginẽ. Iuuenta uſq; ad
perfectæ uirtutis proceſſum. Quinta ætas uirilis eſt: apta copulis coniugalibꝰ per to-
tam hebdomadem. Sexta quoq; hebdomas uirili deputatur ætati & ad prudentiæ
ꝓceſſum habili & ad agendũ ſtrenue. Septima quoq; hebdomas & octaua æui ma-
turum: & ſenſum uigentẽ: & ſermonem nõ inſuauis alloquij gratia præditũ ꝓdunt.
Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas uirium: lingua ac ſapientia mollior.
Decima uero hebdomas menſurã implet: ad quã is qui peruenire potuerit: non im-
maturo temporũ curſu pulſabit mortis ſera ueſtibula. Ergo Hippocrates & Solon
uel ſeptem ætates uel hebdomadas ætatum norunt: in illo ſe hebdomas præferat.
Octaua autem unam & perpetuã ætatem inuehit: qua excreſcimus in uirũ perfec-
tum in agnitione dei fidei plenitudine: in qua legitimæ ætatis mẽſura impletur. Eſt
etiam in uiſceribus noſtris hebdomadis explorata gratia. Ferunt eñ ſeptem quoq;
eſſe in nobis interiora uiſcera: ſtomachũ: cor: pulmonem: lien: epar: renes duos. Sep-
tem quoq; exteriora: caput: poſteriora: uentrẽ: binas manus: & binos pedes. Præſtã-
tiſſima hæc: ſed obnoxia dolori. Quis autẽ dubitet maius eſſe octauæ munus quæ
totum renouauit hominẽ: ut iã nihil poſſit dolere? Itaq; ſeptima mundi ætas cõcluſa
eſt: octaua illuxit gratia: quæ fecit hominẽ iam non huius mundi eſſe ſed ſupra mun-
Phil.1. dum. Iam eñ non uitam noſtram ſed chriſtum uiuimus. Nobis eñ uiuere chriſtus



& mori lucrum. Itaq; iam non in carne ſed in fide uiuimus chriſti. Vnde colligimus
quia concluſus eſt mundi dies. Deniq; nouiſſima hora uenit dominus Ieſus: & ꝓ
nobis mortuus eſt: & omnes in illo mortui ſumꝰ ut uiuamus deo. Non ergo nos qui
eramus uiuimus: ſed uiuit chriſtus in nobis. Abijt ergo hebdomas: uenit octaua.
Abijt heri: uenit hodie: Illud hodie qđ ꝓmiſſum eſt: quo admoniti ſumꝰ uocẽ dei au-
diendã & ſequendam. Abijt ergo ille dies teſtamenti ueteris: uenit dies nouus: quo
teſtamentum conſummatũ eſt nouum: de quo dicit: Ecce dies ueniunt dicit domi- Hiere.31. Heb.8.
nus: & confirmabo domui iſrael & domui Iudæ teſtamentũ nouum: nõ ſm teſtamẽ-
tum qđ feci patribus illorum in die de qua apprehendi manus ipſorum educere il-
los de terra ægypti. Et qua ratione mutatũ ſit tamen: adijcit: Quoniã ipſi non man-
ſerunt inquit in teſtamento meo: & ego neglexi eos: dicit dominus. Abierunt ſa-
cerdotes legis: legis tribunalia. Accedamus ad ſacerdotẽ nouum: ad ſedem gra-
tiæ: uiſitatorem animarũ noſtrarum: ſacerdotẽ nõ ſm legem mandati carnalis crea-
tum: ſed ſm uirtutem infatigabilẽ electum. Nõ eñ ipſe ſibi honorem præripuit: ſed
electus a patre eſt: ſicut ipſe pater ait: Tu es ſacerdos in æternum ſm ordinẽ Mel- Ps.109.
chiſedech. Nouus ergo ſacerdos: uidemus quid obtulerit? Alij ſacerdotes ꝓ ſe offe- Heb.9.
rebant & pro populo ſuo: hic quia nõ habuit peccatum: ut ꝓ ſe offerret: pro uniuer-
ſo mundo ſe obtulit: & per ſanguinem ſuum intrauit in ſanctaſanctorum. Hic eſt er-
go ſacerdos nouus: & noua hoſtia: non ex lege ſed ſupra legem: aduocatus mundi:
lux ſæculi: qui dixit: Ecce uenio & uenit. Ad quem accedamus in abundantia fi-
dei: adorãtes & obſecrantes & ſperantes in eum: quem non uidemus oculis ſed af-
fectu tenemus: cui eſt omnis honor ſemper & gloria. Vale fili: & nos dilige: quia
nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Sabinum: libellos illi mittentis atque rogantis: ut ſcrutanter
diſcutiat: & quæ corrigenda decreuerit: arbitrij ſui iudicio corrigat: Epl'a. XL.

Mbroſius Sabino. Remiſiſti mihi libellos: quos tuo iudicio probatiores
habebo. Ideo miſi alios non iudicij fauore delectatus: ſed ꝓmiſſa a te & pe-
tita a me ueritate illectus. Malo eñ tuo corrigatur iudicio: ſi quid mouet:
priuſq̃ foras prodeat: unde iam reuocandi nulla facultas ſit: q̃ laudari a te
qđ ab alijs reprehendatur. Itaq; arbitrum te eorum quæ poſtulas rogaui. Neque
eñ legi a te mea quæ nonnunq̃ tribuo in uulgus: ſed in tuæ calculum uenire ſenten-
tiæ deſideraui. Non erit longi ſubſellij iſta iudicatio & mora: ut dictum eſt antiqui-
tus: Facile eſt tibi de noſtris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeundũ puta-
ui: tuũ eſt liquido decernere: & ſcrutanter diſcutere quæ corrigas: ne tibi uitio uer-
tant ea quæ nobis potuerunt obrepere. Neſcio quo eñ modo propter imprudẽ-
tiæ caliginem quæ me circũfundit: unumquẽq; fallunt ſua ſcripta: & aurem prætere-
unt: atq; ut filij etiam deformes delectant: ſic etiam ſcriptorem indecores ſermones
ſui palpant. Incautius plærũq; aliquid promitur: aliquid accipitur maliuolentius: ali-
quid exit ambiguũ: tum quia alieno examinanda iudicio: non pro noſtra debemus
magis q̃ ꝓ aliena opiniõe trutinare: & diſcutere omnes ſcrupulos maliuolẽtiæ. Aſ-
ſume igitur beniuolo animo aurẽ uerſutiæ: & ꝑtracta omnia: ſermones uentila: ſi in
ijs nõ forenſes blanditiæ & ſuaſoria uerba: ſed fidei ſincæritas eſt & cõfeſſionis ſobri-
etas. Notã appone ad uerbum dubij ponderis & fallacis ſtateræ: ne quid ꝓ ſe eſſe
aduerſariuſ interpretetur. Eſto ut reuincatur ſi cõgredi cœperit: male ſe habet liber
qui ſine aſſertore nõ defenditur. Ipſe igitur ꝓ ſe loquatur: qui ꝓcedit ſine interpre-
te. Habetur hic tamẽ: non egredietur a nobis: niſi a te acceperit auctoritatem. Itaq;
cum eum fide tua prodire iuſſeris: cõmittetur ſibi. Tamen quoniã non in ſermo- 1.Cor.4.
ne eſt regnũ dei: ſed in uirtute: uerbum ſi offenderit: uirtutẽ ꝓfeſſionis interrogato.
Profeſſio aũt fidei ſentẽtia eſt: quã aduerſum ſabellianos & arrianos ita a maioribus
traditã tenemus: ut patrẽ deũ & filiũ eius unigenitũ & ſpiritumſanctũ ueneremur:
hanc trinitatẽ unius eſſe ſubſtãtiæ: maieſtatis: diuinitatis. In hoc noie patris & filij &
ſpiritusſancti baptiçare nos: quẽadmodũ ſcriptum eſt: Filium itaq; coæternũ patris

ſuſcepiſſe carnem:natum de ſpirituſancto & uirgine Maria:æqualem patri ẜm diui-
Col.2. nitatem in dei forma:id eſt:in omni plenitudine diuinitatis:quæ in illo habitat:ut di-
Phil.2. xit Apoſtolus:corporaliter:qui in ꝑſona hominis formam ſerui accepit:& ſe humi-
liauit uſqꝫ admortem. Ergo & aduerſus Photinum hæc nobis ſententia eſt:Aduer-
ſus Apollinarẽ autem legitima circũſpectio:ut confiteamur ſicut in dei forma nihil
ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis:ſic ĩ illa forma hominis nihil ei defuiſſe: quo
imperfectus homo iudicaretur:qui ideo uenit ut totũ hominẽ ſaluum faceret.Neqꝫ
enim decebat ut qui perfectum opus in alijs cõſummauerat:hoc imperfectũ in ſe eſ-
ſe pateretur.Si enim aliquid ei defuit:non totũ redemit:ſi non totũ redemit:fefellit
igitur qui dixit:ideo ſe ueniſſe ut totum hominẽ ſaluum faceret:Sed quia impoſſibi-
le eſt mentiri deo:nõ fefellit ergo:quia ita uenit:ut totum redimeret & ſaluum face-
ret:totum utiqꝫ ſuſcepit qđ erat humanæ perfectionis. Noſtra ſentẽtia huiuſmodi
eſt:ut meminiſti:Si uerba alicubi mouent:non præiudicant fidei. Etenim ſermonẽ
dubium mens non dubia obumbrat:& deſcedit a lapſu. Hæc tecum proluſimus:
quæ in libros noſtrarũ epiſtolarum referam:ſi placet:atqꝫ in numerum reponam:ut
tuo cõmendentur nomine:& tuis ad nos & noſtris ad uos litteriſ augeatur mutuus
amor per dominũ:ut ita legas quo iudices:& qđ mouerit ſcribaſ ad me.Amor enim
uerus cõſtantia ꝓbatur. Placet iam qđ ſenibus uſu facilius eſt:quotidiano & fami-
liari ſermone epiſtolas texere:& ſi quid de ſcripturis diuinis obuiũ inciderit attexe-
re. Vale frater:& dilige amantẽ tui quia plurimũ te diligo.

Sancti Ambroſij ad Sabinum:ex eo ꝙ illi complacuit uſus epiſtolarum ſponden-
tis ſe frequentius eum ſcriptis ſuis præſertim cum ſolus ſit uelle alloqui:ſolitudinẽqꝫ
plurimũ commẽdantis atqꝫ ſuadentis:Epl'a.XLI.

Mbroſius Sabino. Quoniã tibi quoqꝫ complacuit noſtrarum uſus epi-
a ſtolarum:in quibꝰ quidam inter abſentes præſentium ſermo eſt: pergam
frequẽtius te in meis ſcriptis & cũ ſolus ſum alloqui. Nunq̃ eñ minꝰ ſolꝰ
ſum:q̃ cũ ſolus eſſe uideor:nec minus ocioſus q̃ cũ ocioſus.Certe pro arbi-
trio arceſſo quos uolo atqꝫ adiungo mihi quos magis diligo aut quos aptiores arbi-
tror:nemo interpellat:nemo interpolat.Tunc ergo te magis teneo:& de ſcripturis
confero:& ꝓlixiorẽ ſimul ſermonẽ cædimus. Sola erat Maria & loquebatur cum
Luc.1. angelo.Sola erat quando ſuperuenit in eam ſpirituſſanctus:& uirtus altiſſimi obum-
brauit eam.Sola erat:& operata eſt mundi ſalutem:& concepit redemptionẽ uni-
Act.10. uerſorum. Solus erat Petrus:& totum per orbem conſecrandaꝝ gentiũ cogno-
Gen.2.et.3. uit myſteria. Solus erat Adam:& nõ eſt præuaricatus:quia mens eius adhærebat
deo.Poſtq̃ uero ei mulier adiuncta eſt:non potuit inhærere mandatis cæleſtibus:&
ideo ſe abſcondebat:quando deus deambulabat in paradiſo. Et nunc deambulat
in paradiſo deus:quãdo diuinas ſcripturas lego.Paradiſus eſt Geneſis liber: in quo
uirtutes pullulant patriarcharũ. Paradiſus Deuteronomiũ in quo germinant le-
gis præcepta. Paradiſus euangelium in quo arbor uitæ bonos fructꝰ facit:& æter-
Matth.5. næ ſpei mandata diffundit per uniuerſos populos. Audiẽs itaqꝫ:Diligite inimicos:
Luc.6. Audiẽs:Dimitte omnia tua & ſequere me: Audiẽs: Qui te ꝑcutit in maxilla:præbe
ei alterã:& hæc nõ faciens:& uix diligens eum qui me diligat:nõ dimittens quæ ha-
beo:iniuriã acceptã ulciſci uolens: & ſublatum mihi extorquere: cũ ſcriptura dicat
etiã aliud:id eſt:plus q̃ petitum aut ereptũ eſt:concedendũ:uideo me cõtra manda-
ta dei facere.Et aperiens oculos cõſcientiæ deambulare mihi deum præſentẽ reco-
gnoſco:cupio me abdere:cupio ualere:ſed nudus ſum deo:apud quẽ nuda & intec-
ta ſunt omnia.Erubeſcens itaqꝫ tegere pudenda facinora deſidero quaſi mẽbra mei
corporis:ſed quia deus omnia uidet:folijs obumbratus:latebris tectuſ appareo.Pu-
to me abſcondi:quia corpore amictus ſum.Ipſa eſt tunica pellicea cũ qua Adam de
paradiſo eiectus eſt:nec a frigore tutꝰ nec tectus ab opprobrio:ſed & iniuriæ & cul-
pæ patens. Liquet igit᷑ ex his quia ſoli cũ ſumus:tunc nos offerimus deo: tũc mẽtẽ
ei noſtrã aperimus:tunc amictũ fraudis exuimus. Solus erat Adã:qñ in paradiſo



conſtitutus eſt:ſolus erat & quãdo ad imaginem dei factus eſt: ſed nõ erat ſolus qñ
de paradiſo eiectus eſt. Solus erat dñs Ieſus qñ mundũ redemit. Nõ enim legatus
neqꝫ nũcius:ſed ipſe dominus ſolus ſaluum fecit populũ ſuum.Et ſi nunq̃ ſolus eſt il-
le:in quo pater eſt ſemp᷑ Vnde & nos ſoli ſimus: ut dominus nobiſcum ſit. Va-
le & nos dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Sabinum:de paradiſo quid alij ſenſerint referẽtis: & quæ ſua
de myſtico paradiſo ſit ſentẽtia:pulchra expoſitione declarãtis:Epl'a.XLII.

Mbroſius Sabino. Lecto hexaemero utrum paradiſum ſubtexuerim: re-
a quirendũ putaſti:& quã de eo haberẽ ſententiam ſignificandũ: idqꝫ uelle te
ſtudioſe cognoſcere. Ego autem iam dudũ de eo ſcripſi:nondũ ueteranus
ſacerdos.Sententias autẽ de eo diuerſas eſſe plurimoꝝ comperi. Nam Ioſephus
utpote hiſtoriographus locũ dicit refertum arboribus uirgultiſqꝫ plurimis: irrigari
etiã flumine qui diuidatur in quattuor fluuios.Collecta & eñ in unum cõgregatiõe
aquarum non ſe penitus exinaniuit terra & fraudauit irriguis ſuis:ſed hodieqꝫ in fon-
tes ꝓrumpit & deducit meatus fluminũ: quibus pignora ſua quaſi pia mater plenis
lactat uberibus. Alij alias. Omnes tamẽ cõgruunt in paradiſo & lignũ uitæ radica-
tum:& lignum ſciẽtiæ quæ diſcernat bonũ & malũ: cætera quoqꝫ ligna plena uigo-
ris:plena uiuificationis ſpirantia & rationabilia. Ex quibus colligitur paradiſum ip-
ſum nõ terrenũ uideri poſſe:nõ in ſolo aliquo ſed in noſtro principali qđ animat᷑ &
uiuificatur animæ uirtutibus & infuſione ſpiritꝰ dei. Deniqꝫ Salomon in ſpiritu pa-
radiſum:in homine eſſe euidenter declarauit.Et quia myſteria exprimit uel animæ
& uerbi uel chriſti & eccleſiæ:ideo ait:De uirgine anima uel eccleſia quam uolebat
uirginẽ caſtam aſſignare chriſto.Paradiſus cõcluſus ſoror mea ſponſa:paradiſus cõ- Cant.4.
cluſus:fons ſignatus.Paradiſus græce:latine hortꝰ dicitur. Deniqꝫ Suſanna in para- Daniel.13.
diſo erat:& ſic legitur latine.Et Adam in paradiſo erat:& ſic legimus. Ergo non te Gen.2.
moueat qđ alij codices latini hortum habẽt:alij paradiſum. Ibi ergo eſt caſta uxor:
ubi uirgo.Licet uirgo excepta habeat clauſtra & ſignacula ſua:ſed utraqꝫ in paradi-
ſo:ut aduerſum æſtus corporis & carnis flagrantiã refrigeretur uirtutũ umbraculis.
Ergo paradiſus in principali noſtro eſt:ſilueſcens plurimarũ opinionum plantarijs:
in quo principaliter lignum uitæ cõſtituit deus:id eſt:pietatis radicem.Ea eſt eñ ui-
tæ noſtræ ſubſtantia:ſi domino & deo noſtro debitos cultus deferamus. Conſti-
tuit etiã ſcientiæ boni & mali ſeminarium. Homo enim ſolꝰ in cæteris animantibus
terrenis habet ſcientiã boni & mali. Alia quoqꝫ illic plantaria diuerſa:quorum fruc-
tus uirtutes ſunt. Sed quia ſcientiæ capax hominis affectus cognitus eſt deo: ꝙ ci-
tius ad aſtutiam inclinaretur:q̃ ad ſummũ prudẽtiæ.Neqꝫ eñ iudicem qui fines cer-
tos in anima noſtra cõſtituit:operis ſui qualitas latere poterat:eliminare uoluit aſtu-
tiam de paradiſo:quaſi prouidus auctor noſtræ ſalutis:& uitæ ſtudium & diſciplinã
pietatis infundere.Ideoqꝫ præcepit homini ab omni ligno qđ eſt in paradiſo:guſtã- Ibidem.
dum:de ligno autem ſcientiæ boni & mali nõ eſſe guſtandũ: ſed quia creatura om-
nis paſſioni obnoxia.ideo delectatio ſicut ſerpentino illapſu humanis irrepſit affecti-
bus. Itaqꝫ nõ immerito ſanctus Moyſes delectationẽ:ſerpentis figurauit ſimilitu-
dini.Prona eſt eñ in uentrẽ ſicut ſerpens nõ pedibus incedens:aut ullis eleuata cru-
ribus:ſed ſinuoſo flexu totius uelut corporis ſui lubrica.Ei terra cibus eſt ſicut ſerpẽ-
ti:quoniã eſcam neſcit cæleſtẽ.Corporalibus eñ paſcitur:atqꝫ in uariaſ mutatur ſpe-
cies cupiditatũ & tortuoſis angulatur anfractibus.Venenum in dentibꝰ habet: qui-
bus unuſquiſqꝫ ſe euiſcerat luxurioſus:helluo interneccat:abligurítor perimit.Quan-
tos ruperunt uina:diſſoluit ebrietas:diſtendit cruditas᷑ Nũc intelligo qua cauſa do-
minus deꝰ inſufflauit in faciẽ hominis.Ibi enim ſenſus omnis:ibi ſedes atqꝫ illecebra
delectationis:in oculis:auribus:naribus atqꝫ in ore:ut ſenſus noſtros aduerſus dele-
ctationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis ſicut ſerpens aſtutiam infudit. Non
eñ delectatio ſed labor & diuturna meditatio:cũ dei gratia dat ꝑfectam prudentiã.
Tamẽ quia ſerpentis fraudibus inuoluta eſt hũani generis hæreditas:in eo aſtutiã

ſerpẽtis ſequamur:ut caput noſtrũ nõ ꝓijciamꝰ in pericula ſed præ cæteris integrũ
cuſtodiamus. Caput aũt noſtrũ chriſtus eſt.Hoc maneat incolume:ut ſerpẽtis ue
nena nobis nõ poſſint nocere.Bona eſt em̃ ſapiẽtia cũ hæreditate:id eſt:cũ fide: qm̃
eſt hæreditas credentibus in dñm. Q ſi primus ille hõ qui cũ deo loquebat in pa/
radiſo poſitꝰ:labi tã facile potuit:ex terra creatꝰ uirgine: quæ ad uerbũ dei formata
& creata recenti fuerat exortu:nondũ ea paricidali cædiũqꝫ cõcreta ſanguine:flagi/
cijs & dedecore polluta:nondũ carne noſtra damnata maledicto obnoxiæ hæredi/
tatis:quãto facilius poſtea lubrica ad peccandũ uia maius aduexit humano generi
præcipitiũ:cum deterior tolerabiliori ꝑ uices generationis ſucceſſerit? Etenim ſi
magnetis lapis tantam naturæ uim habet:ut ferrum ad ſe trahat: & trãſfundat ſe in
illius ſpeciem:ita ut plæriſqꝫ experiri uolentibꝰ cum plures anulos ferreos ad eũ la/
pidem admouerint:omneſ pari teneat modo:deinde ſi ei anulo cui adhæſerit lapiſ:
alium admoueas anulũ:& rurſus ꝑ ordinem ſingulis ſubſtituas:licet in omnes pene
tret ꝑ ordinem ex illo lapide uis naturæ:tamẽ priores nexu uehemẽtiore conſtrin/
git:poſteriores remiſſiore:quãtomagis humani generis cõditio atqꝫ natura ex puri
ore ſtatu in deteriorẽ lapſa eſt:quãdo nequiorẽ attigit? Nam ſi ꝑ eas ſpecies minu/
itur natura quæ nõ ſunt culpæ capaces:quãtomagis ꝑ animos atqꝫ artus labe pollu/
tos ſcelerum uirtus eius hebetatur? Vnde quia excreuerat malicia:abolita innocẽ/
tia fuerat:nõ erat qui faceret bonitatẽ:nõ erat uſqꝫ ad unũ :uenit dominus:qui refor
Ro.5. maret naturæ gratiã: immo augeret:ut ubi ſupabũdauit peccatũ ſupabundaret gra/
tia? Ergo liquet & quia auctor hominis deus:& ꝙ deus unus:nõ multi dij: ſed unꝰ
qui mundũ operatus eſt:& unũ non multos mundos:ut dicũt philoſophi. Primum
igitur mundũ creauit:deinde habitatorẽ mundi:cui totus mundus patria foret. Nã
ſi hodie quocunqꝫ acceſſerit ſapiens:ubiqꝫ ciuis eſt:ubiqꝫ ſua omnia intelligit:nuſq̃ ſe
peregrinũ:nuſq̃ hoſpitẽ iudicat:quãtomagis ille primus homo totius erat mundi in/
cola:& ut græci dicunt κοσμοπολίτης.opus dei recens:cõfabulator aſſiduus:ci/
uis ſanctorũ:complantatus uirtutibus:præpoſitꝰ omnibus terrenis animãtibus:ma/
rinis:uolatilibus:totũ mundũ ſuam poſſeſſionẽ putabat:quem dominꝰ tuebatur ut
opus ſuum:neqꝫ ut bonus parens atqꝫ auctor deſerebat? Deniqꝫ eouſqꝫ creatũ fo/
uit:ut abdicatũ redimeret:eliminatũ reciperet:mortuum paſſione filij ſui unigeniti
reſuſcitaret.Eſt ergo hominis auctor deus:& diligit opus ſuum operator bonuſ:nec
derelinquit bonus pater:quẽ etiam ſicut diues paterfamilias cenſu propriæ hæredi
tatis redemit. Caueamꝰ ergo ne hominẽ iſtum:id eſt: ομοὑμ.mulier illa:id eſt: paſ/
ſio ſenſuũ noſtrorum delectatione:& ipſa decepta atqꝫ illuſa effœminet & circũſcri/
ptum in leges ſuas & ſententiã trahat. Fugiamus delectationẽ ſicut ſerpentẽ: mul
tas artes habet & maxime in homine.Nam alia animãtia cibi auiditate capiunt:ho/
mo quanto plures ſenſus oculorum auriũqꝫ habet:tanto maiora pericula. Vale &
nos dilige:ut facis:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Siſynnium:pietatẽ illius cõmendantis ꝙ filio ignouerit: qui
eo incõſulto uxorẽ acceperat:Epl'a.XLIII.

Mbroſius Siſynnio. Q filio noſtro remiſiſti meo rogatu: quia te incon/
a ſulto uxorem acceperat: pietati magis tribuo q̃ noſtro amori. Plus eſt
enim pietatem ipſam de te impetrauiſſe q̃ cuiuſce petitionem. Certe ſa/
cerdos tunc magis impetrat:cum uirtus præualet.Sacerdotis enim peti/
tio doctrina pietatis eſt. Impetrauit igitur natura:impetrauit filius:eo pleniꝰ quia
poſtulati contemplatio temporalis ſolet eſſe:uirtutis autem diuturnꝰ habitus: & iu/
gis animarum inductio. Pulchre itaqꝫ geſtum:ut te patrem recognoſceres: ſimul
quia iuſta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri: ut plus laudetur paterna in/
dulgentia:ſed & ipſa paterna offenſio fuit:quoniã uenturam in locum filiæ tuæ de/
buiſti eligere iudicio cui fieres pater. Nãque aut natura filios ſuſcepimus aut ele/
ctione.In natura caſus eſt:in electione iudicium:magiſque in adoptatis offendimus
q̃ in genitalibus filijs. Quia genitales filios eſſe degeneres:ad naturam refertur:aſci/



tos uel adoptiõe uel copula dedecores eſſe:nõ niſi errori aſcribitur. Fuit ergo ꝙ
ſuccenſeres filio:ſed fuit etiã ꝙ remitteres quia ſibi uxorẽ elegit. Acquiſiſti filiã ſi/
ne electionis periculo:ſi bonã duxit:tibi acquiſiuit gratiã:ſi errauit:recipiendo meli/
ores facies refutando deteriores.Maturiore quidem cõſilio puella filio a patre tra/
ditur:ſed maiore obſequij ꝓpoſito a filio ad patrẽ ducitur:& a uiro lecta ingreditur
ſoceri domũ:dum metuit & filius diſplicere iudiciũ ſuum:& nurus miniſteriũ.Illum
paternæ electionis prærogatiua attollit atqꝫ erigit: iſtam offẽſiõis humiliat metus:
inclinat uerecundia. Non habebit filiuſ qd' in uxorẽ referat:q̃ſi exors culpæ:ſi quid
fortaſſe offenſum ſit qd' habet uſus:immo amplius elaborabit:ut in utroqꝫ ſuũ poſſit
ꝓbari:& in uxore iudicium & in ſe obſequiũ. Feciſti igitur qd' boni parẽtes:ut cito
ignoſceres ſed obſecratus.Nã anteq̃ rogareris:nõ erat ignoſcere ſed factum ꝓbare:
Deinde diutius differre ueniam:& tibi acerbũ & illis inutile. Neqꝫ em̃ paterna uiſce
ra diutius tolerare poſſent. Summæ deuotionis ꝓpoſito Abraam filiũ ſuum ſm̃ Geñ.22.
oraculũ dei offerebat ĩ holocauſtũ:& quaſi exors naturæ exerebat gladiũ:ne mora
ſacrificiũ decoloraret:tamẽ ubi abſtinere a filio iuſſus eſt: gladiũ libenter recondit:
& qui immolare unigenitũ fidei intentione ꝓperabat:maiore pietatis ſtudio feſtina
uit ouem ſubrogare ſacrificio. Ioſeph quoqꝫ ut fratrẽ iuniorẽ teneret:ſimulabat ira/ Ibidem.44.
cundiã fratribus:& compoſitã ſe furti fraudẽ indignatus eſt: tamẽ cum aduolueret
ad genua eius unus ex fratribus Iudas:flerent alij:fraterno uictus & cõpaſſus affec/
tu:diutius tenere nõ potuit ſimulationẽ ſeueritatis:remotiſqꝫ arbitris aperuit fratri/
bus:ꝙ germani ſui eſſent:& ipſe eſſet ioſeph quẽ uẽdidiſſent:nec ſe memorẽ ſuæ eſ/
ſe iniuriæ: & nõ fraternæ uenditionis acerbitatẽ fraterne excuſare:atqꝫ id qd' poſſet
arguere:ad altiores cauſas referre:eo ꝙ ita oportuiſſet fieri ꝓcurante deo:ut tranſi/
ret in ægyptũ qui gentẽ ſuam frugis externæ egentẽ paſceret: ut ſterilitatis tẽpore
alendis patri & filijs ſubſidio foret. Quid aũt de ſancto Dauid loquar:qui degene/ 2.Reg.14.
rem filiũ & fraterno oblitum ſanguine ad unius mulieris petitionẽ paternis uiſceri/
bus mentẽ emollitus domo recipit? Ipſe ille euangelicꝰ pater adoleſcẽtiorem filiũ Luc.15.
qui ꝓdegerat omnẽ ſubſtantiã a patre acceptã uiuẽdo luxurioſe:regredientẽ tamẽ
unius ſermonis inflexus hũilitate: ꝙ in patrẽ peccaſſe ſe fatebat: occurſu pio fouit:
ſupra collũ eius cecidit:primã illi ſtolam :anulũ & calciamenta deferri iuſſit: atqꝫ ho/
noratũ oſculo:donatũ munere:admirabili ſuſcepit cõuiuio. Horum te imitatorem
præbuiſti pietate patria:qua ꝓxime ad deũ accedimus:& ideo ego ꝓmpte filiã no/
ſtram adhortatꝰ ſum:ut etiã hyemali tẽpore uiæ laborẽ exciperet cõmodius hiber/
natura nõ ſolum in hoſpitio ſed etiã in affectu paterno:cũ iam ſucceſſerit indignati/
oni gratia:qñ quidem ut plene te ad ſimilitudinẽ atqꝫ imitationẽ ſanctorũ referres:
eos accuſauiſti:quia cõpoſitis mendacijs animũ tuum aduerſum filios excitandũ ar
bitrati ſunt. Vale & nos dilige quia nos te diligimus.

## Liber ſeptimus.

Sancti Ambroſij ad Conſtantiũ:in ſuſcepto eccleſiæ gubernamine illum confor/
tantis:ac diligenti cõmonitione inſtituẽtis qualẽ ſe debeat coram plæbe domini ex
hibere:loquendo:docẽdo:admonẽdo:hortando:ꝑſuadendo: obſecrando:ut uitijs
& terrenis cupiditatibus renunciẽt:uirtutes ſectent:bonorũqꝫ operũ diuitias quæ/
rant:& dño in ſobrietate & gratia & tota mentis ſedulitate ſeruiant:Demũ eidẽ aliã
quandã eccleſiam cõmendantis:Epl'a.XLIIII.

Mbroſius Cõſtantio. Suſcepiſti munꝰ ſacerdotij:& in puppe eccleſiæ
ſedẽs nauim aduerſus fluctꝰ gubernas. Tene clauũ fidei:ut te graues
a huiꝰ ſæculi turbare nõ poſſint ꝓcellæ. Mare quidẽ magnũ & ſpacioſũ:
ſed noli uereri:quia ipſe ſup maria fundauit eã & ſup flumina præpara/ Ps.23.
uit eam.Itaqꝫ nõ immerito inter tot mundi freta:eccleſia dñi tanq̃ ſupra
apoſtolicam ædificata petrã immobilis manet:& incõcuſſo aduerſum impetꝰ ſæuiẽ
tis ſali ꝑſeuerat fundamine. Alluitur undis:nõ quatitur:& licet frequẽter elemẽta

mundi huius magno in iſta reſultent fragore:habet tñ quo laborantes excipiat: tu/
tiſſimū portum ſalutis. Sed tñ & ſi in mari fluctuat:currit in fluminib⁹: & uide ne in
Pſ.92. illis fluminibus magis de quibus dictū eſt:Eleuauerūt flumina uocem ſuam. Sunt
em̄ flumina quæ de uentre eius fluent:qui potū a chriſto acceperit:& de ſpiritu dei
ſumpſerit:Hæc ergo flumina cū redūdant ſpirituali gratia eleuant uocem ſuā. Eſt
& fluuius qui decurrit in ſanctos ſuos ſicut torrens.Eſt & fluminis impetus qui lætifi
cat animā pacificam atq; tranquillam.Ex hui⁹ fluminis plenitudine quicūq; accepe/
rit :ſicut Iohānes euangeliſta :ſicut Petr⁹:Paulus:eleuat uocem ſuā: & ſicut apoſtoli
euangelicæ prædicationis uocē uſq; in totos fines orbis terrarū canoro diffuderunt
præconio:ita & iſte incipit euangeliçare dominū Ieſum.Accipe ergo a chriſto:ut &
tuus ſonus exeat. Mare eſt ſcriptura diuina habens in ſe ſenſus ꝓfundos:altitudi/
nem ꝓpheticorū ænigmatū:in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt er/
go & fluuij dulces atq; perſpicui:ſunt & fontes niuei qui ſaliant in uitā æternā: ſunt
& ſermones boni ſicut faui mellis:& gratæ ſententiæ quæ animos audientiū ſpiritu/
ali quodā potu irrigent:& præceptorū moralium ſuauitate mulceant. Diuerſa igi/
tur ſcripturarū diuinarū fluenta. Habes ꝙ primū bibas:habes ꝙ ſecūdum :habes ꝙ
poſtremū. Collige aquā chriſti:illam quæ laudat dominū.Collige aquā de plurib⁹
locis quā effundunt nubes ꝓpheticæ. Quicūq; colligit de montibus aquā: atq; ad
ſe trahit:uel haurit e fontibus: & ipſe rigat ſicut nubes . Imple ergo gremiū mentis
tuæ:ut terra tua humeſcat:& domeſticis irrigetur fontib⁹. Ergo qui multa legit &
Eccle.11. intelligit impletur:qui fuerit impletus:alios rigat:Ideoq; ſcriptura dicit: Si impletæ
fuerint nubes:pluuiā in terrā effundent. Sint ergo ſermones tui ꝓflui:ſint puri &
dilucidi:ut morali diſputatione ſuauitatē infundas populorū auribus: & gratia uer/
borum tuorum plebē demulceas:ut uolens quo ducis ſequatur. Q; ſi aliqua uel in
populo uel in aliquibus cōtumacia uel culpa eſt:ſint ſermones tui hmōi ut audientē
Ibidē.12. ſtimulent:cōpungant male cōſciū. Sermones em̄ ſapientū tanq̄ ſtimuli. Stimulauit
& dominus Ieſus Saulū:cum eſſet pſecutor:Q; ſalutaris fuerit ſtimul⁹: cōſidera: qui
Acti.9. ex pſecutore apoſtolum fecit dicendo: Durum tibi eſt ut aduerſus ſtimulū calces.
Sunt etiā ſermones ſicut lac quos īfudit Paulus Corinthijs. Qui em̄ fortiorē cibum
epulari nō queunt:ſucco lactis:ingenij ſui exercent infantiā. Eloquia tua plena itel/
lectus ſint.Vnde & Salomon ait:Arma intellectus labia ſapientis.Et alibi: Labia tua
alligata ſint ſenſu:id eſt:fulgeat ſermonū tuorum manifeſtatio:intellectus coruſcet:
& alloquiū tuum atq; tractatus aliena nō indigeat aſſertiōe:ſed ſermo tuus uelut ar/
mis ſuis ſeſe ipſe tueatur:nec ullum uerbū tuum inuanū exeat & ſine ſenſu ꝓdeat.
Eſt em̄ alligatura quæ cōſtringere ſolet animorū uulnera:quā ſi quis reijcit: deſpe/
ratam ſui ꝑdit ſalutem.Et ideo circa eos qui graui ulcere uexant̄:utere oleo ſermo/
nis quo foueas mentis duriciam. Appone malagma:adiunge alligaturam ſalutaris
præcepti:ut uagos & fluctuantes circa fidem:uel erga diſciplinæ obſeruantiam: ne/
quaquā ſoluto animo & remiſſo uigore patiaris perire. Admone igitur plæbē do/
mini atq; obſecra ut abundet in operibus bonis:renūciet flagicijs:nō accendat flam
marū incendia.Nō dicam in ſabbato ſed in omni tēpore:ne cōburat corpus ſuū for/
nicatio:& īmundicia nō ſit in dei ſeruulis:quia immaculato ſeruimus dei filio. No/
uerit unuſquiſq; ſe:& uaſ poſſideat ſuum:ut ſubacto quodā ſui corporis ſolo:fructus
expectet debitos.Nec ſpinas & tribuloſ ei terra ſua germinet:ſed dicat & ipſe:terra
dedit fructus ſuos:atq; in hac dumoſa quondā paſſionum fragilitate:inſitiua uirtutū
efflorecant. Edoce etiam atq; inſtitue ut faciant qđ bonū eſt:& unuſquiſq; nō inter/
mittat opus ꝓbabile:ſiue a pluribus uideatur:ſiue ſine arbitro ſit. Abundat em̄ ſibi
locuples teſtis cōſcientia.Fugiat etiā mala opprobria:etiā ſi ſe credat non poſſe con
uinci.Nam & ſi clauſus parietibus ſit:& opert⁹ tenebris:ſine teſte:ſine cōſcio:habet
tamen facti arbitrum quē nihil fallat:ad quē facta clamāt omnia. Deniq; clamauit &
uox ſanguinis.Sibi ipſum unuſquiſq; animū ſuum ſeuerum ſui iudicē:ultorē ſceleris
& uindicē criminis habet. Deniq; timens & tremens oberrabat Cain paricidalis fa/



cinoris luens pœnas: ut ei remedio ſua mors fuerit:quē uagum exulē formidato p
omnia momēta terrore mortis p mortē exuit. Nemo igit̄ uel ſolus uel cū altero ali
quid turpe aut improbū faxit: Et ſi quis ſol⁹ eſt: ſeipſum præ cæteris erubeſcat: quē
maxime debet uereri. Nec cōcupiſcat plurima quia & pauca ei plurima ſunt.Pau
pertas & opes:inopiæ & ſatietatis uocabula ſunt.Nec diues eſt qui indiget aliquo:
nec pauper qui nō indiget. Nec quiſq̄ uiduam ſpernat:circūſcribat pupillum:frau/
det ꝓximum ſuū. Væ em̄ illi qui dolo congregatā habet ſubſtantiā:& in ſanguine
ædificat ciuitatē:id eſt:animā ſuam.Hæc eſt em̄ quæ ædificat̄ ſicut ciuitas . Hanc
ciuitatē non ædificat auaricia ſed deſtruit:nō ædificat libido ſed exurit atq; incēdit.
Vis bene ædificare ciuitatē? Melius eſt exiguū cū dei timore q̄ theſauri magni ſine Prouer.15.
timore.Diuitiæ hominis ad redemptionē animæ debent ꝓficere nō ad deſtructio/
nem.Et theſaurus redemptio eſt:ſi quis eo bene utat̄: & iterū laqueus eſt:ſi quis uti
neſciat. Quid em̄ homini pecunia ſua:niſi quoddā uiaticū eſt? Multa oneri:mode/
rata uſui.Viatores ſumus uitæ hui⁹.Multi ambulāt:ſed opus eſt ut quis bene tranſe
at.Cum illo em̄ dominus Ieſus:qui bene tranſit:Ideoq; legis:Si tranſeaſ p aquā:tecū Eſa.43.
ſum:flumina te nō cōcludent:nec igniſ exuret ueſtimenta tua ſi tranſeas. Qui autē
ignem alligat in corpore ſuo:ignem libidinis:ignem īmodicæ cupiditatis: nō tranſit
ſed exurit inuolucrū iſtud animæ ſuæ. Præclarior eſt bona exiſtimatio q̄ pecunia: Prouer.22.
& ſup omnes argenti aceruos bona eſt gratia. Fides ipſa ſibi abundat: ſatis ſuperq;
cenſu ſuo diues. Sapiēti quoq; nihil alienū niſi qđ uirtuti incōgruum. Quocūq; ac/
ceſſerit:ſua omnia:totus mūdus poſſeſſio eſt:quoniā toto eo quaſi ſuo utitur. Quid
igitur circūſcribitur frater:quid fraudatur mercēnarius? Nō magna inquit lucra de
mercede meretricis:id eſt:lubricæ iſtius fragilitatis.Meretrix iſta non ſpecialis ſed
publica eſt. Non una mulier : ſed uaga omnis cupiditas meretrix eſt. Omnis perfi/
dia :omnis fallacia meretrix:nō illa ſola quæ corpus ꝓſtituit ſuum: ſed omnis anima
quæ ſpem ſuā uendit:quæ deformes quæſtus & degenerem ſtipem quærit. Et nos
mercēnarij ſumus quia ad mercedē laboramus:& huius operis noſtri mercedē ſpe
ramus a domino noſtro & deo. Si quis cognoſcere uult q̄ mercēnarij ſumus: audi
dicentē.Quātis panibus mercēnarij patris mei abundāt:ego autē hic fame pereo. Luce.15.
Et infra:Fac me inquit ſicut unū mercēnariorū tuorum. Omnes mercēnarij:omnes
operarij.Qui tñ fructū expectat laboris:cōſideret ꝙ is qui alium mercede fraudaue
rit debita:& ipſe fraudabit̄ ſua.Fœneratū iſtud offendit:& poſtea cumulatiore mē/
ſura exoluet.Ergo qui nō uult amittere qđ eſt perpetuū: nō eripiat alij qđ tēporale
eſt. Nemo etiā in dolo loquatur ad ꝓximū ſuum.Laqueus eſt in labijs noſtris:& ſæ
pe unuſquiſq; ſermonib⁹ ſuis nō explicatur ſed inuoluit̄. Fouea alta eſt os maliuoli:
grande innocētiæ præcipitium:ſed maius maliuolentiæ.Innocens dū credit facile:
cito labitur:ſed tamē iſte elapſus reſurgit: maledicus autē ſuis artibus præcipitatur:
unde nunq̄ exiliat atq; euadat. Ponderet ergo unuſquiſq; ſermones ſuos non cum
fraude & dolo:Statera fallax improbabilis apud deū:non illā ſtaterā dico quæ mer/ Prouer.11.
cedem appendit alienā:& in uilibus quidē rebus raro cōſtat fallacia: ſed ſtatera uer
borū ipſa apud deū eſt execrabilis:quæ prætendit pondus grauitatis ſobriæ: & ſub
nectit uerſutias faudulentiæ.Hoc maxime condemnat deus:ſi decipiat aliquis ꝓxi/
mū ſuum ꝓmiſſoꝝ benignitate:& ſubdola iniquitate defœneratū opprimat: nihil ſi
bi ꝓfuturus aſtutiæ ſuæ artibus.Quid em̄ ꝓdeſt homini ſi totius mūdi capiat opes: Matth.16.
animā autē ſuam uitæ æternæ defraudet ſtipendio? Alia pijs mentibus cōſiderāda
ſtatera:qua ſinguloꝝ facta trutinātur:in qua plærūq; ad iudiciū peccata ꝓpendunt:
aut bene geſta peccatis præponderant.Væ mihi ſi præcedant flagicia & ad mortis
præiudiciū lœtali uergant pondere:tolerabilius ſi ſubſequātur. Omnia tamē mani/
feſta dño & ante iudiciū:nec bona poſſunt latere:nec ea quæ plena ſunt offenſionis
abſcondi. Q; beatus qui radicē uitiorum reſecare potuerit auariciā.Is ꝓfecto ſtate
ram hanc nō reformidabit.Auaricia em̄ plærūq; ſenſus hebetat humanos: & ꝑuer/
tit opiniones:ut quæſtū pietatē putent:& pecuniā quaſi mercedē prudentiæ. Mer/

ces autē magna pietatis eſt & quæſtus ſobrietatis: habere qđ uſui eſt ſatis. Quid em̄
in hoc mundo ꝓſunt diuitiarū ſuperflua: cum in ijs & nulla adiumenta naſcendi ſint
nec impedimēta moriendi? Nam & ſine integmēto in hoc mundo naſcimur: & ſine
uiatico diſcedimus: ſine hæreditate ſepelimur. Pendet per ſingulos noſtrorū ſta/
tera meritorū: atq; exiguis uel boni operis: uel degeneris flagicij momētis huc atq;
illuc ſæpe inclinatur: ſi mala uergant: heu me: ſi bona: præſto eſt uenia. Nemo em̄ a
peccato immunis: ſed ubi ꝓpendunt bona: eleuātur peccata: obumbrant̄: tegūtur.
Ergo die iudicij aut noſtra nobis opitulabunt̄ opera: aut ipſa nos in ꝓfundū tanq̄
molari depreſſos lapide mergent. Grauis eſt em̄ utpote talento plūbeo ſuffulta ini/
quitas: intolerabilis auaricia atq; omnis ſuperbia: tetra fraudulētia. Et ideo hortare
plæbē domini: ſperare magis in domino: abūdare in diuitijs ſimplicitatis: in quibus
ambulet ſine laqueo: ſine impedimēto. Bona etiam puri ſermonis ſincæritas & locu
ples apud deū etiam ſi inter laqueos ambulet. Tamē quia alij neſcit inſidias aut uin/
cula innectere: nō alligatur. Illud quoq; præcipuū: ſi pſuadeas ut nouerint humili/
ari: ſciant uerum humilitatis colorē: naturam nouerint. Multi habēt humilitatis ſpe
ciem: ſed uirtutē nō habent: multi eam foris prætēdunt: & intus impugnant. Ad fu/
Eccl. 19. cum præferunt: ad ueritatē abiurant: ad gratiam negāt. Eſt em̄ qui nequiter humili/
at ſe: & interiora eius plena ſunt doli. Et eſt qui ſe nimiū ſubmittit a multa humilita/
te. Nō eſt ergo humilitaſ niſi ſine fuco: ſine fraude. Ipſa eſt uera quæ habet piam mē
Ro. 5. tis ſincæritatē. Magna uirtus eius. Deniq; p inobedientiā unius hominis mors in/
troiuit: & per obedientiā unius domini Ieſu chriſti: facta eſt uniuerſorū redemptio.
Sciuit humiliari ſanctus Ioſeph: qui cū eſſet a fratribus in ſeruitutē uenditus: uel a
Geñ. 37 et 39. negociatoribus coemptus: humiliatus in cōpedibus: ut ſcriptura dicit: uirtutē humi
Pš. 104. litatis didicit: infirmitatē repudiauit. Itaq; emptuſ in ægypti partib⁹ a ſeruo regio co/
quorū præpoſito: non ꝓſapiæ nobilis cōſcientia: quaſi germē abramidarū dedigna/
tus obſequia uernacula faſtidiuit degenerē conditionē: ſed magis gnauū ſe & fide/
lem herili imperio præbuit: alto intendēs cōſilio nihil intereſſe in quo ſtatu quis ꝓ/
babilē ſe præſtaret: ſed illū eſſe finem bonorū: ut in quocūq; ſtatu ꝓbarentur: illudq;
præcipuū: ſi magis mores cōmendarent ſtatū: q̄ ſtatus mores. Etenim quo ſtatus in/
ferior: eo uirtus eminētior. Talem itaq; ſe exhibebat tam ſedulū: ut ei dominus ſu⁹
totam domū ſuā crederet: ipſi omnia cōmitteret. Vnde & uxor eius oculos iniecit
in eū capta formæ uenuſtate. Nihil em̄ ad nos ſi petulantib⁹ oculis aut ætas expetit̄
aut pulchritudo. Ars deſit: nullū ē crimē decoris illecebra faceſſat: inoffenſa eſt ſpe/
cies & formæ gratia. Itaq; percita atq; animi furens interpellat iuuenē: & cogente li
bidine uicta paſſionū ſtimulis crimen fatetur. Verū ille abiurat flagicium: dicēs nec
moribus hebræorū cōuenire nec legibus: ut alienum uiolēt thorū: quibus cura eſt
tuendi pudoris: ut integri nuptiarū integris ſocientur uirginib⁹: nec ulli conueniant
fœminæ: quæ legitimi uſus thori neſciat: religionēq; ſibi eſſe ne ebrius turpis intem/
perantiæ: ingratus herilis indulgētiæ: cui obſequiū deberet: ei grauē inferret contu/
meliā. Nunquid erubeſcebat uilem illum dominū tamē dicere & ſe ſeruum fateri?
Quinetiā cū ambiret mulier obſecraret: etiā metu ꝓditionis uel amoris ſui lachry/
mas funderet ad extorquendi neceſſitatē: nec miſericordia flexus ad flagicij cōſen
ſum: nec coactus metu & precibus reſtitit: nec minis ceſſit: præponēs præmijs peri/
culoſam honeſtatē: q̄ turpem remunerationē caſto pudori. Iterū quoq; mulier ma
ioribus adorſa tentamētis: cum inflexibilē aduerteret: etiā ſecūdo immobilē paſſio/
ne: efferā impudētia uires miniſtrante: iuuenē aggreditur: ueſte apprehenſa ad cu/
bile trahens: cōplexū offerens: & pene cœperat: niſi exuiſſet Ioſeph ueſtem qua te/
nebatur: ne exueret amictum humilitatis: indumentū pudoris. Sciuit igitur humi
liari qui humiliatus eſt uſq; ad carcerē. & cum ſuſtineret calumniā: maluit crimen fal
ſum ſubire q̄ uerum referre. Sciuit inquā humiliari qui humiliabat̄ pro uirtute: hu
miliabatur in typo eius: qui ſe erat humiliaturus uſq; ad morem mortē autē crucis.
Qui uenturus erat: ut uitā hanc de ſomno reſuſcitaret: & ſomniū eſſe hunc uiuendi



uſum doceret: in quo diuerſæ cōmutationū uices tanq̄ ebriæ: & nihil ſolidum: nihil
firmū: tanq̄ dormientis ſomniū uidentes nō uidemus: & audientes non audimuſ: &
manducātes nō ſatiamur: gratulantes nō gratulamur: currētes nō peruenim⁹. Va/
næ ſpes hominū in hoc ſæculo: qui ea quæ nō ſunt tanq̄ quæ ſint ſequēda arbitrent̄.
Itaq; inanes & uacuæ rerum ſpecies: tanq̄ in ſomno uenerunt: abierūt: aſtiterūt: eua/
nuerunt: Circumfuſæ & diſperſæ ſunt: teneri uidentur & nō tenentur. Deniq; ubi
quis audiuit dicētē: Surge qui dormis: & de ſæculi iſtius ſomno exurrexit: falſa hæc Eph. 5.
intellexit omnia: euigilauit & fugit ſomniū: fugit poteſtas: abijt cura patrimonij: for
mæ uenuſtas: honorum ſtudium. Hæc em̄ ſomnia ſunt quibus nō mouentur qui ui/
gilant corde: ſed dormientes exagitantur. Vadat̄ hunc ſermonē meū ſanctus uir
Ioſeph: nō eſſe perpetua nec diurna quæ ſunt hui⁹ ſæculi: qui ab initio nobilis gene/
re: cenſu diues: ſubito ignobilis ſeruulus: & ꝙ ipſam ſeruitij uilitatem acerbat: dege/
neris domini ære emptū mancipium. Minus em̄ uile putatur ſeruire libero: gemina
tur autē ſeruitus: ubi ſeruitur uernaculis. Seruus igitur ex genere præclaro: pauper
ex patre diuite: de amore ad odium: de gratia ad ſuppliciū: rurſus de carcere ad au/
lam: de reatu ad iudicium traductus: neq; aduerſis fractus eſt: neq; eleuatus ſecūdis.
Aſſtipulatur etiā momentarias eſſe uices rerum etiā ſancti Dauid frequēter uaria
tus ſtatus: qui deſpectus patri: precioſus deo: triumpho nobilis: inuidia uilis: aſcitus
ad miniſteriū regium: electus ad affinitatem: poſtremo faciē & ora mutatus: exul re
gni: fugitans paricidij: nunc ſua offendicula deplorabat: & rurſuſ aliena remouebat:
conciliato hærede nobilior q̄ decolorato. Expertus igitur omnia: pulchre dixit: Bo/ Pš. 118.
num mihi ꝙ humiliatus ſum. Q̄ꝗ hoc ad eum poſſit referri: qui cū eſſet in dei for/
ma: facilis inclinare cælos: deſcendit tamē & formam ſerui accipiens noſtras porta/
uit infirmitates: qui præuidens ſanctos ſuos: non quaſi rapinam ſibi propriū honorē
aſſumere: ſed ſubijcere ſe æqualibus & alios ſibi anteferre dixit: Bonum mihi eſt ꝙ
humiliatus ſum: Bonum mihi eſt: ꝙ me ſubieci: ut ſubiecta mihi ſint omnia: & ſit de⁹ 1. Corī. 15.
omnia in omnibus. Hāc infunde humilitatē ſingulorum animis: & teipſum formā
præbe omnibus dicens: Imitatores mei eſtote: ſicut & ego chriſti. Diſcant bonoꝝ Ibidē. 11.
operum diuitias quærere: & morū eſſe locupletes. Pulchritudo diuitiarū non in ſac
culis diuitum ſed in alimentis pauperū eſt. In illis infirmis & egenis melius opes lu/
cent. Diſcant itaq; pecunioſi nō ſua ſed ea quæ ſunt chriſti quærere: ut illos & chri/
ſtus requirat: ut illis ſua largiatur. Impendit ꝓ illis ſanguinē ſuum: effudit illis ſpiritū
ſuum: offert illis regnum ſuū. Quid amplius dabit qui ſeipium obtulit? Aut quid eſt
ꝙ nō ſit daturus pater: qui ꝓ nobis unicum filiū tradidit morti? Admone igit̄ illos
ſeruire dn̄o in ſobrietate & gratia: & tota mentis ſedulitate: erigere oculos ad cæle/
ſtia: nihil ponere in lucro: niſi qđ uitæ æternæ ſit. Nam iſte omnis huiuſce ſtat⁹ ſæcu/
li animarū diſpendiū eſt. Deniq; omniū detrimentū paſſus eſt qui uolebat chriſtū
lucrari: qđ & ſi mirabiliter dixerit: minus tamē expreſſit q̄ acceperat. Hic em̄ de ali/
enis locutus eſt: chriſtus autē dixit: Qui uult poſt me uenire: abneget ſeipſum ſibi: Luc. 9.
ut ipſe ſuum detrimentū ſit: quo fiat lucrum chriſti. Caduca hæc omnia: cum damno
ſine lucro: illud ſolum eſt lucrū: ubi fruct⁹ ꝑpetuus: ubi æternæ merces quietis. Cō/
mendo tibi fili eccleſiā quæ eſt ad forum Cornelij: quo eam de ꝓximo interuiſas fre
quētius: donec ei ordinetur epiſcopus. Occupat⁹ dieb⁹ ingruētibus quadrageſimæ:
tam longe nō poſſum excurrere. Habes illic illyrioſ de mala doctrina arrianorum:
caue eorum çiçania: nō appropinquēt fidelibus: non ſerpant adulterina ſemina: ad/
uertunt quid ꝓpter ſuam perfidiā acciderit: ſibi quieſcant: aut ueram fidē ſequant̄.
Difficile quidē imbuti animi infidelitatis uenenis: abolere poſſūt impietatis ſuæ glu
tinum: ſi tamē in ijs uirus infauſtum inoleuerit: nec facile ijs credendū putes. Nerui
em̄ ſunt & quidā artus ſapientiæ nō temere credere: maxime in cauſa fidei: quæ ra/
ro perfecta eſt in hominibus. Tamen ſi quis eſt: qui licet ſuſpectæ ſit infirmitatis: &
annūciantis affectus: & purgare habitā de ſe opinionē uelit: permitte: ut ſatiſfeciſſe
ſe putet: indulge aliquātulū. Cuius em̄ excluditur ſatiſfactio: auertitur animus. Nā

etiam medendi periti cū uident notas ægritudines:ut ipſi appellant: medicinā qui-
dem nō adhibent:ſed tamē medicinæ tempus expectāt:nec deſerunt inualidū: ſed
leuioribus uerbis aut quibus poſſunt palpant delinimētis:ne aut intermiſſa ægritu-
do deſperatione animi graueſcat:aut crudelior medicinā reſpuat: eo ꝙ ad maturita
tē ꝑuenire nequeat:ſi indigeſte inſolens rerū hmōi medicus adhibeat manus.Siqui
dem & pomū cū immaturū exagitatur:cito deperit. Et quia de agro exemplū ſū-
pſimꝰ:præcipe illis inuiolata cōfinij ſeruare iura:paternos cuſtodire terminos quos
lex tuetur.Supra fraternā charitatē frequēter eſt uicini gratia.Ille em̄ ſæpe lōge:hic
in ꝓximo eſt:uitæ omnis teſtis:conuerſationis arbiter.Delectet eum ꝑ finitima ſpa-
cia laxare liberum pecus:& in herba uiridi proiectum ſecura captare ocia. Seruos
quoq; dominꝰ iure ſeruitij ſubditos habeat ꝓ moderamine coertionis quaſi animæ
conſortes.Paterfamilias em̄ dicitur:ut quaſi filios regat:quoniā & ipſe dei ſeruꝰ eſt:
& patrem appellat dominū cæli:moderatorē poteſtatū omniū. Vale & nos dili-
ge ut facis:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Sabinū:cauſam reddentis:Cur poſt ſcripturā prius directam
codicem apertius ſcriptū trāſmiſerit:Cur etiam ꝓpriam manū ſtilo ſuo affixerit: ad
epiſtolarem inde ludum eū inuitantis:& uſum illius exponētis:Epl'a.XLV.

Mbroſius Sabino. Tranſmiſi petitum codicē ſcriptum apertius atq; eno-
a datius q̃ ea ſcriptura eſt quā dudum direxi:ut legendi facilitate nullum iudi-
cio tuo afferatur impedimentū. Nam exemplaris liber nō ad ſpeciem ſed
ad neceſſitatē ſcriptus eſt.Non em̄ dictamus omnia & maxime noctibus:quibus no
lumus alijs graues eſſe ac moleſti:tum quia ea quæ dictātur: impetu quodā ꝓruunt
& profluo curſu ferūtur. Nobis autē quibus cura eſt ſenilem ſermonē familiari uſu
ad unguem diſtinguere:& lento quodā figere gradu:aptius uidetur propriā manū
noſtro affigere ſtilo:ut nō tam deflare aliquid uideamur q̃ abſcondere. Neq; alterū
ſcribentē erubeſcamus:ſed ipſi nobis conſcij ſine ullo arbitro:non ſolū a uiribus ſed
etiam oculis ea ponderemus quæ ſcribimus. Velocior eſt em̄ lingua q̃ manus:di-
Pſ.44. cēte ſcriptura:Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. Sed forte dicas:
quia uelocitatē ad ſcribētem rettulit.Non te fallit tamē id ſignificari ꝙ ſcribæ uelo-
citer ſcribentis celeritas ſola poſſit linguæ ꝓphetícæ excipere ſermones. Apoſto-
lus quoq; Paulus ſua ſcribebat manu ſicut ipe ait:Mea manu ſcripſi uobis:ille ꝓpter
honorificentiā:nos ꝓpter uerecundiā. Tamē dum adhuc habes de libris iudiciū:
interludamus epiſtolis: quarum eiuſmodi uſus eſt:ut diſiuncti locorū interuallis: af-
fectu adhæreamꝰ:in quibus inter abſentes imago refulget præſentiæ: & collocutio
ſcripta ſeparatos copulat:in quibus etiā cum amico miſcemus animū:& mentem ei
noſtrā infundimus.Iam ſi ut hortaris aliquid & de ueteribus ſcriptis redoleat in epi-
ſtolis.Non ſolū autē conglutinari uidētur per ueræ doctrinæ ꝓfectum: ſed etiā ple-
nioris colloquij ſpecies & forma exprimi:ut inter quærēdi & reſpondēdi mutuas ui
ces:aſſumpta concertatio in unum cōducere:& coram uideatur amicos locare: qui
tali ſe laceſſunt & cōplectunť munere. Quid aūt maioꝝ noſtrorū exempla ꝓferā:
qui epiſtolis ſuis fidē infuderunt populoꝝ mētibus:atq; ad integros & cōfertos ſcri
pſerunt populoſ:& præſentes ſe eſſe cū abſentes ſcriberēt ſignificarūt:dicēte ſancto
Apl'o:quia abſenſ erat corpore ſed præſens ſpiritu:nō ſolū cū ſcriberet ſed etiā cū iu
dicaret? Deniq; abſens ꝑ epiſtolā condēnabat:& idē abſoluebat ꝑ epiſtolam. Epi-
ſtola em̄ Pauli quædā effigies erat eius præſentiæ & forma operis. Nō em̄ ut aliorū
epiſtolæ graues inquit & fortes:præſentia aūt corporis infirma:& ſermo cōtempti-
bilis talis & apoſtoli:ſed talis huius epiſtola:ut talis eſſet forma præcepti:qualiſ eſſet
operationis ſubſtantia:quia quales ſumus inquit uerbo ꝑ epiſtolas abſentes:tales &
præſentes ſumus in opere.Imaginē præſentiæ ſuæ in epiſtolis expreſſit: fructum &
teſtimoniū in opere ſignificauit. Vale & nos dilige ut facis.

Sancti Ambroſij ad Euſebiū:iocunditatē illius in filijs & filiorum benedictionem
recenſentis:Epl'a.XLVI.



Mbroſius Euſebio. Fauſtinus uterq; tibi redditus eſt nobis utrūq; Ambro
a ſium pignus reſedit.Ipſe habes qđ primū in patre: & quod iocundiſſimū eſt
in filio minore:quia & uirtutis apicem tenes:& humilitatis exhibes gratiam
nos qđ medium inter patrē & iuniorem filium. Tecum ſumma totiꝰ domus & per-
petuati uocabuli iugis ſucceſſio.Apud nos parca mediocritas quæ & de ſūmo pen-
deat:& in poſteriore ſubſiſtat. Tecum igiť requies utriuſq; noſtrū quæ cum inui-
cem nobis refunditur:omnē animi abſtergit ſollicitudinē. Tecum is qui & mori-
bus & operibus ſuis:& ſobole tali inuenit gratiā apud dominū noſtrum. Tecum
is qui inter mūdi huius ꝓcellas ſpiritalem nutriuit columbam: quæ ei fructus afferat
pacis uncta oliuo integritatis. Tecū is qui ædificauit aram deo: quē benedixit deꝰ
& filios eius dicens:Creſcite & multiplicamini. Cum quo teſtamētum pacis ſtatuit Gen.9.
ſuæ:ut ſit ei & filijs eius in ꝓgeniē æternam. Habes igiť hærede diuinæ benedicti-
onis:conſortē gratiæ:participem iuſticiæ. Sed uide quæſo:ne iſte nomine noſter
agricola:bonus plantator feracis uineæ:cum fuerit amoris & gratiæ tuæ inebriatus
poculo:tanq̃ crapulatus a uino:diutius quieti indulgeat:ac ſi forte indormierit: exci
tet eum Sem noſtri deſideriū. Eſt & ibi Iaphet iunior ex fratribus:qui pietatis re-
uerentia patrem induat:quē pater & dormienſ uideat:nec unq̃ de pectore dimittat
ſuo:quin ſemꝑ oculis & complexu teneat:atq; euigilans intelligat:quæ ei fecerit fili-
us ſuus iunior:qui latitudo latine diciť:eo ꝙ in labijs eius diffuſa gratia & ſit in mori-
bus propter qđ benedixit eum dominꝰ:quia ipſe tanq̃ bonus retrorſum rediens: pa
trem texit pio charitatis uelamine:& detulit pietati honorē:de quo & pater ait:Læ- Ibidē.
tificet deus Iaphet in domibuſ Sem.Vnde & in enumeratione generationum præ-
fertur ſeniori fratri:in benedictione ſubſtituitur.Præfertur ꝓpter honorē nominis:
ſubſtituitur ꝓpter prærogatiuā ſenioris ætatis: & honorificentiā naturæ debitam.

Sem autē dicitur latine nomen.Et bene hic noſter Ambroſius bonū nomen:in cu
ius domibus lætetur Iaphet:quia potius eſt nomen bonū:ſuper multas diuitiarū co Prouer.22.
pias. Sit ergo & iſte benedictus & gratia eius ſuper aurum & argentū: ſit in porti-
one eiꝰ ſemē Abrææ:ſint benedictiones in poſteritate & omni familia iuſti uiri. Sed
maledictus nemo:benedicti omnes.Benedictus em̄ Saræ fructus. Salutant te Am-
broſij:ſalutat Parthenius dulciſſimus:ſalutat Valētinianus paratuſ ad humilitatem:
qđ hebraice chanaan diciť quaſi puer fratris ſui:cui & nomine ſuo ceſſit.Et ideo tāq̃
Nemroth gemini gigaſ nominis:uenator egregius ſuper terram:de duo dictum eſt
Tanq̃ Nemroth gigas uenator ante dominū.Namq; ingenio ſubruſticus:uiribꝰ ua- Gen.10.
lidus:quos ingenio æquare non poteſt:uiribus ſuperat:ut comacinas rupes geſtare
ſecum:& faciem tauro propior uultu uideatur exprimere:poſthabitum ſe indigna-
tus:& paterno exutum uocabulo metropolitanū uirum bononienſi ſubditum:quia
infantiæ neſcit blanditias & de nutricis gremio ſe illæſus excuſſit. Vale & nos dili
ge:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Irenæum:confutātis errorem cuiuſdam maledici apollinari-
ſtæ:qui nō poteſt audire ꝙ dominus noſter Ieſus chriſtus pro nobis ſeruitutem ſuſ-
ceperit:Epiſtola.XLVII.

Mbroſius Irenæo. Quē ſcripſiſti maledici ſeminatorē ſermonis:leuiſſimus
a eſt:qui iam ueneni ſui mercedem recepit.Siquidem reſponſum eſt ei publi-
ce:& qđ priuatim ſeuerat:palam meſſuit. Ego autē uanum ante & inuiſorē
tantū habebam.At ubi iſte ſermo ad aures peruenit meas:ſtatim reſpondendi ꝙ cū
uirus infecerit apollinare:qui non poteſt audire ꝙ dominꝰ noſter Ieſus ꝓ nobis ſer-
uitutem ſuſceperit in iſtius corporis ſuſceptione:cum Apoſtolus clamet:ꝙ formam Phil.2.
ſerui acceperit.Hoc munimentū:hæc ſepes ē fidei noſtræ:qui hanc deſtruit: deſtru
etur ipſe:ſicut ſcriptum eſt:Quia deſtruentē ſepem mordebit ſerpens. Equidem Eccl.10.
primo leniter mandaui ei:qua ratione bonā rem malo animo facis? Ego em̄ bene-
ficio annumero:ſi quis mea legēs ſcripta dicat mihi ꝙ uideatur moueri:Primū quia
& in ijs quæ ſcio:falli poſſum.Multa iure prætereunt:multa quibuſdā aliter ſonant:

pulchrum eſt ſi fieri poteſt: cauere omnia. Deinde quia non debeo moleſte ferre: ſi
cum de apoſtolicis & ipſis euãgelicis dominicisq; uerbis plæriq; multas quæſtiones
ferant: etiã in meis ſcriptis reperiant de quo diſputandũ putēt. Plæriq; enim ſtudio
indulgent ſuo: ut iſte qui ꝓpterea orbem circuiuit ut quæreret quē reprehenderet
non quē ſibi imitandũ arbitraretur. Hic igitur ut arroderet aliquid de meis ſcrip-
Matth.11. tis: cauſam ſibi amplam repperit: quoniã eo loci ubi dixit dominus Ieſus: Confiteor
tibi pater domine cæli & terræ: diximus ideo dictum: ut nos intelligamus patrē filij
Ps.108. eſſe & dominũ creaturæ. Q̄ꝗ in pſalmo euidenter dominũ dixerit patrem filius. Vi
derunt me & mouerunt capita ſua: adiuua me domine de⁹ meus. Etenim ſm̄ formã
ſerui locutus dñm uocauit quē patrē nouerat: æqualis in dei forma ſeruũ ſm̄ carnis
ſubſtantiã ſe prædicans. Seruitus enim carnis: dominatus autē diuinitatis eſt. Ad-
uertis igitur primũ ꝓ tua admirabili prudentia ea quæ in euangelio dicunt: ad euã-
gelij tempus referri: quo domin⁹ Ieſus inter homines humana ſpecie cõuerſabatur:
2.Corin.5. Nunc in ſecundũ hominē iam nõ nouimus chriſtum: ſit ita uiſus & cognitus ueteri-
bus: iam tranſierũt uetera: & omnia noua facta ſunt. Omnia tamē ex deo qui nos ſi-
bi per chriſtũ reconciliauit. Eramus em̄ mortui: & ideo unus ꝓ omnibus mortuus &
unus ꝓ omnib⁹ ſeruus factus eſt. Quid dicam ſeruus fact⁹ eſt? Peccatũ: opprobriũ:
maledictum fact⁹ eſt. Dixit em̄ Apoſtolus: Quia ꝓ nobis peccatũ factus eſt: quia ma
ledictum factus eſt domin⁹ Ieſus: Dixit quia cũ ſibi ſubiecerit omnia tũc & ipſe ſub-
Acti.3. iectus erit. Dixit & Petrus: In nomine Ieſu naçareni ſurge & ambula. Dixit quia glo-
Apoca.5. rificauit puerum ſuum Ieſum: & nemo calumniatur de tēpore. In Apocalypſi aũt &
Ps.21. agnus dictus eſt a Iohanne: dictus eſt in pſalmo: uermis & nõ homo. Hæc omnia fac-
tus eſt: ut noſtræ obtunderet mortis aculeũ: noſtram ſeruitutē tolleret: maledicta:
peccata: opprobria deleret. Hæc & alia quæ conſulenti cuidã & multo plura a te
ſcripſiſti relata: cũ ſcriptura diuina habeat: quēadmodũ quiſq̃ dubitabit dicere quæ
pie ſcripta ſunt: quoniã ad gloriam chriſti ſpectant nõ ad imminutionē. Nam cum
de dono eius: hoc eſt manna dictũ ſit: quia & qui minus collegit nõ deminuit: & qui
plurimũ: non ampliauit: unde potuit ipſe uel minui uel augeri? Quid enim in eo im-
minutum eſt ꝙ noſtram ſeruitutē: noſtras infirmitates ſuſcepit? Erat humiliat⁹: erat
in forma ſerui: ſed idem in gloria dei patris. Erat uermis in cruce: ſed idem dimitte-
bat peccata etiã perſecutorũ ſuorum. Erat opprobrium: ſed idem maieſtas domini:
Esa.40. ſicut ſcriptum eſt: Et uidebitur maieſtas domini: & uidebit omnis caro ſalutare dei.
Quid amiſit cui nihil minus eſt? Non habebat quidē ſpeciem neq; decorē: ſed habe
bat plenitudinē diuinitatis. Infirmus exiſtimabatur: ſed nõ deſtiterat eſſe dei uirt⁹:
uidebatur ut homo: ſed fulgebat in terris maieſtas diuina & patris gloria. Vnde
Phil.2. pulchre Apoſtolus eiuſdem uerbi repetitione uſus eſt dicēs de domino Ieſu: Quia
cum in forma dei eſſet: nõ rapinam arbitrat⁹ eſt eſſe ſe æqualē deo: ſed ſemetipſum
exinaniuit formam ſerui accipiens. Quid eſt in dei forma: niſi in plenitudine diuini-
tatis in illa perfectionis diuinæ expreſſione? Ergo cum eſſet in plenitudine diuinita-
tis: exinaniuit ſe: & accepit plenitudinē naturæ & perfectiõis humanæ: ſicut deo ni-
hil deerat: ita nec hominis cõſummationi: ut eſſet perfectus in utraq; forma. Vnde
Ps.44. & Dauid dicit: Speciosus forma præ filijs hominũ. Concluditur apollinariſta: nec
quo ſe uertat habet: ſuis clauditur retib⁹. Ipſe em̄ dixerat: Formam ſerui accepit: nõ
ſeruus lectus eſt. Iterum ergo interrogo: quid eſt in forma dei? In natura dei. Sunt
Gal.4. em̄ ait Apoſtolus: qui nõ ſunt natura dij. Quæro quid ſit formã ſerui accipiēs? Sine
dubio perfectionē naturæ & cõditionis (ut dixi) humanæ: ut eſſet in hominũ ſimili-
tudine. Et pulchre nõ carnis ſed hominũ dixit ſimilitudinem: quia in carne eadē.
Sed quia ſine peccato erat ſolus: omnis autē homo in peccato: in ſpecie hominis ui-
debatur. Vnde & propheta ait: Et homo eſt & quis cognoſcit eum? Homo ſm̄ car-
Matth.8. nem: ſed ultra hominē ſm̄ diuinam operationem. Deniq; cum leproſum tãgeret:
Ioh.11. homo uidebatur: ſed ultra hominē cum emundaret. Et cum Laçarum fleret mortu-
um quaſi homo flebat: ſed ſupra hominē erat: cum mortuũ uinctis iuberet pedibus



exire. Homo uidebatur cum penderet in cruce: ſed ſupra hominē cum reſeratis tu-
mulis mortuos reſuſcitaret. Nec ſibi blandiatur uirus apollinare: quia ita legit̄: Et Phil.2.
ſpecie inuentus ut homo. Non em̄ negatus eſt homo Ieſus: cum alibi ipſe Paulus de
eo dicat: Mediator dei & hominũ homo chriſtus Ieſus: ſed cõfirmatus eſt. Id em̄ eſt 1.Timoth.2.
uſus & moris ſcripturæ ſic ſignificare: Sic & in euangelio legimus: Et uidimus gloriã Ioh.1.
eius gloriam quaſi unigeniti a patre. Sicut ergo quaſi unigenitus dicitur: & non ab-
nuitur unigenitus dei filius: ita ut homo dicitur: & perfectio fuiſſe in eo hominis nõ
negatur. Cum eſſet igitur in forma ſerui humiliatus uſq; ad mortem: erat tamen in
dei gloria. Quid ei igitur offuit ſeruitus? Seruus autem factus legitur: quia legitur
factus ex uirgine & creatus in carne. Omnis enim creatura ſeruit: dicente ꝓpheta:
Quia uniuerſa ſeruiunt tibi. Vnde & deus pater ait: Inueni Dauid ſeruum meũ: Ps.118. Ps.88.
oleo ſancto unxi eum. Ipſe uocabit me: pater me⁹ es tu: deus ſalutis meæ: & ego pri-
mogenitũ ponam eum. Et in alio pſalmo: Cuſtodi animã meam quoniã ſanctus ſum Ps.85.
ſaluum fac ſeruum tuũ. Et infra in eodem pſalmo: Da poteſtatē puero tuo: & ſaluũ
fac filium ancillæ tuæ. Congeſſi enim patris & filij uoces: ut ei non argumenta hu
mana ſed diuina reſponderēt oracula. Alibi inquit: In manus tuas cõmendo ſpiri- Ps.30.
tum meũ. Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos: ſuper omnes inimicos meos factus
ſum opprobrium. Et in eodem pſalmo: Illuſtra faciē tuam ſuper ſeruum tuum. Per
Eſaiam quoq; dicit ipſe filius dei: Ex utero matris uocauit dominus nomen meũ: & Esa.49.
poſuit os meum ut gladium acutũ: & ſub tegmento manus ſuæ protexit me. Poſuit
me ſicut ſagittam electam: & pharetra ſua texit me & dixit mihi: Seruus meus es iſ-
rael. Dicitur enim dei filius & iſrael: ſicut alibi: Iacob puer meus: iſrael dilectus meus.
Solus em̄ uere deum patrem nõ ſolum uidit ſed etiã enarrauit. Et ſequitur: In te glo-
rificabor. Et ego dixi: in uacuum laboraui: & in nihilum dedi uires meas: ideo iudici
um meum ante dominũ: & dolor meus ante deum meũ. Et nunc ſic dicit dominus:
Qui finxit me ſeruum ex utero ſibi ad congregandũ Iacob & iſrael. Quis cõgre-
gauit dei populũ niſi chriſtus? Quis glorificatus eſt ante dominũ? Quis eſt dei uir-
tus? Cui dixit pater: Magnũ tibi eſt uocari te puerũ meum? Et cui dicit: Ecce poſui
te in teſtamentũ generis mei in lucem gentiũ: ut ſis in ſalutē uſq; ad extremũ terræ?
De quo etiam per os Eçechiel locutus eſt dicēs: Suſcitabo ſuper eos paſtorē unũ: Ezech.34.
& reget eos ſeruus meus Dauid: & erit eorum paſtor: & ego domin⁹ ero illis in de-
um: & Dauid in medio eorum princeps. Dauid utiq; rex iam defunctus erat: & ideo
uerus Dauid: uerus humilis: uerus manſuetus: uerus manu fortis dei filius hoc an-
nunciatur nomine. Qui etiã in Zachariæ prophetæ libro ſignificat̄ dicēte deo pa-
tre: Ecce ego mittam ſeruũ meũ: oriens nomē eſt ei. Nũquid quia habebat ueſtimē- Zachariæ.3.
ta ſordida: ideo fulgorem diuinitatis ſuæ ſol iuſticiæ non habebat? Et quid plura?
An infirmius putamus ſeruitiũ eſſe q̃ peccatum: q̃ maledictũ: q̃ opprobrium: q̃ infir-
mitates: quas ꝓ nobis ſuſcepit: ut a nobis auerterētur? Factus eſt enim hæc omnia:
ut uniuerſa uacuaret. Sed hæc ideo nõ recipiũt ꝙ ſeruus: opprobriũ: peccatũ: ma-
ledictũ factus ſit: quia uerbũ & carnem uniuſ aſſerunt eſſe ſubſtantiæ: & dicunt: ergo
qui nos redemit: ſeruus dictus eſt: & peccatũ debuit dici. Nec aduerterunt ꝙ hæc
chriſti gloria ſit: quia ſeruitutē ſuſcepit in corpore ſuo: ut libertatē omnibus redde-
ret: peccata noſtra portauit: ut mũdi peccatũ tolleret: Seruus: peccatum: maledictũ
factus eſt: ut tu peccati ſeruus eſſe deſiſteres: te diuinæ ſentētiæ maledicto abſolue-
ret. Ille ergo maledictum ſuſcepit tuũ. Maledictus em̄ omnis qui pendet in ligno: Ille Deut.21.
maledictum in cruce factus eſt: ut tu benedictus eſſes in dei regno: Ille dehoneſtat⁹
& depreciatus eſt nec aliquid exiſtimatus: Ille dicebat: In uacuũ laboraui: ꝑ quē me-
ruit Paulus dicere: Nõ in uacuũ laboraui: ut boni operis fructum & euangelicæ præ- Phil.2.
dicationis gloriam ſuis conferret ſeruulis: ꝑ quam uniuerſi ſarcina laboris abſoluerē-
tur. His igit̄ auditis derelictus eſt in dimidio dierum ſuorũ perdix: qui clamauit ut
cõgregaret quæq; nõ peperit: & oppreſſus eſt uoce domini Ieſu. Deniq; adornat fu
gã. Vale & nos dilige quia nos te diligim⁹.

Sancti Ambroſij ad Irenæū: ꝑſequētis illud qđ in Hieremia ſcriptū eſt: Clamauit perdix: cōgregauit quæ nō peperit: naturā iſtius auis deſcribendo: & eū diabolo ac membris ſuis adaptando: Ep̃la. XLVIII.

a Mbroſius Irenæo. Clamauit perdix: congregauit quæ nō peperit. Licet (Hiere.17.) enim mihi de ſuperioris fine epiſtolæ ſequentis mutuari exordium. Celeberrima quæſtio: & ideo ut poſſimus eā abſoluere quid de natura auis iſtius habeat hiſtoria: cōſideremus. Nam & hoc conſiderare: nō mediocris prudētiæ eſt: Si quidem & Salomon naturas cognouit animaliū: & locutus eſt de pecorib⁹: & uolatilibus: & de reptilibus: & de piſcibus. Dicit̃ itaq; auis iſta plena eſſe doli: fraudis: fallaciæ: quæ decipiendi uenatoris uias calleat: atq; artes nouerit: ut eū a pullis auertat ſuis: omniaq; tentamēta uerſutiæ nō prætermittere: quo poſſit uenantem abducere a nido & cubilib⁹ ſuis. Certe ſi inſiſtere aduerterit: tamdiu illudit: q̄diu ſoboli fugiendi ſignum tribuat & poteſtatem. Quā ubi euaſiſſe ſenſerit: tunc ſe & ipſa ſubtrahit: & lubrica arte deceptū inſidiantem relinquit. Fertur etiam ꝓmiſcuæ eſſe permixtionis: ut fœminas cum ſūmo certamine mares irruant: & uaga caleſcant libidine. Vnde impurum & maliuolū & fraudulentum animal: aduerſario & circūſcriptori generis humani: fallaciſſimoq; & impuritatis auctori conferendū putatur. Clamauit ergo perdix: quia a perdendo nomen accepit: ſathanas ille qui latine cōtrarius dicitur. Clamauit in Eua primū: clamauit in Cain: clamauit in Pharaone: Dathan: Abiron: Chore: Clamauit in iudæis: quando petierūt ſibi fieri deos: cū Moyſes legē (Matth.27.) acciperet: Clamauit iterum: quādo de ſaluatore dixerūt: Crucifigatur: crucifigatur: Sanguis eius ſup nos & ſuper filios noſtros: Clamauit quādo ſibi regē fieri poſtulauerunt: ut recederent a domino deo rege: clamauit in omni uano & perfido. His uocibus congregauit ſibi populos quos nō creauerat. Deus enim hominē ad imaginem ſuam fecit: & diabolus ſibi hominē uocis ſuæ fraude ſociauerat. Cōgregauit ſibi nationum populos faciens diuitias nō cum iudicio. Vnde in prouerbio eſt de diuite auaro: Quia perdix iſte cōgregat diuitias non cū iudicio. At uero meus Ieſus quaſi iudex bonus: cū iudicio omnia agit: qui uenit ſicut ſcriptum eſt dicens: Ego loquor iuſticiam & iudiciū ſalutis. Ea igitur gratia deprædatus eſt perdicem illum diabolum: abſtulit ei male congregatas diuitias multitudinis: reuocauit ab errore animas gentium: menteſq; nationū deuiantium. Et quia diaboli uoce deceptos ſcie(Gen.4.)bat: & ipſe ut uincula nexuſq; ueteris erroris ſolueret: clamauit primū in Abel: cuius (Exo.14.) clamauit uox ſanguinis: Clamauit i Moyſe cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit (Pſ.118.) in Ieſu naue: Clamauit in Dauid: q ait: Clamaui ad te ſalua me: Clamauit in omnibus (Eſa.40.) ꝓphetis. Vnde & ad Eſaiā dicit: Clama: & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salo(Prouer.9.)mone cōuocans cum altiſſima prædicatione ad ſapientiā: Venite edite de meis panibus & bibite uinum quod miſcui uobis. Clamauit etiā in corpore ſuo ſicut Scarabæus in ligno. Clamauit ut inſidiatorem falleret & circūueniret dicens: Deus deus (Matth.27.) meus quare me dereliquiſti? Clamauit ut deſpoliaret reſpōdens latroni: Amē amē (Luc.23.) dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. Itaq; ubi clamauit Ieſus: cōtinuo perdix ille a congregatis in dimidio dierū ſuorū derelictus eſt. Vnde & quidā naturæ perdicis etiā iſtud aptandū putarūt: eo ꝙ aliena diripiat oua: & foueat ſuo corpore: atq; hac ſua fraude partus alienos ſtudeat acquirere. Sed (qđ aiunt cornicis oculum: habent enim & uolatilia ſuas artes) ubi iſtud aduerterit cui⁹ aut ſingula oua direpta aut cubile fuerit inuaſum: ſollicitata ſoboles erroris ſimilitudine: ſpeciei ſimulatione decepta: & ſi infirmior uiribus: induit ſe atq; armat uerſutia: & cū labor omnis impenſus nutrimentorū educantē exhauſerit: atq; adoleſcere pulli cœperint: tunc uocē emittit: & quadā pietatis tuba ꝓlem aduocat. Quæ naturali quodā auditu excitata agnoſcit parentem & ſimulantē deſerit. Ita cum uult cōgregare quæ non peperit: amittit quos nutriendos putauit. Nō ſuperfluo igit̃ & Ieſus clamauit: ut quia totius mūdi populus uoce perdicis blanditijs arte ſpecie deceptus ab auctore ꝓprio deuiauerat lubricas artes ſecut⁹: ueri parētis uoce reuocatus fallacem relinqueret: atq; in dimi-



dio dierum eius fraudulentū deſereret: id eſt: ante hui⁹ finem ſæculi: cui nos eripuit dominus Ieſus: & ad uitam æternā uocauit. Itaq; nunc mortui mundo: uiuim⁹ deo. Cū igitur perdix iſte penitus a falſis filijs derelictus fuerit: tunc erit ſtultus ille quē elegit deus: & ſapientē confudit: ſaluus. Quoniā quæ ſtulta ſunt mūdi: elegit deus. (1.Cor.1.) Ideo ſi quis uidetur ſapiens eſſe in hoc ſæculo: ſtultus fiat ut ſit ſapiens. Vale fili & (Ibidem.3.) nos dilige ut facis: quoniā nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Syriciū: narrātis illum Priſco aduenienti litteras dediſſe: & ſe eidem reuertēti alias reddidiſſe: Et quia utrūq; eorū officio remuneratus ſit: etiā ei⁹ officij preciū incrementa debere adipiſci gratiæ: Ep̃la. XLIX.

a Mbroſius Syricio. Priſco amico & æquæuo meo dediſti aduenienti litteras. Ego quoque reuertenti reddidi: quas & pro officio & pro amore debui. Vtrūq; igitur noſtrum ſuo officio remunerat⁹ eſt: qđ & mihi tuas & meas tibi reſtituit. Ideo eius officij preciū incrementa debet adipiſci gratiæ. Vale & nos frater dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Atticū: ſcribētis litteras ſuas Priſcū ſibi: & ſe illi alias reddidiſſe: Priſcum dilectioni ſuæ ampli⁹ cōmendantis: Ep̃la. L.

a Mbroſius Attico. Priſco meo dediſti litteras: Priſcus meus mihi reddidit: & ego Priſco. Tu Priſcū ut ſoles dilige: & plus etiā q̄ ſoles: ꝙ eo ſuadeo: qa & ipſe Priſcū meū facio plurimi. Eſt eī erga eum Priſcus hic noſter amor: qui a puericia iam inde nobis cū ætate accreuit ſimul: ſed eum multo poſt uidi tempore: ut uere mihi non ſolū nomine ſed etiā tanti interuallo temporis Priſcus aduenerit. Vale & amantes tui dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Fœlicē: ſignificātis tuberū ſibi miſſorū partē amicis direxiſſe: Et illum ꝙ ſe tādiu nequaq̄ reuiſarit arguentis: Ep̃la. LI.

a Mbroſius Fœlici. Miſiſti mihi tubera & quidē miræ magnitudinis: ut ſtupori forent ea tā grandia: nolui in ſinu: ut aiunt: abſcōdere: ſed alijs quoq; demonſtrare malui. Itaq; partē direxi amicis: partē mihi reſeruaui. Suaue munus: nō tamē ita præpotēs: ut cōprimeret querelā meam iure excitatā: qđ nos tamdiu amantes tui nequaq̄ reuiſas. Et caue poſthac ne maiora inuenias doloris tubera. Nam huius nominis diuerſa ratio. Vt enim grata in munere: ita in corpore atq; in affectu moleſta ſunt. De te impetra quo minus te abeſſe doleam. Nam cauſa commotionis meæ deſideriū eſt tui. Effice ſi potes: ut minus gratus ſis. Rem expoſui: cauſam ꝓbaui. Intorquēda eſt amentata illa non manipularis ſentētia: metuiſti certe: ſed uide q̄ mouear: ut delectet iocari: poſtea tamē ne excuſaueris. Etem̄ q̄uis tua hæc uectigalis mihi ſit excuſatio: male de te iudicat: nec de me melius: ſi aut tuā abſentiā muneribus cōpenſandam: aut me munerib⁹ redimendū putes. Vale & nos amantes tui dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Romulū: quæſtioni illius: Cur uidelicet deus dixerit: Ponam cælū æreum: & terrā ferream: ſatiſfacientis: Ep̃la. LII.

a Mbroſius Romulo. Cum ſis in agro: miror qua ratione de me quærēdum (Leuit.26.) putaueris: cur dixerit deus: Ponam cælum æreum: & terrā ferreā. Nā ſpe(Deut.28.)cies ipſa agri & præſens fertilitas docere nos poteſt quanta clementia ſit aeris & cæli indulgentia: quādo dignatur deus ubertatem dare: quādo autē ſterilitas: quemadmodū clauſa omnia: ſpiſſus aer: ut in rigorem æris ſolidatus putetur. Vnde alibi habes: quia in diebus Heliæ clauſum eſt cælū annis tribus & menſibus ſex. Si(Luc.4.)gnificatur igitur clauſum cælū æreū eſſe: uſum ſui terris negare. Terra quoq; ferrea eſt: cū ꝓuentus abnuit: & iacta ſibi ſemina tanq̄ hoſtili duricia genitali excludit aluo: quæ gremio ſolet blandæ matris fouere. Quādo eīn ferrum fructificat? Quando æs imbres relaxat? His igit̃ miſerandā famem minatur impijs: ut qui pietatē filiorum cōmunium domino & patri exhibere neſciunt: careant nutrimento paternæ indulgentiæ: ſit illis cælū æreum concreto aere & ſolidato in metalli rigorem: ſit illis terra ferrea partus ſuos neſciens & qđ plærumq; impia habebat: diſcordias ſerēs. Raptū

cē̄ utuntur qui uicta indigent:ut alienis diſpendijs famē ſuam ableuent. Iam ſi & of/
fenſa inhabitantiū huiuſmodi ſit:ut diuina cōmotione ijs inferant̄ prælia: uere ter/
ra eſt ferrea telorꝝ ſegetibus inhorrens:& ſuis nuda fructibus:fæcunda ad pœnam:
ſterilis ad alimoniā. Vbi autem abundantia:Ecce ego pluo uobis panes:dicit domi/
nus. Vale & nos dilige:quia nos te diligimus.
Sancti Ambroſij ad Titianū:illi cōgaudentis ꝙ a Rufino liberat⁹ ſit:quē ſibi gra/
uiorem iudicē in negocio cū nepte ſua arbitrabat̄:Epl'a. LIII.
Mbroſius Titiano. Venit tibi innocens uictoria: ut ſine uoti amaritudine
a potiaris uictoriæ ſecuritate. Rufinus eñ ex magiſtro officiorum factus eſt
in conſulatu præfectus prætorio:ac per hoc plus poſſe cœpit:ſed tibi iam ni/
hil obeſſe. Eſt enim aliarum præfectus partium. Q̃ gaudeo uel illi ut amico: quia
honore auctus inuidia leuatus eſt:uel tibi ut filio:quia liberatus es ab eo:quē tibi gra
uiorem iudicem arbitrabare:ut ſi de negocio definiueris cū tua nepte: pietatis tuæ
ſit nō formidinis. Ideoq; ꝓmptior eſto deciſioni:cuius & ſpes potior & fructus eſt.
Spes quia pater neptis tuæ:quid de illis ſentias:ſibi plurimū blandiebat̄: iam qđ de
eo ſperet nō habet. Ille eñ alia curat:præterita negligit:uel cū illud qđ tunc gerebat
depoſuit officium iſte negocij ſui meritū:nō ſententiæ patronū conſiderat. Et fru/
ctus iocundior eſt:ut tibi referatur deciſionis gratia:qui potueris iā ſpernere & non
ſpreueris:pietatē ſpectans neceſſitudinis:nō ſtimulū offenſionis. Vale & nos dili/
ge ut filius:quia nos te ut parentes diligimus.
Sancti Ambroſij ad Syricium:gratum ſibi aſſerentis cū & ab ipſo litteras accipi/
at:& ille aliquos de conſeruitio ſuo dirigat:eoſq; ſe diligere conteſtantis qui non pa
tiuntur ſe a ſuo munere diutius abeſſe: & ad ſequendum dominum Ieſum ſuaden/
tis:Epiſtola. LIIII.
Mbroſius Syricio. Gratum eſt mihi cū litteras accipio tuas. At cum de cō/
a ſeruitio noſtro aliquos dirigis:ut fratrem noſtrū & cōpreſbyterū Syrum tu/
is es ꝓſecutus litteris:geminatur lætitia. Sed utinam fructus fuiſſet iſte diu/
turnior. Nam ſtatim ut uenit:recurrendum putauit:qđ quidem ad deſiderium me/
um plurimū minuit:ad ſui gratiam multum addidit. Nam ego diligo eos uel pre/
ſbyteros uel diaconos qui cū aliquo proceſſerint:nequaquā ſe patiunt̄ a ſuo diutius
abeſſe munere. Dicit eñ ꝓpheta:Non laboraui ſequens poſt te. Quis autē poteſt
Matth.11. laborare ſequens Ieſum:cū ipſe dicat:Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
eſtis:& ego uos reficiam? Sequamur ergo Ieſum ſemp̱ nec deſinamus. Q̃ ſi ſem
per ſequamur:nunq̄ deficim⁹. Dat eñ uires ſequētibus ſe. Itaq; quo ꝓpior uirtuti fu
eris:eo fortior eris. Plærūq; cū ſequimur:dicit̄ nobis ab aduerſarijs: Vbi eſt uerbū
domini: ueniat. Sed nos nō fatigemur ſequendo:nō auertamur ſubdolæ interroga/
tionis impedimēto. Dicebat̄ hoc ꝓphetæ cū mitteretur in carcerē: cū demerge/
retur in uoraginē luti. Vbi eſt uerbum domini: ueniat. Sed ille multo magis ſecut⁹
eſt:& ideo ad brauiū ꝑuenit:ideo accepit coronam:quia nō laborauit qui ſequebat̄
Ieſum. Nō eſt eñ labor in Iacob:nec dolor uidebit̄ in iſrael. Vale & nos dilige: qa
& nos amantē noſtri ut parentē diligimus.
Sancti Ambroſij ad Fœgadiū & Delphinū epiſcopos:inſinuantis Polibiū ut utriq;
eorum ſcriberet popoſciſſe:ac poſt datam epiſtolā utriuſq; nomine conſcriptā alte/
ram exegiſſe:& ei ſe illam dediſſe:Epiſtola. LV.
Mbroſius Fœgadio & Delphino epiſcopis. Polibius filius noſter cum de
a africanis regreſſus partib⁹ in quibus proconſularem iuriſdictionem egregie
repræſentauit:aliquantulos nobiſcum exegiſſet dies: ſumma gratia ſe meis
uiſceribus infudit. Deinde cum abire hinc & demeare uellet:popoſcit ut utriq; ue
ſtrum ſcriberem. Promiſi futurum. Itaq; dictaui epiſtolam:& utriuſq; conſcriptā no/
mine dedi. Poſtulauit alteram. Dixi ad utrūque ueſtrum datā more uſuq; noſtro:
eo ꝙ ſancta mens ueſtra nō epiſtolarum numero ſed coniunctione nominū delecta/
retur. Nec perpeti poſſet ut fieret uocabulorū ſeparatio:quorū affectus cōueniret:



Ideoq; præſcriptum noſtro muneri ut uteremur charitatis cōpendio. Quid plu/
ra? Exegit alteram:dedi:ut neq; illi negarē quod poſceret:nec mihi immutarē quod
in uſum uenerat. Ita & ille habet quod utriq; reddat:quia id ſolū prætendit: ne cum
alteri reddidiſſet: alteri uacuus foret. Et ego uobis indiuiſæ gratiæ munus ſine ullo
dependā offenſionis periculo:& diuiſionis ſcrupulo. Cū præſertim etiā hæc forma
ſcriptionis apoſtolicæ ſit:ut & unus ad plures:ut Paulus ad galatas:& duo ad unum
poſſint ſcribere:ſicut eſt ſcriptū:Paulus uinct⁹ Ieſu chriſti & Timothæus frater:Phi/ Ad philemonē
lemoni. Salutē uobis dico:diligite nos & orate ꝓ nobis:quia ego uos diligo.
Sancti Ambroſij ad Romulum:de eo ꝙ Aaron populo poſcenti ſibi deos fieri au
rum detraxerit:et ꝙ eo auro figuratum ſit uituli caput: & ꝙ Moyſes tam dure indi/
gnatus ſit ut iuberet quēque inſurgere in necem ꝓximi ſui: quid ipſe ſentiat expri/
mentis:Epiſtola. LVI.
Mbroſius Romulo. Epiſtolarū genus ꝓpterea repertum: ut quidā no/
a bis cū abſentibus ſermo ſit:in dubium nō uenit. Sed ſit hoc uſu exēploq;
pulchrius:ſi inter parentē ac filios crebra & iocūda alloquia cædantur: ut
uere inter diſiunctos corpore quædā imago referatur præſentiæ. His eñ
adoleſcit officijs amor:ſicut tuis ad me aut meis ad te auget̄ litteris. Sed hoc mul/
to locupletius ꝓximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus:quibus me conſulen/
dum putaſti:quid ſibi uellet ꝙ Aaron aurū detraxerit populo poſcenti ſibi fieri de/ Exo.32.
os:Et ꝙ eo auro figuratū ſit uituli caput:uel ꝙ Moyſes tam dure indignat⁹ ſit: ut iu/
beret proximū quēq; inſurgere gladijs in necem ꝓximi ſui. Magnū eſt enim nul/
lum pati abſentibus damnū irrepere non ſolū ſuauitatis ſed etiam collationis & libe
ralis ſcientiæ. Quid igitur de eo ſentiam quoniā expoſcis:conferendi magis q̄ ex/
ponendi ſtudio loquar. Cū Moyſes in monte ſyna legem acciperet:populus erat
cum Aaron ſacerdote. Et q̄uis frequenter ad culpam lubricus: tamē q̄diu lex daba/
tur:ſacrilegio erraſſe non ꝑditur. Verum ubi diuinū conticuit oraculum:peccatum
irrepſit:ut peterent ſibi fieri deos. Coactus Aaron petit anulos eorum & inaures
mulierū:quæ tradita in ignem miſit:& conflatū eſt uituli caput. Neq; excuſare tan
tum ſacerdotem poſſumus neq; cōdemnare audemus. Non imprudēs tamē qui
anulos iudæis & inaures abſtulit. Etenim qui ſacrilegium moliebantur:nec fidei ſig/
naculū habere poterant:nec ornamenta auriū. Deniq; & patriarcha Iacob abſco/
dit inaures cum ſimulacris gentium: quādo in ſichimis abſcondit: ut nullus audiret
ſuperſtitiones gentilium. Pulchre aūt dixit:Deponite anulos & inaures aureas:
quæ ſunt inaures mulierum ueſtrarum. Non quo uirorū inaures relinqueret: ſed ꝙ
uiros non habere manifeſtaret. Congrue quoq; inaures auferuntur mulieribus
ne iterum Eua uocem ſerpentis audiret. Et ideo quia ſacrilegiū audierant: conflatis
earum inauribus conflata eſt imago ſacrilegij. Qui enim male audit: cōflare ſacrile/
gium ſolet. Cur autē caput uituli exierit:ſequētia docent. Quia ſignificabatur fu/
turum qđ Hieroboam poſteriore tempore hoc gen⁹ ſacrilegij induceret:ut popu/ 3.Reg.12.
lus hebræorꝝ adoraret uitulos aureos:ſiue ꝙ omnis ꝑfidia ſimilis immanitatis atque
inſipientiæ beſtialis ſit. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyſes:& cō
minuit uituli caput atq; in puluerem redegit:ut omnia impietatis aboleret ueſtigia.
Fractæ ſunt enim primæ tabulæ ut pararentur ſecundæ:quibus ꝑ euangelij præ/
dicationē perfidia cōminuta euanuit. Sic Moyſes typū illum diſſipauit ægyptiū: &
altitudinem extollētem ſe compreſſit æternæ legis auctoritate. Vnde & Dauid ait:
Et confringet dominus cedros libani: & comminuet eos tanquam uitulum libani. Ps.28.
Itaque abſorbuit populus omnē perfidiam ac ſuperbiam:ne cum abſorberet im/
pietas & arrogantia. Melius eſt enim ut unuſquiſq; præualeat carni & uitijs eius: ne
dicatur de eo quia deuorauit eum mors præualens: ſed dicat̄ magis: Deuorata eſt 1.Cor.15.
mors in uictoria ſua. Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Et de do/
mino dictum:De torrente in uia bibet. Quia acetum accepit: ut abſorberet uniuer/ Ps.109.
ſorum tentationes. Q̃ autem occidi fecit a ꝓximis proximos:filios a parentibus:

a fratribus fratres:præceptum euidens:quia præferẽda eſt religio neceſſitudini: pi/
etas propinquitati.Ea eſt eñ uera pietas quæ præponit diuina bumanis: perpetua
temporalibus.Vnde & ipſe Moyſes ad filios Leui dixit:Qui paratus eſt a domino:
Exo.32. temporalibus.Vnde & ipſe Moyſes ad filios Leui dixit:Qui paratus eſt a domino:
ueniat ad me.Et dixit illis:Hæc dicit dominꝰdeus iſrael:imponite unuſquiſq; gladiũ
ſuum in fæmore ſuo:& pertranſite:ut cõtemplatione atq; amore reuerẽtiæ diuinæ
perimeret omnis affectus neceſſitudinis. Et occiſa quidẽ ſcribuntur tria milia bo/
minũ.Nec numeri inuidia mouemur: quia melius eſt paucorũ ſupplicio uniuerſos
exui q̃ in omnes uindicari.Neq; uero aliquid durũ uidetur ꝓ uindicta iniuriæ cæle/
ſtis. Deniq; ſanctiora cæteris ad boc munus eligũtur miniſteria leuitarũ: quorum
portio deus.Neſciunt eñ ſuis parcere:qui nibil ſuum norũt. Quoniã ſanctis omnia
deus eſt. Et etiam ille leuita uerus:ultor & uindex:qui carnẽ interimit ut ſeruet ſpi
1.Cor.9 ritum:qualis erat ille qui ait:Caſtigo corpus meũ & ſeruituti redigo.Quid autẽ tam
proximum q̃ caro animæ?Quid tam ꝓximum q̃ ſunt paſſiones corporis?Eas in ſe le
uita bonus interimit ſpiritali gladio :qui eſt uerbum dei bis acutum & ualidũ. Eſt
Luc.2. & gladius ſpiritus qui pertranſit animã:ſicut ad Mariam dictũ eſt: Tuam ipſius ani/
mam pertranſibit gladius:ut reuelentur multorũ cordium cogitationes.Nonne ca/
ro animæ fraterno quodã copulatur conſortio?Nonne etiã mẽti noſtræ affinis pro/
pinquus ſermo eſt?Cum igitur cõprimimus ſermonẽ ne multiloquio peccatum in/
cidamus:ius germanitatis abrumpimꝰ:& fraternæ uinculum propinquitatis diſſol/
uimus.Irrationabile quoq; ſuum anima tanq̃ cognatum rationabili uigore diſſociat.
Sic ergo Moyſes docuit populũ inſurgere in proximos ſuos:per quos fides reuo
caretur:uirtus impediretur:ut deſecaretur in nobis quicquid a uirtute deuiũ foret:
confuſum erroribus:uitijs innexum. Hac inſtitutione populi meruit:ut nõ ſolum
deliniret indignationem diuinam:atque offenſam auerteret:uerumetiã conciliaret
gratiam. Pro captu itaque noſtro quid ſentiremus:quoniam conſuluiſti expreſſi/
mus. Ipſe ſi quid melius babes: nobis comparticipato: ut ex te & ex nobis diſca/
mus quid potius eligendum & ſequendum ſit. Vale & ut filius nos dilige:quoniã
& nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Seuerũ epiſcopũ:ſcribentis cõpreſbyterũ ſuũ Iacobũ Cãpa/
niæ ſibi ad requieſcẽdum littora ubi orationi uacet & deo ſeruiat elegiſſe: ſe uero in
medio omniũ moleſtiarũ freto uerſari cõquerentis:Epl'a.LVII.

Mbroſius Seuero epiſcopo. Ex ultimo perſidis profectus ſinu: Iacobus
a frater & cõpreſbyter noſter campaniæ ſibi ad requieſcendũ littora & ue/
ſtras elegit amenitates. Aduertis quibus in locis quaſi ab huiꝰmundi ua/
cuam tẽpeſtatibus ſuppetere ſibi poſſe præſumpſerit ſecuritatẽ: ubi poſt
diuturnos labores reliquũ uitæ exigat. Remota eñ ueſtri ora littoris:nõ ſolum a
periculis ſed etiã ab omni ſtrepitu tranquillitatem infundit ſenſibus:& traducit an i/
mos a terribilibus & ſæuis curarum æſtibus ad boneſtam quietẽ:ut illud commune
omniũ ſpecialiter uobis uideatur congruere & conuenire qđ ait Dauid de ſancta ec
Ps.23. cleſia:Ipſe ſuper maria fundauit eam:& ſuper flumina præparauit eam. Etenim li
ber animus a barbarorum incurſibꝰ & præliorum acerbitatibus uacat orationibus:
inſeruit deo:curat ea quæ ſunt domini:fouet illa quæ pacis ſũt & trãquillitatis. Nos
autem obiecti barbaricis motibus & bellorũ procellis in medio uerſamur omnium
moleſtiarum freto:& ꝓ bis laboribus & periculis grauiora colligimus futuræ uitæ
pericula.Vnde de nobis ꝓpbeticum illud concinere uidetur pro laboribus: Vidi ta
bernacula æthiopum. Etenim in iſtius mundi tenebris quibꝰobumbratur ueritas
futuræ pfectionis:cum annũ tertium & quinquageſimũ iam perduxerim in boc cor
pore ſitus:in quo tam graues iam dudũ ſuſtinemus gemitus: quomõ nõ in taberna/
culis æthiopum tendimus & babitamus cũ babitantibus madian? Qui ꝓpter tene/
broſi operis conſcientiam: dijudicari etiam ab bomine mortali reformidant. Spiri/
1.Cor.2. tualis enim dijudicat omnia:ipſe autem a nemine dijudicatur. Vale frater & nos
dilige ut facis:quia nos te diligimus.



Sancti Ambroſij ad Studium:pia illi pſuaſione reſpondẽtis:quid in cauſa cuiuſdã
criminoſi potius agere debeat:Epl'a.LVIII.

Mbroſius Studio. Recognoſco puræ affectũ mẽtis:& fidei ſtudium:& do/
a mini noſtri Ieſu chriſti timorẽ. De quo etiã ego uererer reſponſum refer/
re:conſtrictus altero qđ eſt cõmiſſum uobis ꝓpter cuſtodiã legum:altero au
tem ꝓpter miſericordiã & gratiam:niſi de boc apoſtolicã baberes auctoritatẽ: quia Ro.13.
non ſine cauſa gladium portat qui iudicat:dei eñ uindex eſt in eos qui male agunt.
Qđ tamen & ſi cognitum tibi foret:nõ ocioſe ſciſcitandũ putaſti. Nam non ſunt
extra eccleſiam tamen:qui in aliquos capitalem ſententiã ferendam exiſtimauerũt.
Plæriq; etiam ſponte ſe abſtinẽt & laudantur quidẽ:nec ipſi eos poſſumus nõ præ
dicare:quia auctoritatẽ apoſtoli eatenus obſeruamus:ut ijs cõmunionem nõ audea
mus negare. Vides igitur quid auctoritas tribuat:quid ſtudeat miſericordia. Ex/
cuſationẽ babebis:ſi feceris:laudem ſi nõ feceris.Sed ſi non potueris facere:nec ta/
men innocẽtes atterere ſqualore carceris & abſoluere: plus quaſi ſacerdos ꝓbabo.
Poteſt eñ fieri ut cauſa cognita recipiatur ad ſententiã reus qui poſtea aut indulgẽ/
tiam ſibi petat:aut certe ſine graui ſeueritate(qđ quidã ait)babitet in carcere. Scio
tamen plæroſq; gentilium gloriari ſolitos ꝙ in cruentã de adminiſtratione ꝓuincia/
li ſecurim reuexerint. Si boc gentiles:quid chriſtiani facere debent? Ad omnia
tamẽ accipe reſponſum ſaluatoris.Nam cum adulteram repperiſſent iudæi: obtule Ioh.8.
runt eam ſaluatori captãtes:ut ſi abſolueret eam:uideret legẽ ſoluere: qui dixerat:
Non ueni legem ſoluere ſed implere:ſi dãnaret:uideretur aduerſum finẽ ueniſſe ꝓ/ Matth.5.
poſiti ſui. Hoc igitur præuidens dominus Ieſus:inclinato capite ſcribebat in terra. Ioh.8.
Quid ſcribebat niſi illud ꝓpbeticũ: Terra terra ſcribe bos uiros abdicatos: qđ de Hiere.22.
Iecbonia lectum eſt in Hieremia ꝓpbeta? Cum iudæi interpellant:in terra ſcribũ/
tur nomina iudæorũ.Cum adeunt chriſtiani:nõ ſcribunt in terra fidelium nomina:
ſed in cælo.In terra autẽ ſcribunt abdicati a patre proprio:qui patrẽ tentant: & con
tumelias irrogant auctori ſalutis. Cũ interpellant iudæi:inclinat caput Ieſus:& quia
nõ babet ubi reclinet caput ſuum:iterũ erigit quaſi dicturus ſententiã: & ait: Qui ſi/ Ioh.8.
ne peccato eſt:prior lapidet eam.Et iterũ inclinato capite ſcribebat in terra. Audi/
entes illi exire cœperunt ſinguli incipiẽtes a ſenioribus:uel ꝙ ipſi plura baberent cri
mina qui diu uixerant:uel quia priores uim intellexerũt ſententiæ:quaſi prudentio
res:& cœperunt ſua magis peccata deflere:qui alieni criminis uenerãt accuſatores.
Recedentibus ergo illis remãſit ſolus Ieſus:& eleuans caput ad mulierem ait:Vbi Ibidem.
ſunt qui te accuſabant?nemo te lapidauit?Et illa reſpõdit:nemo.Dicit ei Ieſus: Nec
ego te damnabo:uade & amodo uide ne pecces.Nõ damnat quaſi redemptio:cor/
rigit quaſi uita:quaſi fons abluit.Et quia qñ ſe inclinat Ieſus:ideo inclinat ut iacentes
eleuet:Ideo ait remiſſio peccatoꝝ:Nec ego te damnabo. Habes qđ ſequaris.Põt
eñ fieri ut ille criminoſus poſſit babere ſpem correctiõis:ſi ſine baptiſmo eſt: ut poſ/
ſit accipere remiſſionẽ:ſi baptiçatus ut pœnitentiã gerat:& corpus ſuũ ꝓ chriſto of/
ferat.Quantæ ſunt ad ſalutẽ uiæ? Et ideo maiores maluerunt indulgentiores eſſe
circa iudices:ut dum gladius eoꝝ timeret: & reprimeret ſcelerũ furor:nõ incitare/
tur.Qđ ſi negaretur cõmunio:uideret criminoſorũ uindicata pœna. Maluerũt igi
tur priores noſtri:ut id in uoluntate magis abſtinẽtis q̃ in neceſſitate ſit legis. Vale
& nos dilige:quia nos quoq; te diligimus.

Sancti Ambroſij ad ſacerdotes quoſdam & omnem clerum plæbis Theſſalonicẽ
ſium:de obitu:uita:uirtutibus & conuerſatione ſancti uiri Acbolij.Epl'a.LIX.

Mbroſius Anatolio:Numerio:Seuero:Philippo: Macedonio: Amyano:
Theodoſio:Eutropio:Claro:Euſebio:& Timothæo dominis ſacerdotibꝰ:
a & omni clero plæbis theſſalonicenſium dilectis ſalutem. Dum ſemper
affixum tenere animo deſidero uirum ſanctum: atque omnes actus eius
quaſi in ſpecula poſitus exploro: bauſi nimia indagine ſollicitudinis amaritudinem
nuncij celerioris:& qđ adbuc mallem neſcire: cognoui:in cæleſtibus iam requieſce/

re uirum ſanctum Acholium quem in terris requirebamus. Quæritis quis hoc an/
nunciauerit: cum ueſtræ ſanctitatis nondum ueniſſent litteræ? Non teneo aucto/
rem nuncij: & uſu quidem uenit: ut non libenter teneamus nuncium mœſtitudinis:
ſed tamen clauſo mari: occupatis terrarum barbarica infeſtatione regionibus: cum
deeſſet qui aduenire potuerit: nõ defuit qui nunciaret: ut mihi uideatur ipſe ſanctus
annũciaſſe ſe nobis: eo ꝙ iam perpetuo laboris ſui potiret̃ ſtipẽdio: & ſolutis uincu/
lis corporis inter angelorũ miniſteria chriſto adhæreret: cupiens amantis ſui errorẽ
abſoluere: ne illi longæuitatẽ uitæ huius deprecaremur: cui uitæ æternæ iam præ/
mia deferebant̃. Abijt ergo: non obijt: & emigrauit a nobis ueteranus chriſti Ieſu
Pſ.54. cælo: terraq; iſtius ſolũ mutans: & plaudens alis atq; remigijs ſpiritualib⁹ dicit: Ecce
elongaui fugiens. Cupiebat enĩ apoſtolico ſpiritu iam dudũ terras relinquere: ſed
Phil.1. tenebatur uotis uniuerſorum: ſicut de Apoſtolo legimus: quia remorari eũ diutius
in carne erat eccleſiæ neceſſariũ. Viuebat enĩ nõ ſibi ſed omnibus: & populis erat
uitæ æternæ miniſter: ut prius eius fructum etiã in alijs q̃ in ſe adipiſceretur. Eſt igi/
tur iam ſuperiorũ incola: poſſeſſor ciuitatis æternæ illius hieruſalẽ quæ in cælo eſt.
Videt illic urbis eius menſurã immenſam: purũ aurum: lapidẽ precioſum: lumen
ſine ſole perpetuũ: & hæc omnia iam dudũ quidem ſibi comperta: ſed nunc facie ad
Pſ.47. faciẽ manifeſta uidens dicit: Sicut audiuimus: ita & uidemus in ciuitate domini uir/
Baruch.3 tutũ: in ciuitate dei noſtri. Ibi ergo poſitus appellat populũ dei dicẽs: O iſrael q̃ ma
gna eſt domus dei: & q̃ ingens locus poſſeſſionis eius: magnus & nõ habens finem.
Sed quid hoc eſt? Dum merita uiri conſidero: & quaſi diſcedentẽ ſpiritu ſequor: &
ſanctorum choris deducentibus intermiſceor: nõ merito ullo ſed affectu pene ſum
oblitus mei: Ita ne ergo raptus eſt nobis murus fidei gratæ & ſanctitatis quem toti/
ens ingruentibus gotthorum cateruis: nequaquã tamen potuerunt barbarica pene
trare tela: expugnare multarum gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris popu
latores locis: illic pacẽ rogabant: mirantibuſq; qd ſibi ſine milite ullo obſiſteret: a pru
dentioribus intimabatur Heliſæi intus imitatorẽ degere: ætate ſupparẽ: nõ imparẽ
ſpiritu: cauerent ne exemplo ſyriaci agminis ſibi quoq; cæcitas offunderet̃. Et ta/
men circa diſcipulos ſuos diuerſa dona chriſti ſunt. Heliſæus quidẽ in ſamariã ca/
ptiuas acies induxit ſyrorum: Sanctus autẽ Acholius precibus ſuis fecit ut de parti/
bus macedoniæ uictores fugaret. Nõne & hoc intelligimus uirtutis ſuperioris fuiſ
ſe: ut ubi miles nullus aderat: illic pelleretur ſine milite? Nõne & hoc cæcitatis eſt
ut fugerent: quos nullus urgebat: ſed urgebat & præliabatur ſanct⁹ Acholius: nõ gla
dijs ſed orationibus: nõ telis ſed meritis? An incognitum nobis eſt dimicare ſanctos
etiã cum ferient̃? Nõne ocioſus erat Heliſæus? Ocioſus ſcilicet corpore ſed uibra/
4.Reg.6.et7 bat ſpiritu: & orationibus præliabat̃: quãdo in caſtris ſyriæ uox equitũ & uox uirtu/
tis magnæ audiebatur: adeo ut putarent ſyri aliorũ regum aduerſus ſe uenire exer/
citus: qui populo iſrael adiumẽto forent. Vnde ꝑculſi magno fugerũt pauore: ita ut
leproſi quattuor qui mortis egreſſi fuerãt deſiderio: caſtra hoſtium deprædarent̃.
Nõne in macedonia ſimilia dñs ꝑ orationes ſancti Acholij fecit mira: aut ꝓpe maio
ra? Nõ enĩ inani metu nec ſupflua ſuſpitione: ſed ſæuiente lue & ardẽti peſtilẽtia ꝑ/
turbati gotthi ac territi ſunt. Deniq; tunc fugerũt ut euaderent: regreſſi poſtea pacẽ
rogarũt ut uiuerent. Vidimus itaq; in tãti uiri meritis ſuperiora ſæcula: & opera ꝓ/
phetarũ quæ legebam⁹ aſpexim⁹. Quaſi Heliſæus inter arma: inter acies: dũ uixit
uerſat⁹ eſt: meritis ſuis cõponens prælia. Deniq; ubi ſecuritas cohabitantib⁹ reddi/
ta eſt: qđ ipſo fuit duri⁹ bello: ſanctũ exhalauit ſpiritũ: & quaſi Helias uſq; ad cælum
eleuatus eſt: nõ curru quidẽ igneo: nec equis igneis: niſi forte illa nõ uidimus: nec in
cõmotione aeris: ſed in uolũtate & placiditate dei noſtri: & ſanctorũ angelorũ læti/
cia: qui ad ſe tãtũ uirũ trãſiſſe gratulabant̃. Certe dubitare illa nequaquã poſſum⁹:
qñ quidẽ reliqua cõgruerũt. Siquidẽ eodẽ momẽto quo ille adhuc eleuabat̃: uelut
quodã melotidis ſuæ dimiſſo amictu: ſanctũ Anyſiũ diſcipulũ ſuũ iduit: & ſui ueſtiuit
infulis ſacerdotij: cui⁹ meritũ & gratiã nõ nunc primũ audio: nec in ueſtris epiſtolis



didici: ſed in ueſtris litteris recognoui. Nam quaſi præſcius ſucceſſurũ ſibi: & ſi ꝓmiſ
ſis tegebat: tamẽ indicijs deſignabat: adiutum ſe eiuſ cura labore officio memorans:
ut iam declarare conſortẽ uideret̃: qui nõ quaſi nouus ad ſummũ ſacerdotium ueni
ret: ſed quaſi uetus ſacerdotij executor accederet. Cui pulchre conuenit dictum il/
Matth.25. lud euangelicũ: Euge bone ſerue & fidelis: quoniam ſuper pauca fidelis fuiſti, ſupra
multa te conſtituã. Hæc mihi de ſancto Acholio uobiſcũ cõmunia. Illud tamẽ ſpe/
ciale: quo deuinctus ſum beatæ memoriæ uiro: quia tribuit mihi ut cum nõ ignora/
rem. Nam cũ eo ueniente ad italiã ægritudine cõfectus tenerer: ut nõ poſſem occur
rere: ipſe ad me uenit & uiſitauit. Quo ſtudio: quo affectu ipſe in me & ego in eum ir
ruimus? Quo gemitu mala iſtius ſæculi & ea quæ hic acciderẽt deplorauimus: ita ut
lachrymarũ ꝓfluuio ueſtẽ infunderem⁹? Dũ ſalutatione exoptatiſſima mutuo deſi/
derio & expetito diu fruimur: adhærem⁹ amplexu. Itaq; qđ uoti mei erat: illi⁹ bñficij
fuit: q̃a potui illum uidere. Nã & ſi maior portio & plenior cognitio ſit in ſpiritu ui/
dere quos diligimus: tamẽ etiam in figura corporis uidere deſideram⁹: Sic aliquan/
do reges terræ quærebant faciẽ Salomonis uidere & audire eius ſapientiã. Diſceſ
ſit igitur a nobis: & nos in hoc reliquit ſalo: ſed qđ illi utile: id multis ipõ barbarico fu
rore eſt grauius: quia illum iſte depellebat. Hunc nobis quis poterit repræſenta/
re? Sed repræſentat domin⁹: & ſeipſum in diſcipulo repræſentat: Repræſentãt iudi
cia ueſtra: quibus dictũ eſt: Date Leui manifeſtos ei⁹ & ueritatẽ ſuam. Viro ſancto
dediſtis manifeſtũ eius: utpote eiuſ inſtitutione fundatum: dediſtis imitatorem uiri
eius qui dixit patri ſuo & matri ſuæ: non uidi te: & fratres ſuos nõ ſciuit: & filios non
recognouit: cuſtodiuit uerbũ domini: & teſtamentũ eius obſeruauit. Narrabunt po
puli iuſticiã eius. Talis uiri uita: talis hæreditas eſt: talis conuerſatio: talis ſucceſſio.
Ille ſe monaſterijs puer dedidit: & intra Achaiam anguſto cluſus tugurio: gratia ta/
men multarũ terrarum peragrauit diuortia: ad ſummũ ſacerdotium a macedonicis
obſecratus populis: electus a ſacerdotibus: ut ubi ante fides per ſacerdotem claude
batur: ibi poſtea per ſacerdotẽ muralia fundamenta fidei cõfirmarentur. Nõ aliter
etiam eius diſcipulus imitatione: qui & ipſe dixit patri ſuo & matri ſuæ: non uidi te.
Non uidit enĩ ſtudio: nõ uidit affectu: & fratres ſuos non ſciuit: q̃a deum ſcire deſide
rauit. Et hic recognouit uerbum domini: & cuſtodiuit teſtamentum eius: & impo/
nit honorẽ in ara eius ſemper. Benedic domine fidem eius: ſanctitatem: ſedulita/
tem. Benedictio tua ueniat ſuper caput eius & ſuper uerticẽ ipſius. Sit honorificus
inter fratres ſuos: ſit in eo tauri ſpecies: ut uentilet corda inimicorũ: & ſanctorũ men/
tes demulceat: & iudicium ſacerdotũ tuorum in eo ſicut lilium floreat. Valete fra
tres & diligite me quia ego uos diligo.

Sancti Ambroſij ad Anyſium: ſancti Acholij ſucceſſorem: de ſucceſſione eius con
gaudentis: uitãque ſancti Acholij cõmendantis: & illius adoleſcentiã: iuuentutẽ atq;
ſenectutẽ benedicẽtis: Epl'a. LX.

a Mbroſius epiſcopus Anyſio fratri. Iam dudũ te teneo: & ſi nunc primũ le/
go: meritiſq; cõpertũ habeo quẽ oculis nõ uideram. Doleo quidẽ illud ac/
cidiſſe ſed hoc ſucceſſiſſe gaudeo. Quia licet ſuperſtite me non optauerim il
lud cõtingere: ſperaui tamen poſt illius ſancti uiri exitũ: hoc ſolũ poſſe merito ſucce
dere. Tenemus ergo te ſanctæ memoriæ Acholij dudũ diſcipulũ: nũc ſucceſſorem
hæredẽq; eius uel honoris uel gratiæ. Magnum meritũ frater gaudeo tibi ne uno
quidẽ momẽto de ſucceſſore tanti dubitatũ uiri: & magnũ onus frater tãti nominis
pondus ſubiſſe: tantæ libræ tãtiq; examinis. Quærit̃ in te Acholius: & ſicut erat in
affectu tuo: ita in officijs deſiderat̃ illius uirtutis: illi⁹ diſciplinæ effigies: illi⁹ fortitudo
animi in tã ſenili corpore. Vidi fateor uirũ: nã & hoc meritis illius debeo ꝙ illũ uide
rim. Vidi ita illũ eſſe in corpore: ut extra corpus putarẽ. Vidi imaginẽ illius qui ſe ſi/
ue in corpore ſiue extra corpus neſciens: raptũ ad paradiſum uiderat. Ita enĩ ꝑcur/
rebat oĩa ex curſu frequẽti conſtãtinopolim: achaiam: epirũ: italiã: ut iuniores eũ nõ
poſſent cõſequi. Cedebãt fortiores corpore: quia eũ ſine impedimẽto eſſe corporis

nouerāt:ut eo tantū ꝑ uelamine uteretur nō ꝑ officio: certe ad ſeruitium nō ad ſub
ſ:dium. Ita enim affecerat corpus ſuum:ut in eo mundū crucifigeret:& mundo ſe/
metipſum. Benedictus dn̄s & benedicta adoleſcētia eius quā exegit in tabernacu/
lis dei Iacob:poſitus in monaſterijs:in quibus cū quæreret a parentibus uel ꝓximis
Matth.12. dicebat: Qui ſunt fratres mei:aut quæ mater mea? Non noui patrem uel matrē uel
fratres meos:ſed eos qui audiūt uerbū dei & faciunt. Benedictus ꝓceſſus etiā iu/
uentutis ipſi⁹:in qua ad ſummū electus eſt ſacerdotiū:maturo iam ꝓbat⁹ uirtutū ſti/
pēdio. Venit em̄ tanq̄ Dauid ad pacē populi reformandā: Venit tanq̄ illa nauis au
rum ſecū intelligibile uehens & ligna cedriua & lapides precioſos:ut illas columbæ
pennas deargētatas:quib⁹ inter medias ſortes ſomno pacis & trāquillitatis ſopore
Cant.5. dormiuit.Eſt em̄ ſanctoꝝ etiam ſomnus operarius:ſm ꝙ ſcriptū eſt: Ego dormio:&
Gen.28. cor meū uigilat.Et ſm ꝙ Iacob ſanctus diuina dormiens uidebat myſteria:quæ uigi/
lans nō uiderat:de cælo ad terras aerem peruiū ſanctis reſpicientē dominū & polli/
centē terræ eius poſſeſſionē.Itaqꝫ breui ſomno dormiens impetrauit qd' magno la/
bore poſtea acquiſiuit.Hæreditas eiuſ eſt em̄ ſomnus ſanctoꝝ:feriatus ab omnibus
corporis uoluptatib⁹:ab omni animi ꝑturbatione:trāquillitatē menti inuehēs:placi/
ditatem animæ:tanq̄ ſoluta nexu corporis ſe ableuet & chriſto adhæreat. Hic eſt
ſomnus uita ſanctoꝝ:quā uiuebat ſanctus Acholius cui⁹ benedicta etiā ſenectus ipa
eſt. Vere ſenectus illa uenerabilis quæ nō canis ſed meritis albeſcit.Ea eſt em̄ reue
renda canicies:quæ eſt canicies animæ in canis cogitationib⁹& operibus effulgens.
Quæ eſt em̄ uere ætas ſenectutis:niſi uita immaculata:quæ nō diebus aut menſibus
ſed ſæculis ꝓpagatur:cui⁹ ſine fine eſt diuturnitas:ſine debilitate longæuitas? Quo
em̄ diuturnior:eo fortior(eo ꝙ diutiuſ eam uitā uixerit)in uirum ꝑfectum excreſcit.
Huius igitur ſucceſſorē te dn̄s non ſolū honore ſed etiā moribus ꝓbet: & ſumma
fundare dignet' gratia:ut ad te quoqꝫ populi cōcurrant:de quibus dicas: Qui ſūt iſti
qui ſicut nebulæ uolant:& ſicut colūbæ cum pullis ſuis? Veniant quoqꝫ ſicut naues
tarſis quæ accipiant frumentū:qd' Salomon uerus impartiuit uiginti menſuras triti/
ci. Accipiant oleū & ſapientiā Salomonis:& ſit pax inter te & populū:& teſtamen
tū pacis cuſtodias. Vale frater & dilige nos:q͂a nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Candidianū:ſplendorē ſermonis & fulgorē affectus eius cō/
mendantis:illiqꝫ benedictionē optantis:Epiſtola.LXI.

Mbroſius Candidiano fratri. Summ⁹ quidē ſplendor in ſermone eſt tuo:
a ſed magis in affectu elucet mihi.Nam in epiſtolis mentis tuæ aſpicio fulgorē
dilectiſſime frater ac beatiſſime. Dn̄s te benedicat:& det tibi ſui gratiā. Nā
& ipſe in epiſtolis tuis uota magis q̄ mea merita recognoſco. Quæ em̄ merita mea
tantis tuis æquētur ſermonib⁹? Dilige nos frater:quia nos te diligimus.

## Liber Octauus.

Sancti Ambroſij ad Irenæum:quæſtionē:Cur dn̄s deus māna pluerit pp'lo patrū
& nunc nō pluat:diſſoluentis:Ep'la.LXII.

Mbroſius Irenæo. Quæris a me:cur dn̄s deus manna pluerit populo
patrum & nunc nō pluat. Si cognoſcis pluit:& quotidie pluit de cælo
a māna ſeruiētibus ſibi.Et corporeū quidē illud manna hodie plæriſqꝫ in
locis inuenitur:ſed nunc nō eſt tanti reſ miraculi quia uenit qd' ꝑfectum
eſt.Perfectū aūt panis de cælo:corpus ex uirgine:de quo ſatis euange/
lium te docet. Quāto præſtantiora hæc ſuperioribus? Illud em̄ manna:hoc eſt panē
illū qui māducauerunt:mortui ſunt:hunc aūt panē qui manducauerit uiuet in æter/
nū.Sed eſt ſpirituale māna:hoc eſt pluuia ſpūalis ſapiētiæ:quæ ingenioſis & quærē/
tibus de cælo infunditur:& irrorat mentes pioꝝ:& obdulcat fauces eorū. Qui igi
tur intellexerit infuſionē diuinæ ſapientiæ delectat':nec aliū cibum requiret.Nec in
Matth.4. ſolo pane uiuit ſed in omni uerbo dei. Qui curioſior fuerit quærit qd ſit iſtud quod
melle dulcius ſit.Reſpondet illi miniſter dei:Hic eſt panis quē dedit tibi deus man/



ducare. Qui ſit iſte panis:audi.Sermo inquit quē ordinauit deus.Hæc ergo ordi/
natio dei:hæc alimonia alit animā ſapientis:& illuminat atqꝫ obdulcat: reſplēdēs ue
ritatis coruſco:& mulcens tanq̄ fauo quodā diuerſarum uirtutū ſuauitate & ſermo/
ne ſapiētiæ.Faui em̄ mellis ſermones ſunt boni:ſicut ſcriptū eſt in Prouerbijs. Cur Prouer.16.
aūt minutū ſit:cauſam accipe. Quia & granū ſynapis minutū eſt: qd' cōparat' regno Luc.13.
cælorū:& fides quæ ſicut granū eſt ſynapis:poteſt montes tollere & iactare in ma/ Ibidem.17.
re. Et fermēto ſimile eſt regnū cælorum qd' abſcondit mulier in farinæ mēſuris tri Luc.13.
bus donec fermentet' totum. Et Moyſes caput uituli aurei cōminuit ſicut puluerē Exo.32.
& miſit in aquā & dedit populo bibere.Incraſſatū em̄ erat cor eorū perfidiæ imma/
nitate:ut emolliret' & fidei ſumeret ſubtilitatē. Deniqꝫ illa mulier quæ bene emo/ Matth.24
luerit aſſumetur:ea autē quæ male emoluerit derelinquet'. Emole ergo & tu fidem
tuā:ut ſis ſicut illa anima:quæ chriſti in ſe charitatē excitat: quā mirantur aſcenden/
tem uirtutes cælorū qd' ſine offenſione aſcendat:& ex hoc mundo aſcendat cū læti/
cia & iocunditate ſicut uitis ꝓpago:& ſicut fumus ſe ad ſupna ſubrigat fragrans odo
rem reſurrectionis piæ & ſuauitatē fidei:ſicut habes ſcriptū: Quæ eſt hæc quæ aſcē/ Cant.3.
dit a deſerto ſicut uitis ꝓpago:fumo incenſa:odorificata mirrha & thure ab omnib⁹
puluerib⁹ unguētis? Pulchre ſubtilitatē eius expreſſit pulueris cōparatione & un
guenti cōmemoratione:quia in Exodo ſubtile legimus & ex multis cōpoſitum thy/ Exo.30.
miama:illud eſſe incēſum ꝓpheticū qd' eſt ſanctoꝝ oratio:ut dirigatur in conſpectu
dn̄i:ſicut & Dauid dicit:Dirigat' oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo. Deniqꝫ Ps̄.140.
græcus κατευθύνθω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου dixit. Et in Apoc.8.
Apocalypſi Iohannis legim⁹: Quia ſtetit angelus ante altare habens thuribulum au
reum & data ſunt ei thymiamata multa de orationibus ſanctorū omniū. Et aſcendit
fumus inquit thymiamatū orationū ſanctorum de manu angeli in cōſpectu dei. Et
umbilicus animæ ac uenter ſubtilis eſt illius quæ aſcēdit ad chriſtū: Ideoqꝫ laudatur
uoce ſponſi dicentis: Vmbilicus tuus crater tornatilis nō deficiens muſto: uēter tu⁹ Cant.7.
aceruus tritici minuti inter lilia.Eſt em̄ in omni doctrina tornatus: & potus ſpiritalis
nō deficiens plenitudine:& cæleſtiū ſecretorū cognitione. Vēter quoqꝫ animæ my
ſticus ſicut umbilicus:quo uentre non ſolum fortē cibum ſumit quo corda firmant':
ſed etiā ſuauem ac florulentū quo delectant'. Et fortaſſe hoc docuit Moyſes mul/ Exo.32.
tis orationibus & pijs illud mitigandū ſacrilegium. In libro quoqꝫ Regnoꝝ cum ſe 3.Reg.19.
dn̄s ſancto reuelaret Heliæ:uox auræ tenuis præceſſit:& ſtatim ſe ei dn̄s reuelauit:
ut cognoſcamus ea quæ corporea ſunt: craſſa eſſe & pinguia: & quæ ſpiritalia: mol/
lia & ſubtilia:ut nō poſſint cōprehendi oculis. Deniqꝫ & ſpiritus ſapiētiæ ſubtilis & Sap.7.
mobilis legit' in libro Sapientiæ: Quia eſt in illa ſpirit⁹ intelligentiæ:ſanctus: unicus:
multiplex:ſubtilis & mobilis:qui ſermones ſuos molat prius ne quid offendat uel in
ſenſu uel in alloquio. Deniqꝫ illi babyloni:cum deſtruet':dicitur: Et uox molæ nō
audietur in te amplius. Hoc igit' manna ſubtile erat:& ad diem colligebat': in diē Exo.16.
alterum nō ſeruabat':eo ꝙ inuenta ſapiētiæ in tēpore ſint gratiora: nec tam mirāda
quæ ſpacio tēporis reperiūtur:q̄ illa quæ præſentis fundunt' ingenij uiuacitate: ſiue
quia futura reuelantur myſteria:eo ꝙ ſeruatū manna uſqꝫ ad ſolis exortum: eſui iam
eſſe non poſſet:id eſt:uſqꝫ ad chriſti aduentū habere gratiā.Oriente autem iuſticiæ
ſole & ſplēdidioribus chriſti corporis & ſanguinis ſacramētis refulgētib⁹ ceſſarēt in/
feriora:ꝑfecta illa ſumēda pp'lo forēt. Vale & nos dilige:q͂a nos quoqꝫ te diligim⁹.

Sancti Ambroſij ad Iuſtū:diſſerētis ꝙ ueteres quos plæriqꝫ ſm artem ſcripſiſſe ne
gant ſm gratiam quæ ſuper omnē artem eſt ſcripſerint:de quoꝝ tamē ſcriptis ij qui
de arte ſcripſerunt artē inuenerunt:Ep'la.LXIII.

Mbroſius Iuſto. Negant plæriqꝫ noſtros ſm artē ſcripſiſſe. Nec nos obni/
a timur:nō em̄ ſm artem ſcripſerunt: ſed ſm gratiā quæ ſup omnē artem eſt.
Scripſerunt em̄ quæ ſpiritus ijs loqui dabat. Sed tamē ij qui de arte ſcrip/
genã declinandã arbitrabant̃. Sed ubi flectere animũ pignoris legitimoꝝ obiectu
fruſtra experti:in arbitriũ eius uolẽtes cõceſſere. Recepta itaq; petitione Samſon
cũ ſibi ꝓmiſſam reuiſeret diuertit:& pauliſper de aggere deflexit:cõtinuoq; occur/
rit eo leo ferus de ſilua:agreſti libertate ſeuior.Comes nullus:telũ in manibus haud
quaquã ſuppeditabat:cedere pudor:& conſcia uirtus fiduciã dare:mentẽ in ſe bra/
chijs amplexus necat:& lacertoꝝ nodo exanimatũ: præter aggerẽ ſupra ſilueſtria
germina ꝓiecit ac dereliquit. Locus erat lætus pabuli herboſo gramine:uinctis cõ
ſitus.Itaq; apud dilectiſſimã ſibi ſponſam exuuias feræ credidit ſine momento futu/
ras:cum taliũ rerum tẽpora nõ terribilibus ſpolijs ſed mitibus gaudijs & feſta fron/
de fiant uenuſtiora. Deniq; poſt eadem regrediẽs uia fauum in utero leonis offen
dit:atq; abſtulit:donũ parẽtibus ac puellæ futuꝝ. Talia em̃ ſponſam munera decẽt
ac deguſtato melle fauum prædictis edendũ dedit:cauſam repſſit. Sed forte qua/
dã die nuptialis feſti celebrabat̃ conuiuiũ:læta in epulis iuuẽtuſ mutuis ſe ad ludum
inuitabat ſermonib⁹:cũ aliuſ aliũ ſalſiore dicacitate ꝑſtringeret:ſicut ſe hmõi uſus ha
bet:certamen læticiæ accendebat̃. Ibi tum quæſtionẽ hmõi ꝓpoſuit Samſon iuue
nibus coepulantib⁹: De manducãte exiuit eſca:& de forti ꝓceſſit dulce. Abſoluen
tibus pollicẽs præmiũ:quaſi mercedẽ ſapientiæ triginta ſyndones & totidem ſtolas
ſm̃ numerũ uirorum comeſantiũ:haud mulctã ignorãtibus. Qui cum enodare im/
plexa & diſtinguere ambigua nequirẽt:mulierẽ eius partim minis exagitando: par/
tim fatigando precib⁹: eo impulere ut a uiro poſceret quæſtionis eius abſolutionẽ:

inſignē futurā cōiugalis gratiæ in mercedem amoris. Atq; ea ſeu animi territa:ſeu
muliebri ingenio inflexa:ueluti pio quæſtu maritalis odij dolorē prætexere cœpit:
qđ ſecretū uiri cōſors:totius uitæ & cōſocia nō cōperiſſet:ſimiliſq; cæteris habita ſo
Iudic.14. ret:cui arcanū uiri ꝓprij nō crederet.Odiſti me inquit & nō amaſti quā celaſti uſq;
adhuc. His atq; cæteris talibꝰ inuictus certe animus:muliebribꝰ emollitꝰ blādicijs:
aperuit dilectæ ꝓpoſitam quæſtionē:& illa ciuibus. A quibus uix tandē ſeptimo
die qui præſcriptus abſoluendæ parabolæ fuerat:ante occaſum ſolis cōperta ſoluta
ſunt:atq; in hunc modū relata:Quid fortiꝰ leone?quid dulciꝰ melle? Et ille reſpon-
dit:Nec muliere aliquid pfidioſius.Nam ſi nō domuiſſetis uitulā meā: nunq̄ intelli-
geretis parabolā meam. Et ſtatim deſcēdit in aſcalonā: & triginta uiros peremit:
quoꝝ exuuias auferens:eos qui ꝓpoſitā quæſtionē ſoluerant ꝑmiſſo munere dona
uit. Abſtinuit autē coniugio puellæ cuius pfidiā depbenderat:atq; in patriam do-
mū ſeſe recepit. Turbataq; animi iuuēcula quæ indignationē læſi:ferociam fortiſ-
ſimi fraudi ſibi futuram iuſta formidine pborreſceret: in alterius uiri cōceſſit nupti-
as:quē tñ paranymphum ſibi Samſon quaſi fidum ſodalē cū duceret eā uxorē: aſci-
uerat:nec ſic tamē prætento licet coniugio offenſionis periculū auertit. Nāq; ubi
res ꝑdita:uolentiq; ad coniugē redire:interclusa copia:ꝙ pater eā alij uiro nupſiſſe
diceret:ſororē ſane eius ſi uellet: ducere liceret: ſtimulo iniuriæ exulceratꝰ publicā
excogitauit ultionē capeſſere domeſticæ cōtumeliæ indignatione:correptiſq; uul-
pibus adulta æſtate:cū iam matura eſſent in agris frumēta:binas ſibi inuicem cauda
ad caudā ligauit:atq; in mediū earum ardentē inſeruit facē:nodoq; aſtrinxit inexo-
lubili:& ultor iniuriæ ſup manipulos meſſis dimiſit frumētariæ: quā ſecuerant inco-
læ palæſtinoꝝ. At illæ igiť exterritæ quacūq; præcipites cōuoluebanť: ſpargebāt
incendiū:& exurebat ſpicas eorū. Quo diſpendio cōmoti ꝙ omnes ſibi locoꝝ fru
ctus interierāt:factū principibus ſuis intimauerūt. Et illi miſerūt uiros in thannatam
qui mulierē quæ uariato fidē cōiugio mutauerat:ac totam eius domū parēteſq; igni
inuoluere:ꝙ ea cauſa ſuæ uaſtitatis & iniuriæ foret:nec oportuiſſe lædi uirum ꝓnun
ciantes qui poſſet malo ſe publico ulciſci. Nec tñ Samſon populis palæſtinoꝝ deli-
cti gratiā fecit:atq; eo uindictæ fine cōtētus fuit:ſed cōcidit eos ſtrage maxima:plu-
rimiq; eorū ferro interiere.Ipſe aūt conceſſit in ethem ad torrentē in deſerto.Petra
illic erat munitio tribus Iudæ. Palæſtini uero qui eū nō auderent laceſſere: nec mu
nitionis prærupta arduaq; ſuperare: tribū Iudæ denūciato adorſi urſere prælio: qđ
ſubditos ſibi & tributarios perditū iri nequaquā iuſtū & æquū atq; ex uſu uideretur:
publico:ꝓ alieno præſertim facinore cōſulentes in mediū:tradi ſibi deſignatorē tan
ti flagicij poſtulauerūt:atq; ita illis qđ ab eo cōmiſſum:futurū ſine noxa. Qua præ-
ſcripta ſibi conditione uiri de tribu Iudæ tria milia ex ſuis cōgregantes aſcenderunt
ad eū:& præfato ꝙ eſſent ſubditicij palæſtinoꝝ:quibus ſibi neceſſitas obediēdi non
ex arbitrio ſed ex periculi formidine maneret:facti ſui inuidiā retorquebant in eos:
qui ius cogēdi habebant. Tum ille:& quæ inquit iuſticiæ forma eſt genꝰ abrami-
darum:ut circūſcriptæ primo cōiugis:deinde abductæ pniciosa mihi uindicta ſit: &
ſine periculo domeſticā iniuriam nō licuerit ulciſci? Tantū ne inclinatis animos ad
turpe uernularū obſequium:ut executores uos alienæ præbeatis inſolentiæ: atq; in
uoſmetipſos uertatis manus? Si pereundū eſt quia dolorē habui liberum: iuuat pe-
rire manibus palæſtinoꝝ. Tentata domus:ſollicitata uxor. Si nō licuit mihi uiuere
ſine eorū fraude:ſaltem liceat mori ſine ſcelere ueſtro. Retuli ego acceptā iniuriam
nō intuli. Vos exiſtimate an digna uiciſſitudo fuerit. Illi de damno fructuū querun-
tur:ego de cōiugis amiſſione. Cōferte manipulos meſſis & ſociā thori. Dolorē meū
ipſi ꝓbarunt cuius iniurias uindicauerūt. Videte quo uos miniſterio dignos putāt.
A uobis eum morte affici uolunt:quē ipſi ultione dignū de ijs qui me læſerāt iudica-
uerunt:& qui uindictæ præbuere miniſteriū. Sed ſi adeo ſubdita ſupbis corda ge
ritis:tradite me hoſtiū manibus:uos nolite occidere. Nō mortē abnuo:ſed ueſtrum
fugio cōtagiū. Verū ſi formidine ceditis inſolētibꝰ: alligate uinculis manꝰ inermes



licet inuenient ſibi arma nodis ſolutæ:certe cōditiōe impoſitæ. Satis futurū arbitra-
ti ſunt:ſi uiuentē in poteſtatē daretis. Quibus illi auditis q̄uis tria milia uirorū aſcē-
derant:ſacramentū dederunt qđ a ſe uitæ eius uis nulla irrogareť:tantūmodo pati-
ens uinculoꝝ eſſet:ut deditionē eius patrarēt:quo uacui fierent eius cuius arguebā
tur:facinoris. Accepta itaq; fide ſpelæo egreſſus deſeruit petræ munitionē: ac du
obus innexus funibus. Vbi appropinquare accitos ad ſuſcipiendū palæſtinorū uali-
dos uidet:infremuit ſpiritu: & uniuerſa dirupit uincula: atq; arripiens maxillā aſini
iacētem percuſſit mille uiros:fugauit alios grandi uirtutis ſpectaculo: cū inermo &
uni cederent armatorū agmina. Et qui cōminus auſi fuerant cōgredi: facili negocio
nullo labore obtruncati:alijs fuga exitiū dempſit. Vnde hodieq; agon loco nomen
eſt:ꝙ ibi Samſon glorioſum certamē uirtute egregia conſummauerit. Sed utinā q̄
fortis in hoſtē:tam moderatꝰ uictoria fuiſſet. Verū ꝙ facile uſu uenit:inſolens reꝝ
ſecundarū animus qui debuit euentū pugnæ diuino fauori & præſidio deferre: ſibi Iudic.15.
arrogauit:dicens:In maxilla aſini deleui mille uiros. Nec aram ſtatuit deo:nec hoſti
am immolauit:ſed negligens ſacrificij:aſſumptor gloriæ:ut triumphū ſuum ppetuo
cōſecraret nomine:uocauit locum maxillæ interfectionē. Et mox ſiti grauiter cœ
pit inardeſcere:& potus deerat:nec iam ferre ac tolerare poterat. Vnde intelligens
ꝙ nihil tam facile eſſet humanæ opis ꝙ ſine diuino adiumēto nō difficile foret: excla
mauit atq; obſecrauit:ne ſibi deus omnipotēs in offenſam uerteret: ꝙ imprudenter
incauto ſermone ſibi aliquid aſſignauiſſet. Quinetiā illam uictoriā deo deputabat
dicens: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutē magnā hanc:& nunc ſubueni: quia ecce Ibidē.
morior ſiti:& in poteſtatē eorum de quibus tantū donaſti triumphū: ſitis neceſſita-
te adiudicor. Quomō dei miſericordiæ:cū ꝑieciſſet ille maxillam:aperuit ſciſſuram
eius:& fons erupit ex ea:& bibit Samſon:& reſumpſit ſpiritū:& uocauit locum inuo-
cationē fontis:eo ꝙ uictoriæ iactantiā inuocationis precibus emēdauiſſet: ita diuer-
ſa iudicia mature edita:ꝙ & arrogantia cito offenſam incurreret:& humilitas ſine ul
la offenſione ſeſe recōciliaret. Verū ubi decurſa ſerie bellum palæſtinorū cōpoſu
it:& ſuorū declinans ignauiā:& hoſtilē deſpiciens manū:gaçam ſeſe contulit (ea ciui
tas erat in locis palæſtinorum) & habitabat illic in diuerſorio. Qđ cognitum gaçæi
haud quaquā diſſimulatione prætererūt:ſed feſtinantes circūdederunt diuerſoriū
eius:& obſederunt uniuerſos aditus domus:ne fugam in noctē cōponeret. Itaq;
Samſon cognito quid parareť: cōpoſitas inſidias noctis medio præuertens: colum-
nas domus manibꝰ amplexus materiem totā & culminis molē ceruice ualida ſuſten
tans in uerticē montis altiſſimi trāſportauit qui imminebat urbi hebron:quæ popu-
lis hebræis incolebať. Cū libero & uago motu tranſgredereť:nō ſolū regionis pa
ternæ terminos:ſed etiā morum limites & maiorū obſeruationes præſcriptos:eam
ſibi futuræ mox cladis peſtē inuenit. Nāq; parū fida expertus alienigenæ uxoris
prima connubia qui debuiſſet cauere uel poſtea: rurſus Dalilæ mulieris fornicariæ
copulā non declinauit:& cū eam diligeret impenſe:tentandi ſe cauſam dolis hoſti-
libus præſtitit. Aſcendētes em̄ palæſtini ad eam:polliciti ſunt pecuniā uiritim da-
turos mille & centū denarios:ſi ꝓderet eis in quo ille fiduciā uirtutis ſuæ conſtitutā
haberet:quo cognito circūueniri & capi poſſet. At illa quæ ſemel ſe pecuniæ ꝓſti-
tuerat:aſtute ſatis & callide inter epulas & illecebras amoris quaſi admirans fortitu
dinis eius eminentiā : quærere cœpit quo tandē genere tantū præſtaret reliquorū
uirtutibus:ſimul & quaſi pauida atq; ſollicita orare:ut dilectæ ſuæ cōmitteret:qui ne
xus aſtrictum alienæ poteſtati ſubſterneret. Ille autē adhuc ſobrius & fortis animi
aduerſus delinimēta meretricia dolū dolo retulit dicens: Quia ſi uitibus uirentibus Iudic.16.
adhuc & non aridis alligareť:infirmitate corporis adæquaret aliorū ſimilitudinem.
Quo palæſtini per Dalilā ſibi cōperto:cum uitea ſoporanti circūdediſſent uincu-
la quaſi de improuiſo excitū:haud degenerē offendere notæ & ſolitæ fortitudinis:
cū ſolutis nexibus uirtus libera multis licet reſiſteret ac repugnaret. Sed ubi id pa
rum ꝓceſſit: rurſus Dalila quaſi deriſa & cōquerēs repetere artes ſuas: & fidē amo-

ris poſcere nō prætermittebat. Cui Samſon ualidus adhuc cōſilij dolū ridēs: ſigni/
ficauit ligatū ſe ſeptē funibus qui adhuc ſine uſu forent: uenturū ſe in poteſtatē ho/
ſtium: ſed & hoc fruſtra fuit. Tertio quoq; tā q̄ de myſterio deprompſit etiā lapſu/
ro ꝓpior: ſi diſſoluti eſſent crines ſeptē capitis ſui: & quaſi in cubitū intexti: diſcede/
ret ab eo uirtus ſua. Et hoc quoq; luſit inſidiarū fabricatores. Ad poſtremū cū illu/
ſum ſibi totiēs ꝓcax mulier deplorauiſſet: indignā ſe habitā dolens: cui cōmitteret
arcanū: dilectiq; id qđ ꝓ remedio quæreret: ad ꝑditionem ſuſpectari uideret: lachry
mis fidē coegit: ſimul quia debebaṫ inuictæ ad id tēpus fortitudinis uiro: ut incide/
ret erumnā ſaucius: animi ſecretū aperit: prætēdere in ſe uirtutē dei: & eſſe dn̄o ſan/
ctificatū: ſecūdū eius præceptū comā paſcere: quæ ſi attonderet: deſineret naçaræ/
us eſſe: & ꝓpriæ uirtutis uſum amitteret. Palæſtini per mulierē cōperta infirmita
te uiri: ſceleris mercedē afferunt: ut precio obnoxia dolū patraret. At illa meretri/
ciis delinimētis feſſum amoris in ſoporē cōpulit: & tonſore adhibito ſeptē crines ca
pitis eius admota nouacula abſcidit. Cōtinuoq; interdicti præuaricatiōe uires mi/
nutæ. Deniq; ex ſomno experrect⁹: faciā inquit ſicut ſoleo: & excutiā me ſup ad/
uerſarios: ſed nec animi ſui alacritatē nec uirtutem agnouit: nec uigor erat nec gra/
tia manebat. Itaq; reputans ſecū ꝙ improuide ſe mulieri aduerſariorū crediđiſſet: &
caluatus tētare ulterius aliquid dānatus infirmitatis: nequiret cæcitatis oculos uin/
culis manus præbuit: & cōpedibus innexus carcerē intrauit multis ſibi incognitum
tēpeſtatibus. Et iam ꝓceſſu tēporis creſcere ei coma cœperat. Itaq; cū eſſet cele/
bre conuiuiū: palæſtinorum conuentui ꝑducitur de carcere Samſon: ac ſtatuitur in
populi conſpectu. Erant tria milia ferme hominū uirilis ac muliebris ſexus: & graui/
bus in eum inſultabant conuitijs: circūagebant ludibrijs qđ durius & ultra ipſum ca
ptiuitatis ſpeciem uiro ingenitæ uirtutis conſcio tolerabatur. Nam uiuere & mori:
naturæ functio: ludibrio eſſe: probro ducitur. Cupiens igitur tantā cōtumeliā uel
ultione ſolari uel morte in reliquum præuertere: ſimulato ꝙ infirmitate corporis &
nodis compedū ſuſtentare ſeſe nequiret: popoſcit a puero: qui dirigebat uias eius
ut admoueret eum ad colūnas proximas: quibuſ dom⁹ omnis ſuffulciebatur. Et ad/
motus: utraq; manu fulcra totius cōprehendit ædificij: atq; intentis ad feſta ſacrifi/
cij palæſtinis: qđ dagoni deo ſuo deferebāt: per quē ſibi aduerſarium ſuum datū in
poteſtatē arbitrabantur: muliebris perfidiæ dolos beneficijs annumerātes cæleſti/
bus: exclamauit ad dominū dicens: Domine adhuc ſemel memor pueri tui eſto: ut
ꝓ duobus oculis meis uindictam tribuas de nationib⁹: ne dent gloriā ſuis dijs: ꝙ ip/
ſis iuuātibus me in poteſtate acceperint: nec uitam meā pluris facio. Moriaṫ anima
mea cū palæſtinis: ut agnoſcant ſibi infirmitatē meam nō minus q̄ uirtutē exitialem
fuiſſe. Concuſſit itaq; colūnas magna ui: ac diſſoluit & cōminuit eas quas ſecuta rui/
na ſuperioris culminis & ipſum inuoluit: & uniuerſos qui deſup aſpectabāt præcipi/
tauit. Ibi magna uis mariū fœminarūq; promiſcue exanimata: & triumphus quæ/
ſitus perempto ſupra omnes ſuperiores uictorias haud quaquā degenere & deco/
lore exitu. Nā & ſi inuiolabilis ad id locorum & deinceps: atq; incōparabilis in hac
uita expertis belli fuerit uiris: tamē in morte ſeipſum uicit: & inſuperabilē geſſit ani
mum: ut cōtemneret: & quaſi nihilo haberet uitæ finē omnib⁹ formidoloſum. Vir/
tutis igitur fuit ꝙ uictoriaꝝ numero diem clauſit: nec captiuum exitum ſed triūpha
lem inuenit. Circūſcriptum autē fuiſſe a muliere: naturæ potius q̄ perſonæ aſcri/
bendū: Quia humana conditio maior q̄ culpa inferior. Præmitur em̄ & cedit illece/
bris flagiciorū. Itaq; cum ſcriptura ei teſtificetur ꝙ plures in morte q̄ in lumine ui/
tæ iſtius poſitus occiderit: uidetur ad aduerſariorū magis exitium captus q̄ quo ip/
ſe deiectior fieret aut minor eſſet. Non eſt enim ſe expertus inferiorē: cuius ſepul/
tura præſtantior q̄ potentia fuit. Deniq; non telis ſed cadaueribus hoſtiū præſſus
humatus eſt: ꝓprio tectus triumpho: clarum inſigne relinquēs poſteris: eo ꝙ popu/
lum ſuum quē captiuum inuenerat: uiginti annis in libertate iudicio ſuo rexit: & ſe/
pultus in patrio ſolo libertatis hæredē dimiſit. Hoc ergo exemplo liquet alienige/



narum cōſortia refugienda: ne ꝓ charitate cōiugij ꝑditionis inſidiæ ſuccedāt. Va
le & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Irenæū: occaſione eius qđ in Ap̄lo ſcriptum eſt: Lex em̄ iram
operaṫ: & cætera. quæſtionē cur lata ſit lex abſoluentis: Ep̄la. LXXI.

Mbroſius Irenæo. Decurſa lectione Apoſtoli nō perfunctoriæ motus es:
a quia audiſti hodie lectum: Lex em̄ iram operaṫ. Vbi autem non eſt lex: nec Ro.4.
præuaricatio. Vnde & cōſulendū arbitratus es: cur lata ſit lex: ſi nihil ꝓde/
rat: imo oberat quæ operareṫ iracundiā: & præuaricationē introduceret. Equidē
ſm interrogationē tuam: certū eſt non fuiſſe legem neceſſariā quæ per Moyſen da/
ta eſt. Nam ſi naturalē legem quā deus creator infudit ſingulorū pectoribus: ho/
mines ſeruare potuiſſent: nō fuerat opus ea lege quæ in tabulis ſcripta lapideis im/
plicauit: atq; inodauit magis humani generis infirmitatē: q̄ elaqueauit atq; abſoluit.
Eſſe autem legem naturalē in cordibus noſtris: etiam Apoſtolus docet qui ſcribit:
Quia plærūq; & gentes naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: & cū legē nō legerint: Ibidem.2.
opus tamē legis ſcriptū habent in cordibus ſuis. Ea igiṫ lex nō ſcribitur ſed innaſci
tur: nec aliqua percipiṫ lectione: ſed ꝓfluuio quodā naturæ fonte: in ſingulis expri/
mitur: & humanis ingenijs hauriṫ. Quā debuimus uel futuri iudicij metu ſeruare:
cuius teſtis cōſcientia noſtra tacitis cogitationib⁹ apud deum ipſa ſe prodit: quibus
uel redarguitur improbitaſ: uel defendiṫ innocētia. Itaq; cum ſemp pateat domino:
tum maxime in die iudicij manifeſtabitur: quādo occulta cordis in examē uenient
quæ putabātur latere. Quorū tamen proditio: occultorū ſcilicet: nequaquā noce/
ret: ſi lex naturalis ineſſet pectorib⁹ humanis. Eſt em̄ ſancta ſine uerſucia: ſine frau
de: cōſors iuſticiæ: expers iniquitatis. Deniq; interrogemus infantiā: uideamus ſi
in ea crimen reperitur: ſi auaricia: ambitio: dolus: ſæuicia: inſolentia. Nihil ſuū nouit:
nullos honores ſibi arrogat: præferre ſe alteri ignorat: fraudem neſcit: uindicare ſe/
ſe nec uult nec poteſt: Inſolentia quid ſit: puro ac ſimplici nequit animo cōprehen/
dere. Soluit hanc legem Adam qui uoluit ſibi arrogare qđ non acceperat: ut eſſet
ſicut creator & conditor ſuus: & diuinum honorē affectaret. Itaq; per inobedientiā
offenſam traxit: & culpam incidit ex inſolētia. Qui ſi non rupiſſet imperiū: & obe/
diens fuiſſet mandatis cæleſtibus: prærogatiuā naturæ atq; ingenitæ ſibi innocētiæ
hæredibus ꝓprijs reſeruaſſet. Ergo quia per inobedientiā prærogatiua naturalis
legis corrupta atq; interdicta eſt: ideo ſcriptum legis exiſtimatum eſt neceſſariū: ut
uel partem haberet qui uniuerſum amiſerat. Et cui perierat quod naſcēdo aſſum/
pſerat: diſcendo ſaltē cognoſceret & cuſtodiret. Simul quia cauſa deiectionis eius
ſuperbia fuit. Superbia autē orta eſt ex prærogatiua innocētiæ. Debuit ea lex ferri
quæ ſubditū deo & ſubiectum redderet. Nam ſine lege peccatū neſciebatur: & mi
nor erat culpa: ubi erat culpæ ignorantia. Vnde & domin⁹ ait: Si non ueniſſem: & Ioh.15.
locutus fuiſſem ijs: peccatū non haberent. Nunc autē excuſationē nō habēt de pec
cato. Lata eſt ergo lex: Primū ut excuſationē tolleret: ne quis diceret: peccatū ne/
ſciui: quia præſcriptū nō erat quid cauerē. Deinde ut omnes ſubditos faceret deo
agnitione peccati. Omnes autē ſubditos fecit: quia nō ſolum iudæis data eſt: ſed eti/
am gentes uocauit. Proſeliti em̄ ex gentib⁹ ſociabantur. Neq; uero exceptus uide/
ri poteſt qui uocatus defuit. Lex em̄ quos uocauit: & alligauit. Vniuerſoꝝ itaque
culpa operata eſt ſubiectionē: ſubiectio humilitatē: humilitas obedientiā. Itaq; quia
ſuperbia culpam cōtraxerat: ecōtrario culpa obedientiā generauit. Vnde lex ſcri
pta quæ uidebatur ſuperflua: facta eſt neceſſaria: ut peccatū peccato ſolueret. Sed
ne rurſus aliquis deterreaṫ & dicat incrementū peccati factum eſſe per legē: & legē
nō ſolum nō profuiſſe ſed etiam offuiſſe arbitretur: habet quo ſolari ſuā poſſit ſolli/
citudinē: quia & ſi ꝑ legē ſuperabūdauit peccatū: ſuperabundauit & gratia. Quid
ſit hoc: intelligamus. Superabundauit peccatū per legē: quia ꝑ legem agnitio pec/ Ro.5.
cati: & cœpit mihi obeſſe ſcire id quod ꝑ infirmitatē uitare nō poſſem. Ad cauendū
em̄ ꝓdeſt præſcire: ſed ſi cauere non queā: offuit noſſe. Verſa ergo lex in contrariū:

tamen ipſo peccati incremēto facta eſt mihi utilis: quia humiliatus ſum: Vnde & di-
Pſ.118. xit Dauid: Bonū mihi ꝙ humiliatus ſum. Humiliando autē me: ſolui uinculū erroris
ſuperioris: quo Adā & Eua exuerant omnē ꝓpriæ ſeriem ſucceſſionis. Vnde & do-
minus quaſi obediēs uenit: ut inobediētiæ & præuaricationis humanæ laqueus ſol-
ueretur. Itaq; ſicut per inobedientiā peccatum intrauit: ita per obedientiam pecca-
Ro.5. tum ſolutum eſt. Vnde & Apoſtolus ait: Quia ſicut per inobedientiā uni⁹ hominis
peccatores conſtituti ſunt plurimi: ita & per obedientiam unius hominis iuſti con-
ſtituentur multi. Habes igitur unū: quia lex & ſuperflua fuit: & facta eſt nō ſuper-
flua. Superflua in eo: quia nō fuiſſet neceſſaria: ſi illā legē naturalē ſeruare potuiſſe-
mus. Sed quia nō ſeruauimus: iſta lex ꝑ Moyſen neceſſaria facta eſt: ut doceret me
obedientiā: & laqueum illū ſolueret præuaricationis Adæ: qui laque⁹ totā aſtrinxit
hæreditatē. Creuit quidē culpa per legem: ſed & culpæ auctor ſuperbia ſoluta eſt:
idq; mihi ꝓfuit. Superbia em̄ culpam inuenit: culpa autē gratiam fecit. Accipe ali
ud. Nō fuit neceſſaria lex per Moyſen. Deniq; ſubintrauit: qđ utiq; non ordinarium
ſed uelut fortuitū ſignificare uidetur introitū: eo ꝙ in locum naturalis legis intraue-
rit. Itaq; ſi illa ſuū ſeruaſſet locū: hæc lex ſcripta nequaquā eſſet ingreſſa. Sed quia
illam legē excluſerat præuaricatio ac propemodū aboleuerat: pectoribus humanis
regnabat ſuperbia: inobediētiaq; ſeſe diffuderat: ideo ſucceſſit iſta: ut nos ſcripto cō
ueniret: & omne os obſtrueret: ut totum mundū faceret deo ſubditū. Subditus
autē mundus eo per legē factus eſt: quia ex præſcripto legis omnes cōueniunť: &
ex operibus legis nemo iuſtificať: id eſt: quia per legē peccatū cognoſcitur: ſed cul-
pa nō relaxatur: uidebať lex nocuiſſe: quæ omnes fecerat peccatores: ſed ueniens
domin⁹ Ieſus peccatū omnib⁹ qđ nemo poterat euitare donauit: & chirographum
Ibidem. noſtrū ſui ſanguinis effuſione deleuit. Hoc eſt: qđ ait: Superabundauit peccatū per
legem: ſupabundauit autē gratia per Ieſum: quia poſtq̄ totus mundus ſubdit⁹ factus
Ioh.1. eſt: totius mūdi peccatū abſtulit. Sicut teſtificatus eſt Iohānes dicens: Ecce agn⁹ dei
ecce qui tollit peccatū mundi. Et ideo nemo glorieť in operibus: quia nemo factis
iuſtificatur: ſed qui iuſtus eſt donatū habet: quia poſt lauacrū iuſtificat⁹ eſt. Fi-
des ergo eſt quæ liberat ꝑ ſanguinē chriſti: quia beat⁹ ille cui peccatū remittitur: &
uenia donatur. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Irenæum: cauſam reddentis: Cur plæraque in lege præcepta
ſint: quæ per euāgelium uacuata uidentur: ut eſt circūciſio corporalis: & obſeruatio
ſabbati: aliaq; plura huiuſmodi: Cur etiā lex pædagogus dicatur: Epl'a. LXXII.

Gal.3. A Mbroſius Irenæo. Audiſti fili hodie lectū in Apoſtolo: Quia lex pæda-
gogus noſter fuit in chriſto: ut ex fide iuſtificemur. Quo uno abſolutas
arbitror quæſtiones quæ plæroſq; mouere cōſuerunt. Sunt em̄ qui di-
cunt: Cum legē deus Moyſi dederit: quid cauſæ eſt ut plæraq; in lege ſint
quæ per euangeliū iam uacuata uideantur? Et quomō unus utriuſq; cōditor teſta
menti: cum qđ licebat in lege: per euangeliū cœperit nō licere. ut eſt circūciſio cor-
poralis: quæ licet etiam tunc ſigno data ſit: ut circūciſionis ſpiritualis ueritas tenere-
tur: tamē qua ratione uel in ipſo ſigno fuit? Cur iſta diuerſitas exiſtimať: ut tunc cir-
cūcidi pietas crederetur: nunc impietas iudicetur? Deinde ſabbati diem feriatū
eſſe debere obſeruabatur ex lege: ita ut ſi quis onus aliquod lignorū portaſſet: mor-
tis fieret reus: nunc autē diem ipſum & oneribus ſubeundis & negocijs obeundis ſi-
ne pœna aduertimus deputari. Et plæraq; præcepta ſunt legis: quæ præſenti tem
pore ceſſare uideātur. Quid ergo cauſæ ſit cōſiderem⁹. Nō em̄ ocioſe dixit Apo-
Ibidem. ſtolus: Quia lex pædagogus noſter fuit in chriſto. Pædagogus cui⁹ eſt: maturioris
an adoleſcētis: aut pueri? hoc eſt: ætatis infirmæ? Pædagogus ergo ſicut etiā inter-
pretatio latina habet: doctor eſt pueri: qui utiq; imperfectæ ætati non poteſt pfecta
adhibere præcepta quæ ſuſtinere nō queat. Deniq; per ꝓphetam deus legis ait:
Ezech.20. Dabo uobis præcepta nō bona: hoc eſt: nō perfecta. Quod em̄ bonū utiq; pfectum.
Matth.5. Idem autē deus euangelio pfectiora ſeruauit: Si quidē ait: Nō ueni legem ſoluere



ſed implere. Quæ igitur iſtius cauſa diſtantiæ: niſi humana uarietas? Sciebat duræ
ceruicis populum iudæorū: lapſum: humilem: perfidiæ ꝓmptiorē: qui aure audiret
& nō audiret: oculis uideret & nō uideret: lubrico quodam infantiæ leuē: & imme-
morem præceptorū: & ideo legem tanq̄ pædagogū mobili plæbis ingenio & menti
adhibuit infirmæ: ipſaq; legis præcepta moderatus: aliud legi uoluit: aliud intelligi:
ut inſipiens ſaltem qđ legeret cuſtodiret: & a præſcripto litteræ nō recederet. Sapi
ens intelligeret diuinæ mentis ſententiā: quā littera nō reſonaret: imprudens ſerua-
ret legis imperiū: prudēs myſterium. Ideo lex ſeueritatē gladij habet tanq̄ pæda
gogus baculū: ut imperfectæ plæbis infirmitatē pœnæ ſaltē denūciatione deterre-
at. Euangeliū autē indulgentiā habet quo peccata donanť. Iure ergo ait Paul⁹:
Quia littera occidit: ſpiritus aūt uiuificat. Littera igitur occidit exiguā corporis por- 2.Cor.3.
tionem: ſpiritus intelligēs: circūciſionē totius animæ corporiſq; cuſtodit: ut ſuperflu
is amputatis (Quid em̄ tam ſuperfluū: q̄ auariciæ uitia libidiniſq; peccata: quæ natu-
ra nō habuit: culpa quæſiuit) caſtimonia teneatur: frugalitas diligatur. Signū igiť
circūciſio corporalis: ueritas autē circūciſio ſpiritualis eſt. Illa membrū amputat: iſta
peccatū. Nihil imperfectū in homine natura generauit: nec tanq̄ ſuperfluū iube-
batur auferri: ſed ut aduerterent qui partē ſui corporis amputabāt: multo magis am
putanda peccata: recidēdos eos qui delicta ſuadeant: etiā ſi quadā unitate corporis
cōnecterenť. Sicut habes ſcriptū: Si dextera manus tua ſcandaliçat te: abſcinde eā Matth.5.
& ꝓijce abs te. Expedit em̄ tibi ut pereat unū membrorū tuorum: q̄ totum corpus
tuum eat in gehennā. Ergo ſicut pueris: ita iudæis mandata ſunt nō plena præcep
ta: ſed ex parte: & uelut unā membri ſui partē mūdam ſeruare præcepti ſunt: qui to
tum corpus ſuū mundū ſeruare nō poterant. Sabbati quoq; ferias uno die in heb-
domada celebrare iuſſi ſunt: ut nulli oneri ſubderētur: quia mundanis operib⁹ abſo-
luti: utinā ſic abiſſent: ut in illud ꝑpetuū futuroꝝ ſabbatū ſæculorū nulla ſecum gra-
uiū ueherēt onera delictorū. Sed quia lubricū populū deus nouerat: partem infir
mioribus diei unius obſeruatione præſcripſit: plenitudinē fortiorib⁹ reſeruauit: ſy-
nagoga diē obſeruat: eccleſia imortalitatē. In lege igiť portio: in euāgelio pfectio
eſt. Populus iudæorū ligna portare ꝓhibetur: hoc eſt: illa quæ cōſumuntur incen-
dio. Vmbrā tenet qui ſolem refugit. Tibi ſol iuſticiæ umbram impedimentū eſſe
nō paſſus: apertū gratiæ ſuæ lumen infundens ait: Vade & amodo uide ne pecces. Ioh.8.
Tibi æterni illius ſolis imitator ait: Si quis autē ſuperædificauerit ſup fundamentū 1.Cor.3.
aurum: argentū: lapides precioſos: ligna: fœnū: ſtipulam: uniuſcuiuſq; opus manife-
ſtum erit. Dies em̄ domini manifeſtabit: qm̄ in igne reuelabiť. Et uniuſcuiuſq; opus
quale ſit: ignis ꝓbabit. Et ideo illud ſuperædificemus ſupra chriſtū. Chriſtus em̄ no-
ſtrū eſt fundamentū qđ nō exurať ſed melioreť. Aurū meliorať: igitur meliorať ar
gentū. Audiſti aurū & argentū: putas hoc materiale: congregare deſideras: ſed lu
dis operam. Hoc aurū & argentū onus habet: fructū nō habet. Onus quæretis eſt:
ſumptus hæredis. Hoc aurū ſicut lignum exuritur: nō perpetuatur. Hoc argentū in
die illo detrimentū uitæ tuæ nō lucrum affert. Aliud aurū: aliud argētū a te quæri-
tur: hoc eſt: ſenſus bonus: uerbum optimū: de quib⁹ dicit de⁹: quia dat uaſa aurea &
argentea. Hæc ſunt munera dei: eloquia dn̄i: eloquia caſta: argentū igne examina Pſ.11.
tū: ꝓbatū terræ: purgatū ſeptuplo gratia ſenſus tui: nitor caſti ſermonis exigiť: ſplē-
dor fidei nō tinnit⁹ argēti. Hoc manet: illud perit: hoc mercedē habet: & migrat no-
biſcū: illud detrimentū habet qđ hic relinquiť. Si quis diuitū putat ꝙ illud argentū
repoſitū & reconditū ei ſuffragari poſſit ad uitam: onus inane portabat qđ iudicij ig
nis abſumat. Hic relinquite ligna ueſtra diuites: ut on⁹ ueſtrū futuro incēdio incre
mentū nō addat. Si erogaueris: minueť onus & qđ remāſerit: on⁹ nō erit. Noli aua
re recōdere: ne fias nudo quidē nomine chriſtian⁹: opere iudæ⁹: cū aduerteris one-
ra tua tibi eſſe ſupplicio. Dictū eſt em̄ tibi non ꝑ umbrā ſed in ſole: cui⁹ opus manſe
rit: mercedē accipiet: ſi cuius arſerit: detrimentū patieť. Et ideo tanq̄ pfectus erudi-
tus in lege: cōfirmatus in euāgelio utriuſq; fidem ſuſcipe teſtamēti. Beatus em̄ qui Eſa.32.

ſeminat ſuper oẽm aquã: ubi bos & aſinus calcat:ſicut hodie lectũ eſt:hoc eſt:qui ſe-
minat ſup populos:qui ſequũtur teſtamenti utriuſq; doctrinã.Bos eſt ille aratorius:
Deut.25. legis iugum portanſ:de quo lex dicit:Boui trituranti os nõ alligabis:qui habet ſcrip-
1.Cor.9. turarũ cornua diuinarum:Pullum aũt aſinæ domin⁹ in euãgelio in figura populi gẽ-
Luc.19. tilis aſcendit. Puto autẽ(quoniã diues eſt uerbum dei) ꝙ etiã illud intelligere de-
beamus:quia bos habet cornua plena terroris:taurus ferociã habet:aſinus manſue
tudinem:qđ bene ad præſentia deriuať:quia beatus qui & ſeueritatẽ & manſuetu-
dinem tenet:ut altero diſciplina ſeruetur:altero innocẽtia nõ opprimatur. Nimia
ẽm ſeueritas extorquet plærunq; terrore mendaciũ. Deus diligi maluit q̃ timeri.
Dominus ergo charitatẽ exigit:ſeruus timorẽ:cum perpetuus in homine terror eſ-
ſe nõ poſſit:quia ſcriptũ:ſicut hodie lectum eſt: Ecce in timore ueſtro ipſi timebunt
quos timebatis. Vale fili & nos dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Clementianũ:uim apoſtolicæ diſputationis in ſuperiori epi-
ſtola notatæ aperientis:ſimulq; oſtendentis iudæum nõ eſſe ſecundũ adoptionem
hæredem:Epiſtola.LXXIII.

a Mbroſius Clemẽtiano. Etſi ſciam ꝙ nihil difficilius ſit q̃ de Apoſtoli lectio-
ne diſſerere:cum ipſe origenes longe minor ſit in nouo q̃ in ueteri teſtamen-
to:tamẽ quoniã ſuperiore epiſtola uiſus tibi ſum cur pædagogus lex dicere-
tur:nõ abſurde explicauiſſe:hodierno quoq; ſermone uim ipſam apoſtolicæ diſpu-
tationis meditabor aperire. Superiora ẽm lectionis eius hoc habet:Eo ꝙ ex operi
bus legis nemo iuſtificeť ſed ex fide:quoniã qui ex operibus legis ſunt:ſub maledi-
Gal.3. cto ſunt.Chriſtus autẽ redemit nos de maledicto legis: factus ꝓ nobis maledictum.
Non ex lege igitur hæreditas data eſt ſed ex repromiſſione. Etenim Abraæ dictæ
ſunt repromiſſiones & ſemini ei⁹ qđ eſt chriſtus. Lex itaq; præuaricationum gratia
poſita eſt:donec ueniret ſemen cui repromiſſum eſt:& ideo cõcluſa ſunt omnia ſub
peccato:ut repromiſſio ex fide Ieſu chriſti daretur credẽtibus. Poſtq̃ uenit autẽ fi-
des:iam nõ ſub lege:hoc eſt:ſub pædagogo ſumus:quia ſumus filij dei:& omnes ſu-
mus in chriſto Ieſu.Si autẽ omnes ſumus in chriſto Ieſu: ergo Abraæ ſemen ſumus
ſm ꝓmiſſionem hæredes. Hæc eſt apoſtolicæ concluſio ſentẽtiæ. Sed occurrit
adhuc ei ꝙ poterat etiam iudæ⁹ dicere:& ego hæres ſum quoniã ſub lege ſum. Lex
autem:uetus dicitur teſtamentũ.Vbi autẽ teſtamẽtum:ibi hæreditas. Et licet ad
Heb.9. hebræos ipſe dixerit:quia teſtamẽtum non ualet niſi mors intercedat teſtatoris: id
eſt:quoniã teſtamentũ nõ ualet q̃diu uiuit teſtator:ſed eius morte firmatur: tamen
Hiere.12. quia in Hieremia domin⁹ locutus eſt de iudæis & ait:Facta eſt hæreditas mihi ſicut
leo.Hæredes eos negare noluit. Sed ſunt hæredes ſine re:ſunt & cũ re. Et dicun-
tur hæredes teſtatore uiuẽte qui ſcripti ſunt ſed ſine re. Sunt etiã hæredes paruuli
Gal.4. qui nihil differunt a ſeruulo: quoniã ſub curatoribus ſunt & actoribus. Ita inquit &
nos eramus iudæi ſub elemẽtis mundi huius ſeruiẽtes.Poſtq̃ uero uenit plenitudo
tẽporis & chriſtus aduenit:iam nõ ſumus ſerui ſed liberi ſi credamus in chriſtũ. Er
go dedit illis ſpeciẽ hæreditatis:poſſeſſionẽ negauit. Habent nomẽ hæredis: uſum
nõ habẽt. Quia ſicut paruuli hæredes nomẽ nudũ hæreditatis nõ auctoritatẽ uſur
pant:iubẽdi ius & utendi nõ habent:qa plenitudinẽ ſuæ ætatis expectant:ut a cura-
Ibidem.3. toribus liberẽtur. Sicut ergo paruuli:ita & iudæi ſub pædagogo ſunt. Lex pæda-
Matth.23. gogus eſt.Pædagogus ad magiſtrũ ducit:magiſter noſter ſolus eſt chriſtus. Nolite
dicere uobis dominũ & magiſtrũ:quia dñs & magiſter ueſter unus eſt chriſtus.Pæ-
dagogus timeť: magiſter uiam ſalutis oſtendit.Timor ergo ad libertatẽ perducit:li
bertas ad fidem:fides ad charitatẽ:charitas acquirit adoptionẽ: adoptio hæredita-
tẽ. Ergo ubi fides ibi libertas:ſeruus ẽm ſub metu:liber ex fide:Ille ſub littera: iſte
1.Cor.3. ſub gratia:Ille in ſeruitute:iſte in ſpiritu.Vbi autẽ ſpiritus dñi:ibi libertas. Si igitur
ubi fides:ibi libertas:ubi libertas:ibi gratia:ubi gratia:ibi hæreditas:Iudæus aũt litte
ra nõ ſpũ in ſeruitute eſt.Qui nõ habet fidẽ:nõ habet ſpiritus libertatẽ. Vbi aũt nul
la libertaſ:nulla grã:ubi nulla gratia:nulla adoptio:ubi nulla adoptio nulla ſucceſſio.



Tanq̃ clauſis ergo tabulis cernit hæreditatem nõ poſſidet: auctoritatẽ non habet
lectionis. Na quomõ dicit:Pater noſter:qui uerũ dei filium negat per quẽ adopti-
uus acquiritur? Quomõ teſtamentũ nũcupat qui mortẽ teſtatoris negat? Quo-
modo libertatẽ uſurpat qui negat ſanguinẽ quo redemptus eſt? Hic ẽm eſt noſtræ
preciũ libertatis.Sicut Petr⁹ dicit: Sanguine precioſo redempti eſtis: nõ agni utiq; 1.Petri.1.
ſed eius qui manſuetudine & humilitate tanq̃ agnus aduenit:& totũ mundũ una ſui
corporis hoſtia liberauit:ſicut ipſe ait:Sicut agnus duct⁹ ſum ad immolandũ. Vnde
& Iohãnes ait:Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatũ mundi? Ergo Iudæus hæres Ioh.1.
in littera:nõ ſpiritu tanq̃ paruulus eſt ſub curatorib⁹ & actoribus. Chriſtian⁹ autẽ Gal.4.
qui plenitudinẽ temporis agnouit:qua chriſtus aduenit factus ex muliere: fact⁹ ſub
lege:ut omnes qui ſub lege erant redimeret.Chriſtian⁹ inquam per unitatẽ fidei & Eph.4.
agnitionẽ filij dei in uirum ꝑfectum:in menſurã ætatis exurgit plenitudinis chriſti.
Vale fili & nos dilige:quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſij ad Horontianũ:ex eo qđ ab Apoſtolo cõmemoratũ eſt: Abraã
credidit deo: & reputatũ eſt ei ad iuſticiã & cætera.colligentis ꝙ ij magis Abraæ fi
lij qui ex fide hæredes ſũt:ipſam quoq; fidẽ plurimũ cõmendãtis.Epl'a.LXXIIII.

a Mbroſius Horontiano. Si Abraã credidit deo:& reputatũ eſt ei ad iuſti- Gen.15.
ciã.Qđ aũt reputatur ad iuſticiã:ex incredulitate ad fidem eſt: utiq; ex fide
iuſtificamur nõ ex operibus legis. Abraæ autẽ ipſi duo filij Iſmael & Iſaac: Gal.4.
unus de ancilla alter de libera. Et reſpoſum huiuſmodi: ut expelleret ancillã & filiũ
ancillæ:nõ enim hæredẽ fore ancillæ filium. Et ideo nõ ancillæ nos filios eſſe ſed li
beræ qua libertate nos chriſtus liberauit. Vnde colligiť ꝙ ij magis Abraæ filij qui
ex fide.Præſtant ẽm fidei q̃ generatiõis hæredes.Lex pædagogus eſt: fides libera. Ibidem.3.

Abijciamus ergo opera ſeruitutis:teneamus gratiã libertatis.Deſeramus umbrã
ſolem ſecuti:ritus iudaicos deſeramus.Circũciſio membri unius nihil ꝓdeſt. De-
niq; ait Apoſtolus:Ecce ego Paulus dico uobis: quoniã ſi circũdamini: chriſtus uo- Gal.5.
bis nihil ꝓderit.Non quia nõ poſſit: ſed quia indignos beneficijs ſuis iudicet:qui ui-
as eius deſerant. Et quidẽ ante ſephora circũcidit filium ſuũ: & periculum depulit Exo.4.
qđ imminebat.Sed tunc ꝓfuit cũ chriſtus adhuc perfecta differret: cũ paruulus eſ-
ſet populus credentiũ. Venit nõ paruulus ſed perfectus in omnib⁹ domin⁹ Ieſus:
Circũciſus eſt primo ſm legem:ne legẽ ſolueret:poſtea per crucẽ:ut legem imple-
ret. Ceſſauit ergo qđ ex parte eſt: quia uenit qđ perfectũ eſt. Crux ẽm in chriſto
non unũ membrũ ſed toti⁹ circũcidit ſuperfluas uoluptates. Fortaſſe adhuc quæ-
ritur qua ratione circũcidi ex parte uoluerit:qui uenerat perfectam circũciſionẽ de-
monſtraturus. De quo nõ puto eſſe diutius deliberandũ.Nam ſi peccatũ fact⁹ eſt
ut noſtra peccata mũdaret:ſi maledictum ꝓ nobis factus eſt:ut legis maledicta uacu
aret:ea ratione & circũciſus ꝓ nobis eſt:ut circũciſionem legis auferret datur⁹ ſalu-
tem crucis. Spiritu igiť ex fide ſpem iuſticiæ expectandã nobis aſſerit Apoſtol⁹:
& in libertatẽ uocatos:libertatẽ noſtrã in occaſionẽ carnis nõ debere cõferre.Siqui Gal.5.
dem neq; circũciſio aliquid ualet:neq; præputiũ:ſed fides quæ per charitatẽ opera-
tur. Et ideo ſcriptũ:Diliges dominũ deum tuũ.Qui autẽ diligit:utiq; credit:& cre Deut.6.
dendo unuſquiſq; diligere incipit. Deniq; Abraam credidit: & ſic diligere cœpit
& credidit nõ ex parte ſed ꝑ omnia. Aliter enim habere plenã non poterat charita-
tem:quia ſcriptũ eſt:Charitas credit omnia.Si non credit omnia: nõ uidetur chari- 1.Cor.13.
tas eſſe perfecta.Ergo perfecta charitas omnẽ fidem habet. Non tamẽ facile dixe-
rim:ꝙ continuo omnis fides perfectam charitatẽ habeat:quia Apoſtol⁹ dixit: Si ha- Ibidem.
beam omnẽ fidem ita ut montes transferam:charitatẽ autẽ non habeam: nihil mihi
ꝓdeſt.Etenim cum tria ſint maxime in uiro chriſtiano:ſpes:fides:charitaſ:maior his
charitas. Sed arbitror propoſiti gratia hoc dixiſſe Apoſtolũ. Neq; ẽm uidetur
mihi qui habeat omnẽ fidem:ita ut montes trãſferat charitatẽ non habere:quomo-
do & illud:Si habeat aliquis omnia myſteria & omnẽ ſciẽtiã:quomõ nõ habeat cha
ritatẽ:cũ dicat Iohãnes:Quia omnis qui credit quia Ieſus chriſt⁹ eſt:de deo nat⁹ eſt. 1.Ioh.4.

Et ſupra ipſe dixerit: Qm̄ qui de deo natꝰ eſt nō peccat. Vnde colligit̃ ſi is qui credit
1.Ioh.3. quia Ieſus chriſtus eſt: de deo natꝰ eſt: & qui de deo natus eſt: nō peccat: uticꝫ is qui
credit quia Ieſus chriſtꝰ eſt: nō peccat. Si quis autē peccat: nō credit. Qui aūt nō cre/
dit nō diligit. Qui aūt non diligit: peccato obnoxius eſt. Ergo nō diligit qui peccat.
1.Petri.4. Charitas em̄ multitudinē operit peccatoꝝ. Q̄ ſi charitas peccandi excludit affectū:
quādoquidē etiam timorē excludit foras: plena eſt uticꝫ ꝑfectæ fidei charitas. De/
Luc.17. nicꝫ apoſtoli qui futuri erant amici dixerūt: Adauge nobis fidē: petētes a bono me/
dico: ut infirmantē in ſe fidem ſanaret. Infirmabat̃ adhuc fides in iis: cum audiret eti
Matth.14. am Petrus: Minimæ fidei quare dubitaſti? Ergo fides uelut præuia charitatis oc/
cupat animā: & præparat ſemitas uenturæ dilectioni. Sic omnis fides eſt: ubi ꝑfectio
charitatis. Ideo puto dici: quia charitas credit omnia: hoc eſt: facit fidē omnia crede/
re: & habere hmōi animā omnē fidem. Ac ꝑ hoc ubi ꝑfecta charitas: ibi omnis fides:
ſicut ubi ꝑfecta charitas: ſpes omnis. Denicꝫ ſicut omnia credit: ita ſcriptū eſt: Quia
1.Cor.13. ſperat omnia. Ideo maior quia ſpem fidēcꝫ complectit̃. Hanc charitatē habens: ni
1.Ioh.4. hil timet: quia charitas timorē excludit foras: & ideo ablegato & exuto timore om/
1.Cor.13. nia ſuffert: omnia ſuſtinet. Qui ergo ꝑ charitatē omnia ſuſtinet: nō pōt timere mar/
Gal.6. tyrium. Et ideo quaſi uictor alibi in fine ait: Mihi em̄ mundus crucifixꝰ eſt & ego mū
do. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſii ad Bellicium: exponētis quid ſibi uelit illud ꝙ dominus Ieſus ui/
dens a generatione cæcum: expuit & fecit lutum & ſuperunxit oculos cæci. & cæte
ra. Epiſtola. LXXV.

a Mbroſius Bellicio. Audiſti frater lectionē euangelii: in qua decurſum eſt
Ioh.9. ꝙ prætericns dominꝰ Ieſus uidit a generatione cæcū. Ergo nec nos quidē
præterire debemus quē prætereundū dominꝰ non putauit: præſertim cū a
generatione cæcus fuerit: qđ nō ocioſe eſt poſitum. Eſt em̄ cæcitas quæ plærūque
ui ægritudinis aciem obducit oculorū: eadēcꝫ temporis ſpacio mitigat̃. Eſt cæcitas
quæ humorū infuſiōe generatur. Ea quocꝫ uitio plærūcꝫ ſublato: medicinæ arte de/
pellitur: Vt cognoſcas quia qđ iſte ſanatur qui a generatione ſua cæcꝰ eſt: nō artis eſ
ſe ſed poteſtatis. Donauit em̄ dominus ſanitatē: nō medicinam exercuit. Eos em̄ ſa/
nauit dominꝰ Ieſus quos nemo curaret. Quā ſtolidi autē iudæi q̄ interrogant: Hic
peccauit an parentes eius: debilitates corporū referentes ad merita delictorum. Et
Ibidem. ideo dominꝰ ait: Nēcꝫ hic peccauit: necꝫ parentes eius: ſed ut manifeſtarētur opera
dei in illo. Quod em̄ naturæ defuit: creatori competit reformare: qui auctor naturæ
eſt. Vnde addidit: Cū in hoc mundo ſum: lux ſum huiꝰ mundi. Hoc eſt: oēs poſſunt
Ps.33. uidere: quia cæci ſūt: ſi me lumē requirāt. Accedite & uos & illuminamini: ut uidere
poſſitis. Deinde quid ſibi uult ꝙ is qui uitā refundebat imperio: ſalutem præcep/
Ioh.11. to dabat: dicens mortuo: Exi foras: & egreſſus eſt Laçarus de ſepulchro: dicens pa/
Marci.2. ralytico: Surge tolle grabatum tuū: & ſurrexit paralyticus & cœpit grabatū ipē por
tare: in quo ſolutus membris omnibꝰ portabatur? Quid inquā ſibi uult ꝙ expuit
Ioh.9. & fecit lutum: & ſuperūxit oculos cæci: & dixit ei: Vade & laua in ſyloa: quod inter/
pretatur miſſus: & abiit & lauit & uidere cœpit. Quæ iſta ratio eſt? Magna ni fal/
lor. Plus em̄ uidet quem ieſus tangit. Simul & diuinitatem & ſanctificationē eius ad
uerte. Quaſi lux tetigit & lumen infudit. Quaſi ſacerdos per figurā baptiſmatis: my
ſteria gratiæ ſpiritualis impleuit. Expuit ut aduerteres quia interiora chriſti lu/
men ſunt. Et uere uidet qui chriſti mundatur internis. Lauat ſaliua eius: lauat ſermo
Ibidē.15. eius: ſicut habes: Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.
Q̄ autē lutū fecit: & ſuperūxit oculoſ cæci: quid aliud ſignificat: niſi ut intelligeres
quia ipſe hominē luto illito reddidit ſanitati: qui de luto hominē figurauit: & ꝙ hæc
caro luti noſtri per baptiſmatis ſacramenta æternæ uitæ lumen accipiat. Accede
Ioh.7. & tu ad ſyloam: hoc eſt ad eum qui miſſus eſt a patre: ſicut habes: Mea doctrina non
eſt mea ſed eius qui me miſit. Diluat te chriſtus ut uideas. Veni ad baptiſmum:
tempus ipſum adeſt: uenit feſtinus: ut & tu dicas: Abii & laui & uidere cœpi: Vt &



tu dicas: Cæcꝰ eram & uidere cœpi: Vt & tu dicas ſicut iſte refuſo lumine ait: Nox Ro.13.
præceſſit dies appropinquauit. Nox erat cæcitas. Nox erat cū Iudas accepit bucel/ Ioh.13.
lam a Ieſu: & tūc introiuit in eū ſathanas. Iudæ nox erat: in quo diabolꝰ erat. Ioban/
ni dies erat: qui in chriſti pectore recūbebat. Petro quocꝫ dies erat: cū lumē chriſti
uideret in monte. Nox erat aliis: ſed Petro dies erat. At uero ipſi Petro nox erat qñ
chriſtū negabat. Denicꝫ gallus cantauit: & flere cœpit ut emendaret errorē. Iam em̄
dies appropinquabat. Interrogabant iudæi cæcū: Quomō uidiſti? Grandis amen/
tia. Interrogabant quod uidebant: interrogabāt cauſam: cū factum uiderent. Et ma/
ledixerunt ei dicentes: Tu ſis diſcipulus eius. Tunc ꝓſunt quādo nocere ſe credūt. Ibidem.9.
Vale fili & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambroſii ad Studiū: quæſtionē ab eo ꝓpoſitā quā in quadā epl'a ſuperiꝰ ad
eundē ſcripta abſoluit: latiꝰ ac plenius ꝑtractantis & abſoluētis: Epl'a. LXXVI.

a Mbroſius Studio. Et ſi ſuperiore epiſtola hanc quā ꝓpoſuiſti quæſtiuncu/
lam abſoluerim: tñ aliquid plenius requirēti tibi ut filio afferre atcꝫ exculpe/
re nō ſupſederim. Ac ſemꝑ quidē decantata quæſtio & celebris abſolutio
fuit mulieris eius quæ in libro euāgelii qđ ſ̄m Iohannē ſcribitur adulterii rea oblata
chriſto eſt. Id em̄ iudæorū cōmenta eſt tergiuerſatio: ut ſi contra legem abſolueret̃:
contra legē: ꝓlata dñi Ieſu ſentētia teneretur. Si autē damnata eſſet ex lege: uacare
chriſti uideret̃ gratia. Sed uehemētior facta eſt poſtea q̄ epiſcopi reos criminum
grauiſſimorum: in publicis iudiciis accuſare: alii & urgere uſcꝫ ad gladiū ſupremācꝫ
mortē: alii accuſationes huiuſmodi & cruentos ſacerdotū triūphos ꝓbare ceperūt.
Quid em̄ aliud iſti dicunt q̄ dicebant iudæi reos criminū legibus eſſe publicis pu/
niendos: & ideo accuſari eos etiā a ſacerdotibus in publicis iudiciis oportuiſſe quos
aſſerunt ſ̄m leges oportuiſſe puniri? Eadē cauſa eſt ſed numerꝰ minor: hoc eſt: nō
diſpar iudicii quæſtio ſed pene diſpar inuidia. Vnā chriſtus puniri ex lege non paſ/
ſus eſt: iſti minorem numerū aſſerunt eſſe punitū. At quo loci hoc iudicat chriſtꝰ?
Nam plærūcꝫ ſ̄m qualitates locorū: in quibus docebat famulos ſuos: diſputationes
ſuas formare dignatꝰ eſt: ut in porticu Salomonis: hoc eſt ſapientis deambulans lo/ Ioh.10.
quebatur: Ego & pater unū ſumus. Vt in templo dei dicebat: Mea doctrina non eſt Ibidem.7.
mea ſed eius qui me miſit. Hoc quocꝫ iudiciū in templo poſitus exercet: ſicut ſcri/
ptum eſt in poſterioribꝰ. Sic em̄ habes: Hæc uerba locutꝰ eſt Ieſus in gaçophylacio Ioh.8.
docens in tēplo & nemo apprehendit eū. Quid eſt gaçophylatiū? Collatio fideli/
um: ſumptus pauperum: requies egenoꝝ: iuxta qđ ſedens chriſtus: ut habes ſ̄m Lu Luc.21.
cam: duo æra mulieris uiduæ diuitū muneribus cenſuit præferenda. Diuino uideli/
cet teſtimonio: præferēs optimæ præmiis largitatis ſedulæ liberalitatis affectū. Qui
tale habebat iudiciū: uideamus quid ipſe iuxta gaçophylacium poſitus conferebat.
Nō em̄ ocioſe uiduā prætulit duo æra mittentē. Precioſa iſta pauꝑtas eſt: fidei opu/
lenta myſterio. Iſta ſunt duo æra quæ ſamaritanus ille euāgelicus ad eius curāda uul Ibidem.10.
nera qui incidit in latrones ſtabulario dereliquit. Ergo & iſta ſpecie uidua in typo
eccleſia: hoc gaçophylatio ſacro conferendū putauit: quo pauperū ſanarent̃ uulne/
ra: peregrinoꝝ ieiunia ſanarētur. Vnde & nūc quid chriſtus cōferat: ſpiritualiter
te oportet expēdere. Diuidebat em̄ populis argētum igne examinatū eloquiorum
cæleſtiū: & imaginis regiæ pecuniā populoꝝ annumerabat affectibꝰ. Nemo plus mi
ſit q̄ qui totū donauit: ſatiabat eſurientes: replebat inopes: illuminabat cæcos: redi/
mebat captiuos: paralyticos erigebat: mortuos reſuſcitabat: & qđ eſt amplius: cōfe/
rebat abſolutioues reorū: peccata donabat. Hæc ſunt duo æra quæ miſit eccleſia
poſteaq̄ accepit a chriſto. Quid em̄ ſunt duo æra niſi preciū noui & ueteris teſta/
menti? Precium ſcripturæ: fides noſtra eſt. Nā qđ legitur: ꝓ intelligētis æſtimat̃ ar/
bitrio. Remiſſio igit̃ peccatoꝝ utriuſcꝫ preciū teſtamenti eſt quæ per agnū in typo
annūciata eſt: in ueritate completa per chriſtū. Ideo habes necꝫ ſeptem dieꝝ pur
gationem ſine trium dierū eſſe purgatione. Septem dierū purgatio ſ̄m legem: quæ
in ſpecie præſentis ſabbati: ſpirituale ſabbatum annūciauit: trium dierum purgatio

ſm gratiā:quæ euāgelij teſtificatiōe ſignat᷑:quia tertio die dn̄s reſurrexit. Vbi pœ
na præſcribit᷑:debet eſſet pœnitētia pctōꝶ:ubi remiſſio donat᷑: gratia eſt. Præcedit
pœnitētia:ſequit᷑ gratia. Neq; pœnitētia ergo ſine gratia:neq; gratia ſine pœnitētia.
Debet eī̄ pœnitētia prius dānare peccatū:ut gratia poſſit abolere. Ideo typum le-
gis accipiens Iohānes baptiçauit in pœnitētia:christus ad gratiā. Septimus ergo di
Eccl.11. es legis myſteriū ſignat:octauus reſurrectionis: Sicut habes in eccleſiaſte: Da partē
Oſee.3. illis ſeptē & illis octo. Nā & in ꝓpheta Oſee legiſti dictū ad eum: Conduc tibi forni
cariā quindecim denarijs:eo ꝙ gemino ære ueteris & noui teſtamenti:hoc eſt inte-
gro fidei precio:mulier illa uago quodā & meretricio gentiū cōuenaꝶ comitatu ful
ta conducit᷑. Et cōduxit inquit eā gomor ordei & ſemigomor. Per ordeū ſignificat
quia impfectos uocaret ad fidē:ut pfectos redderet. Per gomor intelligit᷑ plena mē-
ſura:p ſemigomor ſemiplena menſura. Plena mēſura in euangelio eſt: ſemiplena
Matth.5. in lege:cuius plenitudo nouū eſt teſtamentū. Siquidē ipſe dn̄s ait: Nō ueni legē ſol-
uere ſed implere. Nec ocioſe quindecim anabathmoꝶ pſalmos dauiticos legim⁹:
& quindecim gradib⁹ aſcendiſſe ſolē:cū Eçechias iuſtus rex uitæ hui⁹ acciperet cō-
meatū. Significabat᷑ eī̄ eſſe uēturus ſol iuſticiæ qui gradus qndecim ueteris & no
ui teſtamēti illuminatur⁹ eſſet præſentiæ ſuæ lumine:quib⁹ noſtra fides ad uitā aſcē-
dit æternā. Vnde & hoc qđ hodie in Aplo lectum eſt:myſticū reor:eo ꝙ qndecim
diebus apud Petrū manſerit. Videt᷑ eī̄ mihi qđ apoſtolis ſanctis ſcripturæ diuinæ
interptationē ſermone ſecum uario cōferentibus pleni luminis refulſerit claritudo:
ignorātiæ umbra deceſſerit. Sed iam ueniamus ad mulieris hui⁹ adulteræ abſolu-
Ioh.8. tionē. Oblata erat a ſcribis & pharisæis dn̄o Ieſu adulterij rea: & hac oblata fraude:
ut ſi eam abſolueret:legē ſoluere uideret᷑:ſin uero dānaret:ꝓpoſitū ſui mutaret ad-
uentus:quia peccata oīm remiſſur⁹ aduenit. Deniq; ſupra ait: Ego nō iudico quenq̄.
Offerētes ergo eam dixerūt: Hanc mulierē inuenimus publice mœchantē. Scrip-
tum eſt eī̄ in in lege Moyſi omnem mœcham lapidari: Tu uero quid dicis de ea?
Quæ cū dicerent:Ieſus inclinato capite digito ſcribebat in terra. Et cū expectarēt
ut audirēt eum:erigenſ caput dixit: Qui ſine peccato eſt:prior lapidet eā. Quid tā
diuinū q̄ iſta ſentētia:ut is peccata puniat qui exors ipſe peccati ſit? Quō enim feras
alieni ultorem & ꝓprij criminis defenſorē? Nōne ſe magis ipſe condēnat qui in alio
damnat qđ ipſe cōmittit? Hoc aūt dixit: Et ſcribebat in terra. Quid? Vtiq; dicens:
Feſtucā quæ in oculo eſt fratris tui uides:trabem aūt quæ in oculo tuo eſt nō uides.
Matth.7. Libido eī̄ uelut feſtuca eſt:cito accendit᷑:ꝓpere conſumit᷑:ſacrilegiū pfidiæ ſalutis
auctorē ſceleris magnitudine pſonabat. Scribebat aūt in terra digito quo legē ſcrip-
ſerat. Peccatores in terra ſcribunt᷑:iuſti in cælo:ſicut habes dictū ad diſcipulos: Gau-
Luc.10. dete qa nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis. Secūdo aūt ſcripſit:ut gemino teſtamē
to iudæos ſcias eſſe dānatos. Audientes aūt hoc uerbū exierūt foras un⁹ poſt unū
incipiētes a ſenioribus & ſedebant cogitātes de ſe. Et remanſit ſolus Ieſus & mulier
in medio ſtans. Bene ait ꝙ exierunt foras qui nolebant eſſe cū chriſto. Foris littera
eſt:intus myſteria. Sequebant᷑ eī̄ diuinaꝶ lectionū quædā uelut arborum folia nō
fructuū qui uiuebāt in umbra legis:& ſolē iuſticiæ uidere nō poterant. Deniq; diſce
dentibus illis remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans. Donaturus peccatū:ſo-
Ioh.16. lus remanet Ieſus:ſicut ipſe ait: Ecce uenit hora & iā uenit:ut diſpergamini unuſqſq;
in ſua:& me ſolum relinquatis. Nō eī̄ legatus neq; nūcius ſed ipſe dn̄s ſaluū fecit po
pulū ſuū. Solus remanet:quia nō pōt hoc cuiq̄ hoim cū chriſto eſſe cōmune:ut pec-
cata cōdonet. Solius hoc munus eſt chriſti q tulit peccatū mundi. Meruit & mulier
abſolui:quæ recedētibus iudæis remanſit ſola cū chriſto. Eleuās aūt caput Ieſus di-
xit mulieri: Vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te lapidauit? Et illa reſpondit: Nemo
dn̄e. Et ait ad illā Ieſus: Nec ego te dānabo: Vade & amodo uide ne pecces. Vide
lector diuina myſteria & clemētiam chriſti. Cū accuſat᷑ mulier:caput chriſt⁹ inclinat:
eleuat aūt ubi defecit accuſator. Ita nullū dānari uult: abſolui omnes. Breuiter autē
oēs hæreticoꝶ interimit quæſtiones dicēdo:nemo te lapidauit: qui dicūt chriſtum



diē neſcire iudicij:uel qui ait: Sedere aūt ad dexterā meā:uel ad ſiniſtrā nō eſt meū Matth.20.
dare uobis. Ecce & hic ait: Nemo te lapidauit? Quō utiq; interrogat qđ uidebat:
ſed interrogat nobis:ut noſceremus nō eſſe lapidatā. Eſt etiā humani affectus hæc
cōſuetudo ut interrogem⁹ ſæpiſſime qđ uidemus. Et ideo mulier reſpondit: Nemo
dn̄e. Hoc eſt dicere: Quis pōt lapidare quā ipſe non damnas? Quis pōt aliū ſub tali
ſentētiæ cōditione punire? Nec ego te dānabo. Aduerte quō ꝓpriam ſententiā
tēperauit:ut iudæi de abſolutione mulieris calūniari nihil poſſent:ſed in ſe magis ca
lumniā retorquerēt ſi queri uellent. Dimittit᷑ eī̄ mulier nō abſoluit᷑: quia deerat
diei paſchæ inciderit quæſtio:tamē etiā in reliquū quid tenendū uideatur aperimꝰ:
ſi qua quæſtio talis incurrerit. Duo aūt ſunt obſeruāda in ſolēnitate paſchæ:quarta
decima luna:& primꝰ mēſis qui dicitᷣ nouoꝝ. Itaq; ne a ueteri teſtamēto uideamur

diſcedere:ipſum de paſchæ celebrandæ die capitulū receſeam⁹. Monet Moyſes
populū dicens cuſtodiendū mēſem nouo℞:eū primū eſſe mēſem prædicās. Ait em̄
Hic menſis uobis principiū menſiū:primus in mēſib⁹ anni:& facies paſcha dn̄o deo
Exo.12. tuo quartadecima die mēſis primi. Lex nēpe p Moyſen data eſt:gratia aūt & ue/
Ioh.1. ritas p Ieſum chriſtū facta eſt. Ipſe ergo qui legē locut⁹ eſt: poſtea ueniens p uirginē
nouiſſimis tēporibus:plenitudinē legis cōſūmauit:quia uenit nō legem ſoluere ſed
Matth.5. implere:& celebrauit paſcha hebdomadæ in qua fuit quartadecima luna:quinta fe/
ria. Deniq̧ ipſa die(ſicut ſuperiora docēt)paſcha cū diſcipulis mādu cauit. Sequē/
ti aūt die:hoc eſt:ſexta feria:crucifixus eſt:luna quintadecima. Sabbato quoq̧ mag
no illo ſextadecima fuit. Ac p hoc ſeptimadecima luna reſurrexit a mortuis. Vnde
hæc lex paſchæ nobis ſeruāda eſt:ut nō quartādecimā obſeruemus in die reſurrec/
tionis:ſed in die magis paſſionis aut certe alijs ꝓximis ſuperiorib⁹ dieb⁹. Quia re/
ſurrectionis celebritas die dn̄ica celebratᷣ:dn̄ica aūt ieiunare nō poſſumus:quia ma/
nichæos etiā ob iſtius diei ieiunia iure dānamus. Hoc eſt em̄ in reſurrectionē chriſti
nō credere:ſi legē quis ieiunij die reſurrectionis indicat:cū lex dicat paſcha edendū
cū amaritudine:hoc eſt:cū dolore:ꝙ tanto ſacrilegio hominū auctor ſalutis ſit inter/
Ps.117. emptus. Die aūt dominica exultandū ꝓpheta docet dicēs: Hic eſt dies quē fecit
dn̄s:exultemus & lætemur in ea. Ergo nō ſolū paſſionis diē ſed etiā reſurrectiōis
obſeruari oportet a nobis:ut habeamus & amaritudinis & læticiæ diē:illa ieiunem⁹:
iſto reficiamur. Vnde ſi inciderit ſicut futurū eſt ꝓxime: quartadecima luna mēſis
primi die dn̄ica:quia neq̧ dn̄ica ieiunare debemus:neq̧ tertiadecima luna die ſab/
bati incidente ieiuniū ſoluere:qđ maxime die paſſiōis eſt exhibendū:in altera heb/
domada celebritas paſchæ eſt differēda. Siquidē ſequitᷣ qntadecima luna qua paſ
ſus eſt chriſtus:& erit ſecūda feria:tertia quoq̧ feria erit ſextadecima luna: qua dn̄i
caro ī ſepulchro quieuit:cū quarta etiā feria ſeptimadecima luna futura ſit: qua dn̄s
reſurrexit. Cū igitᷣ triduū illud ſacrū in hebdomadā ꝓxime cōcurrat ultimā intra
Ioh.2. qđ triduū & paſſus eſt & quieuit & reſurrexit:de quo triduo ait:Soluite hoc tēplū:
& in triduo reſuſcitabo illud:qd nobis pōt moleſtiā dubitationis afferreᷣ Nā ſi ea
res ſcrupulū mouet:quia quartadecima luna non celebram⁹ ipſum diē uel paſſionis
uel reſurrectionis:ipſe dn̄s nō quartadecima luna paſſus eſt ſed quintadecima:& ſe/
ptimadecima reſurrexit. Q ſi mouet qa q̄rtādecimā lunā tranſeūtes: quæ die dn̄i/
ca incidit:hoc eſt:quartodecimo Kalēdas maij:ſequēti dn̄ica inſtaurandā celebrita/
tē ſuademus:auctoritas extat hmōi. Nā tēporibus paulo ſupiorib⁹ cū incidiſſet q̄r/
tadecima luna menſis primi in dn̄icam diē:ſequenti altera dn̄ica celebrata ſolēnitas
eſt. Octogeſimo aūt anno & nonageſimotertio: ex die imperij Diocletiani: cū q̄r/
tadecima luna eſſet nono Kalēdas aprilis:nos celebrauimus paſcha pridie Kalendas
aprilis. Alexandrini quoq̧ & ægyptij ut ipſi ſcripſerūt: cū incidiſſet quartadecima
luna & uigeſimo & octauo die pharmutij mēſis:celebrauerūt paſcha qnta die phar/
mutij menſis quæ eſt pridie Kalendas aprilis:ac ſic cōuenere nobiſcū. Rurſus no/
nageſimo & tertio anno a die imperij Diocletiani:cū incidiſſet quartadecima luna in
quartūdecimū diē pharmutij:menſis quæ eſt quinto iduſ aprilis quæ erat dominica
die:celebratū eſt paſcha dn̄ica pharmutij uigeſimo & primo die qui fuit ſm nos qn/
todecimo Kalendas maij. Vnde cum & ratio ſit & exemplū:nihil ſup hoc mouere
nos debet. Nunc illud eſt:qđ enodandū uidetur:quia plæriq̧ putant ſecūdo mēſe
nos celebraturos paſcha:cū ſcriptū ſit:Cuſtodi primū mēſem nouo℞: qđ nō pōt in/
cidere:ut præter menſem nouo℞ paſcha celebrent:niſi qui quartādecimā ita obſer/
uant ſm litterā:ut nō alio:niſi ipſo celebrent die. Deniq̧ in futu℞ iudæi duodeci/
mo nō primo menſe celebraturi ſunt paſcha:hoc eſt: tertio Kalēdas aprilis ſm nos:
ſm ægyptios autem uigeſimoquarto die phamenoth menſis qui eſt nō prim⁹ men/
ſis ſed duodecim⁹:& incipit ſexto Kalendas aprilis:& finitur ſeptimo Kalēdas maij.
Ergo ſm ægyptios primo mēſe celebraturi ſum⁹ dn̄icam paſchæ:hoc eſt: ſeptimo
Kalendas maij:qui eſt dies trigeſimus pharmutij menſis. Nec abſurdū arbitror ut



inde obſeruandi menſis trahamus exemplū:ubi primū paſcha celebratū eſt. Vn/
de & maiores noſtri in tractatu cōcilij niceni:eum diē endecateride:ſi quis diligen/
ter intendat:ſtatuendū putarunt & ipſum menſem nouo℞ recte cuſtodierunt:quia
in ægypto hoc primo menſe noua ſecantᷣ frumenta. Hic aūt menſis & primus eſt
ſm ægyptiorū ꝓuentus:& primus ſm legem:& octau⁹ eſt ſm cōſuetudinē noſtrā.
Indictio em̄ ſeptēbri menſe incipit. Octauo igitᷣ menſæ Kalēdæ aprilis ſunt. Incipit
aūt mēſis nō ſm uulgarem uſum ſed ſm cōſuetudinē perito℞ ab æquinoctio qui di
es eſt duodecimo Kalēdas aprilis:& finitur undecimo Kalendas maij. Inde maxime
intra hos triginta & unū dies ſæpe celebrati paſchæ dies. Sed cū ante bienniū cele
brauerimus paſchæ dominicā undecimo Kalendas maij:hoc eſt:trigeſimo die men
ſis ſm noſtram ſcilicet calculationē:moueri non debemus ſi & ꝓxime trigeſimo die
pharmutij menſis celebraturi ſumus paſchæ dominicā. Verū ſi quis menſem ſecū/
dū inde exiſtimat:quia poſt triduū cōpleti menſis qui cōpleri uidetᷣ undecimo Kalē
das maij:paſchæ dominica erit:illud cōſideret:quia quartadecima luna quæ quæritᷣ
quartodecimo Kalēdas maij erit:hoc eſt:intra præſcriptū menſis nume℞. Lex autē
diem paſſionis exigit intra primū nouo℞ debere celebrari. Satiſfactū eſt igitur ſm
plenitudinē lunæ:cui ad complendū mēſem ſupſunt tres alij dies. Nō ergo in alterū
menſem recidit:qn̄ intra eundē menſem qui prim⁹ eſt:paſcha celebrabitᷣ. Ad litte
ram aūt nos teneri nō oportere(licet cōſuetudo celebrādi paſchæ ipa nos inſtruat)
tamē & Apl'us docet qui ait:Paſcha noſtrū immolat⁹ eſt chriſtus. Sed & ꝓpoſita 1.Cor.5.
lectio docet litterā nō cōſequendā. Sic em̄ habes:Et facieſ paſcha dn̄o deo tuo quar Exo.12.
todecimo die menſis primi. Diē ꝓ luna dicit. Vnde peritiſſimi quoq̧ ſm legē lunari
curſu cōputant mēſem:& ideo cū a plurib⁹ nonis lunæ curſus incipiat: hoc eſt: dies
primus:uides nonas maij adhuc ad mēſem primū nouo℞ cōputari poſſe. Ergo & iu
xta legis ſententiā primus hic menſis eſt. Deniq̧ menem lunā uocant græci:unde
menas græce dicūt menſes:& naturalis uſus nationū extera℞ lunā ꝓ diebus appel/
lat. Aliū aūt diē paſſionis:aliū reſurrectionis celebrandū: ueteris quoq̧ teſtamenti
ſeries oſtēdit. Sic em̄ habes:Agnus ſine macula mūdus cōſummatus anniculus ma/ Ibidem.
ſculus erit uobis:ab ouib⁹ & hædis ſumetis:& erit uobis in obſeruatiōe uſq̧ in quar/
tamdecimā menſis hui⁹:& occidetis illum tota multitudo ſynagogæ filio℞ iſrael ad
ueſperū:& ſument de ſanguine ei⁹:& ponent ſup duos poſtes:& ſup limen oſtij do
mus:in quibus mādu cabunt eū inter ſemetipſos:manducabūt carnē hanc noctu:ig/
ni aſſam. Et infra:Et edetis illū cum ſollicitudine paſchæ. Paſcha eſt em̄ dn̄i:& ptrāſi/
bo in terrā ægyptiorū in nocte illa:& pcutiā omne primitiuū in ægypto ab hoie uſq̧
ad pecus:& in omni terra ægypti faciā uindictam:ego domin⁹. Et erit uobis ſanguis
in ſigno in domibus:in quib⁹ eritis:ibi & uidebo ſanguinē:& ꝓtegam uos: & nō erit
uobis in plaga exterminij. Et conterā terrā ægypti:& erit dies hic uobis memorabi/
lis & ſolēnis:& diē feſtū agetis eū dn̄o in ꝓgenies ueſtras: legitimū ſempiternū: diē
feſtum agetis illū. Aduertimus & paſſionis diē deſcriptū in ieiunio:quia ad ueſpe/
rum occidēdus eſt agnus:licet ultimū tēpus ꝓ ueſpere poſſimus accipe ſm Iohānē
qui ait:Pueri nouiſſima hora eſt. Sed & iuxta myſteriū ueſpere diei cōſtat occiſū: 1.Ioh.2.
quādo tenebræ ſtatim factæ ſunt:& ieiuniū deferendū eo die uerū eſt: quia ita ede/
tis illū cū ſollicitudine. Ieiunātibus em̄ ſollicitudo adhæret. Reſurrectionis autē die
exultatio refectionis eſt atq̧ læticiæ:quo die uidetᷣ exiſſe ppl'us ex ægypto primiti/
uis ægyptiorū necatis:qđ poſteriora euidēti⁹ docēt:quib⁹ ait ſcriptura:Quia poſtq̄ Exo.12.
fecerūt iudæi paſcha:ſicut præcepit Moyſes:factū eſt circa mediā noctem:& dn̄s p/
cuſſit omnem primitiuū in terra ægypti a primitiuo Pharaonis. Et uocauit Pharao
Moyſen & Aaron nocte:& dixit illis:Surgite & exite de populo meo: & uos & filij
iſrael ite & ſeruite dn̄o deo ueſtro. Et urgebant ægyptij populū feſtinantes q̄ celer/
rime expellere. Deniq̧ ſic ꝓfecti ſunt iſraelitæ:ut nō occurreret ſibi açymā fermē/
tare. Eiecerunt em̄ eos ægyptij:& nō potuerunt ſuſtinere:apparatum ſibi fecerant
in uia. Reſeratū eſt igitur diē reſurrectionis obſeruandū poſt dies paſſionis. Qui

dies reſurrectionis nõ quartadecima luna debet eſſe ſed poſtea: ut uetus loquit̃ te/
ſtamentũ: quia dies reſurrectionis is: cũ egrediens populus de ægypto in mari & in
nube baptiçatus: ut Apoſtolus dicit: mortẽ uicit: panẽ ſpiritualẽ accipienſ: & potum
de petra bauriens ſpiritualẽ. Nec paſſionẽ domini die dñica poſſe celebrari: etiã ſi
quartadecima luna in dominicã inciderit: adiungendã hebdomadẽ alteram: ſicut &
ſeptuageſimoſexto anno die imperij Diocletiani factũ eſt. Nã tunc uigeſimoocta/
uo die Pharmutij menſis qui eſt ſeptimo Kalendas maij: dominicã paſchæ celebra/
uimus: ſine ulla dubitatione maioꝝ. Simul etiã lunæ curſus & ratio ſuffragatur: q̃m
uigeſimaprima luna ꝓximũ paſcha celebrandũ eſt. Nã uſqꝫ ad uigeſimãprimã lunã
cõſueuit extendi. Ergo cũ tot ueritatis indicia concurrant: iuxta maioꝝ exẽpla fe/
ſtũ publicæ ſalutis læti exultanteſqꝫ celebremꝰ: poſtes noſtros ubi eſt oſtium uerbi
qđ ſibi Apoſtolus optat aperiri: fide paſſionis dominicæ colorãtes. De hoc oſtio
Ps.140. dicit etiam Dauid: Pone domine cuſtodiã ori meo: & oſtium circuitꝰ labijs meis: ut
nihil aliud niſi ſanguinem chriſti loquamur: quo mortem uicimus: quo redempti ſu/
mus. Flagret in nobis odor chriſti. Ipſum audiamus: in illum & mentis & corporis
oculos dirigamus: opera eius miranteſ: beneficia prædicãtes: ſuper limẽ oſtij noſtri
ſacræ redemptionis cõfeſſio reſplendeat. Sumamus feruenti ſpiritu ſacramentũ
in açymis ſincæritatis & ueritatis: pia doctrina gloriam patris & filij & ſpiritus maie
ſtatem indiuiduam cõcinentes.

Sancti Ambroſij ad ſacram uirginẽ Demetriadem: magnis præconijs ueram hu/
militatem exaltantis: aduerſanteq̃ illi ſuperbiam digna uituperatione cõfundentiſ:
Ac ꝑ hoc ipſam ad elationẽ cauendã & præſidio ſincære humilitatis armãdam per/
ſuadentis: Epl'a. LXXXIIII.

a Mbroſius epiſcopus ſacræ uirgini Demetriadi. Cũ ſplendidiſſimæ ſancti/
moniæ tuæ ſublime ꝓpoſitum ſuꝑ humilitatis fundamenta conſiſtere pie &
ſapienter intelligis: in hoc uſqꝫ o ſacra uirgo Demetrias dignationẽ tuæ dig/
nitatis inclinas: ut ꝓuectiones tuas etiã meo ſtilo exigas adiuuari. Qđ ego ad te/
nuitatẽ facultatis meæ reſpiciens omnibus modis recuſarẽ: neqꝫ tam maturo & eru
dito animo cohortatiunculas meas adhibere præſumerẽ: niſi fiduciam efficiendi id
qđ iubetur: a iubente cõciperẽ: & tuis meritis atqꝫ orationibꝰ confiderẽ eſſe præſtã/
dum: ut oriatur in deſerto aqua: & fiant in ſicca terra flumina. Vnde collaborandũ
tibi mecũ eſt: ut qui ſapientiã præſtat paruulis: & linguas mutorũ facit diſſertas: iu/
beat de cordis mei ariditate ꝓfluere: qđ ſitis tua digne poſſit haurire. Quæ ergo
materia ſtilo dabitur? & unde loquẽdi tecũ cauſa ſumetur? Si laudes tuas ſcribere
aggrediar: & maiorũ ſeriem quæ ꝑ te multũ illuſtratur: euoluã: onerosum me forte
& impudentẽ uideri poſſe arbitror: qui uel humanæ tibi gloriæ tentationẽ adulan/
do ingeram: uel tuis ac tuorũ prædicationibus ingeniũ meũ par eſſe præſumã. Si
uero de cõmendando uirginitatis bono diſſerã: ſuperflua erit eius nunc ꝓpoſiti in/
ſinuatio: qđ tu a primo ætatis tuæ flore ſine humanis cohortationibus elegiſti: & de
quo inter ipſa principia multi qui tunc in eccleſia præminebant: merito nõ ſiluerũt.

Valde em̃ mirabile erat: & inter præcipua diuinæ gratiæ exempla numerãdum:
ꝙ uirgo anicia ſuꝑ omnes faſtigiũ trahẽs beatæ nobilitatis euecta: de cuius fæcundi/
tate auis atqꝫ atauis reſponſura poſteritas: & familiæ uotis expectabat̃ & patriæ: cõ
uerſo repente animo deſiderio cæleſtiũ nuptiarũ declinaſti mortale coniugiũ: Et ut
omnẽ ꝓſapiam tuam etiã huius uirtutis titulo cõſecrares: primã ſtirpis tuæ ꝑpetuã
& uirginẽ filio uirginis ſpopõdiſti. Illam ergo ætatẽ tuam & illa principia rationabi
liter doctiſſimi uiri ſuis adhortationibus incitarunt. Et licet plantationi ſuæ ſummꝰ
agricola ualida ad ꝑfectũ tuũ icremẽta præberet: cooperatores tamẽ gratiæ dei op
portune piã adhibuere culturã: ut germẽ tenerũ fortitudinis robur acciperet: & di/
gnos generoſitate ſua fructus ꝓpoſiti tui arbor afferret. Noſtris autem paginis quid
erit loci: & poſt ornatiſſima ſcripta excellentiũ magiſtrorũ quid utilitatis in eo quẽ
indicere dignata ex ſermone reperies: niſi forte quia & illoꝝ in doctrinis & tuis ſtu/



dijs ad ſublimiores gradus uirtutũ cõſuetudo ꝑficit: cauendã te elationis admone/
am: & humilitatis tibi ſincæritatẽ fida ſuggeſtione cõmendẽ: ut in omnibus actioni/
bus: in quibus tibi es bene cõſcia: nunq̃ audeas eſſe ſecura. De hoc igit̃ cõgruẽtiſſi
mo tibi & ſaluberrimo bono qđ dñs donauerit diſſeramus: ut inſpectioni noſtræ nõ
tantũ uiſibilia eiꝰ: ſed etiã occulta referent̃. Eſt em̃ multiplex uirtutis iſtiꝰ qualitas:
& licet in exterioribꝰ quoqꝫ pulchra ſit: in intimis tñ ſuis multo ẽ ſpecioſior multoqꝫ
luculẽtior: ubi nihil obſcurũ: nihil turbidũ: nihil eſt inqetũ. Quia pax multa diligẽti/ Ps.118.
bus legẽ dei: & nõ eſt illis ſcandalũ. Acceſſuri aũt ad beatæ humilitatis intuitũ: om
nẽ illã abiectionẽ: quæ ignauos & incõſtantes animos deprimit repellamꝰ. Nec ge/
nerale nomẽ ita nos a iudicio diſcretionis excludat: ut oẽs quoquo modo humiles
putemꝰ eſſe laudabiles. Imitat̃ quidẽ plærũqꝫ neceſſitas uoluntatẽ: & ab imagine
modeſtiæ parũ differt forma ſegniciæ. Sed aliud ẽ qđ grauat: aliud qđ exercet: nec
in eũdẽ finẽ uenit labor indeclinabilis miſeriæ: & expetitæ fortitudo patiẽtiæ. Vnũ
eſt pauptatis uocabulũ: ſed nõ una mẽs paupeꝝ: Quia nõ idẽ eſt gaudere bene ex/
penſis diuitijs: qđ aut gemere de nõ acquiſitis aut dolere de ꝑditis. Timoris etiam
quo deus metuit̃: nulla eſt in appellatione diſtinctio. Sed aliud eſt timere qa pecca/
ueris: aliud timere ne pecces. Et ibi eſt formido de ſupplicio: hic ſollicitudo de præ/
mio. Ob hoc em̃ de illo ſeruili metu dicit̃: quia ꝑfecta charitas foras mittit timorem. 1.Ioh.4.
De hoc uero liberali: Timor dñi ſanctus manẽs in ſæculũ ſæculi. Remota itaqꝫ illa Ps.18.
ſpecie humilitatis quæ tota ſine fructu eſt: uoluntarios tantũ pendamꝰ affectus. Qui
etiã ſi in gradibꝰ meritorũ inueniunt̃ impares: nõ ſunt tñ ab ipſa uirtute diſcordes.

Prima ergo humilitatis ratio in cõmunis uitæ uerſat̃ officijs: quibꝰ & diuina clemẽ
tia cõciliat̃: & ſocietas humana cõnectit̃. Multũ em̃ ad roborãdũ dilectionẽ ualet:
cũ ſ'm doctrinã apoſtolicã inuicem ſe homines honore præueniũt: & alter alterũ ſu
periorẽ exiſtimãtes: amãt ſeruire ſubiecti: & neſciũt tumere prælati: cũ & pauper di
uitẽ nõ ſibi dubitat anteferre: & diues pauperẽ ſibi gaudeat æquare: cũ & ſublimes
nõ ſuꝑbiunt de claritate ꝓſapiæ: & pauperes nõ extollunt̃ de cõmunione naturæ.

Cũ deniqꝫ nõ plus tribuit̃ magnis opibus q̃ bonis moribꝰ: nec maior ducit̃ phale/
rata iniquoꝝ potẽtia q̃ rectoꝝ inhonora iuſticia. Ab hoc æquo & modeſto iure cõ
cordiæ: in quo nullũ eſt de gradu ſuꝑiore certamẽ: nec fœlicitas aut inflat ꝓpria: aut
urit aliena: pulchre & mirabiliter a plærıſqꝫ ꝑficit̃ ad illã humilitatis fortitudinẽ: quæ
& ſe extra omnẽ cõſtituit dignitatẽ: & mauult apta eſſe iniurijs accipiẽdis q̃ idonea
repellendis. Vt impleat̃ qđ ait dñs: Qui uult tecũ iudicio cõtendere: & tunicã tuam Matth.5.
tollere: dimitte ei & palliũ. Et quicũqꝫ te angariauerit mille paſſus: uade cũ illo & alia
duo. Illud qđ Apl's docet dicens: Quare nõ magis iniuriã accipitis? quare nõ magis 1.Cor.6.
fraudẽ patimini? Tales em̃ multũ ad imitationẽ ipſius dñi noſtri & ſaluatoris acce
dunt: qui cũ diues eſſet: pauꝑ factus eſt: & cũ malediceret̃ nõ maledicebat: & ꝑcuti/ 2.Cor.8. 1.Petri.2.
enti ſe nõ cõminabat̃: & q̃m dixerat: Diligite iimicos ueſtros: benefacite ijs qui uos Matth.5.
oderũt: ut hmõi beniuolentiã cõfirmaret exemplo: ipſe ꝓ ijs a quibus crucifigebat̃
orabat. Qui ergo fideliter & ſciẽter intelligũt quo opere ſaluati: & quo precio ſint
redempti: nolũt de mundi huiꝰ ſapiẽtibus: nolũt eſſe de fortibꝰ: q̃m ſicut ait Apl'us:
Quæ ſtulta ſunt mũdi: elegit deus: ut cõfundat ſapiẽtes: & infirma mundi elegit de/ 1.Cor.1.
us: ut cõfundat fortia: & ignobilia mundi & cõtẽptibilia elegit deꝰ: & quæ non ſunt:
ut ea quæ ſunt deſtrueret: ut nõ gloriet̃ omnis caro in cõſpectu eius: id eſt: ut nemo
ſe placere deo ꝑ mundi ſapientiã putet: quæ tota carnalis eſt: & a uera ſapiẽtia cum
omni ſua uanitate deſtruit̃. Dñs em̃ nouit cogitatiões ſapientiũ: q̃m uanæ ſunt. Cũ Ps.93.
itaqꝫ diſcipuli ueritatis humanã gloriã fugiũt: & a tẽporaliũ amore deſciſcũt: ut quæ
dei ſunt ſapiant: nõ quæ hominũ: ꝓficiũt ſenſibus nõ deficiũt: neqꝫ uigorem cordis
amittũt: ſed excellentiſſimæ intelligẽtiæ lumẽ accipiunt: uiuẽtes quidẽ in hoc mun/
do: ſed omnes mũdi ſtrepitus relinquẽtes: ut redimant tempus quia dies mali ſunt.

Quo autẽ precio quies huius tẽporis aptius cõparatur: q̃ ut ipſi mundo omnes di
uitiæ: omnes dignitates & uniuerſarũ cupiditatũ materiæ refundant̃: & ſancto bea/

toq; cōmertio emat christiana libertas:fiantq; filij dei de pauptate diuites:de patiē/
tia fortes:de humilitate ſublimes? Nō eñ ut dilectores huius ſæculi putant: parui
cordis aut ſignis eſt animi terrenas opes ſpernere:honores occiduos faſtidire: nec
Ps.9. ibi gloriā quærere:ubi laudat peccator in deſiderijs animæ ſuæ: & qui iniqua gerit
benedicit. Vnde ſi uere intelligat:cōtemptus iſte rerū præſentiū ad quæ tendat:
& qualia cōcupiſcat:nihil hmōi mentibus rectius:nihil inuenieᵗ electius:quæ ſacra/
tiſſimis deſiderijs uniuerſa tranſcendūt:neq; ad ullā creaturā q̄uis potentē atq; mi/
rabilē:ſed ad ipſum omniū uiſibiliū & inuiſibiliū ambiūt creatorē: cui appropinqua/
re clareſcere eſt: quē timere gaudere eſt: cui ſeruire regnare eſt. Sed hæc uirtus
quæ tēporalis copiæ & patiētiæ negligēs:ad uitā æternā anguſta & ardua mittitur:
nō debet uolūtarios pauperes in cōſortiū chriſtianæ humilitatis admittere: eos aūt
a ſocietate boni huꝰ excludere:qui ampla prædia:magnifica patrimonia: & multas
in hoc ſæculo poſſidēt facultates:cū in populo dei multi ſemp̄ qui diuitijs bene ute/
renᵗ extiterint:nec ullo modo uel dici uel cogitari liceat ꝙ Abraam & Iſaac & Iacob
quorū ſe eſſe deū:dn̄s ꝓteſtatus eſt:ideo uera humilitate caruerint: quia pauperes
nō fuerūt. Aut ꝙ uir ſacratiſſimus Melchiſedech:dn̄i & ſaluatoris noſtri præferēs
formā:nō fuerit ꝑfecte humilis:quia & ſacerdotio eminebat & regno. Vel ꝙ beato
Iob.2. Iob de quo deꝰ ꝓnūciat dicens:Nūquid cōſideraſti ſeruū meū Iob ꝙ nō ſit ei ſimilis
in terra:homo ſimplex & rectus:& timēs deū:& recedēs a malo:ideo uirtus iſta de/
fuerit:quia erāt(ſicut ſcriptū eſt)in poſſeſſione eiꝰ ſeptem milia ouiū:& tria milia ca
melorū:quingēta quoq; iuga boum:& qngentæ aſinæ:ac familia multa nimis.Eratq;
uir ille magnus inter omnes orientales. Quaſi tunc iſtiꝰ gratiæ particeps factus eſt:
quādo omnibꝰ facultatibꝰ perditis:uniuerſa quoq; familia filijſq; priuatus:& ꝑcuſſus
uulnere peſſimo a planta pedis uſq; ad uerticē capitis:teſta ſaniē radebat: ſedens in
ſtercore:ad imaginē elationis poſtmodū reuocatus eſt:quādo corporis incolumita
te renouata:ſeptem rurſus filiorū triūq; filiarū factꝰ eſt pater:& duple in uniuerſam
ſubſtantiā eſt ditatus augmento. Abſit autē ab animis fideliū tam irreligioſa ꝑſua/
ſio:ut cuiq̄ ſanctorū:quibus deus & diuitias eſt largitus & honores:ad capiendū ue/
ræ humilitatis meritū credatur:uel opulētia offuiſſe uel dignitas:cū eis ad huius uir
tutis ꝓfectum utraq; ꝓfuerint. Quis eñ tota uita hominis tentatio ſit ſup terrā:
& tam abundātia q̄ inopia materia ſoleant eſſe peccati:cū uel diues extollitur ad ſu/
perbiam:uel pauper ꝓſilit ad querelam:extiterunt tamē in omni tempore: & in no
ſtra quoq; ætate nō deſunt:ſicut & boni pauperes:ita & boni diuites. Nec fruſtra
1.Timoth.6. beatus apoſtolus Paulus Timothæū admonet dicens: Diuitibus huꝰ ſæculi præci/
pe:nō ſuperbe ſapere:neq; ſperare in incerto diuitiaꝝ:ſed in deo qui præſtat nobis
omnia abunde ad fruendū:bene agere:diuites fieri in operibus bonis:facile tribue/
re:cōmunicare:theſaurizare ſibi fundamentū bonum in futurum: ut apprehēdant
ueram uitā.Quod utiq; fieri in uniuerſa eccleſia quæ ꝑ totum mundū eſt diffuſa:nō
dubiū eſt:& pauperes chriſti nō eorū tantū facultatibꝰ ſuſtineri. Qui ut expeditio/
res dominū ſequerenᵗ:ſimul ſe omnibꝰ ſuis opibus exuerunt.Sed eidē operi etiā il
lorū ſubſtantias deſeruire: qui poſſeſſionibꝰ ſuis nō aliter q̄ rebus pauperū præſint:
ut eccleſiaſticæ utilitati ſub quadā ꝓcuratione famulenᵗ:elaborātes ſinguli ꝓ ſuaꝝ
uiriū portione:ut ad uictum atq; ueſtitū familiæ dei neceſſaria cōferanᵗ: & ſimul ꝓ/
ſpiciētes ut in domibꝰ ipſoꝝ ſub iuſto ſanctoq; moderamine oēs & benignitas foue/
1.Timoth.5. at:& diſciplina cōtineat:Dicente Apoſtolo:Si quis autē ſuorū & maxime domeſti/
corū curam nō habet:fidē negauit:& eſt infideli deterior. Cū itaq; eccleſia dei quæ
eſt corpus chriſti:ita ſit multimoda uarietate contexta:ut in unū decorē etiam quæ
nō ſunt paria:cōcurrant:& de omni genere hominū & de omni gradu officiorū: de
omni menſura operū:de omni qualitate uirtutū fiat totius ædificationis inſeparabi/
lis cōnexio:& indifferens pulchritudo: nec deſit ſoliditati qđ nō defuerit portioni:
tantaq; ibi ſit pax:tātaq; cōcordia:ut nō poſſit eſſe niſi omniū qđ eſt etiam ſinguloꝝ:
indubitāter apparet copulatricē quandā eſſe uirtutē:qua ſibi cōfœderat & cōcinnit



multiplex ſanctoꝝ unitas:& ſpecioſa diuerſitas. Hæc aūt uirtus uera humilitas eſt
quæ inter quoſlibet meritorū gradus nunq̄ ſui pōt eſſe diſſimilis. Nā & in officioꝝ
uiciſſitudine & in manſuetudinis lenitate:& in uolūtariæ paupertatis electione: in/
uenit multa diſtātia:& alter altero in ꝓpoſiti ſui deuotione aut maior aut minor eſt.
In uera aūt humilitate nihil diuiſum nihilq; nō ſolidū eſt:& ideo omnes participes
ſuos unū facit:quia inæqualitatē ipſa nō recipit. Huius igit boni ꝓprietas in cōfeſſi
one eſt gratiæ dei:quæ tota repellit:niſi tota ſuſcipit.Sicut eñ alienus eſt a numero
fideliū & a ſorte ſanctorū qui in aliquo a catholica ueritate diſſentit: ita extra gratiā
efficit qui aliquid de eiꝰ plenitudine diffitet.Quaſi homo auxilio dei in quadā actio/
num ſuarū parte egeat:in quadā aūt parte nō egeat:ſitq; ullum tēpus ullūue momē
tum quo pnitioſum illi eſſe nō poſſit:ſi ab eo ſpūſanctꝰ defuerit. Qui utiq; ſm ueræ
deitatis eſſentiā:ubiq; totus eſt:& oīa cōprehendit: ſed ab illis modo quodā intelli/
git recedere:quos deſtiterit gubernare.Ceſſatio quippe auxilij eiꝰ ꝓ abſentia acci/
pit:quā ſibi inſaniſſime utilē putat qui i ijs quæ recte geſſerit: ſe magis q̄ deū gaudet
operatū. Plene ergo & ueraciter cōfitēda ē gratia dei:de cuiꝰ hoc primū munere
eſt:ut auxiliū ipſius ſentiat.Propter qđ dicit Apl's:Nos aūt nō ſpiritū mundi acce/ 1.Cor.2.
pimus:ſed ſpiritū qui ex deo eſt:ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Vnde ſi
quis eſt qui aliqua ſe habere exiſtimat bona:quorū nō deus largitor ſit: ſed ipſe ſibi
auctor exiſtat:manifeſtū eſt hunc nō dei ſpiritū habere ſed mundi:& de illa ſæcula/
ris ſapiētiæ tumere doctrina:de qua dicit dn̄s:Perdā ſapientiā ſapientiū:& pruden/ 1.Cor.1.
tiam prudentiā reprobabo. Vbi ſapiēs:ubi ſcriba:ubi cōquiſitor huꝰ ſæculi: nōne
ſtultā fecit deus ſapientiā huꝰ mundi:ſm quā (ſicut ait Apl's) quidā cū cognouiſ/ Ro.1.
ſent deū:nō ſicut deū glorificauerunt:aut gratias egerūt:ſed euanuerūt in cogitati/
onibus ſuis:& obſcuratū eſt cor inſipiens eorū:dicentes eñ ſe eſſe ſapiētes: ſtulti fa/
cti ſunt. Vides ne qualis ſupbis retributio debeat:& quali mercede repleant:q ſi
quo modo ad cognitionē ueritatis acceſſerint: ſuæ hoc ſapiētiæ tribuūt: & de natu/
rali ingenio glorianᵗ:tanq̄ deū nō dei munere ſed ꝓprij itellectꝰ facultate cognoue/
rint: Omnia quidē elemēta mūdi & uniuerſæ creaturarū naturæ: hoc ipſa ſui exi/
gunt ſpecie:ut inuiſibilia dei ꝑ ea quæ facta ſunt:intellecta cōſpiciantur:& in pulchri Ro.1.
tudine cæli & terræ quædā ſunt paginæ ad omniū oculos ſemp̄ patentes:& auctorē
ſuū nunq̄ tacētes:quarū ꝓteſtatio doctrinā imitatur magiſtroꝝ: & eloquia ſcriptu/
rarum. Sed quid illud eſt quo corporeoꝝ ſenſuū exteriora pulſanᵗ in agro cordis
cui impenditᵗ iſta cultura:nec radicē poteſt figere:nec germē emittere niſi ille ſum/
mus & uerus agricola potentiā ſui operis adhibuerit:& ad uitalem ꝓfectum ea quæ
ſunt plantata:ꝑduxerit:Siue eñ cōtemplatio creaturaꝝ:ſiue ſacrorū ſeries uolumi/
nū:ſiue ſciētia diſſerentiū:ſincæro & aſſiduo teſtimonio prædicet ueritatē: neq; qui 1.Cor.3.
plantat eſt aliquid neq; qui rigat:ſed qui incrementū dat deꝰ. Inter omnes igit lap/
ſus hominū:inter omnia cōmiſſa peccantiū:nulla eſt grauior q̄ ſuperboꝝ ruina: ma/
xime cū ipſa elatio in dei tendit iniuriā. Nam aliter inflanᵗ qui cupiditate extollen
tiæ ſingularis oībus appetūt anteferri:aliter uero intumeſcūt qui dei auxiliū refutā/
tes quæ fieri ſine ipſiꝰ opere nō poſſunt:ex ſua ꝑfici uirtute cōtendūt: & ſpem ſuā a
dn̄o auferunt:atq; ad ſe transferūt:ut adimpleat in eis qđ ſcriptū eſt:Maledictus ho Hiere.17.
mo qui ſpem habet in homine:& firmat carnē brachij ſui:& a dn̄o diſcedit cor eius.
Hæc ſupbia a diabolo ſumpſit exordiū:qui qm̄ a ſua quā a creatore acceperat: po/
tētia & dignitate ſibi placuit:ſeq; auctoris ſui gloriæ cōparauit:cū ijs angelis quos in
cōſenſu impietatis ſuæ traxerat:a cæleſti ſublimitate deiectꝰ eſt. Et ideo primis ho
minibus nocere potuit:quia illis male credulis ꝑ mendacia uenenata ꝑſuaſit: ut me/
liores ſe futuros putarēt:ſi in libertate ſui arbitrij ꝓſilirent:q̄ ſi in legis datæ cuſtodia
ꝑmanerent. Siue itaq; in lapſu diaboli:ſiue in præuaricatiōe hominis:initiū pecca/
ti ſupbia eſt:quæ cōgruēter & auaricia nominat:quia utraq; appellatio eū ſignificat
appetitū:qui & ſuā menſurā cōcupiſcat excedere:& nō dignet diues eſſe niſi ꝓprijs
tanq̄ habeat hoc ſimile deo:ut bonorū ſuorū ipſe ſibi fons:ipſe ſibi ſit copia. Hæc

autē elatio de puerſo uſu donorū dei naſcit̃.Nam ſi cōditor naturaꝵ nulla pulchra:
nulla ſublimia naturis rationabilibus cōtuliſſet:unde ſe extolleret nō haberet. Ne
mo em̄ de ijs quæ nō accepit ſuperbit:nec inflari quiſq̄ de eo pōt qđ a participatiōe
eius alienū eſt. Nunq̄ gloriat̃ de ſobrietate temulētia:neq; de beniuolētia inuidus:
aut de lenitate ſæuus:uel de caſtitate extollitur impudic⁹.Ipſa ſe a uirtutib⁹ uitia ſe
cernūt:& cū in peccatis agitur:nō inſita p naturā: ſed ex mala uoluntate concepta:
& ꝓpria diligunt̃:quia ſicut ſcriptū eſt: Mendax de ꝓprio loquitur.Cū autē in bo
Jacobi.1. nis & rectis actib⁹ laudabilis uita ducit̃:dei eſt qđ gerit̃:dei eſt qđ amatur.Omne em̄
datum optimū:& omne donum perfectū de ſurſum eſt:deſcēdēs a patre luminum.
Vnde quia inter uitia aut nulla eſt:aut rara iactantia:& facile ſpernitur qui de op
probrio gloriatur.Malū ſuperbiæ maxime uirtutib⁹ eſt cauendū:quia nullis oppor
tunius inſidiat̃ q̄ quibus laus iuſta debet̃. Cū ergo p ineffabilē miſericordiā dei ca
ptiuis libertas:pditis ſalus:mortuis uita reparatur:cū in ſacramento crucis & reſurre
ctionis chriſti ad nouitatē redit uetuſtas:& ad innocentiā regenerat̃ impietas: anti
quus hoſtis malignus fremit & acrius inardeſcit:& cū innumeris nocēdi artibus hu
manum genus nitatur euertere:ſerens diſcordias:incitans iras:acuens cupiditates:
ſuadens turpia:falſa cōmentās:& errorum laqueos per opinionū cōmenta multipli
cās:plus uritur de uirtute ſtantiū q̄ lætetur de fragilitate labētiū. Multi em̄ ſeruiē
tes deo:& in lege eius die ac nocte meditātes:crucifixerūt carnem ſuā cum deſide
rijs & cōcupiſcentijs:omniūq; illecebrarū incentiua domuerūt: nō damnis uicti: nō
perſecutionib⁹ fracti:nō ꝓſperitatibus deprauati:mundū iſtum nec dilexere obſe
quentē:nec timuere terrētem. Tantam itaq; firmitatē:& tam ſublime ꝓpoſitum
qua impugnatione diabolus poſſet adoriri:niſi ut quibus nō potuerat pſuadere uiti
orum amorē:immitteret laudis cupiditatem? Et idē nouiſſima inſtrueret̃ tentatio:
unde nocuit prima deceptio. Nō itaq; deſidioſis & tepidis:neq; inertibus & incul
tis:ſed magis quibuſdā animis ſedulis & bonorū actuum ꝓbitate luculentis:p gloriā
irrepſit humanā:& quos impulſione nō mouit:elatiōe deiecit. Quāto em̄ clariores
erant meritis:tanto eos aptiores ſuis inuenit inſidijs. In paradiſo nāq; eccleſiæ con
ſtitutos & uirtutū delitijs abundantes ad cōfidentiā liberi incitauit arbitrij:ut ꝓfec
tus ſuos in ſe cōſtituerent:& ad arborē ꝓpriæ uoluntatis manū præſumptionis ex
tenderēt. Reſtiterūt quidē huic impietati recta innumerabilia corda ſanctorū: &
nō ſolū docti quiq; pontifices:uerūetiā uniuerſales eccleſiæ plæbes apoſtolicæ ſedis
exemplo inſaniā noui dogmatis horruerūt:ſed inuenerūt quoſdam uiperina cōſilia
quibus doctrinæ ſuæ uirus infunderent:& quoꝵ linguā p dolos falſæ rationis arma
rent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulēta laudatio:& illæſæ p omnes homi
nes originalis defenſio dignitatis. Hinc Adæ peccatū exemplo poſteris aſſerebat̃
nocuiſſe nō tranſitu:& q̄ illi poſſibile fuerat nō uiolare mandatum: tam liberum eſſe
unicuiq; declinare delictū. Hinc euacuatio baptiſmatis paruuloꝵ:qui ſola adopti
one donari:nullo autē reatu dicerētur abſolui. Hinc poſtremo diuinæ gratiæ ſimu
lata & inſincæra cōfeſſio:quæ ſm merita daret̃: nō ex qua merita naſcerentur: quā
partē ſuperbæ prædicatiōis quidā ſibi cū cætera abnuerēt ſeruauerūt. Sed hoc eos
aut nimis imperite aut ualde nequiter feciſſe nō dubium eſt: ut omniū hominū ge
neralem ruinam meritoꝵ priuilegio ſubleuarēt: & cū inter noſtros originalis pecca
ti uulnera faterent̃:inter ſuos tamē hoc tenere oſtēderēt:qđ primoꝵ hominū præ
uaricatio ſolis imitatoribuſ offuiſſet.Naturalē autē facultatem nihil ſui in alieno ami
ſiſſe peccato:cui poſſibile eſſet & liberū p uoluntariā deuotionē ꝓmereri gratiæ lar
gitatē. Verum iſtā damnati dogmatis portionē catholicæ mētes facile intelligūt:
Matth.9. & merito deteſtant̃.Dicente em̄ dño Ieſu:Nō eſt opus ſanis medicus:ſed male ha
bentibus.Nō em̄ ueni uocare iuſtos ſed peccatores:conuincunt̃ iſti in ſupbia etiam
ſine uoce clamare:ſani ſumus:opus medico nō habem⁹. Quæ nobis expectāda ſunt
præſidia de ope gratiæ:quib⁹ ſuppetūt uires de incolumitate naturæ? Nō aūt fru
Joh.1. ſtra Iohānes ꝓteſtat̃ & dicit:Ecce agnus dei:ecce qui tollit peccatū mūdi. Nec fru



ſtra ſcriptū eſt:Nemo mūdus a ſorde:nec infans:cui⁹ unius diei uita eſt ſup terrā.Et Job.15.
quis poterit facere mundū de immūdo cōceptū ſemine:nōne tu qui ſolus es? Pro Job.14.
pter qđ ſicut nunc in eccleſia manet cōſtitutio ſaluatoris dicētis:Niſi quis renat⁹ fue Joh.3.
rit ex aqua & ſpiritusſancto: nō intrabit in regnū cælorū: Ita ſacratiſſime erat in lege
præcautū:ut nat⁹ puer:niſi die circūcideret̃ octauo:exterminaret̃ anima ei⁹ de po
pulo ſuo:nullū in hæreditate iſrael habitura cōſortiū. Quæ omnia & multo plura
documēta nō tanta cura ſacris paginis ſpiritusſanct⁹ inſeruiſſet:ſi talis eſſet natura in
filijs Adā qualis in ipſo eſt principaliter inſtituta. Sed qa filius dei uenit ut ſolueret
opera diaboli:& ut quæreret ac ſaluaret qđ perierat:manifeſtū eſt omnes in Adam
dānationi obnoxios eſſe naſcēdo:niſi i chriſto liberati fuerint renaſcēdo. Vnde ui
gilāter nobis cōſiderandū eſt:in ipſo regeneratiōis munere quid gerat̃. Quis em̄
ad unū cōcurrant oēs eiuſdē myſterij portiones:aliud tn̄ eſt qđ uiſibiliter agit̃:aliud
qđ inuiſibiliter celebrat̃. Nec idē eſt in ſacramēto forma qđ uirtus:cū forma cū hu
mani miniſterij adhibeat̃ obſequio:uirtus autē p diuini operis præſtet̃ effectū. Ad
cuius utiq; potentiā referendū eſt:ꝙ dum homo exterior abluitur: mutat̃ interior:
& fit noua creatura de ueteri:uaſa iræ in uaſa miſericordiæ transferunt̃:& in corpus
chriſti conuertit̃ caro peccati. De impijs iuſti:de captiuis liberi:de filijs hominū fi
unt filij dei. Qui nō ex ſanguinibus:neq; ex uolūtate uiri:neq; ex uoluntate carnis: Joh.1.
ſed ex deo nati ſunt. Qđ quia indubitāter accipimus:ueriſſimū eſt qđ Apl's docet
dicens:Quicūq; em̄ ſpiritu dei aguntur:ij filij ſunt dei. Vnde uideant cui⁹ ſe habe Ro.8.
ri filios uelint:qui definierint:omnes homines uolūtate ꝓpria regi:Cū idem Apl'us
ꝓteſtetur & dicat:Qui ſpiritū chriſti nō habet:hic nō eſt eius. Refutata igitur ſu Ibidem.
perboꝵ impia uanitate quibus in peccatū etiā illa quæ in eis uident̃ laudāda:uertū
tur. Nos illā humilitatē cui uirtus & gloria dei eſt eligam⁹:ſciētes ꝓphetā Dauid ce
ciniſſe de ſanctis:Domine in lumine uultus tui ambulabūt:& in nomine tuo exulta Ps.88.
bunt tota die:& in tua iuſticia exaltabunt̃:quoniā gloria uirtutis eoꝵ tu es. Qui &
alibi pijſſime cōfitetur dominū in ſanctis ſuis eſſe laudandū dicens: Mirabilis de⁹ in Ps.67.
ſanctis ſuis:deus iſrael ipſe dabit uirtutē & fortitudinē plæbi ſuæ. Huic etiā Hiere
mias cōcordat:& dicit:Hæc dicit dn̄s:Nō gloriet̃ ſapiens in ſapiētia ſua:& nō glori Hiere.9.
etur fortis in fortitudine ſua:& nō gloriet̃ diues in diuitijs ſuis. Sed in hoc glorietur
qui gloriat̃:intelligere & ſcire quia ego ſum dn̄s. Ipſe uero intellectus & ſciētia un
de habeant̃:pandunt ꝓuerbia Salomonis & dicūt:Qm̄ dn̄s dat ſapientiā: & a facie Prouer.2.
eius ſcientia & intellect⁹. Vnde in Eccleſiaſte libro ipſius legim⁹:Q2 & corda & ope
ra iuſtorum in manu dei ſint:& tantū in ſtudijs ſuis ꝓficiant:quantū eos ille ꝓuexe
rit. Quātūcūq; inquit laborauerit homo ut quærat:nō inueniet.Et quodcūq; dilexe
rit ſapiēs ut ſciat nō poteſt inuenire:quia uniuerſum hoc uidit cor meū: quia iuſti &
ſapientes & operationes eoꝵ in manu dei. Tale eſt quod Apoſtolus prædicat di
cēs: omne uerbū bonū:& omne opus ſanctū donum eſt ſpiritusſancti: ſine quo nihil
recte agat̃.Ideo inquit notū uobis facio ꝙ nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathe 1.Cori.12.
ma Ieſu.Et nemo poteſt dicere dn̄s Ieſus: niſi in ſpiritusſancto. Diuiſiones uero ſunt
gratiarū:idem autē ſpiritus:& diuiſiones miniſtrationū ſunt:idem aūt dn̄s:& diuiſi
ones operationū ſunt:idem uero deus qui operat̃ omnia in omnibus. Vnicuiq; aūt
datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidē p ſpiritum dat̃ ſermo ſapientiæ:
alij autē ſermo ſcientiæ ſm eundem ſpiritū:alteri fides in eodē ſpiritu: alteri opera
tio uirtutū:alij ꝓphetia:alij diſcretio ſpirituū:alij genera linguarum:alij interpreta
tio ſermonū:hæc autē omnia operatur unus atq; idē ſpiritus diuidens ſingulis ꝓut
uult. Sunt & alia innumerabilia teſtimonia quæ ex paginis & noui & ueteris teſta
menti quadā cōclamatione cōfirment hanc eſſe ueræ humilitatis excellētiſſimā di
gnitatē:ut omnia quæ hominē faciunt chriſtianū:ad diuinæ gratiæ donū referātur.
Sed tantā multitudinē ſententiarū in unum cōgerere:immodicū fuit: præſertim
cū mihi ſermo eſſet ad ſanctimoniā tuam:cui ex formula coꝵ quæ cōmemorauim⁹:
omnia ſe aut recordanti offerent:aut legenti:licet quædam etiam breuiſſima tantæ

ſint plenitudinis tantæq; uirtutis ut nullo aduerſantis ingenio poſſint in ſenſum aliũ
detorqueri. Nam quæ cõtradictio admitti poteſt:in eo ꝙ ipſa ueritas diſcipulis ſu
Ioh.15. is ꝑ euangeliũ Iohannis dixiſſe narratur? Sicut palmes inquit nõ poteſt facere fruc-
tũ niſi manſerit in uite: ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis:uos palmites.
Qui manet in me:& ego i eo:hic fert fructũ:quia ſine me nihil poteſtis facere. Nõ-
ne cõuincitur palmes elatus ꝙ omni fertilitate uacuatur: ſi uitis ubertate nõ alitur?
Quis eñ ſine auxilio gratiæ fructũ poteſt afferre iuſticiæ? Aut quis audet dicere
ſe a chriſto nõ diuidi:qui chriſtũ in ſe diffitet̃ operari? An forte uerendũ eſt ne li-
berũ tollere uideamur arbitriũ:cũ omnia ꝑ quæ ꝓpitiatur deꝰ:ad ipſum dicimus eſ-
ſe referẽda? Qđ nequaq̃ eſſe conſequens ueritatis oſtendit̃. Operante eñ ſpiritu
dei iuuatur arbitriũ nõ aufertur:& hoc agit gratia:ut uoluntas peccato corrupta:ua
nitatibus ebria:ſeductionibus circũſepta:difficultatibꝰ impedita:nõ remaneat in lã-
guoribus ſuis:ſed ꝑ opem miſerẽtis medici curata reualeſcat:& gaudeat ſe nõ inter-
rogantẽ edoctã:& nõ quærentẽ eſſe quæſitã. Quia implet̃ quotidie qđ Eſaias ꝓphe
Eſa.52. ta prædixit. Quibꝰ nõ eſt annunciatũ de eo uidebunt: & qui nõ audierũt intelligẽt.
1.Ioh.5. Quõ autẽ hoc fiat:Iohannes apoſtolus docet dicẽs:Scimꝰ quia ex deo ſumꝰ:& mũ-
dus totus in maligno poſitꝰ eſt. Et ſcimus qm̃ filius dei uenit & dedit nobis ſenſum:
ut cognoſcamus uerum deũ:& ſimus in uero filio eius. Qđ utiq; nunc eadẽ poten
Matth.28. tia dñs indeſinenter operat̃ qui ait:Ecce ego uobiſcum ſum omnibꝰ diebus uſq; ad
cõſummationẽ ſæculi. Vt ergo miſericordiã dei quæramus:de miſericordia eſt: q
Exo.33. Ro.9. ait:Miſerebor cui miſertus ero: & miſericordiã præſtabo cui miſericordiã præſtite-
ro. Vnde mire ꝑ Hieremiã idem dominꝰ manifeſtat ꝙ dei gratiã nemo præueni-
at merito ſuo:Sed ꝓpter dilectionẽ qua deꝰ diligit:etiã auerſos ad miſericordiã tra-
Hiere.31. bi. Dilectione inquit æterna dilexi te:ꝓpterea traxi te ad miſerationẽ:qa ædificabo
1.Ioh.4. te:& ædificaberis uirgo iſrael. Cui ſentẽtiæ Iohãnes quoq; apl's cõgruit dicẽs: Nõ
quaſi nos dilexerimus deũ:ſed qm̃ ipſe dilexit nos. Et infra. Nos ergo diligamꝰ: qm̃
deus prior dilexit nos. Paulus quoq; apl'us in eadẽ eſt ſentẽtia dicẽs in epiſtola ad
2.Timoth.1. Timothæũ ſecũda:Collabora euãgelio ſm uirtutẽ dei qui nos liberauit: & uocauit
uocatione ſancta:nõ ſm opera noſtra ſed ſm ꝓpoſitũ ſuũ & gratiã quæ data eſt no-
bit ante tẽpora æterna. Ad Titũ etiã ſcribẽs docet:nullo bono hois merito dei gra
Titum.2. tiã præueniri. Eramus inquit & nos inſipiẽtes aliquãdo:increduli:errãtes:ſeruientes
deſiderijs & uoluptatibꝰ uarijs in malicia & inuidia agẽtes:odibiles: odiẽtes inuicẽ:
Cũ aũt benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris nr̃i: nõ ex operibꝰ iuſticiæ quæ
fecimus nos:ſed ſm ſuã miſericordiã:ſaluos nos fecit:ꝑ lauacrũ regenerationis ſpiri
tuſſancti:quẽ effudit abũde in nos ꝑ Ieſum chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ:ut iuſtificati gra-
tia ipſius:hæredes ſimus ſm ſpem uitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarũ menti-
um pius motus alienari quidẽ nõ poteſt a ꝓpria hominis uoluntate. Siquidẽ nihil
recte faciet niſi qđ uolens egerit:ſed ut ad id quod æquũ & utile eſt:animi tendat in-
tentio:de illius æternæ & incõmutabilis uolũtatis inſpiratione cõcipitur. Et ſicut
arte medici fit in oculis caligãtibus:ut poſſint uidere qđ nõ uident: nec tñ nõ ipſorũ
eſt uiſio quã medicina cõtulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus: ꝑ ſpiritũſanctum
acies obducta tergit̃:& de uero lumine tenebroſæ iam & deficiẽtes lucernæ lumen
Luc.12. accipiunt:nec tñ niſi ipſarum erit quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit dñs:Ig
nẽ ueni mittere in terrã: & qd uolo niſi ut ardeat? Et idẽ iubet:lucernæ noſtræ ſint
ſꝑ ardentes:ut ſcilicet ſupno igne accenſus animꝰ nõ tepeſtat: ſed ſtudeat ſꝑ ardere:
ac ſi uigorẽ eius aliqua turbarit aduerſitas:unde cœpit inflãmari: inde poſcat igniri.
Proinde qa manifeſtiſſime:& ꝓphetica:& euangelica:& aplica doctrina: nec ſuꝑ-
bos nos uult eẽ nec deſides cooꝑatores:nos eſſe oportet gratiæ dei: ut illã excitãtẽ
iuuantẽ:locupletantẽ:& quotidie ꝓuehentẽ:uigilãter & ſobrie ſubſequamur:nunq̃
ceſſantes ab actione gratiarũ:quia inter ſecũda uitæ iſtiꝰ & aduerſa:quibꝰ gemina ſꝑ
tẽtatione pulſamur:ſi ꝓficimus inde alimur:ſi ſtamꝰ inde ſubſiſtimꝰ: ſi recidimus in-
Pſ.36. de reparamur. Dicit eñ ſpiritus per ꝓphetam Dauid:A domino greſſus hominis



dirigent̃:& uiam eiꝰ uolet. Cũ ceciderit nõ collidet̃:quia dñs ſupponit manũ ſuam.
Nõ itaq; fruſtra præcipitur:ut boni ſimus:cũ dicitur:Declina a malo & fac bonũ. Pſ.36.
Sed nec fruſtra ꝑ Hieremiã dicit dominꝰ:Timorẽ meũ dabo in cor eorum:& uiſita- Hiere.32.
bo eos:ut bonos eos faciã. Nec ſuperflua erat præceptio Pauli apoſtoli ad roma- Ro.12.
nos dicẽtis:Noli uinci a malo:ſed uince in bono malũ. Cũ corinthijs dicat: Oramus 2.Cor.13.
autẽ ad deũ:ut nihil mali faciatis. In omnibꝰ eñ monitis dei atq; mandatis una ea-
dẽq; ratio eſt:& diuinæ gratiæ & humanæ obediẽtiæ. Nec ob aliud unq̃ dat̃ præ-
ceptũ:niſi ut quærat̃ præcipientis auxiliũ. Voces eñ docentiũ & litteræ paginarũ
quæ ad eruditionẽ audientiũ uel legentiũ deo ſeruiũt:nõ carent eius uirtute cui ſer
uiunt:& qñ id qđ iubetur:ab obediente ꝑficitur:tunc effectus diuini operis declara-
tur. Vigilant autẽ tẽtatoris inſidiæ:ut ubi ꝓficit deuotio:ſubrepat elatio: & ut ho-
mo de bono opere in ſe potius q̃ in dño gloriet̃. Sed ſollicitudo nos Apoſtoli con
tra hoc periculũ monet dicens:Cũ timore & tremore ueſtrã ſalutẽ operamini. Deꝰ Phil.2.
eſt eñ qui operat̃ in uobis & uelle & operari ꝓ bona uolũtate. Quãto ergo excel
lentius in mãdatis dei quiq; ꝓficiunt:tanto maiores habent cauſas formidinis & tre
moris:ne de ipſis ꝓbitatis augmentis mens ſibi bene conſcia:& laudis auida: in ſuꝑ-
biæ rapiat̃ exceſſus:& fiat immũda uanitate:dum ſibi uidet̃ clara uirtute. Sed con
tra hoc periculũ quid beatus Petrus in prima epiſtola prædicet audiamꝰ. Si quis in- 1.Petri.4.
quit loquit̃:tanq̃ ſermones dei:ſi quis miniſtrat tanq̃ ex uirtute quã adminiſtrat de-
us:ut in omnibꝰ honorificet̃ deus ꝑ Ieſum chriſtũ:cui eſt gloria & imperiũ in ſæcula.
Itẽ idem in epiſtola ſecũda:Gratia inquit uobis adimpleat̃ in recognitione dñi no 2.Petri.1.
ſtri Ieſu chriſti:qui nunc oïa nobis diuina uirtute ſua quæ ad uitã & pietatẽ ꝑtinent:
donauit ꝑ agnitionẽ ſuã:qui uocauit nos ꝓpria gloriæ uirtute: ꝑ quã maxima nobis
& precioſa ꝓmiſſa donauit:ut ꝑ hæc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ: fugientes
eius quæ in mũdo eſt:cõcupiſcentiæ corruptionẽ. Si ergo omnia quæ ad uitã & pi
etatẽ ꝑtinent:deus nobis diuina ſua uirtute donauit:nihil magis fugiẽdũ eſt q̃ appe-
titus huiꝰ cõcupiſcẽtiæ:quæ uirtutẽ negat diuini operis:amore ꝓpriæ dignitatis. Et
cũ aliæ cupiditates ea tñ bona quibꝰ aduerſant̃ iminuant:hæc dũ oïa ad ſe trahit: ſi-
mul uniuerſa corrũpit. Cũ itaq; totius ſuꝑbiæ generale nomẽ odioſum ſit:ſiue illa
de honore ſuo ſeu de nobilitate:uel de imodicis opibus intumeſcat:hæc pars ipſius
oïbus tẽtationibus nocẽtior inuenit̃:quæ uidet̃ ijs quas ꝑditas cupit:amica eſſe uir-
tutibus. Sed qa ſublimiora quæq; grauiꝰ corruũt:gaudet princeps ſuꝑbiæ eos quos
potuerit ſua impulſione ꝓſternere:ad celſiora creuiſſe. Huic aũt malo firmiſſimũ
bonũ humilitatis occurrit. Quã ideo diximus uerã:quia omniũ uirtutũ inexpugna-
bilis fortitudo:& quædã ſuoꝝ eſt uita membroꝝ. Diſcernimus eñ illã ab ijs offi-
cijs quæ poteſt etiã cũ mundi ſapientibus habere cõmunia:& in eo ꝓprietatẽ ipſius
definimus:ꝙ ꝑ omnia deo ſubditur. Nec poteſt quicq̃ de meritis ſuis perdere: quo-
rũ cauſas atq; ꝓuectus nõ in ſe ſed in ſuo auctore cõſtituit. Dignũ quippe eſt ut ima
go dei deo ſplendeat:& inde pulchra:inde ſit compta dicens:Signatũ eſt ſuꝑ nos lu Pſ.4.
men uultus tui dñe. Alioquin adultera eſt:& a diuino aliena cõiugio:ſi alteriꝰ cuiuſq̃
decorẽ in ſpeculo ſui cordis oſtentat: aut ullis alijs monilibꝰ acquieſcit ornari: niſi il-
lis quæ de theſauris ſponſi ꝑ ſanctiſpiritꝰ pignus accepit. Si aũt quælibet anima chri
ſtiana huiꝰ debet cõtinentiæ ſoliditate muniri:quia oẽs nuptiale ſacramentũ in quo-
cũq; uocatiõis ſuæ ordine ſuſceperũt:quãtomagis ꝑſonæ tuæ dignitas præſidio hu-
ius uirtutis armãda eſt:cui de opulẽtiſſimis gratiæ dei donis tã multiplex ſe ingerit
materia gloriãdi. Quis eñ cõis tibi ſit cũ multaꝝ uirginum puritate uirginitas: nõ
tñ facile reperit̃:quæ poſſit tibi magnificẽtia domus & ſplẽdore antiquiſſimæ fami-
liæ cõparari. De quibus ut nõ ſuꝑbias:nec tibi hocipſum qđ eis chriſtũ ꝓpoſueris
aſcribas:ipſa eſt uera hũilitas:uera charitas:uera uirginitas. Ab omni qppe cõtami
natiõe mens libera ẽ:quæ ſiue i ſe ſiue in ꝓximo nihil diligit:niſi qđ ex deo eẽ nouit.
Nã amare aliquid qđ nõ ex ope & ſpiritu dei ſit:nõ eſt caſta dilectio:& ſufficit tẽta-
tori ſublimes & claras aïas hac illuſiõe uiolaſſe:ut quas ad illicita nõ impulit: placẽdi

ſibi ad elationē deiecerit. De hac charitate ſine dubio Apl'us loquebaᷣ & iſtius ꝓ/
1.Cor.13. prietatē ſubtiliſſimis diſcretionib⁹ eliquabat dicēs: Si linguis hominũ loquar & ange
lorũ: charitatē autē nō habeam: factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalũ tinniens. Et
ſi habuero ꝓphetiā: & nouerim myſteria omnia: & omnē ſcientiā: & habuero oēm
fidem ita ut montes transferā: charitatē autē nō habeā: nihil ſum. Et ſi diſtribuero in
cibos pauperũ omnes facultates meas: & ſi tradidero corpus meũ ut ardeā: charita/
tē autē nō habuero: nihil mihi ꝓdeſt. In quaꝝ definitionũ formula multo laborare/
mus obſcurio: niſi ſequentia demōſtrarent: quæ eſſet ſpecies iſtius charitatis: cui ſo/
li tot operũ labores: tot uirtutũ merita nō perirent. Eſto em̄ ut multiplex loquendi
peritia quæ nō ſolũ ad omnē humanæ facũdiæ artē: ſed etiā ad angelici eloquij pue/
nerit facultatē: ſi charitate careat: inutili æris ſono & tinnitui ſit cōparabilis cymba/
lorũ. Eſto ut habens ꝓphetiā: ſcientiā: habens fidē dæmonib⁹ imperantē nihil ſit:
qui a charitate ſit uacuus: ut etiā ille ab hac eſſe poſſit alien⁹ qui in alimoniā paupeꝝ
ſuas diſtribuerit facultates: uel qui corpus ſuũ igne torrēdũ ꝓ chriſti cōfeſſione tra/
diderit incredibile uidereᷣ: niſi beatus Paulus hoc diceret: qui tñ cũ eiuſdem chari/
tatis mēbra deſcriberet: doceretq̃ qualis eſſet hæc uirtus ſine qua nullæ poſſint ꝓ/
Ibidem. deſſe uirtutes. Charitas inquit patiēs eſt: benigna eſt: charitas nō æmulaᷣ: nō agit
ꝑperam: nō inflatur: nō eſt ambitioſa: nō quærit quæ ſua ſunt: & reliqua. Inflatio er
go & ambitio: & ꝓpriorũ bonorũ ſuperba defenſio poſſunt deſtruere elemoſynas:
poſſunt euacuare martyria. Si & magnas opes amore quis humanæ laudis effun/
dat: & ſæua ſupplicia nō ea fortitudine quā de⁹ tribuit: ſed ea quā de ſe præſumpſit
excipiat. Hoc eſt em̄ ꝓpria fiducia inflari: hoc uanā gloriā quibuſlibet ambire diſ/
pendijs: hoc poſtremo ē nolle habere quæ dei ſunt: & ibi ſuũ cōſtituere meritũ: ubi
diuinũ ceſſarit auxiliũ: hæc ſuꝑbia omni peccato nocētior: omni genere eſt elationiſ
inſanior. A qbuſlibet em̄ lapſibus delictoꝝ facile ſurgiᷣ qñ opem a reparatore ſuo
poſcit eliſus. Huic aũt ruinæ nihil ſubuenit: quia aut difficile peccatũ ſuũ ſuꝑbus ag/
noſcit: aut etiā ſi intellexerit: nō currit ad medicũ: ſed de ſe ſibi remediũ pollicetur:
nec unq̃ ibi ꝓficit cura: ubi morbus eſt ipſa medicina. Hunc autē corruptiſſimũ pe
ſtilentiæ iſtius flatũ ſpiritus ueræ humilitatis & ueræ charitatis excludit. In nullo
em̄ hæ uirtutes ab inuicē diuidunᷣ: & ambaꝝ tā indiſcreta connexio eſt: ut q in una
eaꝝ cōſtruitur: ſimul utraq̃ potiaᷣ. Sicut em̄ pars charitatis eſt humilitas: ita pars
humilitatis eſt charitas. Et ſi illa recolam⁹ quæ ſine bono charitatis infructuoſa eſſe
Apl'us definiuit: inuenicm⁹ eadē ſimilē habere charitatē: ſi eis humilitas uera defue/
rit. Quē em̄ fructũ habebit aut cũ inflatione ſciētia: aut cũ hũana gloria fides: aut cũ
iactantia largitas: aut cũ elatione martyriũ? Vnde quia in diſtrictione ſuꝑbiæ & hu/
militas tendit & charitas. De utraq̃ habeaᷣ dictũ: qcquid de una eſt diſputatũ. Suꝑ
eſt nunc ſacratiſſima dei uirgo ut ſobrio caſtoq̃ iudicio ſancti cordis tui arcā diſcuti/
as: & aculeo totius elationis obtrito inueſtiges in te atq̃ dinumeres quæ & qualia ti
bi ſponſus tu⁹ dona cōtulerit: quæ a me nō oportuit receſeri: ne aut plura cōtexerē
aut pauciora ꝑcurrerē. Verecũdiæ em̄ tuæ oneroſa foret etiā uera laudatio: & ip/
ſe cōtra diſputationē meā facerē: ſi cui ab humana gloria cōtinētiā ſuaſiſſem: ad ean/
dē te tuis præconijs incitarē. Ipſa ergo aulā tuæ mentis ingredere: & in ſecretario
puriſſimæ cōſcientiæ tuæ qualia tibi repoſita ſint ornamēta circũſpice: & qcquid ibi
ſplendidũ: quicquid pulchrũ precioſũq̃ reppereris: diuini operiſ & muneris eſſe ne
dubites. Ita ut in oib⁹ bonis opulētiæ tuæ & gratiā donatoris & ius ꝓprietatis agno/
ſcas. Accepiſti em̄ quæ habes: & qcquid tibi diligētia tui laboris accreuit: ꝑ ipſũ tibi
eſt auctũ: ꝑ quē fuerat inchoatũ. Itaq̃ utendũ tibi ē ijs quæ largit⁹ eſt de⁹: & ab eodē
ſemꝑ ē petēdũ: ut donis eius fideliter & ſciēter utaris. Quid em̄ nobis boni pōt eſ/
Ro.8. ſe ſine ipſo: qñquidē etiā ut recte oremus: ex ipſo eſt: dicēte Apoſtolo: Nā quid ore/
mus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenar/
rabilibus. Qui aũt ſcrutatur corda: ſcit quid deſideret ſpirit⁹: qm̄ ſm deum poſtulat
ꝓ ſanctis. Et ne dubiũ eſſet de quo ſpiritu loquereᷣ: iam ſupra dixerat: Nō em̄ acce/



piſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timorē: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filioꝝ: in quo
clamamus: abba pater. Itaq̃ ipſe ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro: qm̄ ſum⁹
filij dei. Si aũt filij: & hæredes: hæredes quidē dei: cohæredes aũt chriſti: ſi tñ cōpa/
timur ut conglorificemur. Implet igiᷣ ſpũſanct⁹ organũ ſuũ: & tanq̃ fila chordarũ
tangit digitus dei corda ſanctoꝝ: Qui ideo cũ die pentecoſtes in aplos plæbēq̃ cre/
dentiũ ſicut a dño fuerat ꝓmiſſus: influeret: in ſpecie linguaꝝ apparuit ignearum: &
loquelis omniũ nationũ eos ſuꝑ quos inſederat: fecit affari: ut dubiũ nō eſſet: ꝑ ipſi⁹
inſpirationē: utilē affectum: rationabilē ſermonē: animis fideliũ miniſtrari. Sicut ipſe
dñs diſcipulis ſuis inſinuauit: & dixit: Cũ aũt tradēt uos: nolite cogitare quō aut qd Mat.10.
loquamini: Dabiᷣ em̄ uobis in illa hora quid loquamini. Nō em̄ uos eſtis qui loqmi/
ni: ſed ſpiritus patris qui loquiᷣ in uobis. Qđ nō in ſolo magnaꝝ tribulationũ tēpore
credamus fieri ſed etiā in pace præſtari. Audiamus Apl'm definientē ꝙ ipſæ quoq̃
cogitationes noſtræ niſi a deo nobis inſitæ fuerint: rectæ eſſe nō poſſint. Fiduciā in/ 2.Cor.3.
qt talē habemus ꝑ chriſtũ ad deum: nō ꝙ ſufficientes ſim⁹ cogitare aliquid ex nobis
quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Vnde cũ ſanctoꝝ animis ex deo ſit
ut illis meditatio iuſta: petitio efficax: actio ex deo ſit: in fide firmitas: in tribulatione
patiētia: in ꝑſecutione uictoria: magna eſt in uera hũilitate fœlicitas: cui de⁹ dilectio:
deus ſapiētia: deus cōſiliũ: deus fortitudo eſt. Nec dubie iſta ſubiectio iā ex magna
parte in illi⁹ futuræ beatitudinis eſt cōſtituta cōſortio: ubi de⁹ erit oīa in oibus. Qđ
ideo in hac uita ad plenũ nō pōt obtineri: quia nōdũ mortale noſtrũ induit immor/
ſit: ⁊ adminiſtrādi patrimonij nō habet fa/
cultatē. Sed nō chriſtus in ſacris qui ſa/
cra vniuerſa diſtinxit. Quomodo tamen
reſpōdeāt: vera ne generatio ſit: ⁊ verus fili
us ex deo patre natus:hoc eſt:ex ſubſtātia
patris? An ex alia natus ſubſtātia? Si eniꝫ
dicunt ex patre:hoc eſt ex dei ſubſtantia:cō
uenit ꝙ ex ſubſtantia patris filium dicant.
Ergo qꝛ vnius ſubſtantię: vniꝰ vtiqꝫ poten
tię. Si vero ex alia ſubſtātia filius eſt:quo/
modo omnipotens filius eſt: ⁊ omnipotēs
filiuſ nō eſt? Quid eni pręſtantius ſi ex alia
ſubſtantia filium deus fecit: cum vtiqꝫ ⁊ fi/
lius ex alia nos ſubſtātia filios dei fecerit?
Ergo aūt vniꝰ ſubſtātię filius cū patre:aut
vnius potētię. Friget igitur eorꝫ quęſtio
qđ de chriſto iudicare non poſſunt:imo qđ
vincit ille cū iudicať. Digni tamē ſunt iſti
iudicio ſuo:qui hāc obijciūt quęſtionē. Si
eni iō ęqualis pr̄i filiꝰ nō ē:qꝛ nō generauit
filiū. Et iſti vtiqꝫ fateanť ſi nō habēt filios:
qui ſerūt hmōi q̄ſtiones :ſuos ſibi etiā ſer/
uulos ꝑferēdos:eo ꝙ habētibꝰ filios ęqua/
les eē nō poſſūt. Si aūt filios nō putēt ſi/
bi merito:ſ filiorꝫ iure deferri: nō conſiſtit
igiť hęc q̄ſtio:ꝙ ęqualis filiꝰ patri: iō eē nō
poſſit ꝙ pať gnāuit filiū: filiꝰ nullū ex ſeip̄o
gnāuerit. Nā ⁊ fons fluuiū gnāt: ⁊ fluuiꝰ
fōtē ex ſeip̄o nō gnāt. Et lux ſplēdorē gene/
rat:nō ſplēdor lucē: ⁊ vna natura ē ſplēdorꝭ
⁊ lucis. Uñ cū ęqualē ex gnātionis obie/
ctu ꝓbare nō potuerint:intelligāt etiā illā
diuulgantē ſuę calūniā q̄ſtionis exploſaꝫ.
Solēt eñ opponere:quō ęqualis pōt eē fi/
liꝰ pr̄i. Nā ſi filiꝰ ē:añquā generareť nō erat:
aut ſi erat:cur natꝰ ē? Et arrianos ſe nega/
re cōſuerunt:qui ꝓponūt arrij quęſtiones/



Itaqꝫ exigūt a nobis reſpōſionē: vt ſi dixe/
rimus ꝙ antequā generareť erat: aſtute re/
ferant. Ergo antequā generareť creatꝰ eſt:
⁊ nō differt a cęteris creaturis:quia priꝰ cę/
pit creatura eſſe q̄ꝫ filius. Et adijciūt cur ꝙ
natus eſt? An ꝙ imperfectꝰ erat vt ⁊ poſtea
perfectior fieret? Si aūt reſponderimus qđ
non erat:obijciūt ſtatim ei: ergo generatio
contulit vt eſſet qđ nō erat antequā naſce/
retur: vt hinc colligāt: Erat ergo quādo nō
erat filius. Sed quia hoc proponunt ⁊ ob
ſcuritate volūt inuoluere veritatē:dicāt ip̄i
vtrum tēporaliter generet pater:an itempo
raliter? Si eniꝫ temporaliter dixerint:qđ fi/
lio obijciunt:patri aſcribēt: vt videať pater
cępiſſe eſſe qđ nō erat. Si intēporaliter: q̄d
ſupeſt niſi vt ipſi ſoluāt quā ꝓpoſuerint q̄/
ſtionē: vt cum generationē patris abnuant
temporalem: generationē quoqꝫ filij tēpo/
ralem non eſſe fateantur? Si ergo nō eſt ge/
neratio eius ex tēpore:eſtimari datur ꝙ ni/
hil pręceſſerit ante filium qui nō ſit ex tem/
pore. Si enim aliud ante filium:iam nō ſūt
in ipſo creata omnia quę vel in cęlo ſūt vel
in terris: Et apoſtoluſ redarguiť qui hoc in
epiſtola ſua ſcripſit. Qꝫ ſi nihil ante genera
tionem: nō aduerto cur poſterior aſſeratur
quem nemo pręceſſit. Connectēda eſt alia
eorꝫ plena impietatis obiectio:quę latentē
habeat dolū:quo ſenſus facilium menteſqꝫ
perſtringāt. Interrogāt enim vtrū qđ fineꝫ
habet:aliquādo cęperit? Et ſi acceperit hu/
iuſmodi reſpōſionē: qꝛ qđ finē habet cępit
aliquādo:referāt vtrū pať deſierit generare
filium? Qđ cum tenuerint:noſtro aſpiran/
te cōſenſu contexant: cępit ergo generatio.
Id ſi nō abnuas:ꝯſequi videtur : vt ſi cępit
generatio: videať in eo cępta qui natuſ eſt:
vt natus eſſe dicatur: qui ante non fuerit:
vnde diffiniāt:aliquando ergo filiꝰ nō fuit.
Adijciunt aliaſ ineptias loquacitatis ſuę
dicentes: Si verbuꝫ patris filius eſt: ⁊ ideo
genituſ diciť quia verbum eſt:opus nō eſt.
Multifariam locutus eſt pater:multos er/
go generauit filios:ſi nō operatus ē ſed lo/
cutus eſt verbum. Amētes homines qua
ſi nō intelligāt q̄d interſit inter prolatiuum
ſermonē ⁊ in ęternū permanēs dei verbum
ex patre natum:natū vtiqꝫ nō prolatum:in
quo nō cōpoſita ſyllaba: ſed plenitudo di/
uinitatis ęternę eſt: ⁊ vita ſine fine. Sub/
texunt aliā impietatē:proponētes vtrū vo
lens an inuitꝰ generauerit pater: vt ſi dixe/
rimus nolentē:antiquiorē generatione vo/
luntatē videamur fateri: ⁊ referant ꝙ nō ſit
filius coęternus patri:quem aliquid ante/
ceſſit:aut ꝙ ⁊ ipſe ſit creatura:qꝛ ſcriptū eſt:
Omnia quę voluit ipſe fecit. Cū hoc ipſum
nō de patre ⁊ filio:ſed de his quas filius fe/
cit dictum ſit creaturis. Sin autē inuitum
patrē generaſſe reſponderimꝰ:inualidū pa/
trem dixiſſe videamur. Sed nihil in ſem/
piterna generatione pręcedit nec velle nec
nolle:ergo nec inuitum dixerim:nec volen/
tem:quia generatio nō in voluntatis poſſi
bilitate eſt:ſed in iure quodam ⁊ proprieta/
te paterni videť eſſe ſecreti. Nā ſicut bonuſ
pať nō aut ex volūtate eſt aut neceſſitate:ſ
per naturam:ita non generat ex voluntate
aut neceſſitate pater. Eſto tamen:ſit ge/
neratio in voluntate generantis: quando
hanc voluntatē fuiſſe dicunt? Si in princi/
pio: vtiqꝫ ſi ſempiterna voluntas:ſempiter
nus ⁊ filius. Si cępit volūtas:diſplicuit igi
tur ſibi qđ erat deus pater vt mutaret ſta/
tuꝫ. Diſplicuit ergo ſibi ſine fine:placere cę
pit in filio. Iam illa conſequētia vt dica/
mus: Si ſtudium generandi noſtro more aſ
ſumpſit:ergo ⁊ cętera quę generationē pręl
cedere ſolent noſtro more aſſumpſit:noſtro
aūt vſu generationis votum eſt nō volun/
tas. Produnt igitur impietatem ſuam qui
volunt generationem cępiſſe xp̄i: vt videa/
tur nō generatio illa verbi manentis:ſ pro
latio fluentis eſſe ſermonis. Deinde mul/
tos inducēdo filios:negent in xp̄o diuę pro
prietatē naturę: vt nec vnigenitꝰ nec primo
genitus eſtimetur. Poſtremo vt ſi princi/
pium eſſe credať:accepiſſe:etiā finem videa
tur habiturus. Sed neqꝫ principiū aſſum
pſit aliquādo dei filiuſ qui erat i principio:
neqꝫ finem qui eſt principium vniuerſitatiſ
⁊ finis. Nam cum ſit principiū:quomodo
qđ habeat accepit:aut quomodo ſui finem
habebit:cum omniū ipſe ſit finis: vt in illo
fine:ſine fine maneamꝰ? Dei enim genera/
tio cum temporalis nō ſit:nec ante ſe nec in
ſe tempus inuenit. Frigida igiť eorū ⁊ va/
na quęſtio: ⁊ in creaturis ipſis nō habet lo/
cum. Ipſa etenim quę temporalia ſunt:diſ
cretionem in quibuſdam habere temporis
nō videnť. Lux nempe ſplendorē generat:
nec comprehendi poteſt qđ ſplēdor luce po
ſterior ſit:aut lux ſplēdore antiquior:qꝛ vbi

lumē ⁊ ſplēdoꝛ eſt: ⁊ vbi ſplēdoꝛ ⁊ lumē eſt.
Itaqꝫ nec ſine ſplēdoꝛe lumē: nec ſplendoꝛ
poteſt eſſe ſine lumine: qꝛ in ſplēdoꝛe lumē
⁊ ſplēdoꝛ in lumine eſt. Unde ⁊ apoſtolus:
ſplendoꝛem paternę glorię filium dicit: qꝛ
Heb.1. ſplendoꝛ paternę lucis eſt filius: coęternus
propter virtutis ęternitatem: inſeparabiliſ
propter claritudinis vnitatez. Ergo ſi tē
poꝛalia hęc ⁊ aeria hic cōpꝛehendere ⁊ ſepa
rare nō poſſumus quę videmus: deuz quē
nō videmus: qui ſuper omnē ē creaturā: in
ipſo ſuę generationis arcano poſſumꝰ com
pꝛehendere: poſſumus eum a filio tempoꝛe
ſeparare: cum omne tempus opus filij ſit?
Deſinant ergo dicere: ⁊ antequā genera
retur nō erat. Ante enim tempoꝛis eſt: ge
neratio ante tempoꝛa: ⁊ ideo qđ poſterius
eſt pꝛius nō eſt: nec opus ante auctoꝛē po
teſt eſſe: cum opera pꝛincipium de operatio
ne ſua ſumant. Nā quomodo ante ope
rationē ſuam vſus operis eſtimatur: cū om
ne tempus opus ſit ei: omne opus de ope
ratoꝛe ſuo vt eſſet: accepit? Experiri igiť
adhuc iſtos volo qui ſibi videntur aſtuti:
vt de noſtris reſpōdeant qui calumniantur
diuinis: longeqꝫ refugiunt ab inſcrutabili
ſupernę generationis exemplo. De filio
dei dicunt ꝙ antequā generaretur nō erat:
hoc eſt de dei ſapiētia: de virtute dei: de dei
verbo: cuius generatio nihil ante ſe nouit:
Quia ſi aliqñ vt volunt non fuit (qđ nefas
dictu eſt) nō fuit ergo in deo perfectiōis ali
quando plenitudo diuinę: ſi poſtea pꝛoceſ
ſum generationis accepit. Tamē vt ſci
ant ꝙ vana ſit ⁊ ſolubilis eoꝝ quęſtio: licet
nihil in eo humanis diuinis ve cōmune: ta
men docebo homines antequā naſcerētur
fuiſſe. Aut negent iacob ſanctum fuiſſe pꝛi
uſqꝫ naſceretur: qui fratrem ſupplantauit in
materni adhuc vteri poſitus arcano. Ne
gent hieremiam anteqꝫ naſceretur ſanctum
Hiere.1. fuiſſe: cui dicitur: Pꝛiuſqꝫ te foꝛmarē in vte
ro matris tuę noui te: et pꝛiuſqꝫ exires de
vulua ſanctificaui te: ⁊ pꝛophetam in genti
bus poſui te. Quid hoc euidētius tanti ex
emplo ꝓphetę: qui ſanctificatꝰ eſt antequā
natus: ⁊ antequā foꝛmareť eſt cognitus?
Quid etiā de iohāne loquar: de quo ma
ter religioſa teſtatur: ꝙ inter materna ſitus
adhuc viſcera: pꝛęſentiā dñi ſpiritu cogno
uit: exultatione ſignauit: ſicut ſcriptuz me
Luc.1. minimus matre dicente: Ecce enim vt facta

eſt in auribus meis vox ſalutationis tuę: ex
ultauit in gaudio infans i vtero meo. Erat
igiť qui pꝛophetabat: an nō erat? At certe
erat. Erat eniz qui venerabať auctoꝛē: erat
qui loquebať in matre. Deniqꝫ helizabet
filij ſpiritu replebatur: mať filij ſpiritu ſan
ctificabatur. Sic enim habes: ꝙ exultauit Abi.ſ.
infans i vtero eius: ⁊ repleta eſt ſpiritu ſan
cto. Uide ſingulorum verboꝛum ꝓpꝛie
tates. Uocem quidē marię pꝛioꝛ helizabet
audiuit: Sed iohannes pꝛioꝛ domini grati
am ſenſit: pulchꝛe ſibi cōueniūt: oꝛacula oꝛa
culis: fęmina mulieri ⁊ pignꝰ pignoꝛi. Iſtę
gratiam loquūtur: illi intus operantur: pie
tatiſqꝫ myſterium maternis adoꝛiunť pꝛofe
ctibus: dupliciqꝫ miraculo licet honoꝛe di
uerſo: pꝛophetant matres ſpiritu paruulo
rum. Quis igitur auctoꝛ huius miraculi:
nōne dei filius qui fecit eſſe nō natos? De
rebus humanis quęſtio noſtra nō poteſt cō
uenire: Poteſt ne de diuinis cōuenire ſecre
tis: vt qui antequā generareť nō erat? Nū
quid pater aliqua tempoꝛa conceptiōis ac
cepit: vt filium tēpoꝛa pꝛęueniret? Aut fę
mineę moꝛe naturę generationis ſuę moli
tus eſt partum: vt molitio ipſa filio eēt an
tiquioꝛ? Quid ē hoc? cur dīna ſcriptura diſ
cutimus pꝛopꝛietatem legi diuinę genera
tionis: nō qualitatē? Facinus indignuz: vt
ex ſe quidam cęleſtia metianť: qui tanquaz
vnum de ſpadonibus putant chꝛiſtum nō
naſci potuiſſe ſed fieri. Aut tanquā vnum
de ſpadonibus patrem: qui filium quē ge
nerare nō potuerit adoptauerit.

## De ſolutione queſtiōis quā pleriqꝫ faciunt: ex eo qđ ſcriptū eſt: Sicut miſit me viuens pr̄: ⁊ ego viuo propter patrē: et qui māducat me: ⁊ ipſe viuit propter me. Ca. V.

P Leriqꝫ etiam hinc faciunt quęſtio
nem: qꝛ ſcriptuz eſt: Sicut miſit me Joh.6.
viuus pater ⁊ ego viuo pꝛopter pa
trem: ⁊ qui manducat me: ipē viuit pꝛopter
me: dicentes. Quomodo ęqualis eſt patri
filius qui dixit: ꝙ pꝛopter patrem viuit?
Qui hoc pꝛoponunt: pꝛimuz reſpōdeant
cuiuſmodi vita ſit filij: vtrū ea quā pať lar
gitus ſit nō habenti? Sed quomodo vitaz
aliquando potuit nō habere: cum ipſe ſit vi
ta: ſicut ait: Ego ſū via veritas ⁊ vita? Ui Joh.14.
ta vtiqꝫ ſempiterna ſicut virtus eſt ſapiētię.
Aliquando ergo: vt ſic loquar: ſi vitaz non



habuit: cōſiderate quid lectum ſit hodie de
domino ieſu: ꝙ moꝛtuus ē pꝛo nobis: vt ſi
1.Theſſal.5. ue vigilemus ſiue doꝛmiamus: ſimul cū il
lo viuamus. Cuius moꝛs vita eſt: huius di
uinitas vita non eſt: cum diuinitas vita ſit
ſempiterna? An vero vita eius i patris po
teſtate? Sz nec coꝛpoꝛis quidē ſui vitam in
alterius fuiſſe poteſtate memoꝛauit: ſič ſcri
Joh.10. ptum eſt: Ego pono animam meam ⁊ iterū
ſumā illam: Nemo tollit illaz a me: ſed ego
pono eam a meipſo: Poteſtatē habeo po
nēdi animā meā: ⁊ iteꝝ poteſtatē habeo ſū
mendi eam: hoc mandatum accepi a patre
meo. Eius ergo vita ſecūdum diuinitatem
in alterius poteſtate iudicatur: cuius vita
ſecūdum coꝛpus alienę nō erat ſubdita po
teſtati? Aliena enim poteſtaſ erit: ſi nō erat
vnitas poteſtatis. Sz ſicut poteſtatꝭ ſuę eē
ſignificat ponere animā ⁊ liberę volūtatis:
ita etiam qđ ſecūdū mandatū depoſuit pa
tris ſuę ac paternę volūtatis ſignificat vni
tatem. Ergo ſi vitam filius neqꝫ aliquo ac
cepit ex tēpoꝛe: neqꝫ alienę habet poteſtatꝭ
Joh.6. ſubditam: videamꝰ qua rōne dixerit: Si
cut miſit me viuus pater: ⁊ ego viuo pꝛopť
patrē: Ita ⁊ qui māducat me ipſe viuit pꝛo
pter me. Si pꝛimam eligūt: hoc ſignificat
ꝙ ſicut miſſus ſum a patre ⁊ deſcendi a pa
tre: ita viuo pꝛopter patrē. Quis autē miſ
ſus eſt atqꝫ deſcendit: niſi filius hominis: ſi
Joh.3. cut ipſe ſupꝛa ſapientia dixit: Nemo aſcen
dit in cęlum niſi qui de cęlo deſcendit filius
hominis. Ergo ſi quaſi filius hominis miſ
ſus ē atqꝫ deſcendit: Ita quaſi filius homi
nis viuit ꝓpter patrem. Deniqꝫ ⁊ qui mā
ducat quaſi filium hominis: Actū ergo in
carnationis ſuę aduētui comparauit. Qꝛ
ſi ſecunda complacuit: nōne ⁊ ęqualitatem
filij cum patre: ⁊ ſimilitudinem eius cū ho
mine manifeſta diſtinctiōe colligimꝰ? Nā
quid eſt: ſicut ipē viuit pꝛopter patrē ⁊ nos
viuimus pꝛopter ipſum: niſi ꝙ viuificat fi
lius hominis: ſicut pater in filio carnem vi
Joh.5. uificauit humanā? Sicut enim pater ſuſci
tat moꝛtuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filiꝰ quos vult
viuificat: vt ipſe dñs ſupꝛa dixit. Equali
tas ergo filij ad patrem: per vnitatē quoqꝫ
viuificationis aſtruitur: quādo ſic viuificat
filius vt pater. Agnoſce ergo eius vitam
⁊ potentiam ſempiternam. Similitudo eti
am noſtra ad filium ⁊ quędam ſecūduz car
nem vnitas declaratur: quoniā quēadmo

dum filius a patre: ſicut homo eſt viuifica
tur in carne. Sic enim ſcriptum eſt: Qꝛ ſi
cut dominus ieſum chꝛiſtum a moꝛtuis ſuſ
citauit: ita etiā nos q̄ſi hoīes viuificamur
a deo. Secūdum hanc ergo expoſitionem
humanā nō ſolum ad conditionē humanā
deriuatur gratia largitatis: ſed etiam diui
nitatis ęternitas pꝛędicatur. Diuinitatꝭ ꝙ
ipſa viuificat: humanę autem cōditiōis ꝙ
viuificata ē ⁊ i chꝛiſto. Qđ ſi quis vtrūqꝫ
ad chꝛiſti refert diuinitatem: ergo filius dei
hominibus comparatur: vt ita filius pꝛopť
patrem viuat: ſicut nos pꝛopter filiū dei vi
uimus. Sz filius dei vitā largitur ęternaz:
nos autē largiri nequimus: ergo noſtri cō
paratione nec ille largiť. Habēt igitur ar
riani fidei ſuę pꝛemiū ne vitā ęternam adi
piſcantur a filio. Libet iam vlterius ꝓgre
di. Nam ſi illis placet hunc locum ad diui
nę perpetuitatem referre ſubſtātię: accipi
ant tertiam expoſitionē. Nōne euideť vi
detur dicere: Qꝛ ſič viuus pater eſt: ita vi
uit ⁊ filius. Qđ vtiqꝫ quis nō aduertat ad
vnitatem vitę: ꝙ eadem patris et filij vita
ſit eſſe referendū. Sicut eñ pater vitaz ha
bet in ſemetipſo: ſic dedit filio vitam habe
re in ſemetipſo. Dedit per vnitatem: Dedit
nō vt auferat ſed vt clarificetur in filio: De
dit vt cōplaceat: Dedit nō vt pater cuſtodi
ret: ſed vt filius poſſideret. Sed obijcien
dum putant qđ dixit: Ego viuo pꝛopter pa
trem. Utiqꝫ ſi ad diuinitatem referūt: pꝛo
pter patrem viuit filius: ꝙ ex patre filius
eſt pꝛopter patrem: ꝙ vnius ſubſtantię cuz
patre pꝛopter patrem: ꝙ eructuatuz eſt ver
bum ex patris coꝛde: ꝙ a patre pꝛoceſſit: ꝙ
ex paterno generatus eſt vtero: ꝙ fons pa
ter filij eſt: ꝙ radix pater filij eſt. Sz dicūt
foꝛtaſſe: Si vnitatē putas patris ac filij vi
tę eſſe: cuz filius dixerit: Et ego viuo pꝛopť
patrem: Nunquid vnitas eſt filij vitę atqꝫ
hominū: cum dixerit filius: Qui māducat
me ⁊ ipē viuit ꝓpter me? Immo plane: ſi
cut vniuerſitatem fateoꝛ eſſe vitę cęleſtis
in patre ⁊ filio per diuinę vnitatem ſubſtan
tię: ita vel diuinę naturę vł dominicę incar
nationis: excepto pꝛiuilegio: ſocietatez no
biſcū vitę ſpiritalis i filio eſſe pꝛofiteoꝛ per
humanę vnitatez naturę: Qualis eñ cęle 1.Cor.15
ſtis: tales ⁊ cęleſtes. Deniqꝫ ſicut in illo
ſedemus ad dexteram patris: nō ꝙ cuz ipō
ſedemꝰ: ſꝫ ꝙ ſedemꝰ in chꝛiſti coꝛpoꝛe. De

quo poſtea dicemus plenius) ſicut in q̄ ſe-
demus i chriſto per corporis vnitatem: ita
et in chriſto viuimus per corpis vnitatem.
Non ſolum autem non vereor quod ſcri-
ptum eſt: Et ego viuo ꝓpter patrē: ſed etiā
ſi per patrem dixiſſet: non vererer

## De ſolutione obiectiōis quā Ariani ſumūt ex hoc ꝙ dominus dixit: Hęc infirmitas nō eſt ad mortem: Ca. VI.

Solent enim etiam illud obijcere ꝙ
Joh.11. hęc dixit: Hęc infirmitas non eſt ad
mortem: ſed ꝓ claritate dei: vt clari
ficetur filius eius per ipſum. Non ſolum
enim per patrem: ⁊ a patre filius clarificat:
Joh.17. quod ſcriptum ē: Clarifica me pater: et ali-
Joh.13. bi: Nūc clarificatus ē filius hominis: ⁊ de-
us clarificatus eſt in eo: et deus clarificauit
eum: ſed etiam per filium ⁊ a filio clarificat
pater: qꝛ veritas dixit: Ego te clarificaui ſu-
per terrā. Sicut ergo clarificatur per patrē:
ita etiam ꝓpter patrem viuit. Unde ⁊ qui-
dam opinionē magis putauerūt eſſe q̄ glo
riam: ⁊ ideo ſic interpretati ſunt: Ego te cla-
Joh.17. rificaui ſuper terram: opus conſūmaui qđ
dediſti mihi: et nunc clarifica me pater: hoc
eſt: Δόξασόν με: vt ſit hic ſenſus: opinionē de
te hoib9 huiuſmodi infudi: vt cognoſcant
te verum deum: ⁊ tu hāc de me confirma il-
lis opinionē: vt credant me tuum filium et
deum veruz. Jam illud ridiculum eſt: qđ
quidā ex illo apoſtolico: diſcretionē īter pa-
trem ⁊ filium faciunt poteſtatis: quod ſcri-
1.Cor.8. ptum eſt: Nobis tamen vnus deus pater:
deus ex quo omnia ⁊ nos in ipſum: ⁊ vnus
domin9 ieſus per quem om̄ia et nos ꝑ ipſū.
Aiunt enim nō mediocrem diuinę maieſta-
tis eſſe diſtantiam: ꝙ dictum eſt: ex illo om-
nia: ⁊ per hunc omnia. Nihil autem expꝛeſ-
ſius q̄ ꝙ hoc loco omnipotens fili9 euiden-
ti ratione ſignatur. Nam vt ex illo omnia:
ita per hunc omnia. Inter omnia pater nō
Ps.118. eſt: cui dictum eſt: Quoniaz vniuerſa ſerui-
unt tibi. Inter om̄ia filius non eſt: qꝛ om̄ia
per ipſū facta ſunt: ⁊ omnia in ipſo ꝯſtant:
⁊ ipſe eſt ſuper omnes cęlos. Nō ergo inter
om̄ia fili9: ſed ſuꝑ om̄ia: ꝙ ſm carnem qui-
dem eſt ex familia iudęoꝝ: idem tamen ſuꝑ
Ps.8. omnia deus benedict9 in ſęcula: cui9 eſt no-
men ſuꝑ omne nomē. Et đ quo dicit: Om-
nia ſubiecit ſub pedibus eius. Subijciēdo
aūt omnia: nihil reliquit ei nō ſubiectuz: ſi-
cut apoſtol9 dixit. Q̄ ſi hoc etiam ſm incar-
nationis locut9 eſt ſacramentū: quēadmo-
dū poſſum9 de ſuꝑnę generationis incom-
parabili maieſtate dubitare? Nihil igit po-
teſtatis inter patrē et filiū certū eſt itereſſe.
Deniq̄ euſq̄ nihil intereſt poteſtatꝭ: vt
idem apl's: ex eo dixerit eſſe omnia: ꝑ quem Ro.11.
om̄ia: ſicut habes: Om̄ ex ipo: ⁊ ꝑ ipſū: ⁊ in
ipſo ſunt oia. Si igit pater ſicut putāt tan-
tūmodo ſignatur: nō pōt idē omnipotens
eſſe: qꝛ ex ipſo om̄ia: ⁊ omnipotens nō eē qꝛ
ꝑ ipſum om̄ia. Aut igit inualidū nec omni-
potētē patrem ſua aſſertione memorabūt:
aut certe omnipotentē etiā filium inuiti vo
ce ꝓpria fatebunt. Eligant tamen vtꝝ hic
patrē declaratū putēt. Si patrē: ergo ⁊ per
ipſum omnia. Si filium: ergo ⁊ ex ipſo oia.
Si autē ⁊ ꝑ patrem omnia: nihil vtiq̄ filio
derogandū. Etſi ex filio om̄ia: ſimiliter ⁊ fi-
lio deferendū. At ne inſidiari nos vnius
arbitrent obreptione ꝟſiculi: totū capitulū
recenſeam9. O altitudo inquit diuitiarū Rō.11.
ſapiētię et ſcientię dei: q̄ inſcrutabilia ſunt
iudicia eius: ⁊ iueſtigabiles vię eius. Quis
eñ cognouit ſenſum domini? aut quis con-
ſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi ⁊
retribuetur ei? Om̄ ex ipſo: ⁊ per ipſū: et in
ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſęcula. De
quo igitur dictum putant: de patre: an đ fi-
lio? Si de patre: ſed non eſt ſapiētia dei pa-
ter: qꝛ ſapientia dei filius eſt. Quid eſt aūt
qđ non poſſit ſapientia: de qua ſcriptū eſt:
Cum ſit vna omnipotens ⁊ ꝑmanens: in ſe Sap.7.
om̄ia innouat? Non ergo accedentē legim9
ſed ꝑmanentē. Habes ergo iuxta ſalomo-
nem: omnipotentē ⁊ ꝑmanentē ſapientiaz.
Habes ergo etiam bonam: qꝛ ſcriptum eſt:
Sapientiā autem non vincit malicia. Sꝫ Rō.11.
ad ꝓpoſitum reuertamur. Q̄ inſcrutabilia
ſūt inq̄t iudicia eius. Si igit omne iudiciū
pater dedit filio: filius videt declarare qui
iudicat. Deniq̄ vt ſcias ꝙ non de patre:
ſed đ filio dicit: addidit: Quis prior inquit
dedit illi. Dedit etiaz pater filio: ſꝫ dedit iu-
re generationis: non munere largitatis. Et
ideo qđ negari nō pt: a patre accepiſſe filiū:
ſm qđ ſcriptum eſt: Om̄ia mihi tradita ſūt Matth.11.
a patre meo. Dicendo tñ: quis prior dedit
illi: non accepiſſe ꝑ naturaz a patre filiū de-
negauit: ſed priorem nō poſſe dici inter pa-
trem ⁊ filium declarauit: qꝛ etſi pater dedit
filio: non tñ q̄ſi poſteriori dedit: qꝛ increata



⁊ ineſtimabilis trinitas: quę vnius eſt ęter-
nitatis ⁊ glorię: nec tempus nec gradū vel
poſterioris recipit vel ꝑoris. Q̄ ſi gręcos
magis codices ſequendos putamus: qꝛ ha
bent μόνῳ προ σέ δεδωκότι: vides quo-
niam cui nihil addi pōt: non diſpar a pleno
eſt. Ergo ſi filio magis ꝯuenit hoc totū apo
ſtolicū capitulū: videmus ⁊ de filio eſſe cre-
dendū: qꝛ ex ipſo omnia: ſicut ſcriptuz eſt:
Ro.11. Om̄ ex ipſo: ⁊ ꝑ ipſum: ⁊ in ipſo ſunt om̄ia.
Eſto tamē de patre dictū putēt. Itaq̄ me-
minerimus ꝙ ſicut ex ipſo legimus oia: ita
etiam ꝑ ipſum om̄ia: in vniuerſitatē quippe
totius creaturę patris ⁊ filij ꝓfutura aucto-
ritas. At lꝫ ſuperius omnipotentē filium
paterno ꝓbauerim9 exemplo: tamē ꝙ illis
derogare ſtudium eſt: cōſiderent ꝙ et patri
derogent. Si eñ infirmus filius: qꝛ ꝑ ipſuz
omnia: nunquid ⁊ infirmus pater: qꝛ et per
patrem om̄ia? Sed vt agnoſcant nullam
diſcretionez inter hęc eſſe: veꝝ demonſtra-
bo: eiuſdē eſſe ex quo aliquid: ⁊ ꝑ quem ali-
quid: ⁊ oſtendam vtrunq̄ de patre lectum.
1.Cor.1. Sic eñ habem9: Fidelis deus per quē vo-
cati eſtis i cōmunionē filij eius. Quid apo-
ſtoli dixerint: ꝯſiderent. Per patrem voca-
mur: ⁊ nihil eſt quęſtionis. Per filium crea-
mur: ⁊ hoc vili9 eſtimabimus. Patrem i cō-
munionē filij vocauit: et religioſe hoc ſicut
debemus accipimus: filius om̄ia creauit: et
putant non libere eſſe poteſtatis arbitriū:
ſed coactę atq̄ ſeruilis oꝑatiōis obſequiū.
Ut autez agnoſcas plenius nihil diſtare
inter patris ⁊ filij poteſtatē: cū ꝑ patrē in cō
munionē filij eius vocemur: ex filio ipſa eſt
Joh.1. cōmunio: ſicut ſcriptuz eſt: Om̄ de plenitu-
dine eius nos om̄es accepim9: lꝫ ſm gręcū
euangeliū: ex plenitudine eius ⁊ intelligere
debeamus. Ecce ⁊ ꝑ patrem cōmunio: et
ex filio cōmunio: ſed non diſcrepans: ſꝫ vna
cōmunio. Sicut idem iohēs in epiſtola ſua
1.Joh.1. dixit: Et cōmunicatio ſit cum patre et cū fi-
lio eius ieſu chriſto. Accipite etiā ꝙ nō ſo
lum ex patre ⁊ filio: ſed etiaz ex ſpirituſācto
vnaz nobis cōmunionē ſcriptura memora-
2.Cor.13. uit. Gratia inquit domini noſtri ieſu chriſti
et charitas dei: ⁊ cōmunicatio ſāctiſpiritus
cum oib9 vobis. Quęro autē in quo minor
videat is ꝑ quem oia: q̄ is ex quo omnia?
an ꝙ oꝑator aſſeritur? Sed oꝑatur ⁊ pater:
Joh.5. qꝛ verus ē qui dixit: Pater meus vſq̄ mo-
do oꝑatur: ⁊ ego operor. Sicut igitur pater
oꝑatur: oꝑatur ⁊ filius. Nō ergo oꝑator in-
firmus aut vilis eſt: qm̄ operatur ⁊ pater: ⁊
ideo qđ cōmune eſt filio cū patre: vel ꝓpter
patrem inferiore loco accipi nō oportet: ne
patri potius i filio ab hęreticis derogetur.
Nec mediocre illud qđ alibi etiā idē ſanct9
iohēs ad refellendas arrianę ꝑfidię quęſti-
ones ait: Scitis qm̄ iuſtus eſt: ſcitote qm̄ q̄ 1.Joh.3.
fecit iuſticiam ex ipſo natus eſt. Juſtus aūt
quis niſi dominus qui iuſticias dilexit: aut
quē ſicut ſuꝑiora indicant repromiſſionem
vitę habemus? Si igitur filius dei vitā no-
bis ꝓmiſit ęternā: ⁊ ipſe iuſtus eſt: ⁊ ex ipſo
vtiq̄ nati ſumus: Aut ſi ex filio nos ꝑ grāz
natos negant: nec iuſtum filiuz confitētur.
Credas igit neceſſe ē etiam ex dei filio om-
nia: qꝛ oiuz ſicut deus pater: ita ⁊ fili9 ⁊ au-
ctor eſt ⁊ creator. Uidemus ergo inanem
eſſe hanc quęſtionē cum ⁊ de filio credi con-
ueniat: quoniam ex ipſo: ⁊ per ipſū: ⁊ i ipſo Ro.11.
ſunt omnia. Diximus quoq̄ ex ipſo: quo-
modo etiā ꝑ ipſum. In ipſo aūt omnia eſſe
quis dubitet: cum alibi ſcriptum ſit: Quo- Col.1.
niam in ipſo condita ſunt omnia in cęlis: et
in ipſo creata ſunt: ⁊ ipſe eſt ante omnes: et
omnia in ipſo conſtāt. Habes ergo ex ipſo
gratiam: ipſum operatorē: in ipſo oiuz fir-
mamentum.

## De diſſolutione obiectiōis quā ex hoc faciūt qđ a dño dictū legit: Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Ca. VII.

Illud q̄ ad ſeparandā patris et fi-
lij diuinitatē obijcere cōſueuerunt:
qđ dñs dixit in euāgelio: Ego ſum Joh.15.
vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt: agri-
colā ⁊ vitem diuerſę dicentes eſſe naturę: et
vitem eſſe in agricolę poteſtate. Sic ergo
vultis eſſe filiū ſm diuinitatē: ſicut vitꝭ eſt:
vt ſine cultore nihil valeat: ꝙ poſſit deſeri
vel recidi: ⁊ ex lr̄a calūniam cōꝑatis: ꝙ dñs
vitem ſe eſſe dixit: incarnationis ſuę ſignifi
cans ſacramentum. Tñ ſi placet vt ex lr̄a
argumentemur: fateor ⁊ ego: immo ꝓfiteor
ꝙ vitē ſe fili9 nominauit. Uę eñ mihi ſi ſa-
cramētū ſalutꝭ publice derogauero. Quo-
modo ergo vultis accipe ꝙ ſe vitē dei filius
noīauit? Si ſm diuinā ſubſtantiā dictū ac-
cipitis: ⁊ ſicut inter agricolā ⁊ vitē: ita etiaz
inter patrē ⁊ filium diuinitatis creditis eſſe
diſtātiā: geminā filio: geminā patri facitis
iniuriam. Filio: qꝛ ſi ſm diuinitatē inferior

eſt ꝙ̃ agricola: inferior etiam paulo apoſto/
lo: noſtra aſſertione neceſſe eſt eſtimetur: qꝛ
⁊ paulus agricolā ſe eſſe dixit: ſicut habes:
1. Cor. 3. Ego plātaui: apollo rigauit: deus aūt icre/
mētum dedit. Num ꝗ̃ vultis: vt paulꝰ me/
lior ſit dei filio? Habetis vnam iniuriā. Al/
teram qꝛ ſcḋm ſubſtantiaz generationis ęter/
Joh. 15. nę vitis eſt filius: cum dixerit: Ego ſum vi/
tis: vos palmites eſtis: vnius nobiſcū etiā
illa diuina generatio videbitur eſſe ſubſtā/
Ps. 85. tię. Sed quis ſimilis tui in dijs domine: ſi/
Ps. 88. cut ſcriptum ē? Et rurſus i pſalmo: Quoni/
am quis in nubibꝰ ęquabitur domino? aut
quis ſimilis erit domino inter filios dei?
Nec tamen ſoli filio derogatis: ſed etiā pa/
tri. Nā ſi in agricolę nomine omnis pater/
nę prerogatiua eſt omnis poteſtatis: cum
etiam paulus agricola ſit: patri vtiqꝫ (cui ſi
lium negatis ęqualem) apoſtolo compara/
1. Cor. 3. tis. Deniqꝫ cum ſcriptuz ſit: Sz neqꝫ q̇ plā/
tat eſt quicꝙ̃: neqꝫ qui rigat: ſed qui dat in/
crementū deus: in eo nomine vos ſummā
paternę maieſtatis locabitiſ: qḋ videtis in/
firmuz. Si enim qui plantat ⁊ qui rigat ni/
hil eſt: ſed qui dat incrementuz deus: vide/
te quid veſtra aſſerere moliatur impietas:
vt ⁊ pater nomine ſit ꝯtemnendus agrico/
lę: et deus incrementum paterno operi qui
tribuat requirēdus. Impie igitur ex nomi/
ne agricolę dei patris preferendā eſtimant
poteſtatem: in quo ſit patri deo cum homi/
ne appellationis cōmune conſortiū. Quid
autem egregium ſi ei vt vultis heretici filio
preferaꝶ: cuius diuina ſubſtantia ab huma
na conditione non diſcrepet? Naz ſi vitem
filium ſcḋm diuinam ſubſtantiam appellatuz
putatis: non ſolum corruptelę incertiſqꝫ ele
mentorum obnoxium iudicatis: ſed etiam
humanę tantūmodo cōſortem naturę: ſicut
vites ⁊ palmites: vt non per incarnationis
ſacramentuz dei filius aſſumpſiſſe videaꝶ:
ſed principium ſumpſiſſe de carne. Ego au/
tem dicam plane: carnem eius lz nouo ge/
nerationis myſterio: vniꝰ tamen naturę fu/
iſſe nobiſcum: ⁊ hoc ſalutis ſacramētuz eſſe
non diuinę generationis exordium. Vitis
enim eſt qui meas ſuſtinet paſſiones: quā/
doquidem in illo nixa fragilis prius huma/
na cōditio ſecūdis rediuiuę fructibꝰ pieta/
tis adoleuit. Verūtamen ſi te pompa dele/
ctat agricolę: dicas velim quis ille ſit qui lo
Hiere. 11. cutus ſit in propheta: Domie notum mihi
fac vt ſciam: tunc vidi cogitationes eorum.
Ego vt agnus ductus ſum innocēs ad im/
molādum ⁊ neſciebam: aduerſum me cogi/
tauerūt conſilium dicentes: Venite mitta/
mus lignum in panem eius. Si enim filius
incarnationis futurę loquitur ſacramentū:
qḋ impium eſt vt de patre credas: filius eſt
vtiqꝫ qui dixit: Ego plantaui te vitem fru/ Hiere. 2.
ctiferam: quomodo cōuerſa es in amaritu/
dinem vitis alienę. Itaqꝫ ⁊ filiuz vides eſſe
agricolam: vnius nominis cum patre: vni/
us operis: vnius dignitatis atqꝫ ſubſtātię.
Ergo ſi agricola ⁊ vitis eſt filius: vitem vti/
qꝫ ſcḋm incarnationis accepimꝰ ſacramentū.
Sed non ſolum ſe eſſe vitem dixit: ſed etiā
botrionem voce ꝓphetica nuncupauit: tūc
quando ad vallem botrionis exploratores
moyſes iuſſu dn̄i direxit. Quę eſt illa vallis
niſi humilitas incarnationis et fęcunditas
paſſionis? Et puto botrionem ideo dictū:
qꝛ ex vinea illa tranſlata ex ęgypto: hoc eſt
ex familia iudęorum: vtilis mundo fructus
emicuit. Nemo certe botrionē poteſt ad ge
nerationē referre diuinaz: aut qui refert ali/
ud nihil relinquit: niſi vt botrionem illū na
tum ex vite credamus. Itaqꝫ aſcribit inſipi
ens patri: qḋ reprehēdit i filio. Verū ſi iam
dubitari non poteſt ꝙ vitis ſcḋm incarnatio/
nem dei filius nominatus ſit: videtis ſcḋm ꝙ
ad ſacramentū dominꝰ ſit locutus: quoniā Joh. 14
pater maior me eſt. Nā cum hoc i ſuperiori/
bus dixerit: continuo ſubiecit: Ego ſum vi/
tis vera: ⁊ pater meꝰ agricola ē: vt agnoſce/
res ſcḋm id patrē eſſe maiorem: qꝛ ſicut agri/
cola viti: ita pater dn̄icę carnis eſt cultor: q̄
⁊ augeri potuit per pietatē: ⁊ paſſionem re/
cidi: vt omne genus ab ęſtu ſęcularium no/
xio voluptatuz: diffuſę ſalutaribꝰ brachijs
crucis vmbra velaret.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber
quartus de fide ad Gratianuz Au/
guſtum: explicit.



Capituloruz libri quinti de fide
ad Gratianum Auguſtum: recolle/
cta annotatio.
De intentione auctoris ⁊ tranſitu ad hunc
quintum librum. Et qua ratione quinqꝫ
libros de patris ac filij ⁊ ſpirituſſancti in/
ſepabili diuinitate digeſſerit. De poſtula
tione quoqꝫ venię ſi quos prolixitas hu/
iuſce ſermonis offenderit: cum excuſatio/
ne ſui: ⁊ miniſtrorū dei inęqualitate atqꝫ
cōmendatione. Ca. I.
De ampla ac diſerta confutatione impioꝝ
arrianorum dicentium chriſtum a ſolo et
vero deo ſeparatum: per rationes ⁊ teſti/
monia ſcripturarum: quibꝰ euidenter cō/
probaꝶ ꝙ cuz de deo ſolus legitur: neq̄qꝫ
a patre filius ſeparetur. Ca. II.
De ſolutione obiectionis qua argui poteſt
inęqualitas patris ⁊ filij ex hoc ꝙ filiꝰ de/
um patrem adorare legitur. De ſolutione
quoqꝫ atqꝫ confutatione obiectiōis arri/
anorum qua probare conantur diſſimili/
tudinē patris ⁊ filij ex reſponſione eiuſdē
filij data ad ea quę mater filiorū zebedęi
poſtulabat. Ca. III.
De redargutione eoruz qui vnitatem in di
uinitate negare cupientes: extenuare ſtu/
dent patris ⁊ filij charitatē ex hoc qḋ ſcri/
ptum eſt: Et dilexiſti eos: ſicut ⁊ me dile/
xiſti. Quomodo etiam intelligendum ſit
ꝙ filius miſſus dicitur: ⁊ quemadmoduz
dominū dicat: quem patrem nouit: cum
diuerſoꝝ hereticoruz condēnatiōe qui ex
falſa ſupioꝝ itelligētia errauerūt. Ca. IIII
De ꝯfutatione arrianorum qui ideo aliam
patris: aliā filij: aliaz ſpirituſſancti dicūt
eſſe ptātez: quia ſcriptum ſit: Ite docete
oēs gētes baptizantes eos in nomie pa/
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti: ex verborū ordine
differentiā diuinę ptātis faciētes. Qui p̄/
terea idcirco negāt in chriſtū eſſe credēdū
ꝙ ſcriptū ſit: Qui credit in me: non credit
in me: ſ; in eū q̇ me miſit. Ca. V.
Qꝫ nō debeamꝰ deducere filiū in hāc hūili/
tatē: vt niſi q̄ audierit: facere aut loq̇ ne/
ſciat: cū arrianoꝝ ꝯfutatiōe. Et vnde ma/
xime vnitatē diuinę maieſtatis itelligere
poſſimꝰ. Quibꝰ etiā rationibꝰ dei filiꝰ cre/
atura dici nō poſſit. Ca. VI.
Quēadmodū intelligere debeamꝰ filiū eſſe
ſubiectū patri: cū hereticoꝝ ꝯdēnatione.
Quō etiaz nō ſolū deꝰ pater filio: ſ; ⁊ filiꝰ
ipſe ſibi ſubiecerit oīa. Et q̄ de cauſa filiꝰ
ſubiectꝰ ſit i nob. Qꝫqꝫ eadez ſit charitas
dei pr̄is ⁊ chriſti. Qꝫ p̄terea nihil ſit qḋ di
uinitas ſempiterna nō poſſit: nihil qḋ la/
teat ꝟitatē: fallat iuſticiā: p̄tereat ſapiaz.
Ca. VII.
De ꝯdēnatiōe execrabiliū arrianoꝝ dicētiū
ꝙ dei filiꝰ neſciat tp̄a ⁊ ānos: argumētorū
qꝫ ſuoꝝ deſtructiōe: cū finali ⁊ ꝯcluſiua cō
futatione erroris eorundē: quo aſſerūt fi/
liū eſſe minorē patre. Ca. VIII.
De humili ac deuota auctoris ad deū pr̄ez
ꝯuerſione rectęqꝫ fidei ꝓfeſſione: cū diſer/
tiſſima huiꝰ opis ꝯcluſiōe: ad laudē ⁊ glo/
riā ineſtimabilis: inenarrabilis: incircū/
ſcriptę et imenſę ac ſanctiſſimę trinitatis:
pfidiſſimorūqꝫ arrianoꝝ ꝯfuſionē ⁊ dam/
nationē. Ca. IX.

Sancti Ambroſij epiſcopi: liber
quintus de fide ad Gratianū Au/
guſtum: Fęliciter incipit.

De intētiōe auctoris ⁊ trāſitu ad
hūc q̇ntum librū: Et q̄ rōne q̇nqꝫ li/
bros ꝺ patris ac filij ⁊ ſpūſſācti in/
ſepabili diuinitate digeſſerit. De
poſtulatione quoqꝫ venie ſi quos
ꝓlixitas huiuſce ſmonis offende/
rit: cū excuſatiōe ſui et miſtroꝝ dei
inęq̄litate atqꝫ cōmēdatiōe: Ca. I.

q Vis nam ē fide Matth. 24.
lis ſeruus ⁊ prudens quem
conſtituit dominus ſup fa
miliam ſuaz: vt det illis in
tēpore cibum? Beatus ille
ſeruus quem veniens dominꝰ eius inuene/
rit ſic facientez. Nō vilis hic ſeruus ē. Ma/
gnus aliquis eſſe debet. Quis ſit iſte con
ſideremus. Eſt petrus ipſiꝰ dn̄i ad paſcēdū
gregem electus iudicio: qui tertio meretur
audire: Paſce agniculos meos: paſce ag/ Joh. 21.
nos: paſce ouiculas meas. Itaqꝫ paſcendo
bene cibo fidei gregē chriſti: culpam lapſus
prioris aboleuit. Et ideo tertio admonetur
vt paſcat. Tertio vtrū dominū diligat: in/
terrogaꝶ. Vt quem tertio ante crucē nega/
uerat: tertio fateretur. Beatꝰ ⁊ ille ſeruus 1. Cor. 3.
q̇ pōt dicere: Lac vobis potū dedi nō eſcā:
nondū eīn poteratis. Nouit eīn q̇s quēad/
modum paſcat. Quis eīn noſtrū h̄ facere
pōt? Quis noſtrū pōt vere dicere: Factus 1. Cor. 9.
ſum infirmis infirmꝰ: vt īfirmos lucrifaciā?

mus? Et tamẽ ille tantus ad curã gregis
electuſ a chꝛiſto: qui ſanaret infirmos: cura-
ret inualidos: hereticuꝫ a cõmiſſo ſibi ouili
ſtatim poſt vnam coꝛreptionem repellit: ne
vnius erratice ouis ſcabies ſerpenti vlcere
totuꝫ gregẽ contaminet. Jubet pꝛeterea
ſtultas queſtiones ⁊ cõtentiones eſſe vitã/
das. Quid igitur nos agem⁹: iter meſſis
antique noua zizania: impꝛudentes accole
ꝯſtituti? Si taceamus: credere videbimur.
Si contendamus: verendũ eſt ne nos quo/
qꝫ iudicemur eſſe carnales. Scriptum ẽ enĩ
de huiuſmodi queſtionibus: ꝙ generant li/
2.Timoth.2. tes. Seruum autem domini non opoꝛtet li
tigare: ſed manſuetuꝫ eſſe ad omnes: doci/
bilem: patientem: cuꝫ modeſtia docentem
1.Coꝛi.11. eos qui reſiſtunt. Et alibi: Si quis conten/
tioſus eſt: nos talem conſuetudinẽ non ha
bemus neqꝫ eccleſia dei. Eoqꝫ ſcribere ali/
quid ſententie fuit: vt ſine ſtrepitu aliquo
impietati hereticoꝛuꝫ per noſtra ſcripta re/
ſpondeamus. Quintum itaqꝫ imperatoꝛ
auguſte hũc libꝛũ param⁹ oꝛdiri. Nam ⁊ q̄r/
tum libꝛum opoꝛtuit in illa vitis diſputati/
one finiri: ne coaceruaſſe magꝭ libꝛum eun/
dem quodam videremur queſtionũ tumul/
tu: q̃ꝫ fructu ſpiritalis vinee repleuiſſe: nec
inconſũmatam fidei vindemiaꝫ tantis ad/
huc ſupfluentibus diſputationibus decuit
derelinqui. Quinqꝫ igitur libꝛos d̄ patris
ac filij ⁊ ſpirituſſancti inſeparabili diuinita/
te digerimus: ſequeſtrata interim plenioꝛe
diſputatione de ſpirituſancto: ꝓuocati ma
giſterio euangelice lectionis: vt credita no/
bis quinqꝫ fidei talenta quaſi quadam ho/
rum quinqꝫ foꝛte libꝛoꝛũ humanis fenere/
mur affectibus: ne foꝛte cum venerit domi/
nus: ⁊ inuenerit in terram abſconditam pe
Matth.25. cuniam ſuam: dicat mihi: Serue male ⁊ pi/
ger: ſciebas ꝙ meto vbi non ſemino: ⁊ con-
grego vbi non ſparſi: opoꝛtuit ergo te com/
mittere pecuniam meam nũmularijs: ⁊ ve/
niens ego recepiſſem quod meũ eſt. Aut
Luc.19. quẽadmodum in alio libꝛo eſt: Et ego inq̄t
veniens cum vſuris vtiqꝫ exigiſſem. Date
ergo veniam ſi quos ꝓlixioꝛis huiuſce ſer/
monis offendit audacia. Officij contempla
tio cogit credere qd̄ accepimus. Diſpenſa/
toꝛes ſumus myſterioꝛũ celeſtiuꝫ. Miniſtri
ſumus: nõ ex equo omnes: ſed vnicuiqꝫ in/
1.Coꝛi.3. quit ſicut dominus dedit. Ego plantaui:
apollo rigauit: ſed dominus incrementum
dedit. Unuſquiſqꝫ igitur enitat vt merce/
dem poſſit accipere ſm̃ ſuum laboꝛem. Dei
enim ſumus: vt apoſtolus ait: cooperarij: dei
cultura: dei edificatio. Beatus itaqꝫ ille q̄
tales fenoꝛis ſui cernit vſuras. Beatus ⁊ il/
le qui fructus ſui operis intuetur. Beatus
quoqꝫ qui ſuperedificat ſupꝛa fundamentũ
fidei aurum: argentum: lapides pꝛecioſos.
Uos nobis eſtis omnia qui hec auditis et
legitis. Uos feneratoꝛes vſure: verbi vſu/
re: nõ pecunie. Uos agricole reddit⁹. Uos
edificatoꝛes: aurũ: argẽtum: lapideſqꝫ pꝛe/
cioſos ſuperedificantes. In veſtris meritis
ſacerdotalis ſumma laboꝛis eſt. In veſtris
animis fructus epiſcopalis operꝭ eniteſcit.
In veſtris ꝓfectibus: aurum domini reful
get: multiplicatur argentum: ſi eloquia di/
uina teneamus. Eloquia enim domini elo/ Pſ.11.
quia caſta: argentuꝫ igne examinatum: ꝓ/
batum terre: purgatum ſeptuplum. Uos
ergo facietis feneratoꝛeꝫ diuitem: agricolã
fructuoſum. Uos peritũ pꝛobabitꝭ archi/
tectũ. Non arroganter dico ꝙ tam mea ſũt
q̃ꝫ veſtra que voueo. O ſi mihi liceat ſecure
de vobis tũc tempoꝛis dicere: Domie q̄n/ Matth.25.
qꝫ talenta mihi dediſti: ecce alia quinqꝫ lu/
cratus ſum: ⁊ oſtendere veſtrarum talenta
ꝓcioſa virtutum. Habemus enĩ theſauꝝ in 2.Coꝛi.4.
vaſis fictilibus. Hec ſunt talenta q̄ habet
dominus ſpiritaliter fenerari: Aut duo era
noui ⁊ veteris teſtamenti: que ſpoliato illi Luc.10.
a latronibus ſamaritanus ille euangelicus
ad curãda vulnera dereliquit. Neqꝫ ergo
fratres voti auarus ideo opto hec: vt ſuper
multa conſtituar: Satis eſt mihi pꝛemium
de veſtro pꝛouentu. Utinam nõ indignus
eo inueniar qd̄ accepi: ea que ſũt me maio/
ra melioꝛibus tribuẽdo: non exigo. Licet
ſoleas domine dicere: Uolo autẽ ⁊ huic no Matth.20.
uiſſimo dare ſicut ⁊ tibi: Accipiat poteſtatẽ
ſupꝛa decem ciuitates que meretur. Sit il
le talis qualis moyſes qui legis decem ver/
ba conſumpſit. Sit ille ieſus naue: qui ſub/
egit quinqꝫ reges: ⁊ ciuitates in deditioneꝫ Joſue.10.
accepit: vt eſſet typus venturum eius no/
minis virum: cui⁹ imperio coꝛpoꝛales deli/
tie vincerentur: cõuerterentur gentes: vt fi/
dem ieſu chꝛiſti magꝭ q̃ꝫ pꝛiſtina ſtudia ſua
et vota ſequerent. Sit ille dauid: cui occur/
rerunt pſallentes iuuencule: dicẽtes: Saul 1.Reg.18.
triũphauit ĩ milibus: dauid in decẽ milib⁹.
Mihi ſatis eſt: ſi nõ in exterioꝛes tenebꝛas



extrudar: quemadmodum ille qui cõmiſſũ
ſibi talentum in terra quadã ſue carnis ab/
ſcondit: Sicut pꝛincipes ſynagoge ceteriqꝫ
pꝛincipes iudeoꝝ: Qui credita ſibi eloquia
dei: humo quadaꝫ ſui coꝛpoꝛis occuparũt:
delitijſqꝫ carnis intenti: quaſi in quãdã ex/
altati coꝛdis foueaꝫ fenus celeſte merſerũt.
Nos igitur non intra latibula carnis ab/
ſconditam domini teneamus pecuniaꝫ vel
mnam illam: ſed tãqꝫ boni in ſudario repo
namus nũmularij: cum ſudoꝛe quodã men
tis ⁊ coꝛpoꝛis equo et parato ſemper libꝛe/
mur affectu: vt pꝛope ſit verbum in oꝛe tuo
⁊ in coꝛde tuo. Hoc verbum dei pꝛecioſuꝫ
eſt talentum quo redimeris. Hec eſt pecu/
nia ꝓ menſis animarum ſepe cernenda: vt
frequenter agitando in omnem terram: bo
noꝛum ſonus factus ſit exire nũmoꝛum per
quã vita partitur eterna. Hec eſt autẽ vi/
ta eterna quam largiris omnipotẽs pater:
vt cognoſcamus te ſolum verũ deuꝫ: ⁊ quẽ
miſiſti ieſum chꝛiſtum.

## De ampla ac diſerta cõfutatione impioꝛum Arrianoꝛũ dicẽtiũ chꝛiſtum a ſolo ⁊ vero deo ſeparatum: per rationes et teſtimonia ſcripturarum: quibus euidenter compꝛobatur ꝙ cum de deo ſolus legitur: nequaq̃ꝫ a patre fili⁹ ſepetur: Ca. ii.

v Nide aduertãt arriani q̃ꝫ impij ſint
qui d̄ ſpe noſtra ⁊ voto nobis faci/
unt queſtiones. Et quoniaꝫ hic ꝑ
ceteris vociferari ſolent dicentes: ſeparatũ
a ſolo ⁊ vero deo chꝛiſtum: itellectus impi/
os pꝛo noſtris viribus confutemus. Hoc
enim loco magis intelligere debent: ꝙ hec
vtilitas: hec merces eſt ꝑfecte virtutis: hoc
diuinũ et incõparabile mun⁹: vt cognoſca-
mus cum patre chꝛiſtum: nec ſeparemus a
patre filium: ſicut ſcriptura non ſeparat.
Nanqꝫ hoc magis ad vnitatem q̃ꝫ ad diſtã/
tiam diuine pꝛoficit poteſtatiſ. Qd̄ idẽ pꝛe/
mium vnum honoꝛem nobis dat patris fi/
lijqꝫ cognitio. Quoniaꝫ mercedem habere
non poterit niſi qui ⁊ patrem cognouerit et
filiuꝫ. Sicut enim patris: ita filij cognitio
vitam acquirit eternam. Itaqꝫ ſicut in pꝛin
cipio ſtatim verbum cum deo patre pia cõ-
Joh.1. feſſione iunxit euãgeliſta dicens: Et verbũ
erat apud deum: ita et hic ſcribendo verba
Joh.17 domini: Ut cognoſcãt te ſolum verum de-
um: ⁊ quem miſiſti ieſum chꝛiſtum. Coniun
ctione illa: patrem vtiqꝫ copulauit ⁊ filium:
vt chꝛiſtum verum deuꝫ a maieſtate patris
nemo ſecernat. Nunq̃ꝫ enim coniunctio ſe/
parat: Et ideo dicẽdo: Ut cognoſcãt te ſo-
lum verum deuꝫ: ⁊ quem miſiſti ieſum chꝛi/
ſtum: ⁊ ſabellianos iterfecit: ⁊ iudeos exclu
ſit: Eos vtiqꝫ qui audirent loquentem: Ne
aut illi eundeꝫ patrem putarent eſſe quem
filium: ſi non addidiſſet: Et chꝛiſtũ: aut iſti
in patre filium ſepararent. Quero autem
cur non ſic putent ſubaudiẽdum: ⁊ ex ſupe/
rioꝛibus colligendum: vt ꝙ pꝛemiſit: ſolum
verum deum patrem: ſubaudiamus etiam
ieſum chꝛiſtum ſolum verum deum. Expꝛi/
mendum enim alterũ non fuit: ne duos de/
os dicere videretur. Naꝫ neqꝫ duos dicim⁹
deos: ⁊ eiuſdem cum patre diuinitatis fili/
um confitemur. Itaqꝫ queramus qua ra/
tione diuinitatis hic putent factam eſſe di/
ſtantiam: vtrum deum negẽt chꝛiſtum? Sꝫ
negare non poſſunt. An verum deuꝫ negẽt
chꝛiſtũ? Sed dicant ſi verum negant: vtꝝ
falſum an nuncupatiuũ deuꝫ iudicent. Nã
ſm̃ ſcripturas: aut verus deus eſt: aut tan/
tũmodo nũcupatiuus: aut falſus. Uer⁹ vt
pater: nuncupatiuus vt ſancti: falſus vt de/
mones atqꝫ ſimulacra. Dicant igitur qui
filium dei confeſſione deſignent: vtrum fal
ſo pꝛereptum dei nomen: an vero quaſi nũ-
cupatiuo inſpiratione tm̃ diuinitatis non
eſſe arbitremur? Falſo pꝛereptum nomẽ nõ
puto ꝙ dicant vt apertioꝛe ſe crimine impi/
etatis inuoluant: ne vt demonijs ⁊ ſimula/
cris: ita etiam chꝛiſto falſo dei inditum no/
men inſinuando ſe pꝛodant. Sin autẽ ideo
dictum putant deum: ꝙ inſpirationem di/
uinitatis habuit: ſicut ⁊ ſancti dei multi vi/
ri. Eos enim ſcriptura deos dixit: ad quos
ſermo fiebat dei. Ergo non vltra homines
deum pꝛeferunt: ſed comparãdum homini-
bus arbitrantur: vt hoc euꝫ putent eſſe qd̄
hominibus ipſe donauit: dicẽſ ad moyſen:
Poſui te in deum pharaoni. Unde ⁊ i pſal Exo.7.
mo dictuꝫ eſt: Ego dixi dij eſtis. Et hanc Pſ.81.
tamen ſacrilegoꝛuꝫ opinionem paulus ex/
cludit qui ait: Nam etſi ſunt qui dicantur 1.Coꝛi.8.
dij: ſiue in celo ſiue in terra. Non dixit ſunt
dij: ſed ſunt qui dicantur. Chꝛiſtus autem Heb.13.
ſicut ſcriptum eſt: heri et hodie ipſe eſt. Eſt
inquit: non ſolum nomine: hoc eſt: ſed etiã
veritate. Et bene ſcriptum eſt: heri ⁊ ho-
die ipſe eſt: vt arrij impietas aſtruẽdi ſacri/

legij locum inuenire non poſſet. Qui cuꝫ
legeret in pſalmo ſcđo: dicentē filio patrē:
Pſ.2. Filius meꝰ es tu: ego hodie genui te: adno⸗
tauit hodie non heri: ad ęternitateꝫ diuinę
generationis referens: quod de carnis aſ⸗
ſumptione memoratum eſt. Sancto igi⸗
tur ſpiritu repletus apoſtolus: vt illam eli⸗
Heb.13. deret ſceuitatem: ait: Heri ⁊ hodie ipſe ē: et
in ſęcula. Heri propter ęternitatē: hodie ꝓ⸗
pter corporis ſuſceptionē. Eſt ergo chriſtꝰ:
et ē ſemꝑ. Qui enim ſemꝑ eſt: eſt: Chriſtus
Exo.3. aūt ſemper ē: de quo dicit moyſes: Qui eſt
miſit me. Erat vtiꝗ gabriel: erat raphael:
erant angeli: ſed ſemper eſſe qui aliquādo
non fuerint: nequaꝗ̄ pari ratione dicunꝶ.
2.Cori.1. In chriſto autē ſicut legimus: non fuit ē: et
non: ſed eſt in illo fuit: vnde vere dei ſolius
eſt eſſe: qui ſemper eſt. Ergo etſi nūcupa⸗
tum deum non audent dicere: ⁊ falſum euꝫ
dicere maioris ē impietatis: reſtat vt deus
verus ſit: veri patris: non diſſimilis ꝟ ęqua
lis. Qui cum ⁊ iuſtificet et ſanctificet quos
velit: non foris aſſumens: ſed in ſe habens
ſanctificandi poteſtatem: quomodo nō eſt
verus deus? Nam ⁊ apoſtolus eum vtiꝗ
verū deum dixit: qui naturaliter verus de⸗
Gal.4. us eſſet: ſicut habes: Quia tunc inq̄t neſci⸗
entes deum: ſeruiſtis his qui natura non
erant dij: hoc eſt: qui veri dij eſſe non pote⸗
rant: quibus hoc naturaliter minime ſupe⸗
tebat. Verū copioſe iam verum deū chri⸗
ſtum in ſuperioribus libris ſcripturaruꝫ le⸗
ctionibus approbauimus. Ergo ſi chriſtꝰ
vt edoctum eſt: deus verus eſt: quęramus
qua ratione: cum ſolum verum deum patrē
legunt: a patre filium cupiunt ſeparare? Si
dicūt ꝙ verus ſolus deus pater eſt: negare
non poſſunt: ꝙ et filius ſolus deus veritas
eſt: ⁊ ꝙ chriſtus veritas eſt. Nunquid veri⸗
tas vero minor eſt: cum ſm̄ appellationē no
minum: verus plęrunꝗ a veritate dicatur:
ſapiens a ſapiētia: iuſtꝰ a iuſticia? Hoc nos
inter patrem non ſentimus ⁊ filiuꝫ: ꝙꝗ pa⸗
tri nihil deeſt: ꝙ pater ē verax ⁊ filius: ꝙ ve⸗
ritas eſt ęqualis eſt vero. Vt ſciant au⸗
tem cum ſolum legunt nequaꝗ̄ eſſe a patre
filium ſeparādum: meminerint in ꝓphetis
a deo dictum: Ego extendi cęlum ſolus. Et
vtiꝗ nō extēdit ſine filio pater. Ipſe enim
Prouer.8. filius qui ſapientia dei eſt dicit: Quādo pa
rabat cęlum: cum ipſo aderam. Et paulus
Heb.1. de filio dictum eſſe cōfirmat: Initio terram
tu fundaſti domine: ⁊ opera manuum tua⸗
rum ſunt cęli. Siue ergo filius cęluꝫ fecit: ſi⸗
cut ⁊ apoſtolus voluit intelligi: ⁊ ipſe vtiꝗ
non ſine patre cęlū ſolus extendit: Siue vt
in prouerbijs habes: Deus in ſapiētia fun⸗ Prouer.3.
dauit terram: parauit autem cęlos in intel⸗
lectu: oſtenditur ꝙ nec pater ſolus ſine filio
cęlos fecit: nec ſine patre filius: et tamē qui
cęlum extendit ſolus deus eſt. Qui vero et
de filio aperte intelligēdum ſit: ꝙ ſolus ap⸗
pelletur: etſi nunꝗ̄ inſcio patre aliquid fe⸗
ciſſe credatur: etiaꝫ alibi habes vbi ſcriptū
eſt: Extendens cęlum ſolus: et ambulans Iob.9.
quaſi in pauimento ſuper mare. Nanꝗ
euangelium domini docuit nos: ꝙ in ma⸗
ri non pater: ſed filius ambulauit: quando
petrus rogauit eum dicens: Domine iube Matth.14.
me venire ad te. Sed etiā prophetia ipſa
documento eſt. Sanctus enim iob aduen⸗
tum domini ꝓphetabat: de quo vere dixit:
Qui magnū cetum erat debellaturus: et fa⸗
ctum eſt. Nam feralem illum cetum: zabu⸗
lum ſcilicet vltimis temporibus venerabi⸗
lis corporis ſui paſſione ꝓſtratum pertulit
et affixit. Eſt ergo ſolus ⁊ vere dei filius:
Hęc enim ⁊ filio ꝓrogatiua defertur. De
nullo enim qui creatus eſt: proprie dici pōt
ꝙ ſolus. Naꝫ cui ineſt communitas creatu⸗
rę: quemadmodum quaſi ſolus poteſt a cę⸗
teris ſeparari? Itaꝗ homo rationabilis vi⸗
detur iter oīa terrena animātia: ſed tamē
non eſt ſolus rationabilis. Scimꝰ enim ra⸗
tionabilia eſſe ⁊ cęleſtia opera dei: angelos
et archangelos rationabiles cōfitemur. Si
ergo angeli rationabiles: non vtiꝗ ſolꝰ ra⸗
tionabilis homo dicitur. Sed dicunt ſo⸗
lum dici poſſe ſolem: quia ſol alter non eſt.
Sed ⁊ ipſe ſol habet cōmunia multa cum
ſtellis: ꝙ percurrit cęlum: ꝙ ętherę illiꝰ cęle
ſtiſꝗ ſubſtantię eſt: ꝙ creatura eſt: ꝙ in om⸗
nia dei opera computatur: ꝙ cuꝫ omnibus
deo ſeruit: cum omnibus benedicit deum:
cum omnibus laudat. Non ergo ſolus pro⸗
prie dicitur: quod nec a cęteris ſeparatur.
Itaꝗ cum patris et filij ſpirituſꝗ ſancti
diuinitati: quę ſola non inter omnia: ſed
ſuper omnia eſt: nulla poſſit creatura con⸗
ferri (vt de ſpiritu interim aſſertio reſeruetꝛ)
ſicut pater dicitur ſolus deꝰ verꝰ: cui nihil
cōmune cū cęteris: ita etiā ſolus ē filiꝰ ima⸗
go veri dei: ſolus dextra patris: ſolꝰ virtus
dei atꝗ ſapīa. Solꝰ ꝗ̄ filiꝰ facit ſic̄ et pater:
Ioh.14. q; ſcriptum eſt: Quęcunꝗ facio ipſe facit.
Cum enim vnum opus ſit patris ⁊ filij: be⸗
ne de patre ⁊ filio dicitur: ꝙ deus ſolꝰ opera
tus eſt: vnde etiam cum creatorē dicimꝰ et
patrem ⁊ filium confitemur. Nam vtiꝗ
Ro.1. cum paulus diceret: Qui ſeruierūt creatu⸗
rę potius ꝗ̄ creatori: nec patrem creatorem
negauit ex quo omnia: nec filium per queꝫ
omnia. A quo alienum vtiꝗ nō videtꝛ: qđ
Timoth.6. ſcriptum eſt: Qui ſolus habet immortalita⸗
tem. Quomodo eñ immortalitatē nō ha⸗
bet: qui vitā habet i ſemetipſo? Habet vti⸗
ꝗ in natura: habet in ſubſtātia: ⁊ habet nō
per gratiam temporalem: ſed per ſempiter⸗
nam diuinitatem: habet nō ex dono quaſi
ſeruus: ſed ex generationis proprietate ꝗ̄ſi
filius coęternus. Et habet ſicut pater. Si⸗
cut enim pater habet vitam in ſemetipſo:
ita ⁊ filio dedit vitam habere in ſemetipſo:
ſicut habet inquit: ſic dedit. Didiciſti ſu⸗
pra quemadmodū dederit: ne putares eſſe
gratię largitateꝫ: vbi generationis arcanū
eſt. Cum ergo inter patrem ⁊ filium vitę
nulla diſtantia ſit: quēadmodum ꝙ immor
talitatem ſolus habeat pater: filius nō ha⸗
beat eſtimari poteſt? Vnde itelligant ne
hoc loco a ſolo vero deo patre filium ſepa⸗
rādū: Quia ꝓbare nō poſſūt: ꝙ ſolus ⁊ ve⸗
rus dei filius nō ſit: cum pręſertim ⁊ hic aut
ſubaudiatur vt diximus: ⁊ xp̄m ſolum ve⸗
rum deum eſſe: Aut certe aliud ad diuinita
tem patris ⁊ filij: aliud ad incarnationē xp̄i
relatum intelligendum ſit: quia nō eſt per⸗
fecta cognitio niſi eius qui ⁊ ſecūdum ęter⸗
nitatem vnigenitum deum verū dei filium
ieſum chriſtum ⁊ ſecūduꝫ carnem generatū
ex virgine ꝯfitetur. Qđ alibi hic ipſe euā
1.Ioh.4. geliſta nos docuit dicens: Omnis ſpiritus
qui confitetur ieſum chriſtuꝫ in carne veniſ
ſe: de deo ē. Deniꝗ ꝗ̄ nō alienū ſit etiā in⸗
carnatiōis hoc loco intelligere ſacramētū:
docet nos ipſius ſeries lectionis. Sic eñ
Ioh.17. habes: Pater venit hora: clarifica filiū tuū:
vtiꝗ cum ⁊ horam veniſſe cōmemoret ⁊ cla
rificari petat: quō niſi ſm̄ carnis aſſumptio
nem locutum eū cōuenit eſtimari? Naꝫ nec
vlla ſibi tēpoꝝ pręſcripta momēta diuinita
tis habet: nec clarificatione indiget lumen
ęternū. Ergo i ſolo vero deo patre: ⁊ filium
dei ſolū verū ſm̄ diuinitatꝭ intelligimꝰ vni⸗
tatē: ⁊ in ieſu chriſti nomine: qđ ex virgine
natus accepit: incarnatiōis agnoſcimꝰ ſa⸗
cramentum. Qui ſi cum ſolum deū legunt
patrem: filium cupiūt ſeparare: ergo cuꝫ de
filij incarnatione legūt: Hic eſt lapis qui re Act.4.
probatus eſt a vobis ędificātibꝰ: qui factꝰ
eſt in caput anguli. Et infra: Nō eſt aliud
nomē ſub cęlo datum hoībus: in quo opor⸗
tet vos ſaluos fieri: patrem ęſtimāt ab im⸗
pertiendę vobis ſalutis beneficio ſeparan⸗
duꝫ. Sed neꝗ ſine patre ſalꝰ: neꝗ vita ęter
na ſine filio. Sed aſſerunt arriani ſolum
verum deum ſicut patrem: ita ⁊ filium dici⸗
tis: ⁊ vnius ſubſtantię pr̄em ⁊ filium cōfite
mini: nō vnum deum ſed duos deos indu⸗
citis: quia qui vnius ſubſtātię ſūt: nō vnuſ
deus ſed duo dij vidētur: ſicut duo homies
aut duę oues pluresve dicūtur: homo au⸗
tem ⁊ ouis: nec duo homines dicuntur: nec
duę oues: ſed vnꝰ homo ⁊ vna ouis. Hęc
arriani dicūt: ⁊ hac diſputatiōe verſuta ſim
pliciores capere nituntur. Tamen ſi legi⸗
mus ſcripturas diuinas: inueniemꝰ plurali
tatē in ea cadere: quę diuerſe diſcretęꝗ ſub
ſtātię ſūt: h̄ eſt ἑτερούσια. Idꝗ in ſalomo
nis libris habemus expreſſū: eo loco ſcꝫ in
quo dicit tria ſunt impoſſibilia intelligere:
⁊ quartuꝫ nō agnoſco. Veſtigia aquilę vo⸗ Prouer.30.
lantis: ⁊ viam ſerpētis ſupra petrā: ⁊ ſemi⸗
tas nauis nauigantis: ⁊ vias viri in iuuen⸗
tute. Vtiꝗ aquila ⁊ nauis ⁊ ſerpēs vniꝰ nō
ſūt generis atꝗ naturę: ſed differētis diſcre
tęꝗ ſubſtātię: ⁊ tamē tria ſūt. Cōtra ſe igi
tur ſua eſſe intelligāt argumēta teſtimonijſ
ſcripturarum. Itaꝗ dicēdo: patris ⁊ filij di
ſcretam eſſe ſubſtātiam: differentēꝗ deita⸗
tem: duos vtiꝗ ipſi deos aſſerūt. Nos au
tem cū patre cōfitemur ⁊ filium: aſſerendo:
tamē vnius eſſe diuinitatis: nō duos deos
ſed vnuꝫ deū dicimus. Et hoc dominicis
eloquijs approbamus: quia ibi pluref ſunt:
vbi aut naturę aut volūtatū ⁊ operationū
eſt differentia. Deniꝗ vt ſuis ſibi teſtimo
eri. Dicet aliquis: Ergo iam ſubiectus eſt
chriſtus: quia plurimi crediderunt? Mini-
me: Quia nō in paucis eſt chriſti ſubiectio:
ſed in omnibus. Sicut enim ſi in me concu-
piſcat adhuc caro aduerſus ſpiritum: ſpūs
autē aduerſus carnem: nec videor eſſe ſub-
iectus: etſi ex parte ſim ſubdituſ: ita qꝛ om-
nis eccleſia vnum corpus ē chriſti: q̄diu ge
nus diſſenſit humanū: chriſtum diuidim⁹.
Nōdum ergo ſubiectus eſt chriſtus: cuius
non ſunt adhuc membra ſubiecta. Cū autē
fuerimus non multa membra: ſed vnus ſpi
ritus: tunc ⁊ ipſe ſubiectus erit: vt per ipſi⁹
ſubiectionem: ſit deus omnia in omnibus.
Sicut autē nondū ſubiectus eſt chriſtus:
ita nondum ꝑfectū eſt opus patris: qꝛ dei
Job.4. filius dixit: Meus cibus eſt vt faciā volun-
tatem patris mei qui me miſit: ⁊ perficiam
opus eius. Quid igitur quęſtionis eſt: ꝙ
in me erit filij ſubiectio: in quo ꝑfectum eſt
opus patrꝭ: qꝛ non ſum ipſe perfect⁹? Ergo
qui imperfectum opus facio patris: ipſe fi-
lium facio eſſe ſubiectū? Sed non eſt iniu-
ria iſta ſed gratia: quia in eo ꝙ ſubijcimur:
noſter vtiqȝ non diuinitatis eſt profectus:
vt ſubijciamur legi: ſubijciamur grę. Quo-
Ro.8. niam ante: ſicut ipſe dixit apoſtol⁹: ſapien-
tia erat carnis inimica in deum. Legi enim
non erat ſubiecta. Nūc autem iam ꝑ chriſti
eſt ſubdita paſſionē. Et tamen ne quis ca-
lumnietur: videte quid diuinit⁹ ſpirās ſcri-
ptura ꝓcauerit. Oſtendit enim nobis ī quo
ſubiectus erit deo chriſt⁹: dum docet ī quo
ſibi vniuerſa ſubijceret. Ideoqȝ dicit: Nūc
autē non videmus omnia ei ſubiecta. Nā
paulominus q̄ angelos minoratū vidim⁹
ieſum ꝓpter paſſionem mortis. Oſtendit
itaqȝ minorē factū ꝓpter incarnationem.
Quid igiꝛ impedit q̇n etiam ſubiectionē in
carnis ſuſceptiōe ſignificet: ꝑ quā ſubijciet
ſibi oīa: dū in ipſa patri deo eſt ſubiectus?
Cōſiderem⁹ itaqȝ ei⁹ ſubiectionē: Pater Luc.22.
inquit me⁹ ſi vis trāſfer calicē hūc a me: ver
nō mea volūtas ſ; tua fiat. Ergo ſm̄ huma-
nę naturę aſſumptionē: erit illa ſubiectio.
Quia ſicut legim⁹: Specie inuēt⁹ vt homo Phil.2.
humiliauit ſemetipſū factus obediens vſqȝ
ad mortem. Subiectio vtiqȝ obediētia eſt:
obediētia mortis: mors aſſumptiōis huma
nę. Aſſūptiōis ergo humanę erit illa ſubie-
ctio. Nequaq̄ igiꝛ diuinitatis infirmitas:
ſed diſpenſatio iſta pietatis eſt. Uide q̄
nō timeā eoꝝ paſſiōes. Illi obijciūt ſub-
ijciēdū patri deo: Ego lego marię ſubditū
matri: qꝛ ſcriptū eſt de ioſeph ⁊ maria: Et Luc.2.
erat ſubdit⁹ illis. Aut ſi hoc putant: dicant
ꝙ hoībus erat ſubiecta diuinitas. Nō igi
tur ꝓiudicet ꝙ ſubiectus dicaꝛ: cui nō ꝓiudi
cat ꝙ ſeruus legiꝛ: ꝙ crucifixus aſſeriꝛ mor-
tuus prędicaꝛ. Qui cum moreretur viuebat:
cum ſubijceretur regnabat: cum ſepeliretur
reſuſcitabat: ac ſubiectum ſe poteſtati ꝓbe-
bat humanę: alias ſe dominū maieſtatꝭ de-
clarabat ęternę. Erat ſub iudice: ⁊ ad dexterā
dei ſolius vbi iudex perpetuus iudicabat.
Scriptum ē deniqȝ: Amodo videbitis fili- Matth.26.
um hominis ſedentem ad dextram virtutꝭ:
Uapulabat a iudęis: iꝑabat angelis. Na-
tus ex maria ſub lege erat: ante abraam ſu-
pra legem erat: in cruce venerādus naturę.
Deniqȝ ſol refugit: terra contremuit: conti-
cuerunt angeli. Cuius igitur paſſionem ele
menta videre timuerunt: hui⁹ generationē
videre potuerūt. Et ī quo ſubiectionē cor-
poris nō tulerūt: ī eo ſubiectionē naturę ve
nerabilis ſuſtinebūt. Sed cū vni⁹ naturę
ſint pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſanct⁹: vtiqȝ non erit pr̄ ſi
bi ipſe ſubiect⁹. Et ideo nō erit ī eo ſubiect⁹
fili⁹: ī q̇ cū patre vnū ē: ne ꝑ vnitatē diuini-
tatis videaꝛ ⁊ pater filio eē ſubiect⁹. Ergo
ſicut ī illa cruce: nō diuinitatꝭ plenitudo: ſ;
nr̄a fragilitas erat ſubdita: ita etiā poſtea
ſubdit⁹ erit fili⁹ pr̄i: ī nr̄a vtiqȝ ꝑticipatione
naturę: vt ſbiectis carnis illecebriſ: nō cupi
ditas dn̄eꝛ cordi: nō ambitio: nō voluptaſ:
ſ; oia nob̄ de⁹ ſit: ⁊ oīno q̄tū cape poſſum⁹
ad ei⁹ imaginē ſilitudineqȝ viuam⁹. Ad cō-
munitatē igiꝛ beneficiū trāſtuit a ſpecie: qꝛ
ī ſua carne naturā toti⁹ hūanę carniſ edo-

1.Cor.15. muit. Et idō iuxta apl̄m: Sicut portauimꝰ
imaginem huius terreni: portemus ⁊ ima
ginem cęleſtis. Q̄ð vtiq̄ niſi per interiorē
hominez non poteſt euenire. Deponentes
Col.3. igiturvniuerſa:hoc eſt illa quę legimꝰiram:
animoſitatem:blaſphemiaz :turpiloquiū.
Et ſicut infra dicit :Expoliātes nos veterē
hominē cum actibus ſuis:induamur nouū
qui renouatur in agnitionē ſm̄ imaginem
eius qui creauit nos. Et vt ſcires:ꝙ cū di
cit:Vt ſit deus omnia in omnibꝰ: a deo pa
Abi.s. tre non ſeparet chriſtū: Ipſe ad coloſſenſes
dixit: Vbi nō maſculus inquit ⁊ fęmina:iu
dęus ⁊ gręcus:barbarus ⁊ ſcytha: ſeruus ⁊
liber:ſed omnia ⁊ in omnibus chriſtus. Er
1.Cor.15. go etiam ad corinthios dicit: Vt ſit deꝰoia
in omnibus:⁊ vnitatem ⁊ ęqualitatem cuz
deo patre complexus eſt chriſti : quia nec a
patre filius ſeparatur. Et ſimiliter ſicut pa
ter omnia in omnibꝰ:ita oīa in omnibus
etiaz chriſtus opatur. Si ergo chriſtus ꝙ̄
in omnibꝰ oia opatur:nō vtiq̄ in diuinita
tis maieſtate ſubiectꝰ eſt:ſ; in nobis. Quo
modo aūt ſubiectus in nobis:niſi eo modo
quo minor angelis factus ē:in corporis ſcz
ſacramento? In eo enim nondū ſubiecta ei
oīa videbāt :quę creatori ſuo a principio
ſui vtiq̄ ſeruiebāt. Q̄ ſi quęſieris:quēad
modum ſit ſubiectus in nobis: ipſe oſtēdit
Math.25. dicens: In carcere eram:et veniſtis ad me:
Infirmꝰ eram et viſitaſtis me. Q̄ð eñ vni
eorum minimorū feciſtis:mihi feciſtis. In
firmum audis:⁊ non moueris:ſubiectū au
dis ⁊ non moueris :cum in eo infirmꝰ ī quo
ſubiectus:in quo peccatum atq̄ maledictū
ꝓ nobis factus eſt. Sic igit̄ non ꝓpter ſe
ſed ꝓ nobis erit ſubiectus in nobis :non in
natura ſubiectus ęterna:neq̄ enim in natu
Deut.21. ra maledictus ęterna . Maledictus autem
oīs qui pendet in ligno. Maledictꝰ:quia
noſtra maledicta ſubiecit. Subiectuſ ergo:
quia ſubiectionem noſtraz ipſe ſubiecit:ſcz
in ſeruilis formę aſſumptione in dei maie
ſtatem: vt dum ille noſtrę fragilitat̄ ſe prę
beret in carne conſortem:nos in virtute ſua
diuinę faceret conſortes naturę . Non quo
aut hoc nobiſcum ſuperna chriſti generati
one naturale conſortiuz: aut diuinitatis in
chriſto ſit illa ſubiectio:ſed ſicut in illa ꝑ car
nem illā:quę ē pignus noſtrę ſalut̄ : ſedere
nos in cęleſtibus:apoſtolus dixit:vtiq̄ nō
ſedentes:ſic ⁊ ille per noſtrę aſſumptionem

naturę dicit̄ ſubiectus ī nobis. Quis enim
tam demens ꝗ putet: vt ſupradiximꝰ:ꝙ ad
dexteram dei patris:ſedes ſibi venerabilis
nō debeat̄:cum ſcz etiaz ſm̄ carnem chriſto
ea a patre: generationis tñ ſupnę ⁊ ęquali
tatis potentia deferat̄? Angeli adorāt:⁊ tu
tibi pręſumptione ſacrilega ſolium dei ſter
nis? Scriptū eſt inquiūt:ꝙ cū mortui eſſe Eph.2.
tis peccatis :conuiuificauit vos in chriſto:
cuius gratia eſtis ſalui facti : ⁊ ſimul ſuſcita
uit ſimulq̄ facit ſedere in cęleſtibꝰ in chriſto
ieſu. Agnoſco ſcriptū. Sed nō vt homines
ſedere ad dextram ſibi patiat̄ deus : ſed vt
in chriſto ſedere:qꝛ ipſe eſt oiuz fūdamētū:
et ipſe ē caput eccleſię: in quo cōmunis ſm̄
carnē natura:ꝑrogatiuā ſedis cęleſtis eme
ruit. In chriſto eñ deo caro. In carne autē
humani natura generis omniū hoiuz par
ticeps honorat̄. Sicut nos ꝗ in illo ſedemꝰ
ꝑ corporeę cōmune naturę:ita ⁊ ille: qui per
ſuſceptionē nrę carnis maledictuz filiū dei
nō credit:ita ⁊ inquā ille ꝑ obedientiā oiuz
erit ſubiectꝰ in nobis:cū gētilis crediderit:
cū iudęus agnouerit quē crucifixit:cuz ma
nichęus adorauerit quē in carne veniſſe nō
credidit:cuz arrianus omnipotentē confeſ
ſus fuerit quem negauit : cum poſtremo in
omnibus fuerit ſapientia dei:iuſticia :pax:
charitas:reſurrectio. Per ſua igit̄ opa chri
ſtus et genera diuerſa virtutū erit in nobis
patri ſubditus:cum vitijs abdicatis et feri
ante delicto :vnus in oibus deo cęperit in
vno ſenſu populorū oīuz ſpiritꝰ adhęrere:
tūc erit deus oia ⁊ in oibus. Concluſionē
igitur totius abſolutionis breuiter colliga
mus:vnitas poteſtatis opinionē iniurioſę
ſubiectionis excludit euacuatio poteſtat̄:
⁊ victoria de morte quęſita triumphatoris
vtiq̄ nō minuit poteſtatem . Subiectionē
operatur obedientia:obedientiaz chriſtus
aſſumpſit:obedientia vſq̄ ad mortez :crux
ad ſalutē. Ergo vbi opꝰ: ibi ⁊ auctor ē ope
ris. Cū igitur oīa chriſto ſubiecta fuerint
ꝑ obedientiā chriſti:vt in nomie eius genu
flectāt:tūc erit ipſe oia ī oibꝰ. Nūc eñ qꝛ nō
oēs credūt:nō videt̄ oēs ſubiecti. Cū oēs ꝗ
crediderint:⁊ dei fecerint volūtatē: erit oia
⁊ ī oibꝰ chriſtꝰ. Cū chriſtꝰ fuerit oia ⁊ ī oibꝰ:
erit oia ⁊ ī oibꝰ deꝰ:qꝛ pater manet ſemꝑ in
filio. Quō ergo infirmitat̄ arguit̄ ꝗ rede
mit infirmos? At ne forte et illud ad infir
mitatē filij referas: quod ſcriptū eſt:ꝙ ſub



iecit ei deus omnia. Diſce ꝙ oia ſibi etiā
Phil.3. ipſe ſubiecerit. Scriptum eſt enim: No
ſtra autem conuerſatio in cęlis eſt: Vnde
⁊ ſaluatorem expectamus dominuz ieſū:
qui trāſfigurauit corpus humilitatis no
ſtrę : conforme vt fiat corpori glorię ſuę
ſm̄ operationem qua poſſit etiā ſibi ſub
ijcere omnia. Didiciſti ergo ꝙ oīa poſ
ſit ſibi ſubijcere:ſm̄ operationez vtiq̄ di
uinitatis: Diſce nunc ꝙ ſm̄ carnem oīa
Eph.1. ſubiecta accipiat:ſm̄ ꝙ ſcriptum eſt: Qui
operatus ē in chriſto:ſuſcitans eū a mor
tuis:⁊ conſtituens eum ad dexteram ſuā
in cęleſtibus:ſupra omnē principatum et
poteſtatem:⁊ virtutem:⁊ dominationez:
⁊ omne nomen qð nominatur non ſolum
in hoc ſęculo:ſed etiam in futuro:et oīa
ſubiecit ſub pedibus eius. Scdm̄ igit̄ car
nem ei omnia ſubiecta tradentur: ſm̄ ꝙ ⁊
a mortuis ſuſcitatus eſt:⁊ ſm̄ animaz hu
manā ac rationabilem ſubiectionē. Diui
ne plęriq̄ interpretātur: qð ſcriptum eſt:
Ps.61. Nōne deo ſubiecta erit anima mea? Ani
mam dixit non diuinitatem : animā non
maieſtatem. Et vt ſciremus ꝙ dominus
per ꝓphetam de ſuſceptione naturę ē lo
cutus humanę:addidit: Vſq̄quo adijci
etis ſuper hominē:ſm̄ illud qð ait ī euan
Job.7. gelio: Quid me quęritis interficere homi
Ps.61. nem? Et addidit: Verūtamen preciū vo
luerūt repellere:cucurrerūt ī ſitim:ore ſuo
benedicebant:⁊ corde ſuo maledicebant.
Iudęi enim reportante iuda precium:re
cipere noluerunt:currentes in ſitim amē
tię:qꝛ ſpiritalis potꝰ gratiam recuſarunt.
Nec eſt pię ſubiectiōis interp̄tatio. Eteni
dum dominicę paſſionis hoc munus ſit:
vtiq̄ in quo paſſus eſt: in hoc erit ſubie
ctus in nobis. Quęrimꝰ qua cauſa? Vt
Ro.8. neq̄ angeli:neq̄ virtutes:neq̄ altitudo:
neq̄ ꝓfundū:neq̄ pręſentia:neq̄ futura:
neq̄ creatura alia ſepare nos poſſit a cha
ritate dei:quę ē in chriſto ieſu. Videmꝰ
itaq̄ ex his quę diximus:nullam exceptā
eſſe creaturā: ſ; iſtas quas ſubdixit omnē
ſi qua eſt ānumeratā eſſe. Simul etiā il
lud eſt conſiderandum:ꝙ cum in ſuperio
Abi.s. ribus dixerit : Quis nos ſepabit a chari
tate chriſti:ſubter poſuit: Neq̄ mors:ne
q̄ vita:nec alia creatura ſeparare nos po
terit a charitate dei quę eſt in chriſto ieſu.
Videmus ergo eandē charitatez dei eſſe

quę chriſti eſt. Deniq̄ non ocioſe poſuit
charitatē dei quę eſt in chriſto ieſu : ne ſe
paratam dei ⁊ chriſti intelligeres charita
tem. Nihil autē eſt qð charitas diuidat:
Nihil qð diuinitas ſempitna non poſſit.
Nihil qð lateat veritatem:fallat iuſticiā:
p̄tereat ſapientiam.

## De condemnatione execrabilium arrianoruz dicentium ꝙ dei filius neſciat tēpora ⁊ annos: argumentorūq̄ ſuoruz deſtructiōe cum finali ⁊ cōcluſiua cōfutatiōe erroris eorundē:quo aſſerūt filium eſſe minorē patre: Ca. VIII.

Ade execrabiles eos: qui iſta cō
v memorant:⁊ a ſpirituſancto eſſe
damnatos ſcire debemuſ( Quos
eñ alios niſi ſpecialiter arrianos ꝓpheta
condemnat)qui dicūt ꝙ dei filius neſciat
tempora ⁊ annos? Nō enim eſt aliquid
quod ignoret deus. Si autez deus ⁊ chri
ſtus:⁊ altiſſimus chriſtus :ipſe eſt eñ ſuꝑ
oīa deus. Videte quemadmodū ſan
ctus dauid huiuſcemodi ꝗ dei filio ſcien
tiam derogēt perhorreſcat. Sic enim ha
bes: In laboribus hominū nō ſunt:et cū Ps.72.
hominibus non flagellabuntur. Idō ob
tinuit eos ſuperbia eorum:cooperti ſunt
iniquitate ⁊ impietate ſua: ꝓdijt quaſi ex
adipe iniquitas eorū:tranſierūt in diſpo
ſitionem cordis:vtiq̄ condemnat qui ex
diſpoſitione cordis ęſtimāda quę diuina
ſunt arbitrantur. Nam deus nec diſpoſi
tioni eſt ſubiectꝰ: nec ordini. Quādo etiā
ipſa quę ſunt in vſu hominū : ⁊ ſucceſſiōe
generis humani:non ſemꝑ aliqua ſollen
nis diſpoſitiōe rationis:ſed plęrūq̄ ſecre
tis latentibuſq̄ decurſa myſterijſ: eueni
re cernamus. Cogitauerunt inquit ⁊ lo Abi.s.
cuti ſunt nequitiam:iniquitatem in excel
ſo locuti ſunt. Poſuerūt in cęlū os ſuum.
Videmus itaq̄ ꝙ impij ſacrilegij reos
damnet:qui ex ſimilitudine humanę na
turę : diſpoſitionē ſibi arrogēt cęleſtis ar
cani. Et dixerūt: Quō ſcit deus? etſi eſt
ſcia oīs ī altiſſimo? Nōne hęc quotidie
ꝑſtrepūt arriani:ſciam omnē ī xp̄o eſſe nō
poſſe: Quia ipſe inquiūt: diei ⁊ horę ſe ꝓ
feſſus ē eē ignarꝰ? Nōne dicūt:quō ſciuit
qui eū non potuiſſe ſcire cōmemorāt :niſi
ꝗ audierit ⁊ viderit :⁊ ea quę ſpectant ad
diuinę vnitatem naturę:ad infirmitatem

quoq; ſacrilega interpretatione deriuāt?
Marci.13. Scriptum eſt inquiūt: De die autem illa
⁊ hora nemo ſcit: neq; angeli celorū: nec
filiꝰ: niſi ſolus pater. Primū veteres nō
habēt codices greci: ꝙ nec filius ſcit. Sz
non mirum ſi ⁊ hoc falſarūt: q; ſcripturas
interpolauere diuinas. Qua ratiōe autē
videatur adiectum: prodit dum ad inter/
pretationem tanti ſacrilegij deriuatur.
Pone tamē ab euangeliſtiſ ſcriptū. Me/
dium itaq; nomen eſt filij. Nam ⁊ filiꝰ ho
minis dicitur: vt ſm imprudentiam aſſū/
ptionis noſtre diem futuri iudicij neſciſſe
videatur. Quomodo enim neſciret diem
dei filius: cū in ipſo ſint theſauri ſapiētie
⁊ ſcientie abſconditi? Quero autē vtrū
ex ſubſtantia: an ex accidēti habuerit ſci/
entiam? Omis enim ſcientia aut ex natu/
ra: aut ex diſciplina eſt. Ex natura ſuppe/
tit: vt equo currere: piſci natare: hec enim
faciunt anteq; diſcant. Ex diſciplina rur/
ſus ſuppetit: natare homini. Nam niſi di/
dicerit: ſcire non poterit. Cū ergo multis
animantibus ſuppetāt ex natura facere et
ſcire que nō didicerint: quid cenſes de dei
filio: vtrū ex inſtitutione: an ex natura ha/
beat ſcientiā? Si ex inſtitutione: ergo nō
non eſt natus ſapientia: ⁊ ex ꝓceſſu cepit
eſſe profectus. Nec erat ſemꝑ. Q; ſi nata
ralem ſcientiam habet: vtiq; profectus in
principio erat: ꝑfectus ex patre ꝓceſſit: ⁊
ideo ꝑſcientia non eguit futuroꝝ. Non
ergo neſciuit diē. Neq; eñ ſapiētie dei
eſt ex parte ſcire: ⁊ ex parte neſcire. Nam
quomodo poteſt neſcire partem: qui fecit
omnia: cū minus ſit ſcire q; facere? Mul/
ta enim ſcimus que facere non poſſimuſ:
nec eodē modo omnes ſcimus: ſed ex pte
cognoſcimus. Nouit eñ ventorum vim
ſtellarūq; curſus aliter ruſticus: aliter ci/
uitatis icola: aliter gubernator. Etſi om/
nes nō norunt: omnia tamen noſſe dicun
tur. Solus autem plane nouit ille qui fe/
cit omnia. Nouit gubernator quota vigi
lia ꝓcedat arcturus: q̄les ortus ꝑexploret
orionis: Non tamen colligationes vigili/
arū ceterarūq; ſtellarū: aut numerum no/
uit: aut nomina: ſicut ille q̄ numerat mul/
titudinem ſtellarum: ⁊ omnibus nomina
his vocans: Quem vtiq; non fallit opis
ſui virtus. Quomodo enim vultis hec fe
ciſſe dei filium? Nunq̄d quaſi ānulū: qui

non ſentit qd exprimit? Quia omnia i ſa/
pientia pater fecit: id eſt oīa per filiū fe/
cit: qui eſt virtus dei ⁊ ſapientia. Sapien
tie autē id ꝯuenit: vt ſuoꝝ operū et virtu/
tes norit ⁊ cauſas: Et ideo nō potuit cre/
ator omniuz ignorare qd fecit: neſcire qd
ille donauit. Nouit ergo diē quē fecit.
Sed dicis ꝙ ꝑſentem nouit: neſcit futu
rum. Licet inepta ſit ꝓpoſitio: tamen vt
de ſcripturis ſatiſfaciam tibi: diſce ꝙ non
ſolū ꝑterita fecit: ſed etiā que futura ſūt:
ſicut ſcriptum eſt: Qui fecit que aduētu/
ra ſunt. Et alibi ait ſcriptura: Per quē et Heb.1.
facta ſūt ſecula: ſplendor eſt glorie: ⁊ cha/
racter ſubſtantie eius. Secula eñ ⁊ prete/
rita: ⁊ ꝑſentia: ⁊ futura ſūt. Quomodo er
go facta ſunt que futura ſunt: niſi q; ope/
ratoria virtus eſt: ſcientia cōprehēdit nu/
merum omniū ſeculorum? Sicut enim vo Ro.4.
cat que non ſūt tanq; que ſunt: ſic ⁊ fecit
que futura ſunt tanq; que ſint: quia non
cōtingit vt non ſint: ſed neceſſario ſūt fu/
tura que eſſe ꝑcepit. Ergo qui fecit q̄ fu/
tura ſunt: eo genere q̄ ſunt futura cogno/
uit. Si hoc de ſeculis: multomagis de
iudicij credēdū die: eo ꝙ cognitionē eius
habeat dei filiuſ tanq; a ſe iā facte: Quia
ſcriptum eſt: Diſpoſitione tua ꝑmanebit Ps.118.
dies. Non ſolum ꝑmanet dixit: ſed etiaz
ꝑmanebit: vt eius diſpoſitione que ven/
tura ſunt gubernentur. Que diſpoſuit er
go: nō nouit? Qui plantauit aurē nō au/ Ps.93.
diet: qui finxit oculū non conſiderat? Ui
deamus tamē ne quid forte magnum ſit
qd creatorem ſuum potuerit ꝑterire: ⁊ ne/
gligant vtrum quaſi magnum aliquid ⁊
preſtātius putent eſſe q; cetera: An quaſi
minimū atq; ſubiectum. Si minimū atq;
ſubiectum: non eſt iniuria (vt noſtro vſu
loquar) vilia ⁊ exigua neſcire. Nā cū po/
tentie ſit ſcire que maxima ſunt: deſpexiſ/
ſe videtur degeneris operis vilitatē: Fa/
ſtidio igitur abſolutus eſt: non poteſtate
fraudatus eſt. Q; ſi magnum ⁊ ſummum
arbitrant̄ ſcire iudicij diem: dicant quid
deo patre maius aut melius ſit. Patrem
igitur deum nouit vt ipſe ait: ꝙ nemo no Matth.11.
uit patrem niſi filius: ⁊ cui voluerit filius
reuelare. Patrem inquit nouit: et diē ne/
ſcit? Sic ergo creditis ꝙ patrē reuelat et
diem nō poteſt reuelare? Uerꝰ nō ſolū ſa/
crilega iſta: ſ; etiā inepta dubitatio. Nūc

conſideremꝰ quibus modis ſcientia colli/
gatur: ⁊ oſtendamus ipſū filium demon/
ſtraſſe: qd ⁊ dicit: ſciret. Quod eñ ſcimꝰ:
aut tempore: aut loco: aut ſigniſ: aut per/
ſonis declaramꝰ: aut ordine. Quomodo
igitur neſciuit iudicij diem: qui ⁊ horā iu/
dicij ⁊ locuz ⁊ ſigna expreſſit? Deniq; ſic
Marci.13. habes: In illa hora qui fuerit in tecto nō
deſcendat tollere vaſa: ⁊ qui in agro ſimi/
liter non redeat retro. Eouſq; igitur futu/
rorum norat periculorum euentus vt etiā
preſidia periclitantibꝰ demōſtraret. An
poterat dominus diem ignorare: qui ipſe
Luc.6. dixit: ꝙ filius hominis dominꝰ eſt ſabba/
ti? Locū quoq; etiam alibi deſignauit cū
ſibi ſtructuras tēpli oſtendentibus diſci/
Luc.21. pulis diceret: Uidetis hec omnia? Amen
dico vobis: non relinquetur lapis ſuꝑ la/
pidem qui nō deſtruatur. De ſigno quo/
q; iterrogatus ab apoſtolis dixit: Uide/
te ne ſeducamini. Multi enim venient in
nomine meo dicentes: q; ego ſum chriſtꝰ.
Et infra: Terremotus inquit magni erūt
per loca ſingula: ⁊ fames: ⁊ peſtilētia ter/
roreſq; de celo: ⁊ ſigna magna erunt. Ita/
q; ⁊ perſonas expreſſit ⁊ ſigna. Quo au
tem modo: vel circūdaturos exercitꝰ hie/
ruſalem dicat: vel implenda tempora gē/
tium: ⁊ quo ordine: euangelice vtiq; lecti/
onis atteſtatione referatur. Sciuit ergo
omnia. Sed querimus qua ratione de/
ſignare momēta noluerit. Si queramus
non ignorantie inueniemus eſſe ſed ſapi/
entie. Nobis enim ſcire non proderat: vt
dū certa futuri iudicij momenta neſcimꝰ:
ſemper taq; excubijs conſtituti: ⁊ in qua/
dam virtutis ſpecula collocati: peccandi
conſuetudinem declinemus: ne nos in/
ter vitia dies domini deprehendat. Non
enim prodeſt ſcire ſed metuere quod futu
Ro.11. rum eſt. Scriptum eſt enim: Noli alta ſa/
pere: ſ; time. Nam ſi diem deſignaſſet ex/
preſſe: vni etati hominū que ꝓxima erat
iudicio videretur diſciplinam preſcripſiſ/
ſe viuendi ſuperioris temporis: aut iuſtꝰ
eſſet remiſſior: aut peccator ſecurior. Naz
adulter niſi quotidianam penaz metuat:
non poteſt adulterandi cupiditatem de/
ſinere. Nec latro obſeſſorum ſaltuū ſecre/
ta deſerere: niſi ſciat ſibi momētis omni/
bus iminere ſupplicium. Plerūq; eñ qui/
bus incentiuum eſt impunitas: timor te/

dium eſt. Ideo ergo dixi ꝙ ſcire non pro/
derat ſed ignorare: vt ignorantes timere/
mus: vt obſeruātes emendaremur: ſicut
ipſe dixit: Eſtote parati quia neſcitiſ qua Matth.24.
hora filius hominis venturus eſt. Nanq;
miles ſi bellū in manibus eſſe cognoſcat:
portēdere nō nouit in caſtris. Unde ali/
bi quoq; ipſe dominus interrogatus ab
apoſtolis inquā: q̄ vtiq; non ſicut arrius
intelligebant: ſed filium dei futura ſcire
credebant. Nam niſi hec crediſſent nū/
quā interrogaſſent. Interrogatuſ autem
quando reſtitueret regnū iſrael: nō ſe ne/
ſcire dixit: ſed ait: Nō eſt veſtrum ſcire tē/ Act.1.
pora ⁊ annos que pater poſuit in ſua po/
teſtate. Attendite q̄d dixerit: Non eſt ve/
ſtrum ſcire. Lege iterum: Non eſt veſtrū.
Ueſtrum dixit: non meū. Iam enim non
ſm perfectionem ſed ſm ꝓfectum huma/
ni corporis ac noſtre anime loquebatur.
Ueſtrum ergo dixit: non meum. Qd ⁊
apoſtolus ſecutus: De temporibus autē 1.Theſſal.5.
et momentis fratres non habetis inquit
opus vt vobis ſcribamus. Itaq; ne apo
ſtolus quidem ipſe chriſti ſeruus dixit ſe
neſcire momenta: ſed non opus eēt edo/
ceri populū q̄ ſemꝑ ſpiritalibꝰ munimen/
tis eſſe debet armatꝰ vt virtꝰ chriſti i vno
quoq; portendat. Cum autem dicit do/
minus: de temporibus que pater poſuit
in ſua poteſtate: vtiq; non pōt exors eſſe
ſcientie paterne: cuius nequaq; exors eſt
poteſtatis: cuius poteſtas ex ſapientia et
virtute gignitur: quod vtrūq; chriſtꝰ eſt.
Sed queritis: qua cauſa nō ita diſcipu/
lis negauerit: quaſi ſciret ⁊ nollet dicere:
ſed neq; angelos: neq; filium ſcire memo/
rauerit? Interrogabo vos ⁊ ego: qua cau
ſa in geneſi deus dicat: Deſcendam itaq; Gen.18.
vt videam ſm clamorem eorum venien/
tem ad me ſi conſūmabuntur: Sin autem
vt ſciam? Qua cauſa etiā ſcriptura d̄ deo
dicat: Et deſcēdit dominus videre ciuita Gen.11.
tem ⁊ turrim quam edificarent filij homi/
num? Qua cauſa etiaz dicat propheta in
pſalterio: Dominus reſpexit ſuper filios Ps.52.
hominum ſi eſt intelligenſ aut requirens
deum: quaſi et illic ſi non diſcederet deꝰ:
⁊ hic ſi nō ꝓſpiceret dominus: aut opera
hoiuz ignoraret aut merita? Sz etiā in
euāgelio habes ſm lucā: q; pr̄ dic: Quid Luc.20.
faciā? Mittā filiū meū dilectiſſimū: forſi/

Matth.21 tan hunc verebuntur. Scđm mattheum
Marci.12. autē et ſm marcum: Quoniā miſit deus
vnicum filium ſuum dicens: Verebūtur
filiū meum. In vno libro dicit: Forſitan
verebuntur ⁊ quaſi neſciens dubitat. Nā
hic ſermo dubitantis eſt. In duobꝰ autē
alijs libris: Verebuntur inquit filiū meū:
hoc enī confirmat reuerentiā differendā.
Sʒ neqꝫ dubitare dei eſt neqꝫ falli. Dubi
tat enim qui ignorat qđ futurū eſt: falli-
tur autem qui aliud prędixit ⁊ aliud ē ſe-
cutum. Quid autem euidentius q̄ꝫ ꝙ
ſcriptura habet aliud patrem dixiſſe đ fi-
lio: ⁊ aliud accidiſſe eadem ſcriptura teſta
tur? Ille dixit: verebuntur filium meū: fi-
lius autem vapulauit: illuſus eſt: crucifixꝰ
eſt: mortuus eſt: multoqꝫ illis ſeruis ꝗ pri
us fuerant deſtinati: grauiora ſm carnem
paſſus eſt. Fefellit igit̄ pater: aut igno-
rauit: aut ſibi ſubuenire non potuit? Sed
verus neſcit fallere. Scriptum eſt enī: Fi-
delis deus qui non mētitur. Quomodo
autem ignorauit: qui nouit oīa? Aut qđ
non potuit: qui omnia poteſt? Tamen ſi
aut ignorauit aut non potuit: facilꝰ enim
acquieſcitis vt dicatis patrem ignoraſſe:
q̄ꝫ confiteamini ſciſſe. Videtis quia ex
hoc ipſo ꝙ vnius ſubſtantię eſt filius cū
patre: Sic quemadmodū pater ita ⁊ filiꝰ
(vt ſm veſtram inſipientiam loquar) aut
non omnia nouit: aut non omnia poteſt.
Non ſum enim auarus aut pręceps circa
filij laudes: vt plus audeam dicere filium
poſſe q̄ꝫ patrē: ⁊ inter patrem ⁊ filium di-
ſcretionem faciam poteſtatꝭ. Sʒ fortaſ-
ſe dicetis: Non ita dixiſſe patrem: ſed de
patre filium nos fefelliſſe. Iam ergo non
ſolum infirmitatis filium: ſed etiam iam
ſacrilegij ⁊ mendacij coarguitis. Verūta
men ſi non creditis de patre filio: nec đ ſe
credetis. Si enim fallere nos voluit ꝗ di-
xit dubitaſſe patrē: quia neſciret qđ eſſet
futurum: fallere ergo etiam de ſe nos vo-
luit: quia futura neſcire ſe dixit: multoqꝫ
tolerabilius ad pudorem: ſi ignorantiam
ante portendit quod de ſe fecit: q̄ꝫ ſi con-
trario ꝓmiſſis luſus videatur affectu qđ
de patre pręicauit: ſʒ neqꝫ fallitur pater
neqꝫ fallit filius. Verum ea eſt in ſcriptu-
ris cōſuetudo diuinis: ſicut ⁊ ſuperiora et
multa alia exempla teſtantur: vt deꝰ diſſi-
mulet ſe neſcire qđ nouit. Et in hoc ergo

vnitas diuinitatis: ⁊ vnitas diſpoſitiōis
in patre probatur ⁊ filio: ſi quēadmodū
deus pater cognita diſſimulat: ita filius
etiam in hoc imago dei: quę ſibi ſūt nota
diſſimulet. Edoctum eſt igitur nō igno-
raſſe dei filium quę futura ſūt. Qđ ſi fa-
tentur: ⁊ ego vt iam reſpondeam: qua ra-
tione neqꝫ angelos neqꝫ filium: ſed patrē
ſcire memorauit: ſollēnem eius circa diſci
pulos charitatem etiam in hoc loco ⁊ gra
tiam recognoſco: qđ ex frequētia ipſa de-
bet omnibus eſſe iam cognitū. Mauult
enim dominus nimio in diſcipulos amo-
re ꝓpenſus: pendentibus his quę cogni-
tu inutilia iudicaret: videri ignorare quod
nouerat: q̄ꝫ negare. Pluſqꝫ amat noſtrā
vtilitatem inſtruere: q̄ꝫ ſuā potentiā de-
monſtrare. Sunt tamen plęriqꝫ non ita
timidiores vt ego. Malo enim alta time-
re q̄ꝫ ſapere. Sunt tamen plęriqꝫ eo fręti
qđ ſcriptū eſt: Et ieſus proficiebat ętate Luc.2.
⁊ ſapientia ⁊ gratia apud deum et hoīes:
qui dicunt confidenter ꝙ ſm diuinitatē
quidem ea quę futura ſunt ignorare non
potuit: ſed ſm noſtrę conditionis aſſum-
ptionem ignorare ſe quaſi filium homīs
ante crucem dixit. Etenim cum filium di-
cit: nō quaſi de alio dicit. Nam ipſe ē et
dominꝰ noſter dei filius: ⁊ filius virginis.
Sed medio verbo noſtrum informat affe
ctum: vt quaſi hominis filius ſm ſuſcepti
onem noſtrę imprudentię tibi profectꝰ nō
plene adhuc ſciſſe oīa crederetur. Non Act.1.
eſt veſtrum ſcire quę futura ſunt. Eadem
igitur videtur ignorare conditione q̄ pro-
ficit. Nam quomodo ſm diuinitatem ꝓ-
ficit ī quo habitat plenitudo diuinitatꝭ? Col.2.
Aut quid eſt qđ neſciat dei filiꝰ: qui dice-
bat: Quid cogitatis mala in cordibus ve Matth.9.
ſtris? Quomodo neſciat de quo dicit ſcri
ptura: Ieſus autē norat cogitatiōes eo- Luc.6.
rum? Hęc tamen alij dicant: Ego autē
vt ad ſuperiora redeam: qui ꝓpoſuerim
ſcriptum qđ pater dixit: Fortaſſe reuere- Luc.20.
buntur filium. Qđ vtiqꝫ ideo arbitror ꝓ-
poſitum: vt qđ de hominibus loquebat̄
pater: humano locutus videatur affectu.
Multomagis arbitror ꝙ filius qui cum
hominibus conuerſatus eſt: ⁊ hoīem egit
et carnem ſuſcepit: noſtrum aſſumpſit af-
fectum: vt noſtra ignorantia neſcire ſe di
ceret: non ꝙ aliquid ipſe neſciret. Nam et



ſi homo in veritate ſui corporis videbat̄:
erat tamen vita: erat lux: ⁊ virtus exibat
de eo: quę vulnera ſauciorum: maieſtatis
ſui auctoritate ſanabat. Aduertitis er-
go quęſtionem nobis eſſe ſublatā: Cum
et filij dictum ad ſuſceptionem integrę cō
ditiōis referat̄ humanę: Et de patre ideo
ſcriptum ſit: vt vel ſic calumniari filio de-
ſinatis. Nihil ergo fuit quod ignoraue-
rit dei filius. Nihil enim fuit quod igno-
rauerit pater. Qꝫ ſi nihil filius ignorauit:
vt iam concludamus: dicant in quo eum
minorem velint videri? Si minorem ge-
nerauit deus filium: minus contulit. Si
minus contulit: aut deus minus voluit:
aut minus potuit. Sed nec infirmus: nec
inuidus pater: qꝛ nec voluntas ante filiū
nec poteſtas. In quo minor: qui omnia
habet quę pater habet? Nam et omnia a
patre iure generationis accepit: et totum
patrem gloria ſuę maieſtatis expreſſit.
Ioh.14. Scriptum eſt inquiunt: Quoniam pater
Phil.2. maior me eſt. Sed ſcriptum eſt: Nō ra-
pinam arbitratus eſt ſe eſſe ęqualē deo.
Ioh.5. Scriptū eſt: ꝙ propterea volebant il-
lum iudęi occidere: qꝛ filiū ſe dicebat dei:
ęqualem ſe faciens deo. Scriptum eſt:
Ioh.10. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Vnum legūt:
multa non legunt. Nūquid ergo ⁊ minor
⁊ ęqualis per naturam eandē poteſt eſſe?
Sed aliud ad diuinitatem refertur: aliud
ad carnē. Minorem dicūt: Quero: qui
menſus ſit: qui tam exaltati cordis: ꝗ ve-
lut ante tribunal patrem deum et filium
Ps.130. conſtituat vt de ꝓlatione dijudicet? Non
eſt exaltatum cor meum: neqꝫ inuanū ela-
ti ſunt oculi mei: Dauid dicit. Rex dauid
exaltare cor metuit in rebꝰ humanis: nos
exaltamꝰ aduerſus diuina ſecreta? Quis
igitur iudicat de dei filio? Throni: domi-
natiōes: angeli: poteſtates? Sʒ famulā-
tur et ſeruiunt archangeli: ſed miniſtrant
cherubin ⁊ ſeraphin: ſed laudāt. Quis
igitur iudicat de dei filio: cum legeris ꝙ
ipſe pater nouerit filium: nō iudicat? Ne-
Matth.11. mo enim nouit filiū niſi pater. Nouit in-
quit: non iudicat. Aliud ē noſſe: aliud iu-
dicare. Habet pater in ſe ſcientiam: filius
ſupra ſe nō habet poteſtatem. Et rurſus:
Nemo nouit patrem niſi filius: ⁊ ipſe no-
uit ſicut eum pater nouit. Sed dicis ꝙ

minorem ſe dixit: dixit ⁊ lapidem. Plꝰ di-
cis ⁊ impie calumniaris: minꝰ dico ⁊ plus
aſtruo. Minorem dicis et ſupra angelos
confiteris. Ego minorem angelis dico: et
non derogo: qꝛ non diuinitatē arguo: ſʒ
miſericordiā pręico.

**De humili ac deuota auctoris ad deum patrem conuerſione recteqꝫ fidei confeſſione: cum diſertiſſima huius operis cōcluſione: ad laudem ⁊ gloriam ineſtimabilis: inenarrabilis: incircūſcriptę ⁊ imenſę ac ſanctiſſimę trinitatis: ꝑfidiſſimorūqꝫ arrianorū ꝯfuſionem ⁊ damnationē: Ca. IX.**

D te nunc omnipotens pater cū
a lachrymis verba conuerto. Ego
te quidem inacceſſibilem: incom-
prehēſibilem: ineſtimabilem prompte di
xerim: ſed filium tuum minorem non au-
ſim dicere. Nam cum illum ſplendorē glo Heb.1.
rię ⁊ imaginem ſubſtātię tuę legerim: ve-
reor ne minorem imaginem tuę dicendo
ſubſtantię: minorem ſubſtantiam tuā di-
cere videar: cuius imago ſit filius: cū ple-
nitudo tuę diuinitatis omnis in filio ſit.
Immenſum te filiumqꝫ tuum ⁊ ſpiritum
ſanctum: incircumſcriptū: ineſtimabilē:
inenarrabilem legi libenter: credo liben-
ter. Et ideo eſtimare non poſſū: vt exami
nare poſſim. Eſto tamē: ſpiritu auſuqꝫ te-
merario metiri te velim: Unde quęſo te
metiar? Funiculum agrimeſſorium vidit
propheta quo metiebatur angelus hieru
ſalem. Metiebatur tamen angelus non
arrius. Metiebatur angelus hieruſalem
non deum: ⁊ fortaſſe non hieruſalem me-
tiri poterat angelꝰ: Vir enim erat. Deni-
qꝫ ſic habes. Et alleuaui oculos et vidi: ⁊ Ezech.40.
ecce vir ⁊ ī manu eius funiculus agrimeſ-
ſoris. Vir erat: qđ typus ſuſcipiēdi corpo
ris declarabat. Vir erat ille de quo eſt di
ctum: Poſt me venit vir: cuius non ſum Ioh.1.
dignus ſoluere corrigiam calciamēti eiꝰ.
Ergo ieſus in typo hieruſalem metit̄: nō
arrius deū. Et ſathanas transfigurat ſe 2. Cor.11.
in angelum lucis: Quid mirum ſi arrius
ſuum imitatur auctorem: vt vſurpet illi-
cita: lʒ qđ pater ſuꝰ zabulus ꝑ ſemetipſū
nō fecit: ītolerabiliore iſte ſacrilegio diui-
norū ſibi ſciā ſecretoꝝ et ſuꝑnę generati-

ꝺnis arcana ꝑſumat. Sabellius enim ve
rum dei filium fatebatur: arrius negat.
Si ergo metiri te omnipotens pater non
queo: poſſū ne ſine ſacrilegio de tuę gene
rationis diſputare ſecreto? Poſſum ne di
cere ꝙ aliquid inter te ⁊ filium tuum plus
minus ve ſit: cum ipſe qui natus eſt di
Job.16. xerit: Omnia quę pater habet mea ſunt?
Luc.12. Quis me conſtituit iudicem aut diuiſo
rem de rebus humanis? Hoc filius dicit:
⁊ nos inter patrem ⁊ filium diuiſorem no
bis et iudicium vendicamus? Bona pie
tas arbitror refugit etiam in diuiſore pa
trimonij. Nos ergo erimus arbitri vt in
ter te et filium tuum increatę maieſtatem
Luc.11. ſubſtantię diuidamus? Generatio inquit
hęc generatio neq͡ꝫ eſt: ſignū ꝗrit et ſignū
non dabitur ei niſi ſignum ionę prophe
tę. Signum vtiq͡ꝫ datur non diuinitatis:
ſed incarnationis. Deniq͡ꝫ de incarnatio
Eſa.7. ne dicturus ait: Pete tibi ſignum. Et cuꝫ
ille dixiſſet: Non petā neq͡ꝫ temptabo do
minum: reſponſum eſt: Ecce virgo in vte
ro. Ergo ſignum diuinitatis videre non
poſſumus: mēſuram quęrimus. Vę mi
ſero mihi: impie diſcutere audemus: quē
digne rogare nō poſſumus. Videro ta
men quid faciant arriani. Ego te pater ſi
maiorem omnibꝰ dixero: iniurioſe te tuis
operibꝰ comparaui. Si maiorem filio: vt
arrius aſſerit: impie iudicaui: de te prius
erit illa ſententia. Nam neq͡ꝫ vlla fieri po
teſt niſi ex comparatione pręlatio: neq͡ꝫ ꝓ
ferri quiſq͡ꝫ niſi prius ꝺ quo fuerit iudica
tum. Jurare nobis per cęlum nō licet: iu
dicare de dei filio licet? Sed filio tuo ſoli
iudiciuꝫ de omnibus detuliſti. Johānes
carnem domini baptizare metuebat. Jo
Math.3. hānes prohibebat dicēs: Ego a te debeo
baptizari et tu venis ad me: ⁊ ego chriſtū
iudicio meo ſubdam? Moyſes excuſat:
Petrus imperatum in miniſterio declinat
obſequiū: Arrius ſcrutatur etiā alta dei.
Sed non arrius ſpirituſſanctus. Sed ar
Eccl.3. rio ⁊ hominibus dictum eſt: Altiora te ne
quęſieris. Moyſes vultum domini pro
hibetur videre: arriꝰ meruit videre ſecre
Ps.98. tum? Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibꝰ eiꝰ.
Moyſes qui cum domino apparet in glo
ria. Moyſes ergo illa poſteriora tantum
modo dei in typo vidit: Arrius totum
deum facie ad faciem comprehēdit? Sed Exo.33.
nemo inquit videre poteſt faciem meam
et viuit. Paulꝰ etiā de inferioribus di
cit: Ex partē cognoſcimus ⁊ ex parte pro 1.Cor.13.
phetamus: Arrius dicit: Ex toto deū nō
ex parte cognoui. Inferior ergo paulꝰ q͡ꝫ
arrius? Et vas electiōis ex parte ſcit: vas
perditiōis totum ſcit? Scio inquit homi 2.Cor.12.
nem ſiue in corpore ſiue extra corpus ne
ſcio: deus ſcit: qui raptus eſt in paradiſū
⁊ audiuit ineffabilia. Paulus raptus vſ
q͡ꝫ ad tertium cęluꝫ: ſeipſum neſciuit: Ar
rius in ſtercore volutatꝰ: deū ſciuit? Pau
lus dicit ꝺ ſeipſo: deus ſcit: Arrius ꝺ deo
dicit: Ego noui. Sꝫ non arrius raptus in
cęlum: q͡ꝫuis eum ſecutus ſit qui iactatio
ne damnabili diuina pręſumeret dicens:
Ponam thronum meum ſuper nubes: et Eſa.14.
ero ſimilis altiſſimo. Sicut em̄ ille dixit:
Ero ſimilis altiſſimo: ſic arrius altiſſimū
dei filium ſimilem ſui vult videri: quem
non diuinitatis ęternę maieſtate venera
tur: ſꝫ ex carnis infirmitate metit.

Sācti Ambroſij epiſcopi liber quintus de fide ad Gratianū Auguſtum: feliciter explicit.



Sancti ambroſij epiſcopi Mediolanenſis: in librū primum de ſpirituſancto ad Gratianum auguſtum prologus incipit.

Jeroboal ſub ar
Judic.6. b
bore: vt legimꝰ quercus: triti
ci meſſem cū virga cederet: ac
cepit oraculum: vt a poteſtate
alienigenaꝝ in libertatem dei
populuꝫ vendicaret. Nec miꝝ ſi eſt electus
ad gratiā: cū ſub vmbra iam cum ſacrę cru
cis et venerabilis ſapientię ꝑdeſtinato in
carnationiſ futurę myſterio ꝯſtitutus: fera
cis ſegetis ſenſibilia de latibulis frumenta
produceret: electionēq͡ꝫ ſanctoꝝ a purgamē
tis inanis paleę ſequeſtraret: qui tanq͡ꝫ vir
ga veritatis exerciti ſuꝑflua veteris homis
cū eius actibꝰ deponētes: quaſi in torculari
ita in eccleſia cōgregant. Eccleſia eni torcu
lar eſt fontis ęterni: in qua cęleſtis vitꝭ fru
ctus exundat: Quo motꝰ oraculo gedeon:
cū audiſſet ꝙ deficientibꝰ licet populoꝝ mi
libus: in vno viro dn̄s plebē ſuā ab hoſtibꝰ
liberaret: obtulit hedū capraꝝ: cuius carnē
ſcd̄m ꝓceptū angeli ⁊ azyma ſupra petram
poſuit: ⁊ ea iure ꝑfudit: ꝗ ſimul vt virgę ca
cumine quā gerebat angelꝰ dei contigit: de
petra ignis erupit: atq͡ꝫ ita ſacrificiū qꝺ offe
rebat abſumptū ē. Quo indicio declaratū
videt ꝙ petra illa typum habuerit corporis
Cor.10. xp̄i: qꝛ ſcriptum eſt: Bibebāt de cōſequenti
eos petra: petra autem erat xp̄s. Qꝺ vtiq͡ꝫ
nō ad diuinitatē eius ſed ad carnē relatū ē:
quę ſitientiū corda populoruꝫ perenni riuo
ſui ſanguinis inundauit. Jam tunc igit in
myſterio declaratū ē: qꝛ dominꝰ ieſus ī car
ne ſua totius mundi peccata crucifixꝰ abo
leret. Nec ſolū delicta factoꝝ: ſed etiā cupi
ditates aīoꝝ. Caro em̄ hedi ad culpam fa
cti refert: Jus ad illecebras cupiditatū: ſi
Num.11. cut ſcriptū eſt: Quia cōcupiuit ꝑp̄ls cupidi
tatē peſſimā: ⁊ dixerunt: Quis nos cibabit
carne? Qꝺ igit extendit angelꝰ virgā ⁊ teti
git petrā de qua ignis exiuit: oſtēdit ꝙ caro
dn̄i ſpū repleta diuo: peccata oīa hūanę cō
Luc.12. ditiōis exureret. Unde ⁊ dn̄s ait: Jgnē ve
ni mittere in terrā. Aduertit igit vir doctus
⁊ ꝑſagus futuri ſuꝑna myſteria: ⁊ iō ſecūdū
oracula occidit vitulū a patre ſuo idolis de
putatū: ⁊ ipſe ſeptennē aliū vitulum imola
uit deo. Quo facto manifeſtiſſime reuela
uit pꝰ aduentū dn̄i: oīa gentilitatꝭ abolēda
ſacrificia: ſolumq͡ꝫ ſacrificiū deo dn̄icę paſſi
onis ꝓ redēptiōe ꝑp̄li deferendū. Etem̄ vi
tulus ille erat in typo xp̄s: in quo ſeptē ſpi
ritaliū plenitudo virtutū: ſicut eſaias dixit
habitabat. Hūc vitulū ⁊ abraā obtulit: qn̄
Job.8. diē dn̄i vidit: ⁊ gauiſus ē. Hic ē qui nunc in
hedi typo: nūc in ouis: nunc in vitulo offe
rebat. Hedi ꝙ ſacrificiū ꝓ delictis ſit: ouis
ꝙ voluntaria hoſtia: vituli ꝙ imaculata ſit
victima. Pręuidit ꝗ myſteriū ſanctꝰ Gede
on. Deniq͡ꝫ trecētos elegit ad pręliū: vt oſtē
deret nō in numero multitudinis: ſꝫ ī ſacro
crucis mundū ab incurſu grauioꝝ hoſtiū li
berandū. Et tn̄ licet fortis ⁊ fidus: pleniora
adhuc de dn̄o futurę victorię documēta ꝗ
Judic.6. rebat: dicēs: Si ſaluas in manu mea iſrael:
quēadmodū locutꝰ es dn̄e: Ecce ego pono
lanę vellus in area: ⁊ ſi ros factꝰ fuerit ſuper
vellus: ⁊ ſuꝑ oēm terrā ſiccitas: cognoſcam
qꝛ in manu mea ſcd̄m ꝓmiſſa tua ꝑp̄lm libe
rabis. Et ita factū eſt. Sꝫ adiecit poſtea vt
rurſum ros proflueret ſuꝑ totā terrā: ⁊ ſicci
tas eēt in vellere. Quęrit fortaſſe aliquis:
vtꝝ nā quaſi incredulus eē videat: qui fre
quētibus informatꝰ indicijs adhuc pl'a po
ſcebat. Sꝫ quēadmoduꝫ poterat videri q̄ſi
ambiguꝰ incertuſq͡ꝫ tēptaſſe: qui myſteria
loquebat. Nō ꝗ ille ambiguus ſꝫ ꝓuidꝰ: ne
nos ambigeremꝰ. Nā quō ille ambiguꝰ cu
ius ꝓcatio habebat effectū? Un̄ aūt ſecurꝰ
adorſus eēt pręlium: niſi intellexiſſet oracu
lū? Ros eni ī vellere: fides erat in iudęa: qꝛ
ſicut ros dei verba deſcendūt. Ergo qn̄ to
tus orbis infructuoſo ęſtu gentilis ſuꝑſtiti
onis arebat: tūc erat ros ille cęleſtis viſita
tiōis ī vellere: poſtea vero q͡ꝫ oues ꝗ ꝑierūt
domꝰ iſrl'. Un̄ puto figurā iudaici velleris
adumbratā. Oues inquā illę fontē aquę vi
ue negarūt. Ros fidei humētis exaruit ī pe
ctoribꝰ iudęoꝝ: meatuſq͡ꝫ ſuos fons ille di
uinꝰ in corda gētiū diriuauit. Jnde ē ꝙ nūc
fidei rore totus orbis humeſcit. At vero iu
dei ꝓphetas ſuos ⁊ ꝯſiliarios perdiderunt.
Nec miꝝ ſi ꝑfidię ſubeant ſiccitatē: q̊s dn̄s
deꝰ ꝓphetici imbris vbertate priuauit di
Eſa.5. cēs: Mādabo nubibꝰ meis ne pluāt ſuꝑ vi
neā iſtā. Eſt em̄ ꝓphetice nubis pluuia ſa
Ps.71. lutaris: ſicut ⁊ dauid dixit: Deſcendit ſicut
pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia
ſuꝑ terrā. Hāc nobis ſcp̄turę diuę totiꝰ mū
di pluuiā pollicebāt: ꝗ rigaret orbē ſub dn̄i

ſalutaris aduentu ſpūs rore diuini. Venit
ḡ iam dñs: venit ⁊ pluuia: venit dñs ſtillici
dia ſecū celeſtia deferēs: ⁊ idō iā nos bibim⁹
qui ante ſitiebam⁹: ⁊ diuinū illū ſpūm hau/
ſtu interiore potam⁹. Hoc ḡ ꝓuidit ſanctus
gedeon: qꝛ verū ⁊ ſpiritalē rorē etiā gentes
nationeſqꝫ erant fidei perceptiōe bibiturę:
⁊ idō diligenti⁹ explorauit. Eſt eñ neceſſaria
cautela ſanctoꝝ. Siquidem etiā ieſus naue
cū vidiſſet ducē militię celeſtꝪ interrogauit:
Joſue.5. Noſter es an aduerſarioꝝ? Ne forte aliqb⁹
aduerſarij ꝓſtigijs falleret. Nō tamē ocioſe
vellus nō in campo poſuit vel in prato: ſed
Luc.10. poſuit i area vbi meſſis ē tritici. Meſſis eñ
multa: opari) aūt pauci. Eo ꝙ per fidez dñi
futura eēt meſſis fęcunda virtutū. Nec illō
ocioſum ꝙ exiccauit vellus iudaicum: ⁊ ro/
rem ei⁹ miſit in peluē vt repleret aqua: non
tamē ipſe eo rore pedes lauit. Alij debebat
tanti ꝓrogatiua myſterij: expectabat ille ꝗ
ſordes oim ſolus poſſet abluere. Non erat
tantus gedeon: qui hoc ſibi myſteriū vendi
caret. Nō eñ gedeon: ſed filius hois venit
nō miniſtrari ſed miniſtrare. Itaqꝫ cogno/
ſcamus in quo hęc myſteria videant eē cō/
pleta. Nō in ſancto hieroboal. Adhuc eniz
erāt illa pricipia. Ideo gētes victę: qꝛ ſicca/
tas erat adhuc i gētib⁹. Idō iſrl' vicit: qꝛ ros
tunc manebat in vellere. Veniam⁹ ad euā/
Job.13. geliū. Inuenio dñm ſpoliantē ſe veſtimēta
⁊ pręcingentē ſe lintheo: mittentē aquaz in
peluem: lauantem pedes diſcipuloꝝ. Hęc
erat aqua: ros ille cęleſtꝪ: hoc ꝓphetabat ꝙ
illo rore cęleſti diſcipuloꝝ ſuoꝝ dñs ieſus
pedes lauaret. Et nūc extēdant pedes ani/
moꝝ nrōꝝ: vult dñs ieſus ⁊ nroſ lauare pe/
des. Nō eñ petro ſoli: ſed vnicuiqꝫ dicit fi/
deli: Niſi lauero tibi pedeſ nō habebis me/
cū partē. Veni ḡ dñe ieſu: exue te veſtimen
ta ꝗ propter me induiſti: eſto nudus vt nos
miſcōia tua veſtias. Pręcinge te ꝓpter noſ
lintheo: vt nos tui muneris imortalitate ꝓ/
cingas. Mitte aquā in peluem: laua nō ſo/
lum pedes ꝟ etiā caput. Nec ſolum corporꝪ
nrī ſed etiam mentis veſtigia volo exuere:
omnes nrę ſordes fragilitatis: vt ⁊ ego di/
Cant.5. cam: Nocte exui tunicā meā quō induā eā?
Laui pedes meos: quomō inqnabo illos?
Quāta iſta maieſtas eſt? Quaſi miſter pe/
des famuloꝝ tuoꝝ lauas: quaſi deus rorē
mittis e cęlo. Nec ſolū pedes lauas: ꝟ etiaz
vt tecū recumbam⁹ inuitas: ⁊ exemplo nos

tuę dignationis hortaris: dicens: Vocatis Job.13.
me dñm ⁊ magiſtrum ⁊ benefacitis: ſū eñ.
Si ergo ego laui pedes veſtros dominus ⁊
magiſter: ⁊ vos inuicez lauate pedes vrōs.
Volo ḡ ⁊ ego pedes lauare fratrū meoꝝ:
volo domini implere mādatū. Voluit me
nō verecundari: nō dedignari qđ ipſe priuſ
fecit. Bonū myſteriū humilitatis: qꝛ dum
alienas ſordes lauo: meas abluo. Sed non
hoc oēs haurire poterāt myſterium. Laua/
re voluit quidē ⁊ abraam pedes: ꝟ hoſpita/
litatiſ affectu. Volebat ⁊ gedeon lauare pe
des angelo domini qui apparuit ſibi: ꝟ vole
bat vni: volebat quaſi is qui deferret obſe/
quium: nō qui donaret ꝯſortiū. Hoc myſte/
riū magnū eſt: qđ nemo cognouit. Deniqꝫ
petro dixit: Qđ ego facio tu neſcis: cogno/ Abd.8.
ſces poſtea. Hoc inquā diuinū myſteriū ē:
qđ etiā qui lauerūt requirūt. Nō ē ergo ſim
plex aqua cęleſtis myſterij: ꝑ quā ꝯſeqmur
vt partē cū chriſto habere mereamur. Eſt ⁊
quędā aqua quā mittam⁹ in peluim animę
noſtrę: aqua de vellere i libro iudicū: aqua
de libro pſalmoꝝ. Aqua eſt ros cęleſtꝪ ora/
culi. Veniat igit dñe ieſu hęc aqua i meam
aiam: in meā carnē: vt huiꝰ humore pluuię
noſtraꝝ cōualles mentiū atqꝫ intimi cordiſ
arua vireſcant. Veniant in me ſtillicidia
tua: grām imortalitatemqꝫ rorantia. Dilue
greſſus mētꝪ meę: ne iteꝝ peccē. Ablue ani
mi mei calcaneū: vt poſſim abolere maledi
ctū: ne morſum ſerpētis interiore pede ſen/
tiā: ꝟ ſicut ipſe iuſſiſti ſequētib⁹ te: vt ſerpen
tes ⁊ ſcorpiones illęſo poſſim calcare veſti/
gio. Redemiſti mūdū: redime vni⁹ animaz
pctōris. Hęc eſt ſpecialiſ tuę ꝓrogatiua pie/
tatiſ: qua totū mūdū in ſingulis redemiſti.
Helias ad vnā miſſus ē viduā: Heliſę⁹ mū/
dauit vnum: tu nobis dñe ieſu hodie mille
mundaſti. Quātos in vrbe roma: quantos
alexandrię: quātos antiochię: quātos etiā
cōſtantinopoli. Nā etiā cōſtantinopolꝪ iam
dei verbum recepit: et euidentia meruit tui
documenta iudicij. Eteni quādiu venena
arrianoꝝ ſuis fouebat incluſa viſcerib⁹: bel
lis finitimis inquieta: murus armis circum
ſonabat hoſtilibuſ. Poſtea vero ꝙ fidei ex/
ules abdicauit: hoſtē ipſū iudicē regū: quē
ſemꝑ timere cōſueuerat: deditū vidit: ſup/
plicē recepit: morientem obruit: ſepultum
poſſidet. Quātos ḡ ⁊ cōſtātinopoli: quan/
tos poſtremo toto hodie in orbe mūdaſti?



Nō mūdauit petr⁹: nō mūdauit ambroſi⁹:
nō mundauit gregorius. Noſtra eni ſerui/
tia: ſed tua ſunt ſacramēta. Neqꝫ eñ hūani
opis ē diuina cōferre: tuū dñe mun⁹ ⁊ pr̄is
Jobel.2. ē: qui locut⁹ eſt ꝑ ꝓphas dicēs: Effundā de
ſpiritu meo ſuꝑ oēm carnē: ⁊ ꝓphetabūt fi/
lij ⁊ filię eoꝝ. Hic ē in typo ros ille cęleſtis.
Ps.67. Hęc pluuia voluntaria ſic legim⁹: Pluuiaz
voluntariā ſegregās de⁹ hereditatis ſuę.

## Annotatio capituloꝝ primi li/ bri de ſpirituſancto.


Non eſſe inter creaturas ſpiritūſanctū: nec
inter omnia: ſed ſuper omnia. Ca.I.
Nō poſſe ad ſpiritū deriuari dei: quia ſcri/
ptū ē de dei filio: Oia per ipſū facta ſunt:
qꝛ ſpūs dei ſuꝑ oia: nō int oia eſt. Ca.II.
Nō videri ſpiritū dei a pr̄is ⁊ filij maieſta/
te ſecerni: qꝛ ſcriptum eſt: Nobis aūt vn⁹
deus pater ex quo omnia ⁊ nos in ipſum:
⁊ vnus domin⁹ ieſus per quem omnia: de
ſpiritu autē nihil dixit. pleriſqꝫ locis ⁊ de
ſpiritu dixit ſcriptura et filio: ⁊ de deo pr̄e
eo loco nihil dixit: aut de deo pr̄e dixit et
ſpiritu: ⁊ de filio nihil dixit. Ca.III.
Quoniā ipſe eſt ſpūſſanctus qui eſt ſpirit⁹
dei ⁊ ſpūs chriſti. Ipē ⁊ eſt ſpūs pr̄is: ipſe
paraclytus: ipē ſpiritus veritatꝪ: ipē ſpiri/
tus vitę. Ca.IIII.
Quia ſicut pater ſanctus: ita filius: ita ⁊ ſpi
ritus dicitur ſanctus. Ca.V
Quia in ſpiritu ſignamur. Ca.VI.
Quia replet omnia ſpūs dei. Ca.VII
Quia ſempiternus dei filius. Ca.VIII
Quia ſpūs peccata condonat. Ca.IX
Nō de loco ad locum tranſire ſpiritum dei:
de quo ſcriptū ē: Qui a patre procedit: et
de quo dicit filius dei: Quem ego mittaz
vobis. Ca.X.
Quia vna pax: vna gratia patris ⁊ filij et
ſpirituſſancti. Ca.XI.
Quia vna charitas patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſan/
cti ⁊ operatio trinitatis: vt paſſionē corpo
ris dominus ieſus ſubiret. Ca.XII
Quia vna cōmunicatio patris ⁊ filij ⁊ ſpiri
tuſſancti. Ca.XIII.
Quia vnum nomen patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſ/
ſancti. Ca.XIIII
Quia ⁊ filius paraclytus dicit ſicut ⁊ ſpūs:
et quia beneficij ⁊ gratię hoc nomen: non
iniurię eſt. Ca.XV.
Quia ſic pater lumē: ita ⁊ filiuſ lumē ⁊ ſpūs
lumē eſt. Et ſicut prēm ignē legimus: ita
⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctum Ca.XVI
Quia lumen vultus dei ſpiritus ⁊ ſpiritus
lumen. Ca.XVII
Quia ſicut pater vita ⁊ fili⁹ vita ⁊ ſpirituſ/
ſanctus vita. Ca.XVIII.
Quia ſicut pater fons vitę eſt: ita etiā fili⁹:
ita ⁊ ſpirituſſanctus. Ca.XIX.
Quia ſicut pater flumen: ita ⁊ filius ⁊ ſpiri/
rituſſanctus. Ca.XX


Finis

## Sancti Ambroſij epiſcopi de ſpiri tuſancto ad Gratianum Auguſtuz liber primus incipit.

### Non eſſe inter creaturas ſpiritum ſanctuz: nec inter omnia: ſed ſuper omnia. Ca.I.

n On enim ſpiritus
ſanctus aut poteſtati alienę ē
ſubiect⁹ aut iuri: ſed ſuę liber/
tatis arbiter: oia ꝓ auctorita/
te ꝓprię volūtatis: diuidens: 1.Cori.12.
ſicut legimus: ſingulis ꝓut vult. Non ergo
inter oia: ꝟ ſuꝑ oia ſpūſſanctuſ eſt. Jam eñ
de eo: ꝙ ſi ita plene de dei filio clemētiſſime
impator inſtruct⁹ es vt ipē iā doceas: cupiē
tē te ⁊ exigentē audire aliqd expſſi⁹ nō mo/
rabor: Pręſertim cū ita te aſſertione iſtiuſ/
modi teſtificat⁹ ſis ꝓxime delectatū: vt ba/
ſilicā ecclię ſine vllo monitore ꝓceperis re/
formari. Fidei itaqꝫ tuę grām: nrę premiuz
iā tenem⁹: Neqꝫ eñ aliō poſſum⁹ dicere: ni
ſi ſanctiſpūs hāc fuiſſe grām: ꝙ ignorātib⁹
oibus ſubito baſilicā reddidiſti: Spūs inqꝫ
ſancti ꝟ mun⁹: ꝟ op⁹ ē: q a nobiſ qdē tūc ꝓdi
cabat ꝟ in te opabat. Nec ſupioris tpis dā/
na deploro: qñquidē ſeqſtratio illa baſilicę
cuiuſdā fęnoris traxit vſuras. Eteni baſili/
caz ſeqſtraſti: vt fidē ꝓbares. Impleuit igi
tur ꝓpoſitū ſuū pietas tua: ꝗ ſic ſeqſtraue/
rat vt ꝓbaret: ſic ꝓbauit vt redderet. Nec
fructū amiſi: ꝟ iudiciuz teneo. Patuitqꝫ oi/
bus i qdā facti diſcretiōe: diſcretā tibi nūqꝫ
fuiſſe ſniaz. Patuit inquā oib⁹ ⁊ tuū nō fu/
iſſe cū ſeqſtrares: ⁊ tuū eē cū redderes. Pri/
mū igit ab iferiorib⁹ inchoem⁹: vt qſi ꝑ gd⁹
quoſdā tractat⁹ nr ascendat: ꝗ facilius hi ꝗ
fidē nō deferūt vel ratione flectantur. Poſ/
ſunt enim dicere in principio: Nec nos di/
cimus ſeruire ſpiritum. Sed cum dicant ſer
uire chriſtum: quō poſſent negare de ſpū?
Qđ ſi ſecūdū carnē in ſerui forma ꝯſentiūt

xp̄m fuiſſe:ꝯſtat ⁊ ꝯuenit. Ergo ſi ſm̄ diuini
tatē ſuā xp̄s nō fuit: nō fuit etiā ſpūs. Q̄
ſi nō ſeruit ſpūs:oia aūt ſeruiūt:ſup omnia
igit̄ ſpūs ē qui nō ſeruit ſicut oia. Non eſſe
ḡ inter creaturas ſpūmſanctū:nec inter oia
ſed ſup oia. Nō em̄ alienę aut poteſtati aut
iuri ſubiect⁹ ē:ſ; ſuę libertatis ē arbiter. Si
quidē oia pro auctoritate ꝓprię voluntatꝭ:
diuidens ſicut ſcriptū eſt ſingulis ꝓut vult.
Nūc idipſū qḋ diximus teſtimonijs aſtrua
mus: Principiū diſputatiōis ē: q̄ ſeruiunt
oia. Seruire autē oia licet:qm̄ ſcriptum eſt:
Pſ.118. Uniuerſa ſeruiunt tibi. Dixit hoc ſpūs per
ꝓphetā:nō dixit ſeruim⁹ ſ; ſeruiunt tibi:vt
crederes ꝙ ipſe a ſeruitio ſit exceptus. Er
go cū vniuerſa ſeruiāt:nō ſeruiat ſpūs:vti
ꝗ inter vniuerſa nō ē ſpūſanct⁹. Nā ſi iter
oia dicim⁹ eſſe ſpiritūſanctū:vtiꝗ cū lege
1.Cor.2. rim⁹:q̄ alta dei ſcrutat̄ ſpūs:deū pr̄em eſſe
ſup oia denegam⁹. Eteni cū ex deo ſpūſ ſit:
⁊ ſpūs oris ei⁹:quō poſſum⁹ inter oia dice
re ſpm̄ſanctū:cū ſup omnia de⁹ ſit cuius eſt
ſpūs:plenę vtiꝗ perfecteꝗ virtutis? Ac ne
apl̄m arbitrent̄ erraſſe: accipiāt quē fiducię
hui⁹ ſit ſecut⁹ auctorē. Dn̄s em̄ in euāgelio
Joh.15. dixit: Cū venerit paclyt⁹ quē ego mittā vo
bis a patre meo ſpiritū veritatꝭ qui a patre
ꝓcedit:ille teſtimoniū phibebit de me. Er
go ⁊ a pr̄e ꝓcedit ſpūſanct⁹ ⁊ teſtificat̄ de
filio. Teſtificat̄ etiā de pr̄e teſtis fidelis ⁊ ve
rus:quo nihil ad exp̄ſſionē diuinę maieſtatꝭ
ē plenius:nihil ad vnitatē; diuinę ptātis cui
denti⁹:cū idē nouerit ſpūs qḋ ⁊ fili⁹:qui pa
ternoꝝ teſtis ⁊ cōſors indiuidu⁹ ſecretoꝝ ē.
Excluſit itaꝗ a cognitione dei ſocietatem ⁊
mltitudinē creaturę: nō excludēdo aūt ſpm̄
ſanctu;:oſtēdit nō eē ſociū creaturę. Unde
Joh.1. ⁊ illud qḋ lectū ē in euāgelio: Quia deū ne
mo vidit vnq̄ niſi vnigenit⁹ fili⁹ qui ē in ſi
nu patris ipſe enarrauit: ad exceptionem
ptinet ſpūſancti. Quō em̄ deū nō videt:q
ſcrutat̄ etiā alta dei? Quō deū non videt:q
cognouit q̄ dei ſunt? Quō deum nō videt:
q cognouit q̄ ex deo ē? Ergo cū ita poſitu;
ſit:q̄ deū nemo vidit vnq̄:vidit aūt ſpūs:
vtiꝗ exceptus eſt ſpūs. Sup oia igit̄ ē: qui
eſt exceptus ex omnibus.

Nō poſſe ad ſpiritum deriuari dei:
quia ſcriptū eſt de dei filio: Omia
per ipſum facta ſunt:q̄ ſpūs dei ſu
per omnia: nō inter oia eſt. Ca.II.

Videt ſancte impator plena ratio eē
pietatis:ſed impijs non videt̄. De
niꝗ quid moliant̄ aduerte. Solent
em̄ dicere heretici:ideo inter oia ſpm̄ſanctū
Joh.1. eē numerādū:q̄ ſcriptū eſt de dei filio: Oia
ꝑ ip̄m facta ſūt. Q̄ male confundit̄ actio q̄
nō tenet veritatē:⁊ p̄poſtero ordine aſſerti
onis inuoluit̄. Hoc em̄ tunc valeret vt inter
oia dicerēt eſſe ſpm̄ſanctū ſi factū ꝓbarent.
Nam oia ꝑ filium ſcriptura dicit eē q̄ facta
ſunt. Cū aūt fact⁹ nō doceat̄ ſpūſanct⁹:vti
ꝗ nec inter oia ꝓbari pōt:qui neꝗ factus
eſt ſicut oia:nec creat⁹. Mihi igit̄ ad vtrūꝗ
hoc ꝓficit teſtimoniū:vt ⁊ ſup oia ꝓbetur
eē qui fact⁹ nō eſt. Et q̄ ſup oia ē nō videa
tur fact⁹ eſſe:nec inter ea q̄ ſūt facta nume
rādus. Q̄ ſi q̄s:q̄ oia facta ꝑ verbū euan
geliſta poſuit:nō excepit ſpm̄ſanctū:quāq̄
in iohāne locutus ſpūs dei:oia ꝑ ip̄m facta
ſunt dixerit:nō oia facta ſum⁹: Cu; vtiꝗ lo
qui in euāgeliſtis ſpm̄ dei ip̄e domin⁹ oſten
Math. derit dicens: Nō em̄ vos eſtis loquētes ſed
ſpūs pr̄is veſtri qui loquit̄ in vobis: Tn̄ ſi
q̄s vt dixi hoc loco nō excipit ſpm̄ſanctum:
ſed inter omnia numerat: nec ibi ḡ excipit
I.Cor. dei filiū vbi apl̄s dixit: Nobis tn̄ vn⁹ deus
pat̄ ex quo oia ⁊ nos in illū. Sed vt ſciat q̄
inter oia nō ē fili⁹:legat ſeq̄ntia. Nā cū dic:
Et vn⁹ dn̄s ieſus ꝑ quē oia:ab oibus vtiꝗ
excepit dei filiū:q̄ excepit ⁊ pr̄em. Eiuſde;
aūt ipietatis ē:vl̄ pr̄i vl̄ filio vl̄ ſpūiſctō de
rogare. Nō em̄ credit i pr̄em q nō credit i fi
liū:nec credit in dei filiū q nō credit in ſpm̄:
nec pōt ſine regula v̄itatꝭ fides ſtare. Nā q
negare cepit vnitatē ptātis in pr̄e ⁊ filio ⁊ i
ſpūſancto:nō p̄t vtiꝗ ibi vbi nulla diuiſio
ē fidē ꝓbare diuiſā. Ergo q̄ pietatꝭ vnitas
NIſi forte diſplicet ipſis doctor: quē chriſtus elegit: aut dominū ꝟtutū negare poſſunt ſpiritūſanctuʒ: qui donet quas voluerit ipſe ꝟtutes. Nūc vnitatem maieſtatis licet in patre filioq; ⁊ ſanctoſpiritu cognoſcere. Nam plerīq; dicunt patrē deū ab eſaia hoc tēpore viſum. Paulus ſpm̄ dixit: Lucas ꝓbauit: Iohēs euangeliſta ad filiū retulit. Sic eī ſcriptū eſt de
Ioh. 12. filio: Hęc locut⁹ eſt ieſus ⁊ abijt ⁊ abſcondit ſe ab his. Cum autē tanta ſigna feciſſet coraʒ eis nō credebāt in eū: vt ſermo eſaię im
Esa. 53. pleref quē dixit: Dñe quis credidit auditui nr̄o ⁊ brachiū dñi cui reuelatū ē? Propterea
Esa. 6. nō poterāt credere: q: iterū dixit eſaias: Excęcauit oc̄los eoꝝ ⁊ idurauit cor eoꝝ: vt nō videāt oculis ⁊ corde intelligāt ⁊ cōuertanf ⁊ ſanē eos. Hęc dixit eſaias: qn̄ vidit maieſtatem eius. ⁊ locutus eſt de eo. Ipſa ꝟba dixit iohēs dixiſſe eſaiā: et maieſtatē ei filij apparuiſſe euidētiſſime reuelauit. Paul⁹ autē ſpm̄ hęc dixiſſe memorauit: Unde igitur iſta diuerſitas? Diuerſitas quidē verboruʒ nō ſenſuuʒ eſt. Nam licet diuerſa dixerint: nullus errauit: q: ⁊ pater videf in filio q̄ dixit: Qui me videt: videt et patrē. Et filius Ioh. 14.
videf in ſpiritu: quia ſicut nemo dicit dñm ieſum niſi in ſpiritusancto: ita non carnali oculo: ſed ſpiritali gratia chriſtus videtur. 1. Cor. 12.
Unde ⁊ ſcriptura ait: Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuceſcet tibi chriſtus. Eph. 5.
Et paulus cum oculos perdidiſſet: quō niſi in ſpiritu chriſtum videbat? Unde ⁊ dn̄s ait: Ad hoc eī tibi viſus ſum vt cōſtituerem te miniſtrū ⁊ teſtem quibus vidiſti me ⁊ i quibus viſurus es. Nam ⁊ ꝓphetę ſpm̄ accipiebant ⁊ chriſtum videbāt. Una igif viſio: vna ꝑceptio: vna maieſtas. An negas etiā dominū maieſtatis eſſe ſpiritumſanctum: cū dominus maieſtatis ſit crucifixus: q: natus eſt de ſpiritusancto ⁊ virgine maria: q: non alter chriſtus: ſed vnus eſt: ⁊ ante ſecula ex patre: vt dei filius ſit natus in ſeculū: vt homo carnis aſſūptiōe generat⁹. Quid autē dicam: q: ſicut pater ⁊ filius: ita etiam ſpiritus immaculatus eſt et omnipotens: quia omnipotens ſpiritus dei: quia grece: παντολυνα μοράτφπτιστιχος Salomon dixit: eo ꝙ omnipotēs et ſpeculator ſit omniū: ſicut lectuʒ eſt in libro ſapientię: ſupra eſt demonſtratū. Ergo ⁊ ſpiritus i honore ē ⁊ in maieſtate. Intuere nūc: ne quid cum forte nō deceat: aut ſi tibi diſplicet arriane: detrahe eum de patris filijq; conſortio. Sed ſi detrahere volueris: cęlum ſupra te verti videbis: quia virtus eorum omnis ab ſpiritu eſt. Si detrahere volueris: i deū tibi prius mittenda eſt manus: quia deus ſpiritus. Sed quomodo detrahes euʒ: qui alta ſcrutatur dei?

**Sancti ambroſij epiſcopi de ſpiritusancto liber tertius explicit.**



## Capitulorūʒ libri de fide orthodoxa contra Arrianos: recollecta annotatio.

Q nihil periculoſius his hereticis eſſe poſſit: quibus multa nobiſcū paria ſūt: q̄ cuʒ integre per omnia decurrere videanf: vno tamē verbo merā ac ſimplicē fidē inficiūt. Q; ſublato noie ſubſtātię qđ iſti de euāgelica ⁊ apoſtolica fide patrūq; traditiōe auferre volunt: ſubtiliter Arriana hereſis intromittatur. Et qua ratiōe iſtud nomē tollere laborauerint. Ca. I.
De confutatione hereſis Arrianoꝝ per firmiſſimas rōnes ⁊ euidentia ſacrę ſcripturę teſtimonia: eo ꝙ ita deū filium de deo ponant: vt ex deo fact⁹ ſit nō ex deo nat⁹: ⁊ ꝙ homouſion: id eſt vni⁹ ſubę vocabulū auferant: illāq; ſapientiam quę dei fili⁹ eſt creaturam intelligant. Ca. II.
De deſtructione rationuʒ: quibus Arriani errorem ſuum defendere conanf: ꝑcipue dicentes ideo homouſion noiari nō oportere: q: i ſcriptur̄ diuinis nō ꝯtineaf. Ca. III
Quo argumēto Arriani deū nō eſſe ſubſtātiā probare contendant: ⁊ de ſubtili illius diſſolutione. Ca. IIII.
Qđ cum vnitas ſubſtantię in patre et filio nō ſolum prophetica ſed ⁊ euangelica auctoritate cōprobetur: non poſſit dici i ſcripturis diuinis homouſion non inueniri: Et q̄ ſit ratio nois. Q; ꝑterea ſi ad aliquā ſiſitudinē velit arrianus i deo cōpatiōʒ facere: nō poſſit expreſſius cōpatū diffinire: niſi cum dicat lumen ex lumine. Ca. V.
Quid ſit deus: ⁊ vtruʒ ei aliquid poſſit cōparari. Queādmodū etiā ratio quędā ſit quę apud grecos logos noiaf: quę int patrem ⁊ filium pſonas vł vocabula diſtinguit: Et ꝙ illa ratio multis nominib⁹ appelletur: ac qua de cauſa ſingula de filio dicātur. Ca. VI.
De remotione occaſionis erroris quā hereticis ex hoc ſapere poſſet: ꝙ duo nomina vel duę perſonę: id eſt: patr̄ ⁊ filij ſtatuūf: quaſi duo dij dicantur. Ca. VII.
De apertione totius myſterij hereſis Arrianę cur noluerit filium de ſuba patris credi: ⁊ de reſponſiōe ad motiua Arrianorū: ꝙq; multum interſit iter ea q̄ facta ſunt: ⁊ cum qui oīa fecit. Et queādmodū in multis ac varijs figuris deus ſe patribus pręoſtenderit: qui tamen ſecundū deitatem videri non potuit. Ca. VIII.

Finis.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de fide orthodoxa ꝯtra Arrianos: In quo hereſim illoꝝ detegit ac deſtruit: in eo ꝙ in deo ſubſtātiam eſſe negant: nomenq; ſubſtātię de euangelica ⁊ apoſtolica fide et de patrum traditione auferant: ⁊ filium de ſubſtātia patris eſſe natum credi non debere affirmant: Feliciter incipit.

**Qđ nihil periculoſius ijs hereticis eſſe poſſit: quibus multa nobiſcum paria ſunt: qui cum integre ꝑ omnia decurrere videatur: vno tn̄ verbo merā ac ſimplicem fidē inficiunt. Qđq; ſublato nomie ſubſtātię qđ iſti de euangelica ⁊ apoſtolica fide patrūq; traditōe auferre volunt: ſubtiliter arriana hereſis itromittaf. Et qua ratione iſtud nomē tollere laborauerint. Ca. I.**

MUltas quidem ⁊ graues hereſes nouim⁹ a plurimis ebullire ⁊ venenivice ad intimā [illegible]canceris ſui virus infundere. Sʒ vinci illi vł facile poſſunt: vel facile vitari: quorū ꝓma ꝓpoſitione omne cōſiliū pectoris ꝓdif. At vero hi quibus multa nobiſcuʒ paria ſūt: facile poſſūt innoxias mētes et ſoli deo deditas: fraudulenta ſocietate ꝑcutere: dū maloꝝ ſuoꝝ virus ꝑ bona noſtra defēdūt. Nihil enim periculoſi⁹ his hereticis eē poteſt: ꝙ̄ qui cum integre per oīa decurrant: vno tamē verbo: ac ſi veneni gutta meram illam ac ſimplicē fidem dñicę ⁊ exinde apoſtolicę traditionis inficiant. Unde vehementer nobis cauendū eſt: ne ſe vel ſenſib⁹ vel aurib⁹ nr̄is hmōi aliquid latenē inſinuet: Quia nihil tā cogit in mortē ꝙ̄ ſub obtētu fidei fidem violare. Ut enim gypſum aqua ꝑmixtū: lac colore mentif: ita hic per veriſilem cōfeſſionem traditio inimica ſuggerif. Qua de re nō ſiſitudo cōfeſſionis: ſ; ſenſus mentis eſt ponderandus quo cōfeſſio ipſa firmaf. Deniq; ſi diligenti⁹ ⁊ accuratius attendatis: cur voluerint de euangelica ⁊ apłica fide ⁊ de patrū traditione ſubę nomē auferri: proculdubio ꝓbatis hereſim

arrianã ſubtili cõpendio breuiatã:ſublato hoc noīe intromiſſam. Nec hoc quidẽ ego ſuſcipio:ne aut opinione collectũ affirmo: Nec vti ipſi putãt academicus diſputator aſſiſto:vt ſimplices ſenſus verboꝝ ſubtilitate cõtorqueam:ſed vt cõtortos ⁊ prauos tenui argumẽto cõpoſitos in lucẽ cognitionis exponã: quo facilꝰ poſſit cognita ⁊ cõperta iniquitas ab hoibus euitari. Quę eteni cauſa:quę vera ratio extitit:vt qđ docendũ ⁊ qđ credendũ cunctis eccl'ijs fuerat traditũ:qđq; pr̃es nr̃i apl'ici viri cõtra vniuerſas hereſes:⁊ maxime arrianã q̃ſi quendam obicẽ veritatis qua oẽs aditꝰ peſtiferę doctrinę obſtruẽtes ſcõſpiritu mundati: catholica rõne poſuerũt:nõ magno niſu ab his qui tũc elogio arrianę labiſ addicti ſũt: laboreſ auferri:niſi vt filiũ dei mutabilẽ et cõuertibilẽ:vtpote nõ de ꝓpria patris ſubſtantia cõſtitiſſe cõfingant:cui ⁊ initium ex tpe ⁊ ortuʒ ex nihilo: nomẽ ex altero vt ſemper docuerũt:Propt̃ qđ ⁊ ſępe dãnati ſũt: nũc iam libere ⁊ ſecure incunctanterq; eccleſijs tradere ⁊ inſinuare poſſint.

## De cõfutatiõe hereſis Arrianorũ per firmiſſimas rõnes ⁊ euidentia ſacre ſcripture teſtimonia: eo ꝙ ita deũ filium de deo ponãt:vt ex deo factꝰ ſit :nõ ex deo natus. Et ꝙ homouſion:ideſt vniꝰ ſubſtãtię voca bulum auferãt:illãq; ſapiam q̃ dei filiꝰ ẽ creaturam intelligant. Ca.II.

V Idetis ergo oia eos i tractatu ipõrũ:nõ euãgelica fide ſ; ſubdola malignitate ad ſeducẽdos ſimplices q̃ſi ꝙ poſuiſſe. Nõ iam tam ſuſpectũ q̃ manifeſtum oibus eſſe debet:ita eos deũ de deo poſuiſſe:vt arriꝰ tradere ſolebat :vt ex deo factꝰ ſit:nõ ex deo natꝰ. Qui ſi natꝰ ẽ:vniꝰ ſubſtãtię eſt. Si factꝰ ẽ:verꝰ filiꝰ non ẽ. Et ſi verꝰ filiꝰ nõ ẽ:nec verꝰ deꝰ ẽ. Aut ſi verꝰ deꝰ eſt: ⁊ de patre nõ eſt:duo ſunt habẽtes ſinguli ⁊ voluntates ꝓprias ⁊ imperia diuerſa. Uel ſi cõcordia tm̃ ⁊ ſocietate vnũ ſunt: nõ tamẽ ⁊ ſubſtãtia:verus :vt iã dixi:deus nõ ẽ:Sic erit deꝰ vt moyſes pharaoni: poteſtate:nõ genere. Filius q̃ ita credenduſ
Eſa. 1. erit vt per Eſaiã populo dictum eſt: Filios
Ps. 81. genui ⁊ exaltaui. Et alibi: Dij eſtis ⁊ filij altiſſimi omnes. Sed ⁊ primogenitus ita habebitur:quomodo ⁊ iſrael a deo primogenitus filius appellatus eſt. Necnon ⁊ ꝓmogenitus totius creaturę:quaſi in ordine factorum primogenitus habeatur:vt ex eo ſeriem quandam creandis mundi rebus aſſignent. Deniq; ſublato homouſion :id eſt vnius ſubſtantię vocabulo:ſimileʒ geſtori ſuo poſuerunt:cuʒ aliud ſit ſimilitudo: aliud veritas. Nam ⁊ homo ad imaginem ⁊ ſimilitudinem dei factus eſt:nec tamen deus eſt. Nec qđ deus eſt:homo extitiſſe credendus eſt: Ita ⁊ filium dei ſimilem volunt:vt eum aliunde ſimilẽ nõ de ipſa vna ſancta ⁊ beata patris ſubſtantia dicant. Qui ſi de patr̃ ſubſtãtia nõ eſt ἐξούχατόρ eſt:id eſt de nullis extantibꝰ vt ideʒ arrius tradidit. Sublato enim:vl' id qđ pater ẽ vndecunq; fuerit filius:neceſſe ẽ vt ⁊ initiũ ex nihilo et ortum ex tempore habeat. Nihil enim ſine initio niſi ſolus deus. Unde ⁊ filiꝰ ſiue ipe dominꝰ ait:Ego ⁊ pater vnũ ſumus. Qđ Joh. 10
ideo dixit:vt duaꝝ ꝑſonaꝝ vocabula i vniꝰ deitatis maieſtate mõſtraret. Sic ⁊ propheta ex voce dei:Eructauit inquit cor meum Ps. 44
verbum bonum:dico ego opera mea regi.

Uides ergo hoc verbũ bonũ filiũ dei eſſe: quẽ nõ aliunde niſi de paterno peccatore(⁊ vt ita dixerim)de vtero cordis dei credimꝰ natum. Et ꝓinde eũ regem appellat:quia ipſe eſt rex regũ. Deũ oñm cui omia diuina 1. Tim
opera ſuccumbũt:qui dixit: Omnia q̃ pater habet mea ſunt. De hoc ⁊ euangeliſta: Joh. 16
In principio inquit erat verbum ⁊ verbuʒ Joh. 1.
erat apud deum ⁊ deus erat verbum. Oia per ipſum facta ſunt:⁊ ſine ipſo factum ẽ nihil. Igitur qđ in principio erat:ſemꝑ fuiſſe credenduʒ eſt. Sed nec aliunde eſſe q̃ ex eo qui principium nõ habet:id eſt de corde patris:qui eructauit inquit cor meum verbum bonum. Non enim dixit: In principio factum eſt verbuʒ:ſed in principio inq̄t erat verbum. Qđcũq; principium verbi aſſignare volueris:prgiudicatuʒ habebis :q2 in principio inquit erat. Nõ ꝙ duo principia ex rerum diuerſitate dicamus:ſed quia ſermo filius ſemper cum patre eſt: ⁊ de patre natus eſt. Ac proinde cuius origo ꝓncipiuʒ nõ habet :ſempiternus cuʒ patre credendus eſt:quia nec pater poteſt vnquam ſine filio nominari:nec filius ſine patre vocari:ac per hoc ſemper filius:quia ſemꝑ pater. Et deus inquit erat verbum. Qđ deus eſt ſemper eſt:ne ſi ſemper non fuerit: verꝰ deꝰ ſemꝑ eſſe nõ poſſit. Sicuti et in ſophię nomine:quia ſecunduʒ apoſtolũ: ipſe
...ā. 14. eſt ſapientia patris. Ego inquit ex ore altiſſimi prodiui. Nõ ergo aliunde q̃ de patre: quia ſemper cum patre. Et ideo ſapientia dei appellatur: vt nũquã pater ſine ſapientia:hoc eſt ſine filio ſuo fuiſſe credat̃. Hęc eſt illa ſapientia ineffabilis quę initio viaꝝ dei apud ſalomonem vel condita vl' genita vel creata deſcribitur:quã tamẽ ſic cõditaʒ dicit vt ſemper eam cuʒ deo fuiſſe oſtẽdat.

Quid enim deo dabis :vt initium poſſis ſapientię ipſius conſignare? Non enim ita deus ſapientiam ſuam condidit quaſi aliquando ſine ſapientia fuerit. Sed cũ initio viarum ſuarum dicat:initium motus operis alicuius oſtendit:vt hoc initium habeat ſapiẽtia dei :ꝙ de deo proceſſit ad creanda omnia:tam cęleſtia q̃ terreſtria:nõ quo cęperit eẽ in deo. Creata ẽ ergo ſapiẽtia: imo genita:nõ ſibi quę ſemper erat:ſed his quę ab ea fieri oportebat:vt quia quãta et qualiſ eſſet ſciri nõ poterat:de effectu opeꝝ ſuorum virtus eius ⁊ potentia noſceretur: vt quod de conditis eſtimamꝰ:tunc magis timeremus cum facta miramur. Cęterum ſi tu ita creatam ſapientiam dicas:vt filiuʒ dei creaturam intelligas:occurrit tibi apoſtolus cõdemnans eos qui creaturaʒ colũt
Ro. 1. dicens:Propter qđ tradidit illos deꝰ in deſiderium cordis eorum in immũdiciam :vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Qui cõmutauerũt veritatem dei i mẽdacium ⁊ coluerunt ⁊ ſeruierũt creaturę potius q̃ creatori:qui eſt benedictus deus in ſęcula. Hęc eſt inquã illa ſapiẽtia dei quę dicit:Ego ex ore altiſſimi prodiui: vniuerſitatis cõditrix ⁊ effectrix:id eſt filius dei per quem omnia:⁊ in quo omnia:quia vt apoſtolus dixit:In ipſo conſtituta ſunt vniuerſa in cęlis ⁊ in terra:viſibilia ⁊ inuiſibilia:ſiue throni ſiue dominationes:ſiue virtutes ſiue principatus:ſiue poteſtates:omia per ipſum ⁊ in ipſo condita ſunt:⁊ ipſe eſt ante omnia:⁊ omnia in ipſo conſtant. Hęc ⁊ ſa
...p. 7. lomon:Cum ſit inquit vna:omnia potens ⁊ permanens in ſe:omnia innouat ⁊ per nationes i animas ſanctas ſe tranſfert. Qđ confirmans apoſtolus ait:in interiore homine habitare chriſtum:vt per quem a principio omnia facta ſunt:per ipſum et in fine cuncta ſaluentur.

## De deſtructione rationum:quibus Arriani errorem ſuum defendere conantur:precipue dicentes ideo homouſion nomiari nõ oportere:quia in ſcripturis diuinis nõ contineatur. Ca.III.

S Ed dicis mihi:homouſion vnius ſubſtantię nomen ob hoc potius adorent q̃ creatorem ſeruientes.

Eadem vtiq; apoſtolus qui dixit: Ut in Phil. 2.
nomine ieſu omnes genu flectant:cęleſtiũ: terreſtrium ⁊ infernoruʒ:⁊ omnis lingua cõfiteatur. Et moyſes: Adorant inquit eũ omnes ãgeli dei. Et dauid: Omnes reges ado Ps. 71.
rabunt eum. Qđ quidem in ſcripturis non diceretur:ſed quia ipſe eſt ſermo filiꝰ omnium opifex. Sed dicis homouſion nominari nõ oportere:quia in ſcripturis diuinis nõ cõtineatur. Quęro ⁊ ego homo q̃ hoc prohibes:ſi ideo nominari nõ debet: quia ſcriptum nõ eſt:an quia ita credi nõ liceat?

Qđ ſi ita credendum eſt:cur nõ ita profitendum? Corde enim inquit apoſtolus cre Ro. 10.
ditur ad iuſticiam:ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Aut ſi ideo nominandũ non eſt quia nec ita credendũ:obtinuit arrianę labis aſſertio:quę ideo patrem ⁊ filium vniꝰ ſubſtãtię denegauit:quia filium dei:modo ex nihilo: modo ex patre:ſed ab alia ſubſtãtia quãdo voluit:⁊ quomodo voluit:⁊ vnde voluit factum inducit:dũmodo aliunde eum ⁊ nõ de eo qđ pater eſt extitiſſe confingat. Quem et ſi natum dicit:ſed hoc dicto genus quia rurſum omne qđ natũ eſt factũ itelligit:eo ꝙ ⁊ nos a deo geniti appellemur quos conſtat eſſe facturam. Uel ſi arrianus nõ es:⁊ verum filiũ de vero patre natum non factum agnoſcis:cur non eum cũ patre vnam ſubſtantiam dicis? Fruſtra times homo ꝓfiteri qđ credis: ⁊ fruſtra credis ſi ita nõ credis ⁊ merito hęreticus denotaris. Et quãquã immutaueris dictum quo putaris prohibuiſſe dei filium nuncupari facturam:ſed cum ſubiungis ſicuti aliquid horum quod factũ eſt:ex aperto oſtendis non ob hoc facturam dici noluiſſe quaſi nõ debeat factus intelligi: ſed non ita factum vis ſicut aliquid horũ qđ factũ eſt:ſed tamẽ factum. Aliter eni dicis factũ: vtpote perfectam creaturam:per quẽ facta ſũt omnia dũmodo ⁊ ipſum factum intelligas :licet nõ ita vt cętera. Sed vt ad id reuer-

tar ꝙ dicis ſcripturis diuinis homouſion: id eſt vnius ſubſtãtię vocabulũ nõ inueniri: finge hoc interi ſic ſit: eo ꝙ vbicunqȝ ſubſtantia legitur: res dei nõ deꝰ accipiať: q̃q̃ ⁊ aliud qđ ſcriptum non eſt pariter profitearis: id eſt deum ex deo: lumen ex lumine.

Quid ad hęc dicis? Aut totũ mecum tene: aut totum omitte. Si enim vnius ſubſtantię vocabulum inde times dicere: quia ſcriptum nõ eſt: timere identidem debes deum ex deo ⁊ lumẽ ex lumine profiteri. Sȝ ego probo deum de deo: ⁊ lumen de lumie: ⁊ vniꝰ ſubſtãtię vocabulũ in diuinis ſcripturis contineri. Cum eni ip̃e dei filius qui
Ioh.16. deus eſt: in euangelio ſuo dicat: Ego de patre exiui: iure ⁊ merito deuȝ de deo profitemur: quia de deo patre filium dei: deuȝ verum de deo vero natum eſſe cognoſcimꝰ.

Sed nõ eo genere vt nos dij ſumus appellati: velvt moyſes pharaonis deꝰ eſt dictus: Sed quia verus ẽ filius: de vero patre natus eſt: vere ⁊ confidenter deꝰ de deo dicendus eſt: Sic ⁊ lumẽ ex lumine. Qđ ſcriptum non eſt: mecum quidem dicis: ſȝ mecum omnino non ſentis: vt quia ſcriptũ eſt
1.Ioh.1. de patre: Deus lux eſt: quę illuminat omnẽ
Ioh.1. hominem venientem in hũc mundum: Et lux lucet in tenebris: id eſt chriſtus in cęlo: ⁊ tenebre eam nõ ſunt aſſecutę. Hi ſcȝ homines quorum cor ignorantię tenebris obcęcatum eſt: chriſtum verum deum ⁊ veruȝ dei filium non agnouerũt: ſed ipſe dominꝰ:
Ioh.8. Ego ſum inquit lux mũdi: qui me ſecutus fuerit nõ ibit in tenebris ſed habebit lumẽ vitę. Ergo quia lumen pater ⁊ lux filius: recte lumen de lumine. Sed lumẽ ex lumine ita aſſeris: quaſi a patre qui verum lumen eſt: aliud lumen ſit factum qđ de ipſa patris ſubſtantia nõ ſit: ſed ſicuti aliud qđlibet lumen: q̃q̃ a deo ſit factũ: longe tamẽ aliud ſit ab eo qui fecerit: et ideo lumen ex lumine non de lumine dicis. Cum ẽ hęc prę locutus ſum: licet mecum nõ intelligas: tamen quomodocunqȝ ipſa pronuncias: cũ ſcripta nõ ſint: An non ⁊ vnius ſubſtantię vocabulum qđ in ſcripturis non putas cõtineri: mecum pariter profiteris: niſi qꝛ illuc habuiſti quomodo malignos ſenſus tuos occulta fraude in vtroqȝ contegeres: ſȝ mecum hoc ipſum ſono vocis exprimeres: ſed tamen longe dicti intelligentiam ſepares. Sicuti ⁊ illi hęretici qui reſurrectionem carnis negant ad decipiendas animas ſimplicium: dicunt his quia in carne nõ reſurgãt.

Sed ſi diſcutias eos cur hoc dixerint: cũ ſcias illos carnis reſurrectionẽ omnino negare: dicet tibi: Vtriqȝ ille erit qui i carne baptizatus nõ fuerit: vt anima ipſius dum in corpore eſt de morte delictorum ſuorum: et de ſepulchro criminum per baptiſmũ in eadem reſurgat. Solius enim animę per lauacri vitalis gratiam reſurrectionem in carne defendent: nam ⁊ ipſius carnis ſalutẽ excludunt. Et hi per veriſimilem cõfeſſionem innocentium mentes occulta fraude ſeducunt. Et vt ſolet lętale poculum mellis dulcedine temperatum ſuauitate fallente perimere: ſic ⁊ hoc malum per blandimentum aurium audientium ſenſus quadaȝ labe contaminãs cõtagione vitij adhęrentis inficit.

## Quo argumento arriani deũ nõ eſſe ſubſtantiam probare contendant: ⁊ de ſubtili illius diſſolutione. Ca. IIII.

D Eniqȝ ⁊ nunc poſſent homouſion ſicuti ⁊ cętera verbotenus nominare: ſi haberent quomodo illud ad aliam intelligentiã ſęuo ſenſu peruerterẽt. Sed cum viderint ſe in hoc verbo concludi: nullam omnino mentionem huius fieri voluerunt: ne aut profitendo hoc crederẽt: aut credẽtes profeſſi viderentur ſubtili ingenio excuſantes: ꝙ aut ſcriptuȝ non eſſet: aut deum in ſubſtãtia dici non oportere ne corporeus videretur. Deus etenim inquiunt efficit vt ſit ſubſtãtia: non tamẽ vt ipſe deus in ſubſtantia deputetur: quippe aiũt cum oĩs ſubſtantia contraria recipiat: deuſ vero qui nihil diuerſum admittere poteſt in ſubſtantia dici nõ debet. Ignoſcerem tibi ſi hoc ſimpliciter diceres: ſi rationeȝ rei velles ſcire: ſi rudis ad hanc quęſtionẽ accederes: ſi non ipſe eſſes qui ſemper vł de alia ſubſtantia vel de nullis extantibus dei filium aſſerebas. At cum idem ipſe ſis: qui hic ſępe conuictus: ſępe cõfeſſus: ſępe negaſti: ſępe aliter immutando damnatus es: qui etiam nunc in ambitione exagitãs turbas omnia: quomodo putas me ignoſcere tibi poſſe frequentius eadem retractanti? Sȝ ne videatur hęc peruerſitaſ pręiudicata magis q̃ examinata damnari: breuiter tibi de hac oppoſitione reſpondeam. Prohibes itaqȝ ideo ſubſtantiam nominari: quia omne ꝙ ſubſtantia dicitur: res ipſa vnius generis habeatur. An ignoras aliter cęleſtia: aliter terrena conſtare: ſed ⁊ in ipſis cęleſtibus rebus atqȝ mundanis magnã differentiam intereſſe? Aliter enim angeli: aliter ſingulę virtutes conſtitutionum ſuarũ ſubſtantias acceperunt: ſicuti apoſtolꝰ ait:
Cor.15. Alia claritas ſoł: alia claritas lunę: alia claritas ſtellarum. Sic ⁊ in hoc mundo: vt diuerſa genera rerum: ita ⁊ diuerſa corpora animantium: ⁊ omnibus ſui cuiuſqȝ generis ſubſtantia: ſicut apoſtolus dicit: Nõ
Ibi.ſ. omnis caro eadem caro. Si ergo ea quę a deo facta ſunt diuerſas qualitates ſubſtãtiarum ſuarum habẽt: tu putas in deo talẽ eſſe ſubſtantiam: qualem habet aliq̃d horum qđ factum eſt vt poſſit contraria recipere? Abſit. Quę ẽ enim ſubſtãtia dei? Ipſum qđ deus ẽ ſimplex: ſingulare: purũ nulla concretione permixtum: lympidum: bonum: perfectum: beatum: integrum: ſanctum: totum. An tu putas inane aliquid eſſe et vacuum qđ eſt deus? Hoc enim dici blaſphemia eſt: vt inane putetur per quem cuncta conſtiterunt: qui omnia verbo edidit: ratione compoſuit: virtute profecit: cuius nutu ⁊ imperio vniuerſa reguntur: cuncta deſeruiunt. Et bene quod de deo le-
Exo.3. gis ſcriptum: Ego ſum qui ſum ⁊ qui ẽ mi-
Ioh.17. ſit me. Et ipſe ſaluator dominus: Hęc ẽ inquit vita ęterna vt cognoſcant te ſolum verum deum: ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum.

Eſt ergo in ſubſtãtia eſſentia ſua deꝰ: cuiꝰ cognitio vita ęterna eſt: q̃ ⁊ tantus eſt quãtum dici non poteſt. Qui tũc digne eſtimatur cuȝ ineſtimabilis dicitur: vtiqȝ velis an nolis. Ergo ipſum qđ eſt: hoc eſt ſubſtãtię huius rei quę eſſe defenditur: qđ tamẽ iam dictum eſt quantum ⁊ quale ſit: nec mente concipi: nec ſenſu ęſtimari: nec animo definiri poteſt: dummodo conſtet eſſe qđ eſſe creditur: vt de eo ipſo qđ deus eſt inde ſit filius vt verus ſit filius ⁊ verus ſit pater in filio ⁊ filius in patre. Hoc erit homouſion: id eſt vnius ſubſtantię cum patre: Sicut ipſe
Ioh.14. dominus ait: Ego in patre ⁊ pater in me.
Ioh.10. Et ego et pater vnum ſumus: Et ego de pa-
Ioh.16.
Ioh.14. tre exiui: Et qui me videt: videt ⁊ patrem. Non immerito quia filius dei de deo patrẽ natꝰ ẽ: ⁊ ideo de vnitate ſubſtãtię ⁊ de maieſtate deitatis vnum ſunt. Sicuti ⁊ hieremias prophetauit: Quis ſtabit in ſubſtantia domini: ⁊ videbit verbum domini? Et iterum: Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea: ⁊ ſi audiſſent verba mea: auertiſſem eos ab ſtudijs eorum peſſimis. Et apud ſalomonem: Subſtãtia mea dulcedo mea eſt.

## Qđ cum vnitas ſubſtantie in patre ⁊ filio nõ ſolum prophetica ſed et euangelica auctoritate comprobetur: non poſſit dici in ſcripturis diuinis homouſion non inueniri: Et que ſit ratio nominis. Qđ preterea ſi ad aliquam ſimilitudinem velit arrianus in deo comparationem facere: nõ poſſit expreſſius cõparatum diffinire: niſi cuȝ dicat lumen ex lumine. Ca. V.

C Vm ergo hanc vnitatem ſubſtantię in patre ⁊ filio nõ ſolum ꝓphetica ſed et euangelica auctoritate cognoſcas: quomodo dicis in ſcripturis diuinis homouſion nõ iueniri: quaſi aliud ſit homouſion q̃ qđ dicit: Ego de deo pr̃e exiui: Et ego et pater vnũ ſumus: Vel ꝙ prophete ex aperto ſubſtantiã dei intimabũt?

Hęc eſt autem nominis ratio: vt in patre ⁊ in filio vnitatem ſubſtantię credas: licet rem ipſaȝ quę eſt inenarrabilis definire nõ poſſis: vt ſiue lumen de lumine dicas: ſiue verbum de verbo: ſiue ſpiritum de ſpiritu: ſiue dominum de domino: qđcunqȝ de eo dixeris: vnius tamen eſſentię patrem et filium credas: ⁊ de eo ipſo qđ pater eſt filiũ intelligas. Nam ſi aliquam compatiõnẽ de rebus his quę videntur in eo facias: ip̃a diſſimilitudine rerum non rationem oſtendes: ſed altercationem diſputationis induces: vt cuius voce deſcriptũ eſt: Cui me cõparabitis: ac proinde deus cui aſſimilari nihil poteſt: ſufficiat credi qđ ipſe ſentiť: quẽ ipſe credi ſe voluit: non indicari. Deniqȝ ſi de hoc ipſo qđ mecum profiteris ad aliquam ſimilitudinem velis in deo conferre: neſcio an qđ comparaueris poſſis expreſſiꝰ definire: vtputa cum dicis lumen ex lumine: ſi ad explanandum illud ſcrupuloſa narratione cogaris: quero quomodo lumen ex lumine credas? Vtrũ q̃ſi lucernam ex lucer-

na:vel quaſi ſolem ex ſole:vt aut duas lu/
cernas aut duos ſoles quaſi duoſ deos ſub
hoc exemplo inducas:Aut ſplendorē lumi/
nis eiuſdem lucernę vel claritatez ſolis:de
eodem ſole fulgente:lumen de lumine con/
ſignes:vt in matricem luminis patris figu
ram aſſimiles:filium vero in ſplendorē cla/
Ps.35. ritatis oſtēdas:qđ eo ꝓpheta dixit:Apud
te eſt fons vitę:ꝛ in lumine tuo videbimus
Sap.7. lumen.Vel ſalomon cum dicit:Candor eſt
lucis ęternę ꝛ ſpeculū ſine macula dei maie
ſtatis ꝛ imago bonitatꝭ illius.Vel apoſto/
lus hic predicauerit:ſaluatorez noſtrū ima
Col.1. ginē eſſe inuiſibilis dei: eo ꝙ imago lux ſua
ſit quę de eodem ſole procedit. Sz quan
ta ad hęc reſponderi poſſunt:quę lites ge/
nerant:quod apoſtolus prohibet: longum
eſt dicere: Quippe cū conſtet lumē illud qđ
deus eſt eſtimari:compręhēdi ꝛ definiri nō
poſſe:Nec vere aliquid ex his quę in h mū/
do ſunt maieſtati diuinę comparari: qꝛ ni/
hil de omnibus iſtis quę videntur aut dicū
tur ſecundū id qđ deus eſt cōdigna ſimilitu
dine ęſtimari poteſt:quippe cum ipſis intel/
lectibus ꝛ ſenſibus maior ſit. Jdeo ꝑmo/
nuit vt diuinitatem ſubſtantię crederes: et
verum filium de vero pr̄e cognoſceres. De
qualitate autem rei requirere non deberes:
quia quale aut quantū ſit:ſcire non poſſis.
Hoc eni prophetę:hoc apoſtoli prędicarūt.

## Quid ſit deus:ꝛ vtrū ei aliquid poſſit comparari. Quemadmodū etiam ratio quedam ſit que apud grecoſ logos nominatur:que inter patrem ꝛ filium perſonas vel vocabula diſtinguit. Et ꝙ illa ratio multis nominibꝰ appelletur:ac qua de cauſa ſingula de filio dicat̄. Ca.VI.

D Enique pro captu:pro viribus: pro
fide noſtra intueamur:deus quid
ſit:ꝛ videamus an ei aliquid poſ/
ſit comparari. Certe hic eſt de quo ꝛ cum
dicitur:nō poteſt dici:Cum ęſtimatur:non
poteſt ęſtimari:Cū comparatur: nō poteſt
comparari:Cū definitur:ipſa ſua diffinitio
ne creſcit.Qui cęlum manu ſua operit: pu/
gno omnē ambitum mundi claudit. Quez
totum omnia neſciunt:ꝛ metuendo ſciunt.
Cuiꝰ nomini ꝛ virtuti famulatur hic orbis.
Et ipſa elementorum ſibi ſuccedentiū mo/
mentanea viciſſitudo teſtatur. Vide er/
go ſi pōt aliqđ eē q̄ poſſit pat̄ cōꝑari ꝛ filiꝰ:
qꝛ talis ē filiꝰ:q̄lis ꝛ pr̄. Nō eīn ipē ſeruū cū
pr̄e diceret:niſi talē ſe q̄lis ē pat̄ ſciret. Ra
tio quędam eſt quę apud grecos logos nū/
cupatur:quę inter patrem ꝛ filium ꝑſonas
vel vocabula diſtinguit:quia ꝛ ipſe filiꝰ ra/
tio dicitur. Quę tamen ratio multis no/
minibus appellatur:Modo verbum:modo
virtus:modo ſapientia:modo dextera:mo
do brachium:modo margarita:modo the/
ſaurus:modo retia: modo aratrum: modo
fons: modo petra:modo agnus:modo ho/
mo:modo vitulus:modo aquila:modo leo:
modo via:modo veritas.Et ita cum ſit de/
us omnia in omnibus:vt per hęc vocabu/
la diuinarum diſpoſitionum myſteria co/
gnoſcantur:nō vt ipſa maieſtas filij dei ꝓ/
prie definita monſtretur. Quid eſt enim
filius de eo qđ pater eſt?Alius idem. Nā
ꝛ ob hoc verbum nuncupatur quia ex pro/
prio diuino ore proceſſit:ꝛ nihil pater ſine
eo aut iuſſit aut fecit. Virtus dicitur:qꝛ
vere de deo ꝛ ſemper cū deo eſt:ꝛ omniſ po
teſtas patris in eo cōſiſtit. Sapiētia ap/
pellatur:quia de corde patris adueniēs ar/
cana cęleſtia credentibus reſerauit. De/
xtera nuncupat̄:quia per eum omnia ope/
ra diuina perfecta ſunt. Brachium dicit̄:
quia ab ipſo omnia cōtinentur. Marga
rita appellatur:vt nihil illo precioſiꝰ habea/
tur. Theſaurus dicitur:vt in ipſo omnes
opes ꝛ diuitię regnorum cęleſtium conditę
agnoſcant̄. Retia dicit̄: quia ꝑ ipſū ꝛ in
ipſo de mari ſęculi diūſa gentiū multitudo
ſicut piſcium per aquam baptiſmatis in ec/
cleſia cōgregatur:vbi bonorū malorūq̄ di/
ſcrimen agnoſcit̄. Aratruz nuncupatur:
quia ſigno crucis ſuę dura pectora ſubijci/
unt̄:vt neceſſariora i ipſa pręparent̄. Fōs
aquę viuę appellatur:quia ex eo ſitiētia cor/
da cęleſtis aquę gratia irrigant̄. Petra di
citur:quia credentibus fortitudinem:incre
dulis duritiā pręſtat. Lapis angularꝭ di
citur:qꝛ vtroſq̄ parietes noui ꝛ veteris te/
ſtamenti vnus ꝛ mediator in ſemetipſo cō/
tinens copulauit. Agnus dicitur: vt in/
nocentia chriſti ꝛ paſſio demonſtret̄. Ho
mo dicitur:quia ſcđm carnē ꝑpter nos ho/
mines naſci dignatus eſt. Vitulus dici/
tur:quia propter noſtram ſalutem pati ſu/
ſtinuit. Aquila dicitur: quia poſt venera
bilem reſurrectionem: vt rex altam ad pr̄is
peruolat ſedem. Leo dictus eſt:quia ipē



eſt rex regum:qui mortē ac zabulum virtu/
tis ſuę poteſtate cōminuit. Via eſt:quia
per ipſum aſcenſus eſt. Veritas:qꝛ men
dacium neſcit. Vita eſt:quia ipſe vniuer
ſa viuificat. Vides ergo:quia per hęc vo
cabula ſignificationes diſpoſitionuz ꝛ ope
rum diuinorum pręoſtenſas:non tn̄ ipſum
deum proprie definitum. Eſt ergo pater
deus immenſus:ęternus incōprehēſibilis:
inęſtimabilis. Eſt ꝛ filiꝰ eius deus ꝛ domi/
nus noſter:tantus quantus eſt ꝛ pater:ſed
non aliunde q̄ de patre:quia ego inquit de
Joh.16. deo patre exiui:hoc ē lumen de lumine.

## De remotione occaſionis erroris quā hereticꝰ ex hoc ſapere poſſet:ꝙ duo nomina vel due perſone:id eſt patris ꝛ filij ſtatuunt̄:quaſi duo dij dicantur. Ca.VII.

S Ed ne ex eo occaſionem aliquam
hereticꝰ ſapiat:cum duo nomina
vel duas perſonas:id eſt patris ꝛ
filij ſtatuo: quaſi duos deos dicam :vt illi
duos ex diuerſitate confingunt: Nos autē
patrem ꝛ filium ita nominamꝰ vnū deum:
vt in his perſonis ꝛ nominibus ꝯſignemꝰ.
Viderint philoſophi: viderint hęretici
diſcipuli eoruz qui i poteſtatum diuerſitate
1.Cor.8. variantur. Nobis tamē vnꝰ deus eſt pa/
ter:vt apoſtolus dixit:ex quo omnia ꝛ nos
ex ipſo: et vnus dn̄s ieſus xp̄s deus dei fi/
lius per quem omnia ꝛ nos per ipſū. Nā
duo:quid aliud intelligatur q̄ duorum per
partes diuiſa ſubſtantia:ꝛ cum omnibꝰ ipi
diſſociata natura agendi ac iubendi tā vo/
luntas q̄ imperia diuiſa? Porro pater ac
filius ꝛ ſi duę perſonę creduntur:ratione ta
men ꝛ ſubſtantia vnius ſunt. Nam inęqua
lium ſocietas:melioris offenſa eſt:ꝛ in iniu
riam eius qui verus deus eſt:non verꝰ aliꝰ
comparatur.Cum autem ego patrem ꝛ fili
um ſtatuo:vnitatem generis aſſigno. Et ſi
illam in perſonis diuido:diſcretionis tamē
perſonarum rurſus eadem nomina in vni/
tate ſui naturali legis fędere ꝯſignat. Vn
de ꝛ tantus eſt filius quantus videbit̄ pa/
ter:totus de toto:integer de integro: perfe
ctus de perfecta conſūmataq̄ virtute:ſicut
Col.2. apoſtolus dicit:Jn quo omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter habitat. Nam
ꝛ hieremias receptiſſimus prophetaꝝ hāc
vnitatem diuinitatis in patre ꝛ filio ſciens
Bar.3. ait:Hic eſt deus noſter ꝛ non deputabitur
alius abſq̄ illo:qui inuenit omnem viam
prudentię ꝛ dedit eam iacob puero ſuo:ꝛ iſ
rael dilecto ſuo. Poſt hęc in terris viſus eſt
ꝛ cum hominibus conuerſatus ē. Et eſa/
ias hoc ipſum prędicat dicens:Hęc dic do/
minus deus :Fatigata eſt ęgyptus et ne/ Eſa.45.
gociatio ęthiopum ꝛ ſabain:viri excelſi ad
te tranſient:tui erunt ſerui et poſt te ambu/
labunt vincti compedibus ꝛ te deprecabū/
tur:quoniam in te deus eſt ꝛ nō eſt aliꝰ de/
us pręter te:tu es enim deus. Qđ ne pu/
tes me eo ſupcilio dixiſſe quo ſabellius fer/
tur:qui ipſum patrem ipſum filium profite
tur:nō ita nos totū in vnā ſentiam cogimꝰ:
vt alioꝝ hereticoꝝ fraude capiamur. Sed
qꝛ in ipſo noīe perſonaꝝ auctoritaſ indiſcre
ta cognoſcit̄:ꝛ filiꝰ nō genere ſ ꝑſonaliter a
patre noīat̄:ꝓ inde totū pr̄i aſcribimꝰ qđ ē
filius:ꝛ totū filio qđ pat̄ ē. Nihil nō videbi/
tur pr̄is qđ iudicabit̄ filij :nec filij qđ defen
dit̄ patri:qꝛ vnitas maieſtatis nō ſinit de/
os plurali vocabulo appellari:quippe cū cō/
ſtet patrem ꝛ filium vniꝰ eſſe ſubſtātię: vn/
de vtq̄ vnꝰ deꝰ ē dictꝰ: Jllud aū cūcta me/
tuētes:ꝙ vbi pat̄ ꝛ filiꝰ vnū nō ſint inuidia
recurrat auctoris interpollata natiuitas .
Hoc eīn placuit hęreticꝭ:vt deꝰ ille oīpotēs
iuiſibilis imēſuſ degeneraret i filio. Nō mō
pōt eē de cōditiōe mutata q̄ſi non potuerit
pat̄ de ſemetipō talē hr̄e qualis ꝛ ipſe eſt.
Proinde nos veꝝ filiū de vero pr̄e q̄ ſemꝑ
fuit:ꝛ ē vniꝰ ſubę cū pr̄e defendimꝰ. Et h
eſt qđ gręci homouſion appellāt:id eſt cum
vno aliud ipſū :vt ꝑſonę audientꝭ noīatim
fierēt nō vt ſubam vocabula ſepararēt.

## De apertione totius myſterij hereſis Arriane cur noluerit filiuz de ſubſtantia patris credi:ꝛ de reſpōſione ad motiua Arrianorum:ꝙq̄ multū interſit inter ea q̄ facta ſunt:ꝛ eū qui omnia fecit. Et queadmodum in multis ac varijs figuris deus ſe patribus preoſtenderit: qui tamen ſecundum deitatem videri non potuit. Ca.VIII.

S Ed vt omne myſterium hęreſis ar
riane traducam: cur nolint filium
de patris ſubſtātia credi:breuiter
intimabo. Aiunt enim:Cum ſit deus pater
omnipotēs: inuiſibilis:incōuertibilis: imu
tabilis:perfectus:ſemper idem:ęternus: Fi
lius vero viſibilis:quia ſępe patribus viſus

ꝛ cōuertibilis atqꝫ mutabilis: quia ĩ varijs
figuris quibuſqꝫ ſeſe monſtrauit. Qui ſi de
patris inquiunt eſſet ſubſtātia: nunq̄ꝫ fieri
poſſet vt ante carnis aſſumptionē aut vi-
ſibilis aut mutabilis cerneretur: quinpoti⁹
in equalitate q̄ pater eſt permāſiſſet ex cui⁹
ſubſtantia erat: quia qđ de patre eſt nec vi-
deri nec mutari nec conuerti poſſe creden-
dum eſt. Accedit ad cauſam: cū illapſus
eſt in mariam: cum virginis vterum oꝑle-
uit: aliud vtiqꝫ ex illa q̄ꝫ qđ venerat natum
eſt. Unde iam inquiunt corrupta ſubſtātia
ſtatim vertit ordinez: perdit cōtinuo immu
tationem: ipſa formando de deo ĩ hominez
de ſpiritu in carnē. Et vtiqꝫ tranſlatio om-
nis interemptio eſt priſtini. Ac per hoc
aiunt: Si filius de patris ſubſtantia eēt: iā
ꝛ pater minor videri ſubſtātie ſue vel tradi-
ditione vel fine: et proinde filium ex alia
ſubſtātia credere maluerunt. Qđ conuerti
ꝛ mutari ꝛ videri poſſit: quia hoc de patris
ſubſtantia credi nō liceat. Hec ē cauſa er-
roris: hec origo hereſis arriane: dū nō intel
ligunt virtutem dei: neqꝫ tanti ſacramenti
diſpoſitiōꝫ agnoſcunt cur deum humanis
cōditionibus comparent. Quib⁹ primo
reſpondēdum: In loco filium dei nō ita vi-
ſum vt deus erat ſed vt homo capere pote-
rat de deo. Deinde varijs figuris nō im-
mutabilem ꝛ conuertibilē ipſū eſſe: ſed hoc
eſſe potentie dei: vt cum ſe ſingulis prout
vult reuelare dignat̃: habitū mutet nō ſub
ſtantiam vertat: nec proprietatē qualitatis
amittat: ſed iuxta meritum videntis tem-
peramentum maieſtatis adhibeat: ipſe ta-
men idem vt ſemper eſt in ſubſtantie ſue ꝓ
Pſ.101. prietate permaneat: Sicut ſcriptum ē: Mu
tabis eos ꝛ mutabuntur: tu autem idē ipſe
es ꝛ anni tui non deficient. Nam ꝛ ſi multa
ſunt ex his que in hoc mūdo videntur que
ex alio cōuertantur in aliud vt deſinant eē
qđ erant: ꝛ hoc ſint qđ retro nō fuerant: vt
limus cum in hominem figuratur lim⁹ eſſe
iam deſinit: aut piſces aut aues cū de aqua
procedunt: ex eo iā nō aqua: quia aliud: vt
lutum figuli cum ſolidatur in teſtam: vt la-
pis cum diſſoluitur decoctus in calcem: vt
arena cum mutatur in vitrum ꝛ cetera: que
longum eſt recenſere. Sed multum intereſt
ſtulte heretice inter ea que facta ſunt ꝛ eum
qui omnia quemadmodum voluit fecit.

Que facta ſunt: aſcripte conditioni de-
ſeruiunt: qui vero fecit ſue voluntatis ꝛ ꝓ-
prij iuris eſt. Neqꝫ poteſt ĩ aliud q̄ꝫ qđ ē ali-
quo cogente mutari: ſꝫ prout vult ꝛ cui vult
ſe demonſtrat. Nam ſi angeli ĩ figura ho-
minum ſepe ſunt viſi: ꝛ tamen aliud nō ſūt
q̄ꝫ qđ ſe eſſe norunt: neqꝫ ſubſtantiā mutāt
cum formam humani corporis ſumūt: quā-
tomagis ipſe dominus noſter qui omnia fe
cit qui ipſis angelis vt hoc poſſent ſua inſti
tutione conceſſit? Huc accedit ꝙ ſic filiuz
dei vt iam dictum eſt viſum a patribus ap-
probamus: vt nō totum in illo qđ deus eſt
videretur: ſed diſpoſitiones rerum futura-
rum que ſuis quibuſqꝫ temporib⁹ complen
da erāt: in illo per imaginē cernerent̃. Nā
quis filiū dei videre potuit anteq̄ꝫ ꝯſpicabi
lem materiam ſicut ei placuit aſſumpſit vł
ipſum hominem inducere dignatus eſt?
Qui ꝛ ſi abrae viſus eſt: ſed in forma hu-
mani corporis viſus eſt: quo ſcilicet poſtre-
mis temporibus in homine venturus eſſe
demonſtraret̃. Jacob etiā alibi in ange-
lo: alibi eque videt̃ in homine. Qui ideo
ſe in angelo demōſtrauit: vt nunciū ſe ma-
gni cōcilij indicaret. In homie vero cū quo
ꝛ colluctat⁹ fuiſſe deſcribitur: vt imaginē fu
ture colluctatiōis quā cuz iſiľ habitur⁹ erat
cū ſecūdum hoiez aduiniſſet indicaret. Sꝫ
vt dominū crederet cū quo tanto certamie
ſub figura hois luctabat̃ iſrael: id eſt homo
Gē. vidēs deū nomē accepit. Uidi inquit deuz
facie ad faciē ꝛ ſalua facta eſt aia mea: Et vt
qui figuraz hois viderat quā deus dei fili⁹
induerat. Moyſi in rubo in flamma ignis
apparuit vt lumē credentib⁹: incredulis iu-
diciū demonſtraret: qꝛ chriſtus credentib⁹
ſalus ē nō credentib⁹ pena: vt apoſtol⁹ ait:
2.Co. Alijs odor ei⁹ vite in vitā: alijs odor morti
Exo.1. in mortē. Populū iſrael in colūna nubis ꝑ
diem ꝛ per noctem in columna ignis quaſi
dux itineris ꝑcedebat: vt baptiſmi gratiaz
per nubē ꝛ donū ſanctiſpirit⁹ ꝑ ignē oſten-
deret: Quia apl's paulus ĩ nube pr̄es bapti
ſatos ſcribit: Et ſpiritū ſicut ignē eē apoſto
lorū acta declarant. Uides ergo ꝑ oia here-
tice characteres diuinaꝝ ſcripturaꝝ in ho-
nore dei patrib⁹ ꝑoſtenſos: non tamē ipſuz
deū vt ē proprie reuelatum. Deniqꝫ dum
moyſes oraret vt faciē dei pure videret: qđ
ad illū cōtinuo de⁹: Non poteris inquit vi



Exo.33. dere faciē meā: Nō eñ videbit homo faciē
meā ꝛ viuet. Hoc ipſo qđ negat̃ aſpectus:
claritas aſſignat̃: que ſcꝫ tāta ē quāta credē
da eſt que inuiſibilis indicat̃. Cum ꝙ moy
ſes qui ꝛ ſitū celi ꝛ ordines mūdi: ꝛ elemen-
torū vices toti⁹: Deniqꝫ orbis ornamēta di
geſſerit: indicarit: expreſſerit: cui ipſe domi
Numeri.12. nus teſtimoniū ꝑhibuit dicens: Nemo erit
ex prophetis: vt ſeruus me⁹ moyſes cui fa-
cie ad faciē: os ad os locut⁹ ſū: Deus tamē
pure videri nō potuit. Merito quidē ꝓphe
tia oim dignus: ſꝫ non vſqꝫ adeo vt intueri
deū valeret: qꝛ homo tātūmodo eſſet. Et
vtiqꝫ hec oia filij verba defendim⁹: quez in
monte ſyna cū moyſe locutū eē ſcimus: qui
agendis explicandiſqꝫ rebus a patre ad-
uenerat: quia omnia a principio per ipſum
ꝛ ordinari ꝛ explicari ꝛ manere conuenerat:
vt habendi filij hec ꝑcipua ratio conſtaret.
Et tamen ſic viſus accipit̃: vt alicui⁹ con-
ſpicabilis vt dixi materie diſpoſitione aſſū
pta videret̃: ſalua ſcꝫ inuiſibilitate ei⁹ quā
a conſpectu omniū maieſtas interfuſa ſepo
ſuit. Nō enim ſic humanis aſpectibus re
uelat⁹ eſt vt tota in illo deitas appareret: ſed
ad vicē ſpeculi cū cōceptos intra lucē ſuam
vultus quaſi ad plenā effigiē hois icludit:
ita maieſtas ei⁹ preeunte fulgore intra id vi
ſum eē ꝙ imaginē veritatis nō ipſū deū ꝓ-
prie demonſtraret. Sic ꝛ cum hominē in-
duere dignatus eſt nō labē eternitati intu-
lit vt ſpirituꝫ in carnē mutaret: ſꝫ vt ſuſcep-
to homini imortalitatē atqꝫ eternitatē cele-
ſtis vite preſtaret. Nā ꝛ ſi apoſtol⁹ ſemet-
ipſum exinaniſſe dicit formā ſerui ſuſcipien
do: nō vtiqꝫ ſic exinanitū accipim⁹ vt aliud
q̄ꝫ fuerat idem ſpiritus fieret: ſed vt ſepoſi-
to interim maieſtatis ſue honore humanū
corp⁹ indueret: quo ſuſcepto ſalus gentiuꝫ
fieret. Ut eñ ſol cum nube tegitur: clari-
tas ei⁹ cōprimit̃ nō cecat̃: ꝛ lumē illud qđ to
to orbe diffuſū claro ſplendore cuncta per-
fundit: paruo admodū obſtaculo nubis in-
cludit̃ nō auferrt̃: ſic ꝛ homo ille quē dñs ie-
ſus ſaluatorqꝫ noſter: id eſt de⁹ deiqꝫ filius
induit: deum tamē in illo nō intercepit ſed
abſcondit. Deniqꝫ cum ſe in monte pau-
lulum extra ipſū hominē extuliſſet: fulgore
luminis eius pene obcecati apoſtoli: in ter-
ram quippe hoies ceciderūt: periclitati vitā
niſi eis dominus compreſſo rurſuꝫ maieſta
tis ſue honore vt miſericors ſubueniſſet: ſe-
cūdū illā ſententiā: Nemo vidit deū ꝛ vixit. Job.1.
Ut ergo claritas ſolis cum vſqꝫ ad nr̄os
emicat viſus ſibi ſalua eſt: quia ꝙ nō vide-
tur infirmitatis eſt noſtre quoꝝ oculos nu-
biū texit obſcuritas: probat ſe non ſuo de-
trimento ꝓprij latuiſſe fulgoris ſꝫ carnis vt
dixi bñficio: cui⁹ cauſa filij dei fili⁹ hois eſſe
ſuſtinuit. Nempe enim de ſpiritu dei vir-
go ꝯcepit: ꝛ qđ cōcepit hoc peꝑit: id eſt deū
homini ſuo: vt iam dixi ſociatum: ſicut ipſe
dixit: Quod naſcitur de carne caro eſt: et Job.3.
quod naſcitur de ſpiritu: ſpiritus eſt: qꝛ de-
us ſpiritus eſt: ꝛ de deo natus ē. Sicut ꝛ an
gelus ad mariā virginē dicit: Spūs dei ve Luc.1.
niet ĩ te ꝛ virt⁹ altiſſimi obūbrabit te. Pro-
pterea qđ naſcet̃ ex te ſctm̄ vocabit̃ fili⁹ dei.
Uides ergo ipſum ſpiritum: id eſt filium
dei veniſſe ad virginem: ꝛ inde dei ꝛ homi-
nis filium proceſſiſſe. Nec tamen ipſo indu
mento carnis dei filiuꝫ eſſe mutatū: ſꝫ eun-
dem ipſum eſſe in homie qui fuerat an mū-
dum cuꝫ patre: per quē facta ſunt omnia: ꝛ
ſine quo factū eſt nihil: ſicut euāgeliſta ait:
Muudus per ipſum factus eſt: ꝛ mund⁹ eū
nō cognouit. Ceterum amentis eſt credere
ab eo poſſe liberari qui vt liberaret amiſſus
eſt: vt naſceretur oppreſſus eſt: vt imortali-
tatem redigeret tranſiuit ad mortem. Sꝫ
abſit heretice vt ſenſus tue iniquitatis a ca
tholicis admittatur. Nos enim credimus
imutabilem ꝛ inconuertibilem: verbum et
ſpiritum: id eſt filium dei qui cum hominez
induit nō ſtatū vertit: nō ordinē perdidit:
non ſubſtantiam immutauit: ſed illuuias
eiuſdem corporis eterno claritatis ſue lumi
ne illuſtrauit: vt ad nos per tramitem cor-
poris eius lux ſanctiſpirit⁹ ꝛ eterne vite gra
tia redundaret. Quem ꝛ ſi paſſum credi-
mus ꝛ ſepultuꝫ: ſed homo ille paſſus ē quē
filius dei ſuſcepit: quem induit: quem por-
tauit. Sed quia totum ad auctorem refere-
batur quicquid homo ille patiebatur: ideo
mors ꝛ paſſio domini iudicatur. Nam con-
ſtat immortale eſſe qđ dei eſt: hominis qđ
caducum. Tertia quoqꝫ die reſurrexit: nō
deus in hominem: ſed homo potius ĩ deū:
Aſcēdit in celos: obtulit patri ſuo hominē
illum gratiſſimum munus: cōſedit ad dex-
teraꝫ patris: ſecundū ꝙ ſcriptum eſt: Dixit Pſ.109.
dominus domio meo ſede ad dexterā me-

am. Miſit nobis ſpiritumſanctuꝫ de pro
pria ſua ⁊ ipſa vna ſubſtantia ſua protecto/
rem: ſanctificatorem: ⁊ deductorem in vitã
Jobel.2. eternã: ſicut ſcriptum eſt ex voce dei: Effũ/
dam de ſpiritu meo ſuper ſeruos meos et
ancillas meas. Et iterum: Spiritus ex me
prodijt. Et ipſe dominuſ ſaluatorq; noſter:
Joh.16. De meo inquit accipiet. Et ex eo vtiq; qđ ẽ
filius: quia ⁊ filius de eo qđ pater eſt. Ex/
inde prefinito tempore venturꝰ viuos mor/
tuoſq; iudicaturus: vt reddet credentibus
premia: nõ credẽtibus vero ſupplicia. Cuiuſ
regnuꝫ eternuꝫ: immortale: nec initium ha
bet nec terminum: cui eſt honor ⁊ gloria in
ſecula ſeculorum.

Improbe q̃d fidei tunicã: q̃ſi ſutilis hec ſit:
Arri: ſacrilego ſcindere dente iuuat?
Eſſe aliquid patrẽ qđ nõ ſit filius eque:
Qđ neq; cõſubſtet de pře natus: ais.
Deq; deo genitumq; deũ: de lumine lumẽ:
Credere diſſimulãs dogmata falſa feris.

**Sancti Ambroſij epĩ mediolanẽ/ſis liber de fide contra Arrianos Feliciter explicit.**

## Capitulorũ libri de incarnatio/nis dñice ſacramẽto ſancti Ambro ſij epiſcopi: recollecta annotatio.


De introductione oblationis Cain ⁊ Abel ad hereticoꝝ cõfutationẽ: Et ꝙ ſententia qua ad cain dictũ ẽ: Si recte offeras: non autẽ recte diuidas: peccaſti: quieſce: generaliter in omnes extra ecc̃liam cõſtitutos ſit lata. Ca. I.
De enumeratione hereticorũ in quos ſuperior generalis ſententia cõprobaẗ eſſe lata: cũ admonitione vt nos caueamꝰ ne et alicui noſtrũ dicaẗ: Si recte offeras: recte autẽ nõ diuidas: peccaſti: q̃eſce. Ca. II.
De cõprobatione veritatis in ſuꝑiori capitulo aſſerte: per teſtimoniũ iohãnis piſcatoris: ⁊ de rep̃henſione eoruꝫ qui recuſant audire que dicuntur: ⁊ intelligere que leguntur. Quidq; cauendum ⁊ quid credendum ſit circa incarnati verbi naturam. Ca. III.
De cõfutatione diuerſoꝝ hereticoꝝ nõ diſtinguentiũ naturã diuinitatis ⁊ corporis chriſti: quos ſuperiꝰ cõmemorata ſentẽtia cõprehendit: cum confirmatione ex cõfeſſione petri: ac teſtimonio Moyſi ⁊ Helie. Ca. IIII.
Qđ cõfeſſio petri nõ vnã tantum ſ; omnes hereſes excluſerit. Et de myſterijſ incarnatiõis: paſſionis: mortis: ſepulture ⁊ reſurrectiõis chriſti: cum redargutione hereticorum erumnas ⁊ cetera q̃ corporis vł aie ſunt diuinitati attribuentium. Ca. V.
De illorum qui chriſtum in phãtaſmate veniſſe ⁊ paſſum eſſe predicant: diuerſorum q; aliorum hereticoꝝ cõdemnatione: ampliori tamen atq; grauiori eoruꝫ qui diuinitatem ⁊ carnẽ domini vnius eſſe nature aſſerunt: cum argumentorum ſuorum diſſolutione. Ca. VI.
De auctoris excuſatiõe: ac reſponſione ad obiectionem qua ſibi dici poſſet: ꝙ de patris ⁊ filij diuinitate quinq; illis libris q̃s ſcripſerat: cõcluſorẽ ſe eſſe promiſerit: cum cõfutatione erroris eoruꝫ: qui animaꝫ putant a domino ieſu nõ eſſe ſuſceptam: pulcherrimaq; declaratiõe aſſumptionis humane nature: Et quõ intelligendũ ſit qđ ſcriptum eſt: Jeſus proficiebat etate ⁊ ſapientia. Ca. VII.
De ampliori redargutione coꝝ qui auctorẽ dicunt ea vſurpare que ſcripta non ſint: ⁊ dei eẽ ſubſtantiam atq; naturã: ſcriptum non eſſe affirmant. Ca. VIII.
De cõfutatione ⁊ deſtructione obiectionis p̃memoratorũ hereticoꝝ: quo arguunt ꝙ nõ poſſint ingenitus ⁊ genitus vniꝰ eẽ nature atq; ſubſtãtie: ⁊ de exẽplari approbatione: cum dicitur genitum: nõ proprietatem nature ſed ſignificationẽ generatõis exprimi. Atq; appellatione ingeniti ⁊ geniti ſpecies videatur eſſe diuerſa: ſ; tamẽ indiſtincta diuinitas. Ca. IX.
De diſputatione contra quoſdam ſuꝑioreꝫ ſectã ſequentes: diſputationis tamen genere diſcordare ſe putãtes: qui filiũ ſił̃em dicunt: ſed nõ vnius ſubſtantie cuꝫ patre: ⁊ ꝙ cum ſit vnius nature filius cum patre etiam vnius ſit potentie: ⁊ ita oipotens ſicut et pater: quẽadmodũ etiã ſpiritũſanctũ omnipotentẽ ſcriptura teſtaẗ. Ca. X.


Finis.

Quid tutũ a morſu poterit gẽſ ſeua canino
Eſſe tuo? ſi nõ filiꝰ ipſe dei?
Eternã verbi geneſim cũ tẽpore miſces:
Et male de chriſti dicere carne ſoles.
Q̃ natura přis: genitiq; ſit vna eadẽq; ⁊
Pneumatł: heretico nequiter ore negas.
Audi igiẗ quid te doceat pater ille beatus.
Audi inq̃ tibi quid ſuadeat Ambroſius.



## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Incarnationis dñice ſacro: In quo multoꝝ ac diuerſoꝝ hereticorum erroreſ circa myſteriũ incarnationis ⁊ paſſionis chriſti: apertiſſimis diue ſcripture teſtimonijs cõdemnat: Feliciter incipit.

### De introductione oblatiõis cain ⁊ abel ad hereticoruꝫ cõfutationẽ. Et ꝙ ſententia qua ad cain dictum eſt: Si recte offeras: non autẽ recte diuidas: peccaſti: quieſce: generaliter in omnes extra eccleſiam conſtitutos ſit lata. Ca. I.

d Ebitum fratres cupio ſolu endum: ſ; heſternos meos nõ inuenio creditoreſ: niſi forte improuiſo cõuentu putauerint nos eſſe turbandos: ſed nunq̃ fides vera turbaẗ.

Itaq; dum illi forſitan veniunt: ad iſtos qui ꝓpoſiti ſunt deflectamꝰ agricolas: quorum alter: hoc eſt cain a fructibꝰ terre: alter autẽ abel videlicet ex primitiuis ouiũ ſuaꝝ hoſtiam dño obtulit. Nihil inuenio qđ in ſpecie munerũ reprehendã: niſi ꝙ ⁊ cain munera ſua diſplicuiſſe cognouit: et dominus dixit: Si recte offeras: recte aũt nõ diuidas peccaſti. Ubi igiẗ eſt crimen: vbi culpa? Nõ in oblatione muneris: ſ; in oblationis affectu. Sunt quidẽ qui recte arbitrẽtur: quia alius que offerret elegerat: alius que viliora habuit offerebat Sed nõ eſt ita inops ſpiritalium ſenſus ĩ nobis: vt putemꝰ quia dñs corporale ſacrificium: nõ ſpiritale querebat: Et ideo addidit: Quieſce: tolerabilius ſignificans abſtinere a muneribꝰ deferendis: q̃ infideli ſtudio munus offerre.

Qui enim neſcit diuidere: neſcit dijudicare. Spiritalis autẽ dijudicat oĩa. Et iđ ab/ 1.Cor.2.
raam ſacrificium qđ offerebat diuiſit. Sciuit etiã abel diuidere qui ex primitiuis ouium obtulit ſacrificium: docẽs nõ terre munera placitura deo: que degenerauerant in peccatores: ſed ea in quibꝰ diuini grã myſterij refulgeret. Prophetauit itaq; nos per paſſionẽ domini a culpa eſſe redimendos:
de quo ſcriptum eſt: Ecce agnus dei: ecce q̃ Joh.1.
tollit peccatũ mundi. Unde ⁊ de primitiuiſ obtulit: vt primogenitũ deſignaret. Oſtẽdit ergo verũ dei ſacrificium nos futuros. De quibus ꝓpheta ait: Afferte dño filios arietum. Meritoq; dei iudicio cõprobaẗ: quã puto generalem in omnes extra eccleſiam cõſtitutos latam eẽ ſententiã. Multorum eñ hic figurã cerno populoꝝ: quos diuina ſententia cõprehendit: quoꝝ in illo cain iam tunc munera refutauit.

### De enumeratione hereticoruꝫ in quos ſuperior generaliſ ſententia comprobatur eſſe lata: cum admonitione vt nos caueamus ne ⁊ alicui noſtrum dicaẗ: Si recte offeras recte autem non diuidas: peccaſti: quieſce. Ca. II.

g Eneralis enim hec in impios omẽs ſententia eſt. Itaq; ſi iudeus offerat: qui filium virginis marie a patre deo ſeparat: dicitur ei: Si recte offeras: nõ autem recte diuidicas: peccaſti: quieſce: Si offerat eunomianuſ: qui ex impietatis

arrianę fonte progrediēs:redūdanti ꝑfidie
ſuę labitur cęno:generationē tamē chriſti ꝗ
ſuper omnia ēſt aſſerens ex philoſophię tra
ditionibus colligendā:cum vtiq alia crea-
turarum ſit ratio:alia ſecretorum potentia
Geñ.4. diuinoꝝ:Et ipſi dicit:Si recte offeras:non
recte autē diuidas:peccaſti:quieſce. Dicit
hoc ſabelliano qui patrē filiūq confundit.
Dicit hoc marcionitē:qui aliū putat deū
noui:aliū veteris teſtamenti. Dicitur hoc
manicheo ⁊ valentino:qui nō putauerūt ve
ritatem carnis humanę a xp̄o eē ſuſceptā.
Paulꝰ quoq ſamoſatenus ⁊ baſilides in
eadem ſententię ſorte numerātur. Simili
ter quoq eiuſdē ſentētię auctoritate dānan
tur qui diuinitatē ſanctiſpūs negauerunt.
Alij enim quidam vel arrianoꝝ iudęi vel ar
riani ſunt iudęoꝝ: qꝛ ſicut illi filiū a patre:
ita ⁊ iſti ſpiritū a deo patre ⁊ filio dei ſepa
rant. Nouato quoq ⁊ donato ⁊ omnibus
qui ſcindere corpus ecclię geſtierūt viritim
dicit: Si recte offeras:recte aūt nō diuidas
peccaſti. Ecclię enim ſacrificiū ē qđ offert
Ro.12. deo:ad quā paulus dixit:Obſecro aūt vos
fratres ꝑ miſericordiā dei:exhibere corpora
veſtra hoſtiā viuam:ſanctā deo placentē.
Male ergo ſacrificiū diuiſerunt:ecclię mē-
bra lacerādo. Illos quoq ꝑcellit iſta ſen-
tentia qui aiam rationalem ab incarnatio-
nis dominicę ſegregant ſacramēto: naturā
hominiſ ab homine ſepare cupiētes:Et iſti
fortaſſe recte offerunt trinitati: ſed rationē
neſciūt naturę humanę diuineq diſtingue
re. Dei enim ſimplex natura eſt: homo ex
aīa rationali conſtat ⁊ corpore. Si alterum
tollas:totā naturā hois ſuſtuliſti. Aduer-
ſus omnes igit hęreſes iſta ſententia eſt:ꝗ
fraterno nomine:nō fraterne eccliam perſe
quūt. Siquidē ſub optione nois xp̄iani:et
quadam nuncupatiua fidei germanitate:
parricidalibꝰ gladijs nos cupiūt vulnerare:
quia conuerſio noſtra a deo eſt:⁊ dominan
tur nobis i ſęculo peccatores. Peccator em̄
dominat in ſęculo:iuſtus i dei regno. Ca-
ueamus igit ne quis nos a cubiculo regis
ęterni:⁊ a ſecreto matris ecclię ſepare cone-
tur:ad qđ illa anima in canticis cāticorum
verbū dei ſe introduxiſſe ſignificat. Caue
amus ne a ſinu p̄ris ⁊ quodā vtero paterno
arcaneq naturę:ſubſtātiā vnigeniti filij ſe
paremꝰ:verbiſq his quibus veritas ſuſce
ptę incarnationis aſtruit:diuinę generatio
ni ꝑiudicia inferre meditemur:ne ⁊ noſtrū
alicui dicat:Si recte offeras: recte aūt non
diuidas:peccaſti quieſce. Hoc ē:ſi neſciamꝰ
quę ꝓpria ſunt diuinitatis ęternę incarna-
tioniſq diſtinguere:ſi creatorē cū ſuis ope
ribus cōferamꝰ:ſi auctorē tēpoꝝ dicamus
cepiſſe poſt tēpora. Neq em̄ pōt fieri vt ꝑ
quē ſunt oīa:ſit vnus ex omnibus.

## De comprobatione veritatis i ſuperiori capitlo aſſerte:per teſtimonium iohanis piſcatoris:⁊ de reprehenſione eorū qui recuſant audire que dicuntur: ⁊ intelligere que legunt. Quidq cauendū ⁊ quid credendū ſit circa incarnati verbi naturam. Ca. III.

Non nobis credat:ſcriptura recite
tur. Nō ego dico a me:qꝛ in p̄nci- Ioh.1.
pio erat verbū:ſed audio: non ego
effingo ſed lego:qđ omēs legimꝰ:ſ nō oēs
intelligimꝰ. Et cū legitur audimꝰ oēs:⁊ nō
audiunt oēs. Incraſſatū eſt em̄ cor quo
rundā:⁊ aures eoꝝ grauit audierūt: aures
ſcilicet interioris affectus. Nō em̄ caro pec
cat quę ſuū ſeruat officiū ⁊ recipit auditū:
ſed animꝰ puri auditꝰ prauꝰ interpres: qui
recuſat audire quę dicunt: intelligere ꝗ le
gunt. Quid aures tanquā cęra ⁊ plumbo
clauditis: et tñ dñica beneficia ⁊ officia na
turę non poteſtis excludere? Auditis inui
ti:auditis faſtidiētes:auditis ne qđ nō au
dieritis excuſare poſſitis. Auditis ꝗ cū le
gitur:In principio erat verbū. Quis hoc Ibid.
dicit? Iohānes vtiq ille piſcator: ſed nō q
ſi piſcator hoc dicit:ſed quaſi humani piſca
tor affectus:qui iam non piſces caperet ſed
hoies viuificaret. Nō ſuū ē qđ dicit :ſ eius
qui viuificandi ei tribuit ptātem. Piſcator
em̄ ipſis quos ante capiebat piſcibus:taci
turnior erat:⁊ circa diuina myſteria magis
mutus qui vocis ſuę neſciebat auctorem:ſ
viuificatꝰ a xp̄o vocem audiuit in iohanne:
verbū agnouit in xp̄o:⁊ iō plenꝰ ſpū ſancto:
qui ſciret principiū nō tēporis eſſe :ſed ſup
tp̄a:reliquit ſęcula ⁊ aſcendēs ſpū ſup oīne
principiū ait: In principio erat verbū: hoc
eſt remaneat cęlum. Nōdum eni erat qñ in
principio erat verbū. Nam ⁊ ſi cęlū habet
principiū:deus nō habet. Deniq in prin- Geñ.
cipio fecit deꝰ cęlū ⁊ terram. Aliud ē fecit:
aliud eſt erat. Qđ fit incipit:qđ erat :princi
pium non accepit ſ pręuenit. Remaneant



etiā tempora:qꝛ poſt cęlū tēpora. Remane
ant etiam angeli ⁊ archangeli:⁊ ſi principi
um eoꝝ nō inuenio:erat tñ qñ nō erāt. Nō
erāt em̄ qui aliquādo ceperūt. Si ꝗ p̄nci
piū eoꝝ inuenire nō poſſum quos certum
ē habere principiū:quō poſſum verbi inue
nire principiū:a quo omne principiū nō ſo
lum creaturaꝝ ſ etiā cogitationum noſtra-
rum omniū ꝑuenit? Aperte itaq ſempitnā
diuinitatē eiꝰ expſſerat. Sed tñ ne qs a pa
tre diuideret verbi ęternitatē:vt eandē cre
Ioh.1. deremꝰ verbi eē quę patris ē:bonus ille pi
ſcator adiunxit:Et v̄bū erat apud deū: hē
qđ dixerat:ſic eſtimandū eſt:Erat verbum
quomō erat pat:qm̄ cū p̄re erat ⁊ i p̄re erat:
⁊ apud patrē erat ſemꝑ. Nēpe quō de p̄re
legimꝰ erat:ita ⁊ de verbo legimus erat.
Quid diſcernis intellectū:qui nō diſcer
nis auditū? Vbi eſſe apud patrē ē:p̄ris eſſe
cū verbo eſt. Legimꝰ em̄:qꝛ verbū erat apđ
deū. Itaq ſi ſcđm tuā opinionē aliquan
do nō erat: ꝗ ſcđm tuā opinionē ⁊ is in p̄n
cipio nō erat apud quē erat v̄bū. Per v̄bū
em̄ audio:per verbū intelligo: qꝛ deꝰ erat.
Nam ſi ſempiternū verbū eſſe credidero:
qđ credo:nō poſſū de patris ęternitate du
bitare:cuiꝰ ęternꝰ ē filiꝰ. Si tēporalē gene
rationē eius exiſtimo:incipit cōmunitatem
habere nobiſcū:vt videat pat eſſe cępiſſe.
Sed ſi de patre nō ambigis:qꝛ incipere eē
dei nō eſt:qꝛ dei eſt ſempiternā hr̄e perfecti
onē:ne forte vſu ſermonis labereris huma
ni dum verbū dicis ⁊ filiū:ideo addidit:Et
deus erat verbum: habes vtiq ꝙ pater qꝛ
deus erat. Quō huiꝰ negas ęternitatē: cui
vnū cū p̄re dei nomē eſt? Nō te ſonus ca
piat:ſimilitudoq ſermonis. Aliud verbum
eſt qđ tēpora habet :qđ ſyllabis colligitur:
litteriſq cōponit:nō tale verbū filiꝰ:qꝛ non
talis eſt pater verbi. Cauendū ergo ne ti
bi queſtionē vocis corporalis videamur in
gerere:incorporeꝰ eſt deꝰ. Vocē vtiq incor
poreus corporalē nō habet. Si vox corpa
lis nō eſt in patre:nec filius verbū eſt corpa
le. Si corpus in p̄re nō eſt:nec tempꝰ in p̄re
eſt. Si tempꝰ in patre nō eſt:vtiq nec i ver
bo eſt. Qꝛ ſi nullū p̄ncipij tēpus i verbo:
nec numerꝰ vtiq nec gradus verbi ē. Quia
ſi numerus in verbo:ergo multa verba. Si
mlt̄a v̄ba:mlt̄i ⁊ filij. Sꝫ vnū v̄bū eſt:qđ ⁊
gradū excludit ⁊ numeꝝ vnū ſcđm naturā.
Ne querite huiuſmodi naturā:neſcio mul
tomelius hoc ꝙ ſcio. Hoc ſolū bene ſcio:qđ
neſcio quę ſcire nō poſſum. Qđ vidimꝰ in- 1.Ioh.1.
quit ⁊ qđ audiuimꝰ:iohānes dicit:hoc ſolū
bñ ſcire ſe dixit qđ audiuit ⁊ qđ vidit: qui i
xp̄i pectore recumbebat. Ergo illi ſat ē au
diſſe:mihi nō eſt ſatis? Sed qđ ille audiuit
hoc mihi dixit :⁊ qđ audiuit a xp̄o:hoccine
ego poſſum negare verū eē de xp̄o? Ergo
qđ audiuit audiui: ⁊ qđ vidit audiui. Ille
em̄ vidit qđ vidit:nō vtiq diuinitatē ꝗ ſe
cundū naturā ſuā videri nō poteſt. Sed qꝛ
ſcđm naturā ſuā eū videre nō poterat:ſuſce
pit qđ erat ꝑter naturā diuinitatiſ:vt ſcđm
naturā corporis videret. Deniq ſpiritus Luc.3.
ſanctus in ſpecie viſus ē ſicut colūba:qꝛ vi
deri diuinitas in ſuę claritatis veritate nō
poterat.

## De confutatione diuerſoꝝ hereticoꝝ nō diſtinguentiū naturā diuinitatis ⁊ corporis chriſti:quos ſuperius cōmemorata ſentētia cōprehendit:cum confirmatiōe ex cōfeſſione petri :ac teſtimonio moyſi et helie. Ca. IIII.

Noli igit ⁊ tu ſcđm naturā interp̄ta
ri:qđ pręter diuinitatis naturā eſt.
Nā ⁊ ſi credas a xp̄o carnē eē ſuſce
ptā:⁊ offeras tranſfigurādū corpꝰ altaribꝰ:
nō diſtinguas tñ naturā diuinitatis ⁊ corpis:
⁊ tibi dicit: Si recte offeras:nō recte aūt di
uidas:peccaſti:quieſce. Diuide em̄ qđ me
um:diuide qđ ſuum verbi eſt. Ego qđ erat
illiꝰ nō habebā:⁊ ille qđ meū eſt non habe
bat. Suſcepit qđ meū ē:vt ipartiret quod
ſuū eſt. Suſcepit nō vt cōfunderet:ſ vt re
pleret. Si credas ſuſceptionem: affingas
ꝯfuſionem:manichęꝰ eē deſiſti:nec tñ ecclię
filiꝰ eē cepiſti. Si credas ſuſceptū corpis:
adiūgas diuinitatis cōpaſſionē:portionē
vtiq ꝑfidie:non ꝑfidiā declinaſti. Credis
em̄ qđ tibi ꝓdeſſe ꝑſumis:nō credis qđ deo
dignū ē. Rurſus ſi credas qꝛ idē deꝰ ⁊ no
ui ⁊ veteris teſtamēti ē:tp̄a aūt v̄bo eius et
momēta ꝑmittas:tolerabilior valentinꝰ ē:
qui nō ſęcula ante deū:ſ deos putat eē qđ
ſęcula ſūt. Minoris em̄ ſacrilegij ē: cōpulari
diuinitati ſęcula:ꝙ ꝑferri. Si credas iteꝝ
qꝛ xp̄s p̄ncipiū non ſumpſit ex virgine:ſ tñ
aliqđ ante xp̄m eſtimes eē p̄ncipium:in tp̄e
diſtātia:de ipietate cōtētio ē. Virginis eni
ſuppartē negaſti eē nō tp̄is. Ego aūt ⁊ ſuppa
rē virginis ſcđm ſuſceptionē corpis nō ne

gabo: ⁊ creatorē tpis ꝯſitebor. Quid eniꝫ
ꝓficis ſi dicas: qꝛ xp̄s hec an illa ſit creatu-
ra? Creatura mutat̃: diuinitas adorat̃. No-
luit ſe ſic xp̄s agnoſci: nec his tantū q̃ ſupra
hoiem ſūt meritis eſtimari. Deniq; cū in-
Matth.16. terrogaſſet: quē me dicūt eē hoies? cū alij di
cerent heliam: alij hieremiā: aut vnū ex pro
phetis: nulli⁹ ſentētiā ꝑdicauit. Cum petr⁹
dixiſſet: Tu es fili⁹ dei viui: hūc ſolū nō im
merito laudauit. Ergo iohānes dicit: petr⁹
dicit: xp̄s probauit: ⁊ tu nō probas arriane?
Nec iohanni ⁊ petro putas eē credendum:
q̃s vel ſolos pro teſtimonio glīe ſue dn̄s no
ſter ieſus xp̄s ad oim fidē credidit abunda-
dare? Deniq; quaſi ad teſtimoniū veteris
⁊ noui teſtamēti: moyſes cū helia aſſciſcit̃:
Cum iohāne petr⁹ frequenter adhibet̃. Pe
dicit: Tu es: non dicit: tu eſſe cepiſti. Petr⁹
dicit: Tu es fili⁹ dei: nō dicit tu es creatura.
Dixit ꝟ iohānes. Si adhuc nō credidiſti
qꝛ nō intellexiſti myſteriū ſupra ſapiētiā re-
cumbentis: repetiuit petrus. Cōmendauit
vtrūq; xp̄s: alterū iudicio: alterū myſterio:
id eſſe addidit: vt legeres qd̓ in xp̄i pectore
recūbebat: ⁊ intelligeres ꝙ ei⁹ caput in quo
principale oim ſenſuū ē: arcano quodam ſa
pientie replebat̃. Sed ſi nō putas intelli-
gendū eē myſteriū: ſaltem noli impugnare
iudiciū. Laudat̃ petr⁹: qꝛ dei filiuꝫ credidit
quē videbat: qꝛ ſe ab imperite plebis rudi-
bus adhuc opinionibus ſeꝑabat. Deniq;
cū interrogaſſet dn̄s: quid hoies de filio ho
minis eſtimarent: cum diceret̃ vulgi ſenten
tia: petr⁹ taccbat. Taces ꝰ ſymon: ⁊ reſpon
dentib⁹ alijs: adhuc taces: cū ipſe ſis ꝓmus:
q̄ etiā nō iterrogat⁹ int̃rogas: nec times ne
repħēdaris a dn̄o: qꝛ nō reſpōdes iterrogā-
ti. Ideo inquit: nō reſpōdeo: qꝛ nō interro-
Ps.16. gor meā ꝟ alienā ſentētiā. Legi em̄: Ut nō
loquat̃ os meū oꝑa hoim. Opus aūt ē ꝑfi-
dorum: ꝑfidias ꝑdicare. Ergo taceo adhuc
qꝛ nōdū id qd̓ ſentio interrogor: nō ꝓferaꝫ
labijs qd̓ anim⁹ nō ꝓbauit. Erit temp⁹ qn̄
reſpondeaꝫ: interrogabor ⁊ ipſe q̄d ſentiā:
tunc demū reſpōdebo qd̓ meū eſt. Meū eſt
em̄ fidē loqui: pietatē aſſerere: grām ꝑdica-
re. Nō igit̃ quaſi pigrior ſenſu: voce tardi
or tacet: nec quaſi faſtidioſus differt vocis
obſequiū: ſed quaſi caut⁹ ꝑiculuꝫ vulgaris
opinionis euitat: qui ꝑiculū nō euitabat ſa
lutis. Deniq; in poſterioꝛib⁹ habes: quia
exiliuit e naui vt occurreret dn̄o: nō glīe cu-
pidus ſed obedientie ꝑmatur⁹. Hic ꝰ qui
ante reticebat: vt doceret nos ꝙ impiorum
nec verbū debeam⁹ iterare. Hic inquā vbi
audiuit: Uos aūt quid me dicit̃: ſtatim lo-
ci nō immemor ſui primatū egit. Primatuꝫ
cōfeſſionis vtiq; nō honoris: primatū fidei
non ordinis: hoc eſt dicere: Nunc nemo me
vincat: nunc mee partes ſunt: debeo cōpen
ſare qd̓ tacui: debet ꝓdeſſe qd̓ ſilui. Ligua
mea nō habet ſpinas: ſine impedimento fi-
des debet exire: Dū alij cenū aliene licet ꝓ-
late tn̄ impietatis euacuāt: qꝛ aut heliā aut
hieremiā aut vnuꝫ ex ꝓphetis xp̄m eē dixe
runt: habuit iſta vox cenū: habuit iſta vox
ſpinas. Dū alij in hoc labant cenū: dum in
alijs enodant̃ ſpine: vox nr̄a filiuꝫ dei xp̄m
reſultet: mihi purus ē ſermo: cui nullas ſpi-
nas expreſſa reliq̄t impietas. Hic eſt ꝰ pe-
trus qui reſpondit ꝑ ceteris apl̄is: imo ꝓ ce
teris: ⁊ iō fundamentū dicit̃: qꝛ nouit nō ſo
lum propriū: ꝟ etiā cōmune ſeruare. Huic
aſtipulat⁹ ē xp̄s: reuelauit pater. Nam qui
verā generationē loquit̃ pr̄is: a pr̄e aſſum-
pſit: ex carne nō ſumpſit.

## Qd̓ cōfeſſio petri nō vnam tantū ſed oēs hereſes excluſerit. Et de myſterijs incarnatiōis: paſſiōis: mortis: ſepulture ⁊ reſurrectionis chriſti: cum redargutione hereticorum erumnas ⁊ cetera que corporis vł anime ſunt diuinitati attribuentium. Ca. V.

f Ides ꝰ ē eccl̄ie fundamētū. Nō em̄
de carne petri: ꝟ de fide dictuꝫ ē: qꝛ
porte mortis ei nō ꝑualebūt ꝟ con-
feſſio vicit infernū. Et hec ꝯfeſſio nō vnaꝫ
hereſim excludit. Nā cū eccl̄ia multł tanq̄
bona nauis fluctib⁹ ſepe tundat̃: aduerſus
oēs hereſes dꝫ valere eccl̄ie fūdamentum.
Dies em̄ me citius defecerit: q̄ noia here-
ticoꝝ diuerſarūq; ſectaꝝ. Adūſus oēs tn̄
generalis iſta ē fides: qꝛ xp̄s ē dei fili⁹ ⁊ ſem
pitern⁹ ex pr̄e ⁊ nat⁹ ex ꝟgine. Quē q̄ſi gi-
gantē ſanct⁹ dauid ꝓpheta deſcribit: eo ꝙ
biformis geminiq; nature vn⁹ ſit ꝯſors di-
uinitatis ⁊ corporis: q̄ tanq̄ ſpōſus proce- Ps.
dēs de thalamo ſuo: exultauit tanq̄ gigas
ad currendā viā. Sponſus aie ꝟm ꝟbū: gi-
gas terre: qꝛ vſus nr̄i officia ꝑcurrēs: cū de⁹
ſemꝑ eēt etern⁹: incarnatōis ſacr̄a ſuſcepit:
nō diuidu⁹ ꝟ vn⁹: qꝛ vtrūq; vn⁹: ⁊ vn⁹ īvtro
q; ꝟ eſt vel diuinitate vł corꝑe. Nō em̄ alł



ex pr̄e: alter ex virgine: ſed idē aliter ex pa-
tre aliter ex virgine. Generatio generatio-
ni nō ꝑiudicat: nec caro dinitati: qꝛ nec pi-
gnus pr̄i: nec voluntas paſſioni: nec paſſio
volūtati. Idē em̄ patiebat̃ ⁊ nō patiebat̃:
moriebat̃ ⁊ nō moriebat̃: ſepeliebat̃ ⁊ nō ſe-
peliebat̃: reſurgebat ⁊ nō reſurgebat: qꝛ cor
pus ꝓprium ſuſcitabat: quia quod cecidit
hoc reſurgit: quod non cecidit nō reſurgit.
Reſurgebat igit̃ ꝟm carnem que mortua
reſurrexit: Nō reſurgebat ꝟm verbū qd̓ nō
reſolutū fuerat in terrā ꝟ apud deū ſꝑ ma-
nebat. Ergo ⁊ moriebat̃ ꝟm nr̄e ſuſceptiōeꝫ
nature: ⁊ nō moriebat̃ ꝟꝫ eterne ſubaꝫ vite:
⁊ patiebat̃ ꝟm corꝑis ſuſceptionē: vt ſuſce-
pti corꝑis ꝟitas crederet̃: ⁊ nō patiebat̃ ꝟm
ꝟbi impaſſibilē diuinitatē quo toti⁹ expers
Ps.21. doloris ē. Deniq; idē dicebat: Deus deus
me⁹ reſpice i me: q̄re me dereliquiſti: qꝛ ꝟm
carnē relict⁹ ē: q̄ ꝟm diuinitatē nec deſeri po
tuit nec relinqui. Idē etiā dicit: Longe a
ſalute mea: ꝟba delictoꝝ meoꝝ: hoc eſt: nō
capiat̃ q̄ audit: q̄re me dereliq̄ſti: ſed intelli
gat ꝙ ꝟm carnē iſta dicant̃: q̄ lōge a plenitu
die dinitatł aliēa ſit. Aliēa ſūt em̄ a deo ꝟba
delictoꝝ: qꝛ aliena ſūt ⁊ delicta ꝟboꝝ. Sed
qm̄ delicta aliena ſuſcepi: etiā delictoꝝ alie
noꝝ ꝟba ſuſcepi: vt derelictū me a pr̄e deo
eē dicā: q̄ apud deū ſemꝑ ſū. Erat igit̃ im
mortalis i morte: impaſſibił i paſſiōe. Etem̄
q̄ſi deū nō cepit mortis erūna: ⁊ eūdē q̄ſi ho
Matth.27. minē inferna viderūt. Deniq; emiſit ſpm̄:
⁊ tn̄ q̄ſi arbiter exuendi ſuſcipiēdiq; corꝑis:
emiſit ſpm̄: nō amiſit: pēdebat i cruce ⁊ oia
cōmouebat. Tremebat i ligno: quē totus
tremebat hic mūd⁹. Erat int̃ ſupplicia: ex-
cipiebat vulnera: ⁊ regnū celeſte donabat.
Pctm̄ oim fact⁹: pctā generis abluebat hu-
mani: Poſtremo mortu⁹ ē. Et ſcd̓o ⁊ t̃tio
exultās atq; ouās dico: mortu⁹ eſt: vt illius
mors vita fieret mortuoꝝ. Sꝫ nec ſepulchꝝ
quidē ei⁹ miraculo caret. Nā cū eēt vnct⁹ a
ioſeph ⁊ i ei⁹ monumēto ſepult⁹: nouo oꝑe
quodaꝫ ipſe defunct⁹ defunctoꝝ ſepulchra
reſerabat. Et corp⁹ q̄dē ei⁹ iacebat in tumu
lo: ipſe aūt int̃ mortuos liber: remiſſionē in
inferno poſitis: ſoluta mortł lege donabat.
Erat em̄ caro ei⁹ i monumēto: ꝟ virt⁹ eius
oꝑabat̃ e celo. Oſtēdebat̃ oib⁹ ꝑ corꝑis ve
ritatē: qꝛ nō caro erat ꝟbū: ꝟ caro erat ꝟbi.
Caro quidē guſtauit mortē: ꝟ ipaſſibił dei
virt⁹: ⁊ ſi exuit corp⁹: nulluꝫ tn̄ de corꝑe deo
dānū. Cur dinitati attribuis erūnas cor-
poris: ⁊ infirmū dolorł hūani dine cōnectis
nature? Nūc aia inq̄t mea turbata ē. Aia
turbata ē: nō ſapia. Immutabilis em̄ ma-
nebat ſapia: ⁊ ſi circūdaret̃ amictu carnis.
Nā in illa ſerui forma erat veri luminis ple
nitudo: ⁊ cū ſe exinaniuit lumē erat. De-
niq; dicebat: Ambulate dū lucē habetł. Et Iob.12.
qn̄ in morte fuit: in vmbra nō erat Deniq;
etiā i inferno poſitł: vite lumē fūdebat eter-
ne. Radiabat etiā illic lux vera ſapie: illu-
minabat infernū: ꝟ i inferno nō claudebat̃.
Quis em̄ loc⁹ ē ſapie? Deniq; dicit iuſtus:
Sapia autē vndi inuēta ē. Quis aūt loc⁹ ē
diſcipline? Neſcit hō viā ei⁹ nec inuēta ē int̃
hoies. Ergo nec i tꝑe: nec in loco ſapia ē: vn̄
⁊ tp̄s eē ſignificat. Sꝫ quō i tꝑe: q̄ in ꝑnci-
pio erat? quō i loco q̄ apud deū erat? Uni-
genit⁹ fili⁹ ſi q̄rit̃: in ſinu pr̄is euāgelico ſpū
repit̃. Nunq̄d ſinū pr̄is locū putatł? Et q̄-
ritis quō nata ſit: cū dicat ꝓpheticꝰ vir: Ne
ſcit hō viā ei⁹? Et ſcd̓m hois ortū eius eſti
matis: cuꝫ iob dicat: ꝙ int̃ hoies nō ſit iuē- Iob.28.
ta. Et mortē tribuitł ſapie: De q̄ abyſſus
dicit: Nō ē i me. Mare dic̃: Nō ē mecū. Nō
dic̃: celū nō ē i me: ꝟ abyſſus dic̃: nō ē i me.
Nō em̄ abyſſo ꝟ pr̄i dixit: In man⁹ tuas cō Luc.23.
mēdo ſpm̄ meū. Ipa aia ⁊ ſi fuit i abyſſo: iā
nō ē: qꝛ ſcriptū ē: Qm̄ nō relinq̄s aiaꝫ meā Ps.15.
i inferno: nec dabis ſcm̄ tuū videre corrupti
onē. Mare ꝰ dicit: nō ē mecuꝫ: ꝟ ē vita nr̄a
dicit fluctib⁹ ſeculi inq̄eta. Nō ē em̄ int̃ ho-
mies caro ei⁹: qꝛ ꝟm carnem iā nō nouimus 2.Cor.5.
xp̄m. Terra dicit: nō ē mecū: qꝛ reſurrexit.
Deniq; angel⁹ ait: Quid q̄ritł viuenteꝫ cū Luc.24.
mortuis? Et bn̄ mare dixit: nō eſt mecū: qꝛ
ſuꝑ mare erat. Deniq; in mari ⁊ corꝑe i ve- Matth.14.
ſtigijs ābulabat: qn̄ ⁊ ſubiectū mari ſuꝑ ma
re petꝝ ābulare ꝑcepit: q̄ licet titubauerit:
titubauit tn̄ nō ꝑ ibecillitatē iubentł ꝟ ꝑ in-
firmitatē obedientł. Ergo ſplēdori glīe: nō
ꝑmiſceas nr̄e attramētū nature: nō luci ne-
bulā hūani carnis infūdas. Rurſus paſſi
oneꝫ ꝑdicās: ſi neq̄q̄ id qd̓ ē paſſibile reco-
gnoſcas: pietatē dn̄i refelliſti: ſalutē tuā ne-
gaſti. Un̄ amētes eos eſtiare debem⁹: q̄ au
diētes dicentē dei filiū: q̄d me cedis: ꝟm na-
turā dinitatis ſubiectū iiurie putauert̃. Di-
xit em̄: Quid me cedis: ꝟ cedē dina natura Iob.18.
nō ſenſit. Dixit: Dorſū meū dedi i flagella ⁊ Eſa.50.
maxillas meas i palmas: vultū aūt meum
nō auerti a ꝯfuſiōe ſputoꝝ. Sꝫ dorſū ⁊ max
illas dixit ⁊ vultū: ꝟ ē hūani corꝑis portio-

nes. Ꝗ eñ caro ꝟbi patiebaꝛ: vl manēs
i carne dei ꝟbū: patiebaꝛ carne: ſīc ſcriptū ē:
1. Petri. 4. Chriſto in carne paſſo: in ſe vtiqꝫ ꝑ corpis
aſſūptione referebat: vt q̄ nr̄a ſunt ipſe ſuſ/
cipet et ſuis circūueſtiret humana. Recte
igiꝛ ſm naturā ſuā: ꝛ caro paſſa ē: nec ea cor
poris paſſiōe ꝟbi natura mutata ē. In ve
ritate eñ nr̄a ē reſurrectio: ꝛ ideo i veritate
xp̄i paſſio p̄dicaꝛ.

## De illoꝝ q̄ xp̄m in phātaſmate venīſſe ꝛ paſſū eē p̄dicāt: diuerſorum qꝫ alioꝝ hereticoꝝ ꝯdēnatiōe: amplioꝛi tamē atqꝫ grauiori eorū qui diuinitatē ꝛ carnē domini vni⁹ eſſe nature aſſerunt: cum argumentoꝝ ſuorum diſſolutione. Ca. VI.

Nec eñ q̄ quidā dicūt: in phantaſ
mate paſſus ē: qꝛ nec i phantaſma
Matth. 14. te ſup mare ambulauit: ꝙ diſcipuli
in euangelio opinati eſſe produntur: ſed ex
Joh. 7. cuſanꝛ: qꝛ nōdū erat ſpūs datus: nōdū eñ
ieſus fuerat honorificat⁹. Nobis iā cruci
fixus ē xp̄s ꝛ reſurrexit: nobis iā ſpūs dat⁹
ē: qui aſſertor ē veritatis. Et diſcipuli qui
dē aliqñ errauerunt: ne nos poſtea errare
poſſem⁹. Ergo illorum error nobis ꝓficit.
Quaſi hoīes errarunt: quaſi diſcipuli credi
derunt. Et hos igiꝛ qui i phātaſmate ve
niſſe ieſū p̄dicāt: Et illos cōdēnare debem⁹
qui aduerſa erroris linea: nō vnū eundēqꝫ
filiū dei dicunt: ſꝫ aliū eē qui ex deo patre
nat⁹ ſit: aliū qui ſit generat⁹ ex ꝟgine: cū
Joh. 1. euāgeliſta dicat: Quia verbū caro factum
ē: vt vnū dn̄m ieſū: nō duos crederes. Nō
nulli etiā aliud dei ꝟbū: aliū ver dei filiū
crediderūt: cū ip̄m q̄ i p̄ncipio erat ꝟbū apō
deū patrem: in ſua ꝓpria veniſſe euāgeliſta
teſtaꝛ. Sunt aūt q̄ tanqꝫ ad vnū ꝓphaꝝ
ita ad xp̄m factū eē ꝟbū arbitrati ſunt: nō
ip̄m eē dei ꝟbū. Sꝫ de nullo ꝓphetaꝝ di
ctum ē: qꝛ ꝟbū caro factū ē: null⁹ ꝓphaꝝ
abſtulit pctā mūdi. De nullo alio dictū ē:
Matth. 3. Hic ē fili⁹ me⁹ dilectus in quo cōplacui. De
nullo ꝓphaꝝ legim⁹ ꝙ ſit dn̄s maieſtatis:
1. Cor. 2. q̄ de xp̄o apl̄s dixit: Quia iudei dn̄m ma
ieſtatis crucifixerūt. Sꝫ dū hos redargui
mus: emergūt alij q̄ carnē dn̄i dicāt ꝛ dini
tatē vni⁹ eſſe naturę. Quę tm̄ ſacrilegium
inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores
ſunt arriani: quoꝝ p iſtos pfidię robor ado
leſcit: vt maiore ꝯtentiōe aſſerāt prē ꝛ filiū
ꝛ ſpm̄ſcm̄ vni⁹ nō eē ſubę: qꝛ iſti diuinitatem
dn̄i ꝛ carnē ſubę vni⁹ dicere tēptauerūt. De
inde cū iſti dicāt: qꝛ verbū in carnē: capil
los: ſanguinē ꝛ oſſa ꝯuerſū ē: ꝛ a natura mu
tatum ē: proprie daꝛ illis loc⁹ vt infirmitatē
carnis ad infirmitatē diuinitatis quadā ſacta
diuinę naturę mutatione detorqueāt. Sunt
etiā q̄ in tm̄ impietatē ꝓdierūt: vt putent qꝛ
diuinitas dn̄i circūciſa ē: ꝛ imꝑfecta de perfe
cta facta ē: ꝛ in ligno nō caro ſꝫ illa opatrix
oīm ſuba diuina: i carnis ſpecie coagulata pē
debat. Quis autē nō horreſcat? q̄s audiat
qꝛ nō ex maria virgine: ſꝫ ex diuina ſuba paſſi
bilē ſibi carnē fecerit dei ꝟbū? Q̄ aſſerē
do eo ꝓlabunꝛ: vt nō ex tpe corp⁹ dn̄i eē ſu
ſceptū ſꝫ coęternū dei ꝟbo ſp fuiſſe ꝯten
dāt. Hoꝝ oīm auctores ſunt: q̄ diuinitatē
ꝛ carnē dn̄i vni⁹ naturę fuiſſe dixerunt. Le
gi eñ q̄ nō crederē niſi ip̄e legiſſem. Legi
inquā i cuiuſdā libꝛl ſic poſitū: Et organū
ꝛ eū a q̄ mouebaꝛ organū: vni⁹ in xp̄o fuiſſe
naturę. Q̄ iō poſui: vt ex ſcripturis nomē
dep̄hendaꝛ auctoris: ꝛ aduertāt q̄uis exq̄ſi
tiſſimis argumētis: ꝛ faleratiſ ſmonib⁹: nō
poſſe vim veritatis obduci. Et hic mihi
frequenꝛ niceni ꝯcilij tractatū ſe tenere cō
memorat. Sꝫ in illo tractatu prēs nr̄i: non
carnē: ſꝫ dei ꝟbū vni⁹ ſubę cū prē eſſe di
xerunt. Et ꝟbum q̄dē ex pat̄na proceſſiſſe
ſuba: carnē aūt ex ꝟgine eē ꝯfeſſi ſūt. Quō
igiꝛ niceni ꝯcilij nomē obtendiꝛ: ꝛ noua in
ducunꝛ q̄ nunqꝫ nr̄i ſenſere maiores? Cum
vtiqꝫ ſcripturę dicāt: qꝛ xp̄s ſm carnē paſſ⁹
Eſa. 7. ē: nō ſm diuinitatē. Scripturę dicāt: qꝛ virgo
in vtero accipiet ꝛ pariet filiū? Accepit eñ
ꝟtutē ꝛ pepit filium: quē ꝛ ip̄a ſuſcepit. De
Luc. 1. niqꝫ hoc etiā gabriel ꝓprio ſmone declarat
dicēs: Et q̄ naſceꝛ ex te ſcm̄ vocabiꝛ dei fi
li⁹. Ex te inquit: vt ſm hoīes q̄ ex ip̄a na
ſcereꝛ aduerteres. Ex ſe eñ generauit ma
ria: vt q̄ generaꝛ ex ipſa: in eo ſalua gene
rationis dn̄icę p̄rogatiua corpis eēt vera na
Ro. 1. tura. Sꝫ ꝛ paul⁹ dic ſe p̄deſtinatū eē i euā
geliū dei: q̄ añ inquit ꝓmiſerat p ꝓphas
de filio ſuo: q̄ fact⁹ ē ex ſemine dauid ſm car
Gal. 4. nē. Et ad galatas: Poſtqꝫ autē venit ple
nitudo tpis miſit de⁹ filiū ſuū factū ex mu
2. Tim. liere. Et ad timotheū dixit: Memor eſto
ieſum xp̄m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine
dauid. Ergo ex nobis accepit: q̄ ꝓprium
offerret ꝓ nobis: vt nos redimeret ex nr̄o.
Et q̄ nr̄m nō erat: ex ſuo nobis diuina ſua
largitate ꝯferret. Scd̄m naturā igiꝛ ſe ob
tulit nr̄am: vt vltra nr̄am opareꝛ naturā.
De nr̄o ſacrificium: de ſuo p̄miū eſt. Multa
qꝫ in eodē ꝛ ſm naturā inuenies: ꝛ vltra na
turā. Scd̄m ꝯditionē etenī corpis in vtero
fuit: nat⁹ ē: lactat⁹ eſt: i preſepi eſt collocat⁹.
Sed ſupra cōditionē virgo cōcepit: virgo
generauit: vt crederes qꝛ deus erat qui inno
uabat naturā: ꝛ hō erat qui ſm naturā na
ſcebaꝛ ex homine. Neqꝫ eñ vt quidam in
terpretati ſūt: natura ipſa mutata ꝟbi eſt:
Malach. 3. quę immutabilis ſemp ē: ſicut ip̄e dixit: Vi
dete videte me: qꝛ ego ſū ꝛ nō ſū mutatus.
Sed etiā paulus dixit: qꝛ ieſus xp̄s heri ꝛ
Heb. 2. die: ip̄e eſt ꝛ in ſęcula: hoc eſt qꝛ nō ſm natu
rā mutat⁹ ē carnis: ſed imutabilis etiā i ip̄a
mutabili cōditionis hūanę q̄litate permā
ſit. Didiciſtis igiꝛ: qꝛ ſacrificiū de nr̄o ob
tulit. Nam quę erat cauſa incarnatiōis: niſi
vt caro q̄ peccauerat per ſe redimereꝛ? Q̄
peccauerat igiꝛ hoc redemptū eſt. Non eſt
ergo imolata diuinitas verbi: qꝛ nō pecca
uerat diuinitas verbi: ꝛ iō non eſt verbi na
tura in carnis ꝯuerſa naturā: qꝛ imunis pec
cati diuinitas: pro pctō q̄ nō fecerat ſe nō
debebat offerre. Hoc eñ in ſe obtulit chri
ſtus q̄ induit. Induit q̄ ante nō habuit.
Nō igiꝛ diuinitatis ſuę diuinitatē induit: i
quo erat plenitudo diuinitatis ęternę. Sꝫ
carnē aſſumpſit: vt ſpoliū carnis exueret:
atqꝫ in ſemetipſo ꝛ manubias diaboli cru
cifigeret: ꝛ trophea virtutē erigeret. Ergo
ſi caro oī ꝛ in xp̄o ſubiacuit iiurię: quō vni⁹
illā cū diuinitate dicitē eē ſubę ꝟbū? Si eñ
vni⁹ ſubę ꝟbū ꝛ caro: q̄ de terra hꝫ naturā:
Cur vnius ſubę aſſeraꝛ verbū atqꝫ aīa: quā
pfectā naturę ſuſcepit hūanę? Vni⁹ autem
ſubę eſt verbū cū deo: ſm paternā ꝓfeſſiōē:
Joh. 10. ꝛ ipſi⁹ dn̄i aſſertionē qui ait: Ego ꝛ pr̄ vnū
ſum⁹: Vni⁹ ergo ſubę paꝛ cū terreno corpe
p̄dicaꝛ? Et adhuc indignami arrianis: qꝛ
hi dicūt filiū dei creaturā eē: cū ipſi dicatis
patrē vni⁹ cum creaturis eſſe ſubę? Quid
autē aliud agitis iſta dicēdo: niſi vt aut li
mū adę: terrāqꝫ noſtrā diuinę ſubſtātię cō
paretis: aut certe diuinitatē in terrenę cor
ruptelę iniuriā trāſferatē? Dicēdo eñ ꝙ ver
bum: caro et oſſa factum eſt: in terram vtiqꝫ
dicitis eſſe cōuerſum: quoniā caro ꝛ oſſa de
terris ſunt. Scriptum eſt inquiūt: qꝛ ver
bum caro factū eſt. Scriptū eſt: nō nego:
ſed cōſidera quid ſequatur. Sequiꝛ eñ: Et
habitauit in nobis: hoc eſt illud verbū q̄
carnē ſuſcepit: hꝫ habitauit i nobis: hꝫ ē i car
ne habitauit humana: ꝛ ideo emanuel dict⁹
eſt: hoc eſt nobiſcum deus. Hoc ergo ver
bum caro factū eſt: pro eo q̄ eſt: homo fa
Johel. 2. ctus ē. Sicut etiam iohel dixit: Effundā de
ſpiritu meo ſuper omnem carnē. Nō eñ ſu
per irrationabilem carnem: ſed in homineſ
futura promittitur gratię ſpiritalis effuſio.
Ꝗ ſi ſm litteram vos tenetis: vt putetis
ex eo q̄ ſcriptum eſt: Ꝗ verbū caro factū
eſt: verbum dei in carnē eſſe ꝯuerſū: Nūq̄d
negatis ſcriptum eſſe de domino: quia pec
catū nō fecit ſed peccatum factus eſt? Ergo
in peccatū ꝯuerſus ē domin⁹? Nō ita: ſed
quia peccata noſtra ſuſcepit peccatū dictuſ
eſt. Nā ꝛ maledictū dict⁹ eſt domin⁹: nō qꝛ
in maledictū ꝯuerſus ē domin⁹: ſed qꝛ nr̄m
Deut. 21. ſuſcepit ipſe maledictū. Maledict⁹ eñ inq̄t
qui pēdet in ligno. Miraris ḡ: qꝛ ſcriptum
Joh. 1. eſt: Verbum caro factum eſt: cum caro aſ
ſumpta ſit a dei verbo: qñ de peccato quod
nō habuit ſcriptū ē: Quia peccatū fact⁹ eſt?
Hoc ē nō naturā operatiōemqꝫ peccati: vt
pote in ſimilitudinem carnis peccati fact⁹:
ſed vt pctm̄ nr̄m in ſua carne crucifigeret:
ſuſceptionē ꝓ nobis: infirmitatem obnoxij
iā corpis pcti carnalis aſſūpſit. Deſināt ḡ
dicere naturā ꝟbi: i corpis naturā eē muta
tā: ne pari iterp̄tatiōe videaꝛ natura ꝟbi: i
cōtagiū mutata pcti. Aliud ē eñ q̄ aſſum
pſit: ꝛ aliud q̄ aſſūptū ē. Virt⁹ venit in vir
Luc. 1. ginē: ſicut ꝛ angel⁹ ad eā dixit: Quia ꝟtus
altiſſimi obūbrabit te. Sꝫ natū ē corp⁹ ex
virgine: ꝛ iō celeſtis q̄dē deſcenſio: ſꝫ hūana
ꝯceptio eſt. Non ergo eadē carnis potuit
eſſe diuinitatiſqꝫ natura.

## De auctoris excuſatiōe: ac reſponſione ad obiectionem qua ſibi dici poſſet: ꝙ de patris ꝛ filij diuinitate quinqꝫ illis libris quos ſcripſerat: cōcluſorē ſe eſſe ꝓmiſerit: cū cōfutatiōe erroris eoꝝ: q̄ aiam putāt a dn̄o ieſu nō eſſe ſuſceptā: pulcherrimaqꝫ declaratione aſſūptōis humane nature. Et quō intelligendū ſit q̄ ſcriptum eſt: Ieſus proficiebat etate ꝛ ſapientia. Ca. VII.

Poſſem latius ꝓſeq: ſꝫ vereor ne hec
ip̄a aliq̄bus aut ſupflua aut ꝓlixa
videanꝛ. Fortaſſis eñ dicat aliq̄s:
Nōne de prīs ꝛ filij diuinitate q̄nqꝫ illis quos
ſcripſiſti libris: ꝯcluſorē te eſſe promiſeras?
Sꝫ q̄d faciā cū quotidie nouas ſeminent
queſtioneſ? Non p̄terit ſponſio: ſꝫ aſtringit

obiectio. Nā queadmodū pt finis eē reſpō/
ſi: ſi mod⁹ null⁹ obiecti ſit? Et tñ de pñs et
filij diuinitate ↄſūmatur⁹ reſponſionē in ſu
perioꝛib⁹ me ſpopōderā. Hoc aūt libro de
incarnationis dñicę ſacrō: plenioꝛ ſicut de/
buit facta digeſtio ē. Nā cū illd qđ ait do/
Matth. 26. minus: Triſtis ē aīa mea vſqꝫ ad moꝛtē. Et
infra: Pater me⁹ ſi poſſibile ē tranſfer a me
calicem hūc: ſ tñ non ſicut ego volo: ſ ſicut
tu vis: non ad ſpūſſancti cōpaſſionē ſed ad
rationabilis aſſūptionē aię ꝛ naturę hūanę
referā affectū: ↄſequēs eſt: vt p aſſertionem
dñici ſacramēti ꝛ plenitudinē naturę huma
nę fuiſſe aſtruam⁹ in xpō: ꝛ ab infirmitatis
ꝑiudicio ſcm̄ ſpm̄ ſeparemus. Non eſt enim
obnoxi⁹ infirmitati: qui nō eſt obnoxi⁹ paſ
ſioni. Quero igit qua rōne aīam putent
quidā a dño ieſu nō eē ſuſceptā: an qꝛ met⁹
ē ne ſenſu xp̄s laberet hūano? Dicūt ꝙ/
pꝛ quia ↄcupiſcentia carnis legi mentis re/
pugnet. Sed qui hoc ait: tantum abeſt vt
xp̄m putauerit lege carnis in peccati vincu
la fuiſſe deducendū: vt ipſe in eſtu poſitus
fragilitatis humanę: per chꝛiſtū ſibi ſubue/
Ro. 7. niri poſſe crediderit dicēs: Infelix ego ho/
mo: quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛt hu
ius? Gratia dei per ieſuꝫ chꝛiſtū dominum
noſtrū. Qui ergo alios a carnis lubꝛico
vindicabat: nunquid foꝛmidare poterat?
Nec etiā ipſe domiatu quodā carnis iſti⁹
ſicut volunt foꝛmidabat illecebꝛas. Ergo
ꝛ carnis ſuſceptionē declinare debuerat: ne
ad lubꝛicū traheret erroꝛis. Sꝫ quō lubꝛi/
cum poterat timere pcti: qui pctm̄ remiſſu/
rus aduenerat? Et ideo cū ſuſceperit car/
nem hominis: ↄſequēs eſt vt perfectionem
incarnationis plenitudinēqꝫ ſuſceperit: ni/
hil em̄ in chꝛiſto impfectum. Suſcepit itaqꝫ
carnē: vt reſuſcitaret. Aſſūpſit aīam: ſ aīaꝫ
pfectā: rationabileꝫ: hūanā aſſumpſit atqꝫ
ſuſcepit. Nam quis pōt negare ꝙ ſuſcepe
Joh. 10. rit aīam: cū ipſe dicat: Aīam meā pono pro
ouib⁹ meis? Et iteꝝ: Propterea me pat di/
ligit: qꝛ ego pono aīam meā: vt iteꝝ ſumaꝫ
illam. Nō ꝑ parabolā hoc dicit: nec pſun/
ctoꝛia ſignificatione: in qua aliud dicitur ꝛ
Eſa. 1. aliud intelligit: Sicut illud: Neomenias ꝛ
ſabbata vr̄a odit aīa mea: Licet illud etiaꝫ
ad xp̄i animam poſſit referri: ꝙ iō poſita eſt
vt aboleret iudaicę ſupſtitionis erroꝛem: et
vni⁹ ſacrificij inſtitueret veritatē. Sed de
hoc dubitēt ꝓphetico: euāgelicū hoc refuta
re nō poſſunt de animę ꝓprietate dictuꝫ:
cū de moꝛte dñi ꝛ reſurrectione ſit dictum.
Deniqꝫ addit: Nemo tollit eā a me: ſ ego Joh. 10.
pono eam a meipſo: poteſtatem habeo po
nēdi aīam meam: et ptātem habeo iterum
ſumēdi eam. Eādem igitur ponit quā ſuſce
pit. Suſcepit dico. Nō em̄ verbum ipm̄ dei
viuum in ſua carne ad noſtrę aię vicem fa
ctuꝫ eſt: ſed ſicut carnē noſtram: ita ꝛ aīam
noſtrā perfectā naturę humanę aſſumptiōe
ſuſcepit. Aſſumpſit inquā aīam: vt incar/
natiōis ſuę benediceret ſacramēto ſuſcepto:
ſuſcepit affectū meū vt emēdaret. Quid
autē opus fuit carnē ſuſcipere ſine anima:
cū vtiqꝫ inſenſibilis caro ꝛ irrōnabilis ani
ma nec peccato ſit obnoxia nec digna pꝛę/
mio? Illud ergo pꝛo nobis ſuſcepit: qđ i no
bis amplius periclitabatur. Quid autē mi
hi pꝛodeſt: ſi totū me nō redemit? Sꝫ totuꝫ
me redemit qui ait: Mihi indignamini qꝛ Joh. 7.
totū hoīem ſanū feci i ſabbato. Totū rede/
mit quia i virū perfectū fidelis nō ex parte
ſed totus reſurgit. Deſinant ergo iſti miſe
ricoꝛdes timere: ne xp̄s carnē ſuā vel aīam
pfectā ſenſūqꝫ hoīs nō potuerit gubernare:
qui etiā illū aſinę pullū quē aħ nemo ſede/ Ps.
rat gubernauit. Qui plātauit aurē: nō au/
diet? Qui alios regebat: ſe regere ipſe non
poterat? Qui pctā donabat: pctm̄ ipſe fa/
ciebat. Deſināt nimiū ſolliciti iſti tāqꝫ pę/
dagogi xp̄i vereri: ne etiā in ipſo ↄcupiſcen
tia carnis legē mētis oppꝛeſſerit: ꝙ nō oppꝛeſ
ſit in paulo: ſ tātūmodo repugnauit. Ath
leta xp̄i victoꝛias mentis numerat ſuę: hi
trepidant ne caro titubauerit in dño: ꝙ vi/
cit in ſeruulo. Nō vult pꝛo ſe timere nos
xp̄s: Non vult ꝓ ſe flere nos dñs. Deniqꝫ
dicit: Filię hieruſm nolite me flere: vos ipſas Luc.
flete. Et iſtis dic: nolite mihi timere: vobis
timete. An nō audiſtis dicētē dauid: Do/ Ps.
min⁹ illuminatio mea ꝛ ſalus mea quē time
bo: Dñs defenſoꝛ vitę meę a ꝙ trepidabo?
Et alibi: Nō timebo qđ faciat mihi hō.
Et alibi: Nō timebo qđ faciat mihi caro. Ps.
Ergo lapſū naturę hūanę timere potuit:
quē hō ipſe nō timuit? De⁹ igit aſſ carneꝫ:
de⁹ in carne: pfectionē naturę aſſūpſi hūa/
nę: ſuſcepi ſenſū hoīs: ſ nō ſenſu carnis in/
flatus. Senſu hoīs: aīam meā dixi eſſe tur/
batā: ſenſu hoīs eſuriui: ſenſu hoīs rogaui:
qui rogātes exaudire cōſueui. Sēſu homi/
nis ꝓfeci: ſicut ſcriptū ē: Et ieſus ꝓficiebat Luc.
etate ꝛ ſapia ꝛ gr̄a apud deum ꝛ homines.
Quō proficiebat ſapia dei? Doceat te oꝛ/
do verboꝝ. Profectus etatꝭ: ꝛ ꝓfect⁹ ſapię
ſ humanę eſt. Ideo etatē aħ ꝓmiſit: vt ſm
hoīes crederes dictū. Etas em̄ nō diuinita/
tis ſ coꝛpoꝛis ē. Ergo ſi ꝓficiebat etate ho/
minis: ꝓficiebat ſapia hoīs. Sapia autem
ſenſu ꝓficit: qꝛ a ſenſu ſapia. Jeſus autē ꝓ/
ficiebat etate ꝛ ſapia. Quis ſenſus profici
ebat? Si human⁹: ergo ipſe ſuſcept⁹ eſt. Si
diuinus ergo mutabilis per profectuꝫ. Qđ
eni proficit: vtiqꝫ mutatur in meli⁹. Sed qđ
diuinū eſt nō mutat. Qđ ergo mutatur nō
vtiqꝫ diuinū. Senſus igit ꝓficiebat huma/
nus: ſenſum ergo ſuſcepit humanū. Et vt
ſciam⁹ quia ſcđm hominē loquebat: ꝓmi/
Luc. 2. ſit dicens: Puer autem cōfoꝛtabatur ꝛ cre/
ſcebat ꝛ implebatur ſapientia: ꝛ gratia dei
erat cum illo. Et puer noſtrę nomen eta/
tis eſt: nec cōfoꝛtari virtus poterat dei: nec
creſcere deus: nec altitudo ſapiētię dei: nec
plenitudo diuinitatis impleri. Quę igit
implebatur: erat nō dei ſed noſtra ſapiētia.
Nam quomodo implebatur: qui vt omnia
impleret deſcendit? Per quem autē ſenſū
Eſa. 7. eſaias dixit: Patrē puer neſciebat aut ma/
trem? Scriptum eſt em̄: Priuſqꝫ ſciat puer
patrem aut matrem: accipiet virtutem da/
maſci ꝛ ſpolia ſamarię. Sapientiam em̄ dei
futura ꝛ occulta nō fallunt. Expers autem
agnitionis infantia per humanā vtiqꝫ im/
prudētiam qđ adhuc non didicit: ignoꝛat.
Sed verendū eſt inquā: ne ſi duos princi/
pales ſenſus aut geminā ſapiētiam chꝛiſto
tribuimus: chꝛiſtuꝫ diuidamus. Nūquid
cū ꝛ diuinitatem ei⁹ adoꝛamus ꝛ carnem:
chꝛiſtum diuidimus? Nūquid cum in eo
imaginem dei crucēqꝫ veneramur: diuidi/
mus eum? Apoſtolus certe quid de eo di/
2. Cori. 13. xit? Quoniam ꝛ ſi crucifixus ē inquit ex in/
firmitate noſtra: viuit tamē ex virtute dei.
Cori. 1. Ipſe dixit: quia non diuiſus eſt chꝛiſtus.
Nunquid etiam cū dicim⁹: quia animam
rationabileꝫ ꝛ intellectus noſtri ſuſcepit ca
pacem: diuidimus eum? Nō enim ipſe de⁹
verbum: pꝛo anima rationabili ꝛ intellect⁹
capaci in carne ſua fuit: ſed animam ratio/
nabilem ꝛ intellectus capacem: ꝛ ipſam hu
manam ꝛ eiuſdem ſubſtantię cuius noſtrę
ſunt animę: ꝛ carnem noſtrę ſimilē eiuſdēqꝫ
cuius caro eſt noſtrę ſubſtātię ſuſcipiēs de⁹
verbum. Perfectus etiam homo fuit: ſi/
ne vlla tamen labe peccati: quia peccatum 2. Cori. 5.
ipſe nō fecit: ſed pꝛo nobis peccatum factuſ
eſt: vt nos eſſemus iuſticia dei in ipſo.
Caro ergo ipſi⁹ ꝛ anima: eiuſdē cuius aię
noſtrę carniſqꝫ ſubſtantię. Nec timeo ne
tetrada videar inducere. Nos enim vere ſo
lam qui hoc aſſerimus: colimus trinitatē.
Nō enim chꝛiſtum diuido: cum carnis ei⁹
diuinitatiſqꝫ diſtinguo ſubſtātiam: ſ vnuꝫ
chꝛiſtum cū patre ꝛ ſpiritu dei ꝑdico: ꝛ illos
magis qui carnem chꝛiſti vnius cū diuini/
tate eius dicunt eſſe ſubſtātię tetrada idu/
cere demōſtrabo. Nō enim qđ eiuſdē ſub
ſtantię eſt vnus: ſed vnum eſt. Nam vtiqꝫ
filium eiuſdem cum patre ſubſtātię ↄfiten/
tes in tractatu cōcilij niceni: nō vnaꝫ perſo
nam ſed vnam diuinitatem in patre ꝛ filio
crediderūt. Ergo cū dicūt eiuſdē carnē cu
ius ꝛ filius dei erat: fuiſſe ſubſtantię: ipi qđ
nobis obijciunt inepti⁹ vanę aſſertiōis in/
currunt: vt diuidāt chꝛiſtum. Itaqꝫ quartū
increatum qđ adoꝛemus inducunt: cū ſola
increata ſit diuinitas trinitatis.

## De ampliori redargutiōe eoꝝ ꝙ auctorē dicūt ea vſurpare ꝙ̄ ſcripta nō ſint: ꝛ dei eē ſubſtātiā atqꝫ naturā: ſcriptū nō eē affirmant. Ca. VIII.

Concluſeram librum: ſed religiōis
fuit ne pꝛetergredi videremur:
qđ ſoluere nequirem⁹. Nam cum
dudum audierint quidaꝫ dicentib⁹ nobis:
Filium dei qui generatus ſit: pri qui gene/
rauit inequalē eſſe nō poſſe: quāuis ille ge/
nerat⁹ ſit: iſte generauerit: qꝛ generatio nō
poteſtatis eſt ſ naturę. Aduerſus illā ꝙdeꝫ
queſtionē vocem ſibi arbitrant̄ accluſam.
Sed tergiuerſatione damnabili in eodeꝫ
loco veſtigiū vertunt: vt putent mutatiōꝫ
fieri queſtionis mutatione ſermonis: dicen
tes: Quomodo poſſūt ingenit⁹ ꝛ genit⁹ eē
vnius naturę atqꝫ ſubſtātię? Ergo vt re/
ſpondeā: clemētiſſime imperatoꝛ parce mi
hi pꝛopoſitę queſtioni: primū oim ingenitū
in ſcripturis diuis nuſquā inuenio. Nō le/
gi: nō audiui. Cuius igitur mutabilitatis
ſint homines iſtiuſmodi: vt nos dicant ea
vſurpare quę non ſunt ſcripta: cum ea quę
ſunt ſcripta dicam⁹? Et ipſi obijciant quod
ſcriptum non ſit: nōne ipſi ſibi aduerſantur
ꝛ auctoꝛitati calūnię ſuę derogāt? Dicunt
em̄ nō eē ſcriptū: dei eē ſubaꝫ atqꝫ nām: cū
vtiqꝫ filiū dei pr̄is eē ſplēdoꝛē glię ꝛ charact

ſubſtantiȩ eius: ſcriptura teſtetur: et mul/
tos alios de diuina dixiſſe ſubſtantia: in
alio libro pleniſſime oſtenderimus. Na/
turam ꝗ̃ diuinã quis abnuat: cum petrus
apl's in epl'a ſua ſcripſerit: id opatã dñi mi/
2. Petri. 1. ſericordiã ꝑ paſſionẽ crucis: vt nos inqt fa/
ceret diuinȩ cõſortes naturȩ. Sꝫ etiã alibi
Gal. 4. paulus ſcripſit: Sed tunc quidẽ ignorãtes
deũ: hiſ qui natura nõ ſunt dij: ſeruiſtiſ. Ita
em̃ ⁊ in grȩcis codicibꝰ inuenimꝰ: quoꝝ po/
tior auctoritas ẽ. Quid igiẗ agunt q̃ ne/
gãt naturã eſſe diuinã: niſi vt iã nõ ſoluꝫ fi/
lio calũnienẗ: ſꝫ etiã patri? Si em̃ negatur
natura deꝰ eſſe: ꝗ ꝑ grãm ẽ vt hoĩes aut cer/
te falſo crediẗ vt dȩmones: quorũ ſimula/
chra dei appellatiõe donanẗ. Sꝫ apl'icã au
ctoritatẽ ſequamur: vt dicamꝰ ĩ ſimulachriſ
naturã nõ eſſe diuinã. Si ꝗ ĩ ſimulachriſ nõ
eſt: nõ eſt in dȩmonijs: ſupeſt vt in deo di/
uina ſit natura atq̃ ſuba. Docuimꝰ igitur
apl'ica auctoritate recte de deo patre dici: ꝙ
natura ſit deus. Accipiãt nunc ꝙ eadẽ dei
patris ſit natura q̃ filij ẽ: eadẽ ſit ⁊ ſpũſſan/
cti: ne forte idẽ dicãt. Naturã quidẽ legimꝰ
eſſe diuinã: naturȩ autem diuȩ nõ legimus
Joh. 10. vnitatẽ. Sꝫ cuꝫ ipſe filiꝰ dixerit: Ego ⁊ paẗ
vnũ ſumꝰ: vnitatẽ diuinitatis ꝓbauit. Cũ
Joh. 16. dixerit: Oia q̃ pater habet mea ſunt. Et in/
Joh. 17. fra: Paẗ oia mea tua ſunt: ⁊ tua mea: aſſe/
Joh. 14. ruit vnitatẽ. Cũ dixerit: Paẗ qui in me ma
net ipſe loquiẗ: ⁊ opa quȩ ego facio ip̃e faẗ:
vnitatẽ euidẽtiſſime declarauit. Deinde
petrꝰ vnã naturã oſtẽdit eẽ diuinã. Potuit
em̃ ſic dicere: ſi aliter eſtimaſſet: potuit inq̃
ſic dicere: Ut nos faceret diuinaꝝ ꝯſortes
naturaꝝ: maxime cũ ꝑ filiuꝫ in naturȩ diuȩ
ꝯſortiũ trãſeamꝰ. Nũqd põt donare qꝺ nõ
habet? Ergo nõ ẽ dubiũ: qꝛ de eo qꝺ habet
donat: et iõ habet naturã diuã: qui ꝯſortia
diuȩ donat naturȩ. Apl's ꝗ̃ paulus dicẽ/
do: Qui natura nõ ſũt dij: oſtendit vnã ve/
ri dei eẽ naturã. Nãq̃ ⁊ ipſe potuit dicere:
Gal. 4. Qui naturis nõ ſunt dij: ſi ſciret pluralita/
tẽ diuȩ eſſe naturȩ: vt alia eſſet in pře: alia ĩ
filio: alia ĩ ſpũſancto. Dicẽdo ꝗ: Natura nõ
ſunt dij: vnitatem naturȩ expreſſit diuinȩ.
Quid eſt autẽ natura deũ eſſe: niſi veꝝ deũ
1. Theſſal. 1. eſſe? Sicut ad theſſalonicenſes dicit: Quõ
ꝯuerſi eſtis ad deũ a ſimulachris ſuire deo
viuo ⁊ vero? Illi em̃ dij eſſe ſimulanẗ: natu
ra aũt deꝰ viuꝰ ⁊ verꝰ eſt. Nã ⁊ ĩ ipſo vſu nr̃o
eſt adoptiuꝰ filiꝰ ⁊ verꝰ filiꝰ. Adoptiuũ filiũ
nõ dicimꝰ filiũ eẽ nã: ſꝫ eũ dicimꝰ nã eſſe qui
verꝰ ẽ filiꝰ. Ergo ⁊ naturã ⁊ ſubam eẽ diui
nã ꝓbauimꝰ lectiõe. Unitatẽ quoq̃ nõ plu
ralitatem diuinȩ eſſe naturȩ: apoſtolica au
ctoritas demonſtrauit.

## De cõfutatiõe ⁊ deſtructiõe obie/ ctionis p̃memoratoꝝ hereticorũ: quo arguũt ꝙ nõ poſſint ingenitꝰ ⁊ genitꝰ vniꝰ eẽ nature atq̃ ſubſtã tie: ⁊ de exẽplari approbatiõe: cum dicit genitũ: nõ ꝓprietateꝫ nature ſed ſignificatiõꝫ generatiõis expri mi. Quoq̃ appellatiõe ingeniti ⁊ ge niti ſpecies videatur eſſe diuerſa: ſed tñ indiſtincta diuinitas. Ca. IX.

Nunc illic aſſerãt: vbi ingenitũ pa/
trẽ legerint. Sꝫ ſi dialectico more
ꝯcedi ſibi id poſtulãt: vt qꝺ lectum
nõ ſit: ꝓ lecto vſurpẽt: ꝓdunt ſe cõtẽtionis
ſtudio differre: nõ cognitõꝫ quȩrere ṽitatiſ.
Nãq̃ in ipſa dialectica ſi nõ ꝯcedaẗ qꝺ cõ
cedi ſibi poſtulãt: q̃ aditũ cõtẽtionis inueni
re deſiderãt: principiũ inuenire nõ quȩunt
diſputandi: ⁊ hoc ibi: vbi ꝯtentio ẽ magiſ de
diſputatiõis argutijs: ꝗ̃ de examine verita
tis. Hȩc ẽ em̃ dialecticoꝝ gl'ia ſi videãtur
expugnare verbis ⁊ refellere veritatẽ. Cõ
tra definitio fidei ẽ: vt veritas nõ verba pã/
danẗ. Deniq̃ ṽba philoſophoꝝ excludit
ſimplex ṽitas piſcatoꝝ. Quȩ igiẗ iſta aſ/
ſertio ẽ: vbi ſi nõ donauero eis verbũ inge/
niti: aſſertiõis principium inuenire nõ pñt?
Ubi ꝗ legerint demõſtrẽt. Exciderat aio:
Nũc redeo in memoriã. Lectum ẽ inquiũt.
Nã arrius dixit ingenitũ patrẽ: ⁊ genituꝫ
⁊ creatũ filiũ. Quo auctore: ꝯtra apl'ica ſcri
pta ꝯtendãt? Cõtendant tñ ſi mõ arrij ſe di
ſcipulos eẽ fateanẗ. Nã quõ negãt mgr̃m:
cuiꝰ inuentũ ſequũẗ? Sed ſi illi hoc dicunt
qꝺ arriꝰ: iuſtiꝰ ego debeo dicere qꝺ apl's di/
xit. Patrẽ em̃ dixit: nõ ingenitũ noiauit: fi/
liũ dixit: ⁊ genitũ filiũ noiauit. Qꝺ legi: nõ
nego: imo libenẗ vſurpo: qꝺ nõ legi vſurpa
re nõ debeo. Sꝫ tñ qꝺ in dialectica nõ fa/
ceremꝰ vſurpent: ne forte dicãt: qꝛ genitum
nõ legimꝰ patrẽ ſicut filiũ: ideo ingenitum
eſtimare debemꝰ. Intelligiẗ hoc: ꝗ nõ legi/
tur. Sed ſi intelligitur: nec ſpm̃ ſcm̃ geni/
tum legi. Ergo ⁊ ſpũs qꝛ genitꝰ nõ eſt: inge
nitus vtiq̃ ſm̃ veſtrã alibi ſentẽtiam nomi/
nãdus eſt. Si igitur ingenitum dicitis
et genitum non poſſe vnius eſſe ſubſtantiȩ:



ſupeſt vt de pře ⁊ ſpũſancto: qꝛ nec patrem
genitũ legimꝰ nec ſpm̃ ſcm̃: vnitatẽ diuȩ na
turȩ ⁊ ſubȩ nõ negetiſ. Si em̃ in eo eſt vis
oĩs veſtrȩ diſputatiõis: ꝙ ingenitus ⁊ geni
tus nõ poſſunt eſſe vnius naturȩ: ergo qui
non eſt genitus: cum eo qui non ſit geni/
tus vnius naturȩ atq̃ ſubſtantiȩ eſt. Et
ſi ideo putatis pr̃em maiorẽ eẽ: qꝛ genitus
nõ ẽ: nũqd ⁊ ſpũſſanctꝰ maior ẽ filio? Mul/
ta pñt ⁊ inumera exẽpla ſuppetere: vt de eo
qꝺ genitum nõ ſit: dicaẗ ingenitũ. Naꝫ et
mũdũ pleriq̃ ingenitũ eẽ dixerunt: ⁊ mate/
riã reꝝ oĩm quã grȩci hylen dicũt: q̃ſi ſiluã
materialẽ ingenitã eẽ mẽorarũt. Videnẗ
igiẗ in h̊ ṽbo ꝓrogatiuã quãdaꝫ ptãtis eſſe
nõ poſſe: niſi forte h̊ ṽbo ſibi honorare deũ
videanẗ: quo phi mũdũ putauerũt eſſe do/
nãdũ. Nũqd ꝗ ſic ingenitꝰ pr̃ ſicẽ mundus?
Abſit. Aut hic ſolꝰ deũ decet ſmo: cũ deꝰ vl
tra ſmonũ oĩm ſit ambitũ? Nihil igiẗ ꝓcio
ſũ deo in eo ſmone: q̃ cõis poſſit eſſe cũ cȩte
ris. Sꝫ tñ quẽadmodũ vultiſ: ineſtimabiẗ
ſit huiꝰ ꝓrogatiua ſmonis: q̃ nõ auctoritate
aliq̃ deſignaẗ: ſꝫ vr̃o eſtimaẗ arbitrio. Quo
igiẗ hoc ꝓficit: vt ex ṽbo velitis facere iter
pr̃em ⁊ filiũ diſtantiã naturȩ: diſtãtiã pote/
ſtatis? Ingenitꝰ inqt ⁊ genitꝰ nõ pñt vniꝰ
eſſe naturȩ atq̃ ſubȩ: vt quẽadmodũ inẗdũ
dicunt: inopatꝰ ⁊ factuſ: nõ ſũt vniꝰ naturȩ.
Neq̃ em̃ diſcretionẽ faciunt ingeniti ⁊ in/
opati: neq̃ diſtantiã volũt eſſe inter genitũ
vel creatũ: mõ vt creaturã filiũ dicant. Er
go qꝛ pr̃ oẽm cãm: hoc eſt ἐ͂ιάρ: ſicẽ grȩci di/
cunt ſupgreſſus: cũ ex alio creatꝰ nõ ſit filiꝰ
vtiq̃ ſuba ſit: nõ aliũde ꝓncipiũ habens et
cãm ex q̃ ſit. Et iõ inqunt alia talis ſuba
eſſe nõ põt: qꝛ oia ex pře deo habent ſubſi/
ſtendi cãm. Un̄ nõ eſſe veriſiẗe dicũt vt fi/
liꝰ qꝛ ex pře eſt: ⁊ ex ſe cãm nõ hꝫ vt ſit: ſꝫ ex
pře ſiẗs ſit pr̃i: Cũ pr̃ ex alio cãꝫ nõ habeat:
filiꝰ aũt vt ipſi allegãt eẽ nõ potuerit: niſi h̊
ip̃m ex pře vt eẽt accepit. Iõq̃ igenitũ ⁊ ge
nitũ dicũt eẽ diſſiẗeꝫ: q̃ſi ṽo qꝺ alibi ſȩpe iã
dixi: gnãtio ptãtiſ ſit nõ naturȩ. Cũ em̃ dico
genitũ: nõ ꝓprietatẽ naturȩ ſꝫ ſignificatiõꝫ
generatiõis exp̃ſſi. Hoc exẽplis euidẽtio/
ribus approbabo. Nã ſi generaliẗ dicã filiũ:
nec addã cuiꝰ: põt intelligi ⁊ filiꝰ hoĩs: ⁊ fili/
us iniq̃tatis ⁊ filiꝰ peſtilẽtiȩ: ⁊ filiꝰ diaboli: ſi
cut de iudȩis ſcriptura teſtaẗ: ⁊ qꝺ in vſu ẽ:
⁊ fetꝰ pecudis: ⁊ pulli colũbaꝝ. Et iõ ĩ appel
latione filioꝝ nõ ẽ exp̃ſſio ſignificata natu/
rȩ. At ṽo ſi naturam deſignare deſidero:
aut hoĩeꝫ nuncupabo: aut equum noiabo?
aut auẽ dicã: vt natura poſſit itelligi. Ita
ꝗ ſi naturã cupio deſignare diuinã: deũ ve/
rũ debeo noiare. Cũ aũt filiũ dico: genera/
tũ ſignifico. Cũ pr̃eꝫ ꝗ̃ dico: generaſſe de
claro. Nõ ꝗ hinc naturȩ diſcretiõeꝫ facias:
cũ ſit h̊ ſignificatoriũ generãtis ⁊ geniti. Si
gnificatoria aũt hmõi: exprimũt ſubȩ quali
tatẽ. Multi em̃ vt dixi filij: ſꝫ diũſitas filio/
rũ. Alios ꝑ naturã: alios per grãm. Multȩ
creaturȩ iuiſibiles ⁊ viſibiles. Inuiſibiles:
vt ꝓncipatꝰ ⁊ ptãtes: throni ⁊ dñatões. Ui
ſibiles: vt ſol: luna: ſtellȩ: hõ: terra. Ergo di
uerſȩ ſpẽs ⁊ diũſȩ creaturaꝝ ſubȩ ſũt. Itaq̃
ſi velis ꝓprietatẽ creaturȩ alicuiꝰ exp̃mere:
aut ſolẽ aut lunã noiabis aut ſtellas. Et ſic
intelligiẗ quid ſit qꝺ ſignificãdũ putaueriſ.
Cȩteꝝ ſi factũ dicas aut creatum: qꝺ iter/
dũ filiũ dicũt: qꝛ multa facta ⁊ creata ſunt:
nõ ꝓprietatẽ ſubȩ videris ſignificaſſe: ſed
ſpeciẽ q̃litatiſ. Aliud em̃ ſuba: aliꝺ q̃litas ẽ.
Deniq̃ vt diximꝰ ⁊ alibi: vſiã ita iterp̃tatoſ
latinos: vt ſubam dicerẽt. Uſia aũt dei cuꝫ
dicaẗ: quid aliud ſignificaẗ: niſi deũ ſꝑ eſſe?
Qꝺ lr̃ȩ ipſe exprimũt: ꝗ̃uis diua vſai: h̊ ẽ:
cũ ſit ſemꝑ vſiã diciẗ: vniꝰ lr̃ȩ mutato ordie
ꝓpẗ ſonũ ⁊ cõpẽdiũ decoreq̃ ſmonis. Er/
go vſia qꝺ ſemꝑ ſit deꝰ ſignificat. Ingeniti
aũt vt tu viſ vꝉ geniti appellatio q̃d ſit decla
rat: hoc ẽ ꝙ nõ ex alio ſit pr̃: nec ex ſe filius.
Spẽs hic videẗ eẽ diũſa. Spẽs vtiq̃ diſti
cta: ſꝫ indiſtincta diuitas. Quȩriſ quõ h̊ ꝓ/
bari poſſit? Etiã in creaturiſ oſtẽdã diũſaꝫ
ſpẽm: diuerſa initia in pleriſq̃: ⁊ vnam eſſe
ſubam: ⁊ de ſcripturiſ exẽpla ꝓferã. Itaq̃
ſi in his q̃ mortalia ſũt h̊ põt ꝯuenire: quẽ/
admodũ pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũs diuitati legẽ cu/
iuſdã neceſſitatiſ iponũt? Oia nẽpe volati
lia q̃ eiuſdẽ generis videnẗ: eiuſdẽ vtiq̃ et
naturȩ ſũt: vt aq̃laꝝ vnũ genꝰ ⁊ vna natu/
ra ẽ: vultuꝝ ſiẗr: ⁊ cȩteroꝝ ſm̃ genꝰ ſuũ vola
tiliũ. Quẽadmodũ aũt ceperint eẽ volati
lia: tres ſpẽſ reperimꝰ: ⁊ ortꝰ eoꝝ cauſas legi
mus eẽ diuerſas. Scriptũ ẽ em̃ dixiſſe deũ:
Producãt aq̃ repẽtia aiaꝝ viuentiũ ⁊ vola Gen. 1.
tilia volãtiũ. Et paulopoſt cũ ꝑadiſũ feciſ
ſet deꝰ ⁊ poſuiſſet in eo hoiem: ſcriptuꝫ eſt:
Quia figurauit deꝰ de terra beſtias agri et Gen. 2.
volatilia cȩli. Significanẗ ꝗ volatilia h̊ lo/
co figurata de terra. Supra ꝗ̃ legiſti: qꝛ
dixit deꝰ auibꝰ: Creſcite ⁊ multiplicamini: Gen. 1.
Utiq̃ ex coitu mariſ ⁊ fȩiȩ gnãtõis icremẽta
ꝑcipiẽs. Itaq̃ adũtimꝰ etiã q̃ vniꝰ generiſ ſit

diūſo mō eē cepiſſe:alia de aq̄s:alia de tra:
alia de maris ⁊ femię gnātiōe: ⁊ vniꝰ tñ hęc
eē naturę:diſſiſitudineq; ſubę non habere.
Quid vero tam vnius naturę ꝙ caro nr̄a
cū dñici corporis v̄itate?Diuerſis tñ vtraq;
ducta cauſis:orta p̄ncipijs ē. Caro em̄ dñi
ſpū in virginē ſupueniente generata:nō ex
pectauit virilis femineiq; coitꝰ ſolēne com/
mertiū. Caro v̄o nr̄a:niſi viril' iux̄ femine/
uſq; ſexꝰ genitalia:ſulcis naturalibꝰ obdu/
cat ſemina:intra viſcera neſcit materna for
mari:⁊ tñ cū generationis fuerit cā diuerſa:
carnis tñ in xp̄o cū hoibus oibꝰ vna natu/
ra ē.Partꝰ em̄ virginis:nō naturā mutauit
ſ generandi vſū nouauit. Deniq; caro de
carne nata ē.Habuit ꝗ de ſuo v̄go qd̄ trade
ret.Nō eni alienū dedit mater:ſ ꝓpriū evi
ſceribꝰ ſuis cōtulit:inuſitato modo ſ vſita/
to munere. Habuit igit' carnē v̄go quā na
turę ſolennis iure tranſcripſit in fętū. Ea/
dē igit' ſm carnē generantis marię:genitiq;
natura:nec diſſimilis fratribꝰ: q̄ dicit ſcri/
Heb.2. ptura:vt p oia ſilis fratribꝰ fieret. Similis
vtiq; dei filiꝰ nr̄i:nō ſm diuinitatis plenitu
dinem:ſ ſm aię rōnalis:⁊ vt expreſſiꝰ dica/
mus:humanę nr̄iq; corpis v̄itatez. Quid
autē de ipſo loquamur adam:qui cū ſit for/
matꝰ e limo terrę:generauit vtiq; filios ſuę
cōſortes naturę:pticipes generis: ſucceſſio
nis hęredes? Diuerſa quidē in filijs ⁊ pa/
rente p̄ncipia:ſ hūanę ꝯditionis vna natu/
ra.Nec tñ diſſimilitudo ortꝰ:ſiſitudini ſub/
ſtātię p̄iudicauit.Siſis ꝗ filiꝰ pr̄i etiā in his
ꝗ ꝓpter hūanę ꝯditiōis fragilitatē ſiſitudi/
nis plenitudinē hr̄e nō poſſent. Quō ꝗ dei
pr̄is diſſimilis filius verus?

De diſputatiōe ꝯtra quoſdā ſupe
riorē ſectā ſequētes:diſputationis
tñ genere diſcordare ſe putantes:q
filiū ſiſem dicūt:ſed nō vniꝰ ſubſta
tię cū pr̄e:⁊ ꝙ cū ſit vniꝰ naturę filiꝰ
cū pr̄e:etiā vniꝰ ſit potētię:⁊ ita oi/
potens ſicut ⁊ pater: queadmodū
etiā ſpiritum ſanctum omnipoten/
tem ſcriptura teſtatur. Ca. X.

ſ Ed pleriq; eādē ſectā ſequētes: di/
ſputatiōis genere diſcordare ſe pu/
tant:ab his q diſſiſem pr̄i p oia fili/
um dicūt. Jō hox ꝙ q ſiſem dicūt filiū:ſ
nō vniꝰ ſubę cū pr̄e ineptias diſcutiamus.
Quę ñ vniꝰ naturę ſūt:diuſę ſūt vtiq; atq;
diſtāt': ⁊ q diſtāt' naturę:ꝯſequēs ē vt ſiſia
eē nō poſſint:niſi forte ſm ſpēm ſiſia dicas:
diſſiſia ſm v̄itatē. Nam ⁊ lactis ⁊ niuis ⁊ cy
gni albentis:cōcolor ſpēs ē:ſ diſcrepantiā
ſuat diſtātis naturę:nec dr̄ia naturax ſpe/
ciex ſiſitudine colorat'. Quō ꝗ iſti ſimilez
dicūt pr̄em ⁊ filiū:q vnitatez ſubę negant?
An ſm formā ⁊ figurā colorē ſiſem putant?
Sz hęc corpis ſūt:hęc cōpoſitiōꝫ quādam
indicāt. Quō aūt inuiſibili ſiſitudinē ſm
colorē aptamꝰ aut formā? Aut quō creatu/
ra pōt eē ſiſis increato? Quō ſplēdor glię et
charact' ſubę eiꝰ:ſi diuerſa gl̄a: vt illi dicūt:
diuerſa ſuba ē? Scdm gr̄iam inqunt ⁊ opa
tionē ſiſis ē:⁊ ꝓpterea imago dei dicit' filiꝰ.
Ergo ſi p aliq̄ nō p oia ſiſis: ꝓ pte ſiſis :pro
pte diſſiſis. Huic aūt ꝓpoſitiōi ꝯſequēs ē:
vt ſi ex pte ſiſis ꝓ pte dſſiſiſ:ñ i toto ē:ꝓ pte
ſit dei imago cōpoſita:ac p h̄ ſeq̄t':vt ⁊ ipſe
ꝯpoſitꝰ videat':cuiꝰ ſit imago cōpoſita. Cō
poſita aūt ſi ex pte ſiſitudinem ſuet:imago
eiꝰ ex pte ſiſis eē nō poſſit. Sz q ſiſem ſm
vnitatē naturę negāt:ſiſem cęter' arbitrāt'.
Solēt em̄ dicere:Cur putat':q̄ multū de/
dit ſcriptura filio:q̄ imaginē dixit:cuz ipſe
deꝰ dixerit hoibꝰ:Eſtote ſci qm̄ ego ſcūs ſū: Leuit.
Et filiꝰ dixerit:Eſtote pfecti:ſic ⁊ pr̄ vr̄ q in Matt.
cęlis ē pfectꝰ ē. Nec itelligūt eoipo aſtrui:
q̄ nō ſm ptē ſ ſm plenitudinē diuinitatis et
pfectionē ſiſis ſit filiꝰ pr̄i Deniq; ſi multi ſi
miles:cur ſolꝰ filiꝰ imago inuiſibilis dei dr̄:
⁊ character ſubę eiꝰ:niſi q̄ in eo naturę eiuſ
dē vnitas:⁊ eiꝰ maieſtat' expr̄ſſio eſt? Alia
em̄ ſm imitatōꝫ ſiſitudo:alia ſm naturam:
qd̄ ꝓpoſitox exēplox etiā v̄ba idicāt. Di
cit em̄ ſcriptura:Eſtote ſci:vt fiāt id p imita
tiōꝫ hoies.Ergo dr̄:Eſtote:q̄ nō ſūt.De ſe
aūt dicit deꝰ:q̄ ſanctꝰ ſū: nō vtiq; ꝓficiēte
ꝓceſſu:ſ manēte natura. Deide ait ſapia:
Eſtote pfecti :vt incipiāt hr̄e qd̄ nō habēt.
De pr̄e aūt dicit:Sic pr̄ veſter q in cęlis eſt
pfectꝰ ē.Eſt ꝗ pfectꝰ pr̄:q eſt:ſemp ē. Jō vel
vſia gręce ꝙ ſit ſemp:vł latinę ꝙ i ſuo mane
at:nec ope ſubſiſtat aliena:appellat' ſuba.
Sanctꝰ ꝗ pr̄ ⁊ pfectꝰ pr̄.Sanctꝰ etiā ⁊ pfe/
ctus filiꝰ:q̄ſi imago dei. Jmago aūt dei: ꝙ
oia q ſūt dei vident' in filio:id eſt ſempit'na
diuinitas:oipotētia atq; maieſtas. Talis ꝗ
q̄lis ē deus:ſua videt' imagine. Vñ opor/
tet vt imaginē eiꝰ talē credas :q̄lis ē deus.
Nā ſi imagini detrahas:⁊ vtiq; ei cuius
imago ē videbit' eē detractuz.Si minorem
imaginē credas:minor deꝰ apparebit ima/
gine. Qualē em̄ eſtimauer' imaginē:talis
tibi videbit' h:cuiꝰ iuiſibil' ē imago.Dixit eī



Jō.14. imago:q me videt videt ⁊ pr̄ez.At q̄lē eſti/
mauer' cū cuiꝰ imaginē eē filiū credis:tal' ti
bi neceſſario filiꝰ ęſtimandꝰ ē. Vñ q̄ icrea
tus pat': increatꝰ ⁊ filiꝰ: q̄ nō minor pat':nō
minor filiꝰ:q̄ oipotens pat': omp̄s ⁊ filius.
Dictū ē igitur:etiā ſi vſurpent qd̄ non le/
gunt:vt ingenitū dicāt:verbo tñ nihil im/
pediri quominꝰ vniꝰ naturę atq; ſubſtātię
xp̄m cū pr̄e eē credamꝰ. Qꝫ ſi vniꝰ naturę:
vtiq; vniꝰ potētię.Qui quidē locꝰ haud dif
ficilior eſt ad refellenda ſtudia pfidorum.
Quō eni negant oipotentem chriſtū:qd̄
ſcriptuz ē: qui volūt vſurpare qd̄ nō docēt
ſcriptū? Omnipotētē etem̄ xp̄m ſup̄ do/
cuimꝰ: ⁊ i iohānis euāgeliſtę apocalypſi:⁊ i
zacharię prophetia:⁊ in euāgelio ſignifica/
tū. Quę ſi q̄s recēſenda putat: ſupiora re
uoluat ⁊ repetat. Tñ qd̄ ibi ꝓpter cōgeſti
onē teſtimoniox penę p̄terij:dicāt de q pu/
tent dictū qd̄ amos ꝓphetauit? Sic eniz
Amos.9. ſcriptū ē:Dñs qui attigit terrā ⁊ mouet eā:
⁊ lugebūt oēs cōmorantes in ea:⁊ aſcendet
ſicut flumē ęgypti.Qui ędificat ſup cęlum
aſcenſionē ſuā ⁊ repromiſſionē ſuā ſup ter/
rā cōfirmat:qui aduocat aquā maris ⁊ effū
dit eā ſup faciē terrę:dñs oipotens nomē ē
ei. Nōne hęc oia in filium intelligāt cōue/
nire?Qui terrā deſcendēs tetigit: in paſſio
ne cōmouit:de terris aſcendit in cęlū:⁊ ſup
terrā deſcēdit e cęlo:ſicut ipſe promiſerat.
Sed quid de filio laboro:cū etiā ſpirituz
omnipotentē ſcriptura teſtet'?Scriptuz eſt
Pſ.32. em̄:Verbo domini cęli firmati ſūt ⁊ ſpiritu
oris eiꝰ ois virtus eox.Et de ſapiētia ſcri/
ptum ē:Quia habeat in ſe omnipotentem
Sap.7. ſpiritum.Dicit enim ſalomon :q̄ omnium
artifex docuit me ſapientia. Eſt enim in ea
ſpiritus intelligentię:ſanctꝰ:vnicus:multi/
plex:ſubtilis:bonus:mobilis:diſertꝰ:ima/
culatus :manifeſtus: inuiolabilis: bonum
amans:acutꝰ:prouidens:poſſibilis:muni/
ficus:benignus:ſtabilis:interger:ſine ſolli
citudine:qui omnia poteſt: omnia ſpectat:
⁊ per oia penetrans ſpirituū intelligibiliū.
Sancti Ambroſij ep̄i liber de Jn/
carnationis dominice ſacrameto:
explicit.

retur. Deinde cum omnes rogent: ſi exaudi
ret omnes: nemo ergo moreret. Pro quan‑
tis quotidie rogas? Nunquid conſtitutio
dei cōtemplatione ſoluenda eſt tui? Cur er‑
go nō impetratum aliquādo doles: qđ nō
4. Deſdre. 10. ſemp impetrabile eē cognoſcis? Stulte inquit
ſuper omnes mulieres: nōne vides luctum
noſtrū: ꝛ quę nobis cōtigerūt: qm̄ ſyon ma‑
ter noſtra omniū: in triſticia cōtriſtat: ꝛ hu‑
militate humiliata eſt? Lugete validiſſime
ꝛ nunc qm̄ omnes lugem⁹: ꝛ triſtes eſtote:
qm̄ omnes cōtriſtati ſum⁹. Tu eni cōtriſta‑
ris in fratrem: Interroga terram ꝛ dicet ti‑
bi: qm̄ hęc eſt quę debebat lugere tantorū
ſuperſtes germinum: ꝛ ex ipſa inquit initio
omnes nati: ꝛ alij venient: ꝛ ecce pene oēs
in perditionē ambulant: ꝛ in exterminiū
fit multitudo eoꝝ. Et qs ergo debet lugere
magis: niſi quę tam magnā multitudinem
perdidit: ꝙ̄ tu qui p vno doles? Abſorbeat
igitur noſtrum dolorem cōmunis dolor: et
acerbitatē proprij męroris excludat. Non
enim dolere debemus eos quos cernimus
liberatos: neꝙ eni ocioſe tam ſanctas hoc
tempore animas corporeis vinculis remini
ſcimur abſolutas. Nāꝙ velut diuino iudi‑
cio tam graues viduas: ita vno tēpore de‑
functas videmus: vt pfectionis quidā vi‑
deat exceſſus: nō mortis occaſus: ne vetera
na emeriti ſtipendijs pudicitia dubiū diu
ſeruati pudoris incideret. Quos gemit⁹ mi
hi: quos dolores: tam acerba excitat recor‑
datio? Et ſi męroribus nō vacabā: tamē in
ipſo dolore priuato: in ipſo tantoꝝ amiſſo
flore meritorū: cōmunis quędā naturę me
conditio ſolabat: defixuſꝙ i vno dolor acer
bitatē publici funeris domeſticę ſpecie pie‑
tatis obduxerat.

## Queadmodū aduerſi caſus ex di uino ordine venientes fortiter to‑ lerari debeant. Ca. XII

r Epete ergo ſacra ſcriptura ſolatia
tua. Iuuat eni tuis pręceptis: tuis
ſententijs immorari. Qꝛ facilius ē
celū ꝛ terrā pręterire: ꝙ̄ de lege vnū apicem
cadere. Sed iā audiamus quę ſcripta ſunt:
Nunc inquit retine apud temetipſum dolo
rem tuū: ꝛ fortiter fer qui tibi cōtigerunt ca‑
ſus. Si enim iuſtificaueris terminū dei: et
filium tuum recipies i tempore: ꝛ in mulie‑
ribus collaudaberis. Si hoc ad mulierem:
quātomagis ad ſacerdotē: ſi de filio: nō vti
ꝙ abſurdum etiam de fratrū amiſſione ta‑
lia memorari: quāquā ſi mihi fuiſſet filius:
nūquā eum amplius dilexiſſem. Nā ſicut
in obitu liberoꝝ effuſi labores: ſuſcepti fru
ſtra dolores męrorem videntur augere: ita
etiā in fratrib⁹ conſuetudinis vſus atꝙ col
legij: acerbitatem doloris accendunt. Sed
ecce dicentem ſcripturā audio: Noli facere Abs
hunc ſermonē: ſed cōſenti perſuaderi. Qui
enim fles caſus ſyon: ꝛ conſolare propt do‑
lorem hieruſalem. Uides enim quia ſancta
noſtra contaminata ſunt: ꝛ nomē qđ nomi‑
natum eſt ſuper nos pene pphanatū eſt: et
iuuenes noſtri contumeliam paſſi ſunt: ꝛ ſa
cerdotes noſtri ſuccenſi ſūt: ꝛ leuitę noſtri i
captiuitate fuerunt: ꝛ mulieres nr̄ę cōtami
natę ſunt: ꝛ virgines noſtrę vim paſſę ſunt:
ꝛ iuſti noſtri rapti ſunt: ꝛ paruuli noſtri pro
diti ſūt: ꝛ iuuenes noſtri ſeruierunt: ꝛ fortes
noſtri inualidi facti ſūt. Et qđ oim maius:



ſignaculū ſyon: qm̄ reſignata ē de glīa ſua
nunc: ꝛ tradita eſt in manibus eoꝝ qui nos
oderunt. Tu ergo excute tuam multam tri‑
ſticiā: ꝛ depone abs te multitudinem dolo
rū: vt tibi repropitiet fortis: ꝛ requiē faciat
tibi altiſſimus requietione doloꝝ.

## Qđ non eque lugendum ſit fide‑ libus ꝛ infidelibus: cū illi ſpem re‑ ſurrectionis non habeant: nec vllā putent requiem mortuorum. Nos vero quibus eternitas repromiſſa eſt patientiores ſolatio eſſe debea‑ mus. Ca. XIII

c Eſſabunt igitur lachrymę: parēdū
eſt enim remedijs ſalutarib⁹: qꝛ de‑
bet aliquid inter fidos ꝛ pfidos int
eſſe. Fleant ergo qui ſpem reſurrectiōis ha
bere non poſſūt: quā nō ſentētia dei eripit:
ſed fidei inclementia. Interſit inter xp̄i ſer‑
uulos idolorumꝙ cultores: vt illi fleant ſu‑
os quos in perpetuū exiſtimant interiſſe:
illi nullas habeant lachrymaꝝ ferias: nullā
triſticię requiem conſequantur: qui nullam
putant requiem mortuoꝝ: nobis vero qui‑
bus mors nō naturę ſed vitę iſtius finis eſt:
quoniā in meli⁹ ipſa natura reparat: fletus
omnes: caſus mortis abſtergat. Certe ſi illi
ſibi aliqua ſolatia repererunt: qui finē ſen‑
ſus defectumꝙ naturę mortē arbitrati ſūt:
quantomagis nos quib⁹ meliora poſt mor
tem pręmia bonorum factorum conſcientia
pollicetur? Habent gentiles ſolatia ſua: qꝛ
requiē maloꝝ omniū mortē exiſtimant. Et
vt vitę fructu carent: ita etiā caruiſſe ſe pu
tant omni ſenſu ꝛ dolore pęnarum quas in
hac vita graues ꝛ aſſiduas ſuſtinem⁹. Nos
vero vt erectiores pręmio: ita etiā patien‑
tiores ſolatio eſſe debemus. Non em̄ amit‑
ti ſed pmitti videntur: quos nō abſumptu
ra mors: ſ ęternitas receptura eſt.

## Qđ propter aſſiduā recordatio nem mortuum fratrem repreſentā‑ tem a fletu ſe continere non potue‑ rit: cōmunibus tamē lachrymis lu‑ gendum cenſuerit. Ca. XIIII

c Eſſabunt ergo lachrymę: aut ſi ceſ‑
ſare non poterunt: in cōmunib' la‑
mentis flebo te frater: ꝛ ſub dolore
publico domeſticos gemitus tegam. Nam
ceſſare non poterunt: cū ad omnem ſonum
nominis tui lachrymę ſubrepant: vel cum
vſus ipſe recordationem excitat: vel cū affe
ctus imaginem repręſentat: vel cum recor‑
datio dolorem renouat. Quādo eni decs q
tantis officijs repręſentaris? Ades inquā
ꝛ ſemper oſtenderis: ꝛ toto te animo ac mē‑
te complector: aſpicio: alloquor: oſculor: cō
p̄hendo: vel in ipſa quiete nocturna: vel in
luce clara cū reuiſere ꝛ ſolari dignaris męrē
tem. Deniꝙ ipſę iam noctes quę quaſi mo
leſtiores viuente te videbant: ꝙ mutui con
ſpectus copiā denegarent: ipſe iam ſomnus
colloquioꝝ noſtroꝝ dudū interruptor in‑
amabilis: dulcis eſſe iā cępit: quia te mihi
reddidit.

## Qđ tam amabilis fratris nō po‑ tuit nō reminiſci: cū amor nō ſinat diſiungi abſentes etiā defunctos. Ca. XV.

n On igitur miſeri ſed beati quorum
nec pſentia deficit: nec cura minuit
ꝛ auget gratia. Etenim ſomni ſimi‑
lis imago mortis. Qđ ſi in quiete nocturna
vinculis adhuc corporeis inhęrentes: ꝛ q̄ſi
inter carceraria religatę clauſtra mēbrorū:
poſſunt tn̄ aię altiora ꝛ diſcreta perſpicere:
quanto magis ſpectāt hęc cū iā puro ęthe‑
reoꝙ ſenſu nulla corporeę labis impedimē
ta patiunt? Meritoꝙ mihi cōquerenti: ver
genteꝙ iam in occaſum die: non reuiſeres
quieſcentem: totus omni tēpore indiuidu⁹
affuiſti: ita vt illo perfuſus ſopore mēbroꝝ:
cū ego vigilarē tibi: tu viueres: mihi dicerē:
Quid ē mors frat? Nā certe nulli a me ſepa‑
re momētis. Ita eni vbiꝙ pręſto eras: vt ꝙ̄
in iſtius vitę vſu habere copiā neqbamus:
nūc nob ſemp ꝛ vbiꝙ pſto ſit. Nā tūc vtiꝙ
oia pręſto eſſe nō poterāt: nec em̄ cōplexio‑
nes noſtrę cōſpectuſꝙ ꝛ oſculoꝝ corporaliū
ſuauitates locis oibus ꝛ oib⁹ tēporib⁹ ſup‑
petebāt. Animoꝝ imagines ſemp nobiſcū
erāt: etiā quādo nō eram⁹ vna: q̄ ne nūc q‑
dem occiderūt: aſſidueꝙ aduolāt: q maiore
deſiderio: eo maiore copia. Teneo igitur te
frater: nec mihi te aut mors aut tēpus auel
let. Ipſe dulces lachrymę ſunt. Ipſi flet⁹ io‑
cundi: quib⁹ reſtinguit ardor animi: ꝛ q̄ſi re
laxatus euaporat affectus. Neꝙ em̄ ſine te
eſſe poſſū: aut tui nō meminiſſe vnquā: aut
meminiſſe vnquam: aut meminiſſe ſine la‑
chrymis. O amari dies q interruptā copu‑
lā pditis: O flebiles noctes q̄ tam bonum
conſortem quietis ꝛ indiuiduū mihi comitem
pdidiſtis. Quas ederet cruces niſi ſe offū‑

deret imagõ ꝑ̄ſentis:niſi viſiones animi re ꝑ̄ſentarẽt:quẽ ſpecies corporis denegaret? Jam iam frater aio meo cariſſime: quãquã ĩmaturo deceſſeris obitu :beatꝰ tñ qui iſta nõ ſuſtines:nec amiſſum fratrẽ mꝫrere compelleris: quẽ abſentẽ diu ferre nõ poteras: ſ; recurſu celeri reuiſebas. Qd̓ ſi tunc ſolitudinis meę tedia repellere:meſticiã fraternę mentis ableuare ꝓperabas:quãto nũc crebrius afflictũ animũ debes reuiſere:⁊ ex te cõceptũ:pte lenire mꝫrorem? At mihi tamẽ dat aliquas officij vſus iducias:⁊ obſequij ſacerdotalis intentio abducit animum.

## De fletu ſororis que ex fragili conditione ſexus ampliꝰ in lachrymis exuberauit. Ca.XVI

d

De ſancta vero ſorore qd fiet:q̃ licet diuino metu pietatem tẽperet: rurſus tñ ipſũ pietatis dolorẽ: ſtudio religiõis accendit:ſtrata humi ⁊ totum gremio ſui cõplexa tumulũ:laborioſo feſſa inceſſu: triſtis affectu:dies nocteſq; mꝫrorem integrat. Nã licet fletum plerũq; ſermõe ſuſpẽdat:i oratiõe renouat. Et quãuis ſcripturarum memoria cõſolationes ſerentibꝰ ꝑ̄currat:flendi tñ deſiderium ꝑ̄candi aſſiduitate cõpenſat: lachrymarũ vbertatẽ tunc pręcipue qñ nemo interrũpere poſſit inſtaurãs. Jta qd̓ miſerearis habes:qd̓ reprehẽdas nõ habes. Flere eñ i oratiõe virtutis ẽ:⁊ quãquã iſtud familiare virginibꝰ quibꝰ mollior ſexus:tenerior affectus contuitu cõis fragilitatis:in lachrymas etiã ſine domeſtici ſenſu doloris exuberat:tñ cũ maior cauſa mꝫrendi eſt:finis mꝫroris excludit̃. Deeſt igit̃ cõſolandi via:quia ſuppetit excuſandi gr̃a. Neq; eñ poſſis prohibere qd̓ doceas:ꝑ̄ſertim cum religionis aſtruat lachrymas non doloris:⁊ cõmunis ſeriem deplorationis in metu pudoris obtexat. Cõſolare ergo q̇ potes adire animũ: penetrare mentẽ. Cernat te eſſe ꝑ̄ſentem:ſentiat nõ eẽ defunctum: vt cuius ſecura de merito:eius functa ſolatio: diſcat pro eo nõ grauiter dolere :qui ſe admonuerit nõ dolendum.

## Qd̓ fratrem precedentẽ ad vitam ſanctꝰ Ambroſiꝰ ſequi cito deſideret:vt quibꝰ hic oĩa fuere cõmunia illic quoq; indiuiduũ ius ſit. De cõmẽdatiõe quoq; anime fratris omnipotenti deo:⁊ hoſtie ac ſacrificij ipſius oblatione. Ca.XVII

ſ

Sed quid ego demoror frater: quid expectẽ vt noſtra tecũ cõmoriat̃:et quaſi cõſepeliat̃ oratio? Licet ipſa ſpecies ⁊ exanimis corporis forma ſoletur: oculoſq; manens gr̃a ⁊ permanẽs figura demulceat:nihil inquã moror :procedamꝰ ad tumulũ:ſ; prius vltimũ corã ipſo vale dico: pacẽ prędico:oſculũ ſoluo:ꝑ̄cede ad illã cõmunẽ omnibꝰ ⁊ debitã:ſed iam mihi ꝑ cęteris deſiderabilẽ domũ. Para hoſpiti cõſortium:⁊ quẽadmodũ hic oĩa nobis fuere cõmunia:ita illic quoq; ius diuiduum neſciamus. Ne quęſo cupiẽtẽ tui diu deſeras:ꝑ̄perantẽ expecta:feſtinantẽ adiuua:⁊ ſi diutius morari tibi videbor:accerſi. Neq; enim vnquã prolixius abfuimꝰ a nobis:tu tamẽ ſolebas reuiſere: Nũc qm̃ tu redire iam nõ potes:nos ad te ibimꝰ:ęquũ eſt vt officium rependamꝰ:ſubeamꝰ vicẽ. Nũq; nobis fuit vitę ꝯditio diſcretior:ſemꝑ aut ſanitas aut ęgritudo cõmunis:vt cũ alter egreſceret: alter incurreret:cum alter reualeſceret: vterq; cõſurgeret. Quõ ius nr̃m amiſimꝰ? Et nũc ꝯſortium ęgritudinis fuit:quomõ mortꝭ conſortium non fuit? Tibi nunc oĩpotens deuſ innoxiã cõmendo aĩam tibi: hoſtiam meam offero:cape propitius ac ſerenus fraternum munus:ſacrificium ſacerdotis:hęc mei iam liba pręmitto. Jn hoc ad te pignore venio: nõ pecunię ſed vitę pignore:ne me diutius reſidere facias tanti fęnoris debitorẽ. Non mediocris eſt fraterni amoris vſura:nec vilis naturę ſors quã cumulauit incremẽtũ virtutis. Poſſũ ferre :ſi cito cogar exoluere.

## Sancti Ambroſij ep̄i de exceſſu fratris feliciter explicit.

## Capitulorum libri de fide reſurrectionis ſãcti ambroſii epiſcopi :recollecta annotatio.

Qua rõne ſanctꝰ ambroſiꝰ libro ſuꝑiore deſiderio ſuo indulſerit:doloreq; lenierit:et qd in hoc libro agere ꝓponat. Ca.I.
Qua rõne indiſcretꝰ timor mortis atq; exceſſiuus luctꝰ ⁊ clamores publici circa defunctos : qui frequẽtius a mulieribꝰ ſerũtur :reprehenſibiles ſint. Ca.II
Quõ naturalis dolor ꝓpter defunctos lege rõnis reſtringi debeat. Et a quibꝰ malis ꝑ̄ſentꝭ vitę liberati ſint mortui. Ca.III
Qꝫ mors malũ nõ ſit:ſ; erũnarum oĩm maloꝝq; ꝑfugiũ:vt exẽplis ſcripturę demonſtrat̃. Et quomodo exemplo dauid magꝭ deflenda ſint peccata defunctorum q̃; corporalis mors ipſorum. Ca.IIII.
Quõ exẽplis ſapiẽtiſſimi ſalomonis:ſctõrum iob atq; dauid:plus appetẽda ſit mors q̃; pręſens infęlix vita. Ca.V
Qꝫ ꝑ̄ſentis vitę fallax beatitudo deſideranda nõ ſit: ſ; exẽplo ſcõrum futura fęlicitas ſit appetenda. Et de triplici morte ſcꝫ ſpiritali naturali ⁊ pęnali. Ca.VI.
Quomodo lex carnis legi mẽtis repugnet: ſicuti omnes ſentimus:⁊ de remedio liberationis. Ca.VII.
Per quem modũ licitũ ſit deſiderare corporalem vitam vel mortem. Et quantũ profuerit mors plurimorum:⁊ maxime mors filij dei:qui ſua morte omnes nos viuificauit. Ca.VIII.
Quõ mors a natura nõ ſit:ſ; poſt ꝑ̄uaricationẽ ꝓ remedio introducta. Et qꝫ nemo appetere debeat nõ mori:cũ honoratior reſurgat pꝰ mortẽ q̃; ante viuebat. Ca.IX
De errore gẽtiliũ. Et qꝫ licet pluribꝰ modis fides reſurrectiõis aſtrui poſſit:tribꝰ tñ argumẽtis euidẽtiꝰ colligit̃:videlicet ratiõe vniuerſitatiſ: exẽplo ⁊ teſtimoio rei geſtę. Ac de aſtructione per euidentem rõnẽ. Et quę ſit prima reſurrectionis fides. Ca.X.
De probatione fidei reſurrectionis ſumpta ab exemplis fructuũ terrę ⁊ ſeminum:quę ſata moriunt̃ ⁊ reuiuiſcunt. Ca.XI.
De aſtructiõe fidei reſurrectiõis ꝑ exẽplum ſurculi inſerti trunco:q̇ ꝯualeſcit i arborẽ. Atq; exemplo maris qd̓ mortua corpora in littus reſtituit. Ca.XII.
De aſſertione fidei reſurrectionis ab exemplo phęnicis auis in arabia:quę ſibi rogũ ſuccendere perhibetur:⁊ rurſum de fauillis ⁊ cineribus renaſci. Ca.XIII.
Qꝫ ſicut id qd̓ inſerit̃ nõ ſuꝑ̄piꝰ ſ; ſemẽ ẽ futuri:ſic corpꝰ h̓ mortale ſemẽ ſit futuri corporis imortalis. Et ſic̃ hęc corruptibilia a ꝯditore naturę certo tꝑe regenerãt̃ ⁊ reſurgũt:ſic reſurrectio i fine mundi ſit futura. Ca.XIIII.
Qꝫ ſic̃ ex nihilo aliq̇d fieri recta fide credimus:ſic id qd̓ factũ ẽ i meliꝰ reꝑari poſſibile credere debeamꝰ. Ac de teſtimonijs ſcripturę q̇bꝰ veritas reſurrectõis comprobatur. Ca.XV.
De approbatiõe fidei reſurrectionis ex ezechiele ꝓpheta:atq; miraculis circa filios iſrael ⁊ ęgyptios oſtenſis. Ca.XVI.
De affirmatiõe fidei reſurrectionis ꝑ exemplũ rei geſtę i reſuſcitatiõe lazari ⁊ de myſterijs ſigficatꝭ i illa reſuſcitatõe. Ca.XVII
De exẽplis aliorum mortuorum reſuſcitatorum:vt in nouo ⁊ veteri teſtamẽto legit̃: quibꝰ veritas reſurrectõis aſtruat̃. Ca.XVIII.
Qꝫ magꝭ credendũ ſit teſtimonio dei reſurrectionẽ ꝑ̄dicenti:q̃; dictꝭ philoſophorum de natura cęli ⁊ ſiderum diſputantibꝰ. Et qꝫ cõuenienter reuniri debeat caro ſpiritui: vt cum quo meruerit vel demeruerit:cum ip̄o quoq; dignã vicem recipiat. Ca.XIX
Quemadmodum exemplo abrahę et dauid reſurrectionem credere debeamꝰ: ſciẽtes quoniam qui ſuſcitauit dominum ieſum xp̄m:⁊ nos cum illo ſuſcitabit cum hoc ꝓmiſerit qui nunquã mentit̃ deꝰ. Ca.XX.
De fructu reſurrectionis atq; diſtinctiõe ordinis reſurgentium ſecundum diſtinctionem meritorum. Ca.XXI
Qꝫ quicunq; ſine peccato eſt:viuat deo vita gr̄ę:etiã ſi moriat̃ corꝑe:cũ exhortatiõe perpulchra vt imitemur ſcõrum vitã q̇rũ reſurrectiõis ſperamus cõſortiũ. Ca.XXII.
De fide:obediẽtia ⁊ hoſpitalitate ſci abrahę: ac bonitate caſtimonia ⁊ patientia iſaac: Et de fidelitate atq; cęterꝭ v̓tutibꝰ iacob: in q̇ typũ xp̄i imitari adhortamur cum cęlũ patere v̓tuti videamus. Ca.XXIII.
Qꝫ exẽplo reſurrectõis xp̄i maxime aſtruat̃ veritas reſurrectiõis hũanę in fine mũdi: quo in momento in nouiſſima tuba chriſtus omnes ſuſcitabit. Ca.XXIIII.
De tubarum ſpeciebꝰ:⁊ myſtica illorum int̓pretatiõe q̃ diligent̓ ẽ adũtenda. Ca.XXV.
De myſtica ſignificatione tubę qua verus iubileus ⁊ futura requies pręſignatur. Et de vmbra ⁊ imagine atq; per ieſum chriſtum facta veritate. Ca.XXVI.
De morali ſignificatiõe duarum tubarum argentearum atq; ſacerdotaliũ:q̇rũ ſonitu mortui ſuſcitant̃:nõ crepitu aerꝭ ſed v̓bo v̓itatis aĩati q̇bus etiã hoſtes fugãt̃. Ca.XXVII.
De diſtinctiõe atq; ordine reſurgẽtium ſꝫm differẽtiã meritorum ſignificatis ꝑ quadruplicẽ modũ canẽdi tubis:q̇ caſtrametãteſ filij iſrꝭ ordinate citabant̃. Ca.XXVIII
Quemadmodũ xp̄s oẽs benignus illuſtret ⁊ inuitet:ſicut ⁊ eccleſia facit: ⁊ de euidentioribus teſtimonijs quibus reuelatur reſurrectio. Ca.XXIX.

De cõparatione huiꝰ vitę ad beatã illã vitã
quę poſt reſurrectionẽ erit. Et de laboribꝰ
erũnis ac miſerijs vitę pręſentis cui reſur/
rectio pręferenda eſt. Ca. XXX.
De erroribus philoſophoꝝ atq̇ poetarum
de ipſa anima: atq̇ eiꝰ imortalitate: q̇bus
ꝓferenda ſũt oracula prophetaꝝ atq̇ xp̄i
fidele promiſſum. Ca. XXXI.
De his quę ſm̄ rectã fidẽ credere debeamꝰ
de animę imortalitate: reſurrectiõe quoq̇
atq̇ futura fęlicitate: vbi mortẽ iam time
re non poterimus. Ca. XXXII.

## Sancti Ambroſij ep̄i liber de fide reſurrectõis: In quo fratris ſui de/ ceſſũ recõmemorãdo: cohortat̃ noſ ac cõſolat̃ docẽs obitũ nr̄oꝝ lugẽ/ dũ nõ eẽ: ꝑcipue propt̃ ſpem reſur/ rectiõis ⁊ future glorie ſuauitatem feliciter incipit.

### Qua rõne ſanctꝰ ambroſiꝰ libro ſuperiore deſiderio ſuo indulſerit: doloremq̇ lenierit: ⁊ quid ĩ hoc li/ bro agere proponat. Ca. I.

Superiore libro ali
quid indulſimꝰ deſiderio: ne tan
quã feruenti plagę auſteriora ad
hibita medicamẽta exaſperarẽt
magis q̃ lenirẽt dolorẽ: ſiſt q̄ frat̃ ẽ ſępius
allocuti ſumꝰ: ⁊ oculis tenebamꝰ: abſurduꝫ
nõ fuit relaxare paulisꝑ affectũ naturę: q̇ la
chrymis magis paſcit̃: fletibꝰ dclinit̃: ſtupo
re defigit̃. Mollis eni ⁊ tenera ſpẽs eſt for/
ma pietatis: nihil inſolens amat: nil immi/
te: nil duꝝ: ferendo autẽ probat̃ patiẽtiã q̃
reſiſtendo. Ergo q̄ dudũ dies mortis inter
lachrymabiles aſpectꝰ debuit animũ incli/
nare fratnũ qui totũ tenebat: nũc qm̃ die ſe
ptimo ad ſepulchrũ redimꝰ: q̇ dieſ ſymbolũ
futurę quietis ẽ: a fratre paululũ ad cõmu/
nẽ humani generis cohortationẽ iuuat de/
riuare mentẽ: intẽtionẽq̇ tranſfundere: ita
vt neq̇ totis ſenſibꝰ defigamur ĩ fratre: ne
obrepat affectus: neq̇ tantę exules pietatl
⁊ grę: eum quẽ diligimꝰ deſeramꝰ: ⁊ vere ipi
nobis tanti doloris augeamꝰ iniuriã: ſi ho/
dic nobis ⁊ in ſermõe moriat̃. Vñ ꝓpoſui/
mus frẽs cariſſimi ſolari nos cõmuni vſu:
nec durũ putare q̇cq̇d vniuerſos manet: et
iõ mortẽ nõ eẽ lugẽdã. Primũ: q̄ cõis ſit et
cunctis debita. Deinde: q̄ nos ſęculi huiuſ
abſoluit ęrumnis. Poſtremo: q̄ ſõni ſpecie
vbi ab iſtius mundi labore requietuꝫ ſit: vi
gor nobis viuatior refũdat̃. Quẽ dolorẽ nõ
ſolet̃ reſurrectiõis grã: quẽ nõ excludat mę/
rorẽ: ſi credas nihil perire morte: immo ipiꝰ
celeritate fieri mortis plus perire ne poſſit?
Erit ergo fratres cariſſimi vt in adhortatio
ne cõmuni etiã fratri noſtro pendamꝰ affe/
ctũ: nec ab eo longiꝰ deuiaſſe videamur: ſi
ꝑ reſurrectiõis ſpem ⁊ futurę glię ſuauitatẽ
etiã in ſermone nobis hodie reuiuiſcat.

### Qua ratiõe indiſcretꝰ timor mor tis atq̇ exceſſiuꝰ luctꝰ ⁊ clamores publici circa defunctoſ: qui frequẽ tius a mulieribꝰ ferunt̃: reprehenſi biles ſint. Ca. II

Ordiamur igit̃ ab eo: vt lugendum
nobis noſtroꝝ obitũ nõ eẽ docea/
mus. Quid em̃ abſurdius: q̃ vt id
qȯ ſcias oibꝰ eẽ ꝓſcriptũ: quaſi ſpeciale de/
plores? Hoc ẽ animũ ſup̄ cõditionẽ extolle/
re: legẽ nõ recipere: cõe naturę ꝯſortiũ recu/
ſare: mẽte carnis inflari: ⁊ carnis ipſiꝰ neſci/
re menſuram. Quid abſurdiꝰ q̃ neſcire qui
ſis: affectare qȯ nõ ſis? Aut q̇d imprudẽtiꝰ
qȯ futuꝝ ſcias: id cũ acciderit ferre nõ poſ/
ſe? Natura ipſa nos reuocat: ⁊ huiuſcemo/
di męroribꝰ quadã ſui collatione ſubducit.
Quis eſt eni tam grauis luctꝰ: aut tã acer/
bus dolor: in q̇ nõ interdũ relaxet̃ animus?
Habet hoc natura: vt quãuis hoies in triſti
bus rebus ſint: tñ ſi modo hoies ſũt: a mę/
rore mẽtẽ paulisper abducãt. Fuiſſe etiam
quidã ferunt̃ ꝑli: qui ortus hoim lugerẽt:
obituſq̇ celebrarẽt. Nec iprudent̃. Eos em̃
qui in hoc vitę ſalũ veniſſent męrendos pu
tabant: eos vero q̇ ex iſtius mundi ꝓcellis
⁊ fluctibꝰ emerſiſſent nõ iiuſto gaudio ꝓſe/
quendos arbitrabant̃. Nos q̃ ipſi natales
dies defunctoꝝ obliuiſcimur: ⁊ eum q̇ obie
rint diẽ celebri ſolennitate renouamꝰ. Nõ ẽ
grauis ſubeũdꝰ męror ſm̃ naturã: ne aut ex
cellẽtiorẽ aliq̇ naturę exceptationẽ nob ar/
rogare videamur: aut cõem recuſare. Etem̃
mors eq̄lis ẽ oibus: indiſcepta paupibꝰ: in
diſcepta diuitibꝰ. Et iõ licet ꝑ vniꝰ pctm̃: in
oẽs tñ ꝑtranſiuit: vt quẽ generis nõ refugi/
mus auctorẽ: nõ refugiamus ⁊ mortis: ⁊ ſit
nobis ſic ꝑ vnũ mors: ita ꝑ vnũ etiã reſurre
ctio: nec recuſemꝰ erũnam: vt ꝑueniamꝰ ad
grãm. Venit em̃ vt legimꝰ xp̄s ſaluũ facere Luc.
qȯ perierat: ſ vt nõ ſolũ viuoꝝ ſ etiã mor/
tuoꝝ dñet̃. Lapſus ſũ in adã de paradiſo:



electꝰ ĩ adã: mortuꝰ ĩ adã: quẽ reuocaret niſi
me in adam inuenerit: vt in illo culpę obno
xium morti debitũ: ita in xp̄o iuſtificatum?
Si ergo debitũ mortis ẽ ſolutio: debet eſſe
tolerabilis. Sed hic locus poſterioribꝰ par/
tibus reſeruandus. Nunc ꝓpoſitũ eſt aſſe/
rere mortẽ grauiori nõ debere eſſe męrori:
q̄ eũ natura ipſa reſpuat. Deniq̇ lyciorum
ferunt̃ eſſe ꝓcepta: quę viros iubeãt mulie/
brę veſtẽ induere: ſi męrori indulgeãt: eo q̄
mollẽ ⁊ effeminatũ iudicauerint in viro lu/
ctũ. Deforme eſt em̃ eos qui ꝓ fide: pro reli
gione: ꝓ patria: ꝓ ęquitate iudicij atq̇ in/
tẽtione virtutis obuiũ morti debẽt pectus
offerre: męrere in alio grauiꝰ qȯ ĩ ſe ſi cauſa
exegerit expetendũ eſt. Nã quẽadmodum
potes ĩ te nõ refugere: qȯ impatientiꝰ alijs
doleas accidiſſe? Depone męrorẽ ſi potes:
include ſi nõ potes. Aut abſorbendus ois:
aut ꝓmendus ẽ dolor. Cur em̃ męſticiã tuã
nõ ratio potius q̃ dies leniat? Nã qȯ oblit
teratura eſt tẽporis ſeries: melius prudẽtia
mitigabit. Quinetiã hocipſũ irreligioſum
puto erga ipſoꝝ memoriaꝫ quoꝝ dolemus
amiſſos: vt obliuiſci coꝝ malimus: q̃ con/
ſolatione mulceri: aut cũ horrore reminiſci:
q̃ meminiſſe cum gratia: recordationem ti/
mere quoꝝ imago debeat eẽ voluptati: dif/
fidere potiꝰ q̃ ſperare de meritis defuncto/
rum: ⁊ pęnę additos q̃ immortalitati debi/
tos quos dilexeri eſtimare. Sꝫ dic. Quos
diligebamꝰ amiſimꝰ: Nõne hęc nob cũ ipſo
mundo elementiſq̇ cõmunia ſunt: quia ad
tempus credita in perpetuũ tenere nõ poſ/
ſumus? Gemit terra ſub aratri: imbribꝰ cę/
ditur: tẽpeſtate ꝯcutitur: ſtringitur frigore:
ſole torret̃ vt fructꝰ annuos fęta parturiat:
⁊ cum ſe vario flore veſtierit: exuitur ꝓprio
⁊ ſpoliatur ornatu. Quantos hęc raptores
habet: nec fructũ ſuũ queritur amiſſuꝫ: quẽ
ideo generauit vt amitteret: nec impoſterũ
negat: quẽ ſibi meminit auferendũ. Cęlum
ipſũ nõ ſemꝑ ſtellaꝝ micãtiũ globis fulget:
⁊ quaſi quibuſdã inſignit̃ coronis. Nõ ſem
per ortu luciſ albeſcit: radijs ſolis irrutilat:
ſed aſſiduis vicibus ille quidã mundi vul/
tus gratiſſimꝰ: humenti noctiũ caligat hor
rore. Quid gratius luce? Quid ſole iocun/
dius qui quotidie occidit? Deceſſiſſe tamẽ
hęc nobis nõ moleſte ferimus: quia repręſu
mimꝰ. Doceris in his quã ĩ tuis debeas ex/
hibere patientiã. Si ſuperiora tibi occidũt
nec dolori ſunt: cur ſi occiderint hũana dō/
leant̃? Sit tamen patiens dolor: ſit in triſti/
bus modus qui exigit̃ in ſecũdis. An ſi im/
moderate gaudere nõ couenit: lugere cõue
nit? Nõ eni mediocre maluꝫ eſt immodera/
tio doloris: aut metus mortis. Quãtos ad
laqueũ impulit: armauit ad gladiũ: vt ĩ eo
ipſo amentiã ſuã ꝓderent: mortẽ nõ ferẽtes
⁊ mortẽ appetentes: ⁊ qȯ ꝓ malo fugerẽt ꝓ
remedio aſciſcerent: qui qm̃ cõſentaneũ na
turę ſuę ferre ac ꝑpeti nequeunt: ꝯtrariũ vo/
ti incidunt: vt ab his in perpetuũ ſeparent̃
quos ſequi deſiderauerũt. Sꝫ hęc rara: qm̃
natura ipſa reuocat: ⁊ ſi ꝓcipitet amentia.
Illud vero frequẽs in mulieribꝰ: vt clamo/
res publicos ſerant: quaſi metuant ne eaꝝ
ignoret̃ erumna: vt illuuiẽ veſtis affectent:
quaſi in ea ſit ſenſus dolẽdi: vt impexũ ſor/
dibus imadidẽt caput: vt poſtremo qȯ plę
riſq̇ in locis vulgo fieri ſolet: diſciſſo amic/
tu: diloricata veſte ſecreti pudoris nuda ꝓ/
ſtituant: quaſi ipſũ lenocinent̃ pudoreꝫ: q̄
pudoris ſui pręmia perdiderũt. Sic ꝓcaces
oculi ꝓuocant̃ vt cõcupiſcant: vt amare in/
cipiant mẽbra nudata: quę ſi nõ aſpicerent
nõ amarent. Atq̇ vtinã ſordidata illa tegu
menta corporis nõ ſpeciẽ: ſed mentẽ obnu/
berent. Latet plerũq̇ ſub triſti amictu mẽ/
tis laſciuia: ⁊ deformis horror veſtis obte/
xitur: vt ſecreta petulãtiũ tegant̃ animoꝝ.
Satis pie virum luget: quę ſeruat pudorẽ:
nõ deſerit fidẽ. Hęc bñ defunctis officia im/
pendunt̃ vt viuant ĩ mentibus: in affectibꝰ
ꝑſeuerent. Nõ amiſit virũ quę exhibet ca/
ſtitatem: nõ eſt viduata cõiugio: q̇ nõ mu/
tauit nomẽ mariti. Nec tu perdidiſti here/
dem q̇ adiuuas coheredẽ: ſ ꝓ ſucceſſore cor
ruptibiliũ: mutaſti cõſortẽ imortalium. Ha
bes q̇ tibi repſentet heredeꝫ: ſolue pauperi
qȯ debet̃ heredi: vt nõ ſolũ maternę aut pa
ternę ſenectutis: ſ etiã vitę ꝓprie ſit ſuper/
ſtes. Plus ſucceſſori tuo relinques: ſi por/
tio eius non ad luxũ pręſentiũ ꝓficiat ſ ad
ꝓciũ futuroꝝ. Sed deſideramꝰ amiſſos.

### Quõ naturalis dolor ꝓpter de/ functos lege rõnis reſtringi debe/ at: Et a quibꝰ malis ꝑſentis vite li/ berati ſint mortui. Ca. III.

Duo ſũt em̃ q̇ maxime angunt: aut
deſideriũ eoꝝ quos amiſerimꝰ: ſic
meo exemplo metior: aut q̄ eos vi/
tę ſuauitate priuatos: ereptos laboris ſui

fructibus arbitramur. Tenera eñ amoris ẽ
titillatio: q̃ ex improuiſo affectum excitat:
vt ſedandi magis q̄ excludendi doloris fa/
cultas relinquat̃: ſimul q꜡ piū videt̃ deſide/
rare qđ amiſeris: ⁊ ſpecie virtutis adoleſcit
infirmitas. Sed cur tu putes patientiorem
illā eſſe debere que dilectū ad ꝑegrina dimi
ſerit: ⁊ militie gr̃a vel ſuſcepte adminiſtrati
onis officio: vel negociandi vſu tranſfretaſ
ſe cōpererit: q̄ te q̃ nō fortuito arbitrio de/
reliqueris: aut ſtudio pecunie ſed lege natu
re? Sꝫ recuperandi tibi intercluſa ſpes q̃ſi
cuidā certa redeundi. Et plerūq; dubia pl⁹
fatigant vbi periculi metus integer: graui/
uſq; ē timere ne acciderit: q̄ tolerare quod
iā noueris accidiſſe. Aliud eni ſummam for
midinis coaceruat: aliud fineꝫ expectat do
loris. An dn̄is ius ē quo decreuerit trāſfer/
re mancipia: deo nō ē? Sꝫ nō ſuppetit expe/
ctare remeantē: ſuppetit tn̄ ꝓcedentē ſequi.
Et certe breuis vite vſus: nec illi multū vi/
det̃ eripuiſſe qui ante ꝓceſſit: nec te differre
diutius qui remāſeris. Qđ ſi deſideriū tuū
mitigare nō poſſis: nōne tn̄ videt̃ indignuꝫ
pro deſiderij tui ſtudio rerum ordineꝫ velle
cōuerti? Amantiū ardentiora vtiq; deſide/
ria ſunt: ⁊ tn̄ neceſſitatꝭ contuitu tēperant̃.
Et ſi dolent deſeri: lugere tn̄ nō ſolent. De/
ſtitui amare impatientius erubeſcunt. Ita
patientia deſiderij plus probat̃. Quid aūt
de his loquar: qui defunctos putāt vite ſu/
auitate priuari? Nulla pōt eē iocunditas in
ter has vite noſtre amaritudines aut dolo/
res: que vꝉ ex corporꝭ ipſi⁹ infirmitate: vꝉ ex/
trinſecus accidentiū incōmoditate generā/
tur. Anxij eñ ſemꝑ ⁊ ad ipſa leticie vota ſu
ſpenſi quodā fluctuam⁹ incerto: ſperantes
dubia pro certis: incōmoda ꝓ ſecundis: ca/
duca pro ſolidis: nihil habentes poteſtatis
in arbitrio: firmitatis in voto. At ſi aliquid
contra voluntatē acciderit: ꝑditos nos pu/
tamus: pluſq; aduerſoꝝ dolore frangimur:
q̄ ſecundoꝝ fructu potimur. Quibus igit̃
carēt bonis: qui maiorib⁹ eripiunt̃ incōmo/
dis? Valitudo credo bona: pluſ adiuuat q̄
affligit mala: aut opulētia plus delectat q̄
egeſtas afficit: aut filioruꝫ magis amabilis
gratia: q̄ lugubris amiſſio: aut adoleſcētia
iocundior: q̄ ſenect⁹ triſtior: q̄ plerūq; ſuoꝝ
tedet votoꝝ ⁊ optati penitet: vt doleat ipe/
tratū qđ nō impetrare metuebat. Exilia vo
⁊ ceteraꝝ penaꝝ acerbitates: q̃ pōt compē/
ſare patria: que voluptates: q̃ etiā cū ſunt
debilitant̃: tn̄ aut nō intendēdi affectu aut
amittēdi metu? Eſto tamē maneat inoffen
ſus: immunis a dolorib⁹: perpes i volupta/
tibus vite curſus humane: quid tamē com/
modi conſequi pōt aīa in iſtiuſmodi corpo/
ris incluſa cōpaginib⁹: ⁊ quibuſdā mēbro/
rū anguſtijs coartata? Si caro nr̃a carcereꝫ
fugit: ſi deteſtat̃ omne quicq̃d euagandi fa/
cultateꝫ negat: que vtiq; paruis vltra ſe au
diendi videndiq; excurrere videt̃ ſenſibus:
quātomagis anima nr̃a corporeū iſtud eua
dere geſtit ergaſtulū: que motu aerio libera
neſcimus quo vadat aut vñ veniat? Scim⁹
tamen q꜡ corpori ſupuiuat: ⁊ ea iā depoſitis
proprij ſenſus repaguliſ expedita libero cer
nat obtutu: que ante ſita in corꝑe nō vide/
bat. Qđ exemplo dormientiū poſſum⁹ eſti
mare: quoꝝ animi velut ſepulto quieti cor/
pore: ad altiora ſe ſubrigūt: ⁊ renunciāt cor/
pori rerū abſentiū vel etiā celeſtiū viſiōes.
Ergo ſi mors carnis et ſeculi nos abſoluat
erūnis: vtiq; malum non eſſe que libertatē
reſtituit ⁊ excludit dolorem.

## Qđ mors malū nō ſit: ſed erūna/rum omniū malorūq; perfugiū: vt exemplis ſcripture demonſtrat̃. Et quō exemplo dauid magis deflen/da ſint peccata defunctorum q̄ cor/poralis mors ipſorum. Ca. IIII.

Hic igit̃ nobis adoriendus diſputā/
di locuſ: mortē malū nō eē: q꜡ erum
naꝝ omniū maloꝝq; ꝑfugiū ē: ⁊ fi/
da ſtatio ſecuritatis ac port⁹ quietꝭ. Nūq̃d
i hac vita nō experimur aduerſa? Quās nō
ꝓcellas tēpeſtateſq; ꝑpetimur. Quib⁹ non
exagitamur incōmodis? Cuius parcit̃ meri
tis? Sanctus patriarcha iſrael: ꝓfugus pa/
tria: fratre: parētib⁹: domū mutauit exilio:
ſtuprū filie: generis necē fleuit: famē ꝑtulit:
ſepulturā defunctus amiſit: tranſferri enim
oſſa ſua: ne vel mortu⁹ requieſceret obſecra
uit. Sāctus ioſeph odia fratrū: inſidias in/
uidorum: ſeruulorum obſequia: mercatorū
imperia: dn̄e petulantiaꝫ: mariti inſcitiam:
carceris quoq; eſt expertus erumnā. San/
ctus dauid filioſ amiſit duos: vnū inceſtū:
alterum parricidam. Hos habuiſſe pudorꝭ
eſt: doloris eſt perdidiſſe. Amiſit ⁊ tertium
quem amabat paruulum: hunc viuentē ad
huc fleuit: mortuuꝫ nō deſiderauit. Sic eñ 2.Re
legim⁹ q꜡ egrotante puero deꝑcabat̃ dauid



dominū pro puero ⁊ ieiunauit: ⁊ i cilicio ia/
cuit: ⁊ aſtantib⁹ maiorib⁹ natu vt excitarēt
eū de terra: nec ſurgendū ſibi nec cenanduꝫ
putauit: vbi vero defunctū pueruꝫ cōperit
ſurrexit de terra: lauit: ilico vnct⁹ ē: veſtimē
ta mutauit: adorauit dn̄m: cibum ſumpſit.
Cū hec miranda ſuis pueris viderent̃ infan
te viuente euꝫ ieiunaſſe: ploraſſe: quia iure
arbitrabat̃ dn̄m poſſe miſereri: nec dubitā/
dum q꜡ vitam poſſet ſeruare viuentis: qui
poſſet viuificare defunctos. Iam vero obi/
ta morte quid ieiunaret: q̃ iā nō poſſet redu
cere mortuum exanimēq; reuocare? Ego in/
quit ibo ad eū: ipſe autē nō reuertet̃ ad me.
O maximū ſolatiū deſiderātis: O veꝝ ſapi
entis iudiciū. O mirā patientiā ſeruientis:
vt nemo ſibi aduerſi aliquid accidiſſe indi/
gne ferat: ⁊ contra meritū ſuū ſe querat̃ af/
flictū? Quis eni tu es q̃ de tuo merito ante
ꝓnuncies? Cur ꝓuenire deſideras cognito/
rem? Cur eripis ſentētiam iudicaturo? Nec
ſanctis iſtud permiſſū eſt: nec a ſanctis im/
pune vnquā ē vſurpatū. Dauid ſe ꝓpterea
ß.72. flagellatū ſuo carmine cōfitet̃: Ecce ipi pec
catores ⁊ abundāteſ in ſeculo: obtinuerunt
diuitias. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor me/
um ⁊ laui inter innocentes manus meas: et
fui flagellatus tota die: ⁊ vindex me⁹ i ma/
tutinū. Petrus quoq; quāuis plenus fide
deuotionis: tn̄ quia nōdū cōſcius nr̃e infir/
ob.13. mitatis ꝓſumptiue dixerat dn̄o: Aiam me/
am ꝓ te ponā: temptationē ꝓſumptiōis an
teq; tertio gallus cantaret incurrit: licet ipa
tēptatio documentum fuerit ad saluteꝫ: vt
diſcamus nō cōtemnere carniſ infirmitatē:
ne cōtemnendo temptemur. Si petrus tē/
ptatus eſt: qs ꝓſumat: quis aſtruat ſe non
poſſe tēptari? Atq; haud dubie ꝓ nobis tē/
ptatus ē petrus: vt in fortiore nō eſſet tem/
ptamēti ꝑiculū: ſed ab illo diſcerem⁹ quem
admodū in ꝑſecutionib⁹ reſiſtentes: ⁊ ſi vi/
te ſtudio temptaremur: tēptationis tamen
aculeum patientie lachrymis vinceremus.
Idē tn̄ dauid ne quē fortaſſis ſcripturarum
tenacē moueat factoꝝ diuerſitas: idē iquā
dauid parricidā mortuū fleuit: qui nō fleue
rat innocentē. Deniq; cū ploraret ⁊ lugeret
.18. dixit: Fili⁹ meus abſalon: filius me⁹ abſa/
lon: Quis dabit mihi mortē ꝓ te? Nō ſolū
ergo fletur abſalon: flet̃ parricida: nō fletur
inceſtus: ſ; etiam vindicat̃: alter cōtemptu
regni: alter fratris exilio: fletur ſcelerat⁹: nō
fletur dilectus. Que cauſa: que ratio? Non
mediocris igit̃ in prudentibus deliberatio:
ſapientib⁹ cōfirmatio. Magna eni pruden
tie in tanta factoꝝ diuerſitate conſtantia.
Vna ē fides: ⁊ illos mortuos fleuit: ⁊ flēdū
infantē mortuū nō putauit. Illos eniꝫ ſibi
periſſe credebat: hūc reſurrectuꝝ ſperabat.
Sed de reſurrectione poſterius: nunc ad ꝓ
poſita reuertamur.

## Quomodo exemplis ſapientiſſi/mi ſalomonis: ſanctorum iob atq; dauid: plus appetēda ſit mors q̄ preſens infelix vita. Ca. V.

Remiſimus eni etiā ſanctos viros
p grauia in hoc mundo ⁊ multa per/
peſſos: ſine ſuffragatione meritoꝝ
cum erumna laboꝝ. Vnde regreſſus ad ſe
dauid in poſteriorib⁹ dicit: Memento dn̄e Ps.102.
q꜡ puluis ſumus: homo tanquā fenuꝫ dies
eius. Et alibi: Homo vanitati ſiſis factus Ps.143.
eſt: dies eius ſicut vmbra ꝑtereunt. Quid
enim nobis miſeri⁹ qui tanq̄ ſpoliati ⁊ nu/
di ꝓijcimur in hanc vitam: corꝑe fragili: cor
de lubrico: imbecillo animo: anxij ad ſollici
tudinem: deſidioſi ad laborem: ꝓni ad vo/
luptates? Nō naſci igitur longe optimū: ſe
cundū ſancti ſalomonis ſententiā. Ipſum
eñ etiā qui ſibi viſi ſunt in philoſophia ex/
cellere ſecuti ſūt. Nā ipſe illis anterior: nr̄is
poſterior: ita i eccliaſte locut⁹ ē: Et laudaui Eccs.4.
ego omnes defunctos qui iam mortui ſunt
magis q̄ viuentes: quicunq; viuūt vſq; ad
huc: ⁊ optim⁹ ſuper hos duos qui nōdū na/
tus ē: ⁊ qui nō vidit hoc opus malum qđ fa
ctū eſt ſub ſole. Et vidi ego vniuerſū labo/
rem eoꝝ: ⁊ omnē virtutē operꝭ huius: quia
emulatio viro ab altero. Equidē hoc vani/
tas ⁊ preſumptio ſpūs. Et quis hoc dixit:
niſi ille qui ſapientiā popoſcit ⁊ impetrauit
vt ſciret diſpoſitiōes orbis terraꝝ: ⁊ virtu/
tem elementorum: anni curſus: ⁊ ſtellarum
diſpoſitiones: nō ignoraret naturaſ anima
lium: ⁊ iras colligeret beſtiaruꝫ: vim vento/
rum ⁊ cogitationes hominū deꝑhenderet?
Quem igitur nō latuerunt celeſtia: quēad/
modum laterent mortalia? Qui cogitatio/
nem mulieris inueſtigauit infantem vendi
catis alienum: qui naturas animaliū quas
nō acceperat: diuina tamen gratia aſpiran/
te cognouit: hic de ſue cōditiōe nature quā
in ſe expertus eſt: errare aut mētiri potuit?
Sed nō ſolus hoc ſenſit: ⁊ ſi ſolus expreſſit.

Job.3. Legerat ſanctum dixiſſe iob: Pereat dies
illa qua natus ſum: ⁊ cognouerat: naſci ma
lorum omniũ eſſe principium: ⁊ ideo diem
qua natus eſt perire optauit: vt tolleretur
origo incõmodorum: ⁊ optauit perire diem
generationis ſue: vt diẽ reſurrectionis acci
peret. Audierat etiam ſalomon dixiſſe pfez
Ps.38. ſuum: Notum fac mihi domine finem meũ
⁊ numerum dierum meorum qui eſt: vt ſci
am quid deſit mihi. Nouerat eni dauid nõ
poſſe id qđ perfectũ eſt hic cõprehendi: ⁊ iõ
1.Cor.13. ad ea que ſunt futura properabat. Nũc eñ
ex parte ſcimus ⁊ ex parte cognoſcimꝰ: tũc
autem id quod perfectum eſt poterit com
prehendi: cum reuelata facie nobis ſpeculã
de maieſtatꝭ eternitatiſqꝫ diuine ceperit re
lucere: nõ vmbra ſed veritas. Nemo tamen
feſtinaret ad finem: niſi vite iſtius fugeret
incõmoditatem. Et ideo etiã dauid quare
Ps.38. ad finem feſtinet: expoſuit dicens: Ecce ve
teres poſuiſti dies meos: ⁊ habitudo mea
tanquã nihil ante te: verumtamẽ vniuerſa
vanitas omnis homo viuens.

## Quod preſentis vite fallax beatitudo deſideranda non ſit: ſed exemplo ſanctorum futura felicitas ſit appetenda. Et de triplici morte: ſcilicet ſpiritali: naturali: ⁊ penali. Ca. VI

Quid igitur videmur fugere? Vani
tatem. Aut quid nos delectat i hoc
ſeculo vane cõturbari: theſaurum
pecuniarum condere: ⁊ ignorare cui congre
gemus heredi? Petamus amoueri a nobis
plagas: eripi nos ⁊ inſipienti ſeculo carere:
de peregrinatiẽe diuturna ad illã redire pa
triam ⁊ naturalem domum. In hac eni ter
ra aduene ſumus atqꝫ peregrini: remigran
dum eo vnde deſcendimus: ambigendum
⁊ obſecrandum: non perfunctorie ſed obni
xe: vt a dolis ⁊ ab iniquitate loquacium li
beremur. Et ille qui remedium nouerat: ꝓ
longatum tamẽ ſuum ingemuit incolatũ:
⁊ cum peccatoribꝰ ⁊ iniquis ſe habitare de
plorat. Quid ergo faciam qui ⁊ peccatũ ha
beo ⁊ ignoro remedium? Hieremias quoqꝫ
ꝙ generatus ſit: ⁊ ipſe deplorat his verbis
Hiere.15. dicens: Heu me mater: vt quid me peperi
ſti virum cauſam dicentem iudicij? In om
ni terra nõ profui: neqꝫ profuit mihi quiſqꝫ:
virtus mea defecit. Si igitur ſancti viri vi
tam fugiunt: quorum vita ⁊ ſi nobis vtilis:
ſibi tamẽ inutilis eſtimatur: quid nos face
re oportet: qui nec alijs prodeſſe poſſumus
⁊ nobis vitam hanc quaſi funebrem pecuni
am vſurario quodam cumulo graueſcentẽ
onerari in dies peccatorum cupimꝰ? Quo
tidie morior apoſtolus dicit: melius ꝙ illi
qui meditationem mortis philoſophiã eſſe
dixerunt. Illi enim ſtudium predicarũt: hic
vſum ipſum mortis exercuit. Et illi quidez
propter ſe: paulus autem ipſe perfectꝰ mo
riebatur: nõ propter ſuã ſed propter noſtrã
infirmitatem. Quid autem eſt mortis me
ditatio: niſi quedaz corporis ⁊ anime ſegre
gatio? Qua mors ipſa nõ aliud ꝙ corporis
atqꝫ anime ſeceſſio definitur. Sed hoc ſecũ
dum cõmunẽ opinionem. Secundũ ſcrip
turas autem triplicem eſſe mortem accipi
mus. Vna ẽ cũ morimur peccato: deo viui
mus. Beata igitur mors que culpe refuga:
domino dedita: a mortali nos ſeparat: im
mortali noſ conſecrat. Alia mors eſt vite ex
ceſſus: qua mortuus ẽ patriarcha abraam:
patriarcha dauid: ⁊ ſepulti ſunt cum patri
bus ſuis: cum anima nexu corporis libera
tur. Tertia mors eſt de qua dictum eſt: Di Matth.
mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ea
morte non ſolum caro: ſed etiam anima mo
ritur. Anima enim que peccat ipſa moriet. Ezech.
Moritur enim domino: nõ nature infirmi
tate ſed culpe. Sed hec mors nõ perfunctio
huius ẽ vite: ſed lapſus erroris. Vna ergo
eſt mors ſpiritalis: alia naturalis: tertia pe
nalis: Sz nõ ꝗ naturalis eadẽ penalis: Nõ
enim pro pena ſed pro remedio dedit mor
tem. Deniqꝫ ade peccanti preſcriptum eſt:
aliud pro pena: aliud pro remedio. Pro pe
na dicit: Quoniã audiſti vocem vxoris tue Gen.
⁊ manducaſti de ligno de quo preceperam
tibi ab hoc ſolo ne manducares: maledicta
terra in operibus tuis: manducabis fructũ
eius omnibus diebus vite tue. Spinas et
tribulos germinabit tibi: ⁊ edes pabulum
agri tui. Cum ſudore vultus tui manduca
bis panem tuum donec reuertaris in terrã
de qua aſſumptus es. Habes penarũ ſeri
as: quia aduerſus ſpinas ſeculi huiꝰ ⁊ ſolli
citudines mundi: voluptateſqꝫ diuitiarum
que verbum excludunt: penam includunt:
Mors ꝓ remedio data eſt: quaſi finis ma
lorum. Non eñ dixit: Quoniã audiſti vocẽ
mulieris: reuerteris in terram. Hec eñ eſſet
penalis ſententia: quemadmodum eſt illa:
Maledicta terra: ſpinas ⁊ tribulos germi Ibi.



nabit tibi: ſed dixit: Manducabis panẽ tu
um in ſudore: donec reuertaris in terram.
Vides mortem magis metam eſſe noſtraꝝ
penarũ: qua curſus huius vite incidit. Er
go mors nõ ſolum malum non eſt: ſed etiaz
bonum eſt. Deniqꝫ ꝓ bono querit: ſic ſcri
Apoc.9. ptum eſt: Querunt homines mortem: ⁊ nõ
inuenient eam. Querunt enim illi qui di
cturi ſunt montibꝰ: Cadite ſuper nos: ⁊ col
libus: operire nos. Queret etiã anima illa
que peccat. Querit diues ille poſitꝰ i infer
no: qui vult digito lazari refrigerari linguã
ſuam. Videmus itaqꝫ ꝙ ⁊ mors hec lucruz
Phil.1. eſt: ⁊ vita pena eſt. Vñ ⁊ paulus ait: Mihi
eñ viuere chriſtus eſt: ⁊ mori lucrum.

## Quomodo lex carnis legi mentis repugnet: ſicuti omẽs ſentimꝰ: ⁊ de remedio liberationis. Ca. VII.

Quid eſt chriſtus: niſi mors corporꝭ:
ſpiritus vite? Et ideo cõmoriamur
cum eo vt viuamus cum eo. Sit q
dam quotidianus vſus in nobis affectuſqꝫ
moriendi: vt per illam quam diximꝰ ſegre
gationem a corporeis cupiditatibꝰ anima
noſtra ſe diſcat extrahere: ⁊ tanquã in ſubli
mi locata quo terrene adire libidines ⁊ eaz
ſibi glutinare non poſſint: ſuſcipiat mortis
imaginẽ: ne penam mortis incurrat. Repu
gnat enim lex carnis legi mentis: ⁊ eam le
gi erroris adijcit: ſicut apoſtolus reuelauit
Ro.7. dicens: Video enim legem carnis mee re
pugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuantẽ
me in lege peccati. Omnes impugnamur:
omnes ſentimꝰ: ſed non omnes liberamur.
Et ideo infelix ego hõ: niſi remediũ querã.
Sed qđ remedium? Quis me liberabit de
corpore mortis? Gratia dei per ieſum chri
ſtum dominuz noſtrum. Habemꝰ medicũ:
ſequamur remedium. Remedium noſtruz:
xpi gratia: ⁊ corpus mortis: corpꝰ ẽ noſtrũ.

## Per quem modum licituz ſit deſiderare corporalem vitam vꝉ mortem. Et quantum profuerit mors plurimorum: ⁊ maxime mors filij dei qui ſua morte omnes nos viuificauit. Ca. VIII.

Ergo peregrinemur a corpe: ne pere
grinemur a xpo: ⁊ ſi i corpe ſumꝰ: tñ
q ſũt corpis nõ ſeqmur: nec deſera
Phil.1. mus iura nature: ſꝫ dona gr̃e ꝑoptemꝰ. Diſ
ſolui eñ ⁊ cũ xpo eẽ multo meliꝰ: ꝑmanere
aũt in carne magis neceſſariuz ꝓpter vos.
Sz nõ oĩbus neceſſariũ. Dñe ieſu nõ mihi
q nulli vtilis ſũ: Nã mihi lucrũ eſt mori: ne
plura peccẽ. Lucrũ mihi ẽ mori: q ipſo libro
q alios cõſolor quaſi vehemẽtiori monito
re ad deſideriũ amiſſi fratris impellor: qñ
me eiꝰ nõ ſinit obliuiſci: nũc magis amo: et
vehementiꝰ deſidero. Deſidero cũ loquor:
deſidero cũ relego: ⁊ iõ h̃ potiꝰ ſcribẽdũ ar
bitror: ne qñ ab eiꝰ recordatione diuellar.
Qđ nõ ꝯtra ſcripturas facio: ſꝫ cũ ſcripturꝭ
ſentio: vt patientiꝰ doleã: impatientiꝰ deſi
derẽ. Preſtitiſti mihi frater: ne mortẽ time
rẽ: atqꝫ vtinam moriaꝛ aĩa mea in aĩa tua.
Hoc eñ ſibi balaaz ꝓ maximo bono optat
donatꝰ ſpũ ꝓphetandi. Moriaꝛ inquit ani Numeri.23.
ma mea in animis iuſtoꝝ: ⁊ fiat ſemẽ meuz
ſicut ſemẽ iuſtoꝝ. Et vere hoc ſcđm ꝓpheti
am optat. Qui eñ viderat ortuz xpi: vidit
eiꝰ triũphalẽ mortẽ: vidit in eo perennẽ ho
minũ reſurrectiõz: ⁊ iõ mori nõ timet reſur
recturus. Nõ moriaꝛ ergo aĩa mea in pecca
to: ne peccatũ in ſe recipiat: ſed moriatur in
aĩa iuſti: vt eius recipiat equitatez. Deniqꝫ
qui moritur in xpo: fit eiꝰ gr̃e particeps i la
uacro. Nõ ergo formidabiꝉ mors: nec ama
ra egentibus: nec gratioſa diuitibꝰ: nec in
iuſta ſenioribus: nec ignaua fortibꝰ: nec ꝑ
petua fidelibus: nec improuiſa ſapientibꝰ.
Qm̃ multi enim vitã ſolo mortis ſtimulo cõ
ſecrarunt: quãtos viuere puduit: mori pro
fuit? Morte vniꝰ plerumqꝫ accepimꝰ maxi
mos ꝑplos liberatos. Morte imꝑatoris: fu
gatos exercitus hoſtiũ: quoſ viuus vincere
nequiuiſſet. Morte martyrũ religio defen
ſa: cumulata fides: eccl̃ia roborata ẽ: vicerꝫ
mortui: victi ꝑſecutores ſunt. Itaqꝫ quoꝝ
vitam neſcimus: hoꝝ mortez celebramus.
Vnde ⁊ dauid ꝓphetice gloriatꝰ in ſue mẽ
tis exceſſu: Precioſa inquit in cõſpectu do Ps.115.
mini mors ſanctorum eius. Mortem ma
luit ꝑferre ꝙ vitam: ipſa mors martyrũ pre
mium vite eſt. Morte etiam inimicoꝝ odia
ſoluũtur. Quid plura? Vnius morte: mun
dus redemptus eſt. Potuit enim chriſtus
non mori ſi voluiſſet. Sed neqꝫ refugiendã
mortem quaſi ignauam putauit: neqꝫ meli
us nos ꝙ moriendo ſeruaſſet. Itaqꝫ mors
eius vita ẽ omnium: morte eius ſignamur:
mortem eius orantes annunciamus: mortẽ
eius offerentes predicamus: mors eius vi
ctoria eius: mors eius ſacramentũ eſt: morſ
eius annua ſolennitas mundi eſt.

## Quō mors a natura nō ſit ſʒ poſt ꝑuaricationē ꝓ remedio introducta. Et ꝙ nemo appetere debeat nō mori: cū honoratior reſurgat poſt mortem ꝗ̄ ante viuebat. Ca. IX.

q Uid preterea de eius morte dica/
mus: cū diuino probemus exēplo:
quia immortalitatē mors ſola que/
ſiuit: atq ipſa ſe mors redemit? Non igitur
merenda mors: que cauſa ſalutis eſt publi/
ce: nō fugienda mors quā dei filiꝰ nō dedig
natus ē: nō refugit: nō reſoluendus ē ordo
nature. Qđ enim cōmune eſt omnibꝰ: exce/
ptum ſingulis eſſe nō poteſt. Et mors ꝗdeʒ
in natura nō fuit: ſed cōuerſa in naturā eſt.
Non eni a principio deꝰ mortē inſtituit: ſʒ
ꝓ remedio dedit. Et conſideremꝰ ne videa
tur eē contrarium. Nam ſi bonū eſt mors:
cur ſcriptum eſt: quia deus mortē nō fecit:
Sap.1.et.2. ſed malicia hominū mors introiuit i orbem
terraꝝ. Reuera enim mors diuino operi ne
ceſſaria nō fuit: cum in paradiſo poſitis bo
norum omnium iugis ſucceſſus afflueret: ſʒ
preuaricatione damnata in labore diurno
gemituq in tolerando: vita hominū cepit
eſſe miſerabilis: debuit dari finis malorū
vt mors reſtitueret qđ vita amiſerat. Im/
mortalis enim oneri potius ꝗ̄ vſui eſt: niſi
aſpiret gratia. Et ſi bene diſcutias: non na/
ture mors iſta eſt: ſʒ malicie. Manet eni na/
tura: malitia moritur: reſurgit qđ fuit: atq
vtinam vt peccandi liberū: ita vacuū cul
pe prioris. Sed hoc ipſū iudicio eſt mortem
nō eſſe nature: qꝛ idem erimꝰ ꝗ fuimꝰ. Ita/
ꝗ aut peccatoꝝ noſtroꝝ ſupplicia pēdemꝰ:
aut bene geſtorum gratiā cōſequemur. Re
ſurget eñ natura eadē: iam ſtipendijs mor
tis honoratior. Deniq mortui qui i chriſto
1.Theſſal.4. ſunt reſurgūt primi: deinde ⁊ nos qui viui/
mus inquit ſimul cum illis rapiemur in nu/
bibus obuiam xp̄o in aera: ⁊ ita ſemꝑ cum
domino erimus. Illi primi: viuentes auteʒ
ſecūdi. Illi cū ieſu: viuentes per ieſū. Illis
dulcior vita poſt requiem: viuentibus et ſi
grata compendia: tamē ignorata remedia.
Nihil eſt igitur ꝙ in morte timeamus: nihil
qđ debeamꝰ dolere: ſi aut nature repetenti
vita que accepta eſt rependat: aut petenti
impendatur officio: in quo religionis cultꝰ
aut virtutis vſus eſt. Neq enim quiſquā
ſibi vt ſic maneret optauit. Iohāni ꝑmiſſū
eſtimatum eſt: ſed nō eſt creditum. Verba
tenemꝰ: ſententiam deriuamus. Ipſo in li/
bro negat ſibi ꝙ nō moreret̃ eſſe promiſſū:
ne que vana ſpes exemplo inceſſeret. Qđ ſi
id velle: ſpes inſolēs ē: ꝗ̄to inſolētiꝰ ē ꝙ nō
preter modū acciderit: vltra modū dolere.

## De errore gentilium. Et ꝙ licet pluribus modis fides reſurrectionis aſtrui poſſit: tribus tamen argumētis euidentius colligitur: videlicet ratione vniuerſitatis: exemplo: et teſtimonio rei geſte. Ac de aſtructione per euidentem rationē. Et que ſit prima reſurrectiōis fides. Ca. X.

g Entiles plerumq ſe conſolātur vi/
ri: vl̃ de commoditate erumne: vel
de iure nature: vel de imortalitate
anime: quibus vtinā ſermo conſtaret ac nō
miſeram animam in varia portentorum lu
dibria formaſq transfunderent. Quid igi/
tur nos facere oportet: quoꝝ ſtipendiū re/
ſurrectio eſt: cuiꝰ grām quoniā negare ple/
riq nō poſſunt: fidē abnuunt? Et ideo non
vno argumēto aliquo ſed pluribus modis
vt poſſumꝰ aſtruamꝰ. Equidē oīa aut vſu:
aut rōe: aut exēplo: aut eo qꝛ decorū ſit ea
eſſe: ideo eē credunt̃: ⁊ ad finē ſingl̃a ſuffra/
gāt̃. Vſus: qꝛ mouemur. Ratio: qꝛ qđ mo/
uet virtut̃ alteriꝰ cōuenit eſtimari. Exēplū
qꝛ generauit ager fruges: ⁊ ideo generatuꝝ
eſſe ꝓſumimus. De quoꝝ gratia vbi fructū
nō putamꝰ: decere tñ credimꝰ vt virtut̃ opa
minime deſeramꝰ. Singl̃a igit̃ ſingul̃ aſtru
untur: Tribꝰ tñ euidentiꝰ colligit̃ reſurrecti
onis fides: quibus oīa cōprehendunt̃: rōne
vniuerſitat̃: exēplo: teſtimonio rei geſte: qꝛ
plurimi ſurrexerūt: Ratio euidēs eſt: quia
cū oīs vite nr̃e vſus in corꝑis aleq ꝯſortio
ſit: reſurrectio aūt aut boni actꝰ ꝑmiū habe
at: aut penā iꝓbi: neceſſe ſit corpꝰ reſurge
re cuiꝰ actꝰ expendit̃. Quō eñ in iudicium
vocabit̃ aīa ſine corꝑe: cū de ſuo ⁊ corꝑis cō
tubernio ratio ꝑſtāda ſit? Reſurrectio oībꝰ
erit: ſʒ iō difficile credit̃: qꝛ nō nr̃m meritū ſʒ
dei munꝰ ē. Prima igit̃ reſurrectionis fides
vſus ē mūdi: rerūq ſtatꝰ oīm generationū
ſeries: ſucceſſionū vices: obitꝰ ortuſq ſigno
rū: diei ⁊ noctiſ occaſus: eoꝝ ꝗ quotidie tā/
ꝗ̄ rediuiua ſucceſſio. Tēperamēti ꝗ genita
lis huiꝰ alit̃ ratio ſubeſſe nō poſſet: niſi hu/
mores ipſiꝰ ꝗ oīa t̃rena generant̃: quātū di/
urni ſolis eſtus extorreret: tantum rore no/
cturno diſpoſitio diuina repararet.



## De probatione fidei reſurrectionis ſumpta ab exemplis fructuum terre ⁊ ſeminum: que ſata moriunt̃ ⁊ reuiuiſcunt. Ca. XI.

n Am quid de fructibus loquar? Nō
ne tibi vident̃ occidere cū decidūt:
reſurgere cū reuireſcūt? Qđ ſatum
ē reſurgit: reſurgit qđ mortuū ē: ⁊ in eadem
genera: in eaſdem ſpēs reformat̃. Hos terra
primū reddidit fructꝰ: in his primū natura
noſtre ſpeciē reſurrectiōis imitata ē. Quid
dubitas de corpore corpus reſurgere? Gra/
nuʒ ſerit̃: granū reſurgit: pomū decidit: po
mum reſurgit. Sed flore granū induit̃: fol/
1.Cor.15. liculoq veſtit̃: Et hoc mortale oportet idue
re immortalitatē: ⁊ hoc corruptibile indue/
re incorruptionē. Flos reſurrectiōis imorta
litas ē: Flos reſurrectionis incorruptio eſt.
Quid eñ vberius quiete ꝑpetua? Quid lo
cupletius ſecuritate diuturna? Hic eſt mul/
tiplex fructus: cuiꝰ ꝓuentꝰ pullulat fecun/
dior: hominū naturā poſt mortē. Sʒ mira/
ris quēadmoduʒ putrefacta ſolident̃: diſꝑ/
ſa coeant: abſumpta reparent̃: non miraris
quēadmodū ſemia vapore ⁊ cōpreſſu t̃re ſo
luta vireſcāt? Nā vtiq etiā ipa terreno co
halitu putrefacta ſoluūt̃: ⁊ cum occata ſoli
genitalis ſucus animauerit: quodaʒ calore
vitali ſpiritum quendā herbe viridant̃ ex/
halant. Deinde paulatim tenerā ſpice ado
leſcent̃ etateʒ culmo erigit: ⁊ vaginis qui/
buſdā natura tanꝗ̄ ſedula mater includit:
ne pubeſcentem glacies adurat aſpera atq
a nimio ſolis defēdat ardore. Frugē quoq
ipſā adhuc quaſi primis erūpentē cunabu/
lis mox adultā ne pluuia decutiat: ne aura
diſpergat: ne auium minoꝝ morſus interi/
mat: vallo ariſtaꝝ ſepire ꝯſueuit. Quid igi
tur miraris: ſi hoīes quos acceperit t̃ra re/
ſtituat: cū ſeminū corpora que cum vi ſuſce
perit: viuificet: erigat: veſtiat: muniat: atq
defendat? Deſine ergo dubitare ꝙ depoſi/
tū generis humani t̃re fides reddat: que cō
mendata ſibi ſemina vſurario quodā feno/
re multiplicata reſtituat.

## De aſtructione fidei reſurrectionis per exemplū ſurculi inſerti trūco: qui conualeſcit in arborē. Atqʒ exemplo maris qđ mortua corpora in littus reſtituit. Ca. XII.

n Am quid de generibus arboruʒ lo/
quar: que poſito ſurgūt de ſemie:
fructuſq reſolutos rediuiua fecundita te re
ſuſcitāt: ⁊ forme veteri atq imagini ſue red
dunt: multaſq etates quedā arboꝝ corpo/
ra reparata tranſmittūt: vt ipa durādo vin
cant ſecula? Putreſcere videmꝰ acinū: vitē
reſurgere: ſurculuſ inſerit̃: arbor renaſcitur.
Unde reparandis arboribus diuina ē pro/
uidētia: de hominibꝰ nulla cura? Et qui ea
que ad vſus hoīm dedit perire nō paſſus ē:
hoiem perire patiet̃: quē ad imaginem ſui
fecit? Sed incredibile tibi videt̃: vt mortui
reuiuiſcant. Inſipiens tu ipſe qđ ſeminas:
nōne prius morit̃ vt viuificet̃? Serc quemli
bet fructū arentē: reſuſcitatur. Sed habet
ſucū: ⁊ noſtruʒ corpus habet ſanguinē ſuū:
habet humorē ſuū: hic noſtri ſucus ē corpo
ris. Vñ illud quoq exploſum arbitror: qđ
arentem ſurculū quidā reuiuiſcere negant:
idq ad ꝑiudiciū carnis deriuare nituntur.
Nō eñ caro arida: cū caro oīs e limo ſit: li/
mus in humore: humor e terr̃. Deniq mul
ta gignentia quāuis iugi ſerenitate: humo
arida harenoſaq naſcunt̃: qm̃ ipſa ſibi ter/
ra ad humoreʒ ſufficit: Nū igit̃ in hoībꝰ t̃ra
degenerat: que omnia regenerare ꝯſueuit?
Vñ claret nō eſſe dubitandū: ꝙ ſecūdū na/
turā magis ꝗ̄ ꝯtra naturam ē interire. Se/
quitur illud qđ gentiles plerumq ꝑturbat:
quomodo fieri poſſit vt quos mare abſor/
buerit: fere dilacerauerint: beſtie deuoraue/
rint terra reſtituat? Quo ita demum veni/
atur neceſſe eſt: vt nō de fide reſurrectionis
ſed de parte dubitetur. Eſto enim vt lacera
torum corpora non reſurgant: reſurgunt ce/
teri? Nec reſurrectio deſtruit̃ ſi conditio ex/
cipitur. Miror tamen cur vel de his dubi/
tandum putent: quaſi nō oīa que ex terris
ſunt in terrā redeant: ⁊ in terraʒ reſoluant̃.
Mare quoq ipſū quecunq corpora huma
na demerſerit: vicinis expuit vnda plerun/
Quid vero p̄ſtanti⁹: q̃ȝ vt opus dei radices nõ perire: ⁊ ſcd̃m imagineȝ ⁊ ſimilitudinẽ dei factos tranſferri nõ poſſe in effigies bęſtiaꝝ: cũ vtiqȝ ad ſimi/tudinẽ dei nõ corporis ſit imago ſed ſpũs. Nã quẽadmodum homo cui ſubiecta ſunt animantiũ genera cęteroꝝ: in ſubiectũ ſibi aial meliore ſui p̃te demigret? Non patif h̃ natura: ⁊ ſi pateref natura: nõ pateref gr̃a. Sz vidérõ q̃d vos de vobis gẽtes opinio/nis habeatꝭ. Neqȝ eñ mirum debet videri: q̃ creditis vos in beſtias poſſe mutari: qui beſtias adoratꝭ. Ego tñ malim de vr̃o meri/to melius iudicetis: vt nõ inter cętus fera/rum ſed inter angeloꝝ cõſortia vos creda/tis futuros: ⁊ animos ex hoc iã vitę anfra/ctu ⁊ terreni corporis colluuione diſcedere: ⁊ ad illa cõcilia ſupna cõtendere: Et ſic ſan/ctoꝝ ſit peruenire: laudẽ dicere deo: quã ci/tharizantes illos dicere ꝓphetica lectione cõperimus: qꝛ magna ⁊ mirabilia op̃a tua domine de⁹ omnipotẽs: iuſtę ⁊ verę vię tuę rex gentiũ: quis nõ timebit ⁊ magnificabit nomẽ tuũ: quia ſolus ſanct⁹ es: qꝛ oẽs gen/tes veniẽt ⁊ adorabunt ante te. Videre q̃ȝ tuas ieſu nuptias: in quib⁹ de terrenis ad cęleſtia cõcinentib⁹ oim gaudijs ſponſa de/

ps.64. ducif. Ad te eñ ois caro veniet: iã nõ ſęcu/lo obnoxia ſ ſpiritui copulata: videre tha/lamos ornatos byſſino: roſis: lilijs ⁊ coro/nis. Sic eñ cui⁹ alteri⁹ ornanf nuptię: con/feſſoꝝ liuore: martyrũ ſanguine: lilijs virginũ: coronis etiã ſacerdotũ? Hoc ſibi ꝑ cęterꝭ dauid ſanct⁹ optauit: vt hęc ſpectaret: ⁊ cer/

ps.26. neret. Deniqȝ ait: Vnã petiui a dño hãc re/quirã: vt inhabitem in domo dñi: oẽs dies vitę męę: et videã voluptateȝ dñi. Iuuat h̃ credere: ſperare delectat. Certe nõ crediſ/ſe pęna ẽſt: ſperaſſe gr̃a. Qd̃ ſi in hoc erro: qꝛ angelis me poſt mortẽ ſociari malo q̃ȝ be/ſtijs: libent᷑ i h̃ erro: neqȝ vnquã hac me opi/nione dũ viuo fraudari patiar. Quid enim mihi ſupeſt ſolatij: q̃ȝ q̃ me citius ad te fra/ter ſpero venturum: nec digreſſus tui inter nos longa diuortia fore: tuis interceſſioni/bus mihi hoc poſſe conferri: vt citius deſi/

Cor.15. derantẽ tui aduoces? Quis eñ eſt qui non ſibi debeat iſtud optare pręcęteris: vt cor/ruptibile hoc induat incorruptelam: ⁊ mor/tale hoc induat imortalitateȝ: vt qui nunc morti corporis fragilitate ſuccũbimus: ſup naturã ſiti: mortẽ iã timere nequeamus.

## Sancti ambroſij liber de fide reſurrectionis feliciter explicit.

## Capitulorũ primi libri de penitentia ſancti Ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.

De cõmendatione moderatiõis erga peccatores ſeruandę ab ijs q̃ illoꝝ morbos cu/rare debẽt: ꝑ exẽpla: ſcripturã: atqȝ rõneȝ: cũ acri rep̄hẽſione eoꝝ qui dura ꝓ mitib⁹ ſequẽda opinanf: ⁊ cũ ipſi quęrãt miſeri/cordiã domini: alijs eã denegãt: cuiuſmõi ſunt doctores nouatianorũ. Ca. I.

De repulſione reſponſionũ quib⁹ nouatia/ni errorẽ ſuũ defendere conanf. Ca. II.

De ſentẽtia ſcripturę i ſupiori capitulo ad/ductę: ⁊ quẽadmodũ fieri poſſit vt aliquis qui vict⁹ ſupplicijs deũ ſermone negaue/rit ⁊ corde adorauerit: per pęnitentiã me/reatur veniã peccatorum. Ca. III

De dictorũ in ſupiori capitulo multiplici ꝓbatione ex ſacrarũ ſcripturarum teſtimo/nijs. Ca. IIII.

De cõfutatione erroris nouatianorum qui ſpem venię excludũt ꝑ exemplũ de illo ſe/miuiuo relicto a latronib⁹: quẽ pi⁹ ſamaritanus dñs ieſus miſericordia mot⁹ cura/uit: ⁊ ſupra ſuũ iumentũ impoſuit vulne/ratũ: et a ſacerdote atqȝ leuita prętereun/tibus: per quos nouatiani itelligunf: fuit neglectus. Ca. V.

De eccleſia xp̃i ꝑ cęnã ſignificata: ad quam omnes vocati ſũt: ſiue boni ſiue mali: ⁊ q̃ ſe excuſauerunt nouatiani ſũt atqȝ cęteri heretici: qui partẽ cũ chriſto nõ habebũt: eo q̃ pęnitentię lauacrũ reſpuant. Ca. VI.

De multiplici poteſtate data diſcipulis a xp̃o: cũ rep̄henſiõe nouatianoꝝ q̃ remiſſi/onẽ in baptiſmo cõcedunt: ſed pęnitentię lauacrũ negãt: cũ nihil interſit int᷑ vtrũqȝ ſacramentum. Ca. VII

De falſo intellectu ſcripturę quo nouatia/nus errorem ſuũ probare cõtendit: quem auctor hic efficaciter reprobat fultus ſcri/pturę ſacrę teſtimonijs. Ca. VIII.

Qualit᷑ intelligẽda ſint v̾ba iohis in cano/nica ſua dicẽtiſ: Eſt pctm̃ ad mortẽ: nõ de illo dico vt oret q̃s: Cũ ſanct⁹ iohãnes nõ ignorauerit moyſen atqȝ hieremiam atqȝ ſtephanum pro ſalute aliorum oraſſe atqȝ exauditos fuiſſe. Ca. IX.

De eo q̃ null⁹ fidẽ habẽs excluſus ſit a ve/nia: Q̃z hi q̃ȝ q̃ poſt pęnitentiaȝ coronam martyrij meruerũt: mai⁹ etiã donuȝ fidei ꝑceperunt. De forma q̃ȝ pęnitentis in ſe/miuiuo a latronib⁹ relicto cõuenienter ex/preſſa. Ca. X.

De alijs q̃buſdã ſcripturis q̃bus elidif er/ror nouatiani veniã poſt lapſũ negãtꝭ: cũ dñs ieſus venerit i mũdũ non vocare iu/ſtos ſ pctõres ad pęnitentiam. Ca. XI.

Quēadmodū teſtimonijs ipſiꝰ dauid atqꝫ
ſancti pauli reprobet falſitas nouatiani:
q̄ꝛ caſtigat deꝰ oēm filiū quē recipit: ⁊ quē
caſtigauit morti nō tradidit. Ca. XII.
Qꝛ peccātes tradanꝰ plerūqꝫ a deo atqꝫ ab
eius eccl̄ia in ptātem diaboli: in afflictio/
nē carnis vt ſpiritus ſaluet. De cuſtodia
ꝙ oculoꝝ ſeruāda: ⁊ velamine mulierum.
Atqꝫ exēplo ioſeph colloquia pudica eſſe
ſeruanda. Ca. XIII.
De exhortatione ad caſtimonię puritatem
atqꝫ fomentoꝝ luxurię reſecationē. Qꝛ ſa
than ꝙ auctor ſit debilitatis: in cuius po/
teſtatē per excōicatiōis cenſurā plęriqꝫ dā
tur ad tempꝰ vt ſpūs ſaluet. Ca. XIIII.
De eccleſię farina: ⁊ fermentū pctōꝝ quēad
modū expurget: fermentūqꝫ hęreticorum
quō i eccleſię farina abſcōdat. De paſcha
ꝙ noſtro xp̄o imolato ꝓ pctōribus: quos
inuidus a tāta gratia excluſit nouatianꝰ.
Ca. XV.
De miſericordia dn̄i ieſu. Et quēadmodū
hi qui eius clementiā nō imitanꝰ ſpiritus
ipſius nō ſint. Et ꝙ miſericordia facta pę/
nitentibus in p̄ſenti: teſtimoniū ſit remu/
nerationis futurę. Ca. XVI
De indulgētia ⁊ pietate fienda emēdatis:
atqꝫ ſeueritate erga pertinaces. Et q̄ ſint
qui circūueniant a ſathana. Et ꝙ p interi/
tū carnis nō intellexerit apoſtolus eiꝰ cō
ſumptionem ſed caſtigationē atqꝫ vitio/
rum repreſſionem. Ca. XVII.

Finis.

# Sancti Ambroſij epi de penitē/tia liber primus: In quo diffuſe et accurate diſſerit de ijs q̄ ad cohor/tationē penitentie ꝓficiunt. Dere/ſimqꝫ nouatianoꝝ qui nemini in/dulgentiā peccatoꝝ per penitētiā ſe dare poſſe aſſerunt: firmiſſimis rationibus atqꝫ ſacraꝝ ſcripturaꝝ ſentētijs dānat: Feliciter incipit.

## De cōmendatione moderatiōis erga peccatores ſeruāde ab his q̄ illorum morbos curare debēt: per exempla: ſcripturā atqꝫ ratione: cū acri reprehenſione eorū qui dura pro mitibꝰ ſequēda opinanꝰ: ⁊ cū ipſi quęrant miſericordiā domini: alijs eam denegāt: cuiuſmodi ſunt doctores nouatianoꝝ. Ca. I.

I virtutum fi/
nis ille eſt maximus: qui
plurimorū ſpectat profe
ctum: moderatio prope
omniū pulcherrima eſt:
quę ne ipſos quidē quos
dānat offendit: ⁊ quos dānauerit: dignos
ſolet facere abſolutione. Deniqꝫ ſola ē quę
dn̄i quęſitā ſanguine eccl̄iam ꝓpagauerit:
imitatrix beneficij cęleſtis ⁊ redēptiōis vni/
uerſoꝝ salubri fine tēperans: quē ferre poſ/
ſint aures hominū: mētes nō refugere: non
pauere animi. Eteni qui ſtudet hūanę infir
mitatis emendare vitia: ipſā infirmitatem
ſuis debet ſuſtinere: ⁊ quodāmodo penſa/
re humeris: nō abijcere. Nā paſtor ille euā/
gelicus laſſam ouē vexiſſe legiꝰ: nō abieciſ/
ſe. Et ſalomon ait: Noli iuſtus eē nimium. Eccl.7.
Debet enim iuſticiā tēperare moderatio.
Nā quēadmodū ſe tibi curandū p̄beat quē
faſtidio dedas: qui cōtēptui ſe nō cōpaſſio/
ni medico ſuo putet futuꝝ? Ideo dn̄s ieſus
cōpaſſus nob̄ ē: vt ad ſe vocaret nō deterre/
ret. Mitis venit: venit humil'. Deniqꝫ ait:
Venite ad me oēs q̄ laboratiſ ⁊ onerati eſtiſ: Matth.
⁊ ego vos reficiā. Reficit ergo dn̄s nō exclu
dit neqꝫ abijcit: meritoqꝫ tales diſcipulos
elegit qui dn̄icę voluntatis interp̄tes: ple/
bē dei colligerent nō repudiarēt. Unde li/
quet eos inter xp̄i diſcipulos nō eē haben/
dos: qui dura ꝓ mitibꝰ: ſupba ꝓ humilibꝰ
ſequenda opinanꝰ: ⁊ cū ipſi quęrāt dn̄i mi/
ſericordiā: alijs eā denegāt: vt ſūt doctores
nouatianoꝝ: q̄ mundos ſe appellant. Quid
his ſupbiuſ: cū ſcriptura dicat: q̄ꝛ nemo mū Job.15.
dus a peccatiſ: nec vniꝰ diei īfans: Et dauid
clamet: A delicto meo mūda me? Sanctio/ Ps.50.
res iſti ꝙ dauid: de cuius naſci familia xp̄s
incarnationis elegit myſterio: cuiꝰ poſteri/
tas aula cęleſtis eſt: vtero virginali ſuſcipi/
ens mundi redemptorē. Quid autē durius
ꝙ vt indicāt pęnitentiā quā non relaxent:
cum vtiqꝫ veniā negando incentiuum aufe
rant pęnitentię? Nemo enim poteſt bn̄ agę
re pęnitentiam: niſi qui ſperauerit indulgē/
tiam. Sed negant his oportere reddi com/
munionē: qui pręuaricatione lapſi ſunt. Si
vnum tantū crimen exciperent: dure quidē
ſed tamen diuinis tantum redargui viderē
tur ſententijs: aſſertionibus tamen ſuis cō
uenirent. Dominus enim crimen nullū ex/



cepit: qui peccata donauit omnia. At cum
omnia peccata ſtoicorum quodā more pa/
ribus putent ęſtimanda menſuris: ⁊ eque
eum qui gallum: aut vt aiunt gallinatium:
atqꝫ illū qui patrē ſuffocauerit: in ꝑpetuum
aſſerāt cęleſtibꝰ abdicandū myſterijs: quo/
modo vnius criminis obijciūt reos: cū in/
digniſſimū eē nō poſſint: etiam ipſi negare
vt paucoꝝ pęna veniat ad multos?

### De repulſione reſponſionū quibꝰ Nouatiani errorē ſuum defende/re conantur. Ca. II

Ed aiunt ſe dn̄o deferre reuerentiā
cui ſoli remittendoꝝ criminū pote/
ſtatem reſeruent: immo nulli maio/
rem iniuriā faciunt: ꝙ qui eius volunt mā/
data reſcindere: cōmiſſū munus refundere.
Nam cū ipſe in euāgelio ſuo dixerit domi/
Joh.20. nus ieſus: Accipite ſpm̄ ſanctū: quoꝝ remi/
ſeritis peccata remittunꝰ eis: ⁊ quorum re/
tinueritis detenta erunt: Quiſ ē ergo q̄ ma
gis honorat: vtrū qui mandatis obtēperat
an qui reſiſtit? Eccl̄ia in vtroqꝫ ſeruat obedi
entiā: vt peccatum ⁊ alliget ⁊ relaxet. Hęre/
ſis in altero imitis: i altero inobediēs: vult
ligare qd̄ n̄ reſoluat: nō vult ſoluere qd̄ liga
uit: in quo ſe ſua dānat ſententia. Dominꝰ
enim par ius ⁊ ſoluendi eſſe voluit ⁊ ligan/
di: qui vtrūqꝫ pari cōditiōe ꝑmiſit. Ergo q̄
ſoluendi ius nō habet: nec ligandi habet.
Sicut em̄ ſcd̄m dn̄icā ſententiā: qui ligan
di ius habet: ⁊ ſoluendi habet: ita iſtoꝝ aſ/
ſertio ſeipſā ſtrangulat: vt q̄ꝛ ſoluendi ſibi
ius negant: negare debeāt ⁊ ligandi. Quō
igiꝰ pōt alterū licere: alterū nō licere? Si q̄/
buſdā datū vtrūqꝫ ē licere: aut vtrūqꝫ nō li/
cere: certū ē eccl̄ię vtrūqꝫ licere: hęreſi vtrū/
qꝫ non licere. Jus enim hoc ſolis ꝑmiſſum
ſacerdotibus eſt. Recte igitur eccl̄ia vendi/
dicat: quę veros ſacerdotes habet: hęreſis
vendicare nō poteſt: quę ſacerdotes dei nō
habet. Non vendicando autem ipſa de ſe
pronunciat: qd̄ cum ſacerdotes non habe/
at: ius ſibi vendicare non debeat ſacerdota
le. Ita in impudenti contumacia pudentē
cernimus confeſſionem. Spectat etiam il/
lud quoniam qui ſpiritumſanctū accipit:
⁊ ſoluendi peccati poteſtatem ⁊ ligandi ac/
Ibi.ē. cipit. Sic enim ſcriptum eſt: Accipite ſpiri
tumſanctū: quorum remiſeritis peccata re/
mittuntur: ⁊ quorum retinueritis detenta
erunt: ergo qui ſoluere non poteſt peccatū:
nō habet ſpiritumſanctū. Munus ſpirituſ
ſancti eſt officium ſacerdotis: ius autē ſpiri
tuſſancti: in ſoluendis ligandiſqꝫ criminibꝰ
eſt. Quomodo igiꝰ munus eius vendicant
de cuius diffidunt iure et poteſtate? Quid
ꝙ inſolentiores ſunt? Nam cum ad miſeri/
cordiam promptior ꝙ ad ſeueritatē ſit ſpi/
ritus dei: qd̄ ait ſe velle id nolunt: qd̄ nolle
hoc agunt: cū vindicare iudicis ſit: remitte/
re miſericordis. Tolerabilius igitur nouatiā
ane remitteres ꝙ ligares. Aliud eniꝫ quaſi
delinquēdi parcēs vſurpares: aliud quaſi
ęrumnę cōpaſſus ignoſceres. Sed aiunt ſe
exceptis grauioribus criminibus relaxare
veniā leuioribus. Non hoc quidem auctor
veſtri erroris nouatianus ait: Qui nemini
pęnitentiā dandā putauit: ea ſcꝫ cōtempla
tione: vt qd̄ ipſe nō poſſet ſoluere non liga/
ret: ne ligando ſperari a ſe faceret ſolutōē:
In eo igiꝰ patrem veſtrū propria damnatiſ
ſententia qui diſtinctionē peccatoꝝ facitis
quę ſoluenda a vobis putetis: ⁊ quę ſine re
medio eſſe arbitremini. Sed deus diſtincti
onē nō facit: qui miſericordiā ſuā promiſit
omnibuſ: ⁊ relaxandi licentiā ſacerdotibus
ſuis ſine vlla exceptione cōceſſit. Sꝫ q̄ cul/
pā exaggerauerit: exaggeret etiā pęnitētiā.
Maiora em̄ crimina: maioribꝰ abluunꝰ fle
tibus: ita nec nouatianus ꝓbaꝰ q̄ veniam
intercluſit oibꝰ: nec vos imitatores eiuſdē
⁊ cōdēnatores: qui ibi minuitiſ ſtudia pęni/
tentię vbi augeri oportet: q̄ꝛ grauiora pecca
ta maioribꝰ ſuſtentanda fulcris docuit xp̄i
miſcdia. Quę aūt iſta ꝑuerſitas ē: vt vobis
vendicetis poſſibilia cōceſſa: deo vt ipſi di
citis impoſſibilia reſeruetis? H̄ eſt ſibi elige/
re cauſas ignoſcendi: deo materiē feriendi
relinquere. Et vbi eſt illud? Sit aūt deꝰ ve/ Ro.3.
rax: ois autē hō mendax: ſicut ſcriptū ē: Ut
iuſtificeris in ſmonibꝰ tuis: ⁊ vincas cū iu/
dicaris? Ut cognoſcamꝰ igiꝰ deum miſcdię
magis idulgētem eē ꝙ ſeueritatis tenacē:
ip̄e ait: Miſcdiam malo ꝙ ſacrificiū. Quō
igiꝰ vr̄m p̄t acceptū eē ſacrificiū deo q̄ nega
tis miſcdiā: cū ip̄e dicat Nolle ſe mortem
pctōriſ ſ; correctionē? Cuiꝰ intp̄res apl̄s ait:
Quia deꝰ filiū ſuū mittēs i ſiītudinē carniſ Ro.8.
pcti: ⁊ de pctō dānauit pctm̄ i carne: vt iuſti
ficatio legiſ iplereꝰ i nob̄. Nō ſiītudīe carniſ
ait: Quia xp̄s veritatē ſuſcepit carniſ hūanę:
non ſiītudinē: neqꝫ in ſiītudine pcti ait: q̄ꝛ
pctm̄ nō fecit: ſ; pctm̄ ꝓ nob̄ factꝰ ē: ſ; vēit i
ſimilitudīe carnis peccati: hoc ē: ſuſcepit ſi/

militudinē carnis peccatricl. Jō ſimilitudi/
nē: qꝛ ſcriptū eſt: Et hō ē: ⁊ qs agnoſcit eū?
Hō erat carne: ſʒ hoiēʒ q agnoſceret: virtu
te ſupra hoiēʒ q nō agnoſceret: ita ⁊ hic car
nē habebat nr̄am: ſ carnis hui⁹ vitia nō ha
bebat. Nō eni ſicut oīs hō ē: ex viri li erat et
feminea permixtione generat⁹: ſ natus de
ſpūſancto ⁊ virgine imaculatū corpus ſu/
ſceperat: qđ non ſolū nulla vitia maculaue/
rant: ſed nec generationis aut cōceptionis
cōcretio iniurioſa fuſcauerat. Nā oēs hoieſ
ſub pctō naſcimur: quoꝝ ipſe ortus in vitio
Ps.50. eſt: ſicut habes lectum dicente dauid: Ecce
enim in iniquitatibus conceptus ſum: ⁊ in
delictis peperit me mat̄ mea. Jō pauli ca/
Ro.7. rō corpus mortis erat: ſic ipſe ait: Quis me
liberabit de corpe mortis hui⁹? Xp̄i autē ca
ro dānauit pctm̄ qđ naſcēdo non ſenſit: qđ
moriendo crucifixit: vt in carne nr̄a eēt iuſti
ficatiō p gr̄am: vbi erat ante colluuio p cul/
pā. Quid ergo dicem⁹ ad hec: niſi qđ dixit
Ro.8. apl̄s: Si de⁹ ꝓ nobis: qs ꝯtra nos? Qui fi/
lio ꝓprio nō pepercit: ſ ꝓ nobis oibus tra/
didit eū. Quō nō etiā cū illo oīa nobis do/
nauit? Quis accuſabit aduerſum electos dei?
De⁹ qui iuſtificat. Quis eſt q dānet? Xp̄s q
mortu⁹ ē: imo qui ⁊ reſurrexit: qui ē in dex/
tera dei: qui etiā intpellat ꝓ nob. Pro qui/
bus ergo chriſt⁹ interpellat: eos nouatian⁹
accuſat. Quos xp̄s ad ſalutē redemit: eos
nouatian⁹ dānat ad mortē. Quib⁹ xp̄s di/
Matth.11. cit: Tollite iugū meū ſup vos ⁊ diſcite a me
qꝛ mitis ſū: Nouatian⁹ dicit: immitis ſum.
Quib⁹ xp̄s dic̄: Jnuenietl requiē aīab⁹ vr̄iſ:
iugū em̄ meū ſuaue ē: ⁊ on⁹ meū leue ē: his
graue onus ⁊ durū imponit iugū nouatia/
nus. Q̄ ꝓpenſus igit̄ ad miſcđiam ſit dn̄s
ieſus: licet iſta ſatis inſtruāt: tm̄ ipſe etiaʒ te
doceat: qꝛ cū aduerſus impſſionē pſecutio/
Matth.10. nis inſtruere nos vellet: ait: Nolite timere
eos qui occidūt corp⁹: aīam autē nō poſſūt
occidere: ſ potius eū timete q pōt animaʒ
⁊ corpus mittere in gehennā. Et infra: Oīs
ḡ q cōfeſſus me fuerit corā hominib⁹: confi/
tebor ⁊ ego eū coraʒ patre meo q ē in celis:
Qui aūt negauerit me corā hoib⁹: negabo
⁊ ego eū corā pr̄e meo q eſt in celis. Ubi cō/
fitet̄: ꝓ oibus cōfitet̄: oēs cōplectit̄: vbi ne
gat nō oēs negat. Sicut em̄ ſupra habetur:
Oīs qui me cōfeſſus fuerit: cōfitebor ⁊ ego
eū: hoc ē omnē: Cōſequēs erat: vt infra q̄
ſic diceret: Oīs aūt qui negauerit me. Sed
ne oēs negare videret̄: ita ſubiecit: Qui au
tē negauerit me coraʒ hoib⁹: negabo ⁊ ego
eū. Gr̄am ꝓmittit oibus: nō oibus minat̄
iniuriā: qđ eſt miſeratōiſ exaggerat: qđ vlti
onis extenuat. Atq̄ ita ſcriptū ē: nō ſolum
in eo libro q ſcđm mattheū ſcribit̄ euange/
Luc.12. lij dn̄i ieſu: ſ etiā i eo lectū ē: quē ſcđm lucā
reperim⁹: vt ſciaſ ñ ocioſe id poſuiſſe vtꝝq̄.

## De ſentētia ſcripture in ſupiore ca/pitulo adducte: ⁊ queadmodū fie/ri poſſit: vt aliquis q vict⁹ ſuppli/cijs deuʒ ſermone negauerit ⁊ cor/de adorauerit: per penitētiam me/reat̄ veniam peccatorū. Ca. III.

D Jxim⁹ qđ ſcriptū ſit: colligam⁹ ſen
tētiam. Oīs inqt qui me confeſſus
fuerit: id eſt ex quacūq̄ vita: ex qcū
q̄ ſtatu: qui cōfeſſus me fuerit: habebit re/
muneratorē me cōfeſſionis ſue. Cū dicitur:
Omnis: nullus a remuneratiōe q fuerit cō/
feſſus excludit̄. Nō ſilr̄: oīs q negauerit:
negabit̄. Pōt em̄ fieri vt aliquis vict⁹ ſup/
plicijs: ſermone neget: ⁊ corde adoret. Nū/
qđ eadē cauſa ē ei⁹ qui ſponte neget: ⁊ eius
quē tormenta inclinauerint ad ſacrilegium
nō voluntas? Q̄ indignū aūt: cū apud ho/
mines valeat certaminis gr̄a: vt apud deū
nō valere aſſerat̄? Nā ſepe in h̄ athletaꝝ ſe/
culari certamine etiaʒ victos quoꝝ fuerint
certamina ꝓbata: vulgus hoim cū victori/
bus coronare cōſueuit: maxime quos vide/
rit: aut forte dolo: aut fraude exciſos victo/
ria. Chriſtus ḡ athletas ſuos quos viderit
grauib⁹ pauliſper ceſſiſſe ſupplicijs: ſine ve/
nia patietur manere? Nūqđ nō habebit re
muneratiōʒ laborl: q etiā qs ꝓijcit ñ i ɇtnū
Ps.76. ꝓijcit? Dic̄. n. dauid: Nō i ɇtnū ꝓijciet de⁹.
Et contra hunc audiem⁹ hereſim dicentē:
Proijcit in ɇternū. Nec i finē inquit miſeri
cordiā ſuā abſcidet a generatiōe in genera/
tionē: aut obliuiſcet̄ miſereri deus: clamat
ꝓpheta: Et ſunt qui diuine miſeratiōis q/
dā inducāt obliuia? Sʒ aiunt iō ſe iſta aſſe/
rere: ne mutabilem deū facere videantur: ſi
his quibus fuerat iratus ignoſcat.

## De dictoꝝ in ſupiori capitulo mul/tiplici probatione ex ſacrarum ſcri/pturarum teſtimonijs. Ca. IIII.

q Uid ergo? Repudiabim⁹ dīna ora/
cula ⁊ opiniones iſtoꝝ ſequemur?
Sʒ nō de⁹ alienis aſſertionib⁹ ſed
ſuis ɇſtimandus vocib⁹ ē. Quid em̄ prom/
ptius edere poſſumus in fine ei⁹ miſcđie: q̄
qđ ipſe p ꝓphetā oſee: quib⁹ tanq̄ irat⁹ mi
nabat̄: cōtinuo tanq̄ recōciliat⁹ indulget.
Oſee.11. Ait em̄: Quid tibi faciā effrē: aut quid tibi
faciā iuda? Et infra: Quō te cōſtituā? Ue/
lut adama efficiaʒ te ⁊ ſicut ſeboim. Jn ipa
indignatione velut patrio quodam affectu
heret: quō ad penā tradat errantē. Et ſi iu/
deus miret̄: deus tm̄ adhuc ſecū examinat.
Sʒ cōtinuo qui dixerat: Sic adama faciam
te ⁊ ſicut ſeboim: que due vrbes ex vicinia
ſodomoꝝ parilis excidij traxere cōſortium:
Cōuerſū ē inquit cor meū: in eoipſo contur
bata ē penitentia mea: Nō faciā ſcđm ira/
cundiā furoris mei. Nōne apparet ꝙ iō no/
bis peccantib⁹ indignet̄ domin⁹ ieſus: vt
indignationiſ ſue nos furore cōuertat? Jn/
dignatio ergo ei⁹ nō vltionis executio: ſed
magis abſolutionis operatio ē. Sic eni di/
xit: Si cōuerſus ingemueris ſalu⁹ eris. Ex/
pectat gemitus noſtros: ſ tēporales: vt re/
mittat ppetuos. Expectat lachrymas nr̄as
vt ꝓfundat pietatem ſuā. Sic in euāgelio:
vidue matris lachrymis cōpaſſus: filiū ei⁹
reſuſcitauit. Expectat cōuerſionē noſtram:
vt reuertamur ⁊ ipſi ad gr̄am: que ſi nullus
lapſus nobis irreperet: i nobis pſeuerarer.
Sed qꝛ peccatis nr̄is cōtrahim⁹ offenſam:
indignat̄ vt humiliemur: humiliamur vt di
gni ſimus magis miſeratione q̄ pena. Do/
Thren.3. ceat te certe hieremias dicēs: Quia nō re/
pellet in ɇternū dn̄s: qm̄ cum humiliauerit
inquit miſerebit̄ ſcđm multitudinē miſeri/
cordie ſue. Quia nō humiliauit toto corde
ſuo: neq̄ reppulit filios hominuʒ. Hoc certe
in threnis hieremie legim⁹. Et ex his vel ce
teris que ſequūtur aduertim⁹: qꝛ iō humili/
at ſub pedes ſuos oēs vinctos terre: vt iu/
diciū ei⁹ declinem⁹. Sʒ nec toto corde hūili
at peccatorē vſq̄ ad terrā: qui etiā de terra
ſuſcitat inopē ⁊ de ſtercore erigit pauperē.
Nō em̄ ex toto corde humiliat: qui ſe venie
reſeruat. Qđ ſi nō ex toto corde oēm humi/
miliat peccatorē: quātomagis eū qui nō ex
Eſa.29. toto peccauit? Nā ſicut dixit de iudeis: Po
pulus hic labijs me honorat: cor autē eorū
longe eſt a me: fortaſſe ⁊ de aliquib⁹ lapſis
dicat: Jſti labijs me negarūt: ſ corde mecū
ſunt. Uicit eos pena: non auertit perfidia.
Sine cauſa aūt his aliq veniā negāt: quo/
rū fidem eo vſq̄ cōſectat⁹ perſecutor eſt: vt
eā ſtuderet expugnare tormētiſ. Negarunt
ſemel: ſed quotidie cōfitet̄. Negarūt ſermo
ne: ſed cōfitent̄ gemitibus. Cōfitent̄ eiula/
tibus: cōfitent̄ fletibus: cōfitent̄ liberis nō
coactl vocib⁹. Ceſſerūt qdē ad tēp⁹ diaboli
temptationi: ſ etiaʒ diabolus poſtea receſ/
ſit ab his quos ſibi vendicare non potuit.
Ceſſit ergo fletib⁹: ceſſit penitentie. Quos
inuaſerat alienos: perdidit ſuos. Nōne ita
iſtud eſt: ac ſi quis captiuū victe vrbis po/
pulū abducat? Captiu⁹ abducit̄ ſ iuit⁹ qui
in alienas terras neceſſitate cōtendat: inti/
mo tamē nō migret affectu: patriā ſecū ani
movehat: querat copiā queadmodū reuer/
tatur. Quid ergo? Cū huiuſmodi reuertit̄?
Nū eſt aliquis q perſuadeat eū nō recipien
dū: minore ſcilicet honore: ſ ſtudio propen/
ſiore: ne habeat in quo inſultet aduerſari⁹?
Si armato ignoſcis ei q pugnare ñ potuit:
nō ignoſcis ei in quo ſola pugnabat fides?
Jpſi⁹ diaboli de huiuſmōi lapſiſ ſi reqram⁹
ſententiā: nōne videt̄ dicere: Populus hic Abd.8.
labijſ me honorat: cor aūt eoꝝ lōge ē a me?
Quō em̄ mecuʒ ē: q nō recedit a xp̄o? Sine
cā aūt me colere vident̄: q doctrinā ieſu cu/
ſtodiūt. Ego aūt putabam ꝙ mea docerēt:
plus dānāt dū cōpta deſerunt. Certe ieſus
in his ampli⁹ gl̄iat̄: dū recipit reuertentes.
Exultāt oēs angeli: qꝛ gaudiū mai⁹ ē i celo Luc.15.
ſup vno pctōre penitētiam agente: q̄ i no/
naginta ⁊ nouē iuſtis q nō indigent penitē
tia. De me in celo: de me in terris triūphus
ſumit̄: nihil xp̄o perijt: qm̄ hi q ad me cū fle/
tu venerūt: cū deſiderio ad eccl̄iam reuertū
tur. Et hoꝝ exēplo etiaʒ de meis piclitor: q
didicerint nihil hic eē vbi homies p̄ſentib⁹
prouocātur premijs: ⁊ plurimū illic: vbi ge/
mit⁹ lachryme: ieiunia meis epul̄ p̄ferunt̄.

## De cōfutatiōe errorif nouatianoꝝ q ſpē venie excludūt p exēplū de il/lo ſemiuiuo relicto a latronib⁹ quē pi⁹ ſamaritanus dn̄s ieſus miſeri/cordia mot⁹ curauit: ⁊ ſupra ſuum iumētū ipoſuit vulneratū: ⁊ a ſacer/dote atq̄ leuita p̄tereūtib⁹: p quoſ nouatiani intelliguntur: fuit negle/ctus. Ca. IIII.

h Oc ḡ nouatiani excludit̄l. Quid eſt
em̄ aliud excludere: niſi ſpem venie
negare? Sʒ neq̄ ſemiuiuum illum
derelictum a latronibus: ſamaritanus pre/
terijt: ſ vulnera ei⁹ oleo vinoq̄ curauit: pri⁹
infūdēs oleū q foueret: ⁊ ſupra iumētū ſuū
impoſuit vulneratuʒ: in quo ei⁹ pctā vexit
omnia: nec ouēʒ paſtor deſpexit errantem:

Vos autē dicitis: Noli me tangere: vos di
cis volētes iuſtificare voſipſos: Nō eſt pro-
ximus noſter: ſuꝑbiores ꝙ̃ legiſperit⁹. Ille
xp̄m tēptare cupiebat. Ille eni dixit: Quis
eſt me⁹ ꝓximus? Ille interrogat: vos nega
tis: Sicut ſacerdos ille deſcendēs: ⁊ ſicut le
uita ꝑteriēs: quē curandū ſuſcipere debui-
ſtis: nec recipientes hoſpitio: ꝓ quo chriſt⁹
duos numerauit denarios: cuius te proxi-
mū fieri xp̄s iubet: vt faciaſ in eū miſc̄diaꝫ.
Ipſe em̄ eſt ꝓximus: quē nō ſolū cōformis
natura ꝯiūxerit: ſ etiā miſericordia copula-
uerit. Ab eo te alienū ſuꝑbia fac̄: extollēs
Col. 2. te fruſtra inflatus mente carnis tuę ⁊ nō te-
nens caput. Si eni caput teneres: aduerte-
res nō tibi eū deſerendū ꝓ quo xp̄s mortu-
us ē. Si caput teneres: aduerteres corpus
oē cōpaginādo poti⁹ ꝙ̃ ſoluēdo in incremē
tū dei ꝑ copulā charitatꝭ ⁊ redemptionē cre
ſcere peccatoris. Cū igiꝭ fructū oēm auffer-
tis penitētię: q̄d aliud dicitis: niſi h̄: Nemo
de vulneratis noſtrū ingrediaꝭ hoſpitium:
nemo ſaneꝭ in nr̄a eccl̄ia? Apud nos nō cu-
ranꝭ egroti: ſani ſum⁹: medicuꝫ nō habem⁹
Matth. 9. neceſſariū: quia ipſe ait: Nō opus eſt ſanis
medicus: ſed his qui male habent.

De eccleſia chriſti ꝑ cenā ſignifica-
ta: ad quā oēs vocati ſunt ſiue bo-
ni ſiue mali: ⁊ qui ſe excuſauerꝭ no-
uatiani ſunt: atqꝫ ceteri heretici qui
partē cuꝫ chriſto nō habebūt: eo ꝙ
penitētie lauacrū reſpuant. Ca. VI.

Ergo dn̄e ieſu ad eccleſiā tuā totus
adueni: q̄m̄ nouatian⁹ excuſat. No
Luc. 14. uatianus dicit: Iuga boū emi: q̄ iu
gum xp̄i ſuaue nō ſuſcipit: ⁊ onus graue col
lo iponit ſuo: q̄d portare nō queat. Noua-
tianus ſeruos tuos a quib⁹ inuitabaꝭ tenu
it: ⁊ ꝯtumelia affectos occidit: quos iterati
baptiſmatis labe inquinauit. Mitte ergo
ad exit⁹ viarū: ⁊ collige bonos ⁊ malos: et
debiles ⁊ cęcos ⁊ claudos introduc i eccl̄iaꝫ
tuā. Iube impleaꝭ dom⁹ tua: introduc oēs
ad cęnā tuā: qꝛ quē tu vocaueris: dignū fa-
cies ſi ſequaꝭ. Ille ſane reijciꝭ qui nō habu-
erit veſtē nuptialē: hoc ē amictū charitatis:
velamē gr̄ę. Mitte inquā ad vniuerſos: nō
excuſat eccl̄ia tua a cęna tua. Excuſat noua
tianus. Nō dicit familiā tua: ſana ſū: medi
Hiere. 17. cum nō requiro: ſ dicit: Sana me dn̄e ⁊ ſa-
nabor: ſalua me ⁊ ſaluabor. Deniqꝫ eccleſię
tuę ſpecies ē in illa q̄ acceſſit retro ⁊ tetigit
fimbriā veſtimenti tui dicēs intra ſe: Quia Matth. 9.
ſi tetigero veſtimentū eius: ſalua ero. Hęc
ergo eccl̄ia cōfitetur vulnera ſua: hęc curari
cupit. Et tu quidē dn̄e: oēs cupis: ſ nō oēs
curari volūt. Nō vult nouatian⁹: qui ſe pu
tat eſſe ſanū. Tu dn̄e ęgrū te eſſe dicis: ⁊ in
minimo nr̄am ſentis infirmitatem dicens:
Eger erā ⁊ viſitaſtꝭ me. Nouatian⁹ illū mini
mū viſitare neſcit: in quo tu deſideras viſi-
tari. Tu dicis petro excuſanti: ne ei pedes
lauares: Niſi lauero tibi pedeſ: nō habebiſ Ioh. 13.
partē mecū. Q̄ ergo iſti poſſunt cōſortiuꝫ
tecū habere: qui claues regni nō ſuſcipiūt:
negātes ꝙ dimittere peccata debeant? Q̄
quidē recte de ſe fatentur: nō habēt em̄ pe-
tri hęreditatem: qui petri fidē nō habent:
quā impia diuiſione diſcerpūt. Sꝫ h̄ impro
be: ꝙ etiā in eccleſia donari peccata negant
poſſe: cū petro dictū ſit: Tibi dabo claues Matth.
regni celoꝝ: ⁊ quęcūqꝫ ligaueris ſuꝑ terram
erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quęcūqꝫ ſolueris ſu-
per terrā erūt ſoluta ⁊ i cęlis: Cū ⁊ ipſe vas
electionis dominicę dicat: Si cui aūt quid 2. Cor.
donaſtis et ego: nā ⁊ ego q̄d donaui ꝓpꝭ
vos in perſona xp̄i. Cur igiꝭ paulū legūt:
ſi eū taꝫ impie arbitranꝭ erraſſe: vt ius ſibi
vēdicaret dn̄i ſui? Sed vēdicauit acceptū:
nō vſurpauit indebitum.

De multiplici poteſtate data diſci
pulis a xp̄o: cū repͥhenſione noua-
tianorū qui remiſſionē i baptiſmo
cōcedūt: ſed penitentie lauacrū ne-
gant: cuꝫ nihil interſit inter vtrūqꝫ
ſacramentum.

Vult dn̄s plurimū poſſe diſcipulos
ſuos: vult a ſeruis ſuis ea fieri i no
mine ſuo: quę faciebat ipſe poſitus
in terrꝭ. Deniqꝫ ait: Et maiora his facietis. Ioh. 14.
Dedit vt mortuos ſuſcitarēt. Et cū ipſe ſau-
lo reddere poſſet vſū videndi: cū tamen ad
ananiā diſcipulū ſuū miſit: vt ei⁹ bn̄dictiōe
ſaulo refunderenꝭ oculi quoſ amiſerat. Pe
trū ꝙ̃ ſecū i mari iuſſit ambulare: ⁊ qꝛ titu-
bauit: repͥhēdit ilico: eo ꝙ dona gr̄aꝝ fidei
pauxillitate minuiſſet. Dedit etiā diſcipulꝭ
vt lux mūdi eēnt ꝑ gr̄am: q̄ erat ipſe lux mū
di. Et quia deſcenſurus eēt e cęlo: ⁊ i cęlum
aſcenſurus: heliam ad cęlū leuauit: inde eū
terrꝭ placito redditur⁹ tp̄e. Baptizatur⁹ ꝙ̃
i ſpū ſcō ⁊ igni ꝑ iohānē baptiſmatꝭ ſacra ꝑ-
miſit. Oia deniqꝫ donauit diſcipulis ſuis:
de q̄b⁹ ait: In noie meo dęmōia eijciēt: lin- Marc.



guis loquēꝭ nouis: ſerpētes tollēt: ⁊ ſi mor-
tiferū q̄d biberit: nō eos nocebit: ſuꝑ ęgros
manus imponēt ⁊ bene habebūt. Omia ꝗ
ꝯcedit: ſ nulla in his hominis poteſtas eſt:
vbi diuini muneris gr̄a viget. Cur ꝗ man⁹
imponitis: ⁊ bn̄dictionis opus creditis: ſi
quis forte reualuerit ęgrotus? Cur ꝑſumitꝭ
aliquos a colluuione diaboli ꝑ vos munda
ri poſſe? Cur baptizatis: ſi ꝑ hoiem peccata
dimitti nō licet? In baptiſmo vtiqꝫ remiſ-
ſio peccatoꝝ oim̄ eſt. Quid inter eſt: vtrū ꝑ
pęnitētiā: an ꝑ lauacrum hoc ius ſibi datū
ſacerdotes vendicent? Vnū in vtroqꝫ mini
ſteriū eſt. Sed dices: qꝛ in lauacro operatur
myſterioꝝ gr̄a: Quid in pęnitentia? Non-
ne dei nomē opatur? Quid ꝗ? Vbi vultis
vendicat vob̄ dei gr̄aꝫ? vbi vultꝭ repudiatꝭ?
Sꝫ hoc inſolentꝭ arrogātię: nō ſancti timo-
ris ē: vt faſtidio vobis ſint q̄ volūt agere pę
nitētiā. Perpeti videlicet flētiū lachrymas
nō poteſtis. Nō ferūt oculi vr̄i vilia veſti-
mentoꝝ illuuiē ſordidatoꝝ: ſuꝑbo oculo ⁊
tumido corde delicati mei: arroganti voce
dicentes ſinguli: Noli me tangere: qꝛ mun-
dus ſū. Dixit quidē dn̄s ad mariā magdale
Ioh. 20. nā: Noli me tangere: ſed nō dixit: qꝛ mun-
dus ſum q̄ mundus erat: tu audes nouatia
nę mundū te dicere: qui ⁊ ſi operibus mun-
dus eſſes: hoc ſolo verbo fieres immūdus?
Esa. 6. Eſaias dicit: O miſer ego ⁊ cōpunct⁹ corde
qꝛ cū ſim hō ⁊ imūda labia habeā: i medio
quoqꝫ ꝑli imunda labia habētis inhabitē:
Ioh. 15. ⁊ tu dicis mundus ſū: cū mūdus non ſit: vt
ſcriptū ē: nec vni⁹ diei infans? Dauid dicit:
Ps. 50. Et a delicto meo munda me: quē vtiqꝫ mi-
ſericordię ſępe dn̄i iuſtificauit gr̄a: tu mun-
dus cū tam iniuſt⁹ ſis: vt nō miſerearis: vt
feſtucā in oculo fratris tui videas: trabē au
tem q̄ in oculo tuo ē nō cōſideres. Immun
dus em̄ apud deū oēs iniquus. Quid autē
iniuſti⁹: ꝙ̃ vt velis tibi dimitti pctā tua: cū
roganti ipſe nō putes remittēda? Quid in-
iuſtius: ꝙ̃ vt te iuſtifices in q̄ dānas alterū:
cū grauiora cōmittas? Deniqꝫ remiſſioneꝫ
celebratur⁹ peccatorū noſtrorum dn̄s ieſus
Matth. 3. dicenti ſibi iohanni: Ego a te debeo bapti-
zari ⁊ tu venis ad me: reſpondit: Sine mo-
do: ſic em̄ decet nos implere omnē iuſticiā.
Et dn̄s quidē venit ad peccatorē: cum pec-
catum ipſe non haberet: ⁊ baptizari voluit
cui mundari neceſſe non erat.

De falſo intellectu ſcripture: quo
nouacianus errorē ſuū ꝓbare con
tendit: quē auctor hic efficaciter re
probat fultus ſcripture ſacre teſti-
monijs. Ca. VIII.

Vos q̄s ferat qui putatis vobis op⁹
nō eſſe mundari ꝑ pęnitētiā: qꝛ mū
datos dicitis vos eſſe ꝑ gr̄am: qua-
ſi iam peccare vobis impoſſibile ſit? Sꝫ di-
cent. Scriptū ē: Si peccauerit hō in hoiem
orabūt ꝓ eo ad dn̄m: ſi aūt in dn̄m peccaue
rit hō: quis orabit ꝓ eo? Primū vt ſupra iā
dixi: tūc te iſta paterer obijcere: ſi ſolis ꝓua
ricatorib⁹ nō relaxares pęnitētiā. Tū quid
ſcrupuli iſta afferret queſtio? Nō em̄ ſcptuꝫ
eſt: Nulluſ orabit ꝓ eo: ſ q̄s orabit: hoc eſt:
q̄s ille ſit qui in tali cauſa orare poſſit: quę-
riꝭ: nō excludiꝭ. Deniqꝫ habes in pſal. xiiij.
Dn̄e quis habitabit i tabernaculo tuo: aut Ps. 14.
quis requieſcet in mōte ſcō tuo. Nō eni nul
luſ: ſ ꝓbat⁹ habitabit. Nec h̄ dicꝭ ꝙ nemo re
q̄eſcat: ſ requieſcat elect⁹: vt ſcias h̄ eē veꝝ
q̄d non multo poſt in pſal. xxiij. ait: Quis Ps. 23.
aſcendet in montē dn̄i: aut quis ſtabit i lo-
co ſcō ei⁹: id eſt: nō q̄cunqꝫ de vulgo nec ple
beię vilitatis aliq̄s: ſed vitę ęgregię ſingu-
lariſqꝫ meriti. Et vt ſcias qꝛ cū dicitꝭ: q̄s: nō
intelligitur nullus: ſ aliquis ſignificaꝭ: Cū
dixiſſet: Quis aſcēdet in montē dn̄i: ſubie-
cit: Innocens manib⁹ ⁊ mundo corde: qui
nō accepit inuanū animam ſuaꝫ. Et alibi:
Quis ſapiens ⁊ intelliget hęc? Nunq̄d di- Osee. 14.
cit: quia nullus intelliget? Et in euangelio:
Quis fidelis diſpenſator ⁊ prudens: quem Luc. 12.
cōſtituet dn̄s ſuꝑ familiā ſuā: vt det illis in
tēpore tritici menſurā? Et vt cōprehendas
qꝛ de eo dixit q̄ vtiqꝫ ē: nō de eo q̄ non eſt:
ſubiunxit: Beatus ille ſeru⁹ quē cū venerit
dn̄s inuenerit ſic facientē. Et illud ita opi-
nor dictum: Deus quis ſimilis tibi: nō vti- Ps. 82.
qꝫ nullus: quia imago patrꝭ filius eſt. Simi
liter igitur accipiēdum: Quis orabit ꝓ eo:
hoc eſt ſingularis vitę aliquis debet orare
pro eo qui peccauit in dominum: quia quo
maior culpa: eo maiora ſunt quęrēda ſuffra
gia. Non enim quicunqꝫ de vulgo ꝓ iudęo
rum populo: ſed moyſes rogauit: quando
vituli caput fidei immemores adorauerūt.
Nūq̄d errauit moyſes? At certe qꝛ non er-
rauit: quod rogauit ⁊ meruit ⁊ impetrauit.
Quid enim talis affect⁹ nō impetraret q̄ñ
ſe obiecit ꝓ ꝑlo dicēs: Et nūc ſi dimittis il- Exo. 32.
lis peccatū dimitte: ſinaūt dele me de libro

vite? Uides qꝛ nō tanquā delitioſus inter-
ceſſoꝛ ⁊ faſtidij plenus ſibi cōſulat: nec offen
ſionem ꝯtrahat qḋ nouatian⁹ metuere ſe di
cit: ſed magis oim memoꝛ: ſui imemoꝛ: offē
dere nō timebat ipſe: vt plebē ab offenſio-
nis periculo exueret ⁊ liberaret. Merito ꝗ
ſcriptū ē: q̄s oꝛabit ꝓ eo: hoc ē: talis qualis
moyſes q̄ ſe offerat ꝓ peccātib⁹: talis qualꝭ
hieremias: cui ꝓphete cū cēt dictū a domio
Hiere.7. deo nr̄o: noli oꝛare ꝓ populo iſto: tamē oꝛa
uit ⁊ veniā ꝓmeruit. Deniq̄ interceſſiōe ꝓ-
phetica ⁊ obſecratione tanti vatis inflexꝰ
dn̄s dicit ad hierl̄m: qm̄ ea q̄ penitentiam
Baruch.3. ꝓ delictis egerat dicēs: Dn̄e omnipotens
de⁹ iſrl̄: aia i anguſtijs ⁊ ſpūs anxi⁹ clamat
ad te: Audi dn̄e ⁊ miſerere. Et iubet luctus
veſtimēta deponi: ⁊ abijci gemitus penitē-
Baruch.5. tie. Sic em̄ ſcriptū ē i fine libꝛi: Exue te hie-
ruſalē ſtola luct⁹ ⁊ vexationis tue: ⁊ indue
te decoꝛē ei⁹ q̄ a deo tibi data ē glie i ete̾nū.

**Qualiter intelligēda ſint v̄ba io hānis in canonica ſua dicētis: Eſt pctm̄ ad moꝛte: non de illo dico vt oret quis: cū ſanct⁹ iohānes nō ignorauerit moyſen atq̄ hieremiam atq̄ ſtephanū ꝓ ſalute alioꝝ oraſſe atq̄ exauditos fuiſſe. Ca. IX.**

T
Ales igiꝭ ꝑcatoꝛes in delictis maxi
mis ſūt req̄rendi. Nā ſi q̄cunq̄ de
populo oꝛent nō exaudiunꝭ. Unde
nec illa queſtio vr̄a q̄cq̄uā poterit ferre pon
1.Joh.5. deris quā ſumitꝭ de epl̄a iohis dicētꝭ: Qui
ſcit frēm ſuū peccare pctm̄ nō ad moꝛtē: pec
cat ⁊ dabit illi vitā de⁹: qꝛ nō peccat ad moꝛ
tē. Eſt pctm̄ ad moꝛtem: non de illo dico vt
oret. Nō em̄ ad moyſen ⁊ hieremiā loq̄baꝭ:
ſꝫ ad ꝓpl̄m q̄ ſuoꝝ pctōꝝ aliū ꝑcatoꝛē debe-
ret exhibere: cui ſatis eſt ſi ꝓ leuioꝛib⁹ deli-
ctis deū ꝑceꝭ: grauioꝝ veniā iuſtoꝝ oꝛatio-
nib⁹ reſeruādā putet. Nā quō iohes diceret
nō oꝛādū ꝓ delicto grauioꝛe: q̄ legiſſet moy
ſē rogaſſe ⁊ ipetraſſe: vbi erat ꝑuaricatio vo
lūtaria: q̄ ſciret etiā hieremiā rogaſſe? Quō
iohes diceret nō oꝛandū ꝓ pctō qḋ eſſet ad
moꝛtē: qui ipſe in apocalypſi ſcripſit māda-
Apoc.2. tū angelo ecclie ꝑgami: Habes illic tenētes
doctrinā balaā qui docebat balach mitte-
re ſcādalū coꝛā filijs iſrl̄ māducare imolata
⁊ foꝛnicari: ita ⁊ tu habes tenentes doctri-
nam nicolaitaꝝ: ſimiliter age penitentiaꝫ:
alioq̄n venio tibi? Uides ꝙ de⁹ q̄ penitētiā
exigit: veniā polliceaꝭ? Deniq̄ ⁊ tibi dicat:
Qui habet aures audiat: q̄d ſpūs dicat ec- Ibi.8.
cleſijs. Uincēti dabo manducare manna.
Nōne ipſe iohānes cognouerat ſtephanū
ꝓ perſecutoꝛib⁹ ſuis q̄ xp̄i nomē audire nō
poterāt depcatū: cū de ipſis a quib⁹ lapida
baꝭ diceret: Dn̄e ne ſtatuas illis h̄ peccatū: Act.7.
cui⁹ ꝑcatiōis effectū in apl̄o videm⁹? Pau-
lus eni qui lapidātiū ſtephanū veſtimenta
ſeruabat: nō multo poſtea ꝑ grām xp̄i fact⁹
apl̄s ē: qui fuerat ante perſecutoꝛ.

**De eo ꝙ nullus fidē habēs exclu-ſus ſit a venia: Qḋ hi quoq̄ q̄ poſt penitētiā coronā martyrij meruerūt mai⁹ etiā donū fidei ꝑceperūt. De forma quoq̄ penitentis in ſemiuiuo a latronibus relicto cōuenienter expreſſa. Ca. X.**

E
Rgo qꝛ de iohannis generali epl̄a
ſermo ē: ipſi⁹ iohis in euāgelio ſcri-
pta interrogem⁹: vtrū cū vr̄a iter-
pretatione cōueniant. Scribit enim dixiſſe
Joh.3. dn̄m: Quia ſic dilexit de⁹ hunc mūdū: vt fi
liū ſuū vnigenitū daret: vt ois q̄ credit i ipo
nō pereat: ſed habeat vitā eternā. Si queꝫ
ergo lapſū reuocare cupias: vt credat an vt
nō credat hoꝛtaris? Utiq̄ vt credat. Sed q̄
credit iuxta dn̄i ſententiā: habebit vitā eter
nā. Quō ergo ꝓhibebis oꝛare ꝓ eo cui eter
na vita debeꝭ: cū diuine ſit grē fides: ſicut
1.Cor. apl̄s in diuiſionib⁹ grāruꝫ docet: qꝛ alij da-
tur i eodē ſpū fides: Et diſcipuli dn̄o dicāt:
Luc.17. Adauge nobis fidē? Qui ꝗ fidē habet: ha-
bet vitā eternaꝫ: qui vitam habet: nō eſt ex
cluſus a venia. Ois inquit qui credit in eū
nō pereat. Cū ois diciꝭ: null⁹ excludiꝭ: nul-
lus excipiꝭ. Nō em̄ excipit euꝫ q̄ lapſus ē: ſi
tm̄ poſtea bn̄ credat. Plurimos cōperim⁹ ſe
refoꝛmaſſe p⁹ lapſū: ⁊ ꝓ nomie dei paſſos.
Nū poſſum⁹ his martyrū cōſoꝛtia negare:
q̄bus dn̄s ieſus nō negauit? Audem⁹ igiꝭ
dicere nō eē his vitā redditā: q̄b⁹ xp̄s coꝛo-
nā reddidit? Sicꝭ ꝗ p⁹ lapſū pleriſq̄ ſi pati-
anꝭ coꝛona reddiꝭ: ita ſi credant ⁊ fides red
diꝭ. Que fides dei donū ē: ſic habes ſcp̄tū:
Quia a deo vobis datū ē: nō ſolū vt creda
tis in eū: ſꝫ etiā vt ꝓ illo patiamini. Nunq̄d
is qui dei donum habet: poteſt nō habere
indulgentiam? Non vna autem ſed duplex
gratia eſt: vt omnis qui credit ⁊ patiaꝭ pro
domino ieſu. Habet igitur qui credit ſuam
gratiā: habet autē alterā ſi fides ei⁹ paſſio-
nibus coꝛoneꝭ. Neq̄ eni priuſq̄ patereꝭ pe-
trus: ſine gratia fuit: ſed vbi paſſus ē acq̄ſi-
uit alterā. Et pleriq̄ qui nō habuerūt gra-
tiam vt ꝓ ieſu paterenꝭ: habuerūt tm̄ grām
Joh.3. vt in ieſum crederent. Ideo diciꝭ: Ut omis
qui credit in eū nō pereat. Ois inquit: hoc
eſt: ex quocunq̄ ſtatu: ex quocūq̄ lapſu: ſi
credat: perire nō timeat. Poteſt em̄ fieri vt
aliquē de hieruſalē deſcēdentē in hiericho:
hoc eſt de martyrij certamine relapſū in iſti
us vite cupiditatē ſecularemq̄ grām: vul-
neratū a latronib⁹: hoc ē a perſecutoꝛib⁹ et
ſemiuiuū relictū: euangelicus ille ſamarita
nus inueniat: qui noſtrarū cuſtos animarū
ē. Samaritan⁹ em̄ cuſtos dꝛ: ⁊ non ꝑtereat
eū: ſed curet ⁊ ſanet: foꝛtaſſe ideo nō ꝑterit
eū: quia aliquid in eo vitale agnoſcit vnde
poſſit vitā reſumere. Nōne vobis videꝭ ille
q̄ lapſus ē: ſemiuiuus eſſe: ſi vitale aliquid fi-
des ſpiret? Nā qui penitus deū ex ſuo coꝛ-
de abijcit: ille moꝛtu⁹ eſt: qui ergo nō peni-
tus abijcit: ſꝫ ꝑ impꝛeſſionē toꝛmētoꝝ ad
tēpus negauit: ſemiuiuus ē. Aut ſi moꝛtu⁹
eſt: cur ei dicitis agendā penitentiā: qui iaꝫ
curari nō pōt? Si ſemiuiu⁹ ē: infunde vinū ⁊
oleū: nō vinum ſine oleo: ſꝫ ⁊ qḋ foueat ⁊ re
moꝛdeat. Tolle eū in iumētū tuū: trade ſta-
bulario: duo era ad ei⁹ curaꝫ impende: eſto
ei ꝓximus. Proxim⁹ aūt eſſe nō potes: niſi
facias miſericoꝛdiā. Nemo enim poteſt dici
ꝓxim⁹: niſi qui curauerit: non occiderit. Si
autem vis dici pꝛoximus: dicit tibi chꝛiſt⁹:
Luc.10. Uade ⁊ tu fac ſimiliter.

**De alijs quibuſdā ſcripturis quibus eliditur erroꝛ nouatiani veniam poſt lapſum negantis: cū dominus ieſus venerit in mundū nō vocare iuſtos ſed peccatores ad penitentiam. Ca. XI**

A
Liud ſimile cōſideremus. Qui cre-
dit in filiū: habet vitā eternam: qui
autē nō credit filio: nō videbit vitā
ſed ira dei manet ſuꝑ euꝫ. Qḋ manet vtiq̄
iam cepit: ⁊ ex delicto aliquo cepit: qꝛ ante
non credidit. Ubi ergo quis credit: ira dei
diſcedit: vita autē accedit. Credere ergo in
Joh.3. xp̄m: lucrum vite eſt. Qui em̄ credit i eum:
nō iudicaꝭ. Sed referūt hoc loco: quoniam
is qui credit in chꝛiſtū: cuſtodire debeat ſer
monē ei⁹. Sic em̄ aiunt ſcriptū dicēte dn̄o:
Joh.12. Ego lux in hūc mundū veni: vt ois qui cre-
dit in me: in tenebꝛis nō maneat: ⁊ ſi q̄s au-
dierit ſermonē meū ⁊ cuſtodierit eū: ego nō
iudico eū. Ille n̄ iudicat: ⁊ tu iudicas? Ille
dicit: vt qui credit in me: in tenebꝛis nō ma
neat: hoc ē: ⁊ ſi fuit in tenebꝛis nō ꝑmaneat
in eis: erroꝛem emendet: culpam coꝛrigat:
cuſtodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo Ezech.33.
moꝛtē peccatoꝛis: ſꝫ cū dixi ſupꝛa: Qm̄ q̄ in Joh.3.
me credit non iudicaꝭ: ⁊ hoc cuſtodio. Non
em̄ veni vt iudicē mundū: ſed vt ſalueꝭ mū
dus per me. Libenter ignoſco: ꝓmpte indul
geo: miſcdiam malo q̄ ſacrificiū. Quia ꝑ ſa
crificiū iuſt⁹ cōmēdaꝭ: ꝑ miſcdiaꝫ pctoꝛ redi
mitur. Nō veni vocare iuſtos ſꝫ pctōꝛes. In Matth.9.
lege ſacrificiū: in euāgelio miſcdia ē: lex per
moyſē data ē: per me grā. Quid hoc euidē
tius? Deniq̄ ⁊ ſubter ait: Qui ſpernit me ⁊
nō accipit v̄ba mea: habet q̄ iudicet eū. Nū
tibi videꝭ accipere verba xp̄i: qui ſe nō coꝛ-
rexerit? Profecto nō videꝭ. Qui ꝗ coꝛrigit
ſe: accipit verbū ei⁹. Hoc eſt eni verbū eius:
vt ſe vnuſquiſq̄ reuocet a culpa. Aut exclu
das igiꝭ neceſſe eſt hanc eius ſententiā: aut
ſi negare nō potes acquieſcas. Opoꝛtet eū
quoq̄ mandata cuſtodire dominica: q̄ pec-
care deſijt: delictis renunciauit. Nō ergo de
eo debes interp̄tari dictū: qui ſemꝑ cuſto-
dierit. Si em̄ hoc ſenſiſſet: addidiſſet ſemꝑ.
Nō addēdo autē de eo ꝓnūciauit: q̄ qḋ au-
diuit cuſtodierit. Audiuit autē: vt coꝛrige-
ret erroꝛē. Cuſtodiuit igiꝭ qḋ audiuit.

**Queādmodū teſtimonijs ipſius dauid atq̄ ſci pauli reprobeꝭ falſitas nouatiani: qꝛ caſtigat de⁹ oēm filiū quē recipit ⁊ quē caſtigat morti non tradit. Ca. XII.**

Q
Uā vero duꝝ ſit vt ad penā voceꝭ
perpetuaꝫ: qui vel poſtea cuſtodit
dn̄i mandata: ipſe te doceat q̄ etiā
nō cuſtodiētib⁹ mādata ſua veniā nō nega
uit: ſic habeꝭ i pſalmi coꝛpe: Si iuſticias me Ps.88.
as ꝓphanauerint ⁊ mādata mea nō cuſto-
dierint: viſitabo in virga iniq̄tates eoꝝ ⁊ i
flagellis delicta eoꝝ: miſcdiam aūt meā nō
diſꝑgaꝫ ab eis. Oibus igiꝭ ꝓmittit miſeri-
coꝛdiā. Sꝫ ne ſine iudicio hāc eſſe miſcdiaꝫ
puteꝭ: ē diſcretio inter eos qui ꝑpetuā detu
lerint obedientiā mandatꝭ celeſtib⁹: ⁊ inter
eos qui aliq̄n vel erroꝛe vꝭ neceſſitate lapſi
ſint. Et ne nr̄o circūſcribi te argumēto pu-
tes: xp̄i iudicium accipe. Etenim ait: Si ſci Luc.12.
ens ſeruus voluntatem domini et nō fecit:
vapulabit multis: ſi autem neſciuit: vapu-
labit paucis. Uterq̄ igiꝭ ſi credat recipiꝭ:

Quia caſtigat omnē filiū de⁹ quē recipit:⁊
quē caſtigat morti vtiq̄ nō tradit: q: ſcp̄tū
Pſ.117. eſt: Caſtigās caſtigauit me dn̄s:⁊ morti nō
tradidit me. Deniq̄ paulus docet: nō deſe
rendos eos q̄ peccatū ad mortē fecerint: ſed
potius lachrymarū panib⁹ ⁊ potu coercen-
dos flebili: ita tamē vt ipſa moderata eſſet
triſticia. Hoc eni ſignificat: Et potū dabis
eis in lachrymis in menſura: vt ipſa męſti-
cia menſurā habeat: ne forte abundantiore
triſticia abſorbeat̄: q̄ agit penitētiā: ſic ſcri-
1.Cor.4. pſit ad corinthios paul⁹: Quid vultis: i vir
ga veniā ad vos: an in charitate ⁊ ſpū man
ſuetudinis? Sed nec virga grauis eſt: quo-
Prouer.23. niā legerat: Tu quidē percuties eū virga:
animā autē eius a morte liberabis. Quid
eſſet in virga venire: docet inuectio fornica
tionis: accuſatio inceſti: rep̄henſio tumoris
ꝙ iflati eēnt: quos mag̃ lugere oportet: po
ſtremo cōdēnatio rei: vt tolleret̄ a cōſortio
cōmunionis ⁊ traderet̄ aduerſario: nō ad in
teritū animę ſed carnis. Sicut em̄ dominus
in animā ſancti iob poteſtatē nō dedit: ſ; in
carnē ei⁹ p̄miſit licentiā: ita ⁊ hic tradit̄ ſa-
thanę i interitum carnis: vt ſerpēs terrā ei⁹
lingeret: animę nō noceret. Moriatur ergo
caro noſtra cupiditatib⁹: ſit captiua: ſit ſub
dita: nec legi mentis noſtrę repugnet: ſ; bo-
nę ſeruituti ſubiecta. Moriat̄ ſicut in pau-
lo qui caſtigabat corpus ſuū vt ſeruituti re
digeret: quo probabilior fieret prędicatio ſi
lex carnis ei⁹ cū lege mentis cōgrueret ⁊ cō
ueniret. Interit em̄ caro: cum ſapientia ei⁹
tranſit in ſpiritū: vt iam nō quę carnis ſunt
ſapiat: ſed quę ſunt ſpirit⁹. Utinā videā in-
fumari carnē meā: vtinā nō trahar captiu⁹
in legē peccati: vtinā nō in carne viuā ſed i
fide xp̄i. Et ideo maior i infirmitate corpor̃
gratia q̄ in ſalute. Deniq̄ ⁊ paulum quem
multū dilexit: noluit liberare ab infirmita-
te carnis: cui petenti vt diſcederet a ſe infir-
2.Cor.12. mitas reſpondit: Sufficit tibi gratia mea:
nā virtus in infirmitate perficit̄. Et paulus
plus ſibi in infirmitatib⁹ placet dicēs: Cū
infirmor tunc potēs ſum. Cōſūmat̄ eni car-
nis in infirmitatib⁹ animę fortitudo.

**Q̄d peccātes tradant̄ plerunq̄ a deo atq̄ ab ei⁹ eccl'ia in p̄tātē diaboli: in afflictionē carnis vt ſpirit⁹ ſaluet̄. De cuſtodia quoq̄ oculorū ſeruāda: ⁊ velamine mulierū. Atq̄ exemplo ioſeph colloquia pudica eſſe ſeruanda. Ca. XIII**

e Xplanauim⁹ pauli ſententiā: nunc
verba ipſa cōſideremus: qua ratiōe
dixerit: ꝙ tradiderit eū ſathanę in
interitū carnis: q: temptator noſter diabo-
lus ē. Nam debilitates membris ſingulis
inferre et ęgritudines toto ſolet mouere cor
pori. Deniq̄ percuſſit ſanctū iob vlcere ma
lo a pedib⁹ vſq̄ ad caput: q: in poteſtatem
acceperat iteritū carnis eius: dicente deo:
Job.2. Ecce trado tibi eū: tātūmodo aīam eius cu
ſtodi. Hoc hiſdem verbis ap̄ls tranſtulit di
cens: ꝙ tradiderit huiuſmodi hoiem ſatha
nę in interitum carnis: vt ſpiritus ſalu⁹ ſit
in die dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Magna poteſtas:
magna gr̄a: q̄ imperat diabolo vt ſe ip̄e de-
ſtruat. Se em̄ deſtruit cū hoiē quē tēptan
do ſupplātare ſtudet: ex infirmo fortiorē effi
cit: quia dum carnē debilitat: mentem eius
corroborat. Egritudo eni carnis peccatum
repellit: luxuria autē carnis culpā adolet.
Illudit̄ ergo diabolus: vt ipſo mortis ſuę
vulnere contra ſe armet: quē debilitandū
putauit. Sed ⁊ ſanctū iob magis armauit
poſtea q̄ vulnerauit: qui totum corpus di-
ris perfuſū vlcerib⁹ diaboli quidē morſum
pertulit: ſed venena non ſenſit. Et ideo bn̄
Job. ei dictū eſt. Adduces draconē in hamo: lu-
des cū ſicut auē: ligabis eū ſicut paſſerem:
puer imponet ſup eum manū. Uides quē-
admodū a paulo illudat̄: vt in cauernā ei⁹
ſicut puer ille prophetic⁹ manū mittat: ⁊ ni-
hil ſerpens noceat ei: de latebris eruat eū:
de veneno ei⁹ faciat ſpiritale antidotū: vt
q̄d venenū eſt: medicamentū fiat: venenū
ad interitū carnis: medicamentū ſit ad ſalu
tem ſpiritus. Q̄d enī nocet corpori: iuuat
ſpiritū. Mādūcet ergo terrā meā ſerpens:
dentē carni infigat: cōterat corp⁹: dicat do-
min⁹ ⁊ de me: trado tibi eū tātūmodo ani-
mā eius cuſtodi. Quanta vis xp̄i: vt cuſto-
dia hominis imperet̄: etiā ipſi diabolo qui
ſemper vult nocere. Dn̄m ergo ieſū nobis
p̄pitiemus. Imperāte xp̄o ⁊ diabolus ipſe
ſit prędę ſuę cuſtos vel inuitus mandat̃ ob
cundat cęleſtib⁹: ⁊ quāuis inuitus: tn̄ man-
ſuetis obſequit̄ imperijs. Sz q̄d ego cōmē-
do obſequiū ei⁹? Sit ille ſemp malus: vt ſit
bonus de⁹ ſemp: qui maliciā ei⁹ nobis i gra
tiā cōuertit. Uult nocere ille: ſ; non poteſt
ſi xp̄s obſiſtat. Carnē vlcerat: ſed cuſtodit
animā. Terrā deuorat: ſ; reſeruat ſpiritum.



Iſa.65. Deniq̄ ſcriptū ē: Tunc lupi ⁊ agni ſiſ paſcē
tur: leo ⁊ bos paleā māducabūt: ſerpēs aūt
terrā vt panē: ⁊ nō nocebūt neq̄ vaſtabūt i
mōte ſcō meo dic dn̄s. Dānati em̄ ſerpenti
hęc ē ſentētia: Erit tibi terra cib⁹. Quę tra?
Gen.3. Ea vtiq̄ de qua dictū ē: Terra es ⁊ in terrā
ibis. Hanc terrā ſerpēs manducat: ſi p̄piti-
us ē nobis dn̄s ieſus: vt nō cōpatiat̄ aīma
carnis debilitati: nō accēdat̄ vapore corpo-
1.Cor.7. ris ⁊ calore membror̄. Bonū ē nubere ma-
gis q̄ vri. Eſt enim flāma quę interna vrit.
Uñ hunc ignē nō alligem⁹ in ſinu mentis ⁊
receſſu pectoris: nec interioris nr̄i vramus
exuuias: ⁊ forenſe hoc nr̄ę aīę veſtimētū ve-
lamēq̄ carnale: edax libidinis flāma conſu
mat: ſ; tranſeam⁹ p̄ ignē. Et ſi quis incidit
amoris incendiū: trāſiliat ⁊ nō alliget adul
terinā cupiditatē vinculis cogitationū: nul
los ſibi nodos aſſidue nexu meditatōis aſ-
tringat: nō intēdat ſępi⁹ in formā mulieris
meretricis: nec adoleſcentula ad vultū iu-
uenis oculos leuet. Et ſi fortuitu aſpexit: et
capta ē: quātomagis capiet̄ ſi curioſa aſpe-
xerit? Uel ꝯſuetudo nos doceat. Ideo vela
mine obnubit caput ſuū mulier: vt etiā in
publico tuta verecūdia ſit: nō facile vultus
ei⁹ in adoleſcētis oculos occurrat: nuptiali
velamine tecta ſit: ne vel fortuitis occurſib⁹
pateat ad vulnus vl̃ alienū vl̃ ſuū: ſ; vtrūq̄
ſuū vuln⁹ ē. Q̄d ſi tegmine caput velat: ne
temē aut videat̄ aut videat: dū eni caput ve
lat̄ vult⁹ abſcōdit̄: q̄tomag̃ velare ſe debet
pudoris tegmine: vt etiā i publico habeat
ſuū ipſa ſecretū? Uerū eſto: iciderit oculus
ſ; nō intendat affect⁹. Nō em̄ vidiſſe crimē
ē: ſ; cauendum ne origo criminis ſit. Uidet
carnalis oculus ſ; p̄mat cordis oculos: men
tis maneat verecundia. Habem⁹ immorta-
Prouer.5. lem ⁊ indulgentē dominū. Dixit quidē pro
pheta: Nolo intendas in formā mulier̃ for-
Math.5. nicarię. Sz tn̄ dn̄s dixit: Qui viderit mulie
rē ad cōcupiſcēdū eā: iā adulterauit eam in
corde ſuo. Nō dixit ſi quis viderit adultera
uit: ſ; ſi quis ad ꝯcupiſcēdū viderit: nō aſpe
ctū ſ; affectū quęſiuit. Bonus tn̄ pudor qui
ip̄os corporis oculos ſic p̄mere cōſueuit: vt
ſępe nō videam⁹ etiā q̄d videm⁹. Eteni ſpe
cie aſpicere videmur: quicq̄d occurrerit: ſ;
ſi nō miſceat̄ animi intentio. Hic q̄ ſecūdū
carnis officiū noſter aſpectus vaneſcit: ita
plus videm⁹ aīo q̄ corpore. Et ſi viderit ca-
to: ignē nō alligem⁹ in ſinu: hoc eſt in ſecre-
to mentis animiq̄ arcano. Non impli
ignē hunc o ſib⁹: non ipſi nobis nodos
tiam⁹: nō miſceam⁹ ſermonē aliquē cū hu-
iuſmodi: vnde exęſtuet ignis. Adulterinus
ſermo iuuenculę: nodus adoleſcētium eſt.
Uerba adoleſcentis vincula ſunt amoris.
Uidit hunc ignē ioſeph qn̄ eū adulterij cu-
pida mulier allocuta eſt: voluit eum capere
ſermone: miſit laqueos labiorū ſuor̄: ſ; pu-
dicū virū ligare non potuit. Soluit eū vin
cula mulieris: vox pudoris: ſermo grauita-
tis: habena cautelę: fidei cuſtodia: caſtimo-
nię diſciplina. Capere igit̄ cum retib⁹ ſuis
impudica nō potuit: miſit manū ⁊ app̄hen-
dit veſtē ei⁹ vt nodū ſtringeret. Uerba pe-
tulantis mulieris: cupiditatū retia ſūt: ma-
nus ei⁹ amoris nodus ē. Sed nec retib⁹ ca-
pi potuit mens pudica nec nodo: excuſſa ve
ſtis ſolut⁹ ē nod⁹: ⁊ iō q: nō alligauit ignē i
ſinu mentis ſuę: nō combuſſit corp⁹ ſuū.

**De exhortatiōe ad caſtimonię puritatē atq̄ fomētor̄ luxurię reſecationem. Q̄d ſathan quoq̄ auctor ſit debilitatis: in cui⁹ p̄tātem p̄ excōmunicationis cēſurā pleriq̄ dā tur ad tp̄s vt ſp̄ūs ſaluet̄. Ca. XIIII.**

Ides ḡ: q: anim⁹ nr̄ culpę auctor ē.
v Itaq̄ innocēs caro ſ; plerunq̄ pctī
miniſtra. Ergo non te vincat formę
cōcupiſcētia. Multa retia tendunt̄ a diabo
lo: multi laquei. Oculus meretric̃: laqueus
amatoris ē. Ipſi nobis oculi nr̄i retia ſunt:
et iō ſcriptū ē: Neq̄ capiar̃ oculis tuis. Ipi
nobis ḡ tendim⁹ retia: quib⁹ inuoluimur et
implicamur. Ipi nobis vincula nectim⁹: ſic
legim⁹: q: vinculis pctōr̄ ſuor̄ vnuſq̄ſq̄ cō Prouer.5.
ſtringit̄. Et iō tranſeam⁹ ignē adoleſcentię
ardorēq̄ iuuenilis ętatis: trāſeam⁹ aquā:
nō remaneam⁹ in aq̄: ne flumina nos p̄fun
da ꝯcludāt. Tranſeam⁹ magis: vt ⁊ nos di
dicam⁹: Torrentē p̄tranſiuit aīa nr̄a. Qui Pſ.123.
em̄ tranſit ſalu⁹ ē. Deniq̄ dn̄s ſic ait: Si trā Eſa.43.
ſeas p̄ aquā: flumina te nō cōcludēt. Et p̄-
pheta dicit: Uidi impiū ſupexaltatū vltra Pſ.36.
cedros libani: ⁊ tranſiui ⁊ ecce nō erat. Trā-
ſi ſęcularia: ⁊ cecidiſſe aſpicies altitudines
impior̄. Moyſes q̄ tranſiens ſęcularia flu
mina: vidit viſū magnū ⁊ ait: Trāſiens vi- Exo.3.
debo h̄ viſū. Si em̄ fuiſſet in corporis vitijs
⁊ ſęculi iſti⁹ lubricis voluptatib⁹: tanta nō
vidiſſet myſteria. Tranſeam⁹ ḡ ⁊ nos ignē
hūc libidinis: quē timens paulus: ſ; nobis

timens:ꝗ caſtigando corpꝰ ſuum fecerat vt
1. Cor. 6. iā nō timeret ſibi:dicit nobis: Fugite forni
cationē. Fugiamꝰ ergo tanquā ſequētē: q̄ non
poſt nos ſed in nobis ſequit᷑. Noſmetipos
ergo videamꝰ diligent᷑:ne dū illaꝫ fugimꝰ:no/
biſcū eā portemꝰ. Volumꝰ enī pleruq̄ȝ fuge
re:ſ nō penitꝰ eā de nr̄o excutimꝰ aio. Tolli
Eſa. 50. mus eā magis q̄ȝ relinquimꝰ. Tranſiliamꝰ
ergo eā ne nobis dicat᷑: Ambulate in igne
flāmę veſtrę quā accēdiſtꝭ:qm̄ ſicut ille qui
alligat ignē in ſinu:veſtimēta cōburet:ſic ꝗ
ambulat ſup ignē:pedes cōburat neceſſe ē:
n Nec illud moueat qđ ait: qꝛ ioſeph accepit coniugem ſuā ⁊ profectꝰ eſt in egyptum. Deſponſata eniz viro cōiugis nomen accepit. Cum enim initiať cōiugium: tunc cōiugij nomē aſciſciť. Non enim defloratio virginitatis facit cōiugiū: ſed pactio cōiugalis. Deniq̄ cū iūgiť puella cōiugiū eſt: non cū virili admixtione cognoſcitur. Q2 autez fuit deſponſata conubio licet alibi plenius diximus: libare ſatis eſt cauſam cęleſtis myſterij: vt ab his q̄ mariam grauem vtero cernerent: nō adulterium virginitatis ſed deſponſatę partus legitimus crederet. Maluit enim dominuſ aliquos de ſua generatione: q̄ de matris pudore dubitare. Fratres autem gentis et generis: populi quoq̄ cōſortio nuncupari: docet dominus ipſe qui dicit. Narrabo no Pſ.21. mē tuum fratribus meis: in medio eccleſię laudabo te. Paulus quoq̄ ait: Optabam Ro.9. egoipſe anathema eſſe pro fratribus meis. Potuerūt aūt ⁊ fratres eſſe ex ioſeph nō ex maria. Qđ quidem ſiquis diligentius proſequatur inueniet. Nos ea perſequēda nō putauimus: quoniam fraternum nomen liquet pluribus eſſe cōmune. An vero dominus ieſus eam ſibi matrem eligeret: quę virili ſemine aulam poſſet inceſtare cęleſtem? Quaſi eā cui impoſſibile eēt virginalis pudoris ſeruare cuſtodiam? Cuiꝰ exemplo cęterę ad integritatis ſtudium prouocantur: ipſa ab huiuſmodi qđ per ſe cęteris propoſitum foret munere deuiaret? Et quę eſſet: cui maius q̄ matri dominus meritū reponeret: premium reſeruaret? Nulli enim vberiora q̄ virginitati deputauit munera: ſicut ſcriptura nos docet. Sic eniz per eſaiā dominus locutus eſt: Ne dicat ſpado: qꝛ ego Eſa.56. ſum lignum aridum. Hęc dicit dominꝰ ſpadonibus: Quicunq̄ cuſtodierint pręcepta mea ⁊ elegerint quę ego volo: ⁊ amplectentur teſtamentum meū: dabo illis in domo mea ⁊ in muro meo locum nominatū meliorem filiorum ⁊ filiarum: nomen ęternū dabo illis: ⁊ nō deficiēt. Alijs promittit vt nō deficiant: matrem ſuā deficere patiebatur? Sed nō deficit maria: nō deficit virginitatis magiſtra: nec fieri poterat: vt quę deuz portauerat: portandum hominē arbitraretur. Nec ioſeph vir iuſtꝰ i hāc ꝓruiſſet amētiaz: vt matri domini corporeo ↄcubitu miſceretur. Sed tamen maria ſuis nō alienis moribus defendať. Nō defecit vt dixi: Ipſe Joh.19. teſtis eſt filius dei: qui cum eſſet in cruce: diſcipulum matri cōmendabat vt filiuz: diſcipulo eam tradebat vt matrē. Docuit hoc iohannes qui myſtica magis ſcripſit. Alij enim euangeliſtę ſcripſerunt: ꝙ in paſſione domini terra contremuit: ſol refugit: perſecutoribꝰ venia poſtulata eſt: Iſte dilectus dn̄i qui e pectore eius hauſerat ſecreta ſapientię et pię voluntatis arcana: ab alijs dicta pręterijt: hoc diligentiꝰ proſecutus eſt: vt maternę virginitatis perſeuerantiā ſuo iudicio comprobaret: quaſi filius de matrl pudore ſollicitus: ne quis eam tanto cōuitio temeratę integritatl aſpergeret. Dignū quippe erat: vt qui latroni veniā donabat: matrē dubio pudoris abſolueret. Dicit er Vbi ſ. go ad matrē: Mulier: ecce filius tuꝰ. Dič et ad diſcipulum: Ecce mater tua. Ipſe eſt diſcipulus: cui mater cōmendabať. Quomodo marito vxorem tolleret: ſi fuerat maria mixta cōiugio: aut vſum thori coniugalis cognouerat?

## Qđ maria pudorem nunquā mutauerit: que nec animum mutauerat. Ca. VII.

c Laudite ora impij: Aperite aures pij: audite quid chriſtus loquatur.

Teſtať de cruce dominus ieſus: et pauliſper publicam differt ſalutem: ne matrem inhonoram relinquat. Subſcribitur Johannes in teſtamento chriſti. Legatur matri pudoris defenſio: teſtimonium integritatis. Legatur ⁊ diſcipulo matris cuſtodia: pietatis gratia commēdatur. Et ex illo ſuſcepit eam diſcipulus in ſua. Nō vtiq̄ chriſtus faciebat diuortium: nō maria relinquebat virum. Sed cū quo virgo habitare debebat: q̄ cum eo quem filij heredem integritatis ſciret eſſe cuſtodem? Stabat ante crucem mater: ⁊ fugientibꝰ viris ſtabat intrepida. Videte vtrū pudorē mutare potuerit mater ieſu: q̄ animū nō mutauit. Spectabat pijs oculis filij vulnera: per quē ſciebat omnibꝰ futurā redemptionez. Stabat nō degeneri mater ſpectaculo quę non metueret peremptorē. Pendebat i cruce filꝰ: mater ſe perſecutoribus offerebat. Si hoc ſolum eſſet vt ante filium proſterneret: laudandus pietatis affectus: ꝙ ſuperſtes filio eſſe nolebat: ſin vero vt cum filio moreret: cum eodē geſtiebat reſurgere: non ignara fuit myſterij qđ genuiſſet reſurrecturum: ſimul quia publico vſui impendi mortem filij nouerat: pręſtolabatur ſi forte etiam ſua morte publico muneri aliq̄d adderet. Sed xp̄i paſſio adiutore non eguit: ſicut ipſe dominus longe ante predixit: Et reſpexi ⁊ nō erat adiutor: ⁊ attendi ⁊ nemo ſuſcipiebat: et liberabo eos brachio meo. Quomō ergo extorqueri potuit integritas marię: quę fugiētibus apoſtolis ſupplicia nō timebat? Sed ipſa ſe offerebat periculis: cuius tanta gratia: vt non ſolum in ſe virginitatl gratiam reſeruaret: ſed etiam his quos viſeret integritatis inſigne conferret. Viſitauit iohannem baptiſtam: ⁊ in vtero matris priuſq̄ naſceretur exultauit. Ad vocez marię exultauit infantulus: obſecutus antequā genitus. Nec immerito manſit integer corpore quem in tribus menſibus oleo quodā ſuę pręſentię ⁊ integritatis vnguento domini mater exercuit: Eademq̄ poſtea iohāni euangeliſtę eſt tradita coniugium neſcienti. Unde non miror prę cęteris locutuz myſteria diuina: cui pręſto erat aula cęleſtium ſacramentorum. Nunc mihi dicant q̄ hanc queſtionem ſerunt: quid eſt quod ait dominus per prophetam. Nunc reuocabo capti Ezech.39. uitatem iacob: ⁊ miſerebor adhuc domus iſrael? Et infra: Congregabo inquit eos de gentibus: ⁊ congregabo illos de regionibꝰ nationum: ⁊ ſanctificabor in his in conſpectu gentium: ⁊ ſcient ꝙ ego ſum dominus deus ipſorum: dum apparebo illis inter nationes ⁊ non auertam amplius faciem meam ab eis: pro eo ꝙ effudi iram meam i domum iſrael dicit dominus. Et infra dicit ꝓpheta: vidiſſe ſe in monte alto nimis ędificationem ciuitatis: cuius portę plurimę ſignificantur: vna tamen clauſa deſcribitur: de qua ſic ait: Et conuerti me ſecundum vi Ezech.44. am portę ſanctoruz exterioris: quę reſpicit ad orientez: ⁊ hęc erat clauſa. Et ait ad me dominus: Porta hęc clauſa erit: ⁊ nō aperietur: ⁊ nemo tranſibit per eaz: quoniā dominus deus iſrael trāſibit per eam: Eritq̄

clauſa: quoniã dux hic ſedebit in ea vt mã/
ducet panem in conſpectu domini. Secun/
dum viam porte intrabit: ⁊ ſecundũ viã eiꝰ
exibit. Que eſt hec porta niſi maria: idõ clau
ſa quia virgo? Porta igitur maria per quã
chriſtus intrauit in hunc mundum: quãdo
virginali fuſus eſt partu: ⁊ genitalia virgi/
nitatis clauſtra nõ ſoluit. Manſit inteme/
ratum ſeptũ pudoris: ⁊ inuiolata integrita
tis durauere ſignacula: cum exiret ex virgi/
ne: cuius altitudinem mũdus ſuſtinere nõ
poſſet.

## Qđ maria ſit porta illa clauſa quã ezechiel deſcripſit: ĩ qua ſedit chriſtus et exiuit. Ca. VIII.

Ec inqt porta clauſa erit ⁊ nõ ape/
b rietur. Bona porta maria que clau
ſa erat ⁊ nõ aperiebaꝛ. Trãſiuit per
eam chriſtus ſed nõ aperuit. Et vt docea/
mur quia portam habet omnis homo per
Pſ.23. quã chriſtus ingreditur: Tollite inquit por
tas principis veſtri ⁊ eleuamini porte eter/
nales: ⁊ introibit rex glorie. Quantomagiſ
ergo porta erat in maria in qua ſedit chriſtꝰ
corporaliter ⁊ exiuit? Eſt enĩ ⁊ porta vẽtris.
Job.3. Unde ait iob ſanctus: Intenebreſcant in/
quit ſtelle noctis illiꝰ: quia nõ cõcluſit por/
tas ventris matrĩ mee. Eſt ergo ⁊ porta vẽ/
tris: ſed nõ omnis clauſa ſemper: verũ vna
ſola potuit manere clauſa: per quã ſine di/
ſpendio clauſtrorum genitalium: virginis
Ezech.44. partus exiuit. Idõ ait propheta: Porta hec
clauſa erit ⁊ nõ aperietur: ⁊ nemo tranſibit
per eam: hoc eſt: nemo hominũ: quoniã do
minus inquit deus iſrael tranſibit per eaꝫ.
Eritqꝫ clauſa: id eſt: et poſt tranſitũ domi/
ni erit clauſa ⁊ non aperietur a quoquam.
Nec aperta eſt: quoniam habuit ſemper ia
Job.10. nuam ſuam chriſtum qui dixit: Ego ſum ia
nua: quã nemo ab ea potuit auellere. Hec
porta ad orientem aſpiciebat: quoniam ve
rum lumen effudit que generauit orientem
peperitqꝫ ſolem iuſticie. Audiãt ergo inpru
dẽtes: clauſa inquit hec porta eſt: que ſolũ
recepit deum iſrael. Si igitur de eo dictum
Pſ.147. eſt ad eccleſiam: Quoniã cõfortauit ſeras
portarum tuaꝝ: ſuam portam cõfortare nõ
potuit? Sꝫ confortauit profecto ⁊ ſeruauit
intactam. Deniqꝫ nõ eſt aperta. Audiãt igi
tur prophetam dicentẽ: Nõ aperieꝛ: eritqꝫ
clauſa: hoc eſt: nõ aperieꝛ ab eo cui deſpon
ſabitur. Nõ licebit eñ vt aperiaꝛ ꝑ quã do/
minus tranſibit. Et poſt eũ inquit erit clau
ſa: hoc eſt nõ aperiet eam ioſeph: quoniam
dicetur ei: Noli timere accipere mariã con/ Matth.1.
iugem tuã: qđ eniꝫ ex ea naſcetur: de ſpiri/
tuſancto eſt. Porta ergo clauſa virginitas
ẽ: ⁊ hortus clauſus virginitas: ⁊ fons ſigna
tus virginitas.

## Queadmodũ ṽgo maria ſit virga ⁊ hortꝰ clauſuſ: ac paradiſus ⁊ fõs ſignatus atqꝫ porta clauſa. Ca. IX.

Udi virgo diligentius apertis au/
a ribus: et clauſo pudore: aperi ma/
nus vt te pauper agnoſcat: claude
oſtiũ ne temerator irrepat: aperi mentẽ: ſer
ua ſignaculum. Uirga quoqꝫ a radice vir/
ginitas eſt. Sic eĩm ſcriptum eſt: Exiet vir/ Eſa.11.
ga a radice ieſſe: ⁊ flos a radice aſcẽdet. Nõ
cauata eſt hec virga: ſed ſolida. Nemo ergo
adurat virgam tuam: vt florem ſuum cuſto
diat. Uirga es o virgo: nõ curueris: nõ in/
flectaris in terram: vt in te flos paterne ra/
dicis aſcendat. Hortus clauſus es ṽgo: ſer
ua fructus tuos: nõ aſcendant in te ſpine: ſꝫ
vue tue floreant. Hortꝰ clauſus es filia: ne/
mo auferat ſepem tui pudoris: quia ſcriptũ
eſt: Et deſtruentem ſepẽꝫ mordebit ſerpẽs. Eccs.10.
Sꝫ illaꝫ ſolã auferat de qua dictũ ẽ: Quid
inciſa eſt ſepis? Nemo parietem tuũ deſtru
at: ne ſis in cõculcationẽ. Paradiſus es vir
go: euã caue. Fons ſignatꝰ es virgo: nemo
aquam tuam polluat: nemo conturbet: vt
imaginẽ tuaꝫ in fonte tuo ſemper attẽdas.
Porta clauſa es virgo: nemo aperiat ianuã
tuam: quã ſemel clauſit ſanctus ⁊ verus: q̇ Apoc.3.
habet clauem dauid: q̇ aperit ⁊ nemo clau/
dit: ⁊ claudit ⁊ nemo aperit. Apuit tibi ſcri/
pturas: nemo eas claudat: clauſit pudoreꝫ
tuum: nemo aperiat eum.

## Qđ chriſtus qui corona eſt vir/ginum ſit vnus ſicut ⁊ pater vnus eſt ⁊ ſpiritus vnus: ⁊ quomodo in ꝑſonis diuinis ſit equalitas. Ca. X

Enio inqt cito: tene qđ habes: ne/
v mo accipiat coronã tuã. Que ẽ co/
rona tua: niſi illa de qua dictũ eſt:
Et eris corona decoris in manu domini?
Quis hoc dicit: niſi ille de quo dixit eccle/
ſiaſtes: Eſt vnus ⁊ non eſt ſecũdus? Quis Eccs.4.
eſt iſte: niſi ille de quo dictuꝫ eſt: Magiſter Matth.23.
veſter vnus eſt chriſtus? Unus eſt: qꝛ vni/



genitus dei filius: vnus quia ſolus: vt ſcri/
Job.9. ptum eſt: Qui expandit celum ſolus: ⁊ am/
bulat ſicut in terra ſuper mare. Hic ergo nõ
eſt ſecũdus: quia primꝰ ẽ. Nõ ẽ ſecũdus: qꝛ
1.Cor.8. vnꝰ eſt: Unꝰ deꝰ pater ex quo omĩa et nos
in illo: ⁊ vnꝰ dominꝰ ieſus chriſtus ꝑ quem
omnia ⁊ nos per ipſũ. Unus deꝰ patꝛ ⁊ vnꝰ
dei filius: ⁊ vnus ſpũſſanctꝰ: ſicut ſcriptum
Cor.12. eſt: Hec aũt oĩa operaꝛ vnus atqꝫ idẽ ſpiri/
tus: diuidẽs ſingulis ꝓut vult. Unꝰ inqt:
vnꝰ qꝛ vnꝰ deꝰ. Nullꝰ ſecũdꝰ: qꝛ qđ vult fa/
cit nõ qđ imperaꝛ. Unꝰ ergo pater deus: et
vnus dei filiꝰ. Unꝰ ⁊ vnꝰ: quia nõ duo dij.
Unus filiꝰ: quia cũ patre vnũ eſt: ſicut ipſe
Job.10. dixit: Ego ⁊ pater vnũ ſumꝰ. Et vnus ſpiri
tus: quia vnitas trinitatis eſt: nõ ordine di
Matth.28. ſtincta: nõ tẽpore. Sed dicũt lectũ: Ite ba/
ptizate gentes in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiri/
tuſſancti. Et obijciunt qꝛ primo patrẽ no/
minauit: ſecũdo filiũ: tertio ſpm̃ ſcm̃. Nun/
Job.1. quid ergo: quia dicit euangelium: In prin/
cipio erat verbum ⁊ verbũ erat apud deũ:
inferiorem ſignificauit patrẽ: quia ꝓmo ver
bũ dei in pricipio ſempꝑ eſſe ac fuiſſe memo/
rauit? Aut cũ dixit aplˡus: In regno chriſti
et dei: ordinem fecit? Aut cũ dicit ipſe dñs
Luc.4. ieſus: Spiritꝰ domini ſuper me eo ꝙ vnxit
me: euangelizare pauperibꝰ miſit me: predi
care captiuis remiſſionem: eminentiorem
filio dei ſpiritum eſſe teſtatꝰ eſt? Aduertis
virgo quẽadmodũ iſta ſoluaꝛ. Aperi ad
hec aureſ tuas: os tuũ claude. Aperi aures
vt fidem audias: claude os vt teneas vere/
cũdiam. Deinde illud legũt: quia dixit: In
nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti: ⁊ non
intelligũt quid ante ꝓmiſerit. In nomine
inquit: Tres perſonas quidẽ ſignificauit:
ſed vnũ trinitatis nomẽ aſſeruit. Unꝰ ita/
qꝫ deus: vnum nomen: vna diuinitas: vna
maieſtas. Nullus ergo ſecũdus: quia prin/
cipium omniũ trinitas eſt: ⁊ trinitatis pri/
matus ſuper omnia eſt. Ergo vnus ⁊ nõ eſt
ſecundus. Unus ẽ qui ſecũdum nõ habet:
quia vnicus ſolus ſine pctõ: ſolus ſine ad/
iutorio: qui ait: Reſpexi ⁊ nõ erat adiutor.

## Qđ nulli alij laborare aut ſeruire debeamus niſi ſoli chriſto qui pri/mus eſt: Et quomodo aliquãdo ſe cundus ⁊ nouiſſimꝰ dicaꝛ. Ca. XI

On eſt finis labori eiꝰ: quia ꝓ om/
n nibus aduocatꝰ noſter eſt apud pa
trem: ⁊ infirmitates noſtras ſuſce/
pit: ⁊ pro nobis dolet ⁊ infirmaꝛ: ſicut ait:
Eger eram ⁊ nõ viſitaſtis me: cuius oculuſ Matth.25.
nõ ſatiaꝛ diuitijs: qꝛ ipſe eſt altitudo diui/ Col.2.
tiarũ ſapientie ⁊ ſcientie dei: in quo ſũt the
ſauri myſteriorum celeſtiũ. Cur ergo ſeculo
potius laboramus: ⁊ fraudamꝰ animã no/
ſtrã tante bonitatis diſpẽdio: qui nulli alij
niſi huic ſeruire domino deberemꝰ? Hic er/
go nõ eſt ſecundꝰ. Ego certe hoc teſtimoni/
um defero. Lego qꝛ primus eſt: lego qꝛ nõ
eſt ſecũdus: illi qui ſecũdũ aiunt: doceant
lectione. Sed dicit aliquis: quia ſcriptũ ẽ:
Primꝰ homo de terra terrenꝰ: ſecũdus hõ 1.Cor.15.
de celo celeſtis. Uerũ: ante videamus de q̇
dicat. Secũdus inquit homo: quaſi homi/
nem ſecundũ dixit. Et ego dico quia primꝰ
eſt ſcđm diuinitatem ante quẽ nullus: ſecũ
dus autem ſecundũ carneꝫ: quia poſt adã.
Ego plus dico: nõ ſolũ ſecũdũ lego homi/
nem ſed etiã nouiſſimũ. Deniqꝫ ſic habes:
Factus eſt primus homo adam in animaꝫ
viuentem: nouiſſimus adã in ſpiritũ viuifi
cantẽ. Uide clementiã chriſti: ipẽ eſt primꝰ
⁊ nouiſſimus. Qui primus erat: proptꝛ nos
ſe nouiſſimũ fecit. Primus: qꝛ per ipſũ oĩa:
nouiſſimus qꝛ per ipſum reſurrectio. Deſcẽ
dit enim ⁊ proiecit ſe vt caderet: infra om/
nes ſe faciens: vt omnes iacentes leuaret:
Uñ ⁊ ait eccſiaſtes: Quia ſi ceciderit vnus Eccs.4.
eriget ſocium ſuũ: ⁊ ve illi qui vnicꝰ cecide/
rit: ⁊ nõ eſt ſecundus vt eum erigat. Et qui
dem ſi dormiant duo ẽ calor illis: ⁊ vnꝰ quo
modo calefiet? Hoc eſt q̇ chriſtum habet ſe
cum ⁊ ſi ceciderit reſurget: ⁊ ſi mortuus fue/
rit reuiuiſcet: quia adeſt ille qui venit ignẽ
in terram mittere. Deniqꝫ ⁊ heliſeus cũ pu/ 4.Reg.4.
erum reſuſcitaret: inſufflauit illi: vt infun/
deret vite calorẽ. Habeto ergo tecum hũc
igneꝫ in pectore tuo: qui te reſuſcitet: ne fri
gus tibi perpetue mortis irrepat. Hic ergo
iuuenis ſe proiecit qui venit per mariam: ⁊
infundebat vite calorem pectoribus audi/
entium. Unde dicunt illi in euãgelio: Nõ/ Luc.24.
ne cor noſtrum ardens erat in nobis: cum
aperiret nobis ſcripturas.

## Quomodo chriſtꝰ dicatur iuue/nis ſecundus: ⁊ finis omni popu/lo eius. Quomodo etiã virgo ma/ria dicaꝛ aula regalis. Ca. XII

Ic eſt iuuenis ſecũdus: vt dicit ec/
h cleſiaſtes: Uidi vniuerſos qui vi/
uunt: q̇ ambulãt ſub ſole cũ iuuene

ſecũdo:quis reſurget ꝓ eo? Quis eniz pro
chriſto reſurget:cũ ille pro omnibus reſur-
rexerit:⁊ in illo omnes reſurrexerint:cũ ſpẽ
reſurrectiõis acceperint? De chriſto autem
dictũ liquet:quãdo aduertis cõgruere iſtũ
locum cum benedictione vel prophetia ia-
Gen.49. cob:qui ait de iuda:Quis ſuſcitabit eum?
Nõ vtiq̄ alter: q: ipſe ſe ſuſcitauit :ſic ipſe
Joh.2. ait:Soluite templũ hoc:⁊ in triduo reſuſci
tabo illud:Hoc autẽ dicebat de templo cor
poris ſui. Jllud quoq̄ vere chriſto cõuenit
ſoli qđ addidit: Nõ eſt finis omni ꝑlo ei⁹:
quia popul⁹ chriſti innumerabilis finẽ non
habet:cui fides reſurrectiõis ęternę:perpe-
tuę vitę acquirit ętatẽ. Scđm carnẽ itaq̄ ⁊
iuuenẽ dictum ⁊ cadere vel reſurgere dubi-
um nõ eſt. Deniq̄ ⁊ illud attexuit: q: opti-
2.Cor.8. mus puer pauper ⁊ ſapiens. Pauper enim
factus eſt:cũ diues eſſet. Jpſe ergo rex iſrł
Joh.1 tranſiuit hanc portam:ipſe dux ſedit in ea:
quãdo verbũ caro factũ eſt: ⁊ habitauit in
nobis:quaſi rex ſedens in aula regali vteri
virginalis:vel in olla feruenti:ſicut ſcriptũ
Ps.59. ẽ: Moab aula ſpei:vel olla ſpei meę. Vtrũ
q̄ eñ diuerſis in codicibus inuenit. Aula
regalis eſt virgo:quę nõ eſt viro ſubdita:ſ
deo ſoli. Eſt ⁊ olla vterus marię:quę ſpiritu
feruenti qui ſupuenit in eam repleuit orbẽ
terrarum:cum peperit ſaluatorez :Qui mã
ducauit in porta ſedens:vtiq̄ cibum illum
Joh.4. de quo dixit: Meus cibus eſt:vt faciã vo-
lũtatem patris mei qui in cęlo eſt.

### Quõ mariana virginitas dicatur leuis nubes ſuper quã domin⁹ ſedit:que alijs virginibus pluuiam ſpiritalem irrorat ⁊ vnguentuz integritatis. Ca.XIII.

Diuitias marianę virginitatis:q̄ſi
O olla ferbuit:⁊ quaſi nubes pluit in
terras gratia chriſti. Scriptũ ẽ eñ
Eſa.19. de ea:Ecce dominus venit:ſedens ſup nu-
bem leuem. Vere leuem:quę coniugij one-
ra neſciuit. Vere leuẽ :quę leuauit hũc mũ
dum de graui fęnore peccatoꝝ. Leuis erat
quę remiſſionem peccatorum vtero geſta-
bat. Deniq̄ eleuauit iohannez in vtero cõ-
ſtitutum:qui ad vocem eius exiliuit: et in-
fans exultauit in gaudio:prius ſenſu deuo
tionis : q̄ ſpiritus infuſione vitalis ani-
matus. Excipite igitur:excipite ſacrę virgi-
nes nubis huius pluuiam ſpiritalem:tem-
peramentum flagrantię corporalis:vt cor-
poris omnes reſtinguatis ardores: atq̄ in-
terna mẽtis veſtrę humeſcãt. Huius imbrẽ
nubis ſacratę:patres noſtri annũciauerũt
nobis ſalutem mundi futuruz. Hũc imbrẽ
ſignificabant eſſe venturum ſtillicidia ſtil-
lantia ſuper terraz:quę hierobaal popoſcit
⁊ meruit. Bonam nubem ſequimini:q̄ fon
tem intra ſe genuit:quo rigauit orbem ter-
rarum. Excipe ergo voluntariaz pluuiam:
pluuiã benedictiõis:quã hęreditati ſuę do
minus effudit. Excipite aquaz ⁊ nõ effluat
vobis:q: nubes eſt:diluat vos ⁊ ſacro hu-
more perfundat:quia olla eſt:ſpiritu vapo
ret ęterno. Excipite itaq̄ ex hac moabitide
olla gratię cęleſtis vnguentum:nec verea-
mini:ne deficiat qđ exinanitum eſt:et plus
redundat:quandoquidem in omnẽ terraz
odor eius exiuit:ſicut ſcriptum eſt: Vnguẽ Cant.1.
tum exinanitum nomẽ tuũ:propterea ado
leſcentulę dilexerunt te. Deſcẽdat iſtud vn
guentũ in animę precordia: viſcerumq̄ ſe-
creta:quo non delitiarum odores ſctã ma-
ria:ſed diuinę gratię ſpiramẽta redolebat.
Hec pluuia euę reſtinxit appetentiam :hoc
vnguentũ fętorem hęreditarij erroris ab-
ſterſit:hoc vnguentum maria ſoror lazari i Luc.7.
pedes chriſti effudit:⁊ tota domus pio re-
pleta odore fragrauit. Nec vlla ſe pauperẽ
putet:nulla ſe arbitret inopem:nulla metu
at ne precioſum hoc vnguentum emere nõ
poſſit:aut fontem iſtum putet eẽ venalez.
Qui ſititis inquit ite ad aquam: ⁊ quicun- Eſa.55.
q̄ nõ habetis argentum:ite ⁊ emite ⁊ bibi-
te ſine argento. Et ſupra ait:Gratis venun Eſa.52.
datis eſtis:⁊ ſine argento redimemini. Jõ
pauper factus eſt dominus cuz diues eẽt:
vt eũ omnes emant:⁊ ęgenos precipue ſua
paupertate locupletet. Parate igitur vaſa
domini vt excipiatis hunc fontem aquę vi-
uę:fontem virginitatis:integritatł vnguẽ-
tum:odorez fidei ⁊ ſuauis miſericordię gra
tia florulentum:induamini agni eius inno
centiam: qui cum malediceretur: nõ rema- 1.Petri
ledixit:cũ perculeret nõ repercuſſit.

### Quõ greſſus marie ſpecioſi dicantur in calciamẽtis: Et q̄ moduli femorũ ſuorũ ſimiles ſint torquib⁹: Et vmbilicus crater tornatilis: Et venter ſicut aceruus tritici minuti inter lilia. Ca.XIIII.



Hnc imitamini filię:cui pulchre cõ-
h uenit illud qđ de eccleſia propheta
Cant.7. tum eſt: Specioſi facti ſunt greſſus
tui in calciamẽtis filia aminadab:eo quod
ſpecioſe eccleſia euangelij prędicatione pro
ceſſit. Specioſe procedit anima:quę corpo
re velut calciamento vtitur:vt quo velit ſu
um poſſit ſine impedimento vllo circũferre
veſtigium. Jn hoc calciamento ſpecioſe ꝓ-
ceſſit maria:q̄ ſine vlla cõmixtiõe corporeę
conſuetudinis auctorem ſalutis virgo ge-
Joh.1. nerauit. Vnde egregie iohannes ait: Non
ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti
eius. Jd eſt: Nõ ſum dignus incarnatiõis
myſteriũ cõprehendere anguſtijs mẽtis hu
manę:atq̄ inopis vilitate ſermonis abſol-
Eſa.53. uere. Vnde ⁊ eſaias dixit:Generatiõnẽ ei⁹
quis enarrabit? Specioſi ergo greſſus vel
marię vel eccłię:qm̄ ſpecioſi pedes euange
lizantiũ: Q̄ pulchra etiam illa quę in figu-
ra eccleſię de maria prophetata ſũt:ſi tamẽ
nõ membra corporis ſed myſteria generati
Cant.7. onis eius intendas. Dicitur eñ ad eã: Mo
duli fęmorũ tuoꝝ ſimiles torquibuſ :opera
manuũ artificis. Vmbilicus tu⁹ crater tor
natilis nõ deficiens mixto. Vẽter tu⁹ ſicut
aceruus tritici minuti inter lilia:eo qđ con-
tinens ſibi ſit in omnibus chriſti ort⁹ ex vir
gine. Sicut victores ſolent ſęculariũ ꝑlioꝝ
ſtrenuorum viroꝝ:donatis torquib⁹ hono
rare ceruices:ita iugũ noſtrũ leuauit: vt fi-
deliũ colla virtutis inſignibus coronaret.
Vere autẽ aluus ille marię crater tornatiliſ
in quo erat ſapientia:quę miſcuit in crate-
re vinũ ſuum:indeficientẽ cognitionis pię
gratiam:diuinitatis ſuę plenitudine ſub-
miniſtrãs. Jn quo virginis vtero :ſił acer-
uus tritici ⁊ lilij floris gratia germinabat:
qm̄ ⁊ g̃nuz tritici generabat :⁊ liliũ. Granũ
Joh.12. tritici ſcđm qđ ſcriptum eſt: Amẽ amẽ dico
vobis:niſi granũ tritici cadẽs in terrã mor-
tuum fuerit:ipſũ ſolũ manet. Sed quia de
vno grano tritici aceruus ẽ factus :cõpletũ
Ps.64. eſt illud propheticuz: Et cõualles abunda-
bunt frumento:q: granũ illud mortuũ plu-
rimũ fructum attulit. Hoc itaq̄ granũ:om-
nes homines perpetua cęleſtiũ munerum
eſca ſaturauit. Cõſũmatũ eſt illud ꝓpheti-
Ps.80. ci oris eloquium:dicente eodẽ dauid:Ciba
uit eos ex adipe frumenti:⁊ de petra melle
ſaturauit eos. Jn hoc grano eſſe etiã lilium
Cant.2. diuina teſtant oracula:q: ſcriptuz eſt: Ego
ſum flos campi ⁊ lilium conuallium:ſicut li
lium in medio ſpinarũ. Chriſt⁹ erat liliũ in
medio ſpinarũ qñ erat in medio iudęorũ.

### Quomodo ſacre virgines dicantur lilia chriſti: ⁊ de anno dominice benignitatis. Ca.XV.

Vdi virgo quid dicat: Liliuz inq̄t
a cõuallium:id eſt humilium anima-
rum ⁊ mitium. Eſto ergo mitis: hu
milis atq̄ manſueta :vt in te ſicut lilium
germinet chriſt⁹:de quo ⁊ alibi habes: La- Cant.5.
bia eius lilia ſtillantia mirrham plenam:id
eſt:qui chriſti paſſionez loquũtur:⁊ ſuo ore
concelebrant:ac mortificationem ei⁹ in ſuo
circumferunt corpore. Chriſti lilia ſunt ſpe-
cialiter ſacrę virgines:quarum eſt ſplendi-
da ⁊ immaculata virginitas. Vnde pleriq̄
accipiunt qđ eccłia videatur dicere: Ego ſũ Cant.2.
flos campi ⁊ lilium cõuallium:quę in hac cõ
ualle iſtius mundi gratiam boni odoris ex-
halat ſedula confeſſione pietatis. Deniq̄ ⁊
alibi dicit: Frater meus deſcendat in hortũ
ſuũ in phialas aromatł:paſcere in hortis et
colligere lilia. Ego fratri meo ⁊ frater meus
mihi qui paſcit inter lilia. Ex illo ergo vte-
ro marię diffuſus eſt in hunc mundum acer
uus tritici minuti inter lilia:quando natus
eſt chriſt⁹: cui dicit propheta dauid: Bene- Ps.64.
dices coronam anni benignitatis tuę:⁊ cã-
pi tui replebunt vbertate. Pingueſcent fi-
nes deſerti :exultatione colles accingent:
induti ſunt arietes ouium:⁊ conualles abũ
dant frumento:etenim clamabunt ⁊ hym-
num dicent. Quis eſt annus dominicę bo-
nitatł:niſi ille de quo ſcriptura dicit: Tem- Eſa 49.
pore accepto exaudiui te: ⁊ i die ſalutis ad-
iuui te:quando populorum fide eccleſiam
fęcũdauit:iuſticia induit ſacerdoteſ. Vnde
⁊ apoſtolus dicit: Ecce nunc tempus acce- 2.Cor.6.
ptabile:ecce nunc dies ſalutis : quando ve
nit dominus predicare annum domini ac-
ceptum ⁊ diem retributiõis. Sicut i euan-
gelio ſuo ipſe memorauit dicens: Spiritus Luc.4.
domini ſuper me propter qđ vnxit me. ⁊c.
Tũc ergo dominus operibus ſuis ⁊ gloria
⁊ honore ſui tẽp⁹ coronauit aduent⁹:totus
eñ ille ann⁹ ꝯuerſationis ei⁹ in hoc mundo
diuerſarum habuit certamina paſſionum.
Vicit herodẽ paruulus:de quo in paſſione
infantiũ triũphauit: Eſuriuit: ſitiuit :pro
nobis vapulauit:pro nobis contumeliarũ
indigna tolerauit:crucem aſcendit:mortu⁹

eſt pro nobis.

## Quō filie hieruſalem egredi iubeantur ad videndum regem ſalomonem. ⁊c̄. Et de ſtola pie operatiōis quam induere debent virgines. Ca. XVI.

Vides quāta certamina paſſus eſt:
ſed tamē nō auarus exactor premij
cui abundauit vna cęleſtis corona
virtutis. Unde egredimini filię hieruſalē:
ſicut vos hortatꝛ ſcriptura diuina in cāticis
Cant. 5. canticorum: Egredimini ⁊ videte regem ſa
lomonē in corona qua coronauit eū mater
eius in die ſponſalium eius ⁊ iocunditatis
cordis eius: qꝛ fecit ſibi inquit charitateꝫ a
filiabus hieruſalē: hoc ē: egredimini ex his
anguſtijs ⁊ ſollicitudinibus corporalibus:
egredimini ex hac delectatiōe carnali: per
egrinamini de corpore: vt adeſſe dn̄o poſſi
tis: qm̄ qui in carne ſūt: dn̄o ſuo placere nō
poſſunt. Dicatꝛ ergo vobis: qꝛ nō eſtis i car
ne ſed in ſpū. Eritis aūt in ſpū: ſi potueritꝭ
cōprehendere ſalomonis veri illius pacifici
charitatē quā fecit ſibiipſe: ⁊ ideo coronam
accepit a matre: beata matre hieruſalē. Be
atus ⁊ marię vterus: qui tantū dn̄m coro
nauit qm̄ formauit. Coronauit eum quado
generauit: qꝛ ⁊ ſi eum ſine aliqua ſui opera
tione formauerit: qꝛ ſpiritusſanctꝰ ſuperue
Pſ. 138. nit in virginem: Un̄ ⁊ ipſe ait: Inoperatū
meū viderūt oculi tui: tamē hoc ipſo ꝙ ad
omniū ſalutē eū cōcepit ⁊ peperit: coronaꝫ
capiti eius ęternę pietatis impoſuit: vt per
fidem credentium fieret oīs viri caput xp̄s.
Inoperata ꝗ eſt caro chriſti: quā vt maria
virgo ꝯciperet: inuſitato quodā nouoqꝫ in
carnationis myſterio: ſine vlla virilis ſemi
nis admixtione diuinę gratia diſpoſitiōis
qđ erat carnis aſſumpſit ex virgine: atqꝫ in
illa nouiſſimi adam: immaculati hoīs mē
bra formauit. Hominē audis: ſed ſupra ho
Exo. 34. minem intellige: quia ſcriptuꝫ eſt: Non co
ques agnū in lacte matrꝭ ſuę. Et alibi legꝭ:
Et homo eſt: ⁊ quis agnoſcet eū? Ergo nō
debes agnū illum in quo plenitudo diuini
tatis corporaliter inhabitat: cōditionis hu
manę viribus eſtimare: ⁊ maieſtatem incō
prehenſibilis poteſtatꝭ de generꝭ cognitio
nis infirmitate cōcludere. Nō eni illum pfe
ctę fidei cibum iacob coxit in lacte: ꝗ iſaac
pater ita eſt delectatus: vt ei ꝓrogatiuam
omnem benedictionis ꝓphetica ſobrietate
conferret. Et ideo apl's ſcripſit: ſucū lactis
Heb. 5. tenuis cibū eē doctrinę dicēs: Quia oīs ꝗ
alitꝛ lacte expers eſt verboꝝ iuſticię: puulus
em̄ eſt: perfectoꝝ aūt ē ſolida eſca. Et tu ꝗ
filia: ſume ſtolā illā mulieris pię operatio
nis ſtudio cōtextam: quę manꝰ ſuas aperit
pauperi: ⁊ lucerna eiꝰ nō extinguitꝛ in tota
nocte: atqꝫ indue te: ⁊ huiuſmodi epulas af
Gen. 27. fer ad patrē: vt dicat: Quid eſt ꝙ tam cito
veniſti filia: laudet i tenera adhuc ętate pru
dentiā: pie quoqꝫ deuotionis affectū: ⁊ di
cat tibi: Accede ad me filia: odoratuſqꝫ odo
rem veſtimentoꝝ tuoꝝ benedicat te dicēs:
Ecce odor filię meę: ſic̄ odor agri pleni queꝫ
benedixit dn̄s: ⁊ det tibi dominꝰ a rore cęli
deſuper: ⁊ ab vbertate terrę abundantiaꝫ.
Atqꝫ hiſ adiūgat: Qui maledixerit tibi ma
ledictꝰ erit: ⁊ qui benedixerit te benedictus
erit. Hac ſtola indutus iacob: hominem vi
dit: ⁊ ab eo quaſi a dn̄o deo benedictioneꝫ
popoſcit: ⁊ appellauit locum viſio dei: Hac
ſtola indutus: vidit illam ſtolam chriſti: de
Gen. 49. qua ait: Lauabit i vino ſtolā ſua. Et bene
dixit ioſeph dicens: Filius ampliatꝰ meus
ioſeph: filiuſ ampliatus zelatus meꝰ: filius
meus adoleſcentior ad me reuertere: ſignifi
cans dominicę reſurrectōis inſigne. Et ad
didit: Bn̄dictio patris tui ⁊ matris tuę pre
ualuit ſuꝑ benedictiones montiū manenti
um: ⁊ deſideria colliū ęternoꝝ: id eſt ſuꝑ re
gem gratię. Hanc ſume ſtolam vt induas
chriſtum: atqꝫ in eius agnitione renoueris.
Indue ergo ſicut electa dei viſcera miſeri
cordię: benignitatem: humilitatē: patienti
am: modeſtiā: charitatē quę ē vnitatis vin
culum: vt nemini quicquā debeas: niſi in
uicem ſororem tuam diligas: nec gratię eiꝰ
inuideas: ſed quo ꝓbatiorem videris imi
teris: vt ſit in te pax chriſti ⁊ gr̄a: ⁊ verbum
dei habitet in corde tuo: atqꝫ huiꝰ mūdi fu
giaſ cogitationes. Semel mundo mortua:
ne queſo tetigeris: ne attaminaueris ꝗ ſūt
iſtius ſęculi: ſed ſempꝰ in pſalmis ⁊ hymnis
⁊ canticis ſpiritalibus abducas te ab huiꝰ
ſęculi cōuerſatione: nō homini ſed deo can
tans: Et ſicut ſācta faciebat maria: cōferas
in corde tuo: Quaſi bona quoqꝫ agnicula
rumines i ore tuo p̄cepta diuina: vt dicas ⁊
Pſ. 118. tu: Exercebor in mirabilibꝰ tuis: nec dormi
tet aut ſtillet anima tua p̄ tedio. Stillicidia
em̄ eijciunt hominē tēpore hyemali: anima
autē perfecta nō ſtillat: in ꝗ nulla grauioris



[illegible] peccati: ſ manet in domo ſua: ⁊ in
[illegible]ſę habitatiōis nouitate lętatꝛ et fruitꝛ.
Ac ſi aliquid forte nutauerit dicas: Confir
ma me in verbis tuis.

## Quō in virginibus videatꝛ angelorum vita in terris: quā in paradiſo amiſeramus: Et de deuota deprecatione quā ambroſius fecit ſuper virginem velandam. Ca. XVII.

Nunc ad te decurſis omnibꝰ pater
glorię vota conuerto: cuius pieta
ti inceſſabiles gratias agimus: ꝙ
in virginibus ſacris angeloruꝫ vitam vide
mus in terris: quā in paradiſo quōdā ami
ſeramꝰ. Quid em̄ vel ad inuitanda virginū
ſtudia confirmandāqꝫ virtutē vel ad cōcele
brandā virginitatis gloriā plus cōferre po
tuiſti: ꝗ vt deus ex virgine naſceretꝛ? Am
plius nobis profuit culpa ꝗ nocuit: in quo
redemptio quidem noſtra diuinū munꝰ in
uenit. Sꝫ ipſe quoqꝫ vnigenitꝰ filius tuus
venturꝰ in terras ſuſcipere qđ amiſſum eſt:
puriorē carnis ſuę generationē reperire nō
potuit: ꝗ vt habitatione celeſtis aulā vir
ginis dedicaret: in qua eēt ⁊ immaculatę ca
ſtitatis ſacrariū ⁊ dei templū. Quid autem
illud attexā: qđ diuino tuo munere cū ſan
ctis moyſe ⁊ aaron virgo pedes ꝑ fluctꝰ du
xit hebręoꝝ exercitum? Relinquo vetera:
priuata nō quęro: ſatis eſt iſta nobilitas fa
milię virginali. Te queſo vt tuearis hāc fa
mulā tuā quę tibi ſeruire: tibi animā ſuaꝫ:
tibi integritatis ſuę ſtudiū dicare pręſump
ſit. Quā ſacerdotali munere offero: affectu
patrio cōmendo: vt propitiꝰ ⁊ pręſul confe
ras ei gratiam: quo cęleſtiuꝫ thalamoꝝ im
morantē aditis: ſponſū excutiat: mereatꝛ vi
deri: introducatꝛ in cubiculuꝫ dei ſui regis:
Cant. 4. mereatꝛ audire dicētē ſibi: Ades huc a liba
no ſponſa: ades huc a libano: tranſibiſ ⁊ ꝑ
tranſibis a principio fidei vt tranſeat ſecu
lum: ad illa ęterna ꝑtranſeat. Intende igi
tur pater in tuū munꝰ cui ſanctificādo nul
lius cōſilium requiſiſti: ſed ipſe ſine vllo pe
titore atqꝫ arbitro tantaꝫ cōtuliſti gratiaꝫ:
quantā ante oracula diuina credere nemo
potuiſſet: vt in ſuo vtero deū virgo porta
ret: Cuius pręrogatiua muneriſ prouocata
crebreſcūt ſtudia virginitatꝭ ⁊ ſacrę integri
tatꝭ exempla: Quibꝰ hęc quoqꝫ famula tua
ad huiuſcemodi virtutis gratiā laceſſita tu
is aſſiſtit altaribꝰ: nō rutilāti ceſarię: flauū
deferens crinē: flāmeo nuptiali dicatū: ſed
illū crinem quo euangelica illa mulier ſan
cta maria pedes chriſti ſedula pietate deter
ſit: ⁊ domū totā effuſo impleuit vnguento:
ſacro offerens velamine cōſecrandū. Adeſt
puella quā nō nuptiarū feſta: nō p̄mia: nō
onerati pondus vteri: votiuo nupturis do
lore ſollicitēt: ſed ꝗ immaculatos ſibi fidei
partus ⁊ pietatis expoſcat: vt in vtero acci
piat de ſpiritusſancto: ⁊ ſpiritum ſalutꝭ deo
fęta parturiat. Sed vt iſta procedere poſſit
meritorum gratia: tu deus pater oīpotens
ſuffragia cōmendationis adiūge. Nō eniꝫ
ſolitaria dos pudoris eſt. Succingat ſacrę
virginis crinē: modeſtia: ſobrietas: cōtinē
tia: vt virtutū accincta comitatu: purpureo
dominici ſanguinis redimita velamie: mor
tificationē domini ieſu in ſua carne circum
ferat. Hęc ſunt em̄ meliora velamina: ꝗ ſūt
indumēta virtutū: quibꝰ culpa obtegitꝛ: in
nocētia reuelatꝛ. His igitꝛ famulā tuā indue
veſtimētis: quę in omni tēpore mūda ſint.
Mundū em̄ manet quicqđ nulla interueniēs
culpa fuſcauerit: vt ei iure dicatꝛ: Qm̄ placu Eccs. 9.
erūt deo facta tua. In om̄i tp̄e ſint veſtimē
ta ſua cādida: ⁊ oleū in capite nō deſit: ꝗ fa
ces ſuas myſticas poſſit accēdere: vt cū ve
nerit ſpōſus: inter illas ſapientes virgines
cęleſti thalamo digna numeretꝛ: quę deuo
tionis ac fidei ſuę grauitatiſqꝫ lumine mu
nus ſacrę profeſſionis illuminet. Tuere igi
tur ancillā tuā pater charitatis ⁊ gl̄ię: vt q̄ſi
in horto clauſo ⁊ fonte ſignato teneat clau
ſtra pudicitię: ſignacula veritatis. Agrū ſu
um colere nouerit quē colebat ſanctꝰ iacob:
⁊ ſexageſimos ⁊ centeſimos quoqꝫ fructus
capeſſat in huius virtutibus ⁊ fortitudini
bus agri. Suſcites in ea gr̄am ⁊ reſuſcites
charitatē. Inueniat quē dilexit: teneat euꝫ
nec dimittat eum donec bona illa vulnera
charitatis excipiat: ꝗ oculis p̄feruntꝛ. Sem
per parata: noctibꝰ ⁊ diebꝰ: toto ſpiritu mē
tis inuigilet: ne vnquā ſbū eā iueniat dor
mientē. Et qm̄ vult ſe dilectꝰ tuus ſępiꝰ q̄ri:
vt exploret effectū recurrētē: ſequatꝛ: exeat
fides: ⁊ aīa eius in verbo tuo ꝑegrinetꝛ cor
pore: vt aſſit deo: vigilet cor eiꝰ: caro dormi
at ne male incipiat vigilare peccatꝭ. Tu do
mine adiunge alios ſacrę virginitatis orna
tus: Adiūge ſedulos pios cultus: vt noue
rit poſſidere vas ſuum: nouerit humiliari:
dilectionē teneat: veritatis murum: pudo

ris ſeptum nõ pincę: velamē eiꝰ nõ vincant
cupreſſi: pudicitiã eiꝰ nõ turtures: ſimplici/
tatē eiꝰ non vincant columbę. Sit in corde
ſimplicitas: in verbis modus: erga omnes
pudor: pietas erga ꝓpiquos: circa egenos
⁊ inopes miſericordia: qđ bonũ eſt teneat:
ab omni ſpecie abſtineat mala: veniat ſuꝑ
eam benedictio morituri: ⁊ os viduę bene/
dicat eam. Pone verbum tuũ vt ſignaculũ
in brachio eius: vt in oībus ſenſibus ⁊ ope
ribus eiꝰ xp̄s eluceat. Chriſtum intendat:
chriſtum loquat̃. Aqua multa nõ poſſit eiꝰ
excludere charitatem: nec ꝑſecutio: nec gla/
dius: nec periculũ: ſ; cõfirmata in omni ver
bo ⁊ opere bono: gl̃iam tuã induat: ⁊ in tua
gratia cõuerſetur in hoc mundo. Sanctifi/
ces eã in veritate: in virtute cõfirmes: ĩ cha
ritate cõnectas: atq; ad illã cęleſtē gl̃iaʒ pu
dicitię ⁊ integritatis coronã illibatã ĩmacu
latãq; diuino tuo fauore ꝑducas: vt illic agni
tui ſequat̃ veſtigia: in meridiano paſcat: in
meridiano maneat: nec in greges ſodaliuʒ
incidat: ſed agnis tuis admixta ſine offenſi
one verſet̃ comes virginũ: pediſſequa ma/
riarum. Egredere itaq; tu dn̄e ieſu ĩ die ſpõ
ſalium tuoꝝ: ſuſcipe iã dudũ deuotam tibi
ſpiritu: nũc etiã ꝓfeſſione: imple agnitione
voluntatis tuę: aſſume ab initio in ſaluteʒ
in ſanctificatione ſpũs ⁊ fide veritat̃: vt di
Ps. 72. cat famula tua: Tenuiſti manũ dexterã me
am: et in volũtate tua deduxiſti me: ⁊ ĩ gl̃ia
aſſumpſiſti me. Aperi manum tuã ⁊ imple
animã eiꝰ bn̄dictione: vt ſaluam facias ſpe
rantē in te: ⁊ fiat vas in honorē ſanctificatũ
vtile domino ad omne opus bonũ ꝓbatũ:
per illam ęternalem crucē: per illam venera
bilem gloriam trinitatis: cui eſt honor: glo
ria: perpetuitas: patri deo ⁊ filio et ſpiritui
ſancto: a ſęculis nũc ⁊ ſemper: per omnia ſę
cula ſęculorum Amen.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber de Inſtitutione vrginis explicit.

## Capitulorum libri ad virginem deuotam ſancti Ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.

Qua rõne virgo deuota nulluʒ tractatum
habere debeat cũ ſęcularibꝰ hominibus:
nec aliqđ apud illos quęrere. Ca. I.
De repulſione excuſationis quã ỽgo ꝑten/
dere poſſet: aliiſq; pulchris admonitioni/
bus: vt ſęcularium hominũ conuerſatio/
nem deuitet. Ca. II.
Queãdmodũ virgo intrare debeat in cubi
culum: et clauſo oſtio patrem orare vt det
ei mentem bonã ⁊ intellectũ: vt ſciat quos
ſequi ⁊ quos vitare debeat: cũ pulchra in
ſtructiõe de cauendis ⁊ agēdis. Ca. III.
Finis.

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber ad ỽginē deuotã: In quo pulcherrimis rõnibus ei cõſortia ſecularium hominũ diſſuadet: ⁊ ad chriſti acceſſũ hortat̃: Feliciter incipit.

## Qua rõne virgo deuota nullum tractatum habere debeat cũ ſecularibus hominibꝰ: nec aliquid apud illos querere. Ca. I.

Audi filia et vide Ps. 44.
⁊ inclina aurem tuã: ⁊ obliui
ſcere populũ tuũ ⁊ domũ pa
tris tui: quoniã ꝯcupiuit rex
ſpeciē tuã: qm̃ ipſe eſt domi/
nus deꝰ tuꝰ: ⁊ adorabũt eũ. Ipſius te deuo
uiſti eſſe ſpõſam: deuota deo dicer̃. Quid
tibi cũ hominibꝰ ſęcularibꝰ: aut quē tracta
tũ habes cũ illis? Quid vis ſcire cũ ipis: ꝑ/
ditionē quã ipi ſequũtur? Si caſtitatē quę/
ris: hãc illi nõ habēt. Si fidē q̃ris: quis ē fi/
delis in illis quē tu comitaberis? Si autem
xp̄m quęris: nõ manet in illis. Neſcio quid
quęras: quales amicitias vel quales fabu/
las habeas cũ illis? Deuouiſti aīaʒ tuaʒ ad
deſtruenda oīa quę ſunt huiꝰ ſęculi. Quõ
aũt: qđ quęris ſęculũ cui renũciaſti? Reuer
ti vis ad vomitũ tuũ ſicut canis: aut velut 1. Petri. 2.
ſus lota iterum in uolutationē: ſicut ſcp̄tũ
eſt: dicente ap̄lo: Si q̃ deſtruxi iterũ reędi/ Gal. 2.
ficabo: ꝑuaricatoreʒ legis me cõſtituo. Ite
rũ ipe repetit dicēs: Quicqđ in ſęculo ē: cõ 1. Joh. 2.
cupiſcentia carnis ē: ⁊ cõcupiſcētia oculoꝝ:
qđ nõ eſt de deo: ſed de hoc mundo ē. Iteʒ
alibi dicit: Si quis voluerit amicus eē hu/ Jacobi. 4.
ius mũdi: inimicꝰ dei cõſtituet̃. Quid dicis
deuota deo? Quid vis hominibꝰ placere?
Quid deſideras vel quid quęris? Si deuʒ
quęris: tecum eſt. Si autē hominē quęris:
nõ hoc deuouiſti. Quid ſunt hoīes? Hoīes
huius ſęculi. Et ſęculũ tranſit: ⁊ cõcupiſcē/ 1. Joh. 2.
tia eius. Qui aũt fecerit quę ſcripta ſũt: ma
net in ęternum. Quid deſideras neſcio. Si
aurũ: argentũ: ſi vitã: ſi veſteʒ ſplendidaʒ:
hoc tibi nõ placuit cũ deo: hoc deꝰ non ad/



miratur: ſ; cor cõtritũ ⁊ humiliatum. Quid
quęris hoīes ſęcl̃i: quos ſanctus ap̄ls iudi/
Phil. 3. cat paulꝰ dicens: Quoꝝ deꝰ venter ē ⁊ gl̃ia
in pudendis ipſorũ qui terrena ſapiunt: no
Col. 3. ſtra autē cõuerſatio in cęlis eſt? Si ergo cõ/
uerſationē in cęlo habemꝰ: quę ſurſuʒ ſunt
quęrere debemꝰ: vbi chriſtus ē: nõ q̃ ſuper
terrã. Rogo ſoror: qui ſunt iſti hoīes huius
ſęculi? Fratres tuos ſpiritales hoīes nõ ſe/
queris: ⁊ ſequeris carnales: qui ſi nõ ſaturē
tur murmurabũt. Miſiſti margaritas tuas
ante porcos: qui ꝯculcent eas pedibꝰ ſuis:
Phil. 3. ⁊ cõuſi elidãt ⁊c. Nõ audiſti: Vitate canes:
vitate malos operarios. Qui ſunt iſti? Ho
mines huius ſęculi: qui nõ ſequũtur veſti/
gia chriſti. Rogo te qđ tibi demõſtrãt? Dic
mihi: caſtitatē quã nõ habent? Quid: fidē
quã nõ ĩueniunt? Doctrinã quã nõ ſequũt̃:
niſi diabolicã ſapientiã huiꝰ ſęculi? Ieiuni
um qđ odiunt? Abſtinētiã quam iudicant?
Humilitatē quã opprimũt? Sobrietatē quã
negligunt? Sincerã mentem quã nõ habēt
niſi dupliceʒ? Verecũdiam quã ꝓiiciunt a
ſe? Neſcio autē qđ vis ſtudere cum ipſis.

## De repulſione excuſationis quã virgo pretendere poſſet: aliiſq; pulchris admonitionibus vt ſecularium hominum conuerſationem deuitet. Ca. II.

Sed quid dicis? Ego autē conuerto
eos ad me. Si autē ad te cõuerſi fue
rint: nõ tibi expedit. Quid q̃rit lu/
pus cũ agno? Vel quid q̃rit canis niſi panē?
Quare autē rugit leo niſi pro pręda? Tu te
ipſã caſtã cuſtodi ſi potes: quid vis docere
qđ tu ipſa nõ facis? Sicut dicit apoſtolus:
1. Joh. 4. Nolite omni ſpiritui credere: ſed ꝓbare ſpi
ritus ſi ex deo ſunt. Si autē ab ipſis doctri
nam accipias: docebũt te qđ faciũt vel qđ
ſequunt̃: cõcupiſcentiã: fornicationē: libidi
nem: auariciã: fraudē: immũdiciã: impudi/
citiam: luxuriã: ebrietatem: improbitatem:
turpiloquiũ: ſtulticiam: maleficia: homici/
dia: iram: rixam: ⁊ omnē maliciã. Quid di/
cis miſera vel quid excuſas? Deuouiſti ani
mã tuã vt ab ipſis hoibus recederes: nunc
autē quid quęris? Rogo nõ cõfunderis: qñ
de te illi ſibi fabulas faciunt dicētes: Ecce
deuota deo quę nos ſequit̃. Dereliquit eñ
viã ſuã ⁊ per terminos agri ſui errauit: viã
habitationis ſuę nõ inuenit: Venite ꝓoccu
pemꝰ eã ⁊ ducemꝰ in viã noſtram. Cecidiſti
miſera in via lata ⁊ ſpacioſa q̃ ducit ad mor
tem. Videt̃ tibi eē bona quę mala ē: ſeque/
ris eos amans: ⁊ neſcis quoniã recta in fo/
ueam cadis: memor nõ es artã ⁊ anguſtam
viã quę ducit ad vitã? Laborioſa tibi vide/
tur eē quę bona eſt: oblita es dictuʒ fuiſſe:
Quia ꝑ m̃ltas tribulatões nos oportet in Act. 14.
regnũ cęloꝝ introire? Nũc auteʒ voluntati
tuę vis ſtudere. Nõ legiſti ſalomonē dicen/
tē: Bonis bona creata ſũt ab initio: ſic̃ im/ Eccl. 39.
piis ⁊ peccatoribꝰ bona ⁊ mala? Itē ipo di/
cēte: Initiũ vitę hominis ſpiritalit̃ arguet̃.
Spiritał oīa iudicat: ipe aũt a nemine iudi/ 1. Cor. 2.
cat̃: Vbi es deo deuota? Spiritalis qdem
de aliis iudicãs: tu ipſa iudicaris. Quid q̃/
ris cũ illis? Quę pars fideli cũ infidele? Vel 2. Cor. 6.
q̃ pars ſãcti hoīs ad canē? Virgo potes eē
corpore ſ; nõ mēte corrupta. Oculi autē tui
obcęcati ſũt nimio ardore libidinis: in qui/
bus trabes ſubiacet. Aures tuę plenę ſũt oī
ſpurcitia virili. Pedes vero tui veloces ſũt
⁊ nõ ſũt pigri ad ianuã foris. Vbi ſãctitas?
vbi verecundia? vbi ſobrietas? vbi grauī/
tas? vbi caſtitas? vbi modeſtia? vbi fides?
vbi ꝯtinentia? vbi pura mens? Vbi ſunt il/
la oīa ꝓ quibꝰ fidē tuã oppoſueras quã per/
didiſti? Meliꝰ eñi fuerat te nõ vouiſſe ⁊ fa/
cere: q̃ vouere ⁊ nõ facere. Nõ potes duo/ Matth. 6.
bus dominis ſeruire: aut deo aut mãmone:
ſicut ſcriptũ ē: Cũ peruerſo ſubuerter̃. Nõ Ps. 17.
poteſt cõmitti pãnũ vetus cũ nouo. Tollit Matth. 9.
eñ fortitudinē eiꝰ: ⁊ peior ſciſſura fit. Vo/ Eccl. 27.
latilia ad ſibi ſimilia cõueniũt: ⁊ veritas ad
eos q̃ operant̃ eã reuertet̃. Abſit vt tu mi/
hi ſoror eē dicaris: quę cũ talibꝰ ꝯuerſaris.
Aut facite arborē bonã ⁊ fructꝰ eiꝰ bonos:
aut facite arborē malã ⁊ fructꝰ eius malos.
Vnaquęq; arbor ex fructu ſuo cognoſcit̃. Matth. 7.
Quicũq; aũt q̃lis fuerit cũ tali ſe iũgit. Co Gen. 8.
lũba dimiſſa de manu hominis: ſtati reuer/
ſa ē ad eũ in arcã. Naʒ coruꝰ dimiſſus: car/
nē ſecutꝰ ē: quē tu quoq; vis ſequi: vt nõ re
uertaris ad ianuã xp̄i. Eſt tibi conuerſatio
cũ beſtiis agri: ⁊ cũ volatilibꝰ cęli: ſic̃ et cor/
uus nõ memoraris dn̄m q̃ te de diluuio li/
berauit: nõ q̃ris cubile tuũ vmbroſuʒ ⁊ bo/
nũ: vbi requiē tēporalem habuiſti: Nõ tibi
ante oculos ē tēpeſtas: atq; oblita es chari
tatē xp̄i: ⁊ tenes charitatē hoīm huiꝰ ſęculi:
qui nõ habēt charitatē in ſe niſi diabolicã.
Illi aũt aliã carnē ſequũt̃ ⁊ nõ deſinũt quo
adusq; moriunt̃. Recede miſera de illis ho/

minibus:ne carnes tuas electas comedāt:
⁊ talos tuos euertant:⁊ relinquaris nuda:
⁊ ſpoliata ſicuti in cucumerario. Modo au
tē quid facies:q̄ꝛ nuda es ⁊ ſpoliata? Ibis
ad vicinos tuos quos ante oderas:petens
ab ipſis operimētū pudoris? Illi aūt dare
nolunt dicētes: Ubi eſt veſtimētū tuū ſplē
didum qđ ante portare ſolebas? Quid di/
cis:⁊ quid reſpondes eis quā frig⁹ obliga/
uit? Gratulanť autē in malis tuis quę tibi
venerūt. Tunc te planges dicēdo: Heu mi
hi miſere:cui talia venerunt. Quid mihi ꝓ
fuit illa captiuitas quę me captauit miſe/
Ps. 138. ram ⁊ infęlicē? Quo ibo a ſpū tuo:⁊ a facie
tua quo fugiā? Si aſcēdero in cęlum tu illic
es:ſi deſcendero ad infernū ades. Si ſum/
pſero pennas meas ante lucē:⁊ habitaue/
ro in extremo maris:eteni illuc manus tua
deducet me:⁊ tenebit me dextera tua. Tūc
Oſee. 2. dices: Uadā ⁊ reuertar ad viꝝ meū prima/
rium:q̄ꝛ melius mihi erat tūc magis ꝙ̄ mo
do:qui mihi dabat veſtimēta mea ⁊ oleum
meū in tēpore ſuo. Modo autē quid facio?
Tunc reuerteris in domum tuā cum fletu:
vnde exieras gaudenſ. Sedebis in angulo
dom⁹ tuę: lugens ⁊ ꝯtriſtata plorās die ac
nocte:q̄rēs q̄ ſimul tecū ꝯtriſteť ⁊ nō erit:⁊
cōſolantes te ⁊ nō inuenies. Et dabūt tibi
elemoſynā quos ante oderas:⁊ mouebunt
capita ſua ſuper te dicētes: Ecce q̄ erat de/
uota deo:modo facta eſt vt ſtercora terrę:⁊
ſicut ciuitas q̄ expugnať. Ubi eſt caſtitas
illi⁹? Ubi ſunt omnia illa quę eā ſeq̄banť?
Dereliquerūt em̄ illam: quia caſtitas erat
dux eorū:perdidit caſtitatem ⁊ fugerūt oīa
illa. Modo autē quid facies miſera? Ubi
ſūt illi quos inſequebaris? Redimant te ſi
poſſunt. Quā potes dare cōmutationē ꝓ
anima tua quā fraudaſti ꝑ inobedientiam
tuā:vt nō audires frēs tuos vel ſorores q̄
tibi demonſtrabant:ne te iungeres cū ho/
minibus ſęcularibus? Nūc autē quid facie/
mus tibi:vel quid dicem⁹ quos audire no/
luiſti:niſi vt noſipſos plangamus ſuper te
dicētes: Parce domie:parce? Qui forte fle/
tum noſtrū ⁊ gemitū exaudire dignetur:vt
det tibi animū cōuertendi ad ipſū denuo:
Luc. 15. vt rememores peccata tua dicēdo: Quan/
tis panibus mercēnarij patriſ mei abūdāt:
ego autē fame pereo? Surgam itaꝗ ⁊ va/
dam ad patrē meū:⁊ dicā illi: Pater pecca/
ui in cęlum ⁊ corā te:iam nō ſum digna vo/
cari filia tua:ſuſcipe me ſicut vnā ex ancil/
lis tuis vt viuā. Quid ſi forte ꝓ te occiderit
vitulum illum ſaginatū? Zelans eni te:ze/
lor:deſponſaui em̄ te vni viro virginē caſtā 2. Cor. 11.
exhibere chriſto. Timeo em̄ ne ſicut ſerpēs
euā ſeduxit aſtutia ſua:ſic tui ſenſus corrū/
pantur ⁊ excidāt a charitate quę eſt in chri/
ſto ieſu.

## Queadmodū virgo intrare de/beat in cubiculū ⁊ clauſo oſtio patrem orare vt det ei mentem bonā ⁊ intellectū:vt ſciat quos ſequi et quos vitare debeat:cum pulchra inſtructione de cauendis ⁊ agendis. Ca. III.

V Ide ergo ⁊ caue de iſtis hominib⁹:
vt mihi ſoror ⁊ domina nomineriſ.
Intra i cubiculū:clauſo oſtio ora Math. 6.
patrem tuū vt det tibi mentē bonā ⁊ intel/
lectū:vt ſcias quos debeas ſequi ⁊ quos vi
tare:quia multi ſunt qui fingunt ſe eſſe qđ
nō ſunt:ſed mentiunť:⁊ neſcis quoniā de
anima tua agitur:ne ducāt te captiuā ſicut
bouem qui ad occiſionem duciť: aut velut
canem:vt alligetur. Ne feſtines ſicut auis
in laqueū. Audi me: remoue pedē tuū de
illis:ſede ſedula in domo tua: operare ma/
nibus tuis qđ bonū eſt:vt habeas vnde cō
municare poſſis neceſſitatē ſuſtinentibus.
Ora ſine intermiſſione:ne facilis videaris i 1. Theſſal.
plateis. Certa bonum certamē:curre velo/ 1. Timoth.
cius vt cōprehendas in quo cōprehenſa es
a chriſto. Audiant te homineſ ⁊ lętentur de
bono animo:⁊ de mente qua viuis. Da ele Luc. 11.
moſynam:⁊ ecce oīa munda erunt tibi. Nō
te pigeat viſitare infirmos. Ex his em̄ i di/
lectōe firmaberiſ. Nō iurab oio: neꝗ ꝑ ve-
rum Jacobi. 5.
neꝗ ꝑ mēdaciū: ſ ſit ſermo tuus:eſt eſt:nō
nō. Qđ autē amplius eſt: a malo eſt. Ira/ Ps. 4.
ſcere ⁊ noli peccare: Ad excuſandas excuſa/ Ps. 140.
tiones in peccatis: cū hominib⁹ operātib⁹
iniquitatē. Humilia te filia ante dominū:
qm̄ de⁹ ſuꝑbis reſiſtit:humilibus autē dat 1. Petri. 5.
grām. Accede ad dn̄m vt illuminet te:⁊ nō
erubeſces in cōſpectu illius. Recede de vo/
luptate ſęculi ⁊ indue te cōſtantia virtutis:
Depone veſtimenta huius ſęculi ⁊ indue te
tunica perpetuitatis. Derelinque cibos iſti
us ſęculi:⁊ accipe tibi ſcā ſanctorū. Memo Daniel. 1.
rare ſidrac: miſac: abdenago et daniel re/
cuſaſſe carnes ⁊ vinū gētiliū:⁊ accepiſſe ſi/
bi olera ⁊ legumina. Memēto machabęā



propter carnes porcinas paſſam fuiſſe:⁊ fi/
lios ipſius aſſatos vel frixos in oleo. Am/
bula filia in habitu ſancto cum verecundia
⁊ ſobrietate ⁊ grauitate: depone mēdaciū:
loquere veritatem cū proximo tuo. Ora fi/
lia ſine intermiſſione:ieiuna frequenť ⁊ da
Tobie. 4. elemoſynā:quoniā elemoſyna a morte libe
rat ⁊ nō patitur ire i tenebras. Munus bo/
nū eſt elemoſyna:quę purgat omnē ſordē
⁊ ſqualorē. Beata eris:ſi hęc oia cum lege/
ris facias. Zelare qđ bonū eſt: vt qđ malū
eſt obliuiſcaris. Benedicat te pater ⁊ filius
⁊ ſpūſſanct⁹:benedictiōe qua patres nr̄os
benedicere dignat⁹ eſt:abraam: iſaac: ⁊ ia/
cob. Ora pro me filia: quia ⁊ ego ſollicitus
Jacobi. 5. ſū de te:ſicut ſcriptum eſt: Orate ꝓ inuicē.
Itē frater fratrē adiuuās exaltabiť. Exal/
tet te domin⁹ in ſanctitatē ⁊ dilectionē:ſic
Ro. 13. ſcriptū eſt: Qui diligit fratrē ſuum legē im/
pleuit. Impleat dominus oēs petitiones
tuas. Pręſtet hoc tibi deus pater per ieſū
chriſtum filium ſuum dn̄m ⁊ deum:regem:
iudicem: ſaluatorem: redemptoremꝗ no/
ſtrū:qui eſt benedictus cum ſpirituſancto
per omnia ſęcula ſęculorū Amen.

Sancti Ambroſij epi liber ad vir/ginem deuotam explicit.

## Capitulorū libri ad virginē corruptam ſancti Ambroſij epiſcopi:recollecta annotatio.


Qđ pro corruptiōe deo dicatę virginis oēs
boni cōlugere debeant. Ca. I.
Increpatio eiuſdem corruptę ꝙ corruptorē
admiſerit. Ca. II.
Qđ lęſa corruptę cōſcientia: neꝗ cęlū neꝗ
terram tute cōtuere audeat. Ca. III.
Qualem excuſationē corruptę afferre ſo/
leant. Ca. IIII.
Quę ſolita ſint obſeruari in velatiōe ſacrę
virginis. Ca. V.
Quibus ſe defendere debeat refugijs vir/
go de ſtupro ſollicitata. Ca. VI.
Quā diligentiā ſuperior facere teneať cir/
ca virgines cōſecratas. Ca. VII.
Remedium adhibendū corruptę virgini:
Ca. VIII.


Finis

## Sancti Ambroſij epiſcopi liber ad virginē corruptam: In quo lapſum eiuſdem ingenti dolore ⁊ deteſtatiōe deplorat: Feliciť incipit.

## Qđ pro corruptione deo dicate virginis omnes boni cōlugere debeant. Ca. I

A Udite me nunc
qui prope eſtis et qui lōge:
qui timetis deum ⁊ eccleſię
eius gaudio cōgaudetis et
triſticię conlugetis:ſic ſcri/
ptū eſt: Gaudere cū gaudentib⁹ ⁊ flere cū Ro. 12.
flentibus. Uos inquā appello qui charita/
tē chriſti veriſſimā tenetis:⁊ ſuꝑ iniquitate
nō gaudetiſ:ſ potius ingemiſcitis: Aduer/
tite verba oris mei:⁊ an ex iuſto dolore pro
cedāt iudicate:⁊ detecti ſceleris qualitatē
mecū pariter perhorrete. Uirgo nobilis:di
cata chriſto:ſapiens:erudita:rupit in foue/
am turpitudinis:cōcepit dolorē ⁊ peperit
iniquitatē. Se perdidit:⁊ eccl'iam macula/
uit. Hinc omnis aīa chriſtiana graue vuln⁹
excepit:q̄ꝛ ſanctum datū eſt canib⁹ ⁊ mar/
garitę miſſę ſūt ante porcos. A rabidis em̄
hominib⁹ nomē ſceleratū eſt ſanctitatis:et
ab immundis ⁊ luteis precioſum ꝯculcatū
ē propoſitū caſtitatis. Hinc ęſtus aio meo:
hinc inſanus dolor:quia vnū malū:bona
plurima ſecum trahit:⁊ vna nubecula pec/
catricis:pene totā lucem obſcurauit eccl'ię.
Aſſumā ergo vocē propheticā: ⁊ flebiliter
dicā: Audite me oēs populi:⁊ videte dolo/ Thren. 1.
rem meū:virgines męę ⁊ iuuenes mei abie
rūt in captiuitatē. Uere hęc ē captiuitas:
vbi aię a pctō captiuę ducunť ad mortem:
⁊ a diabolica dominatione poſſidenť.

## Increpatio eiuſdem corruptę ꝙ corruptorem admiſerit. Ca. II.

A Te ergo nūc ſermo ſit: quę caput
horum ⁊ cauſa malorum es: q̄ mul/
tipliciter miſera cum gloria virgini
tatis nomē etiam perdidiſti. Nefas ē enim
ſuſannam vocari nō caſtam:nō licet nomi/
nari qđ nō es. Unde incipiam? Qđ primū
qđ vltimū dicam? Bona cōmemorem quę
perdidiſti:aut mala defleam quę inueniſti?
Eras virgo in paradiſo dei:vtiꝗ inter flo/

res eccleſię. Eras ſponſa chriſti: eras tēplū
dei: eras habitaculū ſpiritusſancti. Et cum
dico totiens eras: neceſſe eſt vt totiens in-
gemiſcas: quia nō es qđ fuiſti. Incedebas
in eccleſia tanquā colūba illa de qua ſcptū
Pſ.67. eſt: Pennę columbę deargētatę: ⁊ poſterio
ra dorſi eius in pallore auri. Splēdebas vt
argentū: fulgebas vt aurū: quando cū ſin-
cera conſcientia procedebas. Eras tanquā
ſtella in manu domini: nullum ventū: nul
lius belli nebulas pertimeſcebas. Quę iſta
ſubitanea conuerſio? Quę iſta repentina
mutatio? De dei virgine: facta es corruptio
ſathanę: de habitaculo ſpūſſancti tugurium
diaboli. Quę incedebas vt columba: nunc
lates in tenebris ſicut ſtellio. Quę fulgebas
vt aurū propter virginitatis honorē: nunc
vilior facta es luto platearū: vt etiam indi-
gnorū pedib⁹ cōculceris? Quę fueras ſtella
radiās i manu dn̄i: veluti de alto ruēs celo:
lumē tuū extinctū ē: ⁊ cōuerſa es i carbonē.

## Quod leſa corrupte conſcientia: neq̄ celum neq̄ terram tute contueri audeat. Ca. III

Ve tibi miſera: ⁊ iterū vę: quę tanta
bona propter parui tēporis luxuri-
am perdidiſti. Quā tibi ſpem apđ
chriſtum dn̄m reliquiſti: cuius membra tol-
lens feciſti membra meretricis? Quis te ſpi-
ritusſanctus viſitabit: cū eū repudiaſti: q̄
ſe q̄ a cogitatōib⁹ ſordidis lōge faciet? Sed
veniamus ad humana: vt illa diuina noſcā
tur. Aſpice quis ſanctorū aut quę ſanctarū
tibi approximare non horreat: aperi oculos
tuos ſi potes: erige frōtē: vales aliquē ſan
ctorum fiducialiter intueri? Nōne tuā faciē
cōſcientię commiſſum tāquā plumbum in-
clinat ⁊ premit? Nōne tenebre ante oculos
tuos ⁊ dura caligo verſatur? Nōne timor ⁊
tremor animā tuam et mēbra quaſſant? Si
ergo homines in carne cōſtitutos ⁊ alicui⁹
forſitan delicti obnoxios nō potes intueri:
tam graui cōfuſiōe ſepulta: Quid facies co
ram caſtis apl'is? Quid facies coram helia:
daniele: ⁊ tantorū exercitu pphetarū? Quid
facies coram iohanne? Quid facies coram
Maria: tecla: et agne: ⁊ immaculato thoro
puritatis? Quid deniq̄ corā angelis ſctis:
Nōne ſplendore ⁊ claritate immaculatorū
quaſi fulminibus percuſſa cōbureris?

## Qualem excuſationem corrupte afferre ſoleant. Ca. IIII

Sed dictura es forſitan: Non potui
ſuſtinere: quia carnē fragilē circum
ferebā. Reſpōdebit tibi beata te-
cla cum ſuis innumerabilib⁹ ſocijs: Et nos
eadē carne amictę fuim⁹: nō tamen plenū
ppoſitū caſtitatis noſtrę aut fragilitas car
nis potuit mutilare: aut ſeuitia tyrannorū
p varia tormenta potuit deijcere. Reuera
nō poteſt caro ante corrūpi: niſi mens fue-
rit ante corrupta. Remanebit ğ in crimine
aīa quę carnē pcedit in voluptate. Sed di-
cis: Nolui hoc malū: ſed violētiā paſſa ſū.
Reſpōdebit tibi fortiſſima illa ſuſanna cu-
ius tu nomen fallaciter baiulas. Ego etenī
inter duos preſbyteros poſita: inter du-
os vtiq̄ iudices populi: inter ſiluas paradi
ſi ſola cōſtituta vinci nō potui: q̄r nec volui:
Tu ab vno ineptiſſimo adoleſcente ⁊ i me-
dia ciuitate: quomodo vim potuiſti pferre:
niſi quia vltro voluiſti violari? Quis deni-
q̄ tuas voces audiuit? Quis obluctatio-
nes ſenſit? Ut aūt hęc omittā: certe p⁹ illa-
tā violentiā pdere ſcelus ſi nō alijs vel parē
tibus vel tuis ſororibus debuiſti. Eſſet enī
excuſatio infelicitatis: eēt cōſcientię plena
purgatio: ſi hoſtē pudicitię tuę deduxiſſes
in publicū. Sed erubuiſti forſitan ne te vio-
latā multi cognoſcerent. Et quid timuiſti
vbi nō erat timor: niſi vt tacendo crimen cū
adulterio ſepius ſociares? Eſto aūt: pudor
phibuit cōfiteri. Quid de ſecūda cōmixtio
ne dicis? Quid de tertia? Quid de frequē-
ti cōmertio feditatis? Ceſſet: ceſſet iā violē-
tię figmētū: ceſſet ruboris augmētū vbi to-
tiens mēbra illa dicata xp̄o ſceleſti mecho
tuis viſcerib⁹ polluēda pbuiſti. Horret: hor
ret anim⁹: mens tabeſcit: cū ad aditū ſcele-
ris peruenitur. Nam ⁊ medicus q̄uis fortis
ſit animo: tamē cū altius ſecat vuln⁹: puto
ex parte aliqua ſuſtiebit horrorē. Heu per-
dita: iam ne intelligis oēs vias excuſatiōis
omnimodis clauſas? Iam ne ſentis: quā-
tū tibi mali ⁊ in carne ⁊ in anima nefaria li-
bido cōtulerit? Nō iſtā cōfuſionē de te tuus
expectauerat pater: qui te ſibi ſingularem
gloriam cōputabat. Nō hunc luctū ⁊ has
lachrymas ex te ſibi naſci tua crediderat ma
ter: quę partus ſui gemitū per tuā virgini-
tatem conſolabat̄. Nō fratres tui: nō ſoro-
res hoc ex te dedec⁹ expectabāt: quos oēs
quaſi vno gladio tui ſceleris grauiter ſaucia
ſti. Si fuiſſes cōmuni ſorte defuncta: fleſſēt



te modicum propter deſiderium parentes:
ſed exultaſſent granditer quia immaculatā
pmiſerant virginē: hoſtiam viuam: domio
propitiatricē ſuorū videlicet delictorū. At
nunc plangunt mortuā ⁊ nō mortuā: lugēt
viuā ⁊ nō viuam. Mortuam vtiq̄ glīa vir-
ginitatis: viuā dedecore turpitudinis. In-
gratus eſt pater ſuis viſcerib⁹ de quib⁹ na-
ta es: maledicit ſuo vtero mater ex quo in
hanc lucem infeliciter proceſſiſti. Nec tamē
modū ſuo dolori reperiunt: niſi hoc ſolum
plane vident̄ habere ſolatium: quia te nec
pater compulit nec mater coegit: vt virgini
tatē profitereris quā vltro ⁊ ppria volūtate
profeſſa es. Nam ſcio cū multas difficulta
tes tibi tuus genitor pponeret: cū arduum
eſſe iter ſeruandę virginitatis ingereret: te
nō ſolum pertinaciter perſtitiſſe: ſed etiam
reuelationes tibi datas dixiſti terribiles.
Inquātum ſibi ergo ſperabāt mercedē ex
eo q̄ nō tuo ppoſito reſtiterunt: intantum
tibi intellige miſera pondus iudicij creſce-
re: quia nō ſeruaſti qđ vltro pmiſiſti. Qui-
bus te ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obli
gauit? Quibus te venenis infecit ille q̄ euā
decepit: vt tanta te cecitate percuteret: tan
tā animę tuę faceret obliuionē.

## Que ſolita ſint obſeruari in velatione ſacre virginis. Ca. V

Non es memorata diei ſanctę domi
nicę reſurrectionis: in quo diuino
altari te obtuliſti velandā. In tan-
to itaq̄ ſolenni cōuentu eccl'ię dei: inter lu-
mina illa ſplendida: inter cādidatos regni
celeſtis quaſi regina regi nuptura pceſſeras.
Nō es memorata qualis allocutio facta ē
Pſ.44. illa die ad te: Aſpice filia ⁊ intuere ⁊ obliui-
ſcere populū tuū ⁊ domū patris tui: ⁊ cōn-
cupiſcet rex decorē tuū: quia ipſe eſt domi-
nus deus tuus. Aſpice ergo quant⁹ ad ſpō
ſi tui ⁊ dn̄i nuptias ꝯuenerit populus. Ser
uare te oportuit fidē: quā ſub tantis teſtib⁹
pollicita es: ſemper cogitare cui virginita-
tem ſpopōderis. Facilius te oportuit ſan-
guinem cum ſpiritu fundere: q̄ pdere caſti-
tatem tuam. His tūc in illo die cōſecratio-
nis tuę dictis: ⁊ multis ſupra caſtitatē tuā
preconijs: ſacro velamine tecta es: vbi om-
nis populus dotē tuā ſubſcribēs: nō attra-
mento ſed ſpiritu: pariter clamauit: amen.
Uincor lachrymis cum hęc recordor: cōpū-
gor ſtimulis cū hęc exempla ꝯſidero. Nā ſi
inter decem teſtes confectis ſponſalijs: nu-
ptijs cōſūmatis: quęuis viro femina cōiun
cta mortali non ſine magno piculo ppetrat
adulteriū: qđ putes fore ſi int̄ innumerabiles
teſtes eccleſię: corā angelis: exercitibus celi
facta copula ſpiritalis per adulteriū ſoluit̄?
Neſcio an poſſit ei digna mors an pena co
gitari. Dicit aliquis: Melius ē ergo nube- 1.Cor.7.
re q̄ vri. Hoc dictum ad non pollicitā perti
net: ad nōdū velatā. Ceterū quę ſe ſpopon
dit chriſto ⁊ ſanctū velamē accepit: iā nup-
ſit: iam immortali iuncta eſt viro. Et iā ſi
voluerit nubere cōmuni lege cōiugij: adul-
terium perpetrat: ancilla mortis efficit̄. Si
hoc ita eſt: quid de illa dicendum eſt q̄ oc-
culta ⁊ furtiua turpidine cōſtupratur: ⁊ fin-
git ſe eſſe quod nō eſt? Habitu virgo: facto
nō virgo. Bis adultera: ⁊ i actu ⁊ i aſpectu.

## Quibus ſe defendere debeat refugijs virgo de ſtupro ſollicitata: Ca. VI.

Sed ad te iterū redeo: quę obliuiōē
tantorū paſſa bonorum: recepta-
culū tantorū malorū facta es. Quo-
modo tibi i actu illo ignominioſo nō venit
in mentē habitus virginitatis: proceſſus in
eccleſiā inter virgineos choros? Quomodo
oculos tuos nō perſtringebat lux vigiliarū?
Aures tuas ſi penetrabat hymnorū ſpirita-
lium cantus? Mentē tuam nō ventilabat
lectionū celeſtiū virtus? Hinc vel maxime
clamante ap'lo: Fugite fornicationē: q̄r om 1.Cor.6.
ne peccatū qđcunq̄ fecerit homo extra cor-
pus eſt: qui autē fornicat̄ in corpus ſuū pec
cat. Et cū dicit: In corpus ſuū: tamē in xp̄o
eum peccare demonſtrat. Nam ſubiungit:
Nō eſtis veſtri. Empti enim eſtis precio ma
gno: glorificate ⁊ portate deum in corpore
veſtro. Et iterum dicit: Fornicatio autē et Eph.5.
omnis immundicia nec nominetur int̄ vos
ſicut decet ſāctos. Et ſepoſita oī adulatiōe
ſententiā figit apoſtolus: Hoc inquit ſcito-
te intelligentes: q̄r oīs fornicator: aut imū-
dus: aut auarus nō erit heres i regno dei.
Hęc tāta ⁊ tam terribilia nō tibi veniebant
in mentē: cum ad illud opus nefarium tua
membra peterentur? Sed mortifera te obli
uio tanquā in gurgitem altiſſimū demerge
bat: et quaſi captiuam execrabilis libido
ducebat. Nonne vel illum locum tabulis
ſeparatum in quo in eccleſia ſtabas recor-
dari debuiſti: ad quem religioſe matronę

⁊ nobiles certatim currebant: tua oſcula petentes: que ſanctiores ⁊ meliores te erant? Nonne vel illa precepta que oculis tuis ipe ſcriptus paries ingerebat: recordare debuiſti?
1 Cor. 7. Diuiſa eſt mulier ⁊ virgo que non eſt nupta: cogitat que domini ſunt: quomodo ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu: Tu aũt in contrarium vertens dictum: ita cogitans: ita agẽs: vt nec corpore eſſes ſancta nec ſpiritu. Corpore quidem fornicando: ſpiritu autem virginitatem mentiẽdo. Proh nefas: ſolet fama ſubſequi factũ: tua autẽ ad malũ fama preuenit. Nam cum ante triennium rumor quidam ⁊ ſuſurratio de te fuiſſet: tu ſinceritatem pretendebas: vindictã de maledicis in eccl'ia poſtulabas publice. Quos eſtus ego ſuſtinui? Quos pater tuus pro tua ſuſtinuit opiniõe labores: reqrentes ſinglos: ſingulos aſtrigẽtes: vt ad auctorẽ infamie veniremus. Graue eñ erat nobis ⁊ intolerabile de dei virgine: vl' turpe aliqd dici vl' credi. Nec hoc verita es: nec ãte oculos habuiſti: ne venires inimicis tuis in gaudiuȝ: ⁊ eos haberes infenſos qui pro tua opinione laborabant. Multum audax: multũ temeraria: vt te ꝯſcientia tua non terreret: ſimulata virginitate: putares te etiaȝ deum
Matth. 10. poſſe decipere. Sed ille q̃ dixit: Nihil occultum qđ nõ reueletur: Et vos inquit feciſtis in occulto: ego autẽ i manifeſto vos faciaȝ. Ille q̃ nõ mentit': furtiuũ ſcelus deduxit in publicum: ⁊ in cõſpectu ſolis hui⁹ tenebrarum veſtrarum opera denudauit. O quicquid pretẽdit ſermo crudeliora occurrunt: ⁊ cupiens moderari nõ inuenit modũ. Oblita es propoſitum: oblita parentes: oblita es eccleſiam: oblita gloriam dignitat' tue: oblita honorem virginitatis: etiã oblita ꝓmiſſionẽ regni: oblita iudiciũ terribile: amplexa es corruptionẽ: protuliſti fructũ confuſionis: finẽ vero mortẽ ſeuiſſimã ⁊ interitum ſempiternum.

### Quã diligentiaȝ ſuperior facere teneatur circa virgines cõſecratas. Ca. VII

e

T certe nõ habes qđ de noſtra negligentia conqueraris. Quodcũq; eñ ad officium paſtoris pertinet: ⁊ tibi ⁊ omnibus nõ negatũ eſt. Dilectio ſpiritalis adhibita: cõmonitio ſãcta nõ deſijt. Oblita domum patris tui: vt ſcriptum eſt: ad monaſterium virginale trãſiſti: Nõ dico tuta eẽ debueras inter tot poſita ſi voluiſſes: ſed etiam tutelam alijs preſtare potuiſſes. Sed fruſtra hec ⁊ alia prouiſa ſunt. Hymnum virginitatis expoſui: quo ⁊ gloriam propoſiti ⁊ obſeruantiam pariter decãtãtes: Seminaui ſec⁹ viam: ſeminaui in ſpinis: ſeminaui in petroſa. Aut eñ ex corde tuo verba mea volucres: id eſt demones rapuerũt: aut malis tuis cogitatiõib⁹ ſuffocata ſũt: aut aruerunt nimio eſtu libidinis. Heu me quia vbi putaui edificare aurũ: argentum: lapides precioſos: inuẽtus ſuȝ ligna: fenum: ſtipulam: arſuras materias laboraſſe. Dicam ⁊ ego ſcđm prophetã: Heu me quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe. Equidem ſi tibi ſola dãnum feciſſes: erat quideȝ triſticia: ſed forſitan tolerabilis: Nunc vero quantas animas tuo ſcelere ſauciaſti: quãtas animas propter te de propoſito ſuo penitere feciſti? Quãta labia etiã fidelium inquinata ſunt: viam dñi blaſphemando? Aperuit in nos gentilitas os ſuũ aduerſus ſanctam eccl'iaȝ. Synagoga iudeorum per tuum dedecus exultauit.
Nã ſi is qui vnũ ſcandalizauerit: mola circumligatus iactari debet in mari: quid de te pronũcias per cuius ſcel⁹ omnis anima ſauciata eſt: ⁊ nomen domini in gentibus blaſphematũ eſt? Nõne quotiens dicit': O virgines: totiens tibi cumulus iniquitatis augetur? Jaces ecce vulnerata: Jaces ecce proſtrata. Matth. 18.

### Remedium adhibendum corrupte virgini. Ca. VIII.

c

Upio prodeſſe: ſ; ſubuenire nõ poſſum: quia totum caput in dolore: ⁊ totum cor in meſticia ẽ: a pedibus vſq; ad caput: ſicut ait eſaias. Nõ eſt malagma imponere: Infirmitas tua: omne humane medicine excluſit auxiliũ. Et licet taȝ boni ꝙ mali iuſta indignatiõe permoti: te omni depopulatiõe dignã: omni tormẽtorum genere diſcruciatã iudicẽt morte multandã: aut ignib⁹ exurendã: Ego tamẽ qui ſcio grauiora facinoroſis ſeruari tormenta: ⁊ ſine fine impias aĩas cruciat⁹ manere: nõ temporales vtiq; ſed eternos: alijs te volo cruciatibus affici ꝓfuturis: vtiq; nõ aĩam perdituris. Ego ſecũdũ diuinã ſententiam dabo cõſilium. Solũ eñ ⁊ vnicũ tẽptandũ ẽ remediũ: illud qđ diua vox p ezechielẽ miſeris porrigit: Nolo inqt mortem pctõris: Ezech. 33.



ſ; tantũ vt conuertatur ⁊ viuat. Et iterum:
Hier. 8. Poſt hec inqt dixi: Cõuertere ad me: nũqd reſina nõ eſt in galaad: aut medic⁹ nõ ẽ ibi? Quare nõ aſcẽdit ſanitas filie populi mei? Hec vtiq; dicta penitentiã ſapiunt: he ſententie dei vocant ad penitẽtiã peccatores. Penitudo eñ neceſſaria ẽ: ſicut vulneratis ſũt neceſſaria medicamina. Sed quãta putas ⁊ qualis neceſſaria penitentia: que aut equet crimina: aut certe excedat? Uide ergo ſi ſimplex hoc peccatũ adulterij ẽ: an duplex ſit per illam necẽ que facta dicit' in occulto: ⁊ ſcđm cõſcientie molẽ exhibenda eſt penitentie magnitudo. Penitẽtia ergo nõ verbis agenda ẽ: ſed ⁊ actu. Hec autem ſic agit': Si tibi ante oculos ponas de quanta gl'ia rueris: ⁊ de quo libro vite nomẽ tuum deletum ſit: ⁊ ſi te iam credas prope ipſas poſitam tenebras exteriores: vbi erit fletus oculorũ ⁊ ſtridor dentiũ ſine fine. Cum hec certa fide ſicut eſt animo cõceperis: quia neceſſe eſt preuaricatricẽ animã tartareis penis ⁊ gehenne ignib⁹ tradi: nec aliud remediũ cõſtitutũ eẽ poſt baptiſmũ ꝙ penitentie ſolatiũ: quantãuis afflictionẽ: quantũuis laborẽ ⁊ indecorẽ ſubire. Eſto cõtenta: dũmodo ab eternalib⁹ penis libereri'. Ergo hec tu tecũ cogitãs: ⁊ mẽte retractãs: ꝓprij facti tu ipſa iudex eſto crudelior. Imprimis oĩs cura vite hui⁹ interimẽda tibi ẽ: ⁊ quaſi mortuã te exiſtimãs ſicut es: quõ poſſis reuiuiſcere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis: ⁊ mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda. Amputentur crines: qui per vanam gl'iam occaſionẽ luxurie preſtiterunt. Defluant oculi lachrymas qui maſculũ ſimpliciter nõ aſpexerũt: Palleſcat facies: que quondã viruit impudice. Deniq; totũ corpus incuria maceret': cinere aſperſum ⁊ opertum cilitio perhorreſcat: qr male ſibi de pulchritudine placuit. Cor vero ſit liqueſcẽs ſicut cera: ieiunijs inquietans ſeipſũ: ⁊ cogitationib⁹ ventilans quare ſit ab inimico ſubuerſũ. Senſus etiã crucietur: quia in membra corporis cum haberet dominationem: malo ceſſit imperio. Talis vita: talis actio penitentie ſi fuerit perſeuerans audebit ſperare: ⁊ ſi nõ gloriã: certe pene vacuationem. Dicit enim deus:
Johel. 2. Conuertimini ad me ⁊ conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde veſtro: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in plãctu: dirumpite corda veſtra ⁊ nõ veſtimentũ: quoniam pius et miſericors ſum. Sic conuerſus magn⁹ ille dauid iuſtificatus eſt. Sic niniue peccatrix illa ciuitas incumbenteȝ ſibi euaſit interitũ. Peccator ergo ſi ſibijpſi nõ pepercerit: a deo illi parcitur. Et ſi futuras penas gehenne perpetuas in hoc paruo vite ſpatio cõpenſauerit: ſeipſum ab eterno iudicio liberat. Grandi plage: alta ⁊ prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus grãdẽ habet neceſſariã ſatiſfactionem. Nam nõ eſt dubium leuius eſſe crimen: vbi peccatũ ſuũ vltro hõ confitetur ⁊ penitet. At vbi celans mala ſua inuitus detegitur ⁊ nolens publicatur: illud grauius ſcelus eſt: qđ tibi vtiq; proueniſſe negare nõ poteris. Et ideo fortius eſt dolẽdum: quia peccatum eſt forti⁹. Si mẽte cernerent homines peccatores quale iudiciuȝ imminet mundo: ſenſus humanus nõ diſpergeretur vanitate ſeculari: ſi non infidelitate grauaret'. Quantũuis ⁊ qualẽuis cruciatum longior vita duceret optarent: dũmodo in illas penas eterni ignis nõ incurrerent? Sed tu que iam ingreſſa es agoneȝ penitentie: inſiſte miſera fortiter: inhere tãquã naufragus tabule: ſperans per ipſam te de ꝓfũdo criminũ liberari. Inhere penitẽtie vſq; ad extremum vite: nec tibi pſumas ab humano die poſſe veniã dari: quia decipit te qui hoc tibi polliceri voluerit. Que enim proprie in dominum peccaſti: ab illo ſolo te conuenit in die iudicij expectare remedium.

### Sancti Ambroſij epi liber ad virginem corruptam explicit.

### Sancti Ambroſij epi in corruptorem virginis dura obiurgatio: et vt ad penitentie remedium recurrat conſultatio.

o

E te auteȝ fili ſerpẽtis: miniſter diaboli: violator templi dei: qui vno ſcelere duo crimina perpetraſti: Adulteriũ vtiq; ⁊ ſacrilegiũ. Sacrilegiuȝ plane: vbi vas chriſto oblatũ: domio dedicatũ: demẽti temeritate polluiſti.
Balthaſar ille rex perſarum qui in vaſis Daniel. 5.
dñi q̃ de tẽplo hieroſolymis fuerãt a patre

eiꝰ ablata bibere cũ ſuis amicis ⁊ cõcubinis
vſurpauit: ipſa nocte angeli manu ꝑcuſſus
crudeli morte punitꝰ ē. Quid de te arbitra-
ris perdite parit ⁊ perditor: qui vas rõabile
conſecratũ xp̃o: ſcificatũ ſpirituiſancto im-
pie temeraſti: polluiſti ſacrilege ⁊ tui propo
ſiti imemor: ⁊ iudicij diuini contẽptor? Me
lius eni fuerat omnio te nõ eſſe natũ: q̃ ſic
natũ vt te ſibi gehenna ꝓpriũ filiũ vẽdica-
ret. Et licet ipſa ꝯſcientia ſceleris te agat ꝑ
Prouer.28. diuerſa ꝓcipitez: Fugit enim impius nemi
ne perſequẽte ſe: licet te dure imagines pec
cati dormientẽ quoq̃ perterreant: nõ ſoluz
vigilantẽ: Tamẽ ne quid a paſtore etiã oui
morbide vel moriture medicaminis dene-
gatũ ſit do cõſilium: Petas vltro carcerem
penitentie: obſtringas catenis viſcera: ani-
mã tuã gemitibus ieiunijſq̃ diſcrucies: ſan
ctorũ petas auxiliũ: iaceas ſub pedibus ele
Ro.2. ctoꝝ: vt nõ per cor impenitens theſaurizes
tibi iram i die iuſti iudicij dei qui reddet ſin
gulis ſecundũ opera ſua. Nec te in eoꝝ nu-
2.Corĩ.12. mero cõſtituas: quos luget paulꝰ: Qui an-
te peccauerũt ⁊ nõ egerũt penitentiã ſuper
imundicia ⁊ fornicatione ⁊ libidine q̃ geſſe-
runt. Nec tibi de multitudine peccantiũ ſi-
miliũ blandiaris ⁊ dicas: Non ſolus h ego
egi: multos habeo ſocios: ſed recogita: q
multitudo ſociorũ impunitatẽ nõ facit cri-
minũ. Nam ſodoma ⁊ gomorra in totis qn
q̃ ciuitatibus innumerabiles vtiq̃ habita
bant populi: ⁊ omnes pariter qui libidino-
ſe corpora ſua tractauerunt: igneis imbribꝰ
cõflagrati ſũt: Solus aũt loth de illo ineui-
tabili incẽdio euaſit: q ab illa turpitudine
ſe alienum preſtiterat. Exclude ergo vl nũc
infelix de corde tuo blandimenta ſerpẽtis:
⁊ luctu ⁊ fletu cõtinuo dum in corpore tuo
immundo anima illa tenebroſa verſatur: re
medium tibi in die neceſſitatis acquire: ſem
per ante oculos tuos habens apoſtoli ſen-
2.Corĩ.5. tentiaz: Quia omnes nos oportet manife-
ſtari ante tribunal xp̃i: vt referat vnuſq̃ſq̃
propria corporis ſui ſecundũ que geſſit ſiue
bonum ſiue malum.

Finis

## Sancti Ambroſij epiſcopi ad virginem corrupã t vt lamentũ accipiat: ⁊ cũ cordis compunctione in cõſpectu dei iudicis fundat: ⁊ ſic pro admiſſo crimine ſatiſfaciat: conſolatoria exhortatio.

## Quis conſoletur

Threñ.2.
q te virgo filia ſion: quia ma-
gna facta eſt ſicut mare con-
tritio tua. Effunde ſic̃ aquaz
cor tuum ante faciem domi-
ni: Extolle ad eũ manꝰ pro remedio anime
tue ⁊ peccatorũ tuoruz. Accipe igitur lamẽ-
tum: Et primũ quidem nullo die quinqua-
geſimus pſalmus intermittat: q i negocio
tali cantatꝰ eſt. Et vſq̃ verſiculũ illuz: Cor
contritũ ⁊ humiliatum deꝰ nõ ſpernit: cum
lachrymis gemituq̃ percurrẽs: Inſuꝑ etiã
hanc lamẽtationẽ nõ ſine cõpunctione cor-
dis in conſpectu dei iudicis funde. Quis da Hiere.9.
bit capiti meo aquã ⁊ oculis meis fontem
lachrymarum: vt defleam vulnera anime
mee? Conuerſi ſunt dies feſti mei in luctuz:
⁊ cantica in lamentationem: receſſit ſonus
hymnoꝝ ⁊ leticia pſalmoruz: ⁊ ſucceſſit ſtri
dor dentiũ ⁊ fletus oculoꝝ. Obmutui ⁊ hu Ps.38.
miliata ſum et ſilui a bonis: et dolor meus
renouatus eſt. Cõcaluit cor meũ intra me:
⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis. Ti-
mor ⁊ tremor venerũt ſuper me ⁊ cõtexerũt
me tenebre: Abyſſus circũdedit me: poſtre-
mo merſit caput meũ in fiſſuras montiuz.
Heu me quia facta ſum ſicut ſodoma ⁊ go-
morra. Cõbuſta ſum: quis miſerebitur cine
res meos? Durius offendi q̃ ſodoma: quia
illa legem neſciens dereliquerat: ego au-
tem accepta gratia peccaui in dominũ. Si
homo peccet in hominem: erit qui interue-
niat: Ego que peccaui in dominũ: quẽ pro-
pitiatorem inueniam? Cõcepi dolorẽ: ⁊ pe- Ps.7.
peri iniquitatem. Lacũ aperui ⁊ effodi eũ:
⁊ incidi i foueã quã feci: Ideo cõuerſus eſt
dolor meus in capite meo: ⁊ in vertice meo
iniquitas mea deſcendit. Immũdicia mea
ante pedes meos: nõ fui memor nouiſſimo
rum meorum: ⁊ cecidi miſerabiliter: nec eſt
qui conſoletur me. O q̃ acerbus fructus lu
xurie: amarior felle: crudelior gladio. Quo
modo facta ſum in deſolationem? Subito
defeci: perij propter iniquitatem meã: ve-
lut e ſomno exurgens: ideo in ciuitate dñi
vilificata eſt imago mea. Deletuz eſt de li-
bro vite nomen meum: facta ſum ſicut no- Ps.101.
ctua in domicilio: ſicut paſſer vnicus in edi
ficio: non eſt qui conſoletur me. Conſidero Ps.141.
a dextris ⁊ videbo: ⁊ nõ ē q agnoſcat me.
Perijt fuga a me ⁊ nõ eſt qui requirat aiam

Ps.30. meã. Facta ſũ ſicut vas perdituz: qm̃ audi-
ui vituperationẽ omniũ circa me habitan-
tium. Ve diei illi in quo me infelix vterus
genuit: ⁊ lux iſta crudelis excepit. Oportue
rat me potiꝰ nõ fuiſſe natã: q̃ ſic i gẽtibꝰ fa-
bula fierẽ. Propter me cõfuſio ⁊ improperi
um factũ ē omnibꝰ famulis domini: ⁊ eũ di
gne colẽtibꝰ. Lugete me mõtes ⁊ colles: lu
gete me fõtes ⁊ flumia: q fletꝰ filia ego ſũ.
Lugete me beſtie ſiluarum: reptilia terre: ⁊
volucres celi: ⁊ omnis anima que vita frue
ris. Nam vos beate fere ⁊ volucres quibuſ
nullus metus de inferis: neq̃ poſt mortem
reddenda eſt ratio: nos manet pena crude-
lis tartari: qui habentes ſenſum delinqui-
mus: ⁊ ideo nõ eſt pax peccatoribꝰ. Meum
ē peccatũ: mea iniquitas. Nõ ſũt ſimilia of
fenſa hominũ: q horribil hec impietas eſt:
carne pollicita ſeruare virginẽ ⁊ caſtitatem
profeſſa publice mentita ſuz domino: ideo
nõ eſt mihi fiducia inuocandi dñm altiſſi-
mũ: quia obſtructũ eſt os delinquentium.
Ps.72. Nam meũ malũ ꝓpheta cecinit: Q qui elõ
gant ſe a deo peribunt: diſperdit omnẽ for
Ps.21. nicantẽ a ſe. Et iterũ: Adheſit anima mea
faucibus meis: ⁊ in puluerem mortis dedu
cta ſum. Verũtamẽ clamabo ad dominum
cum adhuc tempus eſt: dũ datur ſpatiũ: q
in morte nõ eſt memoria: ⁊ in inferno nõ eſt
Ps.37. confeſſio. Domine ne i ira tua arguas me:
neq̃ in furore tuo corripias me. Quoniam
ſagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ nõ eſt ſanitas
in carne mea a vultu ire tue. Nõ eſt pax oſſi
bus meis a facie ire tue: Quoniã iniquita-
tes mee ſuperpoſuerunt caput meum: ſicut
onus graue grauate ſunt ſuꝑ me. Compu-
truerunt ⁊ deteriorauerũt cicatrices mee: a
facie inſipientie mee. Miſerijs afflicta ſum
vſq̃ in finem: rugio a gemitu cordis mei.
Cor meũ cõturbatum eſt intra me: dereliqt
me virtus mea: ⁊ lumẽ oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipſũ
Ps.59. nõ eſt mecũ. Deus repuliſti me ⁊ deſtruxiſti
me: oſtẽdiſti mihi dura: potaſti me vino cõ
punctionis: expulſa ſũ ab oculis tuis: iam
nõ adijciã vt reſpiciam ad templum ſanctũ
tuũ: ⁊ facta ſum i exterminio. Que vtilitas
in ſanguine meo: dum deſcẽdo in corrupti-
onẽ? Nũquid mortuis facies mirabilia: aut
medici ſuſcitabũt? Tuus ſermo eſt tua pro-
Ezech.33. miſſio eſt: Nolo mortez peccatoris ſed con-
uerſionẽ vt poſſit viuere. Ad te deus meus
conuerſio: quia ſolus potes renouare oia:

⁊ ab inferis animas reuocas. Tu ſoluis cõ-
peditos: tu deus eliſos erigis: cecos illumi
nas: mortuos ſuſcitas. Erraui ſicut ouis Ps.118.
perdita: require famulam tuam: ne lupus
crudelis glutiat me. Multi dicunt anime Ps.2.
mee: nõ eſt ſalus illi in deo eiꝰ. Sed tuũ cõ-
ſiliũ tecum eſt. Quot ſũt dies famule tue: Ps.118.
quãdo facies mecũ iudicium? Defecit in ſa-
lutari tuo anima mea: defecerũt in lachry-
mis oculi mei: effuſa eſt i terra gloria mea.
Quãdo reſpiciens reſtitues animã meam?
Propter iniquitatem corripuiſti me: ⁊ tabe Ps.38.
ſcere feciſti ſicut araneã animã meam. Me-
mento domine q puluis ſuz: vide humili-
tatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ remitte omnia pec
cata mea. Remitte mihi vt refrigerer priuſ- Job.9.
quã abeam ⁊ ampliꝰ nõ ero: nec in inferno
erit cõfeſſio. Potens es domine dirumpe-
re vincula mea quibꝰ ligata ſum atq̃ cõſtri
cta: qui raab ſordidã nõ aſpernatus es. Irã
tuã dñe aufer a me: q peccaui tibi crudeli-
ter: donec iuſtifices cauſã meã ⁊ educas me
in lumine deus virtutum. Da penitẽtie ef-
fectũ: confeſſionis perſeuerãtiaz: ne me in-
duret deceptor anime. Hoc mihi donũ: hãc
mihi gratiã de tuo fonte preſtari cupio deꝰ
vt in eternum tibi confitear: Qui viuis et
regnas in trinitate in ſecula ſeculoꝝ: Amẽ.

Finis.

# Sermones ſancti Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis

## Sermonū ſancti Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi: iuxta ordinē tempoꝝ quibus cōgruunt: breuis annotatio.

De grano ſinapis. ſermo. I.
Item de grano ſinapis. II.
De pſalmo vigeſimoprimo. III.
De camelo. IIII
Q̄ ſimile ſit regnū dei fermento. V.
De margarita. VI.
De eo quod ſcriptū eſt: Reddite que dei ſunt deo: ⁊ de militantibus. VII.
De ſabbato quo dn̄s manū aridā curauit. VIII.
De vnitate caritatis. IX
De eo quod ſcriptum eſt: Quis maior eſt in regno celorum. X.
De mirabilibus. XI.
De natali domini. XII.
Item de natali domini. XIII.
Item de natali domini. XIIII
Item de natali domini. XV.
Item de natali domini. XVI.
Increpatio de calendis ianuarijs. XVII.
De ſancta epiphania. XVIII.
Item de ſancta epiphania. XIX.
Item de eodem. XX.
Item de die ſancto epiphanię. XXI.
Poſt epiphaniā. XXII.
De quadrageſima. XXIII.
Item de quadrageſima. XXIIII.
Item de quadrageſima. XXV.
Item de quadrageſima. XXVI.
De ieiunijs. XXVII.
Exhortatio ad plebē: ⁊ de eo qđ ſcriptū eſt in euangelio: Sicut fulgur coruſcans de cęlo: ita erit aduētus filij hoīs: ⁊ de duobꝰ ī lecto vno. XXVIII.
Item de eodem. XXIX.
De elemoſyna. XXX
Item de elemoſyna. XXXI.
De hoſpitalitate in euāgelio. XXXII.
In tēpore ieiunij nō luxuriandū eſſe. XXXIII.
De quadrageſima. XXXIIII.
De ieiunio domini in deſerto: ⁊ quomodo nō in ſolo pane viuit homo. XXXV.
Item de quadrageſima. XXXVI.
Item de quadrageſima. XXXVII.
Itē de ieiunijs ⁊ quadrageſima. XXXVIII.
De ieiunijs ⁊ elemoſynis. XXXIX.
De ieiunijs niniuitarū. XL.
De gratia baptiſmi. XLI.
De hoſtibus carnalibꝰ nō metuēdis: ⁊ poſt cibum gratias deo referri debere. XLII.
Item de eodem. XLIII.
De ſancto latrone. XLIIII.
Itē de eodem ſancto latrone. XLV.
De penitentia petri apoſtoli. XLVI.
De fide petri apoſtoli. XLVII.
De ſepultura domini. XLVIII.
De accuſato dn̄o apud pilatū: ⁊ đ ſuſanna. XLIX
Item de eodem. L.
De iuda ſcarioth. LI.
De die ſancto paſchę. LII.
De innouatione fideliū. LIII.
Itē de innouatione fideliū. LIIII.
De cruce chriſti. LV.
Item de cruce chriſti. LVI.
De ſepulchro dn̄i noſtri ieſu chriſti. LVII.
De Maria magdalene. LVIII.
De eo qđ ſcriptū eſt in actibus apoſtoloꝝ: Et erāt eis omnia cōmunia. LIX.
De auaricia ⁊ annania. LX.
De feſto pentecoſtes: ⁊ de pſ̄. cēteſimonono. LXI
Item de pentecoſte. LXII.
Item de pentecoſte. LXIII.
De natali ſancti Iohānis baptiſtę. LXIIII.
Itē de natali ſancti Iohānis baptiſtę. LXV.
Item de Iohāne baptiſta. LXVI.
De natali ſctōꝝ apłoꝝ Petri ⁊ Pauli. LXVII.
Item de natali ſanctorū apoſtolorū Petri ⁊ Pauli. LXVIII.
Item de natali ſanctorū apoſtolorū Petri ⁊ Pauli. LXIX.
De natali ſancti Euſebij vercellenſ epi. LXX.
Itē de depoſitione ſancti Euſebij. LXXI.
De natali ſcti Laurētij leuitę ⁊ martyris. LXXII.
De natali ſancti Cypriani. LXXIII.
Item de ſancto Cypriano. LXXIIII.
De natali martyrum. LXXV.
In natali ſanctorum Canti: Cantiani ⁊ Cantianillę. LXXVI.
De natali ſanctorū martyrum. LXXVII.
De natali ſanctorū Octauij: Aduenticij ⁊ Solutoris tauricorum. LXXVIII.
De eo qđ propheta ait ad filios iſrael: Caupones veſtri miſcent aquā vino. LXXIX.
De eo quod dicit dn̄s in euangelio: Vulpes foueas habent. LXXX
Increpatio ad plebem: ⁊ de eo qđ ait dn̄s: Qui habet dabitur ei: ⁊ cantauimus vobis: ⁊ non ſaltaſtis. LXXXI.
De eo qđ ſcriptū eſt in euāgelio: Hominis cuiuſdā diuitis vberes fructus ager attulit. LXXXII.
De defectione lunę. LXXXIII.
Increpatio ad ppl̄m de abſentia ſua. LXXXIIII.
Poſt increpationē ꝯſolatio ad ppl̄m. LXXXV.
De barbaris nō timendis. LXXXVI.
Item de eodē. LXXXVII.
De ſancto ꝓpheta Heliſeo. LXXXVIII.
De bellico tumultu. LXXXIX.
De dedicatione baſilicę. XC.



Sancti: deuoti: diſertiſſimiqꝫ eccleſię doctoris Ambroſij Mediolanēſis epiſcopi: Opus ſermonū iuxta tempora ac dies q̄bus conueniunt diſtributoruꝫ: cunctis gregem chriſti docere ⁊ cōmonere cupientibꝰ plurimū vtile: Fęliciter incipit.

### De grano ſinapis.

I

Iuuenter nos p̄dicare ⁊ gratant̄ opus dei facere manifeſtum eſt: Sed cum videmus plures e fratribꝰ pigriꝰ ad eccl̄iam cōuenire: et dominicis p̄cipue diebus minimꝰ celeſtibꝰ intereſſe myſterijs: p̄dicamus inuiti. Nō quo nos pigeat loqui: ſ; q: negligentiores p̄dicatio nr̄a ḡuet potiꝰ q̄ nō emendet: Ideo inuiti loquimur ⁊ tacere nō poſſumꝰ. Prędicatio eni noſtra in plebe aut regnū operat̄ aut pęnā: regnū credulis: pfidis pęnam. Quiſquis eni frater dominicis nō int̄eſt ſacramētl: neceſſario apud deū caſtroꝝ deſertor eſt diuinoꝝ. Nam quomō ſe excuſare pōt qui ſacramētoꝝ die prandiū ſibi domi p̄parās: prandiū cęleſte ꝯtemnit: et ventris curā faciēs: aīę ſuę negligit medicinā: Dicit dn̄s in ſctō euāgelio: ſicut lectio decurſa teſtat̄: Cui ſimile ē regnū dei: ⁊ cui
Luc. 13. ſimile illud exiſtimabo: Simile eſt grano ſinapis qđ acceptū homo miſit in hortū ſuū: ⁊ creuit ⁊ facta eſt arbor: ⁊ volucres cęli quieuerūt in ramis eiꝰ. Mouet fortaſſe ſenſus veſtros: cur regnū dei tam p̄clarū atqꝫ tam magnificū grano ſinapis exiguo cōparet̄: ⁊ ſpei nr̄ę tam grande ſolatiū rei viliſſimę ſil̄e eſſe dicat̄: pręſertim cū alibi idem dn̄s diſcipulis ſuis dicat: Si habueritis fidem ſicut
Matth. 21. granū ſinapis: dicetis huic monti: tollere ⁊ iactare in mare. Igit̄ ſi fides mira eſt q̄ pōt ab ipſis ſedibꝰ montiū fundamēta transferre: neceſſario q̄ et granū ſinapis magnū eſt: ad cuiꝰ ſimilitudineꝫ fidem hr̄e cōpellimur. Magnū aūt dixerim: nō ſpecie ſed v̓tute et fidei qualitate: nō oleri cōparandū ſed vigore acrimonię coęquandū. Nā ſi diligent̄ intendamꝰ: inuenimus recte a dn̄o hanc ſimilitudinem comparatā. Sicut eni granū ſinapis prima fronte ſpecie ſui ē paruū: vile: deſpectum: nō ſaporem p̄ſtans: nō odorem circūferens: nō indicans ſuauitatē: ⁊ vbi teri cęperit ſtatim odoreꝫ ſuū acrimonia exhibet: cibum flāmei ſaporis exhalat: ⁊ tanto feruoris calore ſuccendit̄: vt mirū ſit in taꝫ friuolis granis tantū ignē fuiſſe ꝯcluſum. Cuius etiam ſeminis cibum hoīes hyemis p̄cipue tēpore magna ꝓ ſuauitate pcipiunt: quatenus repellant frigora: humores egerant: viſcerum interna calefaciāt. Sępe etiā ex hoc capiti adhibēt medicinā: vt ſi q̄d inualidū: ſi q̄d ęgrotuꝫ fuerit: ſinapis igne curet̄: Ita ergo ⁊ fides chriſtiana p̄ma fronte videt̄ eſſe parua: vilis ⁊ tenuis: nō potentiā ſuā oſtendens: nō ſupbiam p̄ferens: nō gr̄am ſubminiſtrās: At vbi diuerſis tentationibꝰ teri cęperit: ſtatim vigorē ſuum ꝓdit: acrimoniaꝫ indicat: calorē dn̄icę credulitatis aſpirat: et tāto diuini ignis ardore iactat̄: vt ⁊ ipſa ferueat ⁊ pticipāteꝫ ſibi ardere cōpellat: Sicut
in ſancto euangelio: amaon ⁊ cleophas di- Al'. Amaus
xerūt: duꝫ cū ipſis poſt paſſionē dn̄s loque-
ret̄: Nōne cor nr̄m erat ardēs ī nobis ī via: Luc. 24.
dum aperiret nobis dn̄s Ieſus ſcripturas: Ergo granū ſinapis membroꝝ viſcera calefacit: fidei aūt vigor cordium peccata cōburit. Et illud q̄dem aſperū algorē frigoris remouet: hęc autē delictorū diabolicū frigus expellit. Sinapis iniq̄s hūores decoq̄t corporum: fides aūt libidinū fluenta cōſumit. Et ꝑ illud medicina capiti procurat̄: ꝑ fideꝫ aūt ſpūale caput noſtrū qđ eſt chriſtus dn̄s ſępius refouet̄. Sed ⁊ fidei iuxta cōparationeꝫ ſinapis ſancto odore ꝑfruimur: ſicut ait
beatus aplus: Quoniā chriſti bonus odor 2. Cor. 2.
ſumus deo. Igit̄ ſanctū martyrem Laurentium grano ſinapis poſſumꝰ comparare: q̄ diuerſis attritꝰ paſſionibꝰ ꝑ totū orbem gr̄am meruit ſui fragrare martyrij: q̄ antea ꝯſtitutus ī corpe erat hūilis: ignotꝰ ⁊ vilis: poſtea q̄ꝫ vexatus: laceratꝰ: exuſtus eſt: vniuerſis ꝑ totū mundū eccleſijs odorē ſuę nobilitatis infudit. Recte igit̄ huic compatio copulat̄. Siq̄dem granū ſinapis cū terit̄ accenditur: Laurētius cū patit̄ inflāmat̄. Illud feruorem attritionis ſuę euomit: h̄ ignē plurima vexatiōe ſuſpirat. Sinapis: inquā: vaſculo calido vapore decoquit̄: laurentiꝰ in craticula flammaꝝ igne torretur. Ardebat itaqꝫ extrinſecus beatꝰ martyr tyranni ſęuientl incendijs: ſ; maior illū intrinſecus chriſti amoris flāma torquebat. Et q̄uis rex improbꝰ

ligna ſubijceret: incēdia maiora ſupponeret:
tñ ſanctus laurenti⁹ has flāmas fidei calore
nō ſentit: ⁊ dum chriſti ꝓcepta cogitat: frigi
dum eſt illi omne qđ patit̃. Nec enī pōt vi/
ſceribus igniū tormēta ſentire q̄ ſenſib⁹ pa/
radiſi refrigeria poſſidebat. Iacet licꝫ ante
pedes tyrāni exuſta caro: corpus exanime:
nihil tñ detrimēti patit̃ in terris cui⁹ anim⁹
demorat̃ in celis. Extendit̃ ꝗ ſuꝑ flammarū
ignitos globos: ⁊ ſepius vexat̃ in latera: ſ
quanto plus penarū patit̃: tanto amplius
chriſtum dn̄m ꝑtimeſcit: nouo admiratiōis
genere alius illū torquet: ⁊ alij ſeuiētis tor/
menta ꝓficiunt: deuotiorē laurentiū ſalua/
tori ſupplicia attrociora fecerunt.

## Item de grano ſinapis. ij

**ſ Uperiore dominica**
parabolam dn̄i differentes in qua
ait: Cui ſiſe ē regnū celorū: ⁊ cui ſiſe Luc.13.
illud exiſtimabo? Simile ē grano ſinapis: ⁊
cetera: Multa ꝑſtrinximuſ: quib⁹ ꝓbarem⁹
regnū dei grano ſinapis nō immerito cōpa
rari: ⁊ inſtantiā in ſola eſſe exiſtimatiōe ver/
borum nō in collatione virtutū. Siqdem fi/
des chriſtiana que regnū eſt: eundē vigorꝫ
obtineat quē ſinapis natura deꝑmit. Nā
ſicut cū ſinapis ſuccū ſumim⁹: vultu contri/
ſtamur: fronte ꝯtrahimur: ad lachrymas ꝓ/
mouemur: ⁊ ipſam ſalubritatē corporis nr̄i
cū quodaꝫ fletu auſteritat̃ accipim⁹. Illinc
enim nos amaritudo exaſperat: acrimonia
penetrat: hinc calor ignei ſaporis accendit:
⁊ toto ꝑturbati corpore tūc mag̃ ſani effici/
mur: cū ampli⁹ deploram⁹: Ita ꝗ et cū fidei
chriſtiane mādata ꝑcipim⁹: ꝯtriſtamur aīo:
affligimur corpe: ad lachrymas promoue/
mur: ⁊ ipſam noſtrā ſalutem cū quodā fletu
ac merore ꝯſequimur. Inde enī ieiunia nos
exaſperant: illinc peccatoꝝ ꝯſcientia mace/
rat: hinc patrimonij iactura ꝯturbat: ⁊ toto
ꝯtriſtati habitu magis ſalutem ꝯſequimur
ſi amplius defleam⁹: ſcđm qđ ait dn̄s: Uos
Matth.16. plorabitis ⁊ plangeẗ: ſeculū aūt gaudebit.
Sicut aūt cum ſinapi caput forte curanduꝫ
ē: iubemur abraſos capillos demere: vt nu/
do corpori ꝑfectius medicina ꝓueniat: ita ⁊
cū anima ꝑ fidem curāda eſt ꝓcipimur ſub/
ſtantiā a nobis ſeculi auferre: impedimēta
auri argentiq́ꝫ deponere: vt nude ⁊ ſoli ani/
me congruenti⁹ ſpūalis medicina ꝓueniat.
Quiſquis enī rebus mundi ⁊ diuitijs ſeculi
obuolutus eſt: huic fidei medicina nō ꝓde/
rit. Ergo qđ ſuccus ſinapis ī corpore: hoc fi/
des chriſtiana operat̃ in aīa. Sed qm̄ in ea/
dem dn̄ica ſnīa ſcriptū eſt: Qđ acceptū ho/ Luc.13.
mo miſit in hortū ſuum: ⁊ creuit ⁊ facta ē ar/
bor: ⁊ volucres requieuerūt ī ramis ei⁹: Di/
ligenti⁹ requiram⁹ quis iſte ſit cui hec cūcta
ꝯueniant. Diximus ſuperi⁹ ſanct̃ martyri/
bus: qui a diuerſis attriti ſunt paſſionibus
naturā ſinapis poſſe cōgruere. Sed quoniā
dicit ſcriptura: Et excreuit: ⁊ facta ē arbor: ⁊ Ibidem.
volucres requieuerūt in ramis ei⁹: arbitror
hoc ipſi chriſto dn̄o recti⁹ cōparari: qui na/
ſcendo in holem humiliatus vt granuꝫ eſt:
aſcendendo ad celū exaltatus vt arbor eſt.
Granū plane chriſt⁹ eſt dum patit̃: arbor eſt
cum reſurgit. Granum inquā eſt: cū famem
eſuriens ſuſtinet. Arbor eſt: cum quinq́ꝫ pa/
nibus ſaturat quinq́ꝫ milia viroꝝ. Ibi ſteri/
litatem humana ꝯditione patit̃: hic ſatieta/
tem ꝓpria diuinitate largit̃. Granū aūt di/
xerim dn̄m cum cedit̃: ꝯtemnit̃: increpatur:
arborem aūt cum cecos illumiat: mortuos
reſuſcitat: peccata cōdonat. Qꝫ autem gra/
num ſit: ipſe dicens in euangelio ait: Niſi Joh.12.
granū tritici cadens in terrā mortuū fuerit:
ipſuꝫ ſolū manet. Hui⁹ igit̃ grani: hꝫ eſt: dn̄i
ſaluatoꝝ velut ſinapis acrimoniā atq́ꝫ ama
ritudinem iudei minime ſuſtinētes cōtem/
pſerunt ſuccū celeſt̃ diſcipline accipere: di/
centes illuminato illi ceco: Tu ſis diſcipul⁹ Ibidē.9.
eius: nos aūt moyſi diſcipuli ſumus. Ipſi⁹
quoq́ꝫ moyſi mandata penit⁹ ignorātes qui
ꝓcipit illis ſpecialiter hāc amaritudinem co
medendā: cum paſche illis celebrāde ſacra/
menta diſponeret: ait: Manducabit̃ illud Exo.12.
cū amaritudine: paſcha enī dn̄i eſt. Nō eniꝫ
ſicut illi putant: iuſſit herbarū vilium acer/
rimos ſuccos cū aſſis agni carnibus mādu/
cari: ſed mandatoꝝ chriſti vtilit̃ amaros ſer
mones ꝓcepit cuꝫ ipſo ſacramēto paſſionis
dn̄ice deuorari. Nōne enī amari vident̃ ſer/
mones dn̄i: cum dicit: Si vis ꝑfect⁹ eſſe: re/ Matth.19.
linque omnia tua: ⁊ veni ſequere me: Et cū
dicit nō habēdas duas tunicas: neq́ꝫ perā: Matth.10.
neq́ꝫ calciamenta: amaritudo iſta ſermonū
medicina eſt animarum? Qꝫ aūt ait euāge/
lium: Qđ acceptū hō miſit in hortū ſuum: Luc.13.
Quē eſſe hoieꝫ hūc putam⁹: q̄ acceptū ḡnū
velut ſinapis granū in ſuo horto ſemiauit?
Ego illum eſſe arbitror: de quo euangeliſta
refert: Ecce autē ioſeph qui erat decurio ab Ibidē.23



arimatthia acceſſit ad pilatuꝫ: petēs vt de/
poſitum corpus dn̄i ſepeliret: qđ acceptum
tradidit ſepulture: que in horto fuerat ꝓpa/
Luc.13. rata: atq́ꝫ ideo ait ſcriptura: Qđ acceptum
homo miſit in hortum ſuum. Ergo ioſeph
hortus floſculorum erat diuerſis odoribus
plenus. Sed nec dum in eo tale germen in/
ſeuerat. Fragrabat q̄dem ſpecialis aīe eius
hortus varia ſuauitate virtutū: ſed nec duꝫ
chriſtum cū aromatib⁹ in cordis ſui ſecreto
poſuerat. Ita dum ſaluatoreꝫ in hortuli ſui
monumēto ſepelit: magis illū in anime ſue
intimis collocauit. Ramos aūt huius arbo
ris requiram⁹. Inuenies qꝛ ramus ē petr⁹:
ramus eſt paulus: rami ſunt omnes apl̄i vl̄
martyres: ad quos ſiquis ſe fortiter tenere
voluerit: fluctibus ſeculi minime ſubmerge
tur: q̄npotius ſub vmbra illorū latitans: ge
henne nō patiet̃ ardorem ſecurus a diaboli
ce tempeſtatis ꝓcella.

## De pſalmo vigeſimoprimo. iij

**p Salmi qui lectus ē**
ſeriem decurſuri: diligenter prius
debemus intendere q̄d in ſupſcri/
ptione cōtineat: vt cognita eius origine in/
telligentiam ipſi⁹ facilius ꝯſequamur: ⁊ ma
nifeſtato capite poſſint recti⁹ membra diſtri
bui. Scribitur enī ita: In fine ꝓ ſuſceptiōe
matutina pſalm⁹ ipſi dauid. Niſi fallor: ſu/
ſceptio matutina ſolis ortum ſemꝑ anteue/
nit: ⁊ prius q̄ꝫ orbem radiorū clarus ſplēdor
illuminet: matutinū noctiuꝫ tenebris termi
num ponit: ac reſoluta ſenſim caliginuꝫ ce/
citate: rebus cunct̃ facies quedam ac lumē
infundit̃. Et cum veluti ſub vna materia te
nebraruꝫ mūdus in ꝯfuſione iacuerit: inter/
uenīete matutino: diuiſa ſpecierū varietate
diſtinguit̃: hoc eſt: cum omnia ceca fuerint:
oculi omniū reparāt̃. Nox enī quodāmodo
aufert oculos mundo: aurora reſtituit: atq́ꝫ
ita ante matutina ſuſceptione ꝑfruimur: vt
glorioſius poſtmodū ſolis ſplendorē patia/
mur. Sed quoniā ſicut dicit apl̄us: Lex ſpi/
ritualis eſt: ⁊ ſpūalia cōparanda ſunt: Solē
hic iuſticie arbitror deſignari: hoc ē: chriſtū
dn̄m qui nobis ignorantie tenebris ⁊ pecca
toruꝫ cecitate ſubmerſis celeſt̃ doctrine ſue
lumē infudit: ⁊ quos nō habebam⁹ oculos
cordis inſeruit: ⁊ velut radios quoſdā apo/
ſtolos ſuos miſit: qui nos de morte teterri/
ma delinquētes liberarēt: ⁊ paulatim reſo/
lutis in nobis tenebris peccatoꝝ matutina
ſuſceptione cōueſtirent: vt ꝑfecti facili⁹ poſ/
ſimus tolerare ſolis ardoreꝫ. Hoc eſt: ꝑmuꝫ
nos ꝓceptis facilioribus erudirent quo capa/
ciores efficerēt celeſtium ſecretorū. Hui⁹ ita
q́ꝫ ſolis iuſticie matutino peccatoruꝫ caligo
tota perimit̃: Sicut ipſe ꝓpheta ait ex ꝑſo/
na dn̄i: In matutinis interficiebā oēs pec/ Ps.100.
catores terre: Hoc eſt: oriente in nobis ſole
iuſticie qui habitaculū dn̄i ſumus: oīs cogi/
tatio iniqua ſubuertit̃. Cuius ſolis etiā bea
tus ſalomon meminit ex ꝑſona reputantiū
ſibi ac dicentiū peccatorē: Sol nō ortus eſt Sap.5.
nobis: ⁊ iuſticie lumen nō luxit nobis. Hāc
quoq́ꝫ matutinā ſuſceptionē ī euāgelio ſan/
cto poſſum⁹ aſcribere marie magdalene: q̄
mature ac diluculo ad monumentū vigilās
ſaluatoꝝ reſurrectōeꝫ dn̄i ꝑma ſuſcepit. Et
clareſcente mūdi ſole: ſolis iuſticie ortum ꝓ
omnib⁹ ſola cognouit: ac ſuſceptione q̄dem
matutina gauiſa eſt diē redditū: ſed magis
gauiſa chriſtum a mortuis ſuſcitatū: atq́ꝫ in
ipſa completa ē ꝓphetia: Ad veſpeꝝ demo Ps.29.
rabit̃ flet⁹: ⁊ ad matutinū leticia. Tot⁹ autē
hic pſalmus digeſtus eſt ex ꝑſona dn̄i ſalua
toris. Quippe cum plura de eo in nouo ſint
poſita teſtamēto: dicit itaq́ꝫ: Deus de⁹ me⁹ Ps.21.
reſpice ī me: ⁊ reliqua. Quare aſſumpti ho/
minis agit cauſam: ⁊ interrogare quodam/
modo videt̃ dicens: De⁹ omniū qui es om/
nium de⁹ me⁹: cur me dereliquiſti: nihil enī
ꝯſcius ſū. Scđm ꝓphetā enī: neſciebat pec Esa.53.
catum: nec erat dolus in ore eius. Hec autē
dicit: vt manifeſtaret ꝓpter nos ſe eſſe dere
lictum: quorū peccata portabat: ac vidētes
diſceremus ꝓ ipſo ſancto ⁊ iuſto mori: cum
ꝓ peccatorib⁹ ille moreret̃. Deniq́ꝫ hac voce
in paſſione vſus eſt: ſicut ī euāgelio legim⁹:
Eli eli lamazabathani: hoc eſt: Deus deus Ps.21.
meus quare me dereliquiſti? Hac inquā vo
ce vſus eſt: qđ ꝓphetia annūciauerat: vt rei
exitus approbaret. Et quoniā ſequentia pe
ne manifeſtata ſunt: illum inſpiciam⁹ verſi/
culum in quo ait: Ego aūt ſum vermis ⁊ nō Ibidem.
homo: Cur toti⁹ dn̄s creature vermiculo ſe
voluerit cōputari: Poſſum⁹ hoc quidē hu/
militati primit⁹ aſſignare: que ſanctorū vir/
tus eſt maxima: ſicut ſanctus moyſes ante
deuꝫ animal ſe irrationabile ꝓfitet̃: Dauid
pulicem ſe ſepe cōmemorat. Sed mag̃ illđ
accipiendum puto: quoniā vermis nulla ex
trinſecus admixtiōe alieni corporis: ſed de

ſola ⁊ pura terra ꝓcreaꝝ: Ideo illum cõpa-
ratum dño: quoniã ⁊ ipſe ſaluatoꝛ de ſola ⁊
Exo.16. pura maria generaꝝ. Legimꝰ etiam in libꝛis
moyſi de manna vermiculos ꝓcreatos. Di
gna plane ⁊ iuſta cõparatio. Siquidem de
manna vermiculus gigniꝝ: ⁊ dominꝰ chriſtꝰ
de virgine ꝓcreaꝝ. Quinpotiꝰ ipſam mariã
manna dixerim: qꝛ eſt ſubtilis ⁊ ſplendida:
ſuauis ⁊ virgo: que velut celitꝰ veniẽs cun-
ctis eccleſiaꝝ populis cibum dulcioꝛẽ melle
defluxit: quem q̇ edere aut manducare ne-
glexerit: vitam in ſemetipſo habere nõ po-
Job.6. terit. Sicut ipſe dominꝰ ait: Niſi quis man
ducauerit meam carnẽ: ⁊ biberit meum ſan-
guinem: nõ habebit vitaꝫ in ſemetipſo: ſed
potius ipſe cibus in iudicium conuerteꝝ: ſicͭ
1.Corꝫ.11. apſus dicit: Qui mãducat ⁊ bibit indigne:
iudicium ſibi manducat: filijs iſrael ſubtiliꝝ
ꝓphetatũ eſt in veteri teſtamẽto. Manna
enim illis contra diuina p̄cepta tractantibꝰ
vermes effecti ſũt: id eſt ꝯtumacie vltores ⁊
iudices: Que ſimilitudo chriſtũ indicat do-
minũ: quem qui ſuauẽ cibuꝫ ⁊ dulcem potũ
haurire neglexerit: iudiceꝫ patieꝝ: ſicut ipſe
Job.5. ait: Neqꝫ eni ipſe pater iudicat quenq̄ꝫ: ſed
omne iudicium dedit filio. Naꝫ qꝺ idem ſit
vermis ⁊ iudex: alibi ꝓpheta teſtaꝝ de pec-
Eſa.66. catoꝛibus dicens. Uermis eoꝛũ nõ moꝛieꝝ:
⁊ ignis coꝛum nõ extingueꝝ vſqꝫ in hodier-
Pſ.21. num dieꝫ. Q autẽ ait: Diuiſerunt ſibi veſti
menta mea: ⁊ ſup veſtimentũ meũ miſerũt
ſoꝛtem: Hoc factum in euãgelio reperimuſ:
ꝙ milites quattuoꝛ qui crucifixerũt ſaluato
rem: i quattuoꝛ ptes eius ſibi diuiſerũt ve-
ſtimenta. Ueſtimentũ vero eius qꝺ aſſutũ
nõ erat ſed erat de ſupioꝛi contextum: ſoꝛte
pceperunt. Que igiꝝ iſta veſtimenta ſint vi-
deamus: qui milites: quodue etiã veſtimẽ-
tum. Ueſtimenta eſſe puto ꝓphetias vnũ
canentes: ⁊ vnum p omnia nũciantes. Ad-
uerſarij ſaluatoꝛis: hoc eſt: puerſi heretici: q̇
quotidie in illo tanq̄ꝫ milites manꝰ impias
iniecerunt: hoc eſt: ꝓ ſua diuidũt ſibi volun
tate: ⁊ vnum coꝛpoꝛis veſtimentum p varia
membꝛa diſtribuũt: atqꝫ ſpoliãtes dñm ſua
falſa dogmata veſtierunt. Ueſtimentũ aũt
eius qꝺ nõ erat conſutum: ſapientiam eius
celeſtem poſſumus approbare: quia ait: ſed
erat de ſupioꝛi contetum. Noſtra eni ſapi-
entia: hoc eſt: humana conſuiꝝ. Aſſuiꝝ enim
cum liberos damꝰ ad ſtudia grãmaticꝫ: tra-
dimus philoſophis: erudimꝰ: vt ſapiẽtia in

illis que nõ erat acquiraꝝ. Domini aũt ſapi
entia nõ aſſuta eſt: nõ queſita. Nõ eniꝫ didi
cit a magiſtro: ſicut ipſi iudei dicunt: Quõ Job.7.
hic litteras nouit: cum nõ didicerit? Et ipſe
dicat: Mea aũt doctrina nõ eſt de hͦ mũdo: Ibidem
ſed eius qui me miſit: hoc eſt qꝺ ait: de ſupe
rioꝛi ꝯtextum: quo veſtitu vel quibꝰ omnibꝰ
veſtimentis eccl̃ia catholica ſemp amicta ẽ:
ſicut ꝓpheta ait: Aſtitit regina a dextrꝭ tuis Pſ.44.
in veſtitu deaurato.

## De camelo iiij

# Dicit in euãgelio do

minus Jeſus chriſtus: Amen di- Matth.19.
co vobis: Facilius eſt eni tranſire
camelum p foꝛamen acus q̄ꝫ diuitem intra-
re in regnum celoꝝ. Que ſentẽtia vereoꝛ ne
foꝛte vobis cõueniat qui diuitias ſeculi hu-
ius aut habetis: aut queritis. Sicut eni ca-
meli animal qꝺ eſt toꝛtuoſum atqꝫ defoꝛme
puerſitas ipſa coꝛpoꝛis p anguſtiſſimã acus
cauernam p̄terire non patitur: ita ⁊ diuites
oneratos auaricia ⁊ cupiditate fedatos: ip-
ſa vite defoꝛmitas p artam viaꝫ regni mini
me introire pmittit. Ait eni idẽ dñs: Arta ⁊ Matth.7.
anguſta via ẽ q̄ ducit ad vitã. Igiꝝ in came
lo difficultatẽ queſtꝰ preſtat habitudo mẽ-
bꝛoꝛum: In diuite aũt impedimentum ma-
gnitudo efficit peccatoꝛũ. Gibbus eni qui-
dam eſt anime: turpe q̇d vel cogitare vel fa
cere: ac mentis quedã toꝛtuoſa defoꝛmitas
immũdis rebus ſemp intendere: ⁊ ab eccle-
ſie ſancto limine curis ſecularibus auocari.
Unde mihi videꝝ hanc defoꝛmitatẽ coꝛpo-
ris ꝓpheta ſpũaliter elocutꝰ: feditatem mo
rum potiꝰ indicaſſe: cum dicit: Non gloꝛieꝝ
gibberoſus ſicut rectꝰ: Quaſi ſi diceret: Nõ
gloꝛieꝝ peccatoꝛ vitioꝛũ ſuoꝛũ prauitate di-
ſtoꝛtus: ſicut gloꝛiaꝝ iuſtus cõſcientie bone
ſimplicitate directus. Quis enim o pecca-
toꝛ ꝓceritate coꝛpoꝛis gaudeaſ: q̄uis ſcapu-
larũ tuarũ equalitate leteris: anima tñ tua
moꝛũ prauitate defoꝛmis eſt. Recte ergo ca
melo cõparatus eſt diues. Siquidẽ illum a
tranſitu acus coꝛpoꝛis craſſitudo reuocat:
hunc ab ingreſſu eccl̃ie patrimonij ſollicitu-
do detentat. Et ſicut illum paruũ foꝛamen
nõ capit oneratum mole membꝛoꝛum: ita ⁊
hunc introitus ſanctꝰ non ſuſcipit grauatũ
cumulo delictoꝛũ. Uterqꝫ habent ꝓpꝛiam
ſarcinam ſuam: ille oneratꝰ eſt carnibuſ: iſte
peccatꝭ: ⁊ ſicut ille inhabilis ẽ anguſtiſſime



acus cauerne: ita ⁊ hic incõueniens eſt bea-
tiſſimo dei regno: Niſi ꝙ camelum coꝛpoꝛe
incõpoſitum natura: hunc autẽ prauum vo
luntas efficit. Hec auteꝫ dico frates de his
qui feſtiuiſſimaꝫ diem ſancte epiphanie ne
in eccleſia ꝓcurarent: patrimonioꝛũ ſuoꝛuꝫ
compedibꝰ ſunt detenti: ⁊ terreno quodam
obligati ſunt vinculo: vt venire eis ad do-
mum dñi non liceret. Non ꝙ eos quippiam
detinet: ſed ꝙ ita pꝛopꝛijs ſint actibꝰ impli-
cati: vt iam arbitrium viuendi ſue poteſta-
tis amiſerint: ⁊ dum ſollicitudineꝫ patrimo
nijs exhibeꝝ: animarũ medicinam penitus
non req̇rũt. Quid mihi o diues difficultatẽ
tempoꝛis obijcis? Quid neceſſitatẽ ingeris
repentinaꝫ? Si coꝛ habeſ: intellige qꝛ omni
neceſſitate maioꝛ neceſſitas ẽ ſalutis: ⁊ vti-
lioꝛ eſt cauſa pꝛius curare vitam: tũc peculij
damna ſarcire: ne dum augmentum patri-
monij querimus: ſentiamus anime detri-
mentum. Sed foꝛte iudiceꝫ metuis: quẽ in
ſecretario reliq̇ſti. Mihi crede ꝙ magꝭ deuꝫ
iudicẽ metuere debebis qui de ipſo tuo iu-
dice iudicabit. Illum ergo metuis qui mox
accipiet ſucceſſoꝛem: dominuꝫ non metuis
cui nemo aliquãdo ſuccedit? Cõſidera itaqꝫ
iudicij iminentẽ diem ⁊ inextinguibiles ge-
henne flãmas: ſtridoꝛẽ hoꝛrendum dentiũ:
tenebꝛarũ vltimuꝫ cruciatũ. Et ſi potes: re-
licta eccleſia ſecularibꝰ ſollicitudinibꝰ impli
care. Uereoꝛ eniꝫ ne dũ mũdi diuitias que-
ritis: inueniatis potius diuitias peccatoꝝ:
⁊ reptis theſauris ſeculi: celeſtes theſauros
amittatis.

## Quod ſimile ſit regnum dei ſfer-mento. v

# Et ipſi ſcitis fratres

ꝙ ex qua die vobiſcum eſſe cepi:
nõ ceſſaui omnibꝰ vos dominicis
admonere mandatis: ⁊ partim hoꝛtando:
partim increpando p̄cepta vobis ingerere:
ita vt pleriſqꝫ pius pater fuerim: nonnullis
autẽ durus magiſter extiterim. Patrẽ eniꝫ
me ſibi gratulatꝰ eſt quiſquis ſermonẽ meũ
libenter amplexus eſt: Durũ autẽ magiſtrũ
ſenſit qui cõſcientiam ſuaꝫ p̄dicatione mea
percuſſam eſſe cõdoluit. Sed nihil mea int-
eſt dũmodo ſiue pietate ſiue cenſura chriſtꝰ
annũcietur in vobis: q̄uis ⁊ ipſa cenſura ſit
pietas: que ideo circa negligentioꝛes filios
adhibeꝝ: vt timoꝛe diſcant qꝺ amoꝛe negle-
xerant. Nõ ꝙ omnes filios nõ equaliter di-
ligat pater: ſed ꝙ indulgentia patris ſit pꝛo
diuerſitate moꝛum exhibere pietatis affe-
ctum: vt blandum filiũ exhoꝛtatione ꝓuo-
cet: contumacẽ vero auſteritate conueniat.
De vtriuſqꝫ tamẽ coꝛrectione ſecurus: quo-
niam hunc amoꝛe verberat: illuꝫ ſeueritate
caſtigat: Sicut ait beaꝰ apoſtolus: Omnis Heb.12.
quideꝫ diſciplina in p̄ſenti non videtur eſſe
gaudij ſed meroꝛis: poſtea vero fructuꝫ pa-
cificum exercitatis per eam reddet iuſticie.
Igitur quoniaꝫ tot tractatibus meis pꝛofe
ciſſe vos credo: libet quedaꝫ vobis diuina-
rum diſſerere litterarũ: vt intelligam quod
id qꝺ dixerim: fidei viuacitate capiatꝭ. Ait
dominꝰ in ſancto euãgelio: Cui ſimile exiſti Luc.13.
mabo regnuꝫ dei? Simile eſt fermẽto quod
acceptuꝫ mulier abſcondit in farina: donec
fermentatũ eſt totũ. Fermenti vim atqꝫ vir
tutem omnibus notuꝫ eſſe nõ dubium eſt.
Nam cũ ſit magnitudine paruũ: ſpecie ſim-
plex: natura cõmune: tantã foꝛtitudineꝫ in-
trinſecus gerit: vt cum reconditꝰ fuerit in
farina: ſuccus hoc totam maſſaꝫ faciat eſſe
qꝺ ipſe eſt: ⁊ ita ſemp vniuerſum cumulum
aſperſionis ſue vigoꝛe diffundit: vt omneꝫ
ipſam magnitudineꝫ pollinis faciat fermẽ-
tum: ac ſic res ipſa foꝛtitudie ſua moleꝫ ſibi
ꝓpꝛij vigoꝛis acquirit. Hoc aũt faciunt mu
lieres: vt viris ſuis ſalubꝛioꝛem paneꝫ et ci-
bum vtilẽ diligenꝝ exhibeant. Sed quoniã
lex ſpiritualis eſt: ⁊ euangeliũ ſpecialiter pa
rabolarũ ratione ſubſiſtit: videamus quid
ſit fermentum: que mulier: quid farina. Le-
gimus in ſancto euãgelio: dicente domino
chriſto de ſeipſo: Niſi granuꝫ tritici cadens Job.12.
in terraꝫ moꝛtuũ fuerit: ipſuꝫ ſolũ manet: ſi
autẽ moꝛtuuꝫ fuerit: multuꝫ fructũ afferet.
Ergo ſi triticũ dominꝰ: ⁊ dominꝰ eſt fermen
tum: quia fermentuꝫ nõ niſi de tritico fieri
ſolet: Recte ergo fermẽto dominꝰ cõparaꝝ
qui cũ eſſet ſpecie homo: humilitate paruꝰ:
imbecillitate deiectus: tanta intrinſecus ſa
pientie virtute pollebat: vt doctrinaꝫ ipſiꝰ
mundus ipſe vix caperet: qui cuꝫ ſe cepit p
totuꝫ oꝛbem diuinitatis vigoꝛe diffundere:
ſtatim omne hominũ genus in ſubſtantiaꝫ
ſuam ſui poteſtate ꝓtraxit: vt ⁊ iugum ſpi-
ritus ſui ſancti infunderet omnibuſ: hoc eſt
chriſtianos cũctos faceret eſſe qꝺ chriſtꝰ eſt.
Nam ꝙ homo dominus ieſus vnus ⁊ ſolus

eſſet in mundo: tanq̃ fermentū in maſſa reconditum: vniuerſos homines preſtitit eſſe qđ ipſe eſt. Quiſquis igiť illi fermēto chriſti adheſerit: efficitur et ipſe fermentuꝫ tam ſibi vtilis q̃ idoneus vniuerſis: ⁊ de ſua certus ſalute ⁊ de aliorū acquiſitione ſecurus. Sicut igitur fermentū cum in cumuluꝫ conſpergendum eſt farinaruꝫ: confringitur: cōminuitur: diſſipať: ⁊ ipſum omne diſſoluiť: vt diſperſam illam farinę multitudinem in vnum vigoreꝫ conſtringat atqꝫ in ſolidum corpus redigat: qđ in pulueris moduꝫ ipſa diminutione languebat: faciatqꝫ ꝯiunctione ſui vtilē maſſaꝫ: qđ propria diſſolutione videbatur inutile. Sic ergo ⁊ dominꝰ ieſus chriſtus cum eſſet totius mūdi fermentum: diuerſis paſſionibꝰ cōfractus: laceratus et diſſolutus eſt: ⁊ ſuccus eius ꝓ ſalute noſtra qui eſt precioſus ſanguis: effuſus eſt: vt admixtione ſui omne genus humanuꝫ ſolidaret qđ per diuerſa antra reſolutum iacebat. Sic eniꝫ velut fermentuꝫ quoddā nos qui farina ex gentibus videbamur eſſe: adheſimus. Nos inquaꝫ qui per totū orbē diſperſi ⁊ diminuti penitus iacebamꝰ: vigore paſſionis chriſti in ipſius corpus redacti ſumꝰ: Eph. 5. Sicut beatus apoſtolus ait: Quoniā ſumꝰ corpꝰ chriſti ⁊ mēbra. Nos igitur qui ex nationibus in pulueris moduꝫ e terrę facie iactabamur: aſperſione ſanguinis domini in maſſaꝫ ſoliditatis eiꝰ aggregamur. Mulier autē quę diciť abſcondere in farina fermentum: quę ē niſi ſancta eccleſia: quę quotidie doctrinam chriſti in cordibꝰ noſtris conatur abſcondere? Ipſa inquaꝫ eſt mulier quę in alio loco etiaꝫ molere diciť: ſicut ait domiMatth. 24. nus: Erunt duę molentes: vna aſſumeť: et vna relinquetur. Molit eni ſancta eccleſia per legeꝫ: per apoſtolos: per ꝓphetas: cum cathecuminos facit: ⁊ aſperitateꝫ gentilitatis diſſipat atqꝫ cōminuit: vt emolitos eos in farinę modū aptos faciat fermēto dominici ſanguinis adherere. Fermentum enim dixerim: totaꝫ domini paſſionē. Fermētuꝫ enim: ſalutis noſtrę eſt ſymbolum: ſine quo fermento vel ſymbolo: nemo pōt vitę ęternę ſubſtantiā ꝓmereri. Et quia duas euangelium deſcribit molentes: atqꝫ vnam eccleſiam diximꝰ ſalubriter molere: alterā quam niſi ſynagogā accipere debemꝰ? Molit eni ⁊ ipſa per moyſen ⁊ ꝓphetas: ſed inutiliter molit: Sicut dicit apoſtolꝰ de iudęis: Emulationem dei habent: sed nō ſm ſcientiam. Ro. 10. Inutiliť inquā molit ſynagoga: qr maſſam ſuam chriſti doctrina nō tēperat. Atqꝫ ideo euitandum pręcepit ſynagogę dominꝰ eſſe fermentuꝫ dicens: Cauete vos a fermento Matth. 16. phariſęorū. Temperatum eſt eniꝫ ſanguinibus ⁊ crudelitatibꝰ iudęorum dicentium de domino: Sanguis eiꝰ ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Matth. 27. Unde ait euangelium: Erunt duę molentes: vna aſſumetur: ⁊ vna relinquetur. Aſſumetur eni in requiem ęternam ſancta eccleſia quę domino cibum ſanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta ſynagoga gyrum ſemper paſſura ſuę perfidię.

## De margarita. vi

Satis ad correctionem veſtram arbitror poſſe ſufficere fratres dilecti: ꝙ anteriore dominica ꝓfecturꝰ nulla vobis ſacraruꝫ litteraꝝ ſpiritualia dona largitus ſum: ſed tm̄ vos increpans ⁊ arguens ꝓ peccato: ſine aliqua prędicationis cōſolatione dimiſerim. Uolui enim vos hoc ipſuꝫ intelligere q̃ grauiter peccaueritis ꝙ diuina eloquia audire minime meruiſtis. Hęc eniꝫ ſacerdotuꝫ vehemens ⁊ copioſa vindicta eſt: indignis quibuſqꝫ litterarū cęleſtiuꝫ ſacramēta nō credere: nec ſicut ait dominꝰ: dare Matth. 7. ſanctum canibus neqꝫ margaritas ꝓijcere porcorū pedibus inculcandas. Perdit eniꝫ cęleſtis margaritę gratiaꝫ quiſquis eam fędiſſimo peccatori circūdare conatur. Gemma eni: ſicut ipſi ſcitis: niſi auro nō ꝯuenit: margarita niſi p̄cioſis monilibꝰ non aptať. Eſtote ergo aurum optimum: eſtote monile precioſum: vt poſſit in vobis margarita ſpiritualis includi. Margarita eni chriſtus eſt dominꝰ: quā negociator ille diues ī euāIbidem. 13. gelio venditis omnibꝰ rebus ſuis emere feſtinauit: ⁊ maluit omnes quas habebat ſęculi gēmas amittere: tantū vt vnam chriſti emeret margaritaꝫ. Unde⁊ ego fratres pro magnitudine qđ admiſeratis delicti: nolui vobis pādere euāgelicę refectiōis eloquia: ſed magis ingerere animoſę indignationis iniuriam: ⁊ prius vos verberibus ſpiritualibus emendare: ac ſic margaritę ditare muneribꝰ. Malui inquaꝫ peccatū veſtrum incuſando acriter increpare q̃ leniter diſſimulando nutrire. Quiſquis eni fratrem nō arguit peccantē: quodāmodo hortatur vt peccet. Nolo aūt putetis ꝙ nō de amore faciaꝫ vos ſępius verberando. Filius eniꝫ qui caſtigatiōe dignus eſt: plus amatur: ſicut ait Prouer. 3. ſcriptura ſancta: Queꝫ eni diligit dominꝰ: corripit: caſtigat autē omneꝫ filium quē recipit. Dicite mihi ſi nō dolenduꝫ fuerit hoc peccatū: ſic vos ſalutis imemores tūc fuiſſe vt beatiſſimis apoſtolis petro ⁊ paulo honorificentiaꝫ minime reddideritis: cū ipſos eſſe ſciatis doctores gentiuꝫ: auctores martyrum: principes ſacerdotuꝫ: nec voluerītis eorū nataleꝫ nobiſcum feſtiuiſſimū celebrare: atqꝫ illi cęleſti intereſſe cōuiuio: in quo ꝓ martyrū tanta lęticia ſubſtantiaꝫ vitę ipſe nobis domniꝰ miniſtrauit? Uultis autem ſcire quātl bonis fraudati fueritl: Introgate fratres q̄ tunc mecū pariter affuerunt: q̃ refecti a dominica menſa diſceſſerint: vel q̄les ſecum domū ſpirituales diuitias reportauerint? Unuꝫ ſcio ꝙ ſi quis illa die honoratus aut diues ob natalem filij ſui ad decimum vſqꝫ miliariū ad prandiuꝫ rogauiſſet: ꝓpter accuratas epulas et inęquales menſuras abſqꝫ dubio vos ituros fuiſſe. Igitur fratres quotiēſcunqꝫ martyruꝫ memoriā celebramus: p̄termiſſis omnibꝰ ſęculi actibus ſine aliqua dubitatione ꝯcurrere debemꝰ: reddere illis honorificentiaꝫ qui nobis ſalutem ꝓfuſione ſui ſanguinis pepererūt: qui tam ſacrata hoſtia ꝓ noſtra ꝓpitiatione domino ſunt oblati: Pręſertim cum dicat ad Luc. 10. ſanctos ſuos omnipotens deus: Qui vos honorat: me honorat: ⁊ qui vos ſpernit: me ſpernit. Quiſquis ergo honorat martyres: honorat ⁊ chriſtū: ⁊ q̄ ſpernit ſanctos: ſpernit ⁊ dominum.

## De eo ꝙ ſcriptū eſt: Reddite quę dei ſunt: deo: et de militantibꝰ. vij

Nonnulli fratres qui aut militl cingulo detineť: aut in actu ſunt publico conſtituti: cum peccanť grauiter: hac ſolent a peccatis ſuis pęna ſe voce excuſare ꝙ militant: ⁊ ne bn̄ aliquādo faciant: occupatos ſe malis actibꝰ conqueruntur: perinde quaſi militia hominū nō et volūtas in culpa ſit: Ita qđ ipſi gerunt officijs ſuis aſcribunt. Non enim militare delictum eſt: ſed propter prędam militare: peccatum eſt. Nec rempublicam gerere criminoſum eſt: ſed ideo agere rempublicam vt rem familiareꝫ potius augeas: videtur eſſe dānabile. Propterea enim ꝓuidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta: ne dum ſumptus quęritur: pręda graſſetur. Illud aūt quale eſt qđ cū ob errorē aliquem a ſenioribus arguuntur: ⁊ reputatur alicui de illis cur ebrius fuerit: cur res alienas preuaſerit: cędem cur turbulentus admiſerit: ſtatim reſpondeat: quid habebam facere homo ſęcularis aut miles: nunquid monachus ſum profeſſus aut dericꝰ? Quaſi omnis qui clericus nō eſt aut monachus: poſſit ei licere qđ non licet. Pręſcribiť norma viuendi: omnis ad bene agendum prouocatur ſexus: ętas et dignitas. Igitur nemo ſe publicis excuſet actibus: nemo occupatione militię conqueratur. Apud omneꝫ chriſtianuꝫ prima honeſtatis debet eſſe militia. Nam vt id qđ dicimꝰ: auctoritate euāgelica comprobemus: videamus lectioneꝫ quę paulo ante decurſa eſt. Ait enim euangelium. Uenerunt auteꝫ ⁊ publicani ad ioLuc. 3. hannem: vt baptizarentur ab eo: ⁊ dixerūt ad eum: Magiſter quid faciemꝰ? At ille dixit: Nihil amplius exigatis q̃ qđ cōſtitutū eſt vobis. Honeſta plane publicanoruꝫ interrogatio: ac ſancti ꝓphetę iuſta reſpōſio. Illi enim ſollicite interrogant: ne aut ignorantes plus exigēdo peccatuꝫ incidant: aut ceſſantes publicani decipiant functionem. Hic autē moderare pręcipit: vt ⁊ iniquitas locum non habeat: ⁊ conſtitutū habeat vectigal effectum. Non enim dixit: Nihil exigatis: ſed nihil amplius exigatis: vn̄ intelligimꝰ ꝙ apud deū nō tam exactio q̃ exactio iniqua damneť. Dicit eni ipſe dn̄s: Reddite quę dei ſunt deo: ⁊ quę cęſarl cęſari. Matth. 22. Igiť qđ cęſar pręcepit: ferendum eſt: quod imperator inducit tolerandum eſt. Sed fit intolerabile: dū illud p̄da exactiōis accumulat.

Hoc autē quale eſt qđ idem ipſi qui huiuſ-
modi neceſſitates ꝓcurant: fraudes ac rapi
nas ſuas cōmodum vocant: cuꝫ ipſa p̄da
inferatur incōmodū. Illud aūt addunt ſce-
lerib⁹ ſuis: vt q̄s indefenſos viderint: ipſos
potius ꝑſequantur: et putāt ſe neceſſitates
decepiſſe publicas: niſi domos deceperint
orphanorū: Ita vt quorū pater ante biduū
forſitan fuerit amicus: collega vel frater: in-
teruenīēte morte: eiuſdem liberi habeātur
tanꝗ̄ ignoti: viles ⁊ miſeri. Uidua auteꝫ ſi
qua fuerit: aut ſic iniurijs exagitatur vt nu-
bat: aut ſi voluerit in caſtitatis ꝑmanere ꝓ-
poſito: dando munera ſua facultates vix ꝑ-
manent. Cuꝫ his ergo fraudib⁹ repleuerint
ſacculos ſuos: videbis illos letos ⁊ accura-
tos ad eccleſiaꝫ ꝓperare: ⁊ deo gratias age-
re: quaſi ab ipſo illis hec pecunia ꝯferatur:
Illud quoqꝫ peccātes ꝙ rapinaꝝ ſuaꝝ deū
volunt eſſe participē. Dicit aūt ſanctū euā-
gelium: Interrogauerūt illum ⁊ milites: q̄d
Luc.3. faciemus ⁊ nos? Ait illis iohānes: Neminē
cōcutiatis: ſed cōtenti eſtote ſtipendijs ve-
ſtris. Hic iaꝫ cognoſcere ſe debet oīs homo
qui militat. Non eni tm̄ de his militantib⁹
ſcriptura loquitur: qui armata militia deti-
nent̄: ſed quiſquis militie ſue cingulo vtit̄:
dignitatis ſue miles aſcribit̄: Atqꝫ ideo hec
ſentētia poteſt dici: verbi gr̄a: militibus: ꝓ
tectoribus: cunctiſqꝫ rectorib⁹: ⁊ cuicunqꝫ q̄
ſtipendia ſibi decreta cōſequit̄. Si amplius
querit: tanꝗ̄ calumniator ⁊ ꝯcuſſor iohānis
ſentētia condemnat̄. Uſqꝫ adeo aūt hoc in-
oleuit malū: vt iaꝫ quaſi ex ꝯſuetudine ven
dant̄ leges: corrumpant̄ iura: ſentētia ipſa
venalis ſit: ⁊ nulla iam cauſa poſſit eſſe ſine
cauſa. Hec autē diuina ſentētia que ad mili
tes loquit̄: poteſt etiā ad clericos retorque-
ri: qui etiam ſi nō militare vident̄ ſeculo: tm̄
domino ⁊ deo militam⁹: ſicut ait apoſtol⁹:
2.Timoth.2 Nemo militans deo obligat ſe negocijs ſe-
cularibus. Uidemur inquam non militare
remiſſis ac fluentibus tunicis: ſed habem⁹
militie noſtre cingulum quo caſtimonie in-
teriora cōſtringunt̄. De quo cingulo domi-
Luc.12. nus ait ad ap̄los ſuos: Sint lumbi veſtri p̄-
cincti: ⁊ lucerne ardentes in manib⁹ veſtris.
Milites igit̄ chriſti ſum⁹: ⁊ ſtipēdia ab ipſo
donatiuūqꝫ percipim⁹: ſicut dicit beat⁹ apo
ſtolus: Qui dedit nobis pignus ſpirit⁹: hoc
2.Cor.1 eſt: qui ſpirit⁹ ſancti nos remuneratione di-
tauit. Si quis ergo chriſtianorū hoc dona-
tiuo ꝯtentus forte nō fuerit ⁊ querit ampli⁹:
incipit hoc ipſo carere qđ meruit: Qđ ſpeci
aliter ꝯtigit hereticis arrianis: Dum eni ne
ſcio quid ampli⁹ querunt: inueniētes erro-
ris ſpiritū: gratie chriſti ſpiritū ꝑdiderunt.
Nam ⁊ catholicus clericus hac ſentētia reti
netur. Si enim nō content⁹ ſtipendijs fue-
rit que de altario dn̄o iubente cōſequit̄: ſed
exercet mercimoniuꝫ: interceſſiones vendit:
viduarū munera libēter amplectit̄: Hic ne-
gociator magis pōt videri ꝗ̄ clericus. Naꝫ
licet dicere poſſumus: nemo nos inuaſoris
arguit violentie: nullus accuſat: Quaſi nō
interdū maiorē predam a viduis blandimē-
ta eliciant ꝗ̄ tormēta. Nec intereſt apud deū
vtrum vi an circūuentione quis res alienas
occupet: dummodo quoquo pacto teneat
alienum.

## De ſabbato quo domin⁹ manuꝫ aridam curauit. viij

Diligent̄ vos audiſſe credo fratres euāgelicā lectionem
que nuꝑ lecta ē: vbi domin⁹ ieſus Luc.6.
chriſt⁹ ingreſſus ſabbato ſynagogaꝫ: homi
nis ibi habentis manū aridam ſpūali medi
cina curauit: nō appoſitis herbaꝝ ſuccis: nō
pigmentoruꝫ medicaminib⁹ colligatis: ſed
verbo iubens: ⁊ in ira p̄cipiens refudit cor-
pori ſanitatem. Ira inquā ſicut ait euange-
liſta: reſtituit vigoreꝫ dextere. Unde intel-
ligimus qualis dn̄ice benignitatis ſit ſani-
tas: cui⁹ indignationis talis eſt medicina:
aut queādmodū placatus ꝓdeſt: qui ita mi
ſeret̄ iratus. Uerbo igit̄ iubet vt arenti dex
tere venaruꝫ ſuccos infunderet. Non mirū
eſt ſi is arentem reparauit dexteraꝫ: qui to-
tum corpus de arenti puluere ꝓcreauit: ⁊ id
verbi imperio reſtituit: qđ in p̄ncipio factu-
ra operationis inſtituit: velut auctoreꝫ ſuū
plaſma cognoſcens obſequitur ei portiun-
cula cui totum ſe deberet in maſſa. Sed vi-
deamus que ſit in ſynagoga manus arida
que nihil corpori ꝓdeſt: quādo operib⁹ ſic-
cauit: quādo etiam primū arida eſſe ceperit
requiramus. Non eniꝫ vni⁹ hominis tantū
per ſaluatorem cauſa geritur: nec vnius ho
minis imbecillitas ꝓcuratur: ſed totius ge-
neris humani ſanat̄ infirmitas. Nulli autē
dubium eſt dexteram vel totius corporis
preclariorem portionem hoc officij gerere:



vt diurna alimēta ſuo corpori ſubminiſtret:
et prouidentia quadam ad fruendaꝫ vitam
mēbra cetera paſcat ac nutriat. Hanc igitur
dexterā in iudaico ꝑplo ſcribas eſſe dixerim
vl' doctores: qui velut p̄clarior portio i pha
riſeorum corpore a domino cōſtituti negle-
xerunt: ⁊ in cetera membra ſua ꝓphetarum
oracula velut eſcaꝫ vite et̄ne porrigere: atqꝫ
ideo doctrina eorū tanꝗ̄ man⁹ aruit imbe-
cillis: quia fontē perennis ſapiētie nō que-
ſiuit. Propterea deniqꝫ factum eſt: vt quaſi
contracta dextera clauem ſcientie tenere nō
Luc.11. poſſit: ſicut ait domin⁹: Ue vobis ſcribe et
phariſei qui abſconditis clauem ſcientie: et
reliqua. Hec auteꝫ clauis chriſt⁹ eſt domin⁹
quo ad credulitateꝫ fidei pectorū arcana re
ſerant̄. Iſta clauis: ſicut ait domin⁹ petro:
Matth.16. Tibi dabo claueꝫ regni celorū. Ergo aruit
dextera ſynagoge manus relinquens chri-
ſtum que pri⁹ erat in principibus iudeorum
⁊ deteriorauit. Quiſquis eni chriſti fontem
deſerit: ⁊ debilitat̄ protin⁹ ⁊ areſcit. Sed in-
uenio ipſam manū quondā ceteris mēbris
fuiſſe meliorem. Sanct⁹ eni moyſes dux iu-
daici populi velut clarior corꝑis ſui dextera
fuit: cum legem porrigendā meruit a diuini
tate ꝑcipe. Dextera inquā erat ſanct⁹ moy-
ſes: qui filios iſrael velut manu ꝓuida cele-
ſti māna nutrijt. Hec plane eſt dextera que
iamnem ⁊ mambrem magos niuei ſplēdo-
ris nitore conuicit. Ita enim ſcriptū habet̄:
Atqꝫ ideo magoꝝ diſtincte ſunt tenebre: q2
moyſi merit' lucēs dextera coruſcabat. Sed
videamus: manus iſta qn̄ primum arida ce
perit eſſe vel mortua. Ego illam primum in
adam aruiſſe confirmo: cū contra vetitū do
mini interdicte arboris poma decerpſit: ac
tunc ſuccū immortalitat' amiſit. Et ſiccata
quodāmodo ē: qn̄ hominē ad imaginē dei
factum peccato ſuo ſolui facit in puluerem.
Atqꝫ vtinam ſola man⁹ in peccato teneret̄
obnoxia: qđ eſt graui⁹: omne corpus morte
damnatū eſt: cuꝫ dextera prima peccauerit.
Nec mireris ſi mēbrū dextere in adam non
manſit integrum: vigor eniꝫ in illa eternita
tis exaruit. Nam ſicut moyſi dextera cuſto-
dientis mandata dn̄i niueo fulgore reſplen
duit: ita ⁊ ade dextera p̄uaricantis precepta
mortifero pallore contracta eſt. Hanc igitur
ade manū ſaluator curat in ſynagoga: hoc
eſt totius generis humani imbecillitatē ſa-
nare feſtinat. Dicit eniꝫ etiam illi: Extende
manū tuam qui eā idolis imolando cōtra-
xit. Dicit illi: Extende manū tuā qui ꝑ eam
res orphanorū viduarūqꝫ geſtit inuadere.
Sed ⁊ tu qui putas te manū habere ⁊ ſanā:
caue ne auaricia contrahatur. Quinpotius
extende eam pro miſericordia frequēter ad
pauperē: ꝓ hoſpitalitate ſepius ad peregri
num. Extende eam ꝓ peccatis ſemꝑ ad do-
minū: Eſto miſericors: eſto largus. Obſer-
ua qđ ait ꝓpheta: Ne ſit manus tua ad ac- Ecci.4.
cipiendum porrecta: ad erogandū ꝯtracta.
Sic eni manus tua ſana eſſe poterit: bonis
vero operibus extendat̄.

## De vnitate caritatis. ix

Legimus i libro qui apoſtolorum actib⁹ aſcribit̄: tan-
tam ſub memorat' viris deuotio
nem plebis fuiſſe: ita populi chriſtiani flo-
ruiſſe primitias: vt poſt acceptam fideꝫ ne-
mo domū propriaꝫ ſibi defenderet: ⁊ nemo
ſuum aliquid vendicaret: ſed iure fraterni-
tatis eſſent illis cuncta cōmunia: ſcꝫ vt qui
eodem conſortio religionis tenebantur: eo-
dem conſortio fruerent̄ ⁊ vita: hoc eſt: vt q̄-
bus erat vna fides: eſſet ⁊ vna ſubſtantia: ⁊
quibus erat cōmunis chriſt⁹: cōmunis eſſet
⁊ ſumptus. Nefas etenim putabāt religio-
ſi viri ſibi participē non aſciſcere in ſubſtan
tia qui particeps eſſet i gratia: atqꝫ ideo in
fraternitate omnibus cōmuniter vtebant̄:
niſi ꝙ maior eſt fraternitas chriſti ꝗ̄ ſangui
nis. Sanguinis eniꝫ fraternitas ſimilitudi
nem tantūmodo corporis refert: chriſti aūt
fraternitas vnanimitatē cordis animeqꝫ de
monſtrat: ſicut ſcriptum eſt. Erat autē cre- Act.4.
dentiū cor vnum atqꝫ anima vna. Uere er-
go ille frater eſt qui non tā corpore ꝗ̄ vnani
mitate germanus eſt. Uerus inquaꝫ frater
eſt cuius idem ſpiritus ⁊ voluntas in fratre
eſt. Melior igitur ē: ſicut dixi: chriſti frater-
nitas ꝗ̄ ſanguinis. Sanguinis fraternitas
interdum ſibi inimica eſt: chriſti autē frater
nitas ſine intermiſſione pacifica eſt. Illa in
ter ſe cōmunia cum emulatione diuidit: hec
etiaꝫ ꝓpria cū gratulatiōe cōmunicat. Illa
in cōſortio deſpicit ſepe germanū: hec aſſu-
mit frequēter alienū. Tāta ḡ ſicut dixi: illo
tēpore chriſtiane plebis deuotio fuit: vt ne-
mo domū ſuam diceret: nemo propriuꝫ ali-
quid vēdicaret: ſicut ait ſanct⁹ lucas dicēs:

Act.4. Et nemo quicq̃ ex eo qđ poſſidebat: ſuum
eſſe dicebat: ſed erãt illis omnia cõmunia.
Nemo enim inquã erat quiſq̃ egens inter
ipſos. Beata igiť plebs que dum plures di
uites habet i chriſto: nullũ in ſeculo habuit
indigentẽ: ⁊ que dum ete nas cogitat diui-
tias: a fratribꝰ temporalẽ repulit pauperta
tem. Vendebant eni: ſicut ait ſcriptura: pre
dia ⁊ domos ſuas: ⁊ precia venditorũ ante
pedes apľorum ponebant: vt erogarẽt ꝓut
cuiq̃ opus eſſet. Videte ſanctoꝝ virorũ ſi-
dem queadmodum ꝓpť chriſtũ toto ſpolia-
banť patrimonio: ⁊ nihil ſibi reliq̃ faciebãt.
Non eni verebanť ne eſurirẽt ipſi: dũ time-
bant ne alius eſuriret. Hec igiť ſub apoſtoľ
fuit in plebe deuotio: modo q̃d ſimile repe-
rimus: ⁊ certe idẽ chriſtꝰ in nobis. Idem q̃-
dem chriſtꝰ in nobis: ſed nõ idem animꝰ eſt
in nobis. Eadẽ in plebe fides: ſed nõ in ple-
be eſt ipſa largitio. Ita alť de alterĩꝰ inopia
nõ cogitat: vt illđ ſit qđ diť apľus: Aliꝰ q̃dẽ
1.Cor.11. eſurit: alius ebriꝰ eſt. Nam pleriq̃ chriſtiani
nõ ſolum ꝓpria nõ diſtribuũt: ſed etiã diri-
piunt aliena. Nõ ſolũ inquã colligẽtes pe-
cunias ſuas ad pedes apľoꝝ nõ deferunt: ſꝫ
etiam ꝯfugiẽtes fratres ſuos ꝓtrahũt a pe-
dibus ſacerdotũ. Nunc ẽ illud tempꝰ qđ de
ſcribit beatus apľus dicens: In nouiſſimis
diebꝰ abundabit iniquitas multoꝝ: ⁊ refri-
geſcet charitas. Modo eni abundat auari-
cie iniquitas: que añ largitatľ bonitate ceſ-
ſabat: ⁊ refrigeſcit fraternitatľ charitas que
prius chriſti amore feruebat. Tunc eniꝫ ſub
apľis fraternitatis dilectio fuit: vt tũc in cõ
uentu ſuo non aduenerit indigentia: tanta
aũt modo chriſtianitatľ diſſimulatio eſt: vt
in cetu nr̃o vix iuenias locupletẽ. Locuple-
tem aũt vix inueniri dico: nõ tam facultati-
1.Timoth.6. bus: ſꝫ operibꝰ: Ait eni apľus: Diuites ſint
in operibꝰ bonis. Locupletẽ aũt illum in ec
cleſia intelligi voluit: qui diues ẽ in chriſto.
Nam ⁊ ibi qđ ait ſub apľis neminẽ indigen
tem fuiſſe: oſtendit vtiq̃ tanta eos gr̃a fidei
fuiſſe p̃ditos: vt omnes celeſtiũ diuitiarum
abũdauerit largitate. Raro igiť hoc tẽpore
inuenimꝰ in chriſtiano ꝑľo locupletem: et ſi
pleriq̃ in domibꝰ auro ſint diuites: tñ in ec-
cleſia iuſticia ſunt mendici. Dum eniꝫ circa
paupes non ꝓ eo ꝙ p̃ualent operanť: nec h
eſt gratũ qđ offerunt: nec illud eſt ſatiabile
qđ reſeruant. Dicit dñs ad caym cum offer-
Gen.4. ret mũera: Si aũt recte offeras: recte aũt nõ
diuidas: peccaſti: quieſce. Sic ⁊ tu chriſtia-
ne nõ recte diuidis q̃ de tanto auro tuo ma-
iorem partẽ mãmone reſeruas q̃ dño largi-
aris. Sic nanq̃ annanias in actibꝰ apľoruꝫ
duꝫ putat ſe recte offerre: ⁊ nõ recte diuidit:
pecuniaꝫ quã obtulit: perdidit: ⁊ quã domi
reſuauit: amiſit. Pecuniã inquã pariť per-
didit ⁊ ſaluteꝫ. Dum eni ex eo qđ ꝓmiſerat
ꝑtem ſubtrahit: ſacrilegij ſimul condemnať
⁊ fraudis. Sacrilegij ꝙ deum in pollicitatio
ne fefellerit: fraudis qđ de integrľ muneribꝰ
portionẽ quandã putauerit ſubtrahendaꝫ.
Act.5. Ait enim apľus petrus: Nõ es mentitꝰ ho-
minibꝰ: ſed deo. Si ergo fr̃es annanias con
demnať cum nõ totũ dederit qđ de ſuo ipſe
ꝓmiſerat: q̃d cenſemus de eo q̃ nõ vult red-
dere qđ aliꝰ repromiſit? Videte ḡ ⁊ vos fra-
tres q̃d ꝓmiſeritis deo: cũ primũ gr̃aꝫ fidei
ꝑcepiſtis? Ecce abundãt in ciuitate nr̃a ho-
ſpites ſiue peregrini: facite qđ polliciti eſtľ:
ne dicať ⁊ vobis qđ annanie dictũ eſt: Non
mentiti eſtis hominibus ſed deo.

## De eo qđ ſcriptuꝫ eſt: Quis maior eſt in regno celorum. x

**I diligẽter audiſtis**
ſ euangelicã lectionẽ: intelligere po
teſtis que miniſtris ac ſacerdotibꝰ
dei reuerẽtia debeať: vľ q̃ ipſos clericos in-
uicem humilitatľ ſedulitate oporteat p̃ueni
Math.18. re. Ait eni dñs ꝑcũctãtibꝰ diſcipulis: q̃s eo-
rum in regno celoꝝ maior eſſet futurꝰ: ſtatu
to coraꝫ oibus puerulo: quicũq̃ humiliaue
rit ſe ſicut puer iſte: hic maior erit i regno ce
lorum. Vñ intelligimꝰ ꝙ humilitate p̃ueniť
ad regnũ: ſimplicitate penetratur ad celuꝫ.
Quiſq̃s ḡ cupit diuinitatis tenere faſtigia:
humilitatis ima ſecteť. Quicunq̃ vult fra-
ternitatẽ obtinere: p̃ueniat obſequendo: ſiť
Ro.12. ait apľus: Honore inuicem p̃ueniẽtes. Vin
cat eaꝫ officijs: vt poſſit vincere ſanctitatẽ.
Si eni te nõ leſit frater: obſequiũ mereť vt
diligas. Qꝫ ſi forſitan leſit: magľ obſequiũ
mereť vt vincas. Hec eni noſtra chriſtianita
tis ſũma eſt: vt amantibus viciſſitudinẽ: le
dentibꝰ patientiã rependamꝰ. Qui eni fue-
rit patientior ad iniuriã: potentior ꝯſtitueť
in regno. Non eni ad imperiũ celorum pro-
ueniť ſuꝑbia: diuitijs: p̃fectura: ſꝫ hũilitate:
pauꝑie: lenitate: Arta aũt ⁊ anguſta via ẽ q̃
ducit ad regnũ. Quiſq̃s ḡ honoribꝰ inflatꝰ
fuerit: ⁊ auri theſaurľ dilatatꝰ: tãq̃ onuſtũ ⁊



impeditum animal per anguſtuꝫ regni iter
trãſire nõ poterit: ſimul etiã vt ſe exiſtimat
p̃ueniſſe: ſarcinam eius exigua porta nõ ca-
piens: repcuſſam limine retrorſuꝫ redire co-
git. Taꝫ eni anguſta eſt diuiti porta celeſtľ:
q̃ eſt camelo acus foramen exiguũ. Vñ ait
Math.19. dñs: Faciliꝰ eſt camelum per foramen acus
tranſire: q̃ diuitẽ in regnũ celoꝝ. Sicut eni
cameli aĩal tortuoſum atq̃ deforme exigua
acus cauerna p̃terire nõ patiť: ita ⁊ diuitem
auaꝝ atq̃ mendacẽ arta celi ianua minime
intrare ꝑmittit. Nam iđ nudi i ſeculo naſci-
mur: nudi etiã accedimꝰ ad lauacrũ: vt nudi
quoq̃ ⁊ expediti ad celi ianuaꝫ ꝓperemus.
Qꝫ aũt incongruũ ⁊ abſurdum eſt: vt quem
nudũ mater genuit: nudũ ſuſcipit eccľia: di-
ues intrare velit in celũ. Propterea adole-
ſcenti illi diuiti in euãgelio a ſaluatore dr̃: q̃
ſibi iuſtus videbať ⁊ ſanctꝰ: ⁊ oia legľ man-
Ibidem. data cõpleſſe: Si vis ꝑfectꝰ eſſe: vende oia
tua: ⁊ da paupibꝰ. Vſq̃ adeo eni nuda vir-
tus apta celo eſt: vt q̃uis iuſtus: q̃uis ſan-
ctus aurũ vľ diuitias poſſidẽs: nõ poſſit eẽ
ꝑfectus. Talem eni voluit adoleſcentẽ illuꝫ
dñs ad paradiſum redire: qualis adam fue-
rat de paradiſi ſublimitate deiectꝰ. Nudus
eni adam incola paradiſi fuit. Deniq̃ poſt
pctm̃ nuditatẽ ſuã vidẽs: folio pudẽda ꝯte-
xit. Priꝰ eni q̃ peccaret honeſtatľ erat colo-
re veſtitꝰ: atq̃ ideo nuditatẽ inhoneſtã non
natura inſtituit: ſꝫ delicti reatꝰ inuenit. Naꝫ
⁊ ſancti angeli in ſplẽdidiſſimo habitu ꝯſti-
tuti: nõ ꝙ tunicis operiunť ⁊ pallijs: ſed cuꝫ
ſit in illis natiuitatľ ſue nuda ſubſtãtia: ve-
ſtiti videnť eſſe ꝙ ſancti ſunt. Sic igitur et
adam cuſtodiẽs honeſtatis angelice digni-
tatem: erat q̃dem nudus mũdanis veſtibꝰ:
ſꝫ imortalitatľ erat ſplendore veſtitꝰ: Nihil
prauũ reſpiciebant eiꝰ oculi: nõ cor eiꝰ turpe
aliquid cogitabat: erat apđ honeſtas men-
tes nuditas ipſa veſtita. Sicut eni apđ ne-
quam hoies turpis cogitatio ꝯcupiſcens ve
ſtibus nõ arceť: ita apud ſanctos viros ho-
neſta ſimplicitas ad ꝯcupiſcendũ nuditate
nõ trahiť: ſꝫ ſiť vitioſis ad corruptelã nuda
ſunt oia: ita religioſis ad caſtimoniã operta
ſunt vniuerſa. Qꝫ aũt ait euangelica lectio:
Math.18. Qui ſcãdalizauerit vnũ de puſillis iſtľ q̃ in
me credũt: expedit ei vt ſuſpẽdať mola aſi-
naria in collo eiꝰ: ⁊ mergať in ꝓfundũ marľ:
puſillos hic nõ etate pueros: ſꝫ malicia par-
1.Cor.14. uulos dicit: Sicut apľus ait: Malicia p̃uuli
eſtote: vt ſenſibus ꝑfecti ſitis. Qui ſunt iſti
niſi clerici idonei: ⁊ monachi religioſi vľ lai-
ci? Quiſq̃s igiť his irreuerẽs aut ꝯtumelio-
ſus extiterit: hac velut pena plecteť: vt in-
formi ſaxo religato illi ad colluꝫ p̃cipitetur
in mare. Sed videamꝰ: cur ſcandalizantibꝰ
chriſtianis iſta pena data ſit: aut q̃d ſibi ve-
lit ipſa ſententia: puto eni illa aliqđ myſte-
rium ꝯtinere. Quaſi vero nõ ſufficeret i ma-
re homini demergendo ſaxum q̃lecunq̃ nõ
magnũ aut enorme: ſed mole aſinarie lapis
ei religeť ad collum: vt cũ perituro homine
pereat res vſui neceſſaria. Sed puto h ma-
gis eſſe: ꝙ i ſcripturľ aſini figura ꝑľus gen-
tilium nũcupať: q̃ clauſis oculis circa igno-
rantie molam erroris ſui gyro ꝑtrahiť: et in
illa curſus directione veſtigijs ſepe redeun-
tibus inuitꝰ vſui laborat alieno. Nõne eniꝫ
tibi videť molam aſinariã voluere gentilis
populus q̃diu imperitie ſue labore verſať?
Nature q̃deꝫ vinculis alligatꝰ vt verbũ dei
molat: deum celi querat: ſed operte mentis
cecitate ſuffuſus vt vultꝰ animi erigere ad
deum: cordis oculos leuare nõ poſſit ad ce-
lum. Sed quoniã mola aſinaria ſaxum eſſe
ꝯſtat: videamus ⁊ ſi paganoꝝ talis ẽ mola.
Talis plane eſt. Saxi eni mola eſt pagano-
rum iuppiter herculeſq̃ lapideuſ: circa quos
cecis oculis frequenti errore circũeunt. Ce-
cos inquã dixerim eorũ oculos qui putant
ſe videre qđ non vident. Aſpicientes enim
ſaxum: deũ ſe videre ꝯfingũt. Attamen qui
molam voluit: ꝯſũmandi aliq̃n finẽ operis
habet: exeũdi ſpem gerit laboris. Cui vero
mola aſinaria ad collũ ſuſpendiť: portat la-
pidem q̃ portare iuguꝫ dñi recuſauit. Aſinꝰ
ergo ad molam: cecus ad lapidem: gentilis
ad ſaxum qui adorat eũ quem nõ videt nec
agnoſcit. Deus eni nõ in manufactis habi-
tat: nec i metallo aut ſaxo cognoſciť. Hic ḡ
gentilis populus cum ꝑſecutioneꝫ chriſtia-
no intulerit: hac pena plecteť: vt cum ſua ſa
crilega mola iudicandi ſeculi fluctibus de-
mergatur.

## De mirabilibus xj.

**Q uantorũ mirabiliũ**
q opator ſit dominus ieſus chriſtuſ:
intelligere poſſumus ex hac euan-
gelica lectione: qua deſcribiť tanta per euꝫ
beneficia in populum fuiſſe collata: vt pro-
uocate hominum turbe ad audiendum illũ

magis irruerunt ꝙ̃ rogarent: et medicinam
ſalutis non ſperarent per humilitatis gra-
tiam ſed ꝑ importunitatis iniuriam: ita vt ir-
ruentes: ſicut ait euangeliuꝫ: turbas a dño
ieſu nõ deſertũ ſeparet: nõ ſynagoga repel-
leret: nõ reuerẽtia diuinitatis parceret. Hec ẽ
enim cõſuetudo infirmantiũ: vt dũ ſperant
ſuis egritudinibꝰ medicinã: ab importuna
petitiõe: nõ loco ꝓhibeant̃: nõ tpe: ſed ꝙ̃to
plus medet̃ ille qui ſanat: tanto amplꝰ ille
importunꝰ eſt ꝗ laborat. Ergo cum dñs illis
ab irruentibus turbis ſemotus in terra eſſe
nõ poſſet: aſpiciẽs in mari duas nauiculas:
vnã nauem petri omni feſtinatione cõſcen-
dit: vt importunitatis iniuriã vel aquaꝝ na-
tura depelleret: q2 eam doctoris reuerentia
minime coercebat: atq3 exinde cepit ď naui-
cula petri ad hoies doctrine ſue ṽba ꝓfun-
dere. Videte miſericordiã ſaluatoris: ſepat̃
ꝗdẽ ab hominibꝰ corpe: doctrine tñ ijs vtili
tate cõiungit̃. Vbiq3 miſeret̃: vbiq3 ꝓdeſt.
In terra poſitꝰ ꝑ tactuꝫ languores corporũ
ſanat: in mari ꝯſtitutus ꝑ doctrinã vulnera
curat animaꝝ. Sed videamꝰ que ſit iſta na-
uicula ſymonis petri: quã adducẽdã ď dua
bus magis opportunã dñs iudicauit: que et
tutum ſaluatorẽ preſtat ab iniuria: ⁊ credu-
litatis hominibꝰ largiat̃ eloquia. Inuenimꝰ
eñi iam dñm nauigaſſe ĩ alia naui: ⁊ graui-
bus iniurijs laceſſitũ. Nauigauit enim cuꝫ
moyſe in mari rubro: qñ populũ iſrael ꝑ vn-
darũ fluẽta tranſuexit. Sed grauibꝰ eſt affe
ctus iniurijs: ſicut ipſe ait in euãgelio ad iu
Joh.5. deos: Si crederetis moyſi: ⁊ mihi crederetis.
Iniuria aũt ſaluatoris ẽ incredulitas ſyna-
goge. Ergo petri nauim eligit: moyſi deſe-
rit: hoc ẽ: ſpernit ſynagogã ꝑfidam: fideleꝫ
aſſumit eccliam. Due eñi ꝗ̃ſi nauicule a deo
deſtinate ſũt: que in h̊: tanq3 in mari: mũdo
ſalutẽ hominibꝰ piſcarent̃: ſicut ait dñs apo
ſtolis: Venite: faciaꝫ vos piſcatores hoim.
Matth.4. Ex his ğ duabꝰ nauiculis vna relinquit̃ ad
terrã inanis ⁊ vacua: altera ꝓducit̃ in altũ
onuſta vel plena. Vacua eñi ſynagoga re-
linquit̃ in littore: q2 chriſtũ cum ꝓphetaruꝫ
amiſit oraculis. Onuſta aũt ecclia in altum
aſſumit̃: q2 dñm cum aploꝝ doctrina ſuſci-
pit. Synagoga: inquaꝫ: remanet ad terras
quaſi terrenis inherẽs opationibus: ecclia
aũt in altitudinẽ reuocat̃ tanq3 celoꝝ ꝓfun
da ſacramẽta diſcutiens: in illam ſcꝫ altitu-
Ro.11. dinẽ: de qua aplus ait: O altitudo diuitia-
rum ſapie ⁊ ſciẽtie dei. Propterea ď2 petro:
Duc in altũ: hoc ẽ in ꝓfundũ diſputationũ
generatiõis diuine. Quid eñi tam ꝓfundũ
ꝙ̃ quod ait petrꝰ ad dñm: Tu es chriſtꝰ filꝰ Matth.16.
dei viui? Quid tam terrenũ ꝙ̃ qď de dño di
xerunt iudei: Nõne hic eſt filꝰ ioſeph fabri? Luc.4.
Ille altiore ꝯſilio natiuitatẽ chriſti diuinitꝰ
approbauit: hi mente viperea generationeꝫ
celeſtẽ carnaliter exiſtimãt. Vñ ait ſaluator
petro: Quia nõ caro ⁊ ſanguis tibi h̊ reuela Matth.16.
uit: ſed pater meꝰ qui in celis eſt. Phariſeis
aũt dicit: Quõ poteſtis bona loqui cũ ſitis Ibidem.12.
nequã? Hanc igit̃ ſolã eccleſie nauem aſcen-
dit dñs: in qua petrus mgr̃ eſt ꝯſtitutus: di-
cente dño: Sup hanc petrã edificabo eccle- Matth.16.
ſiam meã. Que nauis in altũ ſeculi iſtꝰ ita
natat: vt peũte mũdo omnes quos ſuſcipit
ſeruet illeſos. Cuiꝰ figurã iam ĩ veteri vide-
mꝰ teſtamẽto. Sicut eñi noe arca naufragãte
mũdo cunctos ꝗs ſuſceperat incolumes re-
ſeruauit: ita ⁊ petri ecclia cõfragante ſeculo
oẽs quos amplectit̃: repſentauit illeſos.
Et ſicut tũc trãſacto diluuio ad arcam noe
columba ſignũ pacis detulit: ita et trãſacto
iudicio ad eccliaꝫ petri chriſtꝰ gaudiũ pacis
referet: q2 ipſe columba vel pax eſt: ſicut pro
miſit dicẽs: Iterũ aũt videbo vos: ⁊ gaude Joh.16.
bit cor vr̃m. Sed qm̃ hanc eandẽ nauiculaꝫ
petri: de qua nũc dñs celeſtis doctrine ſue ſa-
cramẽta depromit: legimꝰ in mattheo: dor- Matth.8.
miente in eadẽ domino ventis inſurgentibꝰ
ꝑturbatã: ita vt cuncti apli mortis periculũ
formidarẽt: Videamus que cauſa eſt ꝙ vna
eademq3 nauicula h̊ in trãquillitate doctri-
nam populis tribuit: ibi in tempeſtate diſci
pulis metũ mortis inducit: ꝑſertim cum ibi
etiã cũ ceteris aplis ſymon petrus eſſet. Hec
aũt eſt cauſa ꝑiculi. Erat ibi ſymon petrus:
ſed erat pariter ⁊ ꝓditor iudas: ꝙ̃uis illius
fides fundaret nauiculã huiꝰ: tñ eam ꝑfidia
ꝯturbabat. Tranquillitas eſt vbi ſolus pe-
trus nauigat: tẽpeſtas vbi iudas adiũgit̃:
licet eſſet petrus firmꝰ ſuis meritis: ꝑturbat̃
tñ criminibus ꝓditoris. Metuentibus igit̃
diſcipulis anxiãte petro dormiebat dñs: du-
rum forte videat̃ quod anxiante petro dor-
miebat: dormiebat petro: nauigabat iude.
Vniꝰ igit̃ delicto cũctoꝝ merita ꝗ̃tiunt̃: ob
dormit chriſtꝰ: ventoꝝ ſpiramina cõcitant̃.
Quiſq3 eñi peccatũ admittit: ſtatim ⁊ dor-
mire ſibi facit dñm: ⁊ ꝓcellam ſibi ſpirituuꝫ
ſuſcitat immũdoꝝ. Neceſſe ẽ aũt diabolica



inſurgat tempeſtas: cum dominica ſereni-
tas conquieſcit. Igit̃ ſi vnius iude peccato
cuncti periclitant̃ apli: hoc exẽplo caueamꝰ
ꝑfidum: caueamꝰ ꝓditorẽ: ne ꝑ vnũ plures
fluctuemus. Quinetiã huiuſmodi obijcia-
mus de nr̃a nauicula: vt nõ obdormiat: ſed
vigilet in nobis dñs: atq3 eo vigilãte nulla
nos ſpũalis nequicie ꝓcella cõcutiat. Vbi
eñi fides integra eſt: ibi ſaluator docet: vigi
lat ⁊ exultat: ibi reqes: ibi tranquillitas: ibi
cunctoꝝ eſt medicina. Vbi aũt fidei eſt ad-
mixta ꝑfidia: ibi chriſtꝰ torpet: dormit: ⁊ pe-
ior eſt ibi metꝰ: ibi tempeſtas: ibi oim ẽ diſ-
crimen. Pro actibus enim nr̃is dñs nobis
obdormit aut vigilat.

## De natali domini xij

Crux eſt qď ait ſan
y ctus iohes baptiſta de dño ſalua
tore dicẽs: Illum oportet creſce-
Joh.3. re: me aũt minui. Siqdem hoc primũ etiaꝫ
ipſis temporibꝰ approbet̃. Ecce eñi in natiui
tate chriſti: dies creſcit: ⁊ iohãnis natiuita-
te decreſcit. Illo oriente lux ꝓficit: h̊ naſcen
te minuit̃. Ipſa eñi quodãmodo tẽpora fa-
mulãtia ꝑtibus ſuis: cũ detrimentũ faciũt
ſeruus gignit̃: cum aũt dñs naſcit̃: cõſequit̃
augmentũ. Profectũ plane facit dies: cum
mũdi ſaluator orit̃: defectũ patit̃: cũ vltimꝰ
ꝓpheta generat̃. Scriptũ ẽ eñi: Lex ⁊ ꝓphe
Luc.16. vſq3 ad iohẽꝫ: Atq3 iõ neceſſe erat: vt obſcu
raret̃ legis obſuatio: vbi euocatio: vbi euã-
gelij grã refulgebat: ⁊ ceſſaret ꝓphetia vete
ris teſtamẽti: cũ noui teſtamẽti grã ſuccede
bat: Ergo in natiuitate dñi ꝓficit dies. Nõ
mirum ſi ꝓficit dies: quã ſplẽdidiſſima lux
veritatis illumiat: Ait eñi euãgeliſta de chri-
Joh.1. ſto dño: Erat lux vera: que illuminat omnẽ
hominẽ: Cur nõ illuminaret mũdum? Atq3
ideo dies que lucẽ humano generi peperit:
ꝑus ipſa eiuſdẽ lucis fulgore reſplenduit: et
ꝯcluſa iaꝫ ſpacia ſua noctiũ tenebras dñice
lucis nitore diſcuſſit. Occupauerat eñi totã
diem noctiũ longitudo: niſi in ipſa dierum
breuitate chriſti refulſiſſet aduentũ. Qui ſi-
cut ortu ſuo hũani generis peccatorũ tene-
bras diſcuſſit: ita et die natiuitatis ſue cali-
ginũ tenebras amputauit: ⁊ vno eodemq3
ortu lucem parit̃ intulit ⁊ hominibꝰ ⁊ diebꝰ.
Unde nõ ẽ mirũ ſi creſcit dies que gemino
fulgoris ſplendore veſtit̃. Sed videamꝰ ad-
huc quõ dñs ſaluator creſcat: Iohãnes ba-
ptiſta decreſcat. Diximus in ſupioribꝰ ꝙ io-
hannes quidẽ figurã legis ꝓphetarũq3 ge-
ſtauerit: neceſſe erat ğ vt deficeret lex euan-
gelio coruſcante: ⁊ minueret̃ iudaicus ꝑplus
ꝑſo chriſtiano ſurgente. Quis eñi dubitat
de natiuitate dñi ſynagoge eſſe ꝯuenticula
vacuata: plebes multiplicatas ecclie: ⁊ mi-
rum in modũ quotidie chriſtũ ꝑ chriſtianos
ſuos creſcere: iohãnẽ minui ꝑ iudeos? Hos
diei dñici ſplendore fulgere: illos obſcurita-
te noctiũ laborare. Nox eñi ſup iudeos ꝗ-
dammodo maior incubuit: ex quo dixerunt
de nece ſaluatoris: Sanguis huiꝰ ſup nos ⁊ Matth.27.
ſup filios noſtros. Maioribꝰ plane ſunt no
ctium tenebris obſcurati: ex quo conati ſũt
diem veritatis occidere. Hoc autẽ qď dicimꝰ
vt verius approbare poſſimꝰ: vtriuſq3 nati-
uitatem breuiter exponamꝰ. Ecce eñi cũ na
ſcitur chriſtꝰ: exultant angeli: paſtores per-
uigilãt: magi adueniũt: ſtella ꝓcedit: ⁊ cun-
cta que ſunt ĩ celis terriſq3 pulcherrima: ipſi
dño deferunt̃. Deferunt̃ eñi illi: gloria ꝑ an-
gelos: claritas ꝑ ſtellam: religio ꝑ magos:
ſimplicitas ꝑ paſtores. Et ꝙ apud ipm ſo-
lum futura eſſent hec oia: naſcẽti illi vniuer
ſa famulant̃. Cum aũt iohãnes ꝯcipit̃: Za-
charias obmuteſcit ſolennis: cõcedit̃ ſacer-
dos: helizabet mater abſcondit̃: ſignificãs
poſt ortum ſuũ legis ſilentiũ: amiſſionẽ ſa-
cerdotij: latebras ſynagoge. Dubium autẽ
nõ eſt ꝙ iohes natꝰ phariſeis iuſticiaꝫ legis
abſtulerit: ꝙ cõceptus patri abſtulit vocis
obſequiũ. Creſcit igit̃ dñs ſemꝑ: Iohãnes
baptiſta minuit̃. Nõ ideo minuit̃ ꝙ meritis
aliquid deroget̃: ſed qm̃ ſaluatoris quoti-
die accumulat̃ gloria: illiꝰ minor fieri videt̃.
Lucerna deniq3 vocat̃ iohãnes: dicẽte do-
mino. Ille erat lucerna ardẽs. Lucerne igit̃ Joh.5.
obſcurat̃ lumen: cũ radius ſolis effulget: et
defectionẽ quandã lampade ſue patit̃: cum
clarioris lucis ſplendore ſuperat̃. Quis eñi
ſapiens lucernã requirat in ſole? Nõ quidẽ
extinguit̃: ſed neceſſaria nõ habet̃: hoc eſt:
ꝗs ad iohãnis penitẽtie baptiſmũ veniat:
cũ poſſit ſaluatoris baptiſmo ſaluari? Non
quidem illud rephendit̃: ſed hoc magis vtile
⁊ neceſſariũ iudicat̃: quia in eo remiſſio pec
catorum tribuit̃.

## Item de natali domini xiij

**Q**ua gratia vel q̄bus
laudibꝰ hunc diem natalis dn̄i ꝓ-
dicemus: ꝓrſus ignoro. In tanta
enim feſtiuitate ad magnificandū deū hu-
mana loquela nō ſufficit. Nā ſi tūc cū naſce
baꝶ chriſtus: angeloꝝ voce laudatꝰ eſt: nunc
hūana laudandus ē voce: cū regnat. Sup-
grediꝶ eni illiꝰ temporis feſtiuitatē nr̄a ſo-
lēnitas. Siq̄dē tūc ſtupuerūt illi tm̄ naſcen
tem dn̄m: nos illū ſuſcipimꝰ naſcentē: reſur-
gentē pariꝶ ⁊ regnātē. Tāto igiꝶ facundior
laudatio eē debet hūani tēporis: quāto ſūt
maiora miracula. Sed qm̄ dignam ꝓdica-
tionē exhibere nō pōt humana fragilitas:
ad angeloꝝ nos ꝓconia ꝯferamus. Et quia
merito eos ęquiparare nō poſſumꝰ: deuotiōe
comitemur: hoc eſt in ea feſtiuitate eadem
qua illi lęticia nos ſnia pſultemus dicētes:
Luc. 2. Gloria in excelſis deo: et in terra pax hoībꝰ
bonę volūtatis. Digna plane ⁊ iuſta ſnia q̄
in natiuitate chriſti: ⁊ deo honorē rep̄ſentat
in cęlis: ⁊ hominibꝰ pacem p̄ſentat in terr.
Ante ſaluatoris eni ortum nec cęleſtia reue-
rentiā deferebant: nec terrena requiē poſſi-
debant. Sed videte q̄d dicat ipſa ſnia: Pax
in hominibꝰ bonę volūtat: Nō in q̄buſcū-
q̄ hominibꝰ: ſed bonę volūtat hominibꝰ:
vt intelligas pacē chriſti nō debiti eſſe: ſed
meriti. Nō eni eam meriti angeli ī ea nocte
qua paſtores naſcentē dn̄m ſup gregē ſuū
vigilias obſeruantes p̄mi ꝓ omnibꝰ didice-
runt. Ipſi eni primi ortū ſaluatoris an̄ oēs
homines intimantibꝰ angelis cognouerūt.
Unde mirū eſt ꝙ priꝰ redemptionem ſęculi
potuerint ſcire q̄ꝫ principes. Non enim an-
geli annūciauerunt regibus: nō iudicibus:
ſed hominibꝰ ruſticanis. Non ergo iam mi-
randū eſt: ſi chriſti gr̄am an̄ ſcire meruerit in-
nocentia q̄ꝫ ptās: ⁊ prius cognoſcere verita
tē ſimplex ruſticatio q̄ꝫ ſupba dn̄atio. Qd̄
eni cognouerūt paſtores: principes cogno-
ſcere nequerunt. Unde ⁊ beatus apl̄us ait:
1. Cor. 2. Quā nemo principū ſęculi huiꝰ cognouit: ⁊
reliqua. Ergo in natiuitate dn̄i angeli pariꝶ
cum paſtoribus ſunt lętati: excelſam vo di-
centes gloriā. Nam vicinis quodāmodo et
iunctis choris dei gloriā prędicauerūt. Ubi
⁊ credo eoſdē angelos in eiuſdē dn̄i eadem
feſtiuitate: ſimili nobiſcū lęticię vicinitate
gaudere. Nā q̄ ſolent ꝓpter chriſti ortū al-



loqui paſtores: nō poſſunt ꝓpꝫ eiuſdē chri-
ſti gaudiū nō inq̄rere ſacerdotes. Siq̄dē
⁊ ꝙ tunc ad illos ſup gregem ſuum vigilias
obſeruātes: nocte intempeſta locuti ſūt: hu
ius temporis myſteriū deſignabāt. Nā illo
facto hoc vtiq̄ mōſtrabaꝶ: gregem ipſm̄: no
ctem ſęculum: ſacerdotes eſſe paſtores: qui
iugi ſup plebē ſollicitudine vigilātes ꝓpter
chriſtū ab angelis minime deſerunꝶ. Hodi-
erna igiꝶ die ſm̄ carnē natus eſt dn̄s: ita ſe-
creto: ita ſilentio: vt ortū eius ſęculū penitꝰ
ignoraret. Ignorauit eni ſęculū: qꝛ ⁊ extra
ꝯſcientiā patris natꝰ: ⁊ extra ordinē naturę
ꝯceptus. Nam ioſeph ꝯceptū ſuſcepit filiū
quē non genuit: Maria partū edidit quem
ſexus ꝯſuetudine nō creauit. Sic igiꝶ natus
eſt dn̄s: vt ortū eiꝰ nemo futurū ſuſpicareꝶ:
nemo crederet: nemo ſentiret. Quēadmo-
dum crederēt hoc futurū: qd̄ poſtea q̄ꝫ factū
eſt: factū eſſe vix credūt? Nam qd̄ ita latenꝶ
⁊ ſecreto ſaluator deſcenſurꝰ eſſet ī virginē:
iam ante dauid ꝓpheta teſtatus eſt dicēs:
Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Quid eni Ps. 71.
tam ſilenꝶ ⁊ ſine ſtrepitu fit q̄ꝫ cū imber ī la-
nę vellus infundiꝶ? Nulliꝰ aures ſono ver-
berat: nullius corpus humore repcuſſionis
aſpergit: Sꝫ ſine inquietudine hominū to-
tum imbrē ꝑ multiplices effuſum ptes toto
corpore in ſe trahit: vniꝰ meatus ſciſſurā ne-
ſciens ſolida mollicie plures ꝓbens meatꝰ:
⁊ qd̄ clauſum videꝶ ꝑ denſitatē: eſt patulū
ꝑ tenuitatē. Recte ꝫ maria velleri cōparaꝶ:
quę ita ꝯcepit dn̄m: vt toto eū hauriret cor-
pore: nec eiꝰ diſciſſurā corporis patereꝶ: ſed
eēt mollis ad obſequiū: ſolida ad ſanctimo
niā. Recte inquā maria velleri comparaꝶ:
de cuiꝰ fructu ſalutaria ꝑplis veſtimenta te-
xunꝶ. Uellus plane maria eſt: ſiquidem de
molli ſinu eiꝰ agnꝰ egreſſus eſt: q̄ ⁊ ipſe ma-
tris laniciū: hoc eſt carnē geſtans molli vel-
lere cunctoꝝ operit vulnera populoꝝ. Om
ne eni pcti vulnꝰ chriſti lana ſuffūdiꝶ: chriſti
foueꝶ ſanguine: ⁊ vt ſanitatē recipiat: chri-
ſti indumento veſtiꝶ.

## Item de natali domini. xiiij

**L**eticia quāta ſit quā
tuſq̄ ꝯcurſus: cū impatoris mūdi
iſtius natalis celebrādus eſt: bene
noſtis: quēadmodū duces ⁊ p̄ncipes: oēs
etiā militātes accurate ſericis veſtibꝰ accin-
cti: operoſis cingulis auro fulgente p̄cioſis



ambiunt ſolito nitidius in ꝯſpecto regis in
cedere. Credunt eniꝫ maius eſſe impatoris
gaudiū: ſi viderit maiorē ſuę apparationis
ornatū: tantoq̄ illū lętuꝫ futuꝝ: quāto ipſi
fuerint in eiꝰ feſtiuitate deuoti: vt qꝛ impe-
rator tanq̄ homo corda nō ꝯſpicit: affectuꝫ
eorum circa ſe ꝓbet vel habitū contuendo:
ita fit vt ſplendidius ſe accuret quiſq̄s regē
fideliꝰ diligit. Deinde qꝛ in die natalis ſui
ſciunt eū largum futurū ac donaturū pluri-
ma vel miniſtris ſuis vel his q̄ in domo eiꝰ
abiecti putanꝶ ⁊ viles: tanta prius theſau-
ros eiꝰ replere diuitiarū varietate feſtināt:
vt inq̄ꝫtum ꝓrogare voluerit: intantū ꝓro-
gatio copioſa nō deſit: ⁊ ante voluntas do-
nandi deficiat q̄ꝫ ſubſtantia largiendi. Hęc
aūt ideo ſollicite faciūt: qꝛ maiorē ſibi remu
nerationē ꝓ hac ſollicitudine ſperant futu-
ram. Si ꝫ fratres ſęculi iſtiꝰ hoīes ꝓpter ꝓ-
ſentis honoris gloriā terreni regis ſui nata-
talis diem tanta apparatione ſuſcipiūt: qua
nos accuratiōe ęterni reg nr̄i ieſu chriſti na
talem ſuſcipe debemꝰ: qui ꝓ deuotione nr̄a
nō nobis temporalē largieꝶ gloriā: ſed ęter-
nam: nec terreni honoris adminiſtrationē
dabit quę ſucceſſore finiꝶ: ſed cęleſt imperij
dignitatē: quę nō habet ſucceſſorē? Qualis
aūt noſtra remuneratio ſit futura: dicit pro-
Eſa. 64. pheta: Quę oculus nō vidit: nec auris au-
1. Cor. 2. diuit: nec in cor hominis aſcendit: quę prę-
parauit dn̄s diligentibꝰ ſe: quibꝰ indumen-
tis nos exornari oportet? Qd̄ aūt diximus
nos: hoc eſt: animas nr̄as: qꝛ rex nr̄ chriſtus
nō tam nitorē veſtium q̄ꝫ animarū requirit
affectū: nec inſpicit ornamenta corporū: ſed
ꝯſiderat corda meritoꝝ: nec fragilis cinguli
p̄cingentis lumbos operoſitatē miraꝶ: ſed
fortis caſtimonię reſtringent libidinem ad
pudicitiā plus miraꝶ. Ambiamꝰ ergo inue-
niri an̄ ipſum ꝓbati fide: compti miſericor-
dia: moribꝰ accurati: ⁊ qui fideliꝰ chriſtū di-
ligit: nitidius ſe mandatoꝝ eiꝰ obſeruatiōe
cōponat: vt vere nos ī ſe credere videat: cū
ita in eiꝰ ſolēnitate fulgemꝰ: et lętus ſit quo
nos ꝑſpexerit puriores: atq̄ ideo ante com-
plures dies caſtificemꝰ corda noſtra: mūde-
mus ꝯſcientiā: purificemꝰ ſpiritū: ac nitidi ⁊
ſine macula imaculati dn̄i ſuſcipiamus ad-
uentū: vt cuiꝰ natiuitas ꝑ immaculatā vir-
ginem ꝯſtitit: eius natalis ꝑ imaculatos ſer
uulos ꝓcureꝶ. Quiſq̄ enim in illa die ſordi
dus fuerit ac pollutꝰ: natalē chriſti ortumq̄



nō curat: interſit licet dn̄icę feſtiuitati corpo
re: mente tn̄ longiꝰ a ſaluatore ſeparaꝶ: nec
ſocietatē habere poterunt imūdus ⁊ ſanctꝰ:
auarus ⁊ miſericors: corruptus ⁊ virgo: niſi
ꝙ magis ingerēdo ſe indignꝰ offenſionē cō-
trahit: cū minime ſe cognoſcit. Dū eni vult
officioſus eē: iniurioſus exiſtit: Sicut ille in Matth. 22.
euāgelio: qui ī cętu ſanctoꝝ inuitatꝰ ad nu-
ptias venire auſus eſt: veſtem nō habēs nu
ptialem: ⁊ cū alius niteret iuſticia: alius lu-
ceret fide: alius caſtitate fulgeret: ille ſolus
ꝯſcientię fęditate pollutꝰ: cunctis ſplenden
tibꝰ deformi horrore ſordebat. Et quāto plꝰ
ſimul diſcūbentiū beatorū candebat ſancti
tas: tanto mag peccatorū illius apparebat
improbitas: qui potuerat minꝰ diſplicuiſſe
forſitan ſi in ꝯſortium iuſtorū minime ſe de-
diſſet. Propterea ergo ſublatꝰ manibꝰ ⁊ pe-
dibus in tenebras exteriores expelliꝶ: nō ſo
lum ꝙ peccator erat: ſed qꝛ cū peccator eēt:
ſanctitatis ſibi meritū vendicabat. Igitur
fr̄es ſuſcepturi natalē dn̄i: ab omni nos de
lictorū fęce purgemꝰ: repleamus theſauros
eius diuerſorū munerū donis: vt in die ſan
cta ſit vnde peregrini accipiāt: reficianꝶ vi-
duę: paupes veſtianꝶ. Nam quale erit ſi in
vna eademq̄ domo inter ſeruulos vniꝰ dn̄i
alter exultet in holoſericis: alter cōſumat in
pannis: aliꝰ ęſtuet cibo: alius famē friguſq̄
ſuſtineat: ille eructet heſternam indigeſtio-
nis crapulā: hic heſternā ieiunij inediā nō
reſoluat? Aut qui erit noſtrę orōnis effectꝰ:
petimus vt liberemur ab inimico: qui non
ſumꝰ liberales in fr̄es? Simus imitatores
dn̄i noſtri. Si eniꝫ ille paupes in cęleſti gr̄a
voluit nobis eſſe ꝯſortes: cur nobis nō ſint
in ſubſtantia terrena ꝯſortes? Nec extranei
ſint alimonijs q̄ fratres ſunt ſacramentis:
niſi ꝙ rectius apud dn̄m ꝑ ipſos agimꝰ cām
noſtrā: vt noſtris eos alamꝰ ſumptibꝰ q̄ illi
gr̄as agant. Quicq̄d aūt pauper dn̄m bene
dicit: illi ꝓficit: quo faciente dn̄s benediciꝶ.
Et ſicut ſcriptum eſt de illo: Uę illi homini
ꝑ quē nomen dn̄i blaſphemaꝶ: ita ⁊ de iſto
ſcriptum eſt: Pax huic homini: ꝑ quem no-
men dn̄i benediciꝶ ſaluatoris. Quale autē
eſt meritum largient: vt ſolus q̄s opereꝶ in
domo: ⁊ ꝑ multos eccl̄ia dn̄m dep̄cetur. Et
qd̄ ille fortaſſis petere de diuinitate nō au-
deat: plurimorū interpellantiū rōnibꝰ etiā
qd̄ deſperabat accipiat. Qd̄ adiutoriū no-
ſtrum cōmemorans beatus apl̄us ait: Ut

ꝑ multos gratiaꝝ actio referaꝛ ꝓ nobis. Et
iteꝝ: Ut fiat accepta ſanctificata i ſpū ſctō.

Item de natali domini. xv

Atis abūdeqꝫ dixiſ
ſ ſe me credo ſuperiore dñica queād
modū compti vel nitidi natalē do
mini ſuſcipe debeamꝰ: ⁊ ſupuenientē feſtiui
tatē eiꝰ ambitione retinere. Retinere inquā
vt ſi dies ſolēnitatis trāſeat: apud nos ſan
ctificatiōis eiꝰ beatitudo pmaneat. Hęc eni
gr̄a natalis eſt dñi ſaluatoris: vt in futuruꝫ
ad ꝓdeſtinatos trāſeat: i ꝓteritū remaneat
ad deuotos. Oportet ꝗ eſſe nos ſanctitate
puros: mūdos pudicitia: nitidos honeſta
te: vt quo diem feſtū aduenire ꝓpinquiꝰ cer
nimus hoc accuratiꝰ incedamꝰ. Si eni mu
lierculę ſolent aliquas ſuſcepturę maculas
veſtiū ſuarū aqua diluere: cur nō magꝭ nos
accepturi natalē dñi maculas animaꝝ nr̄a
rum fletibꝰ abluamus? Et illę quidē ſi adeo
infectę ⁊ obſcurę ſordibꝰ fuerint: vt maculas
ſola aqua nō purget: adducūt molliciē olei:
ſaponis etiā acrimoniā. Nos quoqꝫ ſi tam
graue peccatū fuerit: vt minime ſolis fleti
bus abluaꝛ: addamꝰ miſericordię oleū: acri
moniāqꝫ ieiunij. Nullū eni tam graue deli
ctuꝫ ē qđ nō purgeꝛ abſtinētia: elemoſynis
Eccl.3. extinguaꝛ. Ait eni ſanctꝰ ꝓpheta: Sicut aq̄
extinguit ignē: ita elemoſyna extinguit pec
catū. Magna ꝗ eſt elemoſyna que ardētiū
criminū globos beniuolētię ſuę fonte refri
gerat: ⁊ quodā irriguo largitatis obruit in
cendia delictoꝝ: vt ꝗuis offenſus deus: ꝗ
uis criminibꝰ ꝓuocatꝰ cogaꝛ liberare elemo
ſynis quē diſpoſuerat punire peccatis. Co
gitur eni a nobis quodāmodo: dum cōpel
litur ꝓ actibꝰ noſtris mutare ſn̄iam: ⁊ i vno
eodemqꝫ hoīe nūc ſeueritate iudicꝭ pmoue
ri: nūc patris pietate blandiri. Pater enim
nobis deus eſt: cū bn̄ agimꝰ: iudex noſter ē:
cū peccamꝰ. Compelliꝛ ꝗ operibꝰ noſtris do
minꝰ: vt nobis ſua miſericordia largiatur:
Matth.11. atqꝫ ideo ipſe i euāgelio ſancto dicit: A die
bus iohānis baptiſtę regnum celoꝝ cogiꝛ.
Regnū celoꝝ nō niſi chriſtꝰ ē dn̄s: q̄ regnat
in celis. Cogi aūt verbū tūc ſolet dici: cum
res aliqua rarior aſſidua opatione denſaꝛ.
Ex quo ꝗ iohānes baptiſta ſaluatorꝭ annū
ciauit aduentū: ex eo regnū celorū qđ prius
fluidum ⁊ remiſſum apud iudeos iacebat:
credentiū ꝑſoꝝ cepit aſſiduitate denſari: et
omnis illa regni raritas ꝑdicationū frequē
tatione ſolidari. Tam em̄ rarū fuit apud iu
deos regnū vt trāſiret ad gentes: tā fluidū
vt emanaret ad ꝑſos. Nunc aūt tāta credē
tium cogiꝛ denſitate: vt fixum ⁊ ſolidū ma
Luc.1. neat ſine fine. Sicut ſcriptura diċ: Et regni
eiꝰ nō erit finis. Cogimus ꝗ regnū celoꝝ: et
vim quodāmodo facimꝰ: Sicut ait euāgeli
Matth.11. ca lectio: Et vim faciētes diripiūt illđ. Uim
inquā facimꝰ dn̄o: nō cōpellendo ſ flendo:
nō ꝓuocando iniurijs: ſ lachrymis exoran
do: nō blaſphemādo ꝑ ſupbiam ſed ꝑ humi
litatē merēdo. O beata violētia que nō in
dignatiōe pcutiꝛ: ſed miſericordia ꝯdonaꝛ.
Beata inquā violentia que vim patiēti bo
nitatem elicit: ⁊ vtilitateꝫ tribuit inferenti.
Mala res admittiꝛ: ⁊ de iniuria nemo cau
ſaꝛ: vis admittiꝛ: et religio ꝓpagaꝛ. Quiſ
quis eni violentior chriſto fuerit: religioſior
habebiꝛ a chriſto. Aggredimur ꝗ in itinere
dn̄m: ſiq̄dem ipſe ē via: ⁊ more latronū ſuis
eum ſpoliare nitimur: cupimꝰ illi auferre re
gnuꝫ: theſauros ⁊ vitam: ſed ille tā diues ⁊
largꝰ eſt vt nō abnuat: nō reſiſtat: ⁊ cuꝫ oīa
dederit: nihilominꝰ ipſe omnia poſſideat.
Aggredimur iquā illū nō ferro: nō fuſte: nō
ſaxo: ſ māſuetudie: bonis opibꝰ: caſtitate.
Hęc ſunt arma fidei noſtrę: quibꝰ in ꝯgreſſi
one certamꝰ. Ut aūt his armis vti in vi in
ferenda poſſimꝰ: ante corporibꝰ noſtris vim
quodāmodo faciamꝰ: expugnemꝰ mēbrorū
vitia: vt virtutū pręmia ꝯſequamur. Prius
eni ipſi regnare debemꝰ in nobis: vt regnū
poſſimꝰ diripere ſaluatoris. Ait ꝗ euāgeliū:
Ibidem. Et vim faciētes diripiūt illđ. Raptores igiꝛ
ſumꝰ: raptores aūt nō niſi diripiunt aliena.
Agnoſco verā eſſe ſn̄iam. Chriſtū eni eccl̄ia
rapuit ſynagogę: ⁊ alienę gentis regnū vim
faciēdo poſſedit. Nam ſaluator miſſus ſub
lege: natꝰ in lege: nutritus iuxta legē: dum
a iudeis negligiꝛ: a gentibꝰ occupaꝛ: ⁊ dum
a ſacerdotibꝰ perdiꝛ: a peccatoribꝰ inueniꝛ.
Ibidem.21. Sicut ipſe ait: Publicani ⁊ peccatores ꝓce
dunt vos in regno celorū. Raptores igitur
ſumꝰ: mirandū nō eſt quippe q̄ a tali aucto
re deſcēdimꝰ. Scriptū eſt em̄ de patriarcha
Gen.49. nr̄o beniamin: Lupꝰ rapax. Rapit enim qđ
ſuū non eſt: ita ⁊ nos velut filij rapacis lupi
alienaꝝ paſtorē ouiuꝫ noſtra intētione ꝓri
Matth.15. pimuſ. Sicut ipſe dicit: Nō ſum miſſus niſi
ad oues pditas domus iſrael. Rapiꝛ itaqꝫ
chriſtus: cum a iudeis dimittiꝛ: ⁊ ab alijs ꝑ



dicatur. Rapitur chriſtꝰ cū occidiꝛ a iudeis:
ſepeliꝛ a nobis. Rapiꝛ chriſtus a vigilātibꝰ
diſcipulis: a dormientibꝰ perdiꝛ phariſeis:
Sicut mentiēdo ipſi ꝯfeſſi ſunt: dū cuſtodi
as ponerēt ſepulturę poſt reſurrectōeꝫ dn̄i:
Matth.28. dicētes: Quia diſcipuli eiꝰ nocte venerūt:
⁊ furati ſunt eū nobis dormiētibꝰ. Uñ ſpiri
tualiter intelligimꝰ: q̄r chriſtū oēs dormien
tes pdunt: vigilantes inueniūt: Atqꝫ ideo
ſeret. Hic ſtat vt ſuſcipiat ſtephani martyrꝭ
ſpirituꝫ: ibi reſidet vt ꝯdemnet iude ꝓdito
ris admiſſum.

## Item de pentecoſte. lxij

## Cire debet ſancti

ſtas veſtra fratres hanc ſanctam
pentecoſtes diem qua rōne cure
mus: vel cur iſtoꝝ quinquagin
ta dierū numero ſit nobis iugis ⁊ ꝯtinuata
feſtiuitas: ita vt hoc omni tempoꝛe neqꝫ ad
obſeruandū indicamꝰ ieiunia: neqꝫ ad exo
randum deuꝫ genibus ſuccedamꝰ: ſed ſicut
dñica ſolemus facere: erecti ⁊ feriati reſurre
ctionem dñi celebꝛamus. Dñica em̄ nobis:
id ē venerabilis eſt atqꝫ ſolēnis: qꝛ in ea ſal
uatoꝛ velut ſol oꝛiens diſcuſſis infernoꝝ te
nebꝛis luce reſurrectionis emicuit: ac ꝓpte
rea ipſa dies ab hominibꝰ ſeculi: dies ſolis
vocat: ꝙ oꝛtus eam ſol iuſticie chꝛiſtus illu
minet. Inſtar ergo dñice tota ꝗnquaginta
dierū curricula celebꝛant: ⁊ omnes iſti dies
velut dñici deputant. Reſurrectio em̄ do
minica eſt. Nam in dñica reſurgēs ſaluatoꝛ
reuerſus ad homines eſt: ⁊ poſt reſurrectio
nem tota ꝗnquageſima cū hominibꝰ cōmo
ratus eſt. Equalis ergo eoꝝ neceſſariuꝫ vt
eſſet feſtiuitas: quoꝝ equalis eēt ⁊ ſic quan
titas. Sic em̄ diſpoſuit dominꝰ vt ſicut eiꝰ
paſſione in quadrageſime ieiunijs cōtriſta
remur: ita eiꝰ reſurrectione in ꝗnquageſime
ferijs letaremur. Nō igit ieiunamus in ꝗn
quageſima: qꝛ in his diebus nobiſcum dñs
cōmoꝛat. Non inquã ieiunamus ꝑſente do
mino: qꝛ ipſe ait: Nunꝗd poſſunt filij ſpon Luc.5.
ſi ieiunare ꝙdiu cum illis eſt ſponſus? Cur
em̄ abſtineat coꝛpus a cibo: cū anima ꝑſen
tia dñi ſaginat? Non pōt em̄ eſſe ieiunus ꝗ
reficitur grã ſaluatoꝛis. Societas em̄ chꝛiſti
quodãmodo eſca eſt chꝛiſtiani. Reficimur ꝙ
in ꝗnquageſima nobiſcum dño ꝯuerſante.
Cum aūt poſt hos dies aſcendit ad celum:
iterum ieiunamꝰ: ſicut ait idem ſaluatoꝛ di
cens: Venient aūt dies cum auferet ab eis Ibidem.
ſponſus: ⁊ tunc ieiunabūt in illis diebꝰ. Cū
em̄ chꝛiſtus aſcendit ad celū: noſtris aufert
obtutibꝰ: famē patimur nō coꝛpoꝛis ſꝫ amo
ris: ⁊ nō tam cibi ieiunio ꝙ deſiderio labo
ramus. Deſideria em̄ quedam nr̄i ſuſtinent
oculi: dum nō ꝑſpiciunt quē requirūt: ſicut
ait ꝓpheta: Defecerūt oculi mei dum ſpero Ps.68.
in deo meo. Defecerūt em̄ ꝓphete oculi: qꝛ
nōdum videbat quē ſperabat ſe eſſe viſuꝝ.



Sic nanqꝫ apłoꝝ defecerūt oculi: cū euntez
ad celū dñm nequnt intueri: ſm̄ ꝙ ait lucas
Actꝭ.1. dicēs: Et videntibꝰ illis eleuatꝰ eſt: ⁊ nubes
ſuſcepit eum ab oculis eoꝝ. Stabant enim
beati apłi toto ſuſpenſi coꝛꝑe: ⁊ aſcendentē
ad celum dñm: qꝛ inceſſu pedū nō poterãt:
oculis ſequebant: ⁊ licet ad deducendū ſal
uatoꝛē viſio hūana deficeret: fidei tñ deuo
tio nō deficit. Vſqꝫ ad nubē em̄ chꝛiſtū de
ducūt: vſqꝫ ad celos aūt cū chꝛiſto fidei de
uotione comitant. Vñ ait apłs: ſciens fidē
Phil.3. nr̄am in celis eſſe cū dño: Noſtra aūt cōuer
ſatio in celis eſt. Nubes ꝙ ab oculis apłoꝝ
ſuſcepit ſaluatoꝛē. Videamꝰ ꝙ que iſta nu
bes ſit ꝙ ſplēdida: ꝙ ꝑclara: que lucē mūdi
chꝛiſtum ſuſcipere meret. Neqꝫ em̄ poterat
obſcura eſſe ac tetra vel tenebꝛoſa: quia ſcri
Ioh.1. ptum eſt: Et tenebꝛe eã non cōpꝛehēderūt.
Tenebꝛe em̄ lucem geſtare nō poterãt. Illa
em̄ eſt nubes que aſcēdentē ſuſcipit chꝛiſtū:
que ⁊ teſtimoniū chꝛiſto etiã in monte ꝑhi
Matth.17. buit: de qua ait euãgeliſta: Vox i nube au
dita eſt dicēs: Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ: ipſum
audite. Nō igit nubes ſuſcepit chꝛiſtuꝫ: ſed
deꝰ pater recepit filiū: ⁊ occurſu quodã pie
tatis aſcendentē illum gremio mollioꝛe cō
plectit. Nam iō pater dꝛ ſuſcipe filiū nubis
vmbꝛaculo: vt oſtendat refrigerio quodam
fouere eiꝰ vulnera paſſioniſ. Poſt crucē em̄:
poſt iniurias: poſt inferos nō eſt maiꝰ chꝛi
ſto refrigeriū: niſi ꝙ vꝫtute diuinitatꝭ obum
bꝛaret: ſicut i natiuitate eiꝰ ad mariã dicit:
Lucꝭ.1. Et virtꝰ altiſſimi obūbꝛabit tibi. Altiſſimꝰ
ꝙ pater ꝗ naſcēte chꝛiſto obumbꝛauit in vir
tute marie: aſcendentē eū ſuſcepit in nube.
Semꝑ em̄ deꝰ quos poſt iniurias ꝑducit ad
requieꝫ: ꝓtegit eos nubis vmbꝛaculo: ſicut
filios iſrael liberatos de egypto nubis co
lumna ꝓtexit: ⁊ vt poſt multū laboꝛē eos in
terrã repꝛomiſſionis induceret: refrigerij fo
Ps.104. uit vmbꝛaculo: ſicut ait ꝓpheta: Expandit
nubem ad ꝓtegendū eos. Expandit em̄ nu
bem ne ſiccitate heremi fatigarēt etiã ſolis
ardoꝛe. Letemur ꝙ in hac ſancta die: ſicut in
paſcha letati ſumꝰ. Eſt em̄ i vtraqꝫ die ſimi
lis eadēqꝫ ſolēnitas. In paſcha em̄ omnes
gentes baptizari ſolent: In pentecoſte aūt
apłi baptizati ſunt: ſicut ait dñs diſcipulis
Actꝭ.1. ſuis aſcenſurus ad celū: Iohãnes baptiza
uit aqua: vos aūt ſpūſancto baptizabimi
ni: quē accepturi eſtis nō poſt multos hos
Ibidē.2. dies. Et ideo dicit lucas: Cū aūt cōplerent
dies pentecoſtes: factus eſt ſubito ſonꝰ de
celo tanꝙ aduenientis ſpūs validi: ſeditqꝫ
ſuꝑ ſingulos coꝛum.

## Item de pentecoſte. lxiij

## On incōmode ante

n dies cōplures: ſicut retinetis fra
tres: ꝑdicatio nr̄a ꝓceſſit: in qua
deſcripſimꝰ: ꝙ caro dñi rediuiua velut in ni
toꝛe floꝛis de tumulo germinauerit: quē tu
mulum ſitū in hoꝛtulo euãgeliſta teſtatꝰ eſt:
vñ nō incongrue ꝓſecuti ſumꝰ. Conueniēs
em̄ erat vt flos ꝑcioſioꝛ i hoꝛtulo gigneret:
⁊ bone frugis cōmēdatum ſolo ſemen intra
ſepta domeſtica tñ virentia ſalutē oim pul
lularet: chꝛiſti em̄ reſurrectio cunctoꝝ eſt re
demptio ꝑploꝝ. Ergo in hoꝛtulo ſaluatoꝛ re
diuiuū coꝛpus aſſumit: et int̄ floꝛētes arbo
res ⁊ candentia lilia carne iam moꝛtua reflo
reſcit: ⁊ ita germinat de ſepulchꝛo: vt germi
nantia ⁊ nitētia cūcta reperiat. Sic em̄ poſt
hyemalis rigoꝛis frigidam quodãmodo ſe
pulturã pullulare elemēta oīa feſtinarunt:
vt reſurgēte dño ⁊ ipſa ꝯſurgerēt. Nã vtiqꝫ
ex reſurrectiōe chꝛiſti aer ſalubꝛioꝛ ē: ſol can
didioꝛ: terra fecundioꝛ: ex eo ſurculus in fru
ticem: herba creſcit i ſegetē: vinea pubeſcit
in palmitē. Si igit cū refloꝛeſcit chꝛiſti caro:
oīa floꝛibꝰ veſtiunt: neceſſe eſt vt cum idem
fructū affert: etiã vniuerſa fructificent: ſicut
ait idem dñs: Niſi granum tritici cadens in Ioh.12.
t̃rã moꝛtuū fuerit: ipſum ſolū manet: cū aūt
moꝛtuū fuerit: multū fructum affert. Reflo
ruit igit dñs: cum reſurrexit e tumulo: fructi
ficat: cuꝫ aſcendit ad celū. Flos ē cū de infe
rioꝛibꝰ terre gignit: fructus eſt cuꝫ altiſſima
ſede recondit. Granū eſt ſicut ipſe ait: cum
ſolus crucē patit: fructꝰ eſt cū plurima apo
ſtoloꝝ credulitate circūdat. His em̄ poſt re
ſurrectionē quadraginta diebus cū diſcipu
lis cōuerſatus tota illos ſapiã maturitatis
edocuit: ⁊ ad bonã frugē eos omni diſcipli
narū fecunditate cōuertit. Deinde aſcendit
ad celū ad patrē: ſcꝫ fructū carnis ꝑferens:
in diſcipulis iuſticie ſemina derelinquens.
Aſcendit ꝙ ad patrē dñs. Meminit ſancti
tas veſtra ꝙ aquile illi de pſalterio: cuiꝰ in
nouatã iuuentutē legimꝰ: cōparauerim ſal
uatoꝛem. Eſt em̄ ſilitudo non parua. Sicut
em̄ aquila humilia deſerit: alta petit: celoꝝ
vicina ꝯſcendit: ita ⁊ ſaluatoꝛ humilia infer
ni deſeruit: paradiſi altioꝛa petijt: celoꝛum

faſtigia penetrauit. Et ſicut aquila relictis
terrenis ſordibꝰ ſublime volãs purioris ae-
ris ſalubritate pfruit̃: ita ⁊ dñs terrenoꝝ fe-
cem deſerẽs peccatoꝝ: in ſanctꝭ ſuis volitãs
purioris vite ſimplicitate letat̃. Per oĩa igi
tur aquile cõparatio ꝯuenit ſaluatori. Sed
quid facimꝰ ꝙ aquila pdã facit freqũter in
alienũ. Nec i hoc tñ diſſimilis eſt ſaluator:
Predã eñ quodãmodo ſuſtulit: cũ hominẽ
quẽ ſuſcepit: inferni raptũ faucibꝰ portauit
ad celũ: et aliene dñationis: id eſt diabolice
poteſtatꝭ ſeruũ de captiuitate erutũ duxit
ad altiora captiuũ: ſicut ſcriptum eſt in pro-
Ps.67. pheta: Aſcendẽs in altũ captiuam duxit ca
ptiuitatẽ dedit dona hoibꝰ. Que ſententia
vtiqꝫ ſic itelligit̃: eo ꝙ captiuitatẽ hominis
quẽ ſibi diabolus captiuauerat: illi eruẽdo
ſibi dñs captiuarit: et ipſam: ſicut ait: capti
uitatẽ captã ad celoꝝ alta ſuſtulerit. Vtra-
qꝫ igit̃ captiuitas vno vocabulo nũcupat̃:
ſed nõ equalis vtraqꝫ ẽ. Diaboli eñ captiui
tas ſeruituti ſubijcit: Chriſti aũt captiuitas
Ibidem. reſtituit libertati. Aſcendit inquit in altũ:
captiuã duxit captiuitatẽ. Qꝫ bene trium-
phum dñi ꝓpheta deſcribit. Solebat: ſicut
dicũt: regũ triumphantiũ currus captiuoꝝ
pompa pcedere: Ecce dñm euntẽ ad celos
nõ pcedit: ſed comitat̃ glorioſa captiuitas:
nõ ante vehiculũ ducit̃: ẜ ipſa euehit ſalua-
torem. Quodã eñ myſterio dũ filiꝰ dei filiũ
hoĩs ſuſtulit ad celũ: ipſa captiuitas portat̃
⁊ portat. Qꝫ autẽ ait: Dedit dona hoibus:
hoc victoris inſigne eſt. Poſt triũphũ enĩ
victor ſemp dona largit̃: ⁊ ꝓprio regno reſi-
dens ſeruuloꝝ gaudia munerat̃. Sic chriſtꝰ
dñs victor diabolicũ poſt triũphũ reſidẽs
ad dexterã patris hodierna die diſcipulis
dona largitꝰ eſt: nõ auri talenta: nõ argenti
metalla: ſed ſpiritusſancti celeſtia munera:
vt int̃ cetera apl̃i etiã linguis varijs loque-
rent̃: hͦ eſt: vt hebree nationis hõ chriſti glo
riam romane facũdie eloquẽtia ptonaret: ⁊
redemptionẽ generꝭ humani peregrine au-
res: qꝛ iudea pdicãte lingua nõ caperẽt: ꝓ-
pria loquela cognoſcerẽt. Omnis lingua in
pdicatione chriſti reſoluit̃: vt maieſtatẽ eiꝰ
omnis loquela fateat̃: ſicͭ ait ſanctꝰ dauid:
Ps.18. Nõ ſunt loquele neqꝫ ſermones: quoꝝ non
audiant̃ voces eoꝝ. Ne miremini aũt ꝙ ad
dexterã patris reſidere dixi filiũ. Ad dexte-
ram eñ reſidet: nõ qꝛ maior patre: ſed ne mi
nor patre eſſe credat̃: ſicut heretici blaſphe-
mare ꝯſueuerũt. Sicut eñ diuinitas hono-
rificẽtie gradũ neſcit: ita ſcptura ſancta no-
uit obuiare blaſphemijs.

## De natali ſancti iohan nis baptiſte. lxiiij

Sancti ac beatiſſi
mi iohis baptiſte laudibꝰ: cuius
natalem hodie celebramꝰ: qd po
tiſſimũ pdicem neſcio: vtrũ ꝙ mirabilit̃ na-
tus ſit: an ꝙ mirabilius ſit occiſus? Natꝰ eñ
eſt in ꝓphetia: in veritate pemptꝰ eſt: naſcẽ
do annũciauit ſaluatoris aduentũ: morien
do ꝯdemnauit herodis inceſtũ. Vir eñ ſan
ctus ⁊ iuſtus: ⁊ qui pter cõmunẽ hoĩm nati-
uitatẽ ex repromiſſione generatꝰ fuerat: hoc
de deo meruit: ne cõmuni cũ ceterꝭ de ſecu-
lo morte diſcederet: ẜ corpꝰ qͦd dño donãte
ſuſceperat: dñm ꝯfitendo deponeret. Ergo
iohãnes p oĩa voluntatẽ dñi fecit: qꝛ ꝓpter
opus dñi ⁊ natꝰ eſt: ⁊ defunctꝰ. Nam vt na-
tiuitatis eiꝰ ſeriem breuit̃ repetamꝰ: cũ eẽnt
pater eiꝰ zacharias: ⁊ mater eiꝰ heliſabet eta
tis ſenectute defeſſi: ⁊ nulla filioꝝ ꝓle gau-
derent: ꝓcreãdi etiã illis liberos tempꝰ flo-
rentiſſimũ pteriſſet: ita vt de ſuſcipiẽda iã
ſobole ipſa etiã eos vota deficerẽt: ſubita p
angelũ repromiſſione donant̃: ⁊ naſci iohã-
nem gabriel ſanctus annũciat dicẽs: Ne ti- Luc.1.
meas zacharia: ecce exaudita eſt depcatio
tua: ⁊ vxor tua heliſabet ꝯcipiet ⁊ pariet fi-
lium. Exaudita ẽ inquit orõ tua: vnde intel
ligimꝰ ꝙ iohãnẽ zacharie iuſticia magꝭ oran
do genuerit: qꝫ heliſabet ſenectꝰ ꝓcurando
ſuſcepit. Hinc inquã intelligimꝰ ꝙ iohẽ ob
ſecratio creauerit nõ voluptas. Cũ eñ ma-
terni vteri viſcera etatis ſenectute frigeſce-
rent: ⁊ feſſi corpis mẽbra fecũditatꝭ grãm p-
didiſſent: ꝯtra ĩpoſſibilitatẽ corpis: ꝯtra ſte-
rilitatẽ viſceꝝ: zacharie pcibꝰ: heliſabet vte
rus intumeſcit: ⁊ ꝯcipit iohãnẽ nõ natura:
ẜ grã: vñ neceſſe erat ſanctũ naſci filiũ q nõ
tam cõplexibꝰ qꝫ orõnibꝰ gigneret̃. Minus
aũt mirari debemꝰ ꝙ tantã iohẽs grãm i na
ſcendo meruerit: debuit eñ pcurſor ⁊ preuiꝰ
chriſti aliqd ſimile hr̃e natiuitati dñi ſalua-
toris. Siqdẽ dñs de v̾gine gignit̃: iohẽs de
ſterili ꝓcreat̃. Ille ꝺ adoleſcẽtula: iſte de iã
feſſa generat̃. Habet ẜ ⁊ huiꝰ natiuitas ali-
qd glĩe atqꝫ miraculi. Quis eñ vilior partꝰ
mulierꝭ videat̃ eſſe qꝫ v̾ginis: tñ ſicut mariã
ſuſcipimꝰ ꝙ virgo pepit: ita in heliſabet mi-



ramur ꝙ anicula ꝓcreauerit. Qͦd qdẽ factũ
myſteriũ aliqd arbitror cõtinere: vt iohẽs q
veteris teſtamẽti figurã gerebat: ſenis mu-
liercule frigido ſanguine naſceret̃: Dñs aũt
q regni celeſtꝭ euãgeliũ pdicaret: feruẽtis iu
uencule flore ꝓgrederet̃. Maria eñ conſcia
virginitatꝭ mirat̃ fetũ viſceribꝰ inuolutum:
Heliſabet aũt ꝯſcia ſenectutꝭ erubeſcit par-
tum vtero pgrauato. Dicit eñ euangeliſta:
Luc.1. Occultabat ſe menſibꝰ qnqꝫ. Illud autẽ qꝫ
mirandũ ꝙ idẽ gabriel archãgelus vtriuſqꝫ
natiuitatis officiũ repſentat: zachariã ſolat̃
incredulũ: ꝯfidẽtẽ mariã cohortat̃. Ille cur
dubitauerit vocẽ pdidit: hec qꝛ ſtatĩ credi-
dit verbũ ſalutare ꝯcepit. Hoc etiã in laudi
bus iohis mime tacendũ videt̃: ꝙ nõdũ na
tus etiã ꝓphetat: ⁊ adhuc in materni vteri
ſinibꝰ ꝯſtitutꝰ aduentũ chriſti: qꝛ voce nõ po
terat: gaudijs ꝯfitet̃. Dicit eñ heliſabet ad
Ibidem. ſanctã mariã: Simul vt facta ẽ vox ſalutatio
nis tue: exultauit ĩ gaudio ĩfans ĩ vt̃o meo.
Exultat eñ iohẽs añqꝫ naſcat̃: ⁊ p̾uſqꝫ mun
di oculis habitũ recognoſcat: iã ſpũ mũdi
dñm recognoſcit. In q arbitror ꝓpheticam
Hiere.1. ꝯuenire ſnĩam q dicit: Priuſqꝫ te formarẽ in
vtero noui te: ⁊ p̾uſqꝫ exires de vulua: ſan-
ctificaui te. Vñ mirari nõ debemꝰ ꝙ ab he-
rode miſſus ĩ carcerẽ: clauſus chriſtũ ſemp
ſuis diſcipulis intimaret: cũ etiã clauſus in
vtero eundẽ dñm geſtibus pdicauit.

## Item de natali ſancti io hannis baptiſte. lxv

Sancti iohãnis ba-
ptiſte natalẽ hodie ꝓſecuturꝰ ta-
cere vellẽ: ⁊ laborẽ atqꝫ imperitiã
meã ſilentio coercere: ẜ eñ ipſa vis noĩs mi
nime me ſilere pmittit. Nã nũcupatio voca
buli ipſiꝰ pectoris nr̃i vrget ſecreta: ſilentij
nr̃i reſoluit arcana: ⁊ qͦd diſſimulatõe retice
tur: admiratione cõpellit̃. Si eñ pat̃ zacha
rias cũ eũ noĩauit vocẽ recepit: qꝫto magis
nos cũ laudemꝰ illũ eloquiũ ꝓmeremur: ⁊ ſi
illiꝰ os cũ in ſeculo naſceret̃ aperuit: quãto
magꝭ cũ ꝓ chriſto patit̃ ora nr̃a fecũdat. Cũ
eñ zacharias pat̃ eiꝰ ꝓpter incredulitatem
natiuitatꝭ illiꝰ ab angelo gabriele ſilentij eẽt
taciturnitate mulctatꝰ: etiã diu mutꝰ v̾boꝝ
diſpẽdio mentꝭ ſecreta velaret: ſubito nato
iohãne filio cũ apud ꝓximos eſſet intentio
q noĩe vocaret̃: offerunt̃ patri tabule: vt vo
cabulũ eiꝰ p ſui arbitrio ipſe deſcriberet: et
qͦd ſermone nõ poterat: litterꝭ loqueret̃: tũc
mirũ in modũ acceptꝭ pugillaribꝰ vt ſtilum
figeret: linguã reſoluit: ac lr̃as ſermone pue
nit: ⁊ iohẽm non teſtatꝰ eſt ẜ locutꝰ. Videte
igit̃ ſancti baptiſte meritũ: vocẽ pr̃i reddi-
dit: ſacerdoti eloquẽtiã reparauit. Videte
inquã meritũ: os qͦd angelus alligauerat:
iohẽs abſoluit: qͦd gabriel obſtruxerat: par-
uulus reſerauit: quãqꝫ ⁊ ipſe ſit angelus: ſicͭ
ſcriptũ eſt de deo: Ecce mitto angelũ meũ Malachie.3.
ante faciẽ tuã. Reſpicite igit̃ iohãnẽ: quãta
vis ſit eiꝰ vocabuli: cuiꝰ nũcupatio reddidit
muto vocem: patri pietatẽ: pp̃lo ſacerdotẽ.
Prius eñ erat tacens lingua: ſterilis filio:
p̾uatꝰ officio: at vbi iohẽs naſcit̃: fit repen-
te pater ꝓpheta vel pontifex: loquela vſũ
recipit: ꝓlem affectio ſuſcipit: ſacerdotẽ fun
ctio recognoſcit. Cũ ẜ tanta vis ſit eiꝰ voca-
buli: dicturi de eo: et ſi tacere volumꝰ: ſilere
nõ poſſumꝰ. Ipſe eñ iohãnes vox clamãtꝭ
dicit̃: Quis igit̃: q vocẽ laudet ⁊ taceat: cla-
morem admiret̃ et mutꝰ ſit? Ait eñ ipſe de
ſe: Ego ſum vox clamãtꝭ in deſerto. Videte Joh.1.
qd dixerit. Nõ eñ ait tantũ: Ego ſũ vox ẜ
et clamantꝭ: vox ſcꝫ vt ad fidem ꝯſequẽdã:
vox aures penetret: clamor corda cõcutiat:
vox regnũ pdicet: clamor iudiciũ cõminet̃.
Magnus igit̃ iohẽs: cuiꝰ magnitudini etiã
ſaluator teſtimoniũ phibet dicẽs: Inter na Luc.7.
tos mulierũ maior nõ eſt iohãne baptiſta.
Precellit cunctꝭ: eminet vniũſis: antecedit
ꝓphetas: ſupgredit̃ patriarchas: ⁊ quiſqs
de muliere: inferior ẽ iohãne. Sꝫ debemꝰ di
ligent̃ inqrere: cur ita dñs dixerit: hoc ẽ: int̃
natos mulierũ: ⁊ non potiꝰ dixerit int̃ filios
viroꝝ nõ ẽ maior iohãne: cũ vtiqꝫ mulieres
natos ſine viris hr̃e nõ poſſint. Hoc aũt di-
xit: qꝛ numeroſior eſt ꝓles mulieꝝ qꝫ viroꝝ.
Eſt eñ mulieris filiꝰ q viri filiꝰ nõ eſt: deniqꝫ
ſancta maria genuit filiũ: q patrẽ hoiem nõ
haberet. Dñs eñ eſt mulieris filiꝰ: ⁊ viri filiꝰ
nõ eſt: ſicut dicit apl̃us: Natũ de muliere fa Gal.4.
ctum ſub lege. Vt q matrẽ in terrꝭ habet pa
trẽ haberet ĩ celis. Ergo ĩ laudẽ iohis fecũdi
oris ſexꝰ generatio ponit̃: vt nulliꝰ ab eo na-
tiuitas ſeparet̃. Dicͭ forte aliqs: ſi int̃ natos
mulieꝝ maior ẽ iohẽs: nũqd etiã maior ẽ ſal
uatore? Abſit. Iohẽs.n. natꝰ mulierꝭ: chriſtꝰ
aũt v̾gis natꝰ ẽ: ille corruptibil̃ vteri ſinibꝰ
effuſus eſt: iſte ĩpollute vulue flore ꝓgenitꝰ.
Ideo aũt cũ iohis natiuitate dñi generatio
deputat̃: ne dñs extra veritatẽ videret̃ eſſe
ꝯditionis humane.

## Itē de ſancto iohāne baptiſta. lxvi

# Iximus ſuperiore

D

dñica cum ſilentij noſtri veniam
peteremus: ꝙ pro ſalute cōmuni
ſacerdotibus etiam tacentibꝰ doctrina euā-
gelica nō taceat: ⁊ ꝙ ſilentium eorū ſuple-
ret diuina ſentētia. Semꝑ eñ diuia ſcriptu
ra loquit̃ ⁊ clamat: ſicut ſcriptū eſt de iohan
Matth.3. ne: Ego ſum vox clamantis in deſerto. Nō
Ioh.1. eñ tantū illo in tempore clamauit iohānes
quo phariſeis annūcians dominū ſaluato-
Matth.3. rem dixit: Parate viaꝫ dñi: rectas facite ſe-
mitas dñi dei noſtri: ſ; ⁊ hodie clamat in no
bis: ⁊ vocis ſue tonitruo deſerta noſtrorum
concutit peccatoꝝ: Ac licet ſancta martyrij
morte dormierit: vox tñ eius viuit: dicit eñ
Ibidē. ⁊ nobis hodie: Parate viaꝫ domini: rectas
facite ſemitas eius. Semꝑ eñ ſcriptura di-
uina clamat ⁊ loquit̃. Unde et ad cain dicit
Gen.4. deus: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad
me. Nulla vtiqꝫ ſanguini vox eſt: ſed clama
re dicit̃ ſanguis qui innocēs effuſus eſt: nō
tam vere ꝗ̄ cauſa: ⁊ interpellare dñm nō ꝓ-
ſecutione eloquij: ſed indignatiōe cōmiſſi:
ac reatum ſuū nō tam verboꝝ accuſare ſer-
monibꝰ ꝗ̄ ꝯſcientie ipſius criminatione cō-
ſtringere. Quis eñ malum factū ſi in ver-
ba ꝓducat̃: excuſationē fortaſſe recipit: niſi
cōſcientia reuocet̃ nō poteſt excuſari. Con-
ſcientia eñ reatum ſuū ſemꝑ tacita ſine con
tradictione ꝯuincit ⁊ iudicat. Hodieqꝫ ergo
Matth.3. iohānes clamat et dicit: Parate viam dñi:
rectas facite ſemitas eius. Parare ergo iu-
bemur viam dñi: ſcꝫ nō aggerem itineris: ſ;
fidei puritatem. Dominꝰ eñ non terrenam
ſemitaꝫ carpit: ſed ſecreta mentꝭ incedit. Si
quid igit̃ in hac via fuerit moribus aſperū:
crudelitate durum: cōuerſatione pollutuꝫ:
iubemur mūdare: exeq̄re: cōponere: vt ſu-
perueniens dominꝰ nō offendat in nobis:
ſed magis reperiat viā caſtitate puram: ꝓ-
cliuem fide: elemoſynis eminenteꝫ. Quo aūt
tali itinere incedere ſoleat dominꝰ: ꝓpheta
Ps.67. deſcribit dicens: Iter facite ei qui aſcendit
ſuꝑ occaſum: dominꝰ nomen eſt ei. Sed vi-
deamus ipſe iohānes qui parare viam dño
iubet: quā ipſe viā parauerit ſaluatori. Per
omnia plane adueniēte chriſto tramiteꝫ vie
ſue compoſuit ⁊ direxit. Nam fuit vtiqꝫ ie-
iunus: humilis: parcus ⁊ virgo. Omnes eñ
has virtutes eiꝰ euāgeliſta deſcribens ait:
Matth.3. Ipſe aūt iohānes veſtitū habebat de pilis
cameloꝝ: ⁊ zona pellicea circa lumbos eiꝰ.
Eſca autem eiꝰ erant locuſte ⁊ mel ſilueſtre.
Que igit̃ maior cauſa hūilitatis in ꝓpheta
ꝗ̄ ꝯtemptꝭ mollibꝰ veſtimētis: piloꝝ aſpe-
ritate veſtiri? Que deuotior fides ꝗ̄ ꝑcinctū
zona paratū eſſe ſemꝑ ad oīe ſeruitutꝭ ob-
ſequiū? Que ꝑclarior abſtinētia ꝗ̄ ſprete vi
te huius delitijs: ſtridulis veſci locuſtis ac
melle ſilueſtri? Que omnia hec qm̄ ꝓphete
vſui erant: arbitror in his ipſis ꝓphetiā fu-
iſſe. Nam vtiqꝫ cū ꝑnunciꝰ chriſti veſtimen-
tum habebat cameloꝝ aſperitate ꝯtextum:
q̄d aliud ſignificat niſi ꝙ ipſe chriſtꝰ adueni-
ens vſurus eſſet indumēto humani corꝑis:
qd erat peccatoꝝ aſperitate denſatū: ⁊ ꝙ ve
lut imūdiſſime beſtie: hoc ē: gentilis ꝑłi cir-
cundatꝰ exuuijs deformitatē eiꝰ ipſe geſta-
ret? Zona vero pellicea: q̄d aliud demōſtrat
niſi hāc fragilē carnē nr̄am que ante aduen-
tum chriſti dñabat̃ ad vitia: poſt aduentuꝫ
eiꝰ reſtrictā eſſe ad virtutē: ⁊ q̄ ante luxurian
do dilatabat̃ in pinguedinē: nūc abſtinēdo
attenuaret̃ in pelle? Exitū vero eiꝰ ꝗ̄ beatū
legimꝰ. ſ. ꝙ pſaltria regis filia poſt illaꝫ ini-
micam voluptateꝫ caput eiꝰ petierit. Quid
mirū ſi pſaltria occidit ꝓphetaꝫ: qꝛ luxuria
ſemꝑ ē inimica iuſticie: ⁊ ꝙ iniq̄tas ſine ceſ-
ſatione ꝑſequit̃ veritatē. In q̄ facto grande
myſteriū ꝯtinet̃. Nā vtiqꝫ ipſa pſaltria ſyna
goge eſt cōparanda q̄ chriſtū dum luxuriat̃
occidit. Quo aūt iſta pſaltria ſynagoga ſit: di
Matt 11. cit dñs ad iudeos: Cantauimꝰ vobis ⁊ non
pſaltaſtꝭ. Cur aūt a iohis corꝑe caput abla-
tuꝫ ſit: manifeſta res ē. Iohes: ſicut ſcꝑturꝭ
aſtruit̃: typum legis gerebat. De dño aūt le
1.Cor.11. gimꝰ: qꝛ viri caput chriſtus eſt. Ergo cū a io
hannis corꝑe caput eiꝰ aufert̃: chriſtꝰ quodā
modo a iudeis legis cultoribꝰ ſeparat̃. Re-
manſit eñ illis ſine ſaluatore lex exanimis ⁊
truncata. Nā ex eo vtiqꝫ iudei diuina nō ſa
piūt: ex q̄ ſine capite eſſe ceperūt. Iter igit̃
facit dño q̄ int̃ ceteras ꝯtinētie ꝟtutes: ma-
trimonij limitem nō excedit: nec cōiugij ꝑ-
ſcriptū terminū adulterina ꝑmixtiōe cōma-
culat. Sūt eñ nōnulli q̄ cū legibꝰ vxores du
xerint: ꝯtra diuinitatis legē ſibi ſociant ꝯcu
binas: nō itelligētes q̄d ꝯtrahēdo matrimo
nia ꝓprijs vinculis ꝯſtrinxerūt. Qui eñ le-
gibꝰ ducit vxorē: ꝓfitet̃ ſe ꝯtra legē non eſſe
facturū. Reum ḡ ipſe ſe ſtatuit: q̄ adhibēdo
ſibi adulterā ius pollicitatiōis excedit. Sꝫ
dicit aliq̄s: vxorē nō habeo: iō mihi ancillā
ſociaui. Audi q̄d dicat ſcriptura ad abraaꝫ:



Gen.21. Eijce ancillam ⁊ filiū eius: nō eñ heres erit
filius ancille cū filio libere. Si igit̃ ancille fi-
lius heres nō eſt: ḡ nec filius eſt. Cur autem
querit̃ tale cōiugium: de quo ſuſceptꝰ filius
nec ſucceſſionis poſſit heres eſſe nec ſangui
nis? Nec eñ habere pōt hereditatis ꝯſortiū
qui nō habet originis ꝓuilegiū. Cur inquā
querit̃ tale ꝯtubernium de quo nati nō filij
ſūt matrimonij: ſ; teſtes ſint adulterij? Cur
hmōi ſuſcipiūt̃ adulteri q̄ patri pudori ſint
Sap.3. nō honori? Dicit ſcꝑtura: adulteroꝝ filij in
cōſummatione erunt: ⁊ ab iniquo thoro ſe-
men exterminabit̃. Mulier igit̃ tua ſi talibꝰ
moribus ꝑdita eſt vt mereat̃ ꝯſortium: me-
reat̃ ⁊ nomē vxoris: ꝑſta ꝯcubine tue liber-
tatem ⁊ nomen vxoris: ne tu adulter ſis po-
tius ꝗ̄ maritus. Sꝫ ⁊ ille iter facit domino
chriſtianus qui ꝓfeſſionis ſue exhibet ei fi-
dele ſeruitiū: ⁊ caſtitatem quā ꝓmiſit cuſto
dit tam mente ꝗ̄ corpore. Sunt eñ pleriqꝫ
qui ſingularē vitam ꝓponētes: ſinguli eſſe
nō poſſunt: ſed querūt ſibi cōtubernia atqꝫ
vtinam fratrū. Inueniſti chriſtianū mona-
chum cui cum fratre nō conuenit: ⁊ libentiꝰ
ei cōuenit cum ſorore: qui nō ſequit̃ ſeniorē
vtilia cōmonentē ⁊ ſequit̃ adoleſcentulā in-
congrua cachinnantē eius: ⁊ ſi ſincere corpꝰ
ſit: anima nō poteſt eſſe ſinceris. Sed ⁊ ille
clericꝰ iter dño facit qui ſm̄ euāgeliū viuit: ⁊
per oīa obtemperat ſacerdoti. Aliqui enim
cum ſint minus ſubditi: moleſte ferunt cuꝫ
a ſenioribꝰ arguunt̃: dicunt: grauiter iraſcit̃
epiſcopus: patientior eſſe deberet. Audi er-
go optime clerice: ſacerdotꝭ exigis patien-
tiaꝫ: ⁊ tui nō exigis diſciplinā. Neſcis quia
mihi ſalutꝭ cauſa arguere aliq̄ñ ꝑmiſſum ē:
tibi nunq̄ꝫ peccare cōceſſum eſt. Dicit enim
1.Timo.4. apłus: Increpa oportune īportune: argue.
Eſto ḡ in omnibꝰ ſubditus ſacerdoti: ſi vis
eum eſſe manſuetum.

## De natali ſanctorum apo-
## ſtoloꝝ petri ⁊ pauli. lxvii

# Om omnes beati

c

apłi parem gratiam apud dñm
ſanctitatꝭ obtineant: neſcio quo
tñ pacto petrus ⁊ paulus vident̃ pre ceteris
peculiari quadā in ſaluatorem fidei virtute
ꝑcellere. Qd q̄dē ex ipſiꝰ dñi iudicio poſſu-
mus approbare. Nam petro ſicut bono diſ-
penſatori clauē regni celeſtis dedit: Paulo
tanq̄ꝫ idoneo doctori magiſteriū eccłiaſtice
inſtitutionis iniūxit: ſcꝫ vt quos iſte erudie
rit ad ſalutē: ille ſuſcipiat ad quietē: ⁊ quoꝝ
corda paulus patefecerit doctrina verboꝝ:
eorum animabꝰ petrus aperiat regna celo-
rum. Clauem eñ quodāmodo a chriſto ſci-
entie ⁊ paulus accepit. Clauis eñ dicēda ē
qua ad fidem peccatoꝝ dura reſerant̃: men-
tium ſecreta pandunt̃: ⁊ quicquid intrinſe-
cus clauſum tenet̃ in palam rōnali manife-
ſtatione ꝓducit̃. Clauis inquā eſt que ⁊ cō-
ſcientiā ad ꝯfeſſionem peccati aperit: ⁊ gra-
tiam ad eternitatē myſterij ſalutaris inclu-
dit. Ambo igit̃ claues a dño ꝑceperunt: ſci-
entie iſte: ille potētie: diuitias imortalitatꝭ
ille diſpenſat: ſcientie theſauros iſte largit̃.
Sunt eñ ſcientie theſauri: ſicut ſcriptū eſt:
In quo ſunt omnes theſauri ſapiētie et ſci- Col.2.
entie abſconditi. Ergo beatꝰ petrus ⁊ pau-
lus eminent inter vniuerſos apłos: ⁊ pecu-
liari quadam ꝑrogatiua ꝑcellunt. Uerū int̃
ip̄os q̄s cui ꝑponat̃: incertū ē: puto. n. illos
equales eſſe meritꝭ: qꝛ equales ſunt paſſio-
ne: ⁊ ſimili eos fidei deuotione vixiſſe quos
ſimul videmꝰ ad martyrij gloriam ꝑueniſſe.
Nō eñ ſine cauſa factū putemꝰ ꝙ vna die:
vno in loco: vniꝰ tyranni tolerauere ſniam.
Una die paſſi ſunt: vt ad chriſtū pariter ꝑ-
uenirēt. Uno i loco: ne alteri roma deeſſet.
Sub vno ꝑſecutore: vt equalis crudelitas
vtrūqꝫ ꝯſtringeret. Dies ergo ꝓ merito: lo-
cus ꝓ gloria: ꝑſecutor decretus eſt ꝓ virtu-
te. Et in quo tandē loco martyriū ꝑtulerūt?
In vrbe roma q̄ ꝓncipatuꝫ ⁊ caput obtinet
nationū: ſcꝫ vt vbi caput ſuꝑſtitionis erat:
illic caput quieſceret ſanctitatis: ⁊ vbi gen-
tilium ꝓncipes habitabant: illic eccłiaꝝ ꝓn-
cipes morarēt̃. Cuiꝰ aūt meriti ſint beatiſſi-
mi petrus ⁊ paulus: hinc poſſumꝰ intellige-
re. Quo cum dñs orientis regionē ꝓpria illu-
ſtrauerit paſſione: occidentis plagaꝫ ne q̄d
minus eſſet vice ſui: apłoꝝ ſanguine illumi
naſſe dignatꝰ ē: ⁊ licet illiꝰ paſſio nobis ſuffi
ciat ad ſalutē: tñ etiaꝫ hoꝝ martyriū nobis
ꝯtulit ad exēplū. Hodierna igit̃ die bti apłi
ſanguinē ꝓfuderūt. Sꝫ videamꝰ cāꝫ q̄re iſta
ꝑpeſſi ſunt. ſ. ꝙ int̃ cetera mirabilia etiā ma
gnū illū ſimonē orōnibꝰ ſuis de aerꝭ vacuo
ꝑcipiti ruina ꝓſtrauerūt. Cū eñ ideꝫ ſimon
ſe chriſtū diceret: ⁊ tanq̄ꝫ filiū ad patrē aſſe-
reret volādo ſe poſſe ꝯſcendere: atqꝫ elatus
ſubito magicꝭ artibꝰ volare cepiſſet: tūc pe-
trus fixis genibꝰ ꝑcatꝰ ē dñm: ⁊ ꝑcatiōe ſan-

cta vincit magicā leuitatē. Prior eñ aſcēdit
ad dñm oratio ꝙ̄ volatuſ: et añ ꝑuenit iuſta
petitio: ꝙ̄ iniqua ꝑ̄ſumptio. Ante petr⁹ in
terris poſit⁹ obtinuit qđ petebat: ꝙ̄ ſimon
ꝑueniret in cęleſtib⁹ q̇ tendebat. Tūc igitur
petrus velut vinctū illū de ſublimi aere de‐
poſuit: ⁊ quodā ꝑ̄cipitio in ſaxo elidens ei⁹
crura ꝯfregit. Et h̄ in opprobrio facti illi⁹: vt
q̇ pauloante volare tentauerat: ſubito am‐
bulare nō poſſet: et q̇ pennas aſſumpſerat:
plantas amitteret. Sed nec forte hoc mirū
videaꝛ ꝙ mag⁹ iſte ꝑ̄ſente apl̄o ꝑ aerem ali‐
quiandiu volitauerit: hoc patiētia petri fe‐
cit. Permiſit eñ illū ſublimi⁹ aſcendere: vt
alti⁹ caderet. Voluit eñ in excelſum leuari
ad ꝯſpectū oim: vt ruentē illū d̄ excelſo ocu‐
li oim peruiderent. Hęc igiꝛ eſt iniquitatis
elatio: vt in altū ſe ferat: i ſublime ſe erigat.
Sed ſancta oratio oēm humiliat ſuꝑbiam:
vniuerſam deijcit vanitatem.

## Item de natali ſanctorum aplo͞ꝝ petri ⁊ pauli. lxviij

## Natalem beatiſſimo

rum apoſtolorū petri ⁊ pauli ho‐
die celebrantes: diūſis epulis nos
reficere debem⁹: ⁊ tantā feſtiuitatē magna
cum leticia celebrare. Quis eñ taliū virorū
ſolennitatē nō magna cū lętitia debet cele‐
brare? Quis eñ taliū viroꝝ ſolennitate nō
magnos ſibi exhibeat apparatus: vt q̇ plus
expenderit: plus ſe apoſtolos ꝯfirmet ama‐
re? Verūtñ nō opus ē ꝓprio ſumptu ad re‐
fectionem noſtrā: nam natali ſuo ſanct⁹ pe‐
trus ipſe nos reficit. Eſt eñ omnib⁹ copijs
refertum vas ei: qđ illi de cęlo eſurienti de‐
latum ē. Igiꝛ qui eſurit ſicut petrus: reficiꝛ
ipſe cum petro. Vt quid ergo ꝑ̄parem⁹ no‐
bis ꝓprium prandiū: cum apoſtolico fercu‐
lo ſaginemur? Cur nobis inquiram⁹ terre‐
nas epulas: cū cęleſtes copias habeamus?
Acti.10. Dicit eñ ſanctus lucas i actib⁹ apoſtolorū:
poſt orōnem eſurienti petro circa horā ſex‐
tam: aperto cęlo vas quoddā ſplendidū ve‐
lut linteum fuiſſe delatū: in q̇ erant quadru
pedia ⁊ repētia terrę ⁊ volatilia cęli: ⁊ dixiſ‐
ſe dñm ad eum: Petre ſurge imola ⁊ mādu‐
ca. Ecce petrus q̇ dicit alibi: Aurū ⁊ argen‐
Ibidē.3. tum nō eſt mihi: nūc conuiuij ei⁹ vaſculum
ſplendidius eſt argēto. Et qui ꝓpter chriſtū
argenti ſpeciem refutaſſet: ꝑ chriſtū argen‐
ti nitore ditaꝛ. Pranſuro igiꝛ petro deſunt
coquorū apparat⁹: deſunt obſequia famulo
rum: ſed qđ eſt meli⁹: miniſteria diuina non
deſunt: et vtilioris cōmunione ſancto viro
qđ deeſt i terris abundat i cęlis. Vt reficiaꝛ
eñ petrus: nō cellariū ſollicite reſeraꝛ: ſed
cęlum ipſum ꝓtinus aperiꝛ. Legim⁹ in ſcri‐ 3.Reg.17.
pturis ſanctū heliam in deſerto coruis mi‐
niſtrantib⁹ paſtum: quāto melius petr⁹: cui
nō paruam eſcam tetra auis porrigit: ſ; inte
grum cōuiuium multitudo angelica ſubmi‐
niſtrat. Poſt orōnem ḡ eſurijt petrus. Mi‐
randum cur ſanctū virum poſt orōnē fames
ſequaꝛ: cum ſoleat fames orōne depelli: eſu
riens anima nō niſi obſecrationib⁹ ſagina‐
ri? Sed puto petrū poſt orōnem nō cibum
eſuriſſe hominū ſed ſalutem: nec inedia ve‐
xatum eſſe corpis: ſed inopia credentiū la‐
boraſſe. Cum eñ iudaicus populus ꝑfidus
et ingratus illo ꝑ̄dicāte chriſto nō crederet:
famem quodāmodo petrus ſui officij ſuſti‐
nebat. Famem eñ patiꝛ qui minime fructū
ſui laboris aſſequiꝛ. In cęnaculum igiꝛ ad
orōnem feſtinus aſcendit. Bñ ait in cęnacu
lum ad orationē aſcendiſſe petrū: qꝛ omnis
ſanctus quādo orat: relinquēs humilia vel
terrena in altum mentꝭ extolliꝛ ⁊ in ſublime
ſuſpenſus rapiꝛ: ⁊ cogitatiōe ſancta cęlo vi‐
cinius efficiꝛ. Atqꝫ ibi eſuriēti illi: hoc ē: co‐
gitanti in cordis ſui ſublimiori loco ꝓ ſalu‐
te iudaici populi: offerꝛ vas diuerſorū gene
rum animalib⁹ plenum: velut diuinitate di‐
cente illi: Tu in iudęos ſolos eſuris: ecce fa‐
mem fidei tuę cunctarū gentiū diuerſitate
reficio. Nā vtiqꝫ diuerſa animalia collecta
in vno vaſculo diuerſaꝝ gentium cōgrega‐
tio collecta in vna eccleſia demonſtraꝛ: quę
eccleſia in illi⁹ vaſculo ſplendido dū nō ha‐
bet maculā neqꝫ rugā: lintei nitore reſplen‐
det. In qua ꝓ̄mū animal deo ex gentib⁹ cen
turio corneli⁹ eſt imolatus. De hoc ḡ vaſcu‐
lo ſuo hodie nos reficit petr⁹. Cum eñ vide
mus gentiliū turbas ad fidē chriſtianitatis
accurrere: ſimul cū apl̄is gratulamur. Non
eñ mortui ſunt quoꝝ curam⁹ natalē hodie:
ſ; renati viuūt pane: qꝛ participes effecti ſūt
chriſti q̇ vita ē oim. Quis eñ corꝑa paſſio‐
ne cęſa ſint: interrupt⁹ tñ nō eſt ordo viuen‐
tiū. Iugiꝛ eñ ⁊ deo gr̄as agūt: ⁊ laudes ſal‐
uatori referunt: niſi ꝙ reſoluta membrorum
ſarcina magꝭ adhęrent chriſto: ſicut ait pau
lus: Diſſolui ⁊ cū chriſto eſſe quāto meli⁹. Phil.1.
Non ḡ dicenda ē mors qua interueniēte ca‐



remus ꝑſecutorib⁹: ⁊ chriſto ꝯnectimur. Nō
eſt plane dicēda mors quę chriſto mortuū
ſociās lucrū efficit morientis: ſicut ait beat⁹
Phil.1. apl̄us: Mihi eñ viuere chriſtus eſt: ⁊ mori
lucrū. Illa aūt vera eſt mors q̄ etiā viuentē
hoiem peccatoꝝ morte cōſtringit: qui ꝙ̄uis
viuere videaꝛ: ſcelerib⁹ tñ ſuis morti iam vi
deꝛ addictus: ſicut ait apl̄us de illa delitio‐
Timoth.5. ſa vidua: Hęc aūt viuens mortua eſt.

## Item de natali ſanctorum apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli. lxix

## Notum omnibus vo

bis eſt frēs: ⁊ vniuerſo mūdo no‐
tiſſimū ꝙ beatiſſimoꝝ petri ⁊ pau
li natalis ē hodie: nec aliquā partē orbis la
tere pōt tanta deuotio. Siqđē de ijs dicat
Ps.18. dauid ꝓpheta: In omnē terrā exiuit ſonus
eoꝝ: ⁊ in fines orbis terrę vba eoꝝ. In oēm
terrā mirabiliū petri virt⁹ diffuſa eſt: ⁊ in fi‐
nes orbis terrę epl̄aꝝ pauli verba penetra‐
runt. Quis eñ nō audiuit: ꝙ ꝓ̄mū petr⁹ ſe‐
denti ad portam ſpecioſam claudo: ⁊ ex ma
tris ſuę olim ventre iam debili pedū reſtitu‐
erit firmitatē: vt qđ natura min⁹ cōtulerat:
apl̄ica gr̄a repararet? Cū eñ idem claudus
ſtipem rogans aliq̇d pecunię ſe ab apl̄is cre
Act.3 deret accepturū: ait illi petrus: Argentum
⁊ aurū nō habeo: ſ; qđ habeo: h̄ do tibi: In
noie dñi noſtri ieſu chriſti nazareni ſurge et
ambula. Beata plane largitas: quę petenti
argentū q̇dē nō ꝯtulit: ſed ꝯtulit ſanitatē.
Beata largitas: q̄ de theſauris ſuis aurum
nō ꝓtulit: ſed ꝓtulit medicinā. Beat⁹ ⁊ ille
claudus: q̇ dū ſtipem quęrit pecunię: diui‐
tias incolumitatis accepit. Hoc eñ ab apo‐
ſtolis donatū meruit: qđ nullis theſaurꝭ a
medicis redimere potuiſſet. Primū ḡ ſignū
mirabiliū ſuoꝝ petrus fecit: claudo pedū re
ſtituēdo veſtigia. Diximus frequenter ipſum
Matth.16. petrū a dño nūcupatū: ſicut ait: Tu es pe‐
trus: ⁊ ſuꝑ hāc petrā ędificabo eccl̄iā meā.
Si ḡ petrus petra ē ſuꝑ quā ędificaꝛ eccl̄ia:
recte ꝓ̄us pedes ſanat. Vt ſicut in eccl̄ia fi‐
dei fundamentū ꝯtinet: ita ⁊ in hoie mēbro
rum fundamēta ꝯfirmet. Recte inquā ꝓ̄mū
in chriſtiano pedes curat: vt iam nō intrepi
dus nec imbecillis poſſit ſuꝑ petrā eccl̄ię: ſ;
robuſtus ⁊ fortis incedere. Vbi autē verba
pauli apl̄i nō leguꝛ? Qui loc⁹ ea nō litterꝭ
inſcribit: corde retinet: ꝯuerſatiōe cuſtodit:
qꝛ paulus a dño vas electionis eſt noiat⁹?
Bonū vas in q̇ ꝑ̄cioſa mandatoꝝ chriſtiani
ꝑ̄cepta ꝯduntꝛ: bonū vas de cui⁹ plenitudi‐
ne ſubſtantia vitę ꝑpl̄is ſemꝑ erogaꝛ ⁊ plenū
eſt. Optima apl̄oꝝ nomina petra ⁊ vaſculū
neceſſaria domui ſaluatorꝭ. Dom⁹ eñ forti‐
tudinis petra ꝯſtruiꝛ: vtilitate vaſis ornaꝛ.
Petra ad firmitatē ne labāꝛ ſuſtētat ꝑpl̄os:
vas ad cuſtodiā ne tententꝛ operit chriſtia‐
nos. Exitus vero eoꝝ de h̄ ſęculo: ꝙ̄ beat⁹
fuerit: nemo eſt q̇ neſciat. Nam ꝓ̄ma hęc in
illis beatitudo ē: ꝙ ambo vna die paſſi eſſe
noſcuntꝛ: ſcꝫ vt quos vna fides ſeruitio de‐
uinxerat: vna dies martyrio coronaret: de‐
inde ipſa paſſio licet diuerſa in ſingulis fue
rit: tñ quāta referta eſt gr̄ę ſanctitate. Nam
petr⁹ crucis ſiē ſaluator exitū tulit: ⁊ a dñicę
deuotionis ſſitudine nec morte diſcret⁹ eſt:
ſcꝫ vt quē imitabaꝛ fide: imitareꝛ ⁊ paſſio‐
ne. De pauli vero ceruice cū eā ꝑſecutor gla
dio ꝑcuſſiſſet: diciꝛ fluxiſſe lactꝭ magꝭ vnda
ꝙ̄ ſanguinis: et mirū in modū ſanctū apl̄m
baptiſmi gr̄a in ipſa cęde extitiſſe ſplēdidū
potius ꝙ̄ cruentū. Quę quidē res i ſancto
paulo ſtupenda nō eſt. Quid eñ mirū ſi ab
undat lacte nutritor eccl̄ię: ſicut ipſe ad co‐
rinthios ait: Lac vobis potū dedi nō eſcā. 1.Cor.3.
Hęc eſt plane repromiſſionis illa terra: quā
patrib⁹ noſtris deus ꝓmiſit: dicēdo: Dabo
vobis terrā fluentē lac ⁊ mel. Nō eñ de hac
terra locutus eſt q̄ manantib⁹ aquis cęnum
inuoluit lutūqꝫ ꝑmiſcet: ſed de illa trā pauli
⁊ ſimiliū pauli quę iugiter purū ſuaueqꝫ di‐
ſtillat. Quę eñ pauli epiſtola nō melle dul‐
cior eſt: lacte candidior? Quę epiſtolę tanꝙ̄
vbera eccl̄iaꝝ ꝑpl̄os enutriūt ad ſalutē. De
ceruice ḡ apl̄i ꝓ ſanguine lac manauit. Le‐
gim⁹ i ipſo: qm̄ caro ⁊ ſanguis regnū dei nō 1.Cor.15.
poſſidebūt. Igiꝛ iam paul⁹ poſſidet regnū:
qm̄ caret ⁊ ſanguine q̇ ipedire diciꝛ regnatu
rum. Adhuc ḡ paulus in terris poſitus etiā
in regni cęleſtis ſubſtantiā transformaꝛ.

## De natali ſancti euſebij vercellēſis epiſcopi. lxx

## D ſancti martyris

euſebij laudē aliq̇d addere velle:
decerpere eſt. Tam ineffabilium
eñ doctrinaꝝ mgr̄ extitit: vt merita ei⁹ faci‐
lius operib⁹ cognoſci poſſint: ꝙ̄ ſermonib⁹
explicari. Tantū aūt de eo ꝯſciētia retinet:
ꝙ̄tum orō ⁊ narratio nō ꝑualet. Igiꝛ geſta
illi⁹ nō verbis adornāda ſunt: ſ; ꝑſtringēda

ſententijs: ꝓſertim ꝗ ſcim⁹ eam rem comete
re nos nō debere ſermonib⁹ quaꝫ videmus
iam comptā eſſe virtutib⁹: cuꝫ dicat apl'us:
1. Cor. 4. Regnuꝫ dei nō in ſermone eſt ſed in v̄tute:
Ergo ad merita ei⁹ aliquid addere velle: de
cerpere eſt: me ꝑcipue qui ⁊ ignarus reꝝ ge
ſtarum ſim: ⁊ litteraꝝ imperit⁹ ſacraꝝ: ⁊ ru
dis ſacerdotaliū fūctionū. Potuiſſent autē
ꝑdicare ſancti hec ſucceſſores mei vſu facili⁹:
experimento ꝓbati⁹: doctrina ꝑclarius: dn̄m
et patrem ſpecialiter beatū exuperantiū lo
quor: q̄ fuit ei⁹ miniſter i ſacerdotio: comes
in martyrio: particeps i labore: In cui⁹ vul
tibus ſanctū q̄ꝫ euſebium videre nos credi
mus: ⁊ quaſi i quodaꝫ ſpeculo bonitatis illi⁹
imaginem contuemur. Facile em̄ cognoſci
mus qualis magiſter fuerit cuius talem vi
dem⁹ eſſe diſcipulū. Sed q̄m ꝯfeſſionis illi⁹
ſimilis hunc gloria comitat: mauult retice
re laudes paternas: ne ꝓprias parit iactare
videat. Quid ꝫ de martyris euſebij gloria
ꝑdicem: cuius tota plebs iſta ſit gloria? Et
cum dicat ſcriptura: Gloria patris eſt filius
ſapiēs: Quāte hui⁹ ſunt glorie qui tantoꝝ
filioꝝ ſapientia ⁊ deuotione letat? In chri
ſto eniꝫ ieſu ꝑ euangelium ipſe vos genuit.
Quicquid ꝫ in hac ſancta plebe pōt eſſe vir
tutum ⁊ grē: in ſancti euſebij magiſterio re
perit. Ex hoc aūt quaſi quodā virtutū fon
te luciſſimo riuuloꝝ hec puritas emana
uit. Nam q̄ caſtitatis vigore pollebat: ꝓpo
ſitum virginitatis inſtituit: quia abſtinētie
gloriabatur anguſtijs: monachorum intro
duxit forte ſeruitiuꝫ: Quia blandimētis erat
ꝑditus lenitatis: cunctoꝝ ciuiū in deum ꝓ
uocauit affectū: Quia pōtificij adminiſtra
tione fulgebat: plures e diſcipulis ſacerdotij
ſui elegit heredes. Quis igit nōnulli libe
ris ſuis relinquāt auri argētiq̄ theſauros:
nemo tn̄ ſancto euſebio ditiores reliq̄t. Si
q̄dem omnes extiterūt aut ſacerdotes: aut
martyres. Nā vt cetera taceam: illud q̄ꝫ ad
mirabile eſt: q̄ in hac ſancta eccl'ia eoſdē mo
nachos inſtituit quos clericos: atq̄ ijſdem
penetralib⁹ ſacerdotalia officia ꝯtineri: q̄b⁹
⁊ ſingularis caſtimonia cōſeruat: vt eſſet in
ipſis viris cōtemptus rerum ⁊ accuratio le
uitaꝝ: vt ſi videris monaſterij lectulos in
ſtar orientalis ꝓpoſiti iudices: ſi deuotiōes
cleri ꝑſpexeris: angelici ordinis obſeruatio
ne gaudeas. Illud autē tacendum omnino
nō arbitror q̄ cum arrianoꝝ deteſtanda ꝑ
fidia totā cuꝫ vniuerſo mūdo italiam ꝑtur
baſſet: atq̄ eiuſdē peſtilētie ſacerdotes ſim
plicitatē ſancti dionyſij martyris captiuaſ
ſent: ita vt ſubſcriptionis ei⁹ vinculū retine
rent: qua illū e manib⁹ eoꝝ ſapia liberauit?
Sic em̄ ait ſanct⁹ paul⁹: Fact⁹ ſū iudeis tāq̄ 1. Cor. 9.
iude⁹: vt iudeos lucrifacerē: ita euſebi⁹ here
ticis hereticū ſe eſſe mētit⁹ ē: vt de hereſi filiū
liberaret. Dixit ſe em̄ eoꝝ ꝯſentire ꝑfidie: h̄
ſibi placere q̄d illis: ſ̄ q̄ ſibi filiū dionyſium
in ſubſcribēdo ꝑponerēt: grauit ſe moueri.
Uos em̄ inquit q̄ dicitis filium dei patri deo
equalē eſſe nō poſſe: cur mihi filiū ꝑtuliſtis?
Qua illi rōne ꝑmoti: ſtatim ſancti dionyſij
chirographū deleuerunt: ꝑorē locū ſubſcri
bendi beato euſebio deferentes. Quos ille
increpās ⁊ irridēs ait: Neq̄ ꝫ me veſtris ſce
lerib⁹ polluo: neq̄ filiū meū vobiſcū partici
pare ꝑmitto. Un̄ cū dicat euāgeliū: i hac ge Luc. 16.
neratione prudētiores filios tenebraꝝ eſſe
q̄ꝫ lucis: ecce h̄ ipſis tenebris prudētior fili⁹
lucis inuent⁹ eſt. Tūc illi grauit indignātes:
ita nequiciā ſuā fuiſſe deluſam: nouis eum
ꝑ ꝯſtantiuꝫ ꝑncipē paſſionib⁹ vexauerunt.
Nā poſt multas iniurias orientis plage: illū
in exilio relegarūt: in q̄ tanta paſſus eſt vt
martyrij inuictā gl'iaꝫ reportaret. Dicit em̄
int cetera paſſionū genera: h̄ penale paſſio
nis ſupplicium ꝑtuliſſe: vt dū interrogaret ab
arrianis: ⁊ ſe eoꝝ cōmunicare ꝑfidie dene
gaſſet: ſcalarū ꝓcliui tractu ſupinis pedib⁹
ad imum vſq̄ ꝑtraheret. Et iterū reuocat⁹
ad ſummū: interrogatus denuo cū eadē re
ſpōdiſſet: eadē pateret: ac ſic frequentē int
rogationē frequēter hmōi ſupplicium fuerit
ſubſecutū. In q̄ paſſione ſancti euſebij mar
tyris: licet fuerit quaſſatū caput: eliſuꝫ cor
pus: mēbra ꝯfracta: anim⁹ tn̄ fidei māſit in
uictus. Nā quāto plus illum arriana ꝑfidia
corpalit lacerabat: tāto magis eū catholica
integritas ſpūaliter refouebat. Quē quidē
ſcalarū aſcēſum atq̄ deſcenſuꝫ poſſum⁹ di
cere quē iacob ſomniās ꝓphetarit: ⁊ ſic ille
vidit etiā iſtas ſcalas ab imo ad celeſtia vſ
q̄ ꝑtingere: ſic q̄dē ꝑ has ⁊ euſebi⁹ aſcendit
ad celū: ⁊ arriani ad inferos deſcēderūt. Un̄
frēs ſanctū euſebiū machabeoꝝ martyrum
choro annumerādū puto: ſiq̄dē illi ſingulis
mēbris martyriū ꝑtulerūt: h̄ autē toti⁹ cor
poris paſſione dn̄m ſit ꝯfeſſus: nec diſparē
eoꝝ eſſe grām: q̄s etiā dies vna in martyrio
copulauit.



## Item de depoſitione ſancti Euſebij. lxxi

**Depoſitionem ſancti** euſebij hodie celebram⁹. Quid eſt
depoſitio? Nō illa vtiq̄ que ſepe
liendis in terra membroꝝ reliquijs clericoꝝ
manib⁹ ꝓcurat: ſed illa qua homo vinculis
carnalib⁹ abſolutus: liber iturus ad celum
terrenū corpus exponit. Ipſa plane eſt de
poſitio: in qua ꝯcupiſcere abijcim⁹: ceſſam⁹
delinquere: peccare deſinim⁹: et totuꝫ q̄cq̄d
ſaluti eſt graue: quaſi abiecta ſarcina oneris
exponim⁹. Nam ideo hec dies ꝓ celebritate
maxima ꝓcurat: q̄ vere eſt ſūma feſtiuitas
mortuū eſſe vitijs: ſoli vigere iuſticie. Un̄ ⁊
depoſitionis ipſa dies natalis dr̄: q̄ delicto
rum carcere liberati: libertate naſcimur ſal
uatoris. Sed videam⁹: ſanctus euſebi⁹ cuꝫ
qua gloria ad hāc diē depoſitionis aduene
rit. Dicit em̄ ante aliquantum tp̄is exit⁹ ſui
manifeſta reuelatiōe vidiſſe ſe calendis au
guſti: de mōte ad montē volare: ⁊ ꝓphetia
quadaꝫ h̄ interp̄tatus eſt hac die exiturū ſe
eſſe de corꝑe. In quo facto neſcio q̄d ꝑmuꝫ
ſit admirandū: vtrū q̄ meruit exit⁹ ſui fineꝫ
noſſe: an q̄ ſcire potuerit que illū poſt exitū
Ps. 38. grā ꝑmaneret. Dicit ſanct⁹ dauid: Notum
fac mihi dn̄e finē meū ⁊ numeꝝ dieꝝ meoꝝ:
⁊ reliqua. Ecce q̄d ꝓpheta optauerat: mar
tyr accepit: noticiam quā ille exorat: iſte ꝯſe
quit: niſi q̄ ſalua fide dixerim: ampli⁹ ꝓme
reat. Ille em̄ fineꝫ poſtulat noſſe: iſte etiam
vltra finē quid futurū eēt agnoſcit. Ille vſ
q̄ ad exitū q̄d deſit ignorat: iſte poſt exituꝫ
q̄d ſupſit edixit. Uolare ꝫ ſe in hac die vidit
martyr euſebi⁹: ſicut ſcim⁹. Uolare non pōt
niſi q̄d purū: leue atq̄ ſubtile ē: cui⁹ nec ſin
ceritas intēperantia retardat: nec alacritas
nec velocitas mole grauat. Grauari aūt vo
latum dico: non tā mole mēbroꝝ q̄ꝫ delicto
rum. Un̄ puto etiā in ipſis auib⁹ ideo velo
cius colūbaꝫ pene ꝑ omnib⁹ volitare q̄ ala
critatē ⁊ innocentiā comitet. Deniq̄ ſanct⁹
dauid cū puritate mētis volare ꝯcupiſceret:
nō alterius animantis niſi columbe optauit
Ps. 54. alas dicēs: Quis dabit mihi pennas ſicut
colūbe: ⁊ volabo ⁊ req̄eſcam. Intelligebat
em̄ q̄ altiora facilius penetrant ſimplicita
tē mentis q̄ꝫ leuitate pennaꝝ. Uolauit ꝫ hac
die ſanct⁹ euſebius: Feſtinem⁹ iam eius in
nocentiā de volatu: ⁊ puritatem ei⁹ de ipſa
elatione iudicem⁹: tanq̄ columba em̄ in do
mo dei degens aſſumpſit ſpūales pennas:
⁊ requieuit in monte. Et licet ipſe de monte
ad montē volare ſe dixerit: tn̄ in ipſa trāſla
tione maioreꝫ req̄em fuiſſe ſignifico. Quid
em̄ aliud eſt de monte ad montē volare: niſi
de ſaluatoris grā ad patris gl'iam ꝓperare?
Ipſi enim ſunt montes: ſicut dicit ꝓpheta:
Mons de monte ſine manib⁹ ꝯcidentium: Daniel. 2.
h̄ eſt: fili⁹ de p̄re abſq̄ illi⁹ creatiōis acceſſu.

## De natali ſancti laurentij leuite et martyris. lxxij

**Beatiſſimi laurentij** martyris cui⁹ natalē hodie cele
bramus: paſſionē noſſe vos cre
do: ⁊ quāta i ꝑſecutōe ꝑtulerit:
dilectionē veſtrā ſcire poſſe nō dubito. Tan
ta em̄ martyrio eius gl'ia extitit: vt paſſione
ſua mūdū illuminauerit vniūſum. Illumi
nauit mūdū plane laurenti⁹ eo lumine quo
ipſe ſuccēſus eſt: ⁊ flāmis q̄s ipſe ꝑtulit oīm
chriſtianorum corda calefecit. Quis enim
hoc exēplo nolit ꝓ chriſto ardere cū lauren
tio: vt poſſit a chriſto cū laurētio coronari?
Quis nolit ad horā ſuſtinere laurētij ignē:
vt eternū gehenne nō patiat incendiū? Be
ati igit laurentij ꝓuocamur exēplo ad mar
tyriū: accēdimur ad fidē: incaleſcim⁹ ad de
uotionē. Et ſi nobis ꝑſecutoris flāma deeſt:
fidei tn̄ flāma nō deeſt. Nō ardem⁹ q̄dē cor
pore ꝓ chriſto: ſ̄ ardem⁹ affectu. Nō ſubijcit
mihi ꝑſecutor ignē: ſ̄ ſuggerit mihi ignē de
ſideriū ſaluatoris. Eſſe aūt ſaluatoris ignē:
legimus i euāgelio dicēte eodē dn̄o: Neſci Luc. 12.
tis q̄ ignē veni mittere ſuꝑ terrā: ⁊ q̄d volo
niſi vt accendat? Quo igne ſuccēſi amaus ⁊ Al. Amaon
cleophas dixerūt: Nōne cor noſtrū ardens Luc. 24.
erat in nobis in via cū aperiret nobis ieſus
ſcripturas? Hoc igit etiā ſanct⁹ laurēti⁹ igne
ſuccenſus flāmaꝝ nō ſenſit incendiū: ⁊ duꝫ
chriſtiani ardent deſiderio: ꝑſecutoris pena
nō ardet. In q̄ꝫtū em̄ i illo fidei ardor feruet:
in tantū ſupplicij flāma frigeſcit. Corꝑali em̄
beat⁹ laurēti⁹ dū laborat incēdio: hic amore
chriſti ſuccendit: inde ꝑſecutoris flāma tor
quet: ſ̄ diuin⁹ ſaluatoris ardor materialē ty
ranni reſtinguit ardorē. Quis em̄ i fauillaꝫ
mēbra ſoluant: fidei tn̄ fortitudo nō ſoluit.
Corporis detrimentuꝫ ſuſtinet: ſed lucrum
ſalutis acquirit. Nō em̄ fratres beatus lau
renti⁹ cita vl' ſimplici paſſione perimit: Nā
qui gladio percutit ſemel: morit: hic autem
longa ⁊ multiplici pena cruciatur: vt mors

diſferaṫ: ⁊ nō deſit ad ſupplicium: ⁊ deſit ad
finem. Diciṫ eñ ab illo ſeuiſſimo ꝑſecutore
hec illi ꝯſtituta pena: vt ardentiuꝫ expoſita
mole carbonum inſuꝑ eū ferrea crate diſten
tum lenta flāma ꝯſumeret: vt nō tam inflā-
mādo cito interimeret hoīem ꝙdiu exuren-
do torqueret: ita cū vnum latus exuſtū ꝑſe-
cutor cerneret: aliud latus ignibꝰ obijceret
Daniel.3. exurendum. Legimꝰ annaniam: azariam ⁊
miſael beatiſſimos pueros a rege ī camino
ignis incluſos: ī penarū ſuaꝝ deambulaſſe
flāmis: ⁊ igneos globos pedibꝰ cōculcaſſe.
Vñ ⁊ beatus laurentiꝰ nō minori eſt gloria
ꝓferendus. Siqdē illi in penarū ſuaꝝ flam-
mis ambulāt: h̄ in ipſo ſupplicij ſui igne diſ-
cumbit. Illi veſtigijs pedū ꝯculcant incen-
dia: hic laterum ſuoꝝ deuotione reſtinguit.
Illi inquā ſtantes in penis eleuatꝭ manibꝰ
orabāt dñm: h̄ aūt ꝓſtratus in ſua pena to-
to corpore deū deprecaṫ. Iterū ꝙ beatꝰ lau-
rentius exuſtis lateribꝰ: in dorſum ſupinus
vertiṫ: ⁊ renes eiꝰ ignibꝰ exuruṅṫ: vt imple-
reṫ pſalmi ꝓphetia: que dicit ex ꝑſona lau-
Pſ.138. rentij: Proba me dñe ⁊ tenta me: vre renes
meos ⁊ cor meuꝫ. Duplici ſe vtiꝗ poſtulat
igne cōburi. Naꝫ ſi de vno ⁊ ſolo mūdi igne
loquereṫ: ſufficeret renes tm̄ exurendos in-
cendijs obtuliſſe: cor autē niſi chriſti flāma
Al. Amaon. nō vret: ſicut amaus et cleophas dixerunt:
Luc.24. Nōne cor noſtrū erat ardens in via cū ape-
riret nobis dñs ſcripturas? Atꝗ ideo ad cō
probandā deuotionem ſuaꝫ: geminum ſibi
ignem poſtulat: vt luctamine habito oſten-
dat in ſe plus poſſe amorē chriſti ꝙ penam
tyranni. Honoremus igiṫ fratres beatū lau
rentiū q dū fide ſua ꝑſecutorꝭ flāmas vicit:
oſtēdit nobis ꝑ ignem fidei gehenne incen-
dia ſuꝑare: ⁊ amore chriſti diem iudicij non
timere.

## De natali ſancti cypriani. lxxiij

# Ancti cypriani feſti

S uitatem ſicut omnibꝰ notū eſt: ho-
die celebramꝰ: ⁊ natali: ſicut dicunt:
iminēte vindemia natalem eiꝰ martyrij pro
curamꝰ. Cōueniūt igiṫ vota nr̄a et mundi.
Mūdus vindemiarum vbertate letaṫ: nos
ſanctoꝝ paſſiōe gaudemꝰ. Que qdē paſſio
vindemijs cōparanda eſt. Sicut eñ vuarū
expꝛeſſione vinū fundiṫ: ita ⁊ ſanctoꝝ marty-
rio vini vice ſanguis effūdiṫ: niſi ꝙ vua tem
porales fructus ꝓſtat: paſſio ſempiternos.



Recte ergo martyriuꝫ vindemijs cōparaṫ.
Habet eñ ⁊ ebrietatē ſuaꝫ: habet ⁊ calicem
ſuum: de quo dicit ꝓpheta dauid: Et calix Pſ.22.
tuus inebrians ꝙ preclarꝰ ē. Et ipſe dñs in
paſſionis ſue exitu ꝯſtitutꝰ ait: Pater ſi poſ- Matth.26
ſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Et iterū ꝓ-
pheta: Calicem ſalutaris accipiā: ⁊ nomen Pſ.115.
dñi inuocabo. Recte inquaꝫ calix martyrio
comparaṫ: qꝛ ſicut calix cū bibiṫ: omnis hu-
mor noxius vini calore decoquiṫ: ita ⁊ mar-
tyrij poculum cū hauriṫ: omnes peccatoris
feces paſſionis gloria temperanṫ. Vinuꝫ ꝙ
quoddaꝫ ſalutare martyrij eſt: qḋ cordi leti
ciam ꝓſtat: calore fidei aīe puritateꝫ. Vinū
plane ē ſpūale de illa vua que ꝓ ſalute oīm
pependit in ligno. Sicut eñ botrus reddi-
turus vinū prius in vinea quadam nature
arte ſuſpendiṫ: ita ⁊ chriſtꝰ redditurus vinū
ſpūale martyrij in cruce quadaꝫ ꝓuidentia
diuinitatis aptaṫ. Ipſe plane botrus queꝫ Numeri.13
duo exploratores illi: hoc eſt: ieſu naue ⁊ ca-
leb filiꝰ iephone in phalanga ad filios iſrael
ꝓprijs humeris detulerūt. Qḋ quidē factū
iam tūc ꝓfigurabat aduentū dñi ſaluatorꝭ.
Naꝫ botrus in phalanga ſuſpenſus: ī cruce
chriſtus appenſus oſtendiṫ. Duo aūt in pha
langa portātes vuā: duo ꝑſꝑli demonſtranṫ:
chriſtianus vtiꝗ ⁊ iudeus. Et ſicut mos eſt
portantiū: vnus ꝓcedens: alter ſubſequēs:
ita prior iudeoꝝ deſignaṫ ꝑplus: chriſtiano-
rum ſecūduſ. Et ſicut añcedēs qḋ portat nō
videt: ⁊ retroſum idem ſemꝑ habens qdam
dorſi auerſione ꝯtemnit: qui autem ſequiṫ
ſemꝑ id oculis ꝓſpicit: ſemꝑ cuſtodit obtuti
bus: ſemꝑ corporis vicinitate potiṫ. Ita er-
go iudeꝰ ⁊ chriſtianꝰ ꝑplus. Iudeus eñ ꝓor
eſt: chriſtū ī lege portat: ⁊ retrorſuꝫ eum po-
nens quadaꝫ dorſi auerſione ꝯtemnit. Vñ
ait ꝓpheta: Obſcurenṫ eorū oculi ne vide- Pſ.68.
ant: ⁊ dorſuꝫ ipſoꝝ ſemꝑ incurua. Chriſtia-
nus vero ſequēs ꝑplus: chriſtū ſemꝑ oculis
aſpicit: ſemꝑ cuſtodit obtutibꝰ: ⁊ qdam gra
duum ſuoꝝ vicinitate cōplectiṫ. Et quanto
euꝫ ille ꝑplus prauo itinere poſt ſe relinquit:
tāto eū iſte directo curſu feſtinat attingere.

## Item de ſancto cypriano. lxxiiij

### Hic ſermo aſcribiṫ Maximo epo Mediolanenſi.

# Ate dies cum bea

S tiſſimi martyris cypriani celebra
remꝰ natalēꝫ: ſuauiſſime in eius



feſtiuitate iocundati ſumus: qꝛ eñ hoc vin-
demiarū in tempore paſſus eſt: tanꝙ ⁊ nos
de vindemia dulces ⁊ varios fructus ex eiꝰ
paſſione collegimꝰ. Impinguauit eñ nos ⁊
refecit muſto martyrij ſui. Eſt eñ muſtū qḋ
reficit ⁊ inebriat chriſtianū: ſed ebrietas illa
